


REF: A
NO: 20
68

2 400 40  MADE IN SPAIN

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34

CONCILIA HOC TO- MO SECUNDO COM- PRAEHENSA.

Quæ præfixum habent asteriscum, ea nunc primùm
accefferunt.

C Halcedonense concilium sexcentorum ac triginta patrum, pagina	1.
Veneticum concilium circa tempora Leonis papæ I.	276.
Turonicum concilium primum circa Leonis I. papæ tempora.	278.
Romanum concilium sub Hilario papa.	280.
Tarraconense concilium sub Felice papa tertio.	290.
Epaunense concilium sub Gelasio primo.	321.
Romanum concilium secundum sub Symmacho.	329.
Romanum concilium tertium sub eodem.	331.
Romanum concilium quartum sub eodem.	334.
Romanum concilium quintum sub eodem.	347.
Romanum concilium sextum sub eodem.	350.
Ilerdense concilium sub rege Theodorico.	355.
Valentinum Hispaniæ concilium sub rege Theodorico.	358.
Aurelianense concilium I. circa tempora Hormisdæ papæ.	371.
Gerundenense concilium circa eiusdem Hormisdæ tempora.	374.
Cæsaraugustanum concilium duodecim episcoporum.	375.
Toletanum concilium 2. circa tempora Ioannis papæ secundi.	386.
Constantinopolitanum concilium quintum circa tempora Agapeti, Siluerij & Vigilij.	409.
*Constantinopolitanum quintum, idemque germanum.	490.
Aurelianense concilium secundum circa tempora Vigilij papæ.	603.
Aurelianense concilium tertium tempore Childeberti regis.	604.
Aruernenense concilium circa tempora Vigilij papæ.	633.
Aurelianense concilium quartum circa Pelagij I. papæ tempora.	637.
Turonicum concilium secundum circa tempora Pelagij papæ I.	641.
Parisiense concilium primum circa Pelagij papæ primi tempora.	648.
Aurelianense quintum concilium tempore Childeberti regis.	650.
Parisiense aliud concilium.	654.
Hispalense primū concilium circa tempora Pelagij papæ primi.	667.
Toletanum tertium concilium sub Pelagio papa secundo.	668.
*Lugdunense primum concilium sub rege Guntramno.	677.
Matisconense primum concilium circa tempora Pelagij papæ 2.	678.
*Lugdunense secundum concilium sub rege Guntramno.	680.
*Valentinum Galliæ concilium secundum sub rege Gútramno.	681.
Matisconense concilium secundum.	682.
* Concilium Romanum sub Gregorio primo, tempore Mauritiij, Ti- berij & Theodosij imperatorum.	688.
Lateranense concilium sub eodem.	714.
Antificorense concilium circa tempora Deusdedit papæ.	715.
A* 2 2 Sp. r	

CONCILA HOC TOMO SECUNDO COMPRAEHENSA:

- Spalense concilium secundum tempore Sisebuti regis. 718.
 Toletanum concilium quartum circa tempora Honorij I. 725.
 Toletanum concilium quintum circa tempora Honorij primi. 739.
 Toletanum concilium sextum circa tempora Honorij Papæ I. 741.
 Bracarense concilium primum circa tempora Honorij primi. 746.
 Bracarense concilium secundum sub rege Ariamiro. 749.
 Toletanum concilium septimum circa tempora Theodori Papæ primi. 759.
 *Lateranense concilium excellentissimum sub Martino papa primo. 763.
 Toletanum concilium octauum circa tempora Martini papæ primi. 854.
 Toletanum concilium nonum sub rege Recesuintho. 867.
 Toletanum concilium decimum sub eodem rege Recesuintho. 870.
 Cabilonense in Gallia concilium. 874.
 Toletanum concilium vndecimum sub rege Vuambano. 879.
 Bracarense concilium tertium sub rege Vuambano. 888.
 Anglicanum Concilium ex Beda. 891.
 Anglicanum concilium aliud ex eodem Beda. 892.
 Constantinopolitanum concilium sextum sub Agathone papa & Leone eius nominis secundo. 899.

EORVM,

EORVM, QVAE HOC

SECUNDO TOMO CONTINENTVR, SERIES

ET ORDO, NON TAMEN OMNIUM, SED PRAE-

cipuorum, & quae commodè huc referri potuerunt: Cete-

ra Lector in totius operis Indice Al-

phabetico offen-

det.

Synodi Chalcedonenfis praëambula, in quibus nonnullæ sunt Leonis I. Põntificis Maximi, item aliquot Augustorum & Augustarum epistolæ, atque alia quædam: pagina 1.

Synodus Chalcedonenfis, pag. 11. Huic Synodo inserta sunt pleraque acta Synodi Ephesinæ secundæ, quæ prædatoria dicitur, atque etiã Constantinopolitanæ, sub Flauiano contra Eutychetem habitæ, & alia multa.

Acta quædam Synodi Ephesinæ primæ. pag. 79. &c.

Canones Synodi Chalcedonenfis. 197.

Sacra Martiani Imper. contra hæreticos. 215.

Epistolæ aliquot Martiani Imper. & Pulcheriæ Augustæ, atque Iuuenalis Episcopi Hierosolymitani. 219.

De miris illis & circularibus Leonis primi Pijque Imperatoris literis pro synodò Chalcedonenfi. ex Nicephoro. 223.

Literæ ipsæ (quas vocant) circulares Leonis primi imperatoris, sub duplici versio-

ne. 224.

Epistola Aegyptiorum episcoporum & cleri Alexandrini pro episcopo suo Pro-

terio, ad Leonem I. Imperatorem. 225.

Epistola eorundem ad Anatolium Constantinopolitanum episcopum de misera-

bili cede episcopi sui Proterij. 228.

Epistola aliorum episcoporum, sed hæreticorum, diocesis Aegyptiacæ, pro suo

Aeluro ad Leonem I. Imperatorem. 230.

Catalogus seu ordo episcoporum illorum, ad quos illæ circulares literæ Leonis

primi Imperatoris missæ. 231.

Epistola Leonis Papæ primi ad Imperatorem Leonem primum. 232.

Epistola Anatolij episcopi Constantinopolitani ad Leonem Imperatorem I. 233.

Epistola episcoporum Europæ ad Leonem primum Imperatorem. 234.

Epistola Luciani metropolitani Byzæni ad Leonem Imperatorem primum. 235.

Epistola Valentini metropolitani Philippopoleni, ad Leonem primum imperato-

rem primum. 235.

Epistola Sebastiani episcopi * ad Leonem primum imperatorem. 236.

Epistola Theotimi episcopi Scythiæ ad Leonem primum imperatorem. 237.

Epistola episcoporum Mœsiæ secundæ ad Leonem primum imperatorem. 237.

Epistola episcoporum Syriae primæ ad Leonem primum imperatorem. 237.

Epistola Varadati excellentiss. monachi ad Leonem primum imperatorem. 239.

Epistola episcoporum Syriae secundæ ad Leonem primum imperatorem. 241.

Epistola episcoporum Osrœnæ prouinciæ ad Leonem primum imperatorem. 242.

Epistola episcoporum Mesopotamiæ ad Leonem primum imperatorem. 242.

Epistola episcoporum Phœniciæ maritimæ ad Leonem I. imperatorem. 243.

Epistola episcoporum Phœniciæ secundæ ad Leonem I. imperatorem. 244.

Epistola episcoporum Isauriæ prouinciæ ad Leonem I. imperatorem. 245.

Epistola episcoporum Ciliciæ primæ ad Leonem I. imperatorem. 247.

Epistola episcoporum Antiochiæ Pifidiæ ad Leonem I. imperatorem. 248.

Epistola episcoporum Lydiæ ad Leonem I. imperatorem. 251.

Epistola episcoporum Pamphyliæ ad Leonem primum imperatorem. 251.

Epistola episcoporum Lyciæ prouinciæ ad Leonem I. imperatorem. 253.

Epistola Agapiti episcopi insulæ Rhodi ad Leonem I. imperatorem. 255.

Epistola Iuliani episcopi insulæ Coi ad Leonem I. imperatorem. 256.

Epistola episcoporum synodi Cyziceni in Helleponto ad Leonem I. imperato-

rem. 257.

Epistola episcoporum Armeniae primae ad Leonem I. imperatorem.	258.
Epistola episcoporum Armeniae secundae ad Leonem I. imperatorem.	259.
Epistola episcoporum Cappadociae primae ad Leonem I. imperatorem.	262.
Epistola episcoporum Cappadociae secundae ad Leonem I. imperatorem.	263.
Epistola episcoporum prouinciae Ponti ad Leonem primum imperatorem.	264.
Epistola episcoporum prouinciae Helleisponi ad Leonem I. imperatorem.	267.
Epistola episcoporum Paphlagoniae ad Leonem I. imperatorem.	269.
Epistola episcoporum Dardaniae ad Leonem I. imperatorem.	270.
Epistola episcoporum prouinciae Corinthiae ad Leonem I. imperatorem.	270.
Epistola episcoporum primae Galatae ad Leonem I. imperatorem.	271.
Epistola episcoporum prouinciae Epiri ad Leonem I. imperatorem.	273.
Epistola episcoporum prouinciae Dyrhachene ad Leonem I. imperatorem.	274.
Epistola episcoporum prouinciae Cortynae ad Leonem I. imperatorem.	275.
Concilium Veneticum.	276.
Concilium Turonicum.	278.
Decreta & Epistola Hilarij Papae.	279. & c.
Concilium Romanum.	280.
Decreta & epistola Simplicij Papae.	285.
Decreta & epistola Felicis Papae 3.	287.
Concilium Tarracense.	290.
Decreta & epistola Gelasij Papae 1.	292. & c.
Concilium Epauense.	321.
Decreta Anastasij 2. & epistola.	324.
Decreta & epistola Symmachi.	327.
Synodus Romana 2. sub Symmacho.	329.
Synodus Romana 3. sub Symmacho.	331.
Synodus Romana 4. sub Symmacho.	334.
Ennodij Diaconi liber apologeticus pro 4. & 5. Synodo sub Symmacho.	336.
Synodus Romana 5. sub Symmacho.	347.
Synodus Romana 6. sub Symmacho.	350.
Concilium Ilerdense.	355.
Valentinum Hispaniae Concilium.	358.
Hormisdæ decreta & epistola.	359.
Iustini Imperatoris ad Hormisdam epistola.	326. & 368.
Concilium Aurelianense 1.	371.
Concilium Gerundense.	374.
Concilium Caesaraugustanum.	375.
Decreta & epistola Ioannis 1.	376.
Decreta & epistola Felicis 4.	379.
Decreta & epistola Bonifacij 2.	383.
Decreta & epistola Ioannis 2.	385.
Concilium Toletanum 2.	386.
Confessio fidei Iustiniani Imperatoris.	387.
Epistola Pontiani episcopi ad Iustinianum.	399.
Decreta & epistola Agapeti.	399.
Decreta & epistola Siluerij.	401.
Decreta & epistola Vigilij.	404.
Constantinopolitana Synodus V. 409. In hac Synodo diuersae diuersorum habentur epistolae, & alia pleraque.	
Constitutio Iustiniani Imper. contra Anthimum & c.	462.
Synodus quaedam Hierosolymitana.	463.
Epistola Orientalium episcoporum ad Agapetum.	474.
Synodus V. Constantinopolitana germana.	790.
Acta cuiusdam Synodi Ciliciae secundae.	542.
Synodus	

Synodus quaedam Mopsuestena.	543.
Epistola Procli Constantinopolitani ad Ioannem Antiochenum episcopum.	556.
Gesta quaedam Synodi Ephesinae primae.	560.
Epistola Caestini Papae ad Nestorium.	564.
Epistola Cyrilli & Synodi Alexandrinae ad Nestorium.	566.
Epistola Vigilij Papae, in qua excommunicat Rusticum & Sebastianum diaconos.	582.
Epistola alia Vigilij Papae ad Valentinianum Scythiae episcopum.	586.
Eiusdem alia epistola ad episcopum Arelateum.	587.
Concilium Aurelianense secundum.	603.
Concilium Aurelianense tertium.	604.
Breuiarium Liberati Archidiaconi Carthaginensis.	609.
S. Quintiani episcopi Eculani fides.	632.
Concilium Aruernense.	633.
Decreta & epistola Pelagij primi.	635.
Concilium Aurelianense quartum.	637.
Synodus Turonensis secunda.	641.
Concilium Parisiense primum.	648.
Concilium Aurelianense quintum.	650.
Concilium aliud Parisiense breue.	654.
Decreta & epistola Ioannis 3.	654. & c.
Decreta & epistola Benedicti primi.	657.
Decreta & epistola Pelagij secundi.	659. & c.
Concilium Hispanense vel Spalense 1.	667.
Concilium Toletanum tertium.	668.
Concilium Lugdunense primum.	677.
Concilium Matisconense primum.	678.
Concilium Lugdunense secundum.	680.
Concilium Valentinum Galliae secundum.	681.
Concilium Matisconense secundum.	682.
Preceptum Guntramni regis de obseruando die Dominico.	686.
Decreta & epistola Gregorij primi.	687. & c.
Concilium Romanum sub eodem.	688.
Epistola Felicis Siculi episcopi ad eundem.	710.
Concilium Lateranense sub eodem.	714.
Decreta Pontificis Deusdedit.	714.
Concilium Antifiodorense.	715.
Decreta Honorij primi.	717.
Concilium Spalense secundum.	718.
Concilium Toletanum quartum.	725.
Concilium Toletanum quintum.	739.
Concilium Toletanum sextum.	741.
Concilium Bracarense primum.	746.
Concilium Bracarense secundum.	749.
Capitula Graecarum Synodorum, collecta per Martinum episcopum Bracarensem.	752.
Gesta Theodori Papae.	758.
Concilium Toletanum septimum.	759.
Gesta Martini primi.	762.
Concilium Lateranense sub eodem.	763.
Epistola Sergij episcopi Cyprienensis ad Theodorum Papam.	778.
Epistola Africanorum episcoporum ad Theodorum Papam.	779.
Epistolae duae Martini primi.	848. & 853.
Concilium Toletanum octauum.	854.
Concilium Toletanum nonum.	867.

- Concilium Toletanum decimum. 870.
- Gesta Eugenij primi. 874.
- Concilium Cabilonenfe. 874.
- Gesta & epistolæ Vitaliani Papæ. 877. &c.
- Concilium Toletanum vndecimum. 879.
- Concilium Bracarenfe tertium. 888.
- Concilium Anglicanum. 891.
- Concilium Anglicanum aliud. 892.
- Decreta Doni Papæ. 893.
- Decreta Agathonis Papæ. 893.
- Decreta Leonis tertij. 895.
- Epistola Mansueti episcopi & Synodi Mediolanensis ad Constantinum Imperatorem. 896.
- Synodus sexta Constantinopolitana. 899.
- Epistola Agathonis Papæ ad Augustos. 908.
- Epistola alia Agathonis & Synodi Romanæ ad eosdem. 922.
- Epistola Sophronij, Episcopi Hierosolymorum ad Sergium Constantinopolitanum. 967.
- Edictum Constantini Pogonati. 1025.
- Epistola Leonis 2. ad Constantinum Augustum. 1031.
- Canones 9. falso adscripti sextæ Synodo. 1034.
- Canones 102. qui sextæ Synodi dicuntur. 1036.

IN CHAL

IN CHALCEDONEN

SE CONCLIVM SVB LEONE PAPA primo, præambula.

Chalcedon Phrygiæ Hellefontiæ vrbs in ponti Euxini ora sita ab ea parte, quæ cœnatis terris angustum mare red- dit, Procerastis ante dicta, dein Compu- sa, postea cæcorum oppidum, quod locum eligere ne- scissent, septem stadia distans à Byzantio, tanto felicio- re omnibus modis sede, ut inquit Plinius libr. 5. cap. 32. Meminit eius Ptolemæus lib. 5. cap. 1. Strabo lib. 12. qui eam dicit à Megarensibus conditam, atq; Antoninus in suo Itinerario.

EPISTOLÆ PRÆ-

AMBVLÆ, CONCERNENTES CON- cilia Ephesinum secundum pro- phanum, & Chalcedonen- se sanctum.

EPISTOLA FLAVIANI ARCHIE- piscopi Constantinopolitani, ad Theo- dosium Imperatorem de fide.

Rescriptum de fide, factum manu propria Flauiani archiepiscopi Constantinopolitani, datum ab eo po- tenti Imperatori.



FLAVIANVS Episcopus Constanti- nopolitanus, pijsimo & amatori Christi Imperatori nostro Theo- dosio salu- tem. Nihil ita cõuenit sacerdoti

1. Petr. 3. c

Rom. 1. b

Dei & dogmatib⁹ erudito diuinis, quàm pa- ratum esse ad satisfactiõnem omni poscenti eum rationem de spe, quæ in nobis est, & gra- tia. Non enim erubescio euāgelium Dei. Vir- tus enim Dei est ad salutem omni credenti. Quia igitur & nos misericordiã regis omni- um Christi Dei, sacerdotium tale euāgelij fortiti sumus, sapimus rectè atq; inculpabili- ter, semper scripturas diuinas sequentes, & expositiones sanctorum patrum qui in Ni- cea conuenerunt, & centum quinquaginta qui hîc congregati sunt, & qui in Epheso sub sanctæ memoriæ Cyrillo, qui fuit Alexādri- nus episcopus: Et prædicamus Dominũ no- strum Iesum Christum, ante secula quidem ex Deo patre sine principio natum secundum diuinitatem, in nouissimis autem diebus eũ- dem propter nos & propter nostram salutẽ, ex Maria virgine secundum humanitatem, Deum perfectum, & hominem perfectũ eun- dem in assumptione animæ rationalis & cor- poris, consubstantialẽ patri secundum di- uinitatem, & consubstantialẽ matri eundẽ

secundum humanitatem, ex duabus utiq; naturis confitentes Christum post incarna- tionem ex sancta virgine, & inhumanatum in vna substantia & in vna personã vnũ Chri- stum, vnum filium, vnum Dominum confi- temur. Et vnã quidem verbi dei naturam, incarnatam tamen & inhumanatam, dicere non negamus, eò quod ex ambobus vnus atq; idem sit dominus noster Iesus Christus. Eos verò qui aut duos filios, aut duas substi- tentias, aut duas personas annunciant, & nõ vnum eundem Dominum Iesum Christum, filium Dei viui prædicat, anathematizamus, & alienos esse ab Ecclesia iudicamus. Et ante omnes Nestorium impiũ anathematizamus, & sapientes quæ eius sunt ac loquentes ea, ut abscondantur huiusmodi à filiorum adopti- one, promissa rectè credentibus. Et post hæc adiecit & in annotationibus scripsit: Domi- ne Christe, adiuua nos Deus. Et iterum: Hæc scripsi mea manu ad satisfactiõnem vestrã po- testatis, & ut confundantur calumniam faci- entes nostræ bonæ & simplici in Christo cõ- uersationi.

EPISTOLA LEONIS ARCHIE- piscopi Romæ, ad Eutychem Constan- tinopolitanum abbatem.

Dilectissimo filio Eutycheti presbytero Leo episcopus. Ad notitiã nostrã tuã dilectionis literis &c. *Quere reliqua epi- stola sextæ in epistolis Leonis Papæ.*

EPISTOLA PETRI RAVENNA- tis episcopi ad Eutychem abbatem.

Dilectissimo & merito honorabili filio Eutycheti presbytero, Petrus episco- pus Ravennæ. Tristis legi tristes literas tu- as, & scripta mœsta mœrore debito percurrir: quia sicut nos pax ecclesiarum, sacerdotum concordia, tranquillitas plebis, gaudere facit gaudio cœlesti, ita nos affligit & deicit fra- terna dissensio, præsertim cum talib⁹ oriatur ex causis. Triginta annis humanæ leges hu- manas adimunt quæstiones: & Christi gene- ratio, quæ diuina lege scribitur inenarrabilis, post tot secula disputatiõne temeraria viti- latur? Quid Origenes principiorum scruta- tor incurrit, quomodo Nestorius lapsus sit disputans de naturis, non latet prudentiam tuam. Magi Iesum in cunabulis Deum mysti- cis muneribus cõfidentur: & sacerdotes, quis sit qui virginali partu de spiritu sancto natus est, dolèda interrogatiõne disquirunt? Cum vagitus daret Iesus in cunis, Gloria in excel- sis Deo, clamat cœlestis exercitus: & modo. quãdò in nomine Iesu omne genua flectitur cœlestium, terræstrium & infernorum, origi- nis eius quæstio cõmouetur? Nos frater cha- rissime vnã cum Apostolo dicimus: Et si no-

*honore di- gno filio

Esa. 53. c

Matth. 2.

Luc. 2. b

Phil. 2. b

2. Cor. 5. d

in iustos

uimus Iesum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Nec possumus & curiosè perscrutari, qui iubemur honorè dare & timorem reddere, expectare, non discutere quem iudicem confitemur. Hæc breuiter respondi, frater, literis tuis, plura rescripturus, si ad me frater & coepiscopus noster Flauianus aliqua de hac causa scripta misisset. Si enim tibi displicet, quoniam scripsisti electum iudicium, nos quomodo de his iudicare poterimus, quos neque vidimus propter absentiam, & quid intellexerunt, eorum taciturnitate nescimus? Iustus mediator non est, qui sic vnam partem audit, vt nihil alteri parti referuet. In omnibus autem hortamur te frater honorabilis, vt his quæ à beatissimo Papa Romanæ ciuitatis scripta sunt, obedienter attendas, quoniam B. Petrus, qui in propria sede & viuut & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatè. Nos enim pro studio pacis & fidei, extra consensum Romanæ ciuitatis episcopi, causas audire non possumus. In columem tuam dilectione nominis tempore longissimo cõseruare dignes, charissime & honoratissime fili.

Authoritas summi p̄ficis vrbis Romæ.

EPISTOLA LEONIS PAPAË AD Flauianum Constantinopolitanum archiepiscopum, in qua querit, cur Eutyches à communionè Ecclesiæ fuerit separatus.

Dilectissimo fratri Flauiano, Leo episcopus. Cùm Christianissimus & clementissimus Imperator sancta & laudabili fide &c. Quare reliqua in epistolis Leonis pape, epist. 8.

EPISTOLA FLAVIANI ARCHIEPISCOPI Constantinopolitani, siue rescriptum ad Leonem papam vrbis Romæ.

Domino beatissimo & neo amabili patri Leoni, Flauianus in Deo æternam salutem. Nulla res diaboli venena compescit &c. Quare reliqua in epistolis Leonis pape, in epist. 8. sequitur.

EPISTOLA SANCTISSIMI ARCHIEPISCOPI Romæ Leonis, ad Faustum presbyterum.

Dilectissimo Fausto presbytero Leo episcopus. Gratum semper est mihi, tuam alloqui charitatem, & affectum salutationis exoluere: quoniam & scio te probabile, & sincerissimæ fidei esse custodè, & qui non circumducitur omni vento doctrinæ, sed in fundamento prophetarum & apostolorum (qui Christus est) firmè consistere, vt cum venerit filius hominis in diuinitate sua ad purgationem totius mundi, in electione reperiaris frumentum æternitatis, qui dignus thesaurizari possis in horreis. Susceptis itaq; literis per filium meum Parthenium, reciproca salutationem exoluens, exhortor tuam beatitudinem fili charissime, vt non confundaris de euangelio generationis Domini Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham secundum carnem, quoniam hæc fides vincit mundum,

Matth. 7. a
1. Ioan. 3. a

quandò quis credit quia Iesus est filius Dei. Si quæ verò fidei quæstiones inueniuntur, admonemus, vt de his quæ ad communem utilitatem pertinent, latius nobis scribas, libenter nobis suscipientibus qui ista detulerint.

EPISTOLA EIVSDEM SYNODICA ad Flauianum Constantinopolitanum archiepiscopum.

Omnes quidem fraternitatem &c. Hæc epistola quæ in numero proœmialium epistolarum septima habenda est, hoc loco intermittitur, in sine tertia actionis Chalcedonensis concilij inserenda. Est quoque in epistolis Leonis pape, epistola 59.

EPISTOLA LEONIS PAPAË AD Iulianum episcopum Coënsen.

Dilectissimo fratri Iuliano. Licet percos, quos ab vrbe pro fidei causa direximus &c. Quare reliqua in epistolis Leonis pape, epistola 11.

EPISTOLA FLAVIANI ARCHIEPISCOPI Constantinopolitani, ad Leonem papam vrbis senioris Romæ.

Sanctissimo & beatissimo patri & confacerdoti Leoni, Flauianus in Domino salutem. Pietate & recta prædicatione verbi veritatis nihil honorabilius sacerdotibus, sicut non soli Deo amantissime. Omnis enim nostra spes atque salus, & retributio promissorum bonorum, in his est. Propter ea omnia faciendâ à nobis sunt, & laborandum pro vera fide, & expositionibus dogmatibusq; sanctorum patrum, quatenus per omnia & inter omnes concussiones rerum integra hæc & inuiolata saluentur atque custodiantur. Necessarium itaque fuit nunc, etiâ nos videntes lædi orthodoxam fidem, & renouari Apollinaris & Valentini hæreses ab Eutyche monacho, non hoc dispicere, sed in aperto hoc pro cautela populi reuelare. Iste enim Eutyches absconditum in se languorem malæ sectæ retinens, insiliens nostræ mansuetudini, inuerecundè & impudenter in multos impietatem propriam præsumpsit inferre, dicens ante inhumanationem quidem Saluatoris nostri Iesu Christi duas naturas esse diuinitatis & humanitatis, post vnitatem verò, vnâ naturam factam, neque sciens quod dicit, neque de quibus affirmat. Neque enim vnitatis conuenientium in CHRISTO duarum naturarum sic vt vna re proprietates suas in vnitatem confudit, sed manent in vnitatem perfectæ naturarum proprietates. Adiecit autem & aliam impietatem, dicens corpus Domini, quod ex Maria factum est, non esse nostræ substantiæ, neque humanæ conspersio- nis, sed humanum quidem illud vocat, non tamen nobis consubstantiale, neque genitrici eius secundum carnem. Et hæc aiebat, cùm in gestis Ephesi habitis & sancto & vniuersali

Prima Euty chetis impietas.

Secunda Euty chetis impietas.

si concilio, in epistola scripta ad impium damnatumq; Nestorium, apertè sic habeatur: Quia diuersè quidem ad vnitatem verâ concurrere nature, vnus autem ex ambobus Christus Dei filius, non tanquam naturarum differentia sit perempta propter vnitatem, sed potius effecerit nobis vnum Dominum Iesum Christum, diuinitatis & humanitatis per ineffabilem & inintelligibilem ad vnitatem concursionem. Et hoc non latet tuam sanctitatè, dum omnino legerit gesta, quæ Ephesi sunt confecta. Quæ pro nihilo ponens idem Eutyches, arbitratur non se daturum pœnam prænitam à sancto illo & vniuersali concilio, quoniam per hæc multi simpliciores eius eloquijs in fidei sermone læduntur. Accusatum verò eum à reuerendissimo Eusebio, & occurrentem in sanctum concilium, & voce sua sectam propriam & retegentem, alienumq; existètem à recta fide, damnauimus, sicut docebunt vestram sanctitatem omnia, quæ super eo sunt gesta, quæq; direximus cùm nostris his literis. Iustum autè est, & hoc vobis (sicut arbitror) intimari, quia idem Eutyches passus iustam canonicam damnationem, cùm debuisset secundis saluare priora, & per poenitentiam perfectam multasq; lachrymas placare Deum, nostrumque cor vehementer contristatum in eius ruina, per veram sanare poenitentiam: non solum hoc non fecit, sed etiâ per omnia conturbare sanctam, quæ apud nos est, ecclesiam festinauit, propositiones iniuriarum publicè ponens & maledictionibus plenas, super hæc & preces offerens pijsimo & Christi amantissimo nostro Imperatori, & eadem arrogantia & petulantia plenas, per omnia diuinas regulas conculcare conatus est. Sed his ita gestis, literæ nobis datæ sunt vestre sanctitatis per admirabilem comitem Panfophium, per quas sumus edocti, quia idem Eutyches libellos direxit vobis plenos omni fallacia atque calliditate, dicens, iudicij tempore libellos se dedisse appellationis & nobis & hic conuenienti sancto concilio, & appellasse vestram sanctitatè, quod nequaquam ab eodem factum est. Sed etiâ & in hac parte mentitus est, tanquam per fallaciam mædacijs subreperere se sanctis vestris auribus putans. Commotus itaque sanctissime pater in his omnibus, quæ ab eo præsumpta sunt, & ob ea quæ in nos & sanctissimam Ecclesiam facta sunt, atq; fiunt, pro consueta fiducia fiducialiter age, secundum quod sacerdotio competit: propriamq; faciens communem causam, & sanctarum ecclesiarum disciplinam, simul decernere damnatione aduersus eum regulariter factâ, & per propria scripta dignare, confortari autem & pijsimi & Christo deditissimi nostri Imperatoris fidè. Causa enim eget solummodo vestro solatio atq; defensione, qua debeat consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim hæresis quæ surrexit, & tur-

*detegentem, *retegentem,

bæ quæ propter eum factæ sunt, facillimè destruentur, Deo cooperante per vestras sacratissimas literas. Remouebitur autem & concilium, quod fieri diuulgatur, quatenus nequaquam vbiq; sanctissimæ turbentur ecclesiæ. *Omniū quæ vobiscum est, fraternitatem ego & qui mecum sunt, salutamus. Incolumis in Domino, & orans pro nobis, doneris Ecclesiæ & nobis, religiosissime & sanctissime pater.

Ephesium & prophanum.

*Omnes

EPISTOLA LEONIS PAPAË I. ad Faustum, Martianum & reliquos archimandritas Constantinopolitanos.

Dilectissimis filijs Fausto & Martino & reliquis archimandritis, Leo Episcopus. Cùm propter causam fidei, quam Eutyches perturbare tetauit, de latere meo mitterem, qui defensionem veritatis assisteret, congruum credidi, vt etiâ ad vestram dilectionem scripta dirigerem, quos certum habeo ita studere pietati, vt blasphemias & impias voces nullatenus æquanimitè audire possitis, manente in cordibus vestris Apostolica institutione, qua dicitur: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Sensum autem prædicti Eutychetis, qui sicut gestorum lectione cognouimus, merito reprobatus est, etiâ nos detestandum esse decernimus, ita vt, si assertor insipiens in sua prauitate voluerit permanere, habeat cùm his consortium, quorum est secutus errorem. Merito enim fiet extra Christi ecclesiam, qui in Christo humanam, id est, nostram, negat esse naturam. Sed si idem spiritu Dei miserante correctus, impietatem sui erroris agnouerit, & quæ catholici execrantur, plena satisfactio- ne damnauerit: volumus ei misericordiam non negari, vt Ecclesia Domini nullum sentiat damnum: cùm & respiciens possit recipi, & solus debeat error excludi. De sacramento autem pietatis magnæ, in qua nobis per incarnationem verbi Dei iustificatio est & redemptionis, quæ sit nostra ex patrum traditione sententia, in literis quas ad fratrem meum Flauianum episcopum misi, nunc sufficenter (quantum arbitror) explicatum est, vt per insinuationem præsulis vestri, quid secundum euangelium Domini Iesu Christi in omnium fidelium cordibus fixum esse cupiamus, noscatis. Datum Idibus Iunij, Asterio & Protogene consulibus.

Gal. 1.

EPISTOLA EIVSDEM, AD Imperatorem Theodosium.

Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto, Leo episcopus. Quantum rebus humanis consulere prouidentia diuina dignetur &c. Quare reliqua in epistola Leonis pape, epistola 12.

EPISTOLA EIVSDEM, AD Pulcheriam Augustam.

Quantum sibi fidutię de fide vestre clementiæ &c. Quare reliqua in epistolis Leonis pape, epistola 17.

EPISTOLA EIVSDEM, AD Ephesinam synodum secundam, in qua pro-uocat cōgregatos episcopos Eutychetis blasphemias condemnare. Et hęc quidem epistola licet sit missa, est tamen occultata, propterea quod non fuerit concessa publicari episcopis.

Leo episcopus sanctę synodo quę apud Ephesum conuenit. Religiosa clementissimi principis fides, sciens ad suam gloriam &c. *Queratur reliqua in epistola Leonis pape 14.*

EPISTOLA EIVSDEM AD THEodosium Augustum, qua rogat illum, speciale concilium in Italia fieri, & in nullo alio loco, eod quod contraria canonibus facta sit synodus Ephesina, & in ea acta, iudicantur illegitima nec ritę facta.

Vide hęc plenius in epistola 23. Leois pape

Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto, Leo episcopus. Olim & ab initio in cōcilijs celebratis tantam nos percepimus à beato Petro apostolorum principe fidutiam, vt autoritatę habeamus, ad veritatem pro nostra pace defendendā, quatenus nulli liceat, sic eam munitam in aliquo commouere, dum repente lapsa remouetur. Igitur quia concilium episcoporum, quod propter Flavianum in ephesina ciuitate fieri præcepistis, & ipsi fidei probatur obesse, & omnes ecclesias vulnerare, & hęc à nobis cōperta sunt non incerto nuncio, sed ab ipsis reuerendissimis episcopis, qui à nobis missi sunt, & fidelissimo rerū quę gestę sunt, narratore Hilario diacono nostro. Hęc autem ideò culpa processit, eod quod non pura conscientia & recto iudicio secundum consuetudinem hī qui collecti sunt, de fide & erratibus protulerunt. In ipso autem iudicio non omnes qui conuenerant, interfuisse cognouimus. Nam alios relictos, alios didicimus intromissos, qui pro supradicti sacerdotis arbitrio, impijs subscriptionibus captiuas manus dederunt. quod & nociturum statui suo scirēt, nisi imperata fecissent: talemq; ab ipso prolatam esse sententiā, vt in omnes per eam fauiretur ecclesias. Quod nostri ab apostolica sede directi, ad eod impium & catholicę fidei contrarium videntes, nobis significare noscuntur. Vndē tranquillissimi principū, remouete (quęsumus) à vestrę pietatis conscientia periculum religionis & fidei, vt Christi euangelio vim non inferat humana præsumptio. Ecce ego Christianissime & venerabilis Imperator, cum cōsacerdotibus meis implens erga reuerentiam clementię vestrę synceri amoris officium, cupiensq; vos per omnia placere Deo, cui pro vobis ab Ecclesia supplicatur, nē ante tribunal Domini, rei de cōsilio iudicemur, obsecramus coram vnus Deitatis inseparabili Trinitate, (quę rali factō læditur, cum ipsa vestri sit custos & author imperij) & corā sanctis angelis Christi,

Dioscori.

principes

concilio

sti, vt omnia in eo statu esse iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudicium, donē maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur. Nec alieno peccato patiamini vos grauari, quia (quod necesse est nos dicere) veremur, nē cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reuenter adspicite beati Petri gloriam, & communes cum ipso omniū apostolorum coronas, cunctorumq; martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi confessio verę diuinitatis & verę humanitatis in Christo. Cui sacramento quia impiē nunc à paucis imprudētibus obuiatur, omes partium nostrarum ecclesię, omnes mansuetudini vestrę cum gemitibus & lachrymis supplicant sacerdotes, vt quia & nostri fideliter reclamauerūt, & eisdem libellum appellationis Flavianus episcopus dedit, generalē synodū iubeatis intra Italiam celebrari, quę omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, nē aliquid vltra sit vel in fide dubiū, vel in charitate diuisum, cōuenientibus vtiq; orientalium prouinciarum episcopis, quorū si qui superati minis atq; iniurijs, à veritatis tramite deuiarūt, salutaribus remedijs in integrum reuocentur: ipsiq; quorum est causa durior, si cōsilijs melioribus acquiescant, vt ab Ecclesię vnitatem non excidant. Quam autem post appellationem interpositā hoc necessariō postuletur, canonum Nicę habiturum decreta testantur, quę à totius mundi sunt sacerdotibus constituta. Fauete catholicis vestro more parentumq; vestrorum, date defendendę fidei libertatem. Cum enim Ecclesię causas, tum regni vestri agam & salutis, vt prouinciarum vestrarum quieto iure potiamini: defendite contra hereticos, inconcussam ecclesię statum, vt & vestri Christi dextera defendatur imperium. Datū tertio Idus Octobris, Asterio & Protogeneviris clarissimis consulibus, gra qua supra.

EPISTOLA EIVSDEM, AD THEodosium Augustum, in qua culpata secundam Ephesinam synodum.

Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto, Leo episcopus, & sancta synodus quę in vrbe Roma conuenit. Literis clementię vestrę, quas dudum ad beati Petri apostoli sedem &c. *Queratur reliqua in epistolis Leonis pape, epistola 23.*

EPISTOLA EIVSDEM, ET SANCTI concilij, quod Romę collectum erat, ad Pulcheriam Augustam.

Gloriosissime & clementissime filię Pulcherię Augustę, Leo episcopus, & sanctum cōcilium Romę collectum. Si epistole, quę pro fidei causa per nostros clericos directę sunt &c. *Queratur reliqua in epistolis Leonis pape, epistola 24.*

EPISTOLA HILARII DIACONI Romani ad Pulcheriam Augustam.

Gloriosissime atq; pijsime augustę, Hilarius diaconus. Studium mihi fuisse, post synodum aduenire Constantinopolim, dicere nō debeo: quoniam manifesta necessitas erat, quę meliter beatissimi papę ad vestram clementiam directas offerre compelleret, vt pariter & vestrę pietati, ac inuictissimo & Christianissimo principi officii, quod debebam, venerationis exoluerem. Sed huic congruo meo proposito illud impedimentum euenit, quod omnium bonorum inimicum est, & Christianorū ingemiscit affectus, hoc est, Alexandrinus episcopus, in damnatione virorum inculpabilium potētissimus. Nam postea quā in iustę eius voluntati atq; sententię communicare non potui, ad aliud cōcilium terroribus atq; insidijs me euocare conatus est: quatenus me (quod absit) aut seductionibus faceret consentire ad condemnandum sanctissimum Flavianum episcopum, aut resistentem teneret, vt mihi non esset licentia ad pietatem vestram Constantinopolim percurrere, aut ad romanā Ecclesiam remeare. Veruntamen cōfidens de auxilio Christi, quod attinet ad damnationem reuerendissimi & sanctissimi viri, innocentē me integrum quę seruauit, licet nulla flagella, nulla tormenta me possent facere eius consentire sententię, sed omnibus derelictis, exindē discessi, per in cognita & inuisa loca Romanam veniens, vt reuerendissimo Pape, omniū quę in Epheso gesta sunt, idoneus nunciator existerem. Vestrā itaq; veneranda clementia cognoscat, à præfato Papa cum omni Occidentali concilio reprobari omnia, quę in Epheso contra canones per tumultus & odia secularia à Dioscuro Episcopo gesta sunt, & nulla ratiōe hęc in his partibus suscipi posse, quę per potentiam prædicti, non sine læsione fidei & præiudicio sanctissimi viri innoxijq; commissa sunt. Quę verò constanti ac forti autoritate pro fide à me nunciata sunt, superfluum credo narrare. Nam hęc ex literis beatissimi Papę poteritis agnoscere. Vndē domina splendidissima atq; clementissima Augusta, adoranda vestra pietas in quibus libenter fecit initium, relinquere nō debet, sed hęc zelo religioso fidei, constanti voluntate seruare.

EPISTOLA GALLÆ PLACIDIÆ ad Pulcheriam Augustam, qua acta cōcilij Ephesini secundi detestantur, & petuntur annullari.

Galla Placidia pijsima semper Augustam, Aelię Pulcherię pijsimę semper Augustę filiã. Vt Romanam frequentibus concursionibus ad quę desideramus inspicere, causa nobis est amplectendę religionis, vt terminis sanctorum nostram exhiberemus presentiam, quos certum est, pro sua virtute in cęlestibus constitutos, neque inferiora despiciere. Nos itaq; sacrilegum esse credimus, si solennium

ordinem denegemus. Cum igitur beato apostolo Petro nostrā presentiam dedissemus, illic multitudine sacerdotū reuerendissimus Leo papa circumdatus, pro dignitate sui loci nos primus adijt, qui propter interpositam gemitus sui tristitiam, desiderium plenē suū verbis insinuare non poterat. Vicit tamē cōstantia sapientię sacerdotis, vt lachrymas paululūm retineret, & causam violatę fidei, tanquā huius vindex, manifesto sermone proferret. In quo sermone cognouimus, nostris temporibus catholicā fidem esse turbatam, quā à diuo patre nostro Constantino nostri generis parentes hactenū seruauerunt. Secundum voluntatem nanq; eiusdem, prauum aliquid aduersus sacerdotem Constantinopolitanum excitatum dicitur. Nos itaq; in Ephesino cōcilio, in quo nullus ordinem sacerdotum custodiuit, neq; mensuram, sine consideratione diuinitatis omnia esse gesta cognouimus, quatenus præsumptio & iniustitia in quorundam damnationem vim obtinere dicatur, quę nostris temporibus terribilia esse videntur. Debet itaq; fides proprię valere sanctissima atque venerabilis filia Augusta. Igitur tua clementia secundum catholicam fidem, quod semper nobiscum fecit, & nunc similiter conspirare dignetur: vt quicquid in illo tumultuoso miserrimoq; concilio constitutum est, omni virtute remoueat, vt omnibus integris permanētibus, ad Apostolicę sedis, in qua primus apostolorū beatus Petrus, quę etiā clauis regni cęlestis suscipiens, sacerdotij principatum tenuit, episcopatus causa mittatur. Debemus enim primum in omnibus immortalī cōuersationi tribuere, quę totum mundum proprię virtutis dominatione compleuit, & nostro imperio orbem gubernādum seruandūq; cōmitit.

SACRÆ LITERÆ TAM à Domino nostro Valētiniano, quā à diuę memorię Placidia, necnon & Eudoxia Augustis, ad Theodosium diuę memorię, vt iuberet in partibus Italię concilium celebrari, in qua quoquē Romani pontificis auctoritas commendatur.

Domino meo Theodosio, gloriosissimo victori & triumphatori perpetuo Imperatori & patri, Valentinianus gloriosus victor ac triumphator semper Augustus & filius. Cum aduenissem in vrbem Romanam ad diuinitatem placidam, sequenti diē ad basilicam apostoli Petri processi, & illic post venerabilem noctem diē apostoli, & à Romano episcopo & ab alijs cum eo ex diuersis prouincijs congregatis, rogatus sum scribere vestrę mansuetudini de fide, quę cum sit cōseruatric omnium fidelium animarum, dicitur perturbata, quā nos à nostris maiorib; traditam, debemus cum omni competenti deuotione defendere, & dignitatē proprię deu-

nerationis beato Apostolo Petro intemeratam & in nostris temporibus cōseruare: quatenus beatissimus Romanæ ciuitatis episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas cōtulit, locum habeat ac facultatem de fide & sacerdotibus iudicare, Domine sanctissime pater & venerabilis Imperator. Hac enim gratia secundum solennitatem Conciliorum & Constantinopolitanus Episcopus cum per libellos appellauit, propter cōtentionem, quæ orta est de fide. Huic itaque postulanti, & coniuuranti salutem nostram communem, annuere nō negaui, quatenus ad tuam mansuetudinem meam petitionem ingererem, vt prædictus sacerdos congregatis ex omni orbe etiã reliquis sacerdotibus, intra Italiam, omni præiudicio submoto, à principio omnem causam quæ vertitur, sollicita probatione cognoscens, sententiam ferat, quam fides & ratio veræ diuinitatis exoptulat. Non debet enim nostris temporibus cōtra religionem turbarum petulantia præualere, dum incommota fides hæc tenens fuerit cōseruata. Ad perfectiorem verò agnitionem vestræ dignitatis, direximus etiã gesta, per quæ & desideria & exclamationes omnium pietas vestra cognoscat.

EPISTOLA GALLAE PLACIDIÆ Augustæ ad Theodosium Imperatorem filium illius, data in fauorem Romani pontificis, & Flauiani Constantinopolitani.

Domino victori Theodosio triumphatori, semper Augusto filio, Galla Placidia pijsissima & perpetua Augusta mater. Dum in ipso ingressu ciuitatis antiquæ hanc curam habuissemus, vt cultum beato Petro apostolo redderemus, in ipso adorando altari martyris reuerendissimus Leo Episcopus paululum se postorationem retinens, propter catholicam fidem apud nos defleuit, ipsum similiter summum apostolorum, quæ nupèr adieramus, testem obijciens, episcoporum multitudine circumseptus, quos ex innumerabilibus ciuitatibus Italiæ, pro principatu proprii loci seu dignitate collegit: & verbis permiscens lachrymas, ad communionem sui fletus, nostros quoquæ gemitus, puocauit. Non modicum detrimentum est ex his quæ gesta sunt, vt fides quæ tantis temporibus regulariter custodita est à sacratissimo patre nostro Constantino, qui primus imperio splenduit Christianus, perturbata sit ad arbitriū vnus hominis, qui in synodo Ephesina ciuitatis, odium & contentiones potius exercuisse narratur, militū præsentia & metu impetens Constantinopolitanæ ciuitatis episcopum Flavianum, eò quod libellum ad apostolicam sedem miserit & ad omnes episcopos harum partium, per eos qui directi

TOM. 2.

fuerunt in concilio à reuerendissimo episcopo Romæ, qui secundum diffinitiones Niceni concilij consueti sunt interesse, domine sacratissime fili venerabilis Imperator. Hac itaque gratia, tua mansuetudo tantis turbis resistens, veritatem immaculatam fidei catholice religionis seruari præcipiat, vt secundum formam & diffinitionem Apostolicæ Sedis, quam & nos tanquam præcellentem similiter veneramur, in statu sacerdotij illæso manente per omnia Flauiano, ad cōcilij & Apostolicæ Sedis iudicium transmittatur, in qua primus ille, qui cælestes clauis dignus fuit accipere, principatum episcopatus ordinauit, quando scilicet decet nos huic maxime ciuitati, quæ domina omnium est ciuitatum tuarum, in omnibus reuerentiã cōseruare. Diligentius autem etiã in hoc prouidere, nē quod priscis temporibus nostra generatio custodiuit, sub nobis imminui videatur, & per præsens exemplum schismata generentur inter episcopos ac sanctas ecclesias.

EPISTOLA LICINIAE EVDOKIÆ Augustæ ad Theodosium, de Ecclesiæ catholice turbatione, ac Flauiani Constantinopolitani depositione.

Domino Theodosio inelyto semper Augusto & patri, Licinia Eudokia pijsissima & perpetua Augusta. Omnibus notum est, tuam mansuetudinem curam atque sollicitudinem habere Christianorum & catholice fidei intantum, vt iuberetis ad iniuriam eius nihil omnino faciendum. Cùm igitur feliciter Romam fuisset ingressi, & in liminibus basilicæ sanctissimi Petri venissemus, Leo beatissimus Romanæ ciuitatis episcopus, etiã cum alijs plurimis episcopis postulationem nobis obtulit, dicens omne dogma religionis per Orientem fuisse turbatum, & accidisse, quatenus tota Christianorum fides ad confusionem omnem reduceretur. Nam Flavianum Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopum, propter inimicitias Alexandrini episcopi ingemiscebat expulsum, & hoc cum alijs episcopis postulauit, protestans & ipsorum venerabilium locorum cultum, & mansuetudinis nostræ salutem, quatenus ad tuam clementiam ex hac causa eas literas destinarem, domine sanctissime pater & adorabilis Imperator. Salutans igitur iusta posco, quatenus his literis curam vestra tranquillitas præbere dignetur: & quæ malè gesta sunt, emendari præcipiat, donec omnibus quæ etiã diffinita sunt, reuocatis ex integro, causa fidei & Christianæ religionis, quæ mota est, in partibus Italiæ congregato concilio, perquiratur. Scriptum est enim, hinc omnem cōtentionem motam, quatenus Flavianus Episcopus ex ecclesiasticis rebus potuisset auferri.

EPI.

EPISTOLA THEODOSII IMPERATORIS ad Valentinianum Imperatorem: in qua, licet iniuste atque indebitè, commendantur & Ephesina synodus secunda prophana, & Flauianus archiepiscopi Constantinopolitani depositio.

Domino meo Valentiniano Augusto Theodosius. Et Romam peruenisse tuam mansuetudinem, & petitionem oblatam à Leone reuerendissimo patriarcha, in ipso principio literarum ex tua maiestate significatum est. Et de tua quidem incolumi in Romanam urbem reuersione gratias competentes diuina maiestati reddimus, domine sanctissime fili & venerabilis Imperator. De his autem quæ dixit memoratus reuerendissimus vir, indicatum est ad eundem latius atque plenius, (sicut arbitrati sumus) & cognouit nos in nulla parte à paterna religione & Maiorum traditione resiliisse. Nihil aliud volumus, quam sacramenta paterna per successionem nobis tradita, inuiolabiliter custodire. Propter hæc igitur causam, quoniam quosdam cognouimus sanctissimas ecclesias nobilibi nouitate turbare, synodum decreuimus Ephesi fieri. In præsentia quippe reuerendissimorum episcoporum, cum multa libertate & integra veritate, & indigni sacerdotio remoti sunt, & qui iudicati sunt esse digni, suscepti sunt. Nihil igitur ab his contrarium regulæ fidei aut iustitiæ factum esse cognouimus. Omnis igitur contentio sacro iudicio examinata est. Flavianus autem qui reus inuentus est lesibilis nouitatis, debitum recepit. Et hoc remoto, omnis pax & omnis concordia regnat in ecclesijs, & nihil aliud quam veritas viget.

EPISTOLA EIVSDEM AD Gallam Placidiam Augustam, eadem scribens vel tractans, qua & prior.

Domina mea Placidia venerabili Augusta Theodosius. Ex literis tuæ mansuetudinis nostra cognouit serenitas, quid reuerendissimus patriarcha Leo à tua serenitate poposcerit. His itaque literis indicamus, quoniam de his quæ dicta à reuerendissimo episcopo, plenius atque apertius sæpius scriptum est: ex quibus sine dubitatione manifestum est, nihil nos præter paternam fidem aut dogmata diuina vel diffinitiones reuerendissimorum episcoporum, qui tam sub diuina memoriæ Constantino in Nicea ciuitate, quam dudum nostro præcepto in Epheso congregati sunt, definisse, aut decreuisse, aut intellexisse: sed hoc solum in Epheso constitui iussimus, vt omnes qui nocibili lesione ecclesias sanctas turbauerunt, dignè remouerentur. Hæc sunt, quæ nō ad refragationem, sed ad concordiam & purum vinculum adorandæ religionis à reuerendissimis presbyteris

TOM. 2.

ris sunt decreta. Flavianus autem princeps contentionis huius, sacra sententia ab ecclesiasticis rebus expulsus est. Hæc igitur sciens tua mansuetudo, domina sacratissima mater & venerabilis Augusta, nihil nos aliquando contrarium à tradita fide sentire (sicut à quibusdam dicitur) suspicemini, aut cogitetis.

EPISTOLA EIVSDEM AD Eudoxiam Augustam. Eiusdem tenoris est, cuius duæ priores.

Domina mea Eudoxia venerabili Augusta Theodosius. Semper equidem tui desiderij literis delectamur, ac tota animæ suauitate complectimur, & omnibus tuis petitionibus consueuimus gratanter annuere, domina sacratissima filia venerabilis Augusta: sed de presenti causa, hoc est, de Flauiano qui fuit episcopus, quæ in hac causa subsequuta sint, reuerendissimo archiepiscopo Leoni perfectè nostra mansuetudo significauit. Tuæ verò dulcedini hoc solum approbauimus intimandū, quia memoratus Flavianus sacro iudicio ab ecclesiasticis rebus ablatum est, quatenus totius dubietatis contentio à sacris remoueretur ecclesijs, & nihil ulterius post hæc definire possibile est, cum iam ista semel decisa sint.

EPISTOLA LEONIS PAPAE & Romani concilij, ad clericos, & honorabiles, & omnem populum Constantinopolitanum.

Leo episcopus & sancta synodus, quæ in vrbe Roma conuenit, clero, honoratis, & plebi consistenti apud Constantinopolim dilectissimis filijs, in domino salutem. In notitiam nostram &c. *Quærantur reliqua in epistolis Leonis papæ, epistola vigesima prima.*

EPISTOLA EIVSDEM ET Romani cōcilij ad archimandritas Constantinopolitanos.

Leo episcopus & sancta synodus, quæ in Romana ciuitate collecta est, Fausto, Martino, Petro, Magno & Eliæ, presbyteris & archimandritis monasteriorum Constantinopolitanorum, dilectissimis filijs in domino salutem. Quæritis ea quæ ad Constantinopolitanam ecclesiam &c. *Quærantur reliqua in epistolis Leonis Papæ, epistola 26.*

EPISTOLA VALENTINIANI ET Martiani ad archiepiscopum Romæ Leonem, & est inuitatoria pro Chalcedonenfis concilij celebratione ad bonum fidei & pacis.

Victores Valentinianus & Martianus, gloriosi triumphatores semper Augusti, Leoni reuerendissimo archiepiscopo gloriosæ ciuitatis Romæ. Ad hoc maximum imperium venimus Dei prouidentia & electione senatus excellentissimi, cunctarumque militiarum

A 4 Vndè

*Christia-
norum, cui

Vndè pro reuerenda & catholica religione
*Christianæ fidei, cuius auxilijs virtutem no-
stræ potentia confidimus gubernari, tuam
sanctitatem principatum in episcopatu diui-
næ fidei possidentem, sacris literis, in princi-
pio iustum credimus alloquendam, inuitan-
tes atque rogantes, vt pro firmitate & statu
nostri imperij, aternâ diuinitatē tua sancti-
tas deprecetur, vt & tale propositū atq; desi-
deriū habeamus, quatenus omni impio errore
sublato per celebrādam synodum te autho-
re, maxima pax circa omnes episcopos fidei
catholicæ fiat, ab omni scelere pura & inteme-
rata cōsistens. Actum Constantinopoli, cō-
sulatu domini Valētiniani perpetui Augusti.
EPISTOLA PISSIMI IMPERA-
toris Martiani ad archiepiscopū Romæ Le-
onem, qua excitat illum, vt deliberet de
concilio futuro, & de conue-
nienti loco.

Leonem reuerendissimo episcopo ecclēsię
gloriosissimæ ciuitatis Romæ, Martia-
nus. De studio & oratione nostra, sanctitas
tua nō dubitat: quoniam veram Christiano-
rum religionem & Apostolicam fidem fir-
mam volumus permanere, & ab omni popu-
lo pia mente seruari. Deniquē sollicitudinem
nostræ potentia, ex recta religione & propi-
acatione saluatoris nostri consistere, nō am-
bigimus. Quapropter reuerendissimos vi-
ros, quos ad nostram pietatem sanctitas tua
dixit, libenter & sicut decebat, animo gra-
to suscepimus. Superest, vt si placuerit tuæ
beatitudini in has partes aduenire, & syno-
dum celebrare, hoc facere religionis affectu
dignetur: nostris vtiquē desiderijs vestra san-
ctitas satisfaciatur, & sacræ religioni quæ utilia
sunt, decernat. Si verò hoc onerosum est, vt
tu ad has partes aduenias: hoc ipsum nobis
proprij literis tua sanctitas manifestet, qua-
tenus in omnem Orientem & in ipsam Thra-
ciam & Illyricam sacræ nostræ literæ dirigā-
tur, vt ad quēdam diffinitum locum, vbi no-
bis placuerit, omnes sanctissimi episcopi de-
beant conuenire, & quæ Christianorum re-
ligioni atque catholicæ fidei profint, sicut
sanctitas tua secundum ecclesiasticas regulas
diffiniuerit, sua dispositione declarent.

Missæ sunt etiā diuinæ syllabæ à diuæ
memoriæ Pulcheria ad eundem virum san-
ctissimum, nunciantes deo amicissimum ar-
chiepiscopum Constantinopolitanum Ana-
tolium, omni errore seposito, epistolę nup̄
missæ ad sanctæ memoriæ Flauianum, absq;
vlla mora subscripsisse, & sustinere iam, vt q̄-
dam synodus fieret in partibus Oriētis: cor-
pus verò eiusdem sanctæ memoriæ Flauiani,
Constantinopolim fuisse perductum, vt in
basilica apostolorum sepeliretur. Episcopi
etiā, qui vnanimis erant sanctæ memoriæ
Flauiano, & ad exilium fuerant destinati, &
hos reuocandos fore, vt ad recipiendas eccle-
sias suas, synodi sententiam sustinerent.

EPISTOLA PVLCHERIAE AV-
gustæ, ad sanctissimum archiepiscopum Ro-
mæ Leonem, qua Anatolij episcopi probitas
commendatur, & admonet fieri concilium
maturum ac catholicum: & sepultura
corporis sancti episcopi Flau-
iani, condecens facta si-
gnificatur.

Leonem reuerendissimo episcopo ecclēsię
gloriosæ ciuitatis Romæ, Pulcheria Au-
gusta. Literas tuas beatitudinis cum omni
decenti omnem episcopum veneratione sus-
cepim⁹, per quas tuam fidem puram & talē
cognouim⁹, qualis debet cum sanctitate sa-
cro p̄beri templo. Ego verò similiter ac me-
us dominus tranquillissimus Imperator me-
us coniunx, in eadem semper & mansimus &
manemus, omnem prauitatem atque polluti-
onem & maleficium declinantes. Sanctissi-
mus igitur gloriosæ Constantinopolis epi-
scopus Anatolius, in eadem fide permansit
atque religione, & tuarum literarū Aposto-
licam confessionem complectitur, illo erro-
re sublato, qui ab aliquibus nunc ortus est,
sicut ex ei⁹ quoquē literis clari⁹ tua sancti-
tas agnoscere poterit. Et epistolæ similiter ca-
tholicæ fidei, quam ad sanctæ memoriæ Fla-
uianum episcopum tua beatitudo direxit,
sinē aliqua dilatione subscripsit. Et propter
eā tua reuerentia quocunq; modo *pro-
spexerit, significare dignetur, vt omnes etiā
totius Oriētis episcopi, Thraciæ atque Illy-
rici (sicut etiā nostro domino pijsimo Im-
peratori meo coniugi placuit) in vnam ciui-
tatem velociter ab Orientalibus partibus ve-
leant conuenire, & illic factō concilio, & de
catholica confessione, & de his episcopis qui
ante hoc segregati sunt, sicut fides & Christi-
ana pietas exigit, te authore decernat. Super
hac autem sciat tua sanctitas, quoniam præ-
cepto nostri domini & tranquillissimi prin-
cipis mei coniugis, in gloriosa ciuitate Con-
stantinopoli sanctæ memoriæ episcopi Flau-
iani corpus allatum est, & in basilica aposto-
lorum, in qua consueuerunt præcessores epi-
scopi sepeliri, competenter est positum. Et
hos similiter episcopos, qui propter eandem
causam, quoniam cum sanctissimo Flauiano
ad concordiam fidei catholicæ concurrerāt,
exilio deportati sunt, reuerti debere, robore
pragmatici sui præcepti, quatenus per appro-
bationem synodi atque sententiam omium
episcoporum conuenientium, episcopatum
& ecclesias proprias recipere decernantur.

SACRAE LITERAE MISSAE
à Valētiniano & Martiano vbiq;
ad religiosos episcopos, qua-
tenus omnes in Nicæa
conuenirent.

Imperatores Cæsares Valētinianus & Mar-
tian⁹, victores & triumphatores maximi,
semper Augusti, ad omnes vbiq; reueren-
dissimos

dissimos episcopos. Omnia ad veram fidem
& Christianam orthodoxam religionem ten-
dentia, præponēda alijs rebus existimamus.
Deo enim propicio existente, & nostrum im-
perium & communes causas meliores fore
confidimus. Quia igitur dubitationes quæ-
dam circa orthodoxā fidem motæ sunt, sicut
indican & literæ sanctissimi archiepiscopi
felicissimæ Romæ Leonis, placuit nobis, p-
priè, sanctum cōcilium fieri in Nicæa Bithy-
niæ ciuitate: quatenus cunctis concordanti-
bus, veritate examinata, & vacante omnium
studio, quo quidā iam abusi, religioē tur-
bauerunt orthodoxam, vera ac saluberrima
fides sic omni mundo manifestetur, vt decæ-
terò omnis quæstio & dubitatio auferatur.
Vndè tua sanctitas cum quantis approbaue-
rit reuerēdissimis episcopis sub suo sacerdo-
tio constitutis sanctarum ecclesiarum, exper-
tas habentibus diuinas scripturas, & in sci-
entia & doctrina orthodoxæ & veræ fidei præ-
cunctis eminentibus, ad memoratam Nicæ-
nam ciuitatem proximis calēdis Septembri-
bus aduenire festinet. Quisquis enim gene-
ralem & omni mundo vtilem futuram syno-
dum refutauerit, peccet equidē & circa di-
uinitatem ipsam, & pietatem nostram offen-
dat. Agnoscat autem & tua sanctitas, quoniā
nostra pietas adierit in ipso cōcilio, nisi qua-
dam publicæ & inuitabiles curæ nos in ex-
peditione fecerint occupari.

SIMILITER ALIAE SACRAE
literæ eorundem pijsimorū Im-
peratorum ad Anatolium
episcopū Cōstan-
tinopolitanū.

Victores Valentinian⁹ & Martianus in-
clyti triumphatores, Imperatores sem-
per Augusti, Anatolio episcopo Constanti-
nopolitano. Oibus negocijs diuinæ res præ-
ponendę sunt. Deo em̄ omnipotēte p̄picio,
Remp. & cōseruandā & meliorandā esse cō-
fidim⁹. Quia igit dubitationes quædam i ortho-
doxa religioē nostra vident esse cōmissę, sic-
ut etiā epistolæ viri reuerēdissimi episcopi
almę vrbis Romę Leonis testant, id speciali-
ter clementiæ nostræ placuit, vt venerabilis
Synod⁹ in Nicæa ciuitate puincię Bithynię
celebrēt, quatenus conuenientib⁹ animis &
omni veritate discussa, cessantib⁹ etiā studijs,
quib⁹ antehac vli quidā, sacrosanctā ortho-
doxā religioē cōturbāto noscunt, vera fi-
des nostra cūcto seculo manifestius innotē-
scat, vt deinceps nulla possit esse dubitatio
vel discordia. Qua de re sanctitas tua cū
quibus placuerit reuerēdissimis episcopis, quos
de ecclesijs sub sui sacerdotij cura cōstitutis
idoneos & instructos orthodoxæ religio nis
esse pbauerit, ad prædictā Nicæā ciuitatē in-
tra diē kalēdarum Septēbriū ire deproperet.
Sciatur autē religio tua etiā serenitatē nostrā
venerabili synodo interfuturā, nisi fortē pu-
blicæ necessitates in expeditionibus detinue-
runt.

Diuinitas te seruet p̄ multos annos san-
cte ac venerabilis pater. Data x. Calēdas Iu-
nij, Constantinopoli, cōsulatu dñi Martiani
perpetui Augusti primo, & q̄ fuerit nūciatus.
SACRAE LITERAE EMISSAE
ad synodum in Nicæa Valentiniano
& Martiano imperatoribus.

Studij nostri est, cōgruenter decerni ea,
quæ sanctæ & orthodoxę religionis exi-
stunt, quatenus omnis ambiguitas perimatur,
& decēs pax sanctissimis & catholicis redda-
tur ecclesijs. Hoc em̄ omnibus rebus p̄monē-
dum existimamus. Quia igitur volumus in-
teresse sancto cōcilio, retinet verò nos publi-
cæ & necessariæ utilitates in expeditione: di-
gnetur vestra religio non arbitrari graue, no-
stræ tranquillitatis absentia sustinere: sed ora-
re, quatenus ea quę inter man⁹ habem⁹, Deo
auxiliante benè disponētes, illuc venire pos-
simus, vt nostra pietate præsentē decernatur,
quę omnem discordiam quæstionemq; sub-
moueat, & confirmet veram & venerandā
orthodoxorum fidem.

SACRAE LITERAE MISSAE A
pijsima & Christianissima Augusta Pulche-
ria ad cōsularem Bithyniæ Strategum,
vt curam haberet circa disciplinā
synodi perhibendā, anteq̄ pla-
cuisset de nicæa ad Chalce-
donē mutari conciliū.

Intentio nostræ tranquillitatis est, ante ci-
uiles causas, sanctas Christi ecclesias, eisq;
dicatos, in pace consistere, & orthodoxam
fidem, quam cōtinere iudicamus imperium,
imperturbatam & immotam ab omni homi-
num genere custodiri. Vndè dudum praua
quadam emergente discordia, multam curā
habuim⁹, vt vndiquē multitudo sanctorum
episcoporum simul congregaret in Nicæa, qua-
tenus vniuersorum concordia, omnis turba
de medio tollerēt, & in futuro firma & im-
mobilis fides venerabilis p̄ualeret. Quia er-
gò secundum nostram sanctionem reueren-
dissimi quidem episcopi vniuersi cōueniunt,
sustinentes potestatis nostræ p̄sentiam, quę
non post multum ne cooperante adierit: qu-
dam autem, sicut agnouimus, cum sint soliti
conturbare & confundere Deo placitā di-
sciplinam, superuenientes in Nicæa clerici ac
monachi atque laici, tumultus facere tentāt,
contententes absque his quæ nobis placue-
runt: necessariè has pias literas ad tuam dire-
ximus claritatē, quatenus cum omni virtute
eos, si præter nostrā euocationē aut permis-
sionem suorum episcoporum ibidem cōmoran-
tur, clericos, siue intra hunc ordinē constitu-
tos, siue alicui eorū à proprijs episcopis sunt
remoti, vel monachos atq; laicos, quos nul-
la ratio ad concilium vocat, omnimodè de-
beas de ciuitate & ipsis locis expellere, vt cū
omni disciplina confidente sancta synodo,
sinē aliqua commotione atque contentio-
ne, quæ à Domino Christo reuelata fuerint,
com-

*expedientes

com-

communiter ab omnibus confirmetur. Sci-
to enim, quia si quis decetero inuentus fue-
rit tumultuosus ibidem commorari, aut an-
te praesentiam nostrae tranquillitatis, aut cer-
te post praesentiam, non fortuitum sibi im-
minere periculum.

SACRAE LITERAE MISSAE
sancto concilio, quod in Nicea se-
cundo concurrebat, ut de-
beret Chalcedone
migrare.

Victores Valentinianus & Martianus
gloriosi actriumphatores maximi sem-
per Augusti, Deo amabili synodo. *Festina-
tes ad sanctum venire concilium, retinuit nos
causa publicarum & nimis necessaria rum
rum. Cognouimus autem ex his quae vestra
sanctitate scripta sunt, quoniam plurimi ve-
strum propter corporis infirmitatem aliasque
diuersas causas laborant. Vnde licet pluri-
marum publicarum causarum nobis sit hic
remorandi necessitas, tamen praeponebam
omnibus curam sanctae & orthodoxae fidei
iudicamus. A reuerendissimo namque Leo-
ne archiepiscopo felicissimae urbis Romae,
reuerendi episcopi & presbyteri venerunt,
& poposcerunt a nostra tranquillitate, qua-
tenus omnimodo nos adesse debeamus san-
cto concilio, affirmantes, quoniam non pa-
terentur illi, absente nostra pietate, venire.
Secundum petitionem vero vestrae sanctita-
tis, nos ipsi valde quarentes velociter san-
ctissimum vestrum concilium celebrari, festi-
namus ad vos citius aduenire. Vnde si per-
spicit vestra religio, in Chalcedonensium ci-
uitatem venire dignemini: illic enim praecur-
remus, licet hic nos publica causa retineant:
quoniam quae profint verae & orthodoxae
fidei, & paci & disciplinae sanctarum catho-
licarum ecclesiarum, omnibus arbitramur
esse praeponenda, nec dubitamus quin etiam
vestrae sanctitati hoc placebit. Ne etiam an-
gustia ciuitatis amplius vos faciat laborare,
& absente nostra tranquillitate, sanctum con-
cilium longius protrahatur: orare ergo di-
gnemini pro nostro Imperio, quatenus &
hostes subditi nobis efficiantur, & pax in vni-
uerso orbe firmetur, & Romanae res secure
consistant, quod etiam nunc vos facere iudi-
camus. DEVS vos custodiat per multos an-
nos sanctissimi.

EXEMPLAR SIMILITER IMPE-
rialium literarum, quae Niceam missae
sunt sancto concilio, dum adhuc
pijssimus Imperator in Thra-
cia resideret, ut deberet
indilate Chalcedo-
nem migrare.

Imperatores Valentinianus & Martianus vi-
ctores semper Augusti, sancto concilio
quod Niceae per Dei voluntatem nostra san-
ctione collectum est. Dudum quidem & per
alias diuinas nostras literas indicauimus ve-
strae religioni, quatenus in Chalcedonensium
ciuitatem veniretis, ut ea quae de sancta & or-
thodoxa fide a sanctis patribus nostris sunt
diffinita, confirmaretis, ne diutius orthodo-
xorum multitudo diuersis modis errando se-
duceretur, sed ut omnes dominum nostrum
& saluatorem Christum (sicut congruit, &
sicut sanctissimi patres nostri decreuerunt)
conspicantur. Nos enim propter feruentissi-
mum fidei zelum, publicarum rerum neces-
sarias utilitates in praesenti distulimus, mul-
tum desiderantes ea, quae orthodoxae & verae
sunt fidei, tranquillitatis nostrae praesentia
confirmari. Nam ea quae in Illyrico contige-
runt, & ad vestras aures peruenisse confidi-
mus, quae licet Dei voluntate competenti vin-
dicta contigerunt, tamen publicarum rerum
utilitas exigebat ad Illyricum nostrae tran-
quillitatis profectioem. Sed quoniam (sic-
ut praedictum est) nihil orthodoxae fidei, &
ut haec roboretur, praeponebam esse iudi-
camus, propterea huic quidem expeditioni
interim supersecedimus. Et nunc proprie ve-
stram venerationem per has nostras sacratissi-
mas literas adhortamur, quatenus sine vlla
dilatione accedatis Chalcedonensium ciui-
tatem: quoniam Attico diacono regioe ciui-
tatis sanctissimae & catholicae ecclesiae refe-
rente nostra tranquillitati, cognouimus ve-
stram sanctitatem formidare, ne forte Euty-
chetis sectatores, aut alter aliquis, seditiones
aut tumultus aliquos praeparare pertentent.
Qua gratia significamus vobis, ut praedictam
causam nullatenus formidantes, adueniat
in Chalcedonensium ciuitatem. Speramus
enim de Dei clementia, quia praeter aliquam
turbam atque tumultum, omnibus secun-
dum orthodoxam & veram fidem iuste &
Deo placite constitutis, vnusquisque vestrum
ad propria sub celeritate reuertetur. Festina-
te itaque aduenire, & nullam dilationem ne-
gocio facere, ne per vestram segnitiam dilata-
tionem habeat inuentio veritatis. Nobis enim
studium est, Diuinitate propicia, prosperum
finem accipiente causa, velociter ite-
rum ad expeditionem felicissimam
remare. Deus vos custodiat
per multos annos, sanctissi-
mi & Deo amantissi-
mi patres. Datum
decimo calendas
Octobris, He-
raclae.

Finis eorum, quae ante Chalcedonense
concilium gesta sunt.

SYNODVS CHALCE-

DONENSIS SEXCENTORVM TRIGINTA EPISCOPORVM,
habita contra omnes haereses, maximè contra Eutychem & Dioscorum, Valen-
tiniano septies & Auiceno viris clarissimis consulibus, aera 488.

SYNODI CHALCEDONENSIS
Actio prima.



IN NOMINE
domini nostri Iesu
Christi, consulu
pijssimi & amato-
ris Christi Impera-
toris Flauij Marti-
ani perpetuo Aug-
gusti, & qui fuerit
nunciatus, sub die
octauo Idus Octo-
bris, indictione quarta, in Chalcedonensi ciui-
tate metropoli prouinciae Bithyniae, facta est
synodus ex decreto pijsissimorum & fidelissi-
morum Imperatorum Valentiniani & Marti-
ani, congregatis in ecclesia sancta ac trium-
phatricis martyris Euphemiae gloriosissimis
iudicibus, id est, magnificentissimo & glori-
osissimo magistro militum & excelsule ordi-
nario ac patricio Anatolio, & magnificen-
tissimo & gloriosissimo praefecto sacrorum
praetoriorum Palladio, & magnificentissimo &
gloriosissimo praefecto vrbis Taciano, & ma-
gnificentissimo & gloriosissimo magistro sa-
crorum officiorum Vincomalo, & magnifi-
centissimo & gloriosissimo exmagistro Mar-
tiali, & magnificentissimo comite deuotissi-
morum domesticorum Sporatio, & magni-
ficentissimo comite sacrorum priuatorum Ge-
nethlio. Appositis etiam ex glorioso & am-
plissimo senatu, id est, magnificentissimo &
gloriosissimo ex praefecto praetorij sexiens, & ex-
celsule ordinario ac patricio Floratio, & ma-
gnificentissimo & gloriosissimo excelsule ordi-
nario & patricio Senatore, & magnificen-
tissimo & gloriosissimo exmagistro officio-
rum, & excelsule ordinario ac patricio Nonio,
& magnificentissimo & gloriosissimo ex praefecto
& excelsule ordinario ac patricio Pro-
togene, & magnificentissimo & gloriosissimo
ex praefecto Zoilo, & magnificentissimo & glo-
riosissimo ex praefecto vrbis Theodoro, & ma-
gnificentissimo & gloriosissimo ex praefecto
vrbis Apollonio, & magnificentissimo & glo-
riosissimo ex praefecto sacri cubiculi Roma-
no, & magnificentissimo & gloriosissimo ex
praefecto Illyrici Theodoro, & magnificen-
tissimo & gloriosissimo ex praefecto praetori-
orum Constantino, & magnificentissimo & glo-
riosissimo ex praefecto sacri cubiculi Artaxer-
xe, & magnificentissimo & gloriosissimo ex
praefecto Illyrici Eulogio. Conueniente etiam
sancto & vniuersali concilio secundum sacra
praepositione in Chalcedonensi vrbe congrega-
to, i. Paschasino & Lucentio reuerendissimis
episcopis, & Bonifacio religiosissimo pre-

*rerum pri-
uatarum

sbytero, tenentibus locum sanctissimi & re-
uerendissimi archiepiscopi almae vrbis Ro-
mae Leonis: & Anatolio reuerendissimo epi-
scopo in clytiae vrbis Constantinopolitanae no-
uae Romae, & Dioscuro reuerendissimo epi-
scopo magnae Alexandrinae ciuitatis, & reli-
quis sanctissimis & religiosissimis episcopis,
id est, maximo Antiochie Syriae, Iuuenali Hi-
erosolymae, Quintillo Heracliae Macedoniae,
agete vices Anastasij episcopi Thessalonice-
sis, Thalasio Caesareae Cappadociae, Stepha-
no Ephesi, Luciano Byziae, & agete vices Cy-
riaci episcopi Heracliae Thraciae, Eusebio
Ancyrae Galatiae, Diogene Cyzici, Eleutherio
Chalcedone, Petro Corinthi, Basilio Se-
leucia metropolis Isauriae prouinciae, Flor-
tio Sardeorum Lydiae metropolis, Amphilo-
chio Sidenae ciuitatis metropolis Pamphy-
liae prouinciae, Eunomio Nicomediae metro-
politanae ciuitatis, Theodoro Tarseni ciuitatis
metropolis Ciliciae prouinciae, Eusebio &
Constantino presbytero, agete vices Anas-
tasij episcopi Niceae, Iuliano ciuitatis Coe-
nis, & ipso agete vices sedis Apostolicae pri-
scae vrbis Romae Leois, Meletio ciuitatis La-
risenae sanctae ecclesiae, & agente vices Do-
mni episcopi Apameae metropolis Syriae se-
cundae, Cyro Anazarbi ciuitatis metropolis
Ciliciae secundae, Constantino Bostrenae ci-
uitatis metropolis Arabiae, *Photio Tyri ci-
uitatis metropolis Phoenices maritimae, The-
odoro Damasceni ciuitatis metropolis, Ste-
phano Hierapolis ciuitatis primae Syriae, *Nonno
Edessa ciuitatis primae Syriae, Simeone
Almedenae ciuitatis metropolis Mesopota-
miae, Epiphano episcopo & agete vices Olym-
pij episcopi Constantiae *Mesopotamiae, Io-
anne Sebastiae ciuitatis metropolis primae Ar-
meniae, Seleuco Amasiae ciuitatis metropoli-
tanae, Constantino Melitene ciuitatis metro-
polis Armeniae, Patricio Tyanae ciuitatis me-
tropolis Cappadociae secundae, Petro Gan-
grae ciuitatis metropolis Galatiae secundae,
Ioanne *Chrysolitae, Apragmonio Tiji ci-
uitatis, agente vices Calogeri Episcopi ci-
uitatis metropolis Claudiopolis Ponticae
Honoradiis, Atarbio Trapezuntis ciuitatis,
agente vices Theoctisti episcopi Pessinun-
tis ciuitatis metropolis Ponti Galatiae se-
cundae, Romano Myrae ciuitatis metro-
polis Lyciae prouinciae, Critoniano Aphro-
disiadis ciuitatis metropolis Cariae, Nune-
chio Laodiceae ciuitatis metropolis Phrygiae
Pacatianae Trimitariae, Marmiano Synnadae
ciuitatis metropolis Phrygiae Pacatiae, One-
siphoro Iconij ciuitatis metropolis Lycao-
niae, Pergamio Antiochiae ciuitatis metropolis
Pisidiae

*Nonno

*ciuitatis
metropolis
insula Cy-
pri, Ioanne

*Cyropolis

Pisidia Phrygiae salutaris, puincia, Epiphano Pergae ciuitatis metropolis Pamphyliae prouincia, Iordano Abilae Syriae, Attico Nicopolis ciuitatis metropolis veteris Epiri, Martyrio *Gortyna ciuitatis Creta insulae, Luca Dyrhachij ciuitatis metropolis nouae Epiri, Francione Philippopolis ciuitatis metropolis Thraciae prouincia, Constantino Demetriadis Thessaliae, agente vices Vigilantij episcopi Larissae ciuitatis Thessaliae, Sebastiano *Berocae ciuitatis, Basilio Traianopolis sanctae ecclesiae ciuitatis metropolis Rhodopae prouincia, Tryphone Chij insulae ciuitatis, agente vices Ioannis episcopi metropolis insulae Rhodi, Theodotisto *Berhoe ciuitatis Syriae, Eusebio Dorylei ciui. Phrygiae Salutaris prouincia, Gerontio Seleuciae ciuitatis Syriae, Saba Paltos ciuitatis prima Syriae, Eusebio presbytero, agente vices Macarij episcopi Laodiceae ciuitatis Syriae, Olympio Aratopolis Phoeniciae puincia, Peto Gabalae ciuitatis Syriae, Sophronio Constantiae ciuitatis, Patricio Neocaeareae ciuitatis Augustae Euphratae prouincia, Mara Anafarthae ciuitatis, Romulo Chalcidis ciuitatis, Eustathio Beryti ciuitatis Phoenices maritima, Leontio Afsalonae ciuitatis Palaestinae, Aniano Capitoliadis ciuitatis, Zebeno Peliae ciuitatis, Ioanne Tiberiadis ciuitatis, Antiocho Archelaidis ciuitatis Palaestinae, Beryllo *Alalae ciuitatis, Areta Elufae ciuitatis Palaestinae secunda, Musonio *Zoarae Palaestinae secunda, Rufino Bybli ciuitatis Phoenices maritima, Pancratio Libyadis ciuitatis, Zosimo Minoidis ciuitatis, Polychronio Antipatridis ciuitatis, Ioanne Gadarae ciuitatis Palaestinae secunda, Paulo Anhedonis ciuitatis, Photio Lydda ciuitatis, Erythrae Azoti ciuitatis, Glycone Caesareensi per Zosimum Minoidei, *Martiano Gerrhae ciuitatis, Stephano Iamniae ciuitatis Palaestinae, Epicteto Dioclerianopolis ciuitatis, Romano Eudoxiopolis, id est, Selymbriae ciuitatis Thraciae prouincia, Theodoro Claudiupolis ciuitatis Isauriae prouincia, Iuliano Calendiritis ciuitatis Isauriae, *Tyranno Germanicopolis ciuitatis Isauriae, Ioanne Diocaeareae ciuitatis, Acacio Antiochiae ciuitatis, Aeliano Selenuntis ciuitatis, Epiphano Cestriae ciuitatis, Gaio Aegeorum ciuitatis, Ammonio Iotapae ciuitatis, Megalo Philadelphiae ciuitatis, Marco Arethuseae ciuitatis Syriae secunda, Timotheo balaneoru ciuitatis Syriae secunda, Eusebio *Seleucobeli ciuitatis, Eutychemo Epiphaniae ciuitatis Syriae secunda, Paulo *Mariammae ciuitatis Syriae secunda, Lampadio Rhapsanorum ciuitatis Syriae secunda, Alexandro Sebastae ciuitatis sanctae ecclesiae Tarfi Ciliciae, Philippo Adanae ciuitatis, Hypatio Zephyrij ciuitatis, Theodoro Augustae ciuitatis, Chryssippo Malli ciuitatis, Iuliano *Rhosii ciuitatis, Polychronio Epiphaniae ciuitatis Ciliciae secunda, Ioanne Flau-

*Cortyne

*Berocae

*Berhoe

*Berhoe

*Alae

*Sigor

*Segor

*Sigartae

*Marciano

*Seleuco-

uallae

*Mariamm

*Mariannae

adis ciuitatis Ciliciae, Indimo *Hirunupolis ciuitatis Ciliciae secunda, Proclo Adanae ciuitatis, Sophronio chorepiscopo, agente vices Bassiani *Moplichae ciuitatis, Leomandito Antiochiae Ciliciae vel Isauriae, Eulogio Philadelphiae ciuitatis metropolis Arabiae prouincia, Theodosio Cauothaei ciuitatis, Hormisda Philippopolis Arabiae, Damiano Sidonis ciuitatis, Theodoro Tripolis ciuitatis Phoeniciae prima puincia, Olympio Peneadis ciuitatis, Paulo Ptolemaidis ciuitatis, Paulo Aradi ciuitatis, Thoma Porphyronis ciuitatis, Porphyrio Botroru ciuitatis, Phosphoro Orthofiadis ciuitatis Syriae, Ioseph Heliopolis ciuitatis Phoenices Libani, Porphyrio Archidiacono agente vices Vranij episcopi Emisae ciuitatis, Phoenices Libani, Mara Vrimoru ciuitatis, Valerio Laodiceae ciuitatis, Phoenices, Thoma Euromae ciuitatis Phoenices, Rufino Samofatae ciuitatis, Ioanne Germaniciae ciuitatis, *Euphrate Idis ciuitatis, Timotheo *Dolichis insulae ciuitatis, Euoltio Zeugmatis ciuitatis, Athanasio Pari insulae ciuitatis, Zebeno Martyropolis ciuitatis, Ioane Carthae ciuitatis, Abraamo *Castri cornelien for. *Cephalenie, Ioanne Sarracorum gentis, Noe *Cephastelli *Insulae, Hieraco Afinae ciuitatis, Sabino Deli insulae ciuitatis, Apollonio Taneae ciuitatis, Irone *Tenifae ciuitatis, Athanasio Busiridis ciuitatis Tripolis Aegypti prouincia, Pafmeio Pralai ciuitatis, Hidoro Sethrorum ciuitatis, Theophilo Cleopatridis (q & Arfinoe) ciuitatis, Theodulo Ticeae Pentapolis ciuitatis, Ianuario Leontos ciuitatis, Ioanne Pselchis ciuitatis, Auxonio Sebennitae ciuitatis, Eulogio Athribis ciuitatis, Esaias *Herinupolis minoris ciuitatis, Nestorio Phanagoriae ciuitatis, Theophilo Erythrae ciuitatis, Macario Cabassena ciuitatis, Callinico Apameae Bithyniae ciuitatis, Leucadio *Thinniensis insulae ciuitatis, Ioanne Polemonij ciuitatis, Gratidiano Cerassuntis ciuitatis, Iuliano *Tabiae ciuitatis, Meliphthogo Iuliopolis ciuitatis, Hypericio Asponensis ciuitatis, Acacio *Cinos ciuitatis, Euphrasio Laganiae ciuitatis, Cecropio Sebastopolis ciuitatis, Ioanne Nicopolis ciuitatis Armeniae prima, Attico Zelorum ciuitatis, Dorotho presbytero, tenente locum Anatolij episcopi Satalorum ciuitatis, Daniele Macedonopolis, Antiocho Sinopae ciuitatis, Heraclio Comanorum ciuitatis, Eucharico diacono tenente locum Paralij episcopi Andrapae ciuitatis Helleponti, Damiano Callinopolis, Paulo presbytero agente vices Vranij episcopi Himerorum ciuitatis, Olympio Prusadenfi, Adelphio chorepiscopo agente vices Adoli episcopi Arabifli ciuitatis, Martiano Stephanorum, Euphronio presbytero agente vices Domni episcopi Coculi ciuitatis, *Marciano Ilae, Otreio presbytero agente vices Ioannis episcopi Arcae ciuitatis, Musonio *Brimena, Theodosio Nazianzi

*Trenopolis

*Hermupolis

*Moplichae

*Eupho-

*Dolyches

for. *Castri

cornelien

for. *Cepha-

lenie,

*Thena

*Tenia

*Hermopoli-

*Ptiuse ciui-

tatis,

for. *uablis

*Cynna

*Belmina

ciuitatis

ciuitatis Cappadociae secundae, Aristomacho Colona ciuitatis Cappadociae secunda prouincia, Rheno Iunopolis ciuitatis, Theodoro Heraclae ciuitatis Ponti prouincia, Epiphano presbytero agente vices Aetherici episcopi Papeiopolis ciuitatis, Philotimo presbytero agente vices Themistij episcopi Amstridis ciuitatis Potei prouincia, Eulogio presbytero, agente vices Genethlij Cratae ciuitatis, Pelagio presbytero agente vices Theophilij episcopi Adrianupolis ciuitatis, Heliadio Thermentis mansionis, Aquila Eudoxiadis ciuitatis, Chryssippo presbytero agente vices Cyriaci episcopi Trognadorum ciuitatis sanctae ecclesiae Dei, Logino *Orchisti ciuitatis, Docimasio Maronae ciuitatis Rhodopae Thraciae sanctae ecclesiae Dei, Sereno Maximianopolis ciuitatis Rhodopae, Aetherico Smyrnae ciuitatis Asiae, Eusebio Clazomenae ciuitatis, Cyriaco *Egarae ciuitatis Asiae, Mama *Amnitenis ciuitatis, Leontio Magnesiae Mæandri ciuitatis, Quinto Phociensis ciuitatis, Proclo Argifae ciuitatis, Thoma Alacomae ciuitatis, Olympio Theodufopolis ciuitatis, Philippo Nouae aulae vel Theodosiopolis ciuitatis, Rufino Brulena ciuitatis, Marcellino Metropolis ciuitatis, Esaias *Elaitanae ciuitatis, Paulino Theodosiopolis Asiae prouincia, Iuliano Hypepe ciuitatis, Hesperio Pitanae ciuitatis, Proterio Myrrhena ciuitatis Asiae prouincia, Basilio *Palaeopolis ciuitatis, Meonio Nysae ciuitatis Asiae prouincia, Petro Dardani ciuitatis Helleponti prouincia, Thalassio Parij ciuitatis Helleponti prouincia, Dauid *Andrianae ciuitatis Helleponti, Eulalio Pionie ciuitatis Helleponti prouincia, Pionio Troadae ciuitatis Helleponti prouincia, Stephano Prymnese ciuitatis Helleponti prouincia, Theosebio Ilj Helleponti prouincia, Hermia Abydi ciuitatis sanctae ecclesiae Dei Helleponti, Daniele Lampsa ciuitatis, Patricio Adrianutorum sanctae ecclesiae Dei Helleponti prouincia, Menecrate Carysforu ciuitatis Lydiae prouincia, Paulo Tloforum ciuitatis, Cossinio Hierocaeareae ciuitatis Lydiae, agente vices Andreae episcopi Sectoriorum Lydiae prouincia, Helia Blandri ciuitatis, Polycarpo Cabalae ciuitatis Lydiae puincia, Patricio Cressen ciuitatis, Paulo Tripolis ciuitatis Lydiae puincia, Amachio Septorioru ciuitatis Lydiae prouincia, Leucio Apollinis fani vel tepli ciuitatis, Gemello Stratonicae ciuitatis, Alchimede *Siladi ciuitatis Lydiae prouincia, Dionysio Attaliae ciuitatis Lydiae, Nicolao Acassena ciuitatis agente vices Stephanij episcopi Lymira ciuitatis Lydiae, Zenodoto Telmessenae ciuitatis, & Eniandos ciuitatis, ac Ionie sanctae ecclesiae Dei, Frontone Phaselidis ciuitatis, Philippo *Liburne ciuitatis, Natriniano Papeiopolis Ciliciae, Mäpreto Titipolis Ciliciae secunda vel Isauriae, Ioanne *Chryssopolis Arabiae, Theodoro Antiphelli ciuitatis, Leo-

*Oresten

*Aegeae

*Antimoen

*Itonanen

*Elcae

*Palaeopolis

*Andere

*Chalmdae

Lydiae prou-

incia

*Lyca

for. *Lyr-

nen

*Cyropolis

tio Araxi ciuitatis Lydiae, Antipatro Causti ciuitatis Lydiae, Andreae *Dedaloru ciuitatis, Romano Buboneoru ciuitatis, nicea Megarae ciuitatis Helladis puincia, Athanasio Opuntena ciuitatis Achaiae & Helladis, Donino Plateae ciuitatis Helladis prouincia, Onesimo Argoru ciuitatis Helladis, Marco *Euria ciuitatis, Peregrino Phoeniciae ciuitatis Helladis, Eutychio Adrianopolis ciuitatis veteris Epiri, Claudio Anchiari veteris Epiri ciuitatis, Soterico Corcyrae ciuitatis veteris Epiri, Dionysio Antiochiae ciuitatis Cariae Pifidiae puincia, Ioanne Alidenae ciuitatis Cariae puincia, Flacillo Afsi ciuitatis, Papias *Erezoru ciuitatis, Dionysio Heraclae ciuitatis Lyncestidum, Menadro *Heraclae ciuitatis *Lattos, Eupythio Stratonicae ciuitatis *Cariae, (forte *Macedoniae, aliis tamen in vno loco huius concilij additur, Lydiae,) Ioane Amyzonis ciuitatis Cariae, Tynchanio Apolloniadis ciuitatis Cariae, Theodoro Alabandorum ciuitatis Cariae, Ioanne *Cnidi ciuitatis Cariae, Daniele Cadi ciuitatis ecclesiae sanctae Dei, Iuliano presbytero agente vices Calendio nis episcopi ciuitatis Halycarnassi, Macario Enos Thraciae, Paulo Aristij ciuitatis, Eulalio Silbij ciuitatis, Charitone Dionysopolis ciuitatis, Ioanne Trapezopolis ciuitatis, Genadio *Acmoniorum ciuitatis Phrygiae Pacatiana puincia, Thoma Theodosiopolis ciuitatis Phrygiae Pacatiana prouincia, Genadio Mosinoru ciuitatis, Euandro Diogliae ciuitatis, Gerontio Basilianupolis ciuitatis, Alphio Myndi ciuitatis Carie, Theodotisto presbytero agente vices Diogenis Episcopi Orthosae ciuitatis Carie, Theodotisto presbytero agente vices Diogenis episcopi Orthosae ciuitatis Carie, Theodotisto presbytero agente vices Zotici episcopi Arpasa ciuitatis: Miro Euladrae ciuitatis, Luciano *Ipsensis ciuitatis Phrygiae, Philippo Lysiadis ciuitatis, Epiphano Mida ciuitatis, Abertio Hierapolis ciuitatis Phrygiae, Cyriaco Eucarpiae ciuitatis, Eustochio Docimeae ciuitatis Phrygiae, Aquila Androsiorum ciuitatis, Basilio Nacoliae ciuitatis, Strategio Polydoronu ciuitatis Phrygiae, Neoptolemo Corneae ciuitatis, Paulo Derbae ciuitatis Phrygiae, Plutarcho *Lystris ciuitatis, Ruffo Hydae ciuitatis, Eugenio Cannoru ciuitatis, *Tyranno Homonadorum ciuitatis, Acholio Larandae ciuitatis, Eutropio Adadae ciuitatis, Paulo Philomelij ciuitatis, Paulino Apameae ciuitatis Pifidiae prouincia, Theoteco Tyri ciuitatis, Eorticio Nicopolis metropolis ciuitatis Pifidiae prouincia, Cyro Syniandi ciuitatis, Libanio *Parij ciuitatis, Alexandro Seleucia *Parilyca ciuitatis Pifidiae, Olympio Sozopolis Hemi montis ciuitatis Pifidiae prouincia, Fonteiano Sagalaffi ciuitatis, Bassona Neapolis ciuitatis, *Adilo chorepiscopo tenente locum Messalini episcopi Laodiceae ciuitatis, Floratio Adrianopolis ciuitatis, musonio Lyme-

*Cecorum

*Eua

*Eressorum

*Salmaciae

Cariae,

*Gnidi

*Ipsen

*Lystra

*Parilyca

oniae

*Maiano

B

rorum

rorū ciuitatis, Euepistochorepiscopo, agēte vices Florētij episcopi ciuitatis Insulæ Tenedi emporij Helleponti & Lydorū, Soter Theodosianæ ciuitatis, agente vices Heliodori episcopi Amathuntis ciuitatis, & pro Echio episcopo Arfinoæ ciuitatis, Epaphrodito Tamassij ciuitatis episcopo, agēte vices & Didymi episcopi Lapethos ciuitatis, Dionysio diacono agente vices Photini episcopi Chytrorum ciuitatis, Ioanne Messenæ ciuitatis prouincia Achaig & Helladis, Ophelimio Tegeæ ciuitatis Helladis, Irenæo Naurpacti ciuitatis Helladis, Cyrillo Subriti ciuitatis, Gennadio Gnosi ciuitatis, Demetrio Lappæ ciuitatis, Euphrate Eleuthernæ ciuitatis Cretæ prouincia, agente vices & Pauli episcopi Cantari ciuitatis, Zozonte Philippi ciuitatis Macedonia primæ prouincia, Maximino Serres ciuitatis primæ Macedoniae prouincia, Nicolao Stoborum ciuitatis Macedoniae secundæ prouincia, Dardanio Bargale ciuitatis, Ioāne Parthenopolis ciuitatis Macedonia primæ prouincia, Honorato Thafos ciuitatis insulæ Helladis prouincia, Theophilo Orei ciuitatis, Neone ciuitatis Pylis, Diodoto Lyfimachiorum ciuitatis, Mara Cordilulorū ciuitatis, Marcellino Isidis ciuitatis, Eugenio Cotenorū ciuitatis, Macedonio Magidis ciuitatis, Eudoxio Etenorū ciuitatis, Marcellino Carissorū, Obriimo Coracefij ciuitatis, Petro Echineorū ciuitatis, Eustathio gētis Saracenorū, Aurelio Adrumetino, Rustico Aphro, trecentis sanctissimis & reuerendissimis episcopis. Ecce aduenientibus omnibus ante cancellos sancti altaris, cū magnificētissimo & eximio senatu, adueniente etiā pijsimo Imperatore Martiano in supradicta sanctissima basilica, presente etiā zelo diuino & calore fidei accensa pijsima & fidelissima regina Augusta Pulcheria, sanctam synodum allocutus est hec:

Cum primū electionē in regnū de se creto Dei p̄uocati sumus, inter tātas publicas utilitates nullū magis nos constrinxit negociū, q̄ rectam & veram fidem Christianorū, quæ sancta & veneranda consistit, indubitata omnibus declarare. Manifestū est enim, quod ex auaritia vel vano studio hi, qui p̄cedētibus tēporibus diuersa sapuerūt, & docuerunt populū, prout eis placuit, nō prout conuenit, neq; quod veritas aut doctrina patrum exquirat, multi ad errorē seducti sunt. Vnde, vt sanctam synodum ad istam ferre p̄fectionem properemus, laborem vobis arbitri sumus imponere, vt omni errore caliginis deterfo, secundū quod ipsa diuinitas hominibus se fieri manifestam esse voluit, vt patrum demonstrauit doctrina, sic fides nostra, quæ pura & sancta consistit in omnium ingrediens animas, proprię veritatis effulgeat luce. Decet erō audeat nemo de natiuitate

*Chameræ

*Candæ

*Derres

*Scyros

*Bargyla

*Ariaffi

*Lyfimiaz

*Ifundis

*Cocheno

num

Oratio martiani Imperatoris,

te Domini & saluatoris nostri Iesu Christi aliud disputare, præter quod Apostolicū p̄cēmium CCC. XVIII. sanctorum patrū consonas huic doctrinæ, tradidisse noscitur, sicut sanctissimi papæ Leonis, qui Apostolicū gubernat thronum, ad sanctæ memorie Flavianum regis vrbs Constantinopolitanæ quondam episcopum, testantur literæ. Nos enim ad confirmandam fidem, non ad ostendam virtutē, exemplo Imperatoris Constantini adesse synodo excogitauimus, nē in posterum multitudo populi institutionibus prauis attracta, inueniatur dissentis. Facile enim simplicitas quorundam commentis, ceu locuti sumus, vsque nunc delusa est: quoniam manifestæ diuersorū prauis doctrinis discordiæ & hereses ostensæ sunt.

Nobis autem omne studium adhibendum est, vt populum propter veram sanctamque doctrinam idipsum sentientem, vni rectæ applicare Ecclesiæ: & idē veram fidem catholicamque etiā exponere secūdūm patrum doctrinam, concordantibus animis vestris, vestra properet reuerentia, vt qualiter in Nicæna synodo vsq; in hoc tempore, abscesso errore, vera fides est hominibus cognita: sic & nunc per hanc sanctam synodum deposita nebula, quæ in eis paucis annis (vt superius diximus) ex prauitate & auaritia quorundam visa est exoriri, semper seruētur que statuta sunt. Erit quidem diuinæ prouidentia, quod piē fieri volumus, in secula hoc conseruare firmissimè. Et post regis hæc verba, omnes episcopi clamauerunt: Martiano nouo Constantino, multi anni Regi, multi anni Reginae, Orthodoxis multi anni, Martiani amatoris Christi regnum in secula permaneat, digni orthodoxæ fidei amatoris Christi, Sit à nobis p̄cūl inuidia. Et post hæc residentibus magnificētissimis & gloriofissimis iudicibus, & amplissimo senatu in medio ante cancellos sanctissimi altaris, & ex læua quidem parte sedentibus sanctissimis & reuerendissimis episcopis, & vicarijs DEO amicissimis sanctissimi & reuerendissimi Leonis antistitis priscæ vrbs Romæ, & Anatolio religiosissimo archiepiscopo Constantinopolitanæ regis ciuitatis, & Maximo religiosissimo episcopo Antiochiæ, & Thalasio religiosissimo episcopo Cæsareæ Cappadociæ, & Stephano religiosissimo episcopo Ephesi, & cæteris religiosissimis episcopis Orientis & Ponti, & Asiæ & Thraciæ regionum, exceptis Palæstinis. Ex dextera verò parte similiter residentibus, Dioscuro religiosissimo archiepiscopo Alexandriae, & Iuuenali religiosissimo episcopo Hierosolymorum, & Quintillo religiosissimo episcopo Heracleæ primæ Macedoniae, & agente vices Anastasij religiosissimi episcopi Thessalonicensis, & Petro religiosissimo episcopo Connathi, & reliquis Aegyptiacæ diocesis & Illyrici, insuper etiā

*tempus

Vide Eua-
gij hysto-
ria ecclesia-
stica lib. 2.
* Quod

Quæ paruis
characteri-
bus adijci-
tur, ex Acu-
micētiū co-
dice græco
desumpta
sunt.

am & Palæstinis religiosissimis episcopis, antepositis in medio sacrosanctis & venerabilibus euāgelij: Paschasinus verò reuerendissimus episcopus & vicarius sedis Apostolicæ, cum in medio vnā cum his viris reuerendissimis collegis suis stetit, dixit: Beatissimi atque apostolici viri papæ vrbs Romæ, quæ est caput omnium ecclesiarum, præcepta habemus præ manibus, quibus præcipere dignatus est eius apostolatus, vt Dioscorus Alexandrinorum archiepiscopus non sedeat in concilio, sed audiendus intromittatur. Hoc nos obseruare necesse est. Si ergo p̄cipit vestra magnificentia, aut ille egrediat, aut nos eximus. Quibus in Græco interpretatis per Beronicianum virum deuotissimum & secretarium sacri consistorij, gloriofissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Quid enim specialiter ingeritur Dioscuro reuerendissimo episcopo? Paschasinus verò reuerendissimus episcopus & vicarius sedis Apostolicæ, dixit: Cū intromissus fuerit, necesse est vt illi obijciatur. Gloriofissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Vt iam interfati sumus, causa quæ obijcitur, specialiter manifestetur. Lucentius reuerendissimus episcopus & vicarius sedis Apostolicæ, dixit: Indicij sui necesse est eum dare rationem, quia cūm personam iudicandi non haberet, præsumpsit, & synodum ausus est facere sine autoritate sedis Apostolicæ, quod nūquā licuit, nunquā factum est. Paschasinus verò reuerendus Episcopus & vicarius sedis Apostolicæ, dixit: Nos contra præcepta beatissimi atque apostolici Papæ gubernatoris sedis Apostolicæ, venire non possumus, nec contra ecclesiasticas regulas, vel contra patrum instituta. Gloriofissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Conuenit, vos specialiter, quid errauerit, exponere. Lucentius vir venerandus episcopus & vicarius sedis Apostolicæ, dixit: Non patimur tantam iniuriam nec vobis fieri, nec nobis, vt ille seudeat, qui iudicandus aduenit. Gloriofissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Si iudicis obtines personam, non vt accusator debes prosequi. Et Dioscuro religiosissimo episcopo Alexandriae, secundum iussionem gloriofissimorum iudicum & amplissimi senatus, residente in medio, & resedētibus Romanis & reuerendissimis episcopis in proprijs locis, & acentibus, Eusebius religiosissimus episcopus Dorylei ciuitatis, transiens in mediū, dixit: Per sanctam Trinitatem vos adiuro, quæ custos est principum, quamq; colitis, & in qua baptizati estis, & cuius inuocatione mundi, iubete saluamini, iubete preces meas legi, relegi. Clementissimi iudices, per salutem vos adiuro imperatorum. Flavianus iniquè occultus est. Clementissimi iudices, miseremini & adflorete fidei, q̄ Dioscuro. Læsa violata est Dioscuro. est fides. Occisus est Flavianus sanctus episcopus.

scopus. Lachrymis impleor. simul meū iniuste ab eo damnatus est. Iubete preces meas perlegi. Gloriofissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Preces legantur. Et resedēte in medio eorum, iussione omnium, Eusebio reuerendissimo episcopo, Beronicianus vir deuotus, à secretis sacri consistorij, accipiens preces ab eo, recitauit.

EPISTOLA EUSEBII EPISCOPI DORYLEI, ad Imperatores Valentinianum & Martianum.

A Matoribus Christi religiosissimis & pijsissimis Imperatoribus nostris Flauijs Valentiniano & Martiano perpetuis Augustis, ab Eusebio humilimo episcopo Dorylei, faciente verba pro se & pro orthodoxa fide, & sanctæ memorie quondam Flauiano episcopo Constantinopolitanæ ciuitatis.

Intentio & propositum est clementiæ vestre, vniuersis quidem sibi subditis providere, & manum porrigere omnibus iniuste oppressis, præcipue tamen fungentibus sacerdotio: in hoc diuinitati placentes, à quibus imperare & dominari sub hoc sole donatum est. Ergo quoniam multa & dura & contra omnem consuetudinem, fides (quæ in Christo est) & nos sumus perpeffi à reuerendissimo Dioscuro episcopo Alexandriae magnæ ciuitatis, adimus vestram pietatem, supplicantes iustitiam promereri. Causa autē in his est: In nup̄ factō concilio in Ephesiorum metropoli, quod vile fuit non fieri, vt non malis & perturbatiōibus vniuersam mundum repleffet, suauis iste iste Dioscorus, pro nihilo ponens iustitiæ rationem & DEI timorem, similis constitutus & consentaneus Eutychi vaniloquo & heretico, occultus autem multis, sicut postea seipsum manifestauit, inueniens tempus ex facta à me aduersus Eutychem eius similem accusatione, & sententia in eum à sanctæ memorie Flauiano episcopo prolata, multitudinem seditionis populorum congregans, & potentiam sibi pecunijs acquirens, piam religionem catholicorum (quantū ad ipsum pertinet) violauit, & perfidiam Eutychem monachi, quæ olim à sanctis patribus reprobata est, confirmauit. Quoniam igitur non modica sunt, quæ ab ipso vsurpata sunt aduersus CHRISTI fidem, & aduersus nos, prouofuti precamur vestram clementiam, vt præcipiatis reuerendissimum episcopum Dioscorum respondere de his, quæ à nobis ei ingeruntur, resedētis sine dubio in hoc concilio morimentis, ab eo contra nos gestis, per quæ possumus ostendere, eum & alienum esse à catholica fide, & impietate repletam hæresim roborantem, & iniuste nos damnantem, & grauiam in nobis operatum, sacrum & venerabile vestrum mandatum dirigentes sanctæ & vniuersali synodo

do religiosissimorum episcoporum, quod pos-
 sit inter nos & praefatum Dioscorum audire
 & perferre ad scientiam vestre pietatis omnia
 quae geruntur, ad quod placuerit vestrae cle-
 mentiae: quod consecuti, incessanter offeramus
 DEO preces pro vestro aeterno imperio
 & sacratissimi Imperatores. Gloriosissimi
 iudices & amplissimus senatus dixerunt: Sol-
 uantur quae ingeruntur. Dioscorus reueren-
 dissimus episcopus Alexandriae, dixit: Prece-
 pit pijsimus Imperator synodum celebrari,
 quae secundum sacrum nutum pijsissimi Impe-
 ratoris nostri congregata est. De his autem,
 quae gesta sunt propter Constantinopolita-
 nae sanctae Ecclesiae quoddam episcopum Fla-
 uianum, monumenta sunt facta in sancto co-
 cilio, & ea postulo recitari. Eusebius religio-
 sissimus episcopus Dorylei, dixit: Haec & nos
 postulamus. Gloriosissimi iudices & amplif-
 sissimus senatus dixerunt: Omnia quae in hoc
 negotio subsecuta sunt, per ordinem recite-
 tur. Et antequam legerentur, Dioscorus re-
 uerendiss. episcopus Alexandriae, dixit: Sup-
 plico per vestram magnificentiam, imprimis
 quae de fide sunt, examinari. Gloriosissimi
 iudices & amplissimus senatus dixerunt: Inte-
 rim aduersus accusationem te conuenit re-
 spondere. Ergo sustine actorum fieri lectio-
 nem, quod & ipse fieri postulasti. Constanti-
 nus deuotissimus a secretis sacri consistorij, di-
 xit: Habentur sacrae litterae, saepius directae
 synodo pridem facta, praemanibus ad legendum.
 Et ex codice recitauit: EPHESI ACTA.

EPISTOLA DIYAE MEMORIAE
 Theodosij & Valentianiani Imperato-
 rum, ad Dioscorum Alexan-
 driae episcopum.

Imperatores Caesares Theodosius & Valen-
 tinianus, victores ac triumphatores ma-
 ximi, semper venerabiles Augusti, Diosco-
 ro. Cunctis constitit manifestum, quia no-
 stra reipublicae status & omnia humana, di-
 uina pietate moderantur atque firmantur.
 Deo enim propicio constituto, prospere &
 secundum vota nostra gubernari res, & profi-
 cere solent. Imperium ergo diuino nutu for-
 titi, subditis pro pietate & mansuetudine si-
 militer necessariò plurimam sollicitudinem
 impartimus, quatenus & vera religio, & no-
 stra reipublica cultu Dei purissimo & pieta-
 te firma, praefulgeat. Quoniam igitur in praesenti
 subita emergente dubitatione ad catho-
 licam & apostolicam doctrinam ac nostrae fidei
 custodiam, quae (vt fit) diuersis sententijs im-
 pugnata, conturbat & confundit hominum
 sensus & animas: intolerabile duximus, hui-
 usmodi delictum contemnere, ne per talem
 negligentiam ipsi Deo inferre contumelias
 videremur. Ideoq; sancimus, in vno sanctif-
 simos & Deo placitos conuenire viros, qui-
 bus pro pietate catholica atque vera fide plu-
 rimus sermo est, vt vniuersa quidem talis va-

TOM. 2.

na dubitatio, subtili proposita inquisitione
 soluatur, vera autem & DEO amica catho-
 lica fides firmetur. Igitur & tua sanctitas,
 sumptis secum decem reuerendissimis me-
 tropolitanis episcopis, qui sub tua degunt
 dioecesi, & alijs similiter decem sanctis epi-
 scopis, sermone & vita ornatis, qui in doctri-
 na & scientia rectae & immaculatae fidei praecun-
 ctis apud cunctos eminent, proximis ka-
 lendis Augusti Ephesum metropolim Asiae
 conuenire absque vlla dilatione festinet,
 nullo scilicet alio praeter praedictos viros san-
 ctam synodum molestante, quatenus vni-
 uersis sanctissimis & beatissimis episcopis,
 quos conuenire per sacras nostras episto-
 las sancimus, ad praedictam concurrentibus
 ciuitatem, & subtilissimè inuestigantibus &
 quarentibus, omnis de medio error contra-
 rius auferatur, catholica autem doctrina &
 orthodoxae fidei saluatoris nostri CHRIS-
 TI Iamiciissima solidetur, & consuetè efful-
 geat, quod vniuersi in posterum inconcus-
 sum DEO propicio & intemeratum custo-
 dian. Si quis verò tam necessariam & verè
 DEO amicam synodum praetermiserit, &
 non omni virtute secundum praedictum tem-
 pus ad praesinitum locum peruenerit, nul-
 lam excusationem neque apud DEVM, ne-
 que apud nostram inueniet pietatem. Sacer-
 dotalem enim conuentum non, nisi quis ma-
 la propria conscientia fauciat, euitat. Theo-
 doretum sanè episcopum Cyri ciuitatis, qu-
 em pridem iussimus suae soli vacare eccle-
 siae, lancimus non prius ad sanctam synodum
 conuenire, nisi vniuerso sancto placuerit co-
 uenienti concilio & ipsam concurrere, & pa-
 riter interesse. Si verò aliqua discordia de eo
 emergerit, absque illo sanctam synodum con-
 uenire, & quae iussa sunt ordinare, praecipimus.
 Datum tertio kalendas Aprilis, Constanti-
 nopoli, Zenone & Posthumiano viris
 clarissimis consulibus. CHALCEDONE ACTA.

Constantinus deuotiss. a secretis sacri con-
 sistorij, dixit: Eodem tenore scriptum est &
 alijs reuerendiss. episcopis, vt in synodum
 conuenirent. Gloriosissimi iudices & am-
 pliss. senatus dixerunt: Ingrediatur & reue-
 rend. episcopus Theodoretus, vt sit partici-
 peps synodi, quia & restituit ei episcopatum
 sanctiss. archiepiscopus Leo, & sacratissimus
 & pijsimus Imperator sancit eum ad-
 esse sanctae synodo. Et ingressò Theodo-
 reto reuerendiss. episcopo, Aegyptij & Illy-
 riciani & Palaestini reuerendiss. episcopi cla-
 mauerunt: Misere mini, Fides perit, istum
 canones eiiciunt, hunc foras mittite, magi-
 strum Nestorij foras mittite. Orientales
 & Pontici & Asiani & Thraces reuerendiss.
 episcopi clamauerunt: nos in pura charta sub-
 scripsimus. Causamus, & ita subscripsimus.
 Manichaeos foras mittite, inimicos Flauiani
 foras mittite, aduersarios fidei foras mittite.
 Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexan-
 driae,

driae, dixit: Cyrillus cur eijcitur, qui ab isto
 est anathematizatus? Orientales & Pontici
 & Asiani & Thraces reuerendissimi episcopi
 clamauerunt: Dioscorum homicidam foras
 mittite, Dioscori acta quis ignorat? Aegyptij
 & Illyriciani & Palaestini reuerend. episcopi
 clamauerunt: Multos annos Augustae. Ori-
 entales & qui cum ipsis reuerendiss. episcopi
 clamauerunt: Homicidas foras mittite. Aegy-
 ptij & qui cum ipsis reuerend. episcopi cla-
 mauerunt: Augustae Nestorium eijcit, Multos
 annos catholicae Augustae: synod' orthodo-
 xa Theodoretum non suscepit. Theodoretus
 reuerendissimus episcopus transiens in me-
 diu, dixit: Preces obtuli sacratissimis & pijs-
 simis & Christianissimis mundi dominis, &
 enarraui quae in me acta sunt funera, & pre-
 cor has perlegi. Gloriosissimi iudices & am-
 plissimus senatus dixerunt: Theodoretus re-
 uerend. episcopus propriu recipies locum a
 sanctiss. episcopo in clyte vrbis Romae, in lo-
 cu nunc accusatoris ingressus est. Vnde patia-
 mini ea q in choata sunt, finiri: vt ne aliqua
 confusio auditorio fiat. Prae iudicium em ex-
 persona reuered. Theodoreti episcopi nul-
 li generabitur, reseruata videlicet post haec
 omni accusatione & vobis & illi, & quae in-
 uicem exercere volueritis, quia rectam tenet
 fidem; maxime cum & sine scriptis appareat,
 & testimonium catholicae fidei perhibes re-
 uerendissimus episcopus Antiochiae magna
 ciuitatis. Et postquam, fedit in medio reue-
 rend. episcopus Theodoretus, Orientales &
 qui cu ipsis reuerend. episcopi clamauerunt:
 dignus dignus. Aegyptij & qui cum ipsis re-
 uerend. episcopi, clamauerunt: Nolite eum
 dicere episcopum, Non est episcopus, Impu-
 gnatorem DEI foras mittite, Iudaeum foras
 mittite. Orientales & qui cum ipsis reuered.
 episcopi clamauerunt: Orthodoxum syno-
 do, seditiosos foras mittite, homicidas foras
 mittite. Aegyptij & q cum ipsis reueren. epi-
 scopi clamauerunt: Impugnatores Dei foras
 mittite. Qui iniuria dixit in Christum, foras
 mittite. Multos annos Augustae, Multos an-
 nos Imperatori, Catholico Imperatori mul-
 tos annos, Cyrillu iste anathematizauit. Ori-
 entales & q cum ipsis reuerend. episcopi cla-
 mauerunt: Homicida Dioscoru foras mittite.
 Aegyptij & q cu ipsis reuerend. episcopi cla-
 mauerunt: Multos annos senatui. Vocem no
 habet. Coram vniuersa synodo damnatus est.
 Basilius reuerend. episcopus Traianopolis
 prouinciae Rhodopae exurgens, dixit: Et a no-
 bis Theodoretus damnatus est. Aegyptij &
 qui cum ipsis reuered. episcopi clamauerunt:
 Et Cyrillum Theodoretus accusauit: Cyril-
 lum eijcimus, si Theodoretum acceperim.
 Canones istum eijciunt. Hunc Deus auersa-
 tus est. Gloriosissimi iudices & amplissim^{us}
 senatus dixerunt: Acclamationes istae popu-
 lares neque episcopos decent, neque partes
 iuuant. Patiamini ergo vniuersorum fieri le-

TOM. 2.

ctionem. Aegyptij & qui cum ipsis reue-
 rend. episcopi clamauerunt: Vnum eijcite,
 & omnes audimus. Pro pietate clamamus, p
 catholica fide haec dicimus. Gloriosissimi iu-
 dices & amplissimus senatus dixerunt: magis
 acquiescite secundum ordinem audientiam
 fieri, & permittite omnia secundum ordinem
 recenseri. Et quiescentibus cunctis, Constā-
 tinus deuotissimus agens in rebus, & a secre-
 tis sacri consistorij, ex eodem codice recitauit:
 EPHESI ACTA, ET CHALCEDONE LECTA.

EPISTOLA IMPERATORIS
 ad Dioscorum Alexandrinum.

Sacrae litterae scriptae venerandissimo epi-
 scopo Alexandriae Dioscoro. Peruenit
 ad nostram serenitatis auditum, quia multi re-
 uerend. Orientalium Archimandrite, simul
 cum catholicis populis aduersus quosdam
 episcopos, qui Nestoriana impietate egrotare
 dicuntur, in quibusdam Orientalium ciui-
 tatibus constituti, laborarent, & pro catholi-
 ca fide contenderent. Hac ergo de causa no-
 strae serenitati complacuit, religiosiss. presby-
 terum & archimandritam Barsumam, puri-
 tate vitae & catholica fide pbatissimum, ad-
 esse Ephesinè ciuitati, & tenentem locu cun-
 ctorum Orientalium archimandritarum, co-
 sedere tam tuae sanctitati, quam vniuersis san-
 ctissimis patribus ibidem conuenientibus,
 quatenus Deo placita de omnibus sententia
 proferatur. Dignetur proinde tua religio
 peruidens, quia omnis nobis est pro catholi-
 ca fide sollicitudo, affectuose & praedictum
 reuerend. archimandritam suscipere, & ope-
 ram dare, vestrae eum sanctae synodi partici-
 pem fieri. Data Idibus Maij, Protogene viro
 clarissimo consule, & qui fuerit nunciatus.
 Eodem tenore Iuuenali reuerend. episcopo
 Hierosolymorum, idem ipse de eodem codice
 recitauit. Sacrae litterae, Barsumae reuerendo
 archimandrite, destinatae.

EPISTOLA IMPERATORIS AD
 Barsumam archimandriten.

Nostram pietatem latere non potuit, in
 quali sint certamine constituti per Ori-
 entem religiosissimi & sanctissimi archiman-
 drite, pro fide laborantes catholica, & quos-
 dam episcopos in ciuitatibus Orientis con-
 stitutos, Nestorianae hereseos participes auer-
 santes, collaborante etiam orthodoxo popu-
 lo eisdem religiosissimis archimandritis. Qu-
 igitur & tua sanctitas pro catholica fide tan-
 tum laborem sustinuit, vt ad nostram perue-
 niret pietatem: iustum esse duximus, tua san-
 ctitate puritate vitae & catholica fide proba-
 bilem, ad Ephesinam pergere ciuitate, & lo-
 cum tenentem omniu religiosissimoru archi-
 mandritaru Orientaliu, considere sanctae syn-
 odo, quae ibidem disposita est conuenire, & cu
 alijs sanctis patrib' & episcopis, q sunt Dño
 placita, ordinare. Datu pridie id' Maij, in Ale-

B 3 xan-

xandria. Et postquam legit, Beroniciano de- uotissimus secretarius sacri consistorij, ex eo- dem codice recitauit: Sacrum commonito- rium datum Elpidio viro spectabili comiti sacri consistorij.

IMPERATORIS COMMONI- torium, ad Elpidium comitem sacri consistorij.

SANCTÆ quidem synodi pridem apud ephesum factæ, Nestorij impij contra Deum blasphemia, extitit causa: & ideo à sanctis pa- tribus, qui ibidem conuenerunt, dignam susceperunt sententiam. Quoniam igitur & nunc altera iterum contra diuinam fidem excita- ta est dubitatio, secundam hanc Ephesi fieri synodum sancimus, mali radicem omninò excidere festinantes, quò vndiquè conturba- tionem dogmatis eijcientes, mundam orati- onis iustitiam in cordibus referuemus, & sit hoc reipublicæ munimè, & humanitatis vtilitas. Idem igitur tam tuam claritatem, quam Eulogium virum spectabilem tribunū & no- tarium, ad ministerium elegimus fidei, sicut probatos, tam in alijs rebus rectissimos, quàm circa Dei cultum opinatissimos, & valentes nostris diligenter iussionibus ministrare, de his quæ in Epheso à sancta synodo fuerint constituta, & nullum fieri tumultum permit- tere: sed & si quem videritis conturbationi- bus & tumultui studentem, ad læsionem san- ctæ fidei, hunc custodiæ mancipare, & ad no- stram perferre notitiam, & causam quidem ordine prouenire: interesse autem iudicio, & operam dare, celerem & circumspectam, p- bationem à sancta synodo fieri, & nobis cog- nitâ facere, his, qui pridem Eutychemis re- ligiosis, archimandritæ iudices extiterunt, præsentibus quidem & tacetibus, nullum tam- en iudicantium habetibus locū, sed com- munem aliorum omnium sanctorum patrum sententiam expectantibus: quoniam ea, quæ dudum ab ipsis iudicata sunt, nunc retracten- tur. Non licere autem vllum aliquid mouere ex pecuniarijs capitulis, antequàm ea, quæ de fide sunt catholica, effectui mancipent. Ideò nanque & ciuile per literas, quas ad virū spe- ctabilem proconsulem a reliquos scripsim⁹, & militare vobis auxilium delegauim⁹, qua- tenus & vos super proprium studium his sul- ti auxilijs, sufficere possitis ad ea, quæ præcep- imus, adimplenda: quæ tãto alijs omnibus bonis meliora sunt, quanto solent humanis diuina præcellere: & quæ in hac causa fuerint constituta, ad nostram perferre notitiam. Eo- dem tenore, Eulogio viro spectabili tribu- no notario, Beroniciano vir deuotus à secre- tis sacri consistorij, ex ipso codice recitauit. Et similiter sacras literas directas Proclo vi- ro spectabili proconsuli Asiae.

* rectè & mundè ea quæ ad Dei pertinēt, colētes, quàm etiā quæ

#causis

IMPERATORIS EPISTOLA AD Proclum proconsulem Asiae.

SANCTÆ quidem synodi pridem apud ephesum factæ, Nestorij impij contra Deum

blasphemia, extitit causa: & ideo à sanctis pa- tribus ibidem conuenientibus, dignam susce- pit sententiam. Quoniam igitur altera iterum cōtra diuinam fidem excitata est dubitatio, secundam hanc in Epheso fieri synodum san- cimus, mali radicem omninò excidere cupi- entes, quò vndiquè cōturbationes dogma- tis eijcientes, mundam orationis iustitiam in cordibus referuemus, & sit hoc reipublicæ munimè; & humanitatis vtilitas. Idem igitur & Elpidium virum spectabilem comitem sa- cri nostri consistorij, & Eulogium virum spe- ctabilem tribunum & notarium, ad hanc cau- sam elegimus, sicut dignos hoc administrare negocium, & idoneos multorum testimonio comprobatos: quibus volumus necessarium à te cōferri præsidium, per quod omnibus ab his, quæ aguntur, conturbatio repellatur, & ex nostrâ serenitatis iussione nullus tumultus fieri permittatur: à quibus si fuerim⁹ edo- cti, nostrâ & à te maffuetudinis præcepta ne- glecta, & nò in omnibus, quibus voluerint, ob- secutum, tuam læsionem ex tua negligentia fieri decernemus. Idem deuotiss. Beronicia- nus à secretis sacri consistorij, ex eodem co- dice recitauit:

IMPERATORIS EPISTOLA AD synodum Ephesinam secundam.

SANCTÆ synodo Ephesinæ. Vellemus qui- dem absque vlla conturbatione sanctas ecclesias Dei persistere, & vos sanctis immi- nentes ecclesijs, consuētè ea quæ ad diuinitatis placationem pertinet celebrare, & non tan- tum vobis laborem & afflictionem fieri. Sed quoniam * beatissimus episcopus Flavianus * religiosiss. aliqua de sancta fide mouere voluit ad er- sùs reuer. archimandritam Eutychem, & con- cilium congregans, aliqua cœpit agere: nos quidem sepius dirigentes ad eundem beatif- simum episcopum, voluimus, quæ mota est, conturbationem compescere, persuasi suffi- cere nobis traditam à sanctis patribus in Ni- cea synodo catholicam fidem, quam & san- cta synodus, quæ in Epheso facta est, confir- mauit. Sed quoniam sepius à nobis rogatus idem beatissimus episcopus, desistere à tali quaestione, nè conturbatio vniuersitati fie- ret, minimè acquieuit: cogitantes nò esse tu- tum, absque vestra sancta synodo & vbiquè sanctarum ecclesiarum presulibus huiusmo- di quaestionem de fide renouari, necessari- um duximus, vestram conuenire sanctita- tem, quatenus vos, quæ hic acta sunt, cogno- scentes, & quaestionem motam, & omnè dia- bolicam stirpem possitis euellere, & eos, qui Nestorij impij blasphemiam sectantur aut reti- nent, à sanctis ecclesijs repellere, catholicam verò fidem firmissimam & incunctam cus- todiri disponere: quoniam nostra omnis spes & nostri imperij firmitas, ex catholica fide & vestris sanctis orationibus pendet. Idem de- uotissimus Beronicianus à secretis sacri cōsi- storij, ex eodem codice recitauit:

IMPERATORIS EPISTOLA ad Dioscorum Alexandri- num.

Dioscoro reuerendo Episcopo Alexan- driæ. Ante hoc quidem Theodoretū episcopum Cyri ciuitatis præcepimus in san- ctam synodum minimè cōuenire, donèc de eo, quæ placuerit, synodus sancta constitua- at, auersati cum, quia assumpsit proferre cō- traria his, quæ conscripsit de fide sanctæ me- moriæ Cyrillus Alexandrinæ quondam ci- uuitatis episcopus. Quoniam verò suspica- mur, aliquos sectatores nestori assumere stu- dium & conferre, vt omnimodò interfit san- cto concilio: hac de causa necessarium duxi- mus, his sacris literis vt ad tuam reuerenti- am, per quas manifestum facimus tuæ bea- titudini, & vniuersæ sanctæ synodo, quòd nos regulas sanctorum patrum sequentes, non solum propter Theodoretum, sed alios omnes, qui ad congregatam sanctam syno- dum pertinent, auctoritatem & primatum tuæ præbemus beatitudini, scientes diligen- tius, quòd & reuerendissimus archiepisco- pus Hierosolymorum Iuuenalis, & beatissi- mus archiepiscopus Thalassius, & omni- ta- lis feruens amator & æmulator orthodoxæ fidei, consentanei erunt tuæ sanctitati, radi- anti per DEI gratiam honestate vitæ & ca- tholica fide. Eos nanque, qui aliquid per ad- ditamētum aliquod aut imminutionem co- nati sunt dicere, præter quæ sunt exposita de fide catholica à sanctis patribus, qui in Ni- cea, & postmodum qui in Epheso congregati sunt, nullam omninò fiduciam in sancta synodo habere patimur: sed & sub vestro iu- dicio esse volumus, quia hac de re & nūc san- ctam synodum dispoſuimus conuenire. Eo- dem tenore Iuuenalis reuerendissimo Episco- po Hierosolymorū. CHALCEDONE ACTA.

Hic Diosco- rus, dum oia Ephesi per- se gesta, fir- ma esse desi- derat, inui- diam facti à se in alios deriuat.

Dioscorus reuerendissimus Episcopus Alexandriae, dixit: Comperit vestra elemen- tia, quia non mihi soli sacratissimus noster Imperator commisit iudicium, sed & beatif- simo Iuuenali, & sanctissimo Episcopo Tha- lassio auctoritatem synodi dedit. Nos ergò iudicauimus quæ iudicata sunt. Consentit nobis & vniuersa synodus. Quare in meso- lum ista extenduntur, quandò auctoritas executionibus data est, & iudicatis à nobis consensit (vt dixi) vniuersa synodus, & con- fessa est proprijs vocibus, & subscripsit, & re- latum est pijsissimo Imperatori diuæ memo- riæ Theodosio, & confirmauit omnia, quæ iudicata sunt à sancta & vniuersali synodo, generali lege? Orientales & qui cum ipsis reuerendissimi omnes episcopi dixerunt: In damnationem beati Flauiani Constantino- politani archiepiscopi & Eusebij Episcopi, nullus voluntariè consensit. Violenta facta est vis cum plagis, in pura charta subscripsi- mus. Minabatur nobis damnatio, minæ exi- lij tendebantur, milites cum sustibus & gla-

dij instabant. Timebamus & sustes & gla- dios. Vbi gladij & sustes, qualis synodus est? Milites, ppter hoc accepit Dioscorus, vt nos terreret. Nam milites eos magis deposuerūt, quàm nos: quia quicquid egimus, terrore compulsi fecimus. Homicidam foras mitte, Flavianum milites deposuerunt.

Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi Episcopi, clamauerunt: Ipsi primi subscri- pserunt clerici, nunc quare clamant? Syno- dus Episcoporum est, non clericorum. Su- perfluos foras mitte. Qui subscripserunt, in medio veniāt. Post vos nos subscripsimus.

*medium

Stephanus reuerendissimus episcopus Ephesi, dixit: Quia violentia & necessitas facta est in hoc quod actū est, Deus testis est, & quia nolentes, in damnationē beati Flauiani sub- scripsimus, Deus testis est: Etenim omnes cle- ricos eius in Ephesiorum metropolim veni- entes, vt episcopus suscepi, & communicau- eis, & omnem affectum in eis ostendi.

Gloriosissimi iudices & amplissimum sena- tus dixerunt: Quis vobis vim intulit? Ste- phanus reuerendissimus Episcopus Ephesi, dixit: Cū suscepissem in communionē El- pidium presbyterū, & alios diaconos, & epi- scopum Eusebium, (scit enim & ipse episco- pus Eusebius, quia suscepi eos) superuenerūt mihi in episcopo Elpidius & Eulogius, & milites & monachi Eutychem vsque trecenti numero, & voluerunt me interficere, di- centes: Quia aduersarius Imperatoris susce- pisti, aduersarius IMPERATORIS es. Dico ego, Ego xenodochus sum, in nullo com- munico causæ. Ego non potui excommuni- care communicatores venientes, & ita vi & necessitate omnia facta sunt.

id est, hospi- talis

Gloriosissi- mi iudices & amplissimum senatus dixerunt: Dioscorus reuerendissimus violentias tibi fecit? Stephanus reuerendus Episcopus Ephesiorum ciuitatis, dixit: Per homines eius & comites non sum permixtus egredi de eccle- siæ secretario, vsque equò subscripsi sententię Dioscori & Iuuenalis & domini Thalaf- sij & aliorum Episcoporum, à quibus scri- ptum fuerat. Thalassius reuerendissimus Episcopus Cæsareæ, dixit: In secretario fue- ram positus. Ego autem nescij, quomodò sum positus, tamen cū fierent aliqua, ego prohibui, & volui differre, & festinaui, & sum testes. Theodorus reuerendissimus epi- scopus Claudiopolis Isauriæ, dixit: Dios- corus & Iuuenalis, & quicumque primitus subscripserunt, quibus præceperat domi- nus orbis terræ, sicut orthodoxos, dijudica- re de fide, meditantes apud semetipsos do- los ac consilia, nos simpliciter sedentes in- trodixerunt, * quomodò homines iudices

*veluti

ignorantes causam. Et legebamus quidem actorum series, & laudabatur beatæ memo- riæ Flavianus. Cū laudaretur autem, nos tacebamus, sicut benè gestis quæ acta sunt. Post hæc verò, vt nos exterreret, exclamaue- runt,

runt, de vicina Nestoriana heresi infamantes nos: In duo separate eos, qui dicunt duas naturas. Qui dicunt duas, diuidite, interficite, eijcite. vt terrore Nestoriana hereseos, non sicut catholici iudicemur, sed vt heretici damnemur. Et vnusquisque verens, nē vt hereticus deiectus, perderet quos baptizauerat, & non ei esset periculum, sed baptizatis & fidelibus Christi, & his qui in Christo crediderūt, & non oportuit quidem nos tūc tacere. Postmodum & aliud fecerūt. Insum est à domino orbis terræ, vt synodus de Flauiano prius iudicaret. Isti multas synodos in hoc ipso facientes, & neque subscribentes, neque prescribentes statuta, neque legentes alicui, neque sciente aliquo, obtulerunt nobis puras chartas Dioscorus & Iuuenalis, multitudinem habentes seditionum hominum, clamantium & conturbantium, & commouētium synodum. Centū trigintaquinque eramus omnes in Constātinopolitana synodo, Quadraginta duo iussi sumus tacere, reliqui erant Dioscorus & Iuuenalis, & multitudo seditionum. Iam quindecim tantum homines remanseramus. Quid essemus facturi? In sanguine nostro ludebant isti heretici cōstituti, vna voce dicebant, omnes nos terruerunt, hereticos nos deiecerunt, & eiecit sumus vt heretici. Orientales & qui cum ipsis reuerendissimi Episcopi clamauerunt: Omnes eadem dicimus, hæc ita se habent. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi Episcopi, clamauerūt: Christianus neminem timet, catholicus neminem formidat, ignis po natur, & discimus, si homines timerentur, martyres non fierēt. Dioscorus reuerendissimus Episcopus Alexandria, dixit: Quia asserunt se non audisse quæ iudicata sunt vel disposita, sed simpliciter in oblata sibi pura charta subscripisse eos, maxime quidem nō oportuit eos subscribere, quibus satisfactū non erat de his quæ dixit synodus, quia de fide erat sermo. Sed quia causantur in oblata sibi pura charta subscripisse, interlocutiones eorum quis ordinārit, supplico, dicere eos præcipiat magnificentia vestra. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Quæ acta sunt, recitentur. Constantinus deuotissimus agens in rebus, & adiutor sacri secretarij, ex scheda data sibi ab Etio archidiacono regis vrbs sanctæ Ecclesiæ, legit sacras literas directas Dioscoro religiosissimo episcopo, vt conueniret ad Ephesinam synodum, quæ superius iam compræhensa sunt, & ex codice recitæ. Idem ex eadē scheda recitauit, ΕΡΗΣΙ ΑΣΤΑ.

Tempore Zenonis & Posthumiani venerabilium consulum, sub quarto Idus Augusti, quæ est secundū Aegyptios, Mefori quinta decima, indictione tertia, synodo congregata in Epheso metropoli, ex præceptione religiosissimorum & Christianissimorum, Deo amicissimorum & amantium Christum

*pro prædicationis faciētes,
rectius for. *Ephesina

Meforis Aegyptiacè dicitur mēsis Iulius.

Imperatorum, & residentibus in sancta ecclesia quæ vocatur Maria, reuerendissimis & sanctissimis episcopis, Dioscoro Alexandria, & Iuliano Episcopo agente vices & tenente locum sanctissimi & beatissimi Episcopi Romanæ ecclesiæ Leonis. Et cum legerentur,

CHALCEDONE ACTA,

Orientalis & qui cum ipsis reuerendissimi Episcopi clamauerunt: Eiectus est, nullus suscepit nomen Leonis. Constantinus deuotissimus à secretis, ex eadem scheda recitauit subsequētia: ΕΡΗΣΙ ΑΣΤΑ.

Et Iuuenale Hierosolymorū, & Domno Antiochia, & Flauiano Constantinopolis. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA.

Orientalis & qui cum ipsis reuerendissimi Episcopi, clamauerunt: Flauianus vt adiudicatus, ingressus est. Hæc manifesta calumnia. Flauianus in proprio loco quare non sedit? Constantinopolitanum Episcopum quare quintum posuerunt? Paschasinus reuerendissimus episcopus dixit: Ecce nos, Deo volente, dominum Anatolium primum habemus. Hi quintum posuerunt beatum Flauianum. Diogenes reuerendissimus Episcopus ecclesiæ Cizyci, dixit: Quoniam vos regulas scitis. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi Episcopi, clamauerunt: Petimus, superfluos foras mitte. Imperator Episcopos vocauit. synodus Episcoporum est, superflui quare clamantur? Theodoros Episcopus Claudiopolis Isauriæ, dixit: Dioscori notarij clamāt. Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandria, dixit: Duos solum habeo notarios, duo tumultum quomodo faciunt? Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Sequentia percurrantur. Constantinus deuotissimus à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit sequētia:

ΕΡΗΣΙ ΑΣΤΑ.

Et Stephano Ephesi, & Thalassio Cæsarea Cappadociæ primæ, & Eusebio Ancyra Galatiæ primæ, & Ioanne Sebastia Armenia primæ, & Cyro Aphrodisiada Caria, & Erasistrato Corinthi Hælladæ, & Quintillo Heracleæ, agente etiā vices reuerendissimi Episcopi Anastasij Thessalonicensis, & Meletio Larissa Syriæ, agente etiā vices reuerendissimi episcopi Domni Apameæ, & Cyriaco episcopo Trogma-dorum, agente vices reuerendissimi episcopi Theodisti Pessinuntis Galatiæ secundæ, & Diogene Cizyci, & Basilio Seleuciæ Isauriæ, & Ioanne Rhodi, & Theodoro Tarsi, & Romano Myrorum Lyciæ, & Photio Tyri, & Theodoro Damasci, & Iuliano Tabie, & Florentio Lydie, & Mariniano Synnadorum, & Musonio Nyssæ, & Constantio Bostæ, & Ioanne Nicopolis Armenia primæ, & Acacio Ariarathiræ Armenia secundæ, agente vices Constantini reuerendissimi episcopi Melitene: & Stephano Hierapolis, & Attico Nicopolis Epiri veteris, & Eustathio Beryti, & Nuchio Laodiceæ Trimitaria, & Olympio Con-

Catalogus Episcoporum prophani concilij Ephesini.

Constatiæ Cypri, & Candidiano Antiochiæ Pifidiæ, & Stephano Anazarbi, & Gerontio Seleuciæ Syriæ, & Rufino Samosata, & Indimo Irenupolis, & Timotheo Balanæ, & Theodosio Canothæ, & Eutychio Adrianupolis veteris Epiri, & Claudio Anchiæxi Epiri veteris, & Helia Adrianupolis Asiæ, & Seleuco Amasiæ, & Petro Gagra, & Luca Dyr-rhachij, & Antonio Lychnidi, & Marco Euria, & Vigilantio Larissæ Macedonia, & Basilio Traianupolis Rhodopæ prouinciæ, & Docimasio Maronæ Rhodopæ prouinciæ, & Constantino Demetriadis Thessaliæ & Alexandro Sebastia Tarsi, & Sozonte Philippi, & Eusebio Topiritano Macedonia primæ, & Maximo Derrensi Macedonia primæ, & Hermogene Casandriæ primæ Macedonia prouinciæ, & Luca Berocæ primæ Macedonia, & Diogeniano Remellianensi Daciæ, & Vranio Himerorum ciuitatis prouinciæ Osoeniæ, & Ioane Messenæ ciuitatis Achaig, & Theodoro ciuitatis Claudiupolis Isaurig, & Athanasio Opuntinæ ciuitatis Achaig, & Leontio Ascalonæ ciuitatis, & Photino Lydæ ciuitatis, & Theodosio Amathuntis ciuitatis, & Paulo Maiumensis ciuitatis, & Zosimo Minoidæ ciuitatis, & Epiphano Pergis ciuitatis, & Baruchio Oruzæ Palestina ciuitatis, & Heraclio Azori ciuitatis, & Ioanne Tiberiadi ciuitatis, & Musonio Zorag ciuitatis, & Dionysio Syracanonensis ciuitatis, & Caiuma Phaneensis ciuitatis, & Aetherico Smyrnæ ciuitatis, & Constantino Sebastæ ciuitatis, & Zebanno Pellenis ciuitatis, & Alypio Bachrensis ciuitatis, & Polychronio Antipatridis ciuitatis, & Pancratio Libyadis ciuitatis, & Auxilio Hippodion gentis Saracenorum fœderatorum, & Domnino Plateæ ciuitatis Hælladæ, & Theodosio Massauræ ciuitatis, & Cyriaco Aegenis ciuitatis, & Flauiano Adramytinæ ciuitatis, & Cyriaco Lebedi ciuitatis, & Leonorio Magnetiæ Mæandri ciuitatis, & Eutropio Pergami ciuitatis Asiæ, & Gennadio Ienis ciuitatis, & Olympio Ebaganensis ciuitatis, & Iuliano Hypopenæ, & Chrysan-to Balcenæ ciuitatis, & Polycarpo, Gabila ciuitatis, & Paulo Tripolis ciuitatis Lydiæ, & Meliphthongo Iuliopolis, & Onesiphoro Iconiæ ciuitatis, & Docimasio Maronæ Thraciæ, & Longino Cherfonesi ciuitatis, & Eudoxio Bosphori ciuitatis, & Timotheo Primopolis ciuitatis Pamphylia, & Theopempto Cabassi ciuitatis, & Calofirio Arinoitenis ciuitatis, & Heraclide Heracleæ ciuitatis, & Ioanne Hephelstij ciuitatis, & Isaac Elearchienis ciuitatis, & Gemellino Erythreæ ciuitatis, & Apollonio Taniensis ciuitatis, & Gennadio Herinupolis maioris ciuitatis, & Cyro Babulinæ ciuitatis, & Athanasio Businidis ciuitatis, & Theophyto Cleopatridis ciuitatis, & Pafmeio Paralaorum ciuitatis, & Photino Teny-

*Euiæ
*Serræ
*Berocæ
*Rhuesicæ
*Hymiræ
*Oircenæ

*Paulino
*Mameii

*Bachatei

*Aegaræ

*Thioi
*Dici

*Euaganen

*Vranopolis

*Ephelstij
*Iibarchiæ

*Hermupolis

renæ ciuitatis, & Sofia Sozusa ciuitatis, & Theodulo Ticeliæ ciuitatis, & Theodoro Barcis ciuitatis, & Rufino Cyrenensis ciuitatis, & Zenone Rhinocorurensis ciuitatis, & Lucio Zygrensis ciuitatis, & Iuliano Mostenæ ciuitatis, & Auxonio Sebennitenis ciuitatis, & Isaac Tauensis ciuitatis, & Philocalo Zagylensis ciuitatis, & Esaiæ Herinupolis minoris ciuitatis, & Barsuma presbytero & archimandrita, & Longino presbytero agente vices Dorothei Episcopi Neocesareæ ciuitatis, & Anthimo presbytero agente vices Patricij episcopi Tyanorum ciuitatis Cappadociæ secundæ, & Aristone presbytero agente vices Eunomij Episcopi Nicomediæ ciuitatis, & Olympio presbytero, agente vices Calogeri episcopi Claudiupolis ciuitatis Ponticæ, & Hilario diacono Romano, & Dulcitio notario Romano, Ioannes presbyter & primicerius notariorum dixit: Placuit & nunc pissimis & Christianissimis Imperatoribus nostris sancire, sanctam & magnam vestram synodū huc concurrere, quatenus, quæ nup̄ emerferunt de catholica & immaculata nostra fide, quærantur, & ea radicibus euellantur: vt nē fortē trahētia & retrahētia, simplicissimos aliquos in foueam perfidiæ & erroris impingant, quia tanta est de pietate sollicitudo: & vt ea custodiantur in perpetuum inconcussa & immaculata, quæ de orthodoxa religione nostra pridem quidem à beatissimis patribus qui in Nicea conuenerunt, sunt exposita: confirmata autem nup̄ à patribus, qui in hac ciuitate congregati sunt, qui tantum sibi inuicem consenserunt, & cōsonuerunt, vt nihil omnino aut saperent, aut diffinirent diuersum. Et præ manibus nostris sunt venerabiles literæ. & hæc ipsa intimamus ad id quod placuerit vestre sanctitati. Dioscorus reuerendissimus Episcopus Alexandria, dixit: Legantur pissimæ & religiosissimæ Christianissimorum Imperatorum literæ, reddita vniciq; metropolitano, & præfulgeant in actuum serie. Ioannes presbyter & primicerius notariorum recitauit:

THEODOSII ET VALENTINIANI Imperatorum epistola ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum.

Imperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores triumphatores maximi, semper venerabiles Augusti, Dioscoro. Omnibus constat manifestum quia nostræ reip. dispositio & vniuersa humana per pietatem circa Deū cōtinentur & cōfirmantur, & reliquæ superius sub numero 16, tametsi aliter verba habentur. Iulianus episcopus agens vices sanctissimi archiepiscopi Romanæ ecclesiæ Leonis, & interpretante eum Florentio episcopo Lydiæ, dixit: Eodem tenore à pissimis & Christianissimis Imperatoribus sanctissimus noster

noſter Papa Romanæ Eccleſiæ præpoſitus Leo, vocatus eſt. Hilarius diaconus Romanus, interpretante eum Florentio epiſcopo, dixit: Glorioſiſſimi & Chriſtianiſſimi Imperatores, charitatem circa catholicam fidem & affectum tenentes, beatiffimum epiſcopum noſtrum Leonem Apoſtolicæ Sedis præfullem, vt huic venerabili & ſancto concilio ad-eſſet, dirigentes venerabiles epiſtolas, ſupplicârunt, cuius pietati placere potuit, ſi in hac re teneretur aliqua ſimilitudo. Nam meliùs veſtra poteſt cognoscere ſanctitas, quia neq; in Nicea, neque in Ephesine ſancta ſynodo, neque in alio tali ſancto concilio papa perpetuæ ſanctiffimæ ſedis adfuit. Pro qua re, huius formæ ſequens conſuetudinē, nos direxit. qui ſanctiſſimus non dubitās ſein nobis hęc ad-eſſe, quos præcipuè cognoscit, omnia quæ ad fidei catholicæ ſynceritatem, & quæ ad ſancti Petri apoſtoli pertinet reuerentiā, agere, qui etiām per nos ad veſtram beatitudinem cõgruas ſanctorum patrum concilijs direxit epiſtolas, quas ſuſcipere & recenſeri præcipite. Dioſcorus reuerendiſſimus epiſcopus Alexandriæ, dixit: Suſcipiantur quæ ſcripta ſunt ad hanc ſanctam & vniuerſalem ſynodum à ſanctiſſimo fratre noſtro & coe-piſcopo Leone. Et porrectis eis, Ioannes præſbyter & primicerius notariorum, dixit: Aliq̄ diuinæ literæ reddita ſunt reuerendiſſimo & ſanctiſſimo archiepiſcopo noſtro Dioſcoro, quæ præmanib⁹ noſtris ſunt, ad id quod placuerit veſtræ ſanctitati. Iuuenalis epiſcopus Hieroſolymæ, dixit: Legantur, & videatur fidei monumenta. Et cum legerentur,

CHALCEDONE ACTA. Aëtius archidiaconus Conſtantinopolitanus dixit: Neq; ſuſcepta eſt epiſtola ſanctiſſimi epiſcopi Leonis, neque lecta eſt. Orientales & qui cum ipſis ſanctiſſimi epiſcopi, clamauerunt: Non eſt nobis lecta epiſtola. Si enim fuiſſet lecta epiſtola per omnia, & cõtineretur per omnia.

Eufebius epiſcopus Dorylei, dixit: Non eſt lecta, ſed retenta ab eo epiſtola ſynodica. Aëtius archidiaconus Conſtãtinopolis, dixit: Neque ſuſcepta eſt epiſtola, neque lecta eſt. Et ſeptiēs iurauit ante omnes facere eam recitari, & non eſt lecta. Et peccerunt, quia iurauit. Theodorus reuerendiſſimus epiſcopus Claudiopolis Iſauriæ, dixit: Quia iurauit, omnes ſcimus: & quia non eſt lecta, conſitemur. Glorioſiſſimi iudices & ampliſſimus ſenatus dixerunt: Reuerendiſſimi Epiſcopi, quibus authoritas tunc eorum, quæ agebantur, ab imperiali data eſt clementia, dicant, pro qua re epiſtola ſanctiſſimi archiepiſcopi Leonis non eſt recitata, præcipuè procedente interlocutione, vbi eam iuſſum eſt recitari. Dioſcorus reuerendiſſimus epiſcopus Alexandriæ dixit: Geſta demonſtrât, quia ſecundò interlocutus ſum, recitari epiſtola reuerendiſſimi epiſcopi Romani.

Glorioſiſſimi iudices & ampliſſimus ſenatus

TOM. 2.

tus dixerunt: Ob quam ergò cauſam poſt tuam interlocutionem lectio epiſtolæ non eſt facta? Dioſcorus reuerendiſſimus epiſcopus Alexandriæ, dixit: Interrogentur & alij epiſcopi, quibus fuerat cauſa commiſſa, cuius rei gratia non eſt recitata. Glorioſiſſimi iudices & ampliſſimus ſenatus dixerunt: Quos maximè vis interrogari, apertiùs dicit.

Dioſcorus reuerendus epiſcopus Alexandriæ, dixit: Beatiffimum, neo colendiſſimū (quod vbiquè religioſiſſimum poſui) Epiſcopum Iuuenalem & beatiffimum epiſcopum Thalaſſium. Glorioſiſſimi iudices & ampliſſimus ſenatus dixerunt: In primo loco ipſe reſponde, quam ob cauſam lectio non eſt facta. Conſequenter enim & ipſi interrogabuntur. Dioſcorus reuerendiſſimus epiſcopus Alexandriæ, dixit: Semel dixi, quia ſecundò interlocutus ſum recenſeri eam. Eufebius epiſcopus Dorylei, dixit: Mentitur. Glorioſiſſimi iudices & ampliſſ. ſenatus dixerunt:

Dicat beatiffimus epiſcopus Iuuenalis, cur interlocute reuerend. epiſcopo Dioſcoro, ob recitandam epiſtolam ſanctiſſ. Romani archiepiſcopi, lectio eius non eſt facta. Iuuenalis reuerend. Epiſcopus Hieroſolymæ, dixit: Statim reſpondit præſbyter & primiceri⁹ notariorum Ioannes, habere ſe præmanibus ſacras literas religioſiſſimorum & piſſimorum Imperatorum, & reſponderi, & imperiales literas relegi. Glorioſiſſimi iudices & ampliſſ. ſenatus dixerunt: Poſt lectionem ergò ſacrarum literarum & reuerendiſſ. archiepiſcopi Leonis epiſtola recitata eſt? Iuuenalis reuerendiſſ. epiſcopus Hieroſolymæ, dixit: Deceterò neq; primicerius notariorum, neque alter quis dixit, habere ſe præmanib⁹ reuerend. epiſcopi Romani literas. Glorioſiſſimi iudices & ampliſſ. ſenatus dixerunt: Nunc & reuerendiſſ. Thalaſſius Epiſcopus dicat, quam ob rem non eſt recitata epiſtola ſanctiſſimi archiepiſcopi Leonis. Thalaſſius reuerend. epiſcopus Cæſaræ Cappadociæ, dixit: Vnum ſcio ego, quia neque prohibui: neq; enim tantam authoritatem habebam, vt ego ſolus poſſem diſponere fieri lectionē. Glorioſiſſimi iudices & ampliſſ. ſenatus dixerunt: Actorum ſequentiā percurrantur. Conſtantine deuotus à ſecretis ſacri conſiſtorij, ex eadem ſcheda recitauit:

EPHESI ACTA. Ioannes præſbyter & primicerius notariorum recitauit ſacras literas ſcriptas reuerend. epiſcopo Dioſcoro, vt in concilio Barſumæ cõueniret, ſicut ſuperiùs continentur relectæ ex codice. Iuuenalis epiſcopus Hieroſolymæ, dixit: Hęc eadē & mihi ſcripta ſunt de reuerend. præſbytero & archimadr̄ita Barſuma à piſſimis Imperatoribus. vndē deceter viſum eſt ſanctæ ſynodo. Dioſcorus reuerend. epiſcopus Alexandriæ, dixit: Si qui habent quod doceant, quib⁹ iunctum eſt de hoc negotio, viri ſpectabiles, Elpidius comes ſimul & Eulogius tribunus

*Deo amiffimus

*diuinas

*conſequenter interſite ſanctæ

&

& notarius, dicant. Elpidius venerandus comes dixit: Neque malorum princeps demon aliquādò negligit aduersus ſanctas eccleſias prælia concitare, & piſſimus Imperator ſemper ei non iuſtè pugnantè reſiſtit, rectè cogigans, quia habebit Deum propugnatorē ſui imperij, ſi ad certamen & ipſe pro pietate armetur, & in nullo ſe reprehendit, ſic ſentens. Deſuſum nanq; omnia ei magis quàm armis reguntur. Ideo q; & aduersus Neſtorij arrogantiam protulit vnũ vobis cum communem ſententiam, quoniam ad Dei ſeruitium ordinatus, impij dogmatis extitit pater & doctor, vtpotè à demonibus ſacerdotiũ, & non magis à diuina pietate, ſuſcipiens. Sed ille quidē condecenti ſibi loco interim condemnatus, ad inexcusablem pœnam in futura vita ſeruatur, qui ad tam maximam impietate tam ipſe effuſus eſt, quàm etiām plures ſecum fallendo pertraxit. Eam verò, quæ nunc orta eſt dubitatio, piſſimus Imperator ad vos, ſicut ad patres & iudices, perducit, à vobis deſiderans inuenire propoſitæ quæſtionis ſolutionem, communē tam ſibi quàm ſuis ſubditis credēs fore tutelam. Qualia autem ſunt, quæ piſſimus Imperator & nobis mādauit, & vobis dignatus eſt ſcribere, ilicò faciam manifeſta, tantũ antè dicturus, quantum vnus ex his cõſtitutus, qui à vobis pro pietate rectè imbuti ſunt. Hodie cunctorum Dominus & Deus, verbum, ſaluator, vobis ſe ad iudicandum tradit, & patitur iudicantes, & honorat⁹ poteſtate decreti, innuens vt vos de ſe iuſta iudicantes, & hęc honorificet, & coram patre rurſus cõſiteatur. Si verò aliquos repererit de ſuis cordibus ſynceritate pietatis eijcientes, & ea quæ creduntur, arte verborum in dubium perducetes, præter expoſitionem ſanctorum patrum, vè illis ab vtraque ſententia, Dei & Imperatoris. Bonũ erat illis, ſicut ait ſcriptura, ſi non fuiſſent nati, quia poſt latronem, & publicanum, & meretricem, & Chananeam, ſyncerè non confidentur eum in gloriam Dei, qui propter nos ſe ſpontè humiliauit. Recenſeam etiām, quæ & nobis commiſſa ſunt à ſacraſſimo & piſſimo noſtro Imperatore. Elpidius venerandus comes recitauit ſacrum commonitoriũ, quod ei & Eulogio viro ſpectabili tribuno & notario datum eſt, quod ſuperiùs cõtinetur, relectum ex codice. Elpidius venerandus comes dixit: Nunc iubete ſuſcipi & recenſeri & ea, quæ ad vos ſcripta ſunt à diuino apice. Dioſcorus reuerendus epiſcopus Alexandriæ, dixit: Suſcipiatur venerabilis epiſtola Chriſtianiſſimorum Imperatorum, ſcripta ad ſanctam ſynodum, & legatur. Ioãnes præſbyter & primicerius notariorum, recitauit. Sacræ literæ in Epheso ſcriptæ ſynodo de ſanctæ memoriæ Flauiano, vtpotè innouate aliqua de fide contra Eutychem, quæ ſuperiùs continentur perlectæ ex codice. Thalaſſius epiſcopus Cæſaræ Cappadociæ, dixit: Piſſimus

*hic cõſtitutus, qui for. *omniũ ſaluator,

* poteſtatis decretorum

Mar. 14. c. Luc. 23. c. Luc. 18. c. Matth. 21. c. Matth. 15. b

TOM. 2.

& Chriſtianiſſimus Imperator deſiderans fidem, quæ hæc tenens eſt, in concuſſam manere, præcepit, nihil aliud neque dicere, neq; agere in ſancta ſynodo, niſi priùs de fide ſtatuatur. Vndè omnia vacent. quæ ſunt autem de fide, proueniant. Iulianus epiſcopus agens vices ſanctiſſimi epiſcopi Romanæ eccleſiæ Leonis, interpretante eum Florentio epiſcopo Lydiæ, dixit: Neq; enim aliud præceptũ eſt. Elpidius venerandus comes dixit: Quoniam ergò nunc fundamentum fidei eſt hæc fides, pro qua & congregati eſtis, dignamini annuente vobis deo, quæ de fide ſunt terminare, quatenus ſecundo in loco ſecundũ ordinem tempus oriatur ad legendum ea, quæ in regia vrbe aduersus reuerendũ Eutychem archimadr̄ita acta ſunt. Dioſcorus reuerend. epiſcopus Alexandriæ, dixit: Manifeſtè nobis facta ſunt piſſimæ literæ Chriſtianiſſimorum Imperatorum, & quia aliquibus in Conſtantinopolim motis, ſynodum præceperunt fieri: quæcunq; ergò nũc mota ſunt, primitus aperiantur, & ita inferantur, quæ ſuperiore tempore iure acta ſunt in ſanctis concilijs: aliqua enim ſtatuere canones, aliqua verò ſunt ordinata in ſynodis. Hęc transgredi nõ debemus. Piſſimus & Chriſtianiſſimus noſter Imperator pro aliquibus, quæ emerſerunt, iuſſit hanc congregari ſynodũ, nõ vt fidem noſtram exponamus, quam expoſuerunt iam patres noſtri: ſed vt inquiramus, quæ emerſerunt, ſi cõueniant ſanctorũ patrum noſtrorũ ſtatutis. Oportet ergò ea, quæ contigerunt, primitus inquirere, & nos probare, ſi conſonantia ſint ſtatutis à ſanctis patribus. & aut vultis fidem ſanctorum patrum innouare? Sancta ſynodus dixit: Si quis innouat, anathema ſit: Si quis diſcutit, anathema ſit. Sanctorum patrum fidem ſeruemus. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Orientales & qui cum ipſis reuerendiſſ. epiſcopi clamauerunt: Iſta nõ diximus. Iſta quis dixit? Theodorus reuerendus epiſcopus Claudiopolis Iſauriæ, dixit: Deducat notarios ſuos. Eijciens enim omnium notarios, ſuos fecit ſcribere. Veniant notarij, & dicant, ſi iſta ſcripta ſunt, aut nobis præſentib⁹ lecta ſunt, aut quis cognouit & ſubſcripſit. Glorioſiſſimi iudices & ampliſſimus ſenatus dixerunt: Monumenta geſtorum cuius manu perſcripta ſunt? Dioſcorus reuerendus Epiſcopus Alexandriæ, dixit: Vnuſquiſque per ſuos notarios ſcripſit, mei mea: religioſiſſimi epiſcopi Iuuenalis, ſui: religioſiſſimi epiſcopi Thalaſſij, ſui. Erant autem & aliorum reuerendiſſimorum epiſcoporum multi notarij excipietes. ſic non eſt meorum notariorum litera, quia vnusquiſq; proprium habet. Iuuenalis reuerendiſſ. epiſcopus Hieroſolymæ, dixit: Vnus notarius meus erat excipiens cum aliorum notarijs. Thalaſſius reuerendus epiſcopus Cæſaræ Cappadociæ, dixit: Et meus vnus erat, qui excipiebat. Dioſcorus reuerendus

*an

uerendus episcopus Alexandria, dixit: Ecce notarius episcopi Iuuenalis excepit, & notarius episcopi Thalassij & Corinthi excepit, nunquid mei tantummodò? Eusebius reuerendus episcopus Dorylei, dixit: Supplico beatissimum episcopum Stephanum Ephesinum perquiri, si non exceperit acta sanctæ synodi notarij ipsius, & qualia per se sunt à notarijs religiosissimi episcopi Alexandrie Dioscori. Gloriosissimi iudices & amplissimi senatus dixerunt: Quid ad hæc dicit reuerend. episcopus Stephanus? Stephanus reuerendus episcopus Ephesi, dixit: Excipiebant notarij mei Iulianus, qui nunc est reuerend. episcopus Lebedi, & Crispinus diaconus: & venerunt notarij reuerendis. episcopi Dioscori, & deleuerunt tabulas eorum, & digitos eorum penè fregerunt, volentes tollere & thecas eorum. Et neq; eorum actorum exemplaria accepi, neq; noui deceterò, quid actum sit. Sed & in eadem die, in qua facta est examinatio, subscriptus in charta, & si qui Episcoporum non subscriperunt, ego eos in fide mea suscepi, & alio die subscriperunt. Eusebius reuerendissimus Episcopus Dorylei, dixit: Peto religiosissimū episcopū Ephesi Stephanum dicere, in quam chartam subscriperunt. Stephanus reuerendissimus episcopus dixit: In pura charta, in eadem enim hora, in qua damnatio facta est, mox & subscriptio secuta est. Dioscorus reuerendissim⁹ Episcopus Alexandriæ, dixit: Legatur professio reuerendissimi episcopi Stephani. Putasne ego eum compulsi talia profiteri? Acacius reuerendus episcopus Ariathiræ, dixit: Puræ chartæ subscriptus compulsi & violenter, & multa mala per se noscetes, sed & potentiam oppressi, subnotauimus. vsq; enim vesperam tenuerunt nos, recludentes in Ecclesia. Et egrotantes nos neque quiescere permiserunt, neque recedere, vt aliquantulum recolleremur, sed milites nobis & monachos cum fustibus & gladijs imposuerunt, & sic nos fecerunt subnotare. Gloriosissimi iudices & amplissimi senatus dixerunt: Reliqua percurrantur. Constantinus deuotus à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: Et cum venisset ad locum, vbi dicit, EPHESI ACTA. Dioscorus Episcopus Alexandriæ, dixit: Ego pro satisfactione cunctorum & firmitate fidei, & pro euerfione eorum, quæ emerferunt, patrum statuta scrutor, qui in Nicea & in Epheso conuenerunt. Sancta synodus dixit: Hoc mundum saluat, hoc fidem saluat. Et cum legeretur, CHALCEDONE ACTA. Eusebius reuerendus episcopus Dorylei, dixit: Ecce, scrutor, dixit. Et ego hoc feci. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandriæ, dixit: Scrutor, dixi, non, in nouo. Nam & saluator præcepit nobis, dicēs: Scrutamini scripturas. Qui enim scrutatur, non in nouat. Eusebius reuerendus episcopus Dorylei, dixit: Saluator dixit: Querite, &

Ioan. 5, f
Matth. 7, a

inuenietis. Constantinus deuotus à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: EPHESI LECTA. Dioscor⁹ episcopus Alexandriæ, dixit: Etsi duæ dicuntur synodi, tamen ad vnam pertinent fidem. Sancta synodus dixit: Plenè omnia statuerunt patres. Anathema præuaricanti ea. Nemo addat, nemo minuat. Dioscorus reuerend. episcopus Alexandriæ, dixit: Quoniam voces vestras & Deus suscepit, & vos ipsi firmas eas esse acquiescitis, & placabiles Deo, si quis præter ea quæ acta sunt, aut præter ea quæ placuerunt patribus, qui in Niceam conuenerunt, & qui hic cõgregati sunt, aut inquirat, aut discutat, aut retractat, anathema sit. Sancta synodus dixit: Magnus custos fidei Dioscorus archiepiscopus. Dioscorus episcopus Alexandriæ, dixit: Et aliud dico, quod est terribile & formidabile: Si, inquit, peccans peccauerit vir in virum, & orabunt pro illo ad Dominum: si autem in * Domino peccauerit, quis orabit pro eo? Si ergò sanctus spiritus confedit patribus, sicut & manifestè confedit, & ordinauit quæ ordinata sunt, qui retractat ea, Spiritus cassat gratiam. Sancta synodus dixit: Omnes hæc dicimus. Anathema sit qui retractat. Eijciatur retractans. Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriæ, dixit: Nemo ordinat ordinata. Sancta synodus dixit: Hæc voces sancti spiritus. Custos regularum. Per te viuēt patres, custos fidei. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Theodorus reuerendus episcopus Claudopolis, dixit: Hæc nullus dixit: Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriæ, dixit: Ex confessis omnia negare volunt. Dicant & hoc, quia nec præsentem fuimus. Constantinus deuotus à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: EPHESI ACTA. Elpidius venerabilis comes dixit: Patet factū est, quod vobis visum est de sancta fide, & cõfessorum vocibus consentientium & laudantium vestrum, qui præfideris, decretum. Iubete religiosissimum archimandritam Eutychem, super quo iudicata sunt, quæ iudicata sunt, & qui est author totius actionis, & cuius gratia præcipnè scriptum est vobis sacris literis adesse, & quæ ei visa fuerint, docere vestram religiositatem. Sancta synodus dixit: * Consequens est. Iuuenalis episcopus Hierosolymæ, dixit: Rationabile est adesse religiosissimum archimandritam Eutychem, & suis vt documentis. Et cum ingressus fuisset, Thalassius episcopus Cefareæ Cappadociæ, dixit: Quod iustum fore suæ vtilitati putat reuerendus archimandrita Eutyches, insinuet sanctæ huic atque magnæ synodo. Eutyches archimandrita dixit: Ego cõmendauit me ipsum patri, & filio, & sancto spiritui, & verbo veritatis vestræ iustitiæ, & testes vos habeo meæ fidei, pro qua & laboravi cum sancta synodo, quæ ante vos * hic congregata est, sicut & vestra sanctitas testis est. Hæc

Reg. 2. c

* Dominum

* persistere

Ephesi f. cõtra Nestorium

for. * & in

* Cõsequen-
ter

* Constanti-
nopolis
for. * Ephesi

beo autem præ manibus & libellū fidei meæ, & iubete eum recitari, & confessionem fidei, quæ in eo continetur. Stephanus episcopus Ephesi, dixit: Iustum est, confessionem & libellos reuerendissimi archimandritæ Eutychem susceptos inserere fidei nominetorum. Et cum porrecti fuissent, Ioannes presbyter & primicerius notariorum recitauit:

LIBELLVS CONFES-
SIONIS EUTYCHETIS.

Sanctissimæ & Domino amatissimæ vniuersali synodo cõgregatæ in Epheso metropoli, ab Eutyche archimandrita. Gratias ago per omnia sancto Deo præsentis die, in qua per vos pietas recepit fiduciam, & edoceo vestram sanctam synodum, quæ in me, magis autem contra rectam fidem, commissa sunt. Propositum quidem mihi fuerat à pueritia, in silentio absque vilo negotio vsque ad decrepita senectutem degere, & absque vlla conturbatione * consistere. Non sum autem permixtus tali frui proposito, sed & pessimis periculis insidiantium circumdatus sum, eò quòd secundum diffinitionem prioris velti * hic congregati sancti Concilij, non acquieui contra eam quæ in Nicea à sanctis patribus fides est exposita, sapere. necessarium verò arbitror, antequam ea quæ in me commissa sunt, doceam ad satisfactionem vestræ sanctitatis, quam habeam de sancto dogmate confessionem, iterum facere manifestam, attestante mihi tam Deo, quam vestra sanctitate, cum qua & ipse semper iuxta virtutem meam pro catholica fide aduersum hæreticos steti. Credo in vnū Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium creatorē, & vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei, natum de patre vni genitum, id est, de substantia patris, Deū de deo, lumen de lumine, Deum verum de deo vero, natum, non factum, hominifion patri, id est, vnus cum patre essentia, per quem omnia facta sunt, quæ in celo & quæ in terra, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, & passus, & resurrexit tertia die, ascendit in caelos, vnde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat, & antequam nasceretur, non erat, & quia ex nullis extantibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia dicentes esse, aut cõuertibilem, aut mutabilem filium DEI, hos anathematizat catholica & Apostolica Ecclesia. Sic ab initio à progenitoribus meis accipiens, credidi: in hac autem & genitus sum, & statim cõsecratus sum Deo, & suscepit me ipse misericordia. Et in hac fide baptizatus, signatus sum, & vsque hodie vixi in ea, & opto mori. Hanc fidem & memorata hæc anterior sancta & vniuersalis synodus confirmavit, cuius præsul fuit

beatæ & sanctæ recordationis pater noster & episcopus Cyrillus, & diffinitionem protulit, eum, qui præter ista addiderit aliquid, aut inuenerit, aut docuerit, damnationibus, quæ tunc scriptæ sunt, subiaccere. Quorum exemplaria in codice destinavit mihi memoratus pater noster & episcopus Cyrillus, quæ & præ manibus habeo. Subijciens igitur me ipsum sanctæ synodo, & diffinitionem eius vsque nunc custodiui. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Eusebius reuerendus episcopus Dorylei, dixit: Mentitus est. Non est diffinitio talis, non est regula hoc præcipiens. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandria, dixit: Quatuor codices sunt, qui hanc diffinitionem continent. Quòd diffiniuerunt episcopi, non est diffinitio? Nunquid habet quia regula est, non est regula? Aliud est regula, & aliud est diffinitio. Accusa quinque synodicos codices, & ego habeo, & ille & ille habent, proferant omnes codices. Diogenes reuerendissimus episcopus Cyzici, dixit: Dolosè præposuit synodum sanctorum patrum, quæ in Nicea facta est. Accepit namque * addimenta à sanctis patribus, propter peruersum intellectū Apollinaris & Valentini, & Macedonij, & qui eis similes sunt. Et additum est in simbolo sanctorum patrum, Qui descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine. Hoc namque prætermisit Eutyches, sicut Apollinarista. Nam Apollinaris suscepit sanctam synodum, quæ in Nicea facta est, secundum propriam peruersitatem intelligēs verba. Circa illud, Effugit de sancto spiritu & Effugit de maria virgine in exemplari prius scripto habebatur, Ex maria virgine, quo accipitur argumentum, eam mutationem non carere singulari intellectu. Hic Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi, clamauerunt: Nemo suscepit adiectionem, nemo diminutionem. Quæ in Nicea constituta sunt, teneant. Catholicus Imperator hoc iussit. Orientales, & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Hæc Eutyches dixit. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi, clamauerunt: Adiectionem nullus suscipit: Teneant quæ patrum sunt, teneant quæ de Spiritu sancto sunt, catholicus Imperator hoc iussit. Constantinus deuotissimus magistrrianus, & à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: EPHESI ACTA. Et omnes enim sanctos p̄res, sicut & vestra sanctitas, catho-
licos

Hic Aegyptij & qui cum ipsis excludit synodum, locū faciēdo hæreticis.

licos habui, & fideles, & doctores meos posui, anathematizans Manichæum, Valentinum, Apollinarium, & Nestorium, & omnes hereticos vsque ad Simonem Magum, & eos qui dicunt carnem Domini & DEI nostri IESV CHRISTI de cælo descēdisse. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Eusebius reuerendus episcopus Dorylei, dixit: Fugit quidem quod de cælo. vnde autem, quod non addidit. Diogenes reuerendus episcopus Cyzici, dixit: Vnde ergo, dic. Per potestatem vestram rogauimus eum, dicentes: Domine Eutyche, vnde ergo? dic. & non concessit. Basilius reuerendus episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Rogauimus eum tunc, sicut memorat Dñs Eusebius, & Sozon Philippiensis, vt diceret modum incarnationis & humanæ assumptionis, si secundum assumptionem carnis scit DEVM verbum factum hominem. Et iusserunt non inuestigatum dimitti istud, & non suscepturum prosequutionem nostram. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandria, dixit: Religiosissimus episcopus Basilius reprehendit in gestis suam vocem, dicens quia sic non dixi, sed falsè scriptum est: Si verò Eutyche præter dogmata Ecclesiæ sapit, non solum pœna dignus est, sed & igne. Ego verò fidei catholice & Apostolicæ sollicitudinem gero, & nõ alicuius hominis. Ad ipsam nanque diuinitatem mentem intentam habeo, & ad personam non attēdo, neque pro quolibet curo, nisi pro mea anima & recta & sincera fide. Basilius reuerendus episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Dum legerentur gesta, quæ in Eutyche acta sunt, mea interloquutio lecta est, & in medio prolata est, quam feci sequens patres, qui in Epheso primitus conuenerunt, laudans epistolam beatissimi Cyrilli illius beate synodi præsulis, per quam insanum nestorium arguit, male interpretantem trecentorum decē & octo patrum fidem. Habebat autem interloquutio mea, sicut & hætenus habet: Adoro Dominum nostrum IESVM CHRISTVM filium DEI vnigenitum, DEVM verbum, post incarnationem & inhumanationem in duabus naturis cognitum. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Impartibilem nemo separet. Vnum filium nemo dicit duo. Orientales & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Anathema diuidenti, anathema partienti. Basilius reuerendus episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Anathema partienti, anathema diuidenti duas naturas post adunationem. Anathema autem, & qui non cognoscit naturarum proprietatem. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendi episcopi, clamauerunt: Sicut natus est, sic passus est. Voces nostras Imperatori. Vnus Dominus, vna fides, vnum Dominum nemo dicit duo. Hæc Nestorius sapit, Hæc Nestorius clamat. Orientales & TOM.2.

Initiū certaminis de duabus naturis Christi.

*quod est propriū naturarum.

qui cum ipsis reuerendissimi episcopi, clamauerunt: Anathema Nestorio & Eutychi. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi, clamauerunt: Dominum gloriæ nolite partiri, impartibilem nolite partiri. Basilius reuerendus episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Quod dicebam, in duabus naturis cognoscendum post adunationem deitate perfecta & humanitate perfecta. Nanq; vnam habebat ex patre ante secula, alteram verò ex matre secundum carnem suscipiens, idem ipse vnijt sibi secundum substantiam, & vocatus est filius DEI filius hominis. Hac lecta interloquutione, vnus quidem nescio quis (etenim caligo causerum, & animæ oculum confundebat & corporis) proiecit se ipsum in medio, & dicere cepit: Quia hæc vox ecclesias conturbauit. Et surrexerunt postmodum omnes Aegyptij, & monachi qui sequebantur, Barsumas & omnis turba, & ceperunt dicere: Eum qui dicit duas naturas, in duo incidite. Qui dicit duas naturas, Nestorianus est. Post hæc recitata est iterum mea vox, post impiam & peruersam Eutyche vocem. Interrogatus nanque à reuerendiss. episcopo Eusebio, dicit duas naturas in Christo dicit, ex duabus quidē naturis scire Christum ante adunationem, post verò adunationem, vnam. Ego verò tunc, sicut nunc, intuens monimenta, recordatus sum, & dixi: Si non post adunationem inseparatas & inconfusas duas naturas dixeris, confusionem dicis & commixtionem. Lecta autem hac voce, tantus ab illis factus est plausus, vt omnium nostrorum commoueretur anima, & maximè nostræ, qui iudicabamur, & qui iussi sumus synodi expectare sententiam. Caligine repletus dixi, quia ego non recordor his verbis ista dixisse. Scio quidem dixisse: quod si vnam naturam dicas absolute post adunationem, confusionem dicis & commixtionem. Si verò addideris incarnatā & inhumanatā, & intellexeris iuxta beatum Cyrillum incarnationem & inhumanationem, eadem nobiscum dicis. Manifestum enim, quia aliud est diuinitas eius que ex patre: aliud verò humanitas, quæ ex matre est. Et qui prius reprehenderunt, postea approbauerunt me ista dixisse. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Et sic catholicè docēs, pro qua re in damnatione sanctæ recordationis Flauiani subscripsisti? Basilius reuerendus episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Quoniam in iudiciū centū viginti aut triginta episcoporum tradit, necessitate habui parere his, quæ ab illis ordinabant. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandria, dixit: Nunc completū est, quod scriptū est: Ex ore tuo condemnaberis. Erubescens homines, præuaricatus es quod bonū est, & fidem spreuisti. Non audisti quod scriptum est, non erubescas in ruinam tuam? Basilius reuerendissimus episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Si apud iudices habuissē marty-

Imperita & impia Barsumæ dicta.

Matr. 22.

*attendisti

martyrium, sustinuissē. etenim apud Constantinopolim ostendi fiduciam meam. A patre autem qui iudicatur, iustis non vitur: Filius enim patri etiā iusta dicens, moriatur. Orientales & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Omnes peccauimus, omnes veniam postulamus. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Et quidem vos primitus docuistis, quia per vim & necessitate in pura charta coacti estis scribere ad damnationem sanctæ memoriæ Flauiani. Orientales & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi, clamauerunt: Omnes peccauimus, omnes veniam postulamus. Thalassius & Eusebius reuerendissimi episcopi, dixerunt: Omnes peccauimus omnes veniam postulamus. Beronicianus deuotissimus magistrarius & à secretis sacri consistorij, ex eadē scheda recitauit: EPHESI ACTA, SED CHALCEDONE LECTA. Sed secundum hanc fidem & viuens, & permanens in orationibus, accusationem ex insidijs Eusebij episcopi Dorylei sustinui, libellos porrigentis aduersum me reuerendissimo episcopo Flauiano, & diuersis alijs episcopis, qui tunc pro priuatis causis in vrbe degebant regia, hereticum me iniuriosè in eis vocantis, nullam autem speciem hereseos libellis inferentis. Vt subito in altercationibus questionum, lapsus linguæ (sicut assolet) extumultu & nouitate vocum perpeffus, irruerem in peccatum, me quidem aduersus libellos accusationis memoratis reuerendus episcopus occurrere ad satisfactionem accusatoris precipiebat. Ipse tamen in multis cum accusatore degebat, & penè inseparabilis erat ab ipso, putans me (sicut solebam) semper in monasterio perdurare, non meam exhibere præsentiam, & idēd quasi non occurrentem damnare. Sed subito postquam pueni in regiam ciuitatem de monasterio meo, discens à viro laudabili magno filitario, quem mihi pijsimus & fidelissimus noster Imperator delegauit, ad non concedendum, me comminatum periculum salutis sustinere, qui superfluum deceterò meam esse præsentiam respondit, vt iam ante discussionem damnati, sicut & postea facta à viro laudabili silentario prosequutio docet: sed quoniam etiā sic in iudiciū ad satisfaciendum occurrere, causa quidem, quæ pro diuina confessione à me facta est & subscripta doctrina, secundum eam quæ exposita est à sanctis patribus in Nicea fidē, & postea confirmata est à priorē sancta synodo Ephesina, neque suscipere dignabatur, neq; permittebat recitari: & tumultu & cōturbatione secretarium replebatur, multis inordinatè superuenientibus, & vndique clamoribus me perturbantibus, sicut postea prolata interloquutio iudicis, quæ scriptis tenetur, de tali facto tumultum designat. Et cum iussus fuissē per me ipsum confessionem fidei dicere, & dixissē sape-

Cōtinuatio confessionis Eutyche, paulo ante interruptæ.

re sicut trecenti decem & octo patres, qui in Nicea sanxerūt, & quæ in Epheso sancta synodus confirmauit, exigebat me alia aliqua, præter quæ exposita sunt in Nicea & in Epheso prius, dicere. Ego verò timens præuaricari, prolata definitionem à sancta synodo, quæ hęc Dei voluntate prius congregata est, & ea, quæ diffinita erant de fide à sanctis patribus, qui in Nicea conuenerunt: rogabam innotescere vestro sancto Concilio, vt his quæ à vobis approbarentur, acquiescerem, præparatus in his manere. Et hæc dicenti, subito contra me longè antè scripta (vt ipsi videbatur) damnatio legebatur, & secretò iam postea aliqua ipsorum voces ac professiones meæ, & aliæ allegationes, & maximè vbi ego secundum sanctos patres in Nicea, & postea in Epheso congregatos, sapere conseitebar, in monumentorum seriem mutabantur, sicut postea scriptis acta ex mea supplicatione & iussione pijsissimi & Christianissimi Imperatoris ostendunt, nullum verbum faciente de appellatione mea ad vestram sanctitatem reuerendissimo episcopo Flauiano, neque meos erubescere canos, in prælijs contra hæreticos & pietatis confessione senescerentis: sed sicut potestatem habens omnia de fide solus agere, & nihil vestræ sanctitati de tali æquitate tanti iudicij reseruare, cōdemnauit me, & ab ecclesia (vt putabat) abscidit, & sacerdotio (vt arbitratus est) primum, & à diuinorum ac canonum communionē prohibuit, & prægresso monasterio consequenter impediuit, & tradidit multitudinē ab eodem præparatæ, vt per episcopium & per publicum, sicut hereticum ac blasphemum, Manichæum quæ, protraheret, nisi diuina me prouidentia conseruans vsque in præsentem diem, vestræ beatitudini custodiret. Sed & in diuersis oratorijs memorijsq; sanctorū, post appellationē fecit in me prolata legi sententiam. Et anathematizabat me, & eos qui conueniebant ad me, & colloquebantur mecum, alienos faciens à sancta communionē, non expectans vestræ sanctitatis iudicium: sed & subscribere dictatam aduersus me sententiā monasteria compellebat, nunquam (sicut & vestra nouit reuerentia) tali habita consuetudine, nec contra apertos hæreticos. Et in Oriente & per alia diuersa loca chartas destinauit, vt etiā & ab alijs religiosis episcopis & monachis, & hoc qui non iudicauerunt, subscriberentur, cum magis oportuerit antè omnib; pontificibus scribere, quos & appellaueram. Tunc ergo vix saluat, per libellos manifesta feci vestræ sanctitati, quæ subsequuta sunt, & pijsissimo & fidelissimo Imperatori supplicauit, vos sanctos & Deo dignos, atq; omnem iniustitiam & factionem abominantes, iudices fieri eorum quæ iudicata sunt. Rogo igitur nunc vestram sanctitatem, considerate compositam mihi calumniam & factionem,

* præterquam Ephesi cetera Nestorium

& ex hac causa factam ubique sanctis ecclesijs perturbationem, & ex hoc pullulans plurimis scandalum: & per insitam vobis Christianissimam sapientiam, eos qui huius mali occasio facti sunt, ecclesiasticis regulis subdite. Omnem verò radicem blasphemie & impietatis abscinde. Ego enim vestre beatitudinis iudicium ab initio proclamavi, & iterum contestor coram IESU CHRISTO, qui testimonium perhibuit sub Pontio Pilato bonam confessionem, quia sic sapio & cogito & intelligo, sicut tradiderunt nobis fidem sancti patres in Nicea conuenientes, quam & in Epheso secundo Concilio sancti patres roborauerunt. Et si quis præter istam fidem glorificat, hunc anathematizo secundum definitionem eorum. Eutyces archimadrita sic credo, sicut supra scriptum est, & subscripsi manu mea, & tradidi libellos. Flavianus episcopus Constantinopolitanus, dixit: Iste accusatorem habuit Eusebium, iubete eum adesse. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Eusebius reuerendus episcopus Dorylei, dixit: Accusatus à me Eutyces, dans libellos in sancta synodo, commemorauit, quia accusator ipsius sum. Quo autem modo, cum sancte memorie Flavianus, qui iudicauerat, postularet me accusatorem eius ingredi, & consequentia ac regulis ita volentibus, prohibitus sum ingredi, rogo perquiri. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Postulante Flauiano sancte memorie Eusebium accusatorem Eutychem ingredi, quapropter secundum regulas vos, quibus potestas iudicandi data fuerat, hoc fieri non præcepistis? Dioscorus reuerendus episcopus Alexandria, dixit: Postulo recitari prosecutionem Elpidij. Non enim habui prohibere, nisi commonitorium detulisset Elpidius, confirmans quia Imperator eum iusserat non ingredi. Iuuenalis reuerendus episcopus Hierosolymorum, dixit: Venendus comes Elpidius non iussit eum ingredi. Thalastius reuerendus episcopus Cæsareæ Cappadociae, dixit: Ego non eram author. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: In iudicio fidei non est ista defensio. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandria, dixit: Quoniam igitur nunc culpatis me, sicut qui transgressus sum regulas, & audissem Elpidium: nunc qua custodiuntur regulæ, vt Theodoretus ingrederetur? Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Theodoretus episcopus vt accusator ingressus est, sicut ex voce eius audistis. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandria, dixit: Et quam obrem in ordine episcopi sedet? Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Et episcopus Eusebius & episcopus Theodoretus, in ordine accusantium sedent, sicut & vos in loco accusatorum sedetis. Vnde reliqua relegatur.

*Epheso

Dioscorus vafre à propositis ad alia vergit.

eorum qui accusantur.

TOM. 2.

Constantinus deuotus à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: EPHESI ACTA. Elpidius venerandus comes dixit: Sacratissimus Imperator implens ipse primum ordinem legum, quarum est & inuentor & custos, præcepit, eos qui dudum iudices fuerunt, in loco eorum esse qui iudicandi sunt, neque habere tempus docendi, neque fiduciam à vobis accipere. Ad ea ergo quæ nunc ab archiepiscopo Flauiano dicta sunt, & hoc doceo, quia accusator quidem suam accusationem impleuit: & vt arbitratus est, vicit: & iudex accusatoris causam iam in semetipso transtulit sicut & in publicis sententijs custoditur. Nunc igitur vos conuenistis, vt eos qui iudicauerant, iudicetis: non vt iterum accusatoris personam suscipiatis, & perturbationis iterum initium alterum fiat. Iubete ergo (sicut placet) secundum ordinem reliqua omnia, quæ in causa acta sunt, relegi ad id quod vobis visum fuerit. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandria, dixit: Consequenter docuit venerandus comes Elpidius. Vnde porrecto libello & relecto, legantur & ea, quæ in regia vrbe de hoc negotio, quod mouetur, gesta sunt. Dicant etiam & præsentis reuerendissimi episcopi, si hoc eis placet. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum, dixit: Consequens est sententia tuæ sanctitatis. Vnde rationis est gesta recitari. Stephanus episcopus Ephesi, dixit: Iusta constituta interlocutione sanctissimi & beatissimi patris nostri Dioscori & archiepiscopi, hoc fiat. Cyrus episcopus Aphrodisiadis, dixit: Iusta est & consequens interlocutio sanctissimi & DEO amatissimi archiepiscopi Dioscori, ad recitanda quæ super hac causa acta sunt in regia vrbe. Thalastius episcopus Cæsareæ Cappadociae, dixit: Consequens est, ea quæ interlocuta est vestra sanctitas, effectui mancipari. Pro qua re proferantur chartæ quæ recitari debent in hoc sancto Concilio. Eusebius Ancyre Galatie, dixit: Et mihi similia placet, vt secundum sententiam sanctorum patrum, fiat gestorum lectio. Diogenes episcopus Cyzici, dixit: Et ego ad hæc eadem consentio, quatenus secundum sententiam sanctæ & magnæ synodi percurratur actorum series, quæ in regia vrbe facta sunt. Florétius episcopus Lydie, dixit: Concors sum propositi bene inquisitionem lectionis actorum. Theodorus eps Tarsis, dixit: Secundum quod primum est sanctissimis archiepiscopis, iustum est recitari, quæ acta sunt in regia vrbe. Ioannes episcopus Sebastie, dixit: Secundum decretum sanctissimorum & Deo dignissimorum episcoporum, necessaria est quæ in regia vrbe gesta sunt, monumentorum lectio. Romanus episcopus Myron, dixit: Iustum puto, recitari gestorum serie, quæ in regia vrbe sunt acta, sicut & sanctissimi presbiteri interlocuti sunt. Nunechius eps Laodicee Trimitarig, dixit: Secundum interlocutionem sanctis-

*diuinitissimus

id est, ratio-nabiliter

simq.

simorum patrum, cõsequens & mihi visum est actorum fieri lectionem. Marinianus episcopus Sinnada, dixit: Sicut interlocuti sunt sanctissimi patres, recitetur gesta quæ facta sunt propter Eutychem in regia vrbe. Eustathius episcopus Berytus, dixit: Necessaria est actorum lectio ad notionem eorum, qui cognitioni minime interfuerunt. Quintillus eps Heracleæ, agens vices reuerendissimi episcopi Anastasij Thesalonicensium, dixit: Cõsequens est recitari quæ acta sunt apud magnificentissimam vrbe Constantinopolim, sanctæ synodo pro perfectiore negocij notionem. Atricus episcopus Nicopolitanus veteris Epiri, dixit: Cõsequens est interlocutioni sanctissimi archiepiscopi nostri Dioscori, & acta recitari vniuerso sancto Concilio ad subtilem inquisitionis notionem. Sozon episcopus Philippensis primæ Macedonia, dixit: Necessaria est lectio eorum, quæ in regia vrbe acta sunt, in hoc negotio. Ita enim possunt diligentius intelligi, quæ ibi mota sunt. Vranus episcopus Himerie prouincie Africæ, interpretante se Eulogio presbytero Edessene ciuitatis, dixit: Consequenter iudicauit sanctissimus & Deo dignissimus archiepiscopus Dioscorus, vt ea prius, quæ in vrbe regia de præsentis negotio acta sunt, recitentur. Sancta synodus dixit: Omnes volumus acta recitari. Legantur quæ gesta sunt. Dioscorus episcopus Alexandria, dixit: Dicat & beatissimus Iulianus episcopus, vicarius sanctissimi episcopi Romanæ ecclesie Leonis, si congruit huic sanctæ synodo, & vult & ipse relegi, quæ de hoc negotio acta sunt in Constantinopoli. Iulianus episcopus agens vices sanctissimi episcopi Romanæ Ecclesie Leonis, interpretante se Florentio episcopo Lydiorum, dixit: Hac ratione volumus gesta relegi, vt prius Papæ legatur epistola. Hilarius diaconus Romanæ Ecclesie, interpretante se Florentio episcopo Lydiorum, dixit: Quoniam & sanctissimus episcopus Romanæ Ecclesie, relectis sibi istis monumentis, quorum nunc queritis lectionem, transmissit epistolam, eam legi iubete. Quo dicente, Eutyces archimadrita dixit: Directi religiosissimi viri à sanctissimo & Deo amatissimo Leone archiepiscopo Romanæ Ecclesie in sanctam vestram synodum, suspecti mihi facti sunt. Manserunt enim apud religiosissimum Flavianum episcopum, & pranderunt apud eum, & munerati sunt, & omne obsequium eis præbuit. Postulo ergo sanctitatem vestram, si quid iniuste ab eis factum fuerit cõtra me, id præiudicium mihi non generare. Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandria, dixit: Consequens & rationale est, primitiis quæ in hoc negotio acta sunt, relegi, & ita epistolæ beatissimi episcopi Romani. Vnde secundum quod placuit sancto Concilio, acta percurrantur. Ioannes presbyter & primicerius notarij, dixit: Præ-

*pransi sunt

TOM. 2.

cepit sancta vestra & magna synodus, quæ acta sunt in regia vrbe Constantinopoli, legi de negotio quod præ manibus habemus. Sed quia obtulit ea religiosissimus episcopus Constantinopolitanus Flavianus, porrexit etiam & similia reuerendus archimadrita Eutyces, recitabimus sicut præcepistis.

ACTIO PRIMA CONSTANTINOPO-
li habita de Eutyche, lecta in Ephesino secundo Concilio, relecta in Chalcedonensi.

Consulibus Flauijs Zenone & Posthumiano viris clarissimis, sub die sexto idus Nouembris, in Christianissima & regia vrbe Constantinopoli noua Roma, congregata sancta & magna synodo reperta, in prædicta magnificentissima vrbe in secretario episcopij, presente sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Flauiano, & recitantibus relationem directam à Florentio beatissimo episcopo Sardis metropolis prouincie Lydiorum, aduersus sub eo constitutos reuerendissimos episcopos Ioannem & Cossinum, præsentibus etiam clericis his, qui eadem relationes detulerunt. Et data forma de aliquibus quæ lecta sunt, exurgens Eusebius reuerendissimus episcopus Dorylei, vn constitutus de confidentibus, libellos obtulit sancto Concilio, coniurans eos relegi, & inferri monumenta actorum: instante verò eo, sanctissimus archiepiscopus Flavianus dixit: Susceptus libellus legatur, ad cognoscendam causam quæ in eo continetur. Et suscipiens Asterius notarius legit:

Epistola Eusebij episcopi Dorylei ad Flavianum Constantinopolitanum archiepiscopum.

Exemplar libelli Eusebij reuerendissimi episcopi Dorylei. Sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Flauiano, & præsentem magno & sancto Concilio, in hac regia vrbe religiosissimorum episcoporum ab Eusebio episcopo Dorylei. Optaueram quidem non sic præfocatum sensum & ebrium cogitatione & excessu mentis capi Eutychem presbyterum & archimadritam, vt oblitus quidem timoris Dei, sperneret etiam terribile tribunal Christi, saluatoris omnium nostrum, & iustum eius iudicium & retributionem, qui venturus est iudicare orbem terræ in æquitate, & reddere vnicuique secundum opera sua: nec vt ita auderet aduersus saluatorem omnium nostrum Christum blasphemam linguam mouere, & patres, qui inter sanctos connumerantur, hæreticos nominare, & nos, qui eorum sumus fidei sectatores. Quoniam verò non cessat, inobseratum habens os & infrenem linguam, negans piissimam rectæ religionis doctrinam; derogans autem & sanctissimis patribus, & me qui nunquam hæreticus suscipatus sum, sed econtrario magis semper hæretici-

Psal. 95. Math. 16. d

for. * & hæreticos me

accusans, q

C 3 hæretici-

hereticis repugnantem, & orthodoxam fidem secundum meas vires defendentem, permanentem que in fide sanctorum patrum trecentorum decem & octo in Nicea congregatorum, & omnibus que in Ephesia metropoli a sancta & magna synodo acta sunt, & his, qui sapuit & exposuit beatissimus Cyrillus, Alexandria magna ciuitatis quondam episcopus, EPHESI LECTA. Et clamans sancta synodus dixit: Semper memoria Cyrilli, Dioscori & Cyrilli vnam fidem habent. Sic sapit omnis synodus, Cyrillo aeterna memoria. Si quis retractat, anathema sit: si quis super ista inquirat, anathema sit. Maledictus qui addit, maledictus qui aufert, maledictus qui innouat. Voces nostras Imperatori Iuliano episcopo agens vices sanctissimi episcopi Romanae Ecclesiae Leonis, interpretate se Florétio episcopo Lydiarum, dixit: apostolica sedes sic sapit. CHALCEDONE ACTA. Sancta synodus dixit: Et haec vniuersalis synodus sic sapit, et post has voces sequentia libelli Eusebii. CONSTANTINOPOLI ACTIONE PRIMA ACTA, LECTA EPHESI, RELECTA CHALCEDONE. & magnus Athanasius, & Gregorius, & Atticus, & Proclus sancti episcopi, supplico & peto, vestram sanctitatem minimè despiciere hanc meam supplicationem: sed iubere Eutychem presbyterum & Archimandritam occurrere in sancta vestrum concilio, & respondere his, quae a me ingeruntur. Paratus enim sum eum conuincere, falsò habere catholicum nomen, & alienum omninò a recta fide. Et cõiuuro vos per sanctam & homouisionem trinitatem, quae saluat Christianissimos nostros Imperatores, & per salutem & per reuerentiam pijsissimorum nostrorum Imperatorum Theodosij & Valentiniani perpetuorum Augustorum, praedictum Eutychem iubere occurrere in vestram sanctam synodum, & satisfacere his à me ei obiectis: quatenus hoc ita conuictò a me, & qui ab eo subuerit sunt, erigantur: & catholica fides vincens & nunc, appareat omnes mundi terminos circumplexa: quo proueniente, gratias semper vestrae confitear sanctitati. Eusebius episcopus Dorylei sanctae Dei ecclesiae, offerens hos libellos meos, subscripsi manu mea. Sanctissimus Flavianus archiepiscopus, dixit: Stupefaciunt quidem nos quae lecta sunt, eò quòd talis ingeritur reprehensio reuerendo presbytero & archimandrite Eutychi. Tamen dignetur tua reuerentia conuenire ad eum, & disputare cum eo de recta fide: & si inuenietur pro for. *sanctum vero non recta sentiens, tunc vocabitur in concilio, & sancto concilio, & aderit sibi. Eusebius reuerendus episcopus Dorylei, dixit: Ego quidem amicus illi eram prius. Non semel autem nec secundò, sed sepius conueni ad eum pro hac causa, ex qua legius est, & locutus sum cum eo, & inueni eum non recta sapere, & monui, & docui: sed instabat, dicens ea quae

TOM. 2.

aliena sunt à recta nostra fide, et hoc possum ostendere per multos testes, qui praesentes fuerunt & audierunt. Coniuuro igitur vos, & iterum per Dominum nostrum Iesum Christum, quatenus destinatis ad eum, ut veniat, & respondeat. Et postquam victus à me fuerit, cesset à perueria doctrina: quia multi ab eo laesi sunt.

Sanctissimus archiepiscopus Flavianus, dixit: Patiatur nos tua reuerentia, & mox fatigationem sustineat usque monasterium, & que concedet, loquatur ei, & quae ad pacem pertinent, ut non commotio, cursus & conturbatio oriatur sanctis ecclesiae Christi. Eusebius episcopus Dorylei, dixit: Impossibile est, me iam postquam perrexi frequentem, & non persuasi, iterum ad eum accedere, & blasphemiam verba audire. Sed dignetur vestra sanctitas dirigere ad ipsum, ut occurrat nec enim permitto, in examinationem tantum negocium relinqui. Sancta synodus dixit: Oportuerat quidem tua reuerentiam acquirere suasionibus sanctissimi & beatissimi archiepiscopi nostri. Sed quia perstantem te videmus, fiet quod postulasti. Nunc ergò primitus à te datos libellos fides teneat monumentorum, ad diligetem agendorum examinationem. Ioannes autem religiosissimus presbyter & defensor, simul cum religioso diacono Andrea, pergentes ad religiosissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, porrectum aduersus eum libellum ei relegant, & commoneant occurrere ad hoc sanctum concilium, & sibi adesse. Non enim in leui accusat causa, Et cum legerentur,

CHALCEDONE ACTA.

Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Cum Eusebius reuerendus episcopus apud Constantinopolim accusaret Eutychem, considerate, quia ipse postulauit, ut praesens Eutychem discerneretur: quomòdò igitur in Epheso similiter non est obseruatum, neque susceptus est Eusebius reuerendus episcopus? Et omnibus tacentibus, Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Reliqua percurrantur. Beronicianus deuotissimus à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: ACTIO CONSTANTINOPOLITANA SECVNDA DE EUTYCHETE, LECTA IN EPHESINA SYNODO PROPHANA, RELECTA IN CHALCEDONENSI.

Consulatu Flauij Zenonis & Posthumiani virorum clarissimorum, sub die pridie idus Nouembris, in Christiana regia apud Constantinopolim noua Roma, congregata sancta & magna synodo, conuersante in praedicta magna vrbe, praesidente sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Flauiano in secretario episcopi, Eusebius episcopus Dorylei dixit: Interpellans vestram sanctitatem, dudum libellos obtuli, accusans Eutychem presbyterum & archimandritam huius ciui-

ciuitatis, sicut doctrinas orthodoxae Ecclesiae corrumpentem, tam per disputationes quam per admonitiones ad se conuenientium, per quos possibile est (postquam idem aduenit) probationes me in certamen praesentare, & eum palam ex multis conuincere probationibus. Quoniam igitur paratus sum hunc talem probare, rogavi vestram sanctitatem, ut eum regulariter communitum, peruenire ad sanctum Concilium iuberetis. Et hoc fieri praecipistis per quosdam reuerendissimos clericos. Suggesto autem, ut perfectius vestra doceatur sanctitas, quonia sanctae & beatae memoriae quondam Alexandriae magna ciuitatis sanctissimae Ecclesiae archiepiscopus Cyrillus, Nestorium peruersam introductentem doctrinam & praedicantem in Ecclesia, habes amorem Dei & zelum fidei, cognoscens de eo, sua iustitia ad eum literas destinavit, continentes expositiones sanctorum patrum, qui in Nicea congregati sunt, & quemadmodum oporteat illam spiritali expositionem & intelligere, & sapere. Hanc suscipiens Nestorius epistolam, rescriptit ad eundem beatae memoriae Cyrillum, peruersa sua & prophana dogmata manifestans, pro quibus secundum praecceptionem Christianissimorum Imperatorum nostrorum synodus in Epheso metropoli congregata est. Et primo loco postulauit beatae memoriae Cyrillus, relegi sanctae & magnae synodo epistolam à se Nestorio de-

RESCRIPTVM EPistolae Religiosissimi Cyrilli Alexandriae episcopi, ad Nestorium mense Mechir, indictione XIII.

EDITIO VNA.

Mechira Aegyptij Februario vocat, quod apud illos tunc inchoatur, quod apud nos habet mensis Ianuarius dies 23.

Psal. 73.

O Bloquitur quidem (sicut audio) quidam astimationi meae apud tuam religiositatem, & hoc frequenter, processionum vel conuentuum tempora maximè obseruantes: & eo magis forsitan arbitrates delectare se aures tuas, & incòsideratas aduersum nos voces emittunt, laesi quidem nihil, obiurgati autem & hoc leuiter, vnus quidem eorum, quod contra matrem euaginauerat gladium: tertius verò, quia cum ancilla aurum furatus est alienum, & qui talem semper habuerit existimationem, qualem nullus saltè pruenire grauissimis inimicis optauerit. Verum non multus mihi de talibus sermo est, ut neque supra Dominum & magistrum, neque supra patres, pusillitatis quae mihi inest, modus crescat. Non enim facile est cuiquam, (quolibet vitam suam habeat circumspectam) nequam hominum maledicta vitare: sed illi quidem maledictioe & amaritudine plenum os habentes, reddent quandoque omnium iudicium rationem. Conuertar autem nunc ego ad id quod me maximè decet, & commonebo etiam nunc te, & quam fratrem in Christo, doctriper ratione & sensu fidei cum omni cautela plebibus praedicandae. Exhortabor quoque cogi-

TOM. 2.

stinatam, ut approbaretur ab ea, vtrum consonans esset expositioni sanctorum patrum, an aliter haberet. Et interloquente igitur sancta illa & magna & vniuersali synodo, lecta est ipsa epistola. Et omnes, qui in illa magna & vniuersali synodo confederunt, decreuerunt eam consonam esse expositioni sanctorum patrum & sanctorum scripturarum, & in nullo ab eis dissonare, consentire verò se his, quae in eadem continerentur epistola. Hanc & nunc, vestram deprecor sanctitatem, ut iubeat recenseri, & omnibus fieri manifestam, quia secundum expositiones, quae in memorata epistola continentur, sic sapimus, & sic credimus. Est enim & secunda epistola memorati sanctae recordationis Cyrilli, scripta ad sanctam Orientalem synodum, quando inter eos concordia facta est, quomòdò habent de incarnatione saluatoris nostri Christi, & quomòdò oportet ubique sanctas Dei ecclesias sapere & praedicare. Et has supplico sub fide monumentorum lectas inseri, ut manifesta sint omnibus Ecclesiae dogmata. Sanctissimus archiepiscopus Flavianus dixit: Et si haec omnibus fidelibus nota sunt, qui nutriuntur, & meditantur in libris sanctorum patrum, propter profectum & robur, quod eorum lectione quotidie instat nobis fidei procreatur: nihil tamen prohibet pro tua postulatione, etiam nunc relegi, ad inferenda omnia, quae aguntur, fidei monumentorum.

EPISTOLA CYRILLI

Alexandrini ad Nestorium haereticum.

EDITIO ALTERA.

Cyrillus Nestorio. Comperi quosdam existimationi meae detrahentes apud reuerentiam tuam, multa garrere: & id crebro frequenterque agere, & maximè tunc, cum virorum illustrium atque prudentium praesidio esse plurimos vident, & fortasse opinantes tuas aures delectari, non a deo ex voluntate tales aduersum nos voces emittunt homines, nulla quidem in re à me prorsus offensi, nec laesi, sed modestè à nobis elementerque conuicti: vnus, quia caecis vim egentibusque faciebat: alter, quia supra matrem suam crexit gladium: alius, quia cum ancilla aurum rapuit alienum, & hac semper existimatione vixit, quam nullus inimicissimo suo optat evenire. Caeterum talium hominum nullam omninò habeo curam, ne videar supra dominum aut magistrum, vel supra patres nostros mensuram meae mediocritatis extendere. Neque enim fieri potest, ut aliquis, maledicorum virus & molestia vitare possit, quauis rectissime viuat. Sed illi maledictionis & amaritudinis os plenum habentes, ratione iudicij omnem redituri sunt. Ego autem me conuerto ad id, quod me maxime decet: & tunc quoque admonebo quasi fratrem in Domino, ut doctrinam verbi, & sensum fidei cautè & cum omni obserua-

C 4 tione

Matth. 18.

cogitare debere, quia si offendatur solum vnus de pusillis qui credunt in Christum, quam sit in toto Ierabilis indignatio Dei. Si vero tanta fuerit multitudo laesorum, quomodo (quae so) non omni arte studendum est, vt prudenter auferatur huiusmodi offensus, & sanae fidei ratio insinuetur expositentibus veritatem? Erit autem hoc * recte faciendum, si sanctorum patrum libros legentes, magni eos momenti habere studeamus, & probantes nosmet ipsos, si sumus in fide, secundum quod scriptum est illorum * rectis & irreprehensibilibus definitis, nostros sensus bene atque optime roboramus. Ait ergo sanctus illud & magnum Concilium patrum, ipsum de Deo patre genitum secundum naturam vnicum filium, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia creauit pater, descendisse, incarnatum esse, atque in humanatum, passum, mortuum, resurrexisse tertia die, & in calum ascendisse. Haec etiam nos sequi oportet, & verba atque doctrinas, cogitantes quid significet, incarnari & inhumanari Dei verbum. Non enim dicimus, quia Dei verbi natura transformata, facta est caro: sed nec, quia in totum hominem (qui est ex anima & corpore) commutata est: sed illud potius sentiendum, quia carnem animata, anima videlicet rationali, vnies sibi et secundum substantiam Deus verbum, inenarrabiliter atque inscrutabiliter factus est homo, & appellatus est filius hominis, non tantum secundum voluntatem aut bonum placitum, nec sicut in persona tantummodo susceptione, sed quia diuersae quidem ad veram vnitionem conuenere naturae. Vnus autem ex vtrisque; naturis Christus & filius, non quasi naturarum earum per vnitatem diuersitate consumpta, sed magis iisdem naturis, id est, perfectis nobis diuinitate & humanitate, vnum Dominum & Christum & filium, per inenarrabilem & inscrutabilem concursum ad vnitatem. Et sic dicitur certè (dum sit ante omnia secula substantia habens, & natus ex patre) generari etiam secundum carnem ex muliere: non quod diuina eius natura (in qua consubstantius, al. consubstantialis vel coessentialis, id est, homouos est patri) in sancta virgine initium, vt esset, acceperit: neque quia ex necessitate propter seipsum, secunda egerit natiuitate post patrem: (est enim hoc vanum simul & imperitum, hunc existentem ante omnia secula, & coaeternum patri, dicere, indignum esse secundo, vt esset, initio) sed quoniam propter nos & propter nostram salutem, vnies sibi * secundum substantiam humanitatem, processit ex femina, propterea dicitur secundum carnem natus. Non enim prius homo communis ex sancta est * genitrix virgine, & sic postea verbum superuenit in eo: sed ex ipsa vulua cum carne vnitus, natiuitate carnalem creditur & dicitur pertulisse, tanquam natiuitatem propriae carnis suae facies. Sic eum dicimus & passum esse, & resurrexisse, non quia Dei verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera: Deus namque, incorporalis, extra passionem est: sed

* & omnino recte ritè facere festinemus, & dicimus

* hominem fieri

* subsistentialiter

Istud parenthetici clausum, non est in Graeco.

* subsistentialiter carnaliter

* generatus in

tionem facias semper ad populos, sciens plane, quod si quis ex his qui in Christum credit, vnus duntaxat scandalizauerit, indignationi subiacebit ingenti. Sin vero non vnus sit, sed multitudo decepta, tunc omni arte nobis vtendum est, vt circuncidamus scandala, & illis qui quaerunt veritatem, sanam rectamque fidei dirigamus rationem. Id autem facile fiet, si patrum recensentes scripta sanctorum, eos plurimi faciamus. Et nosmet ipsos consulentes, si in fide consistimus, secundum quod scriptum est, tum demum rectis illorum atque irreprehensibilibus institutis, sensus nostros animosque firmemus. Ait igitur sancta & magna synodus, ipsum (qui est ex deo patre naturaliter natus) filium vnicum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem & cum quo omnia fecit pater, hunc descendisse, incarnatum esse, & hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, & ascendisse rursus in caelum. Haec nos sequi verba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse, & hominem factum Dei verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura conuersa vel immutata, facta sit caro: nec quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit: sed illud magis, quod carnem animatam anima rationali, sibi copulauerit verbum substantialiter, & ineffabiliter & irreprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola personae, sed quod diuersae quidem naturae in vnum conuenierint. Vnus tamen ex ambabus Christus & filius, non euacuata aut sublata diuersitate naturarum per coniunctionem, sed quia simul nobis effecerunt vnum Dominum & Christum & filium, id est, diuinitas & humanitas per arcanam illam ineffabilemque copulationem ad vnitatem. Itaque is, qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus, non quia diuina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordium, nec quod propter seipsam opus habuit secundum nasci post illam natiuitatem quam habebat ex patre. Est enim ineptum & stultum hoc dicere, quod is qui ante omnia secula est consempiternus patri, secunda generationis egerit vt esse inciperet: sed quia propter nos & propter nostram salutem naturam sibi copulauit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur carnaliter. Neque enim primum natus est homo communis de sancta virgine, & tunc demum inhabitauit in eo verbum: sed in ipsa vulua vteroque virginali se cum carne coniunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suae natiuitatem, suam faciens. Sic illum dicimus & passum esse, & resurrexisse: non quia Deus verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera: Deus namque, incorporalis, extra passionem est: sed

2. Cor. 13.

* ita, aut ob hoc ipse iterum

Hebr. 2.

* non quod experimentum terrenae mortis diuina eius natura pertulerit,

* fateamur incisionis

ineffabile

Ioan. 1.

surrexisse, non quia Dei verbum in sua natura passum est aut plagas, aut perforationes clauorum aut reliqua vulnera pertulerit: (impassibilis est namque diuinitas, quoniam & incorporata) sed quia quod factum est proprium eius corpus, pertulit, ipse mortem pro nobis dicitur pertulisse, erat enim hic impassibilis in carne passibilis. Simili autem modo & de morte eius sentimus. Immortalis enim secundum naturam & incorruptibilis & vita, & viuificans est Deus Dei verbum, sed quia iterum proprium eius corpus gratia Dei (sicut dicit Paulus apostolus) pro nobis ipse perferre, & non quod in experimentum venerit mortis, quod dicitur ad eius naturam, (summa enim demetia est, hoc sentire vel dicere) sed quia (sicut nuper dixi) caro eius gustauit mortem. Sic etiam resurgente eius carne, rursus eius resurrectio dicitur, non quasi ipso ad corruptionem (quod absit) delapso, sed quia eius iterum corpus surrexit. Sic vnum Christum Dominumque, & fatebimur, non vt hominem coadorantes verbo, ne diuisionis imaginatio presentem vel inducat, dum dicit, co: sed sicut vnum atque eundem adorantes, quia non alienum est corpus eius ad verbo, sed eius magis proprium est, cum quo ipsi confidet patri: non iterum sicut duobus rursus filijs confidentibus, sed sicut vno cum carne secundum vnitionem. Si vero secundum substantiam vnitionem, aut vt inconuenientem, aut vt indecentem recusamus, irruimus in id, vt duos filios predicemus. Necesse est enim omnia diuidere, & dicere hominem quidem specialiter filij honoratum vocabulo: & rursus, specialiter Deum verbum filiationis nomine atque appellationis naturaliter habere. Non ergo in duos filios vnus Dominus Iesus Christus diuidendus est. Nullo enim modo oportet rationem recte fidei sic habere: sed nec personarum vnitionem, sicut aliqui opinantur. Non enim dixit scriptura, quia Deus verbum personam hominis vnuit sibi, sed quia caro factum est verbum. Verbum vero carnem fieri, nihil est aliud, nisi quia iuxta nos participatus est carni & sanguini. Nostrum autem corpus fecit proprium, & processit homo ex muliere, Deus esse non desinens, & ex Deo patre progenitus, sed & in assumptione carnis, quod fuerat, perseverans. Istud allegat vbi quod subtilis fidei ratio: sic sanctos patres sensisse cooperimus, sic ausi sunt Dei genitricem sanctam virginem dicere, non quia natura verbi vel deitas eius ex sancta virgine initium, vt esset, accepit: sed quia quod ex ea genitum est sanctum corpus rationaliter animatum, cui est subsistentialiter vnitum verbum, secundum carnem dicitur natum. Haec etiam nunc ex charitate, quae in Christo est, scribo, rogans vt fratrem, & contestans sicut in conspectu Christi & electorum angelorum, haec nobiscum sentire pariter & docere, vt ecclesiarum pax perferret in columis, & sacerdotibus Dei indissolubilem concordiam atque charitatis vinculum perseueret.

sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factum est, passum est, ideo haec omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore quod patiebatur, Deus qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & vita, & viuificans Dei verbum. Sed quia corpus ipsius proprium gratia Dei, iuxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis. Non quod ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet, (in sana est enim, hoc vel sentire vel dicere) sed quod (vt supra diximus) vera caro ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus: non quia in corruptionem ceciderat, (quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Ita Christum vnum & Dominum confitemur, non tanquam hominem cum verbo coadorantes, ne diuisionis quaedam species inducatur, sed vnum iam & eundem adorantes: quia non est alienum a verbo corpus suum, cum quo ipsi etiam adfident patri. nec hoc ita dicimus, quasi duobus filijs adfidentibus, sed vno cum carne per vnitatem: quia si talis copulationem factam per substantiam, aut quasi impossibilem, aut quasi parum decoram noluerimus accipere, in id incidimus, vt duos filios esse dicamus. Necesse enim est discernere, & dicere, hominem separatam, fuisse sola filij appellatione honoratum: & rursus verbum, quod est ex Deo, & nomine & veritate, filium Dei, sed discernere in duos filios non debemus vnum dominum Iesum Christum. Neque enim id adiuuat rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationem (nescio quam) perhibeant personarum. Non dixit enim scriptura, verbum Dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est, ostendere Dei verbum similitudinem nos participatum habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum proprie sumum, facisse, & hominem ex muliere processisse, non abiecta nec deposita Deitate, aut generatione illa quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis vnum, quod erat. Hoc vbi quod recte fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse cooperimus. Ideo illi non dubitarunt sanctam virginem dicere theotocum, non quod verbi natura Deitasque in sancta virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui subsistentialiter adunatum DE I verbum, carnaliter natum esse dicitur. Haec igitur pro charitate in Christo scribo, quaerens te tanquam fratrem, & contestans coram Christo & electis angelis, vt haec nobiscum & sentias simul & doceas, vt ecclesiarum pax salua feruetur, & concordiae charitatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus DEI.

Hebr. 2.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Ad in prima synodo Ephesina, lecta Constantiopolis, relecta ephesi & Chalcedone.

QVAE SEQVNTVR, ACTA SVNT IN PRIMA SYNODO EPHESINA. Cyrillus episcopus Alexandriae, dixit: Audiuit haec sancta & magna synodus quae scripsi reuerendissimo Nestorio, defendens rectam fidem. Arbitror autem quia nullo modo transgressus inueni recte fidei ratione, vel in aliquo praeteriens expositum symbolum a sancta & magna synodo, quae suo in tempore in Nicea collecta est. Et peto vestrae sanctitatem dicere, utrum recte & irreprehensibiliter & consonè illi sancto Concilio scripserim, necne. Inuenalis episcopus Hierosolymorum, dixit: Relecta sancta fide, quae in Nicea exposita est, & epistola sanctissimi & beatissimi episcopi Cyrilli, & quae a sancta synodo edita sunt, consona inueniuntur. Et istis pijs dogmatibus consentio & acquiesco. Firmus episcopus Caesareae Cappadociae, dixit: Quae in breui & capitulatum a sancta

Epistola scripta Deo amantissimo episcopo Antiochiae Ioanni, a sanctissimo episcopo Alexandriae Cyrillo de pace.

EDITIO VNA.

Exultent caeli, & letetur terra. Solutus est enim medius paries caecae, & quod contristabat, quicquid atque dissensionis omnis modus abscisus est, omnium nostrum saluatore Christo pacè suis ecclesijs tribuente, conuocantibus autem nos ad hoc & pijsimis ac Deo amantissimis atque Christianissimis Imperatoribus, qui originalis pietatis facti imitatores egregij, tutam quidem & inconcussam in proprijs animis rectam fidem custodiunt, maximam verò curam impendunt pro sanctis ecclesijs, ut opinabile habeant in secula gloriam, & praclarissimum proprium ostendant imperium. Quibus & ipse Dominus virtutum diuite manu bona impertit, & tribuit subiugare quidem aduersarios, donat autem & victoriam. Neque enim metitur, dicens: Viuo ego, dicit Dominus, quia glorificantes me, glorificabo. Veniente igitur in Alexandria domino meo religiosissimo & cōsacerdote fratre Paulo, impleti sumus omni letitia, & nimis dignè, tanquam tanto viro mediante, & supra vires in laboribus acquiescente versari, ut diaboli superaret inuidiam, & coniungeret separata, & interiecta scandala circumcidēs, cōsensu & pace coronet ecclesias, quae apud nos & apud vos sunt. Quo enim modo diuisae sunt, superfluum arbitror dicere. Oportere autem reor, ea quae pacis temporari cōuenientia sunt, & sapere & effari. Delectati ergo sumus colloquijs memorati reuerendissimi viri, qui fortè & certamina se non parua habiturum suspicabatur ad persuadendum nobis, quoniam oportet ad pacem coniungere ecclesias, & hereticorum risum abolere, sed & hebetem facere super his aculeum diabolicae malignitatis. Paratos autem ita in hoc nos inuenit, ut nullum laborem penitus susti-

TOM. 2.

IN PRIMA SYNODO EPHESINA. Nicena synodo dicta sunt, exponens tua religio sitas, subtiliter & gradatim manifestam nobis & efficaciorè reuelationem editae sanctae fidei fecit, ut sit nihil in his quae dicta sunt ambiguū, omnibus inuicem consonantibus & cōfirmantibus fidē. His ergo diligēter & immutabiliter se habentibus, ac nullā nouitatem inferentibus, & ego consentio, eadem doctrinā a sanctis patribus & episcopis meis suscipiens. Memnon episcopus Ephesiorum metropolis, dixit: Expositae fidei a sanctis trecentis decem & octo patribus in Nicea conuenientibus, cōsona & in epistola relecta sanctissimi & beatissimi patris nostri & episcopi Cyrilli cōtinentur, quibus & acquiescimus, & consentimus, nihil minus neque dissonū inuenientes. Interlocutum est autem eadem & omne sanctum magnumque Concilium.

Epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenū, de partu diuinæ genitricis virginis, & vnigeniti filij DEI humanitatis assumptione.

EDITIO ALTERA.

Laetentur caeli, & exultet terra. Solutus est enim medius paries caecae, & cessauit illud, quod assererat tristitiam, & totius dissensionis sublata est via, omnium nostrum saluatore Christo suis ecclesijs pacem praestante, prouocantibus nos & adhortantibus ad hoc ipsum pijsimis & Deo amantissimis principibus nostris, qui patrum suorum religionis amuli existentes, veracem & incōcussam & rectam in suis animis conseruant fidem, egregiam autem faciunt sollicitudinem pro sanctis ecclesijs, ut inenarrabile habeat sempiternam gloriam, & suum imperium dignū omni laude conseruent. Quibus & ipse omnium virtutum Dominus, ditissima manu distribuit bona, & praestat obtinere resistētes, & donat victoriā: Nec enim mentitur, dicens: Viuo ego, dicit Dñs, quoniam eos qui me glorificant, glorificabo. Adueniēte igitur nunc Alexandriae dño meo venerabili fratre Paulo, letitia repleti sumus, & valdè necessariè, ut potè tali viro mediatore, & de his laboribus & causis (quae vires excedunt) animosè volētī disputare, ut diaboli vincat inuidiā, & coniungat diuisa: & quae in medio fuerāt inter haec aduersa scandala, auferat, & coronet concordia & pace ecclesias, quae sunt & apud nos & apud vos cōstitutae. Quemadmodum enim diuisae sunt, superfluum est dicere. Oportere autem arbitror ea loqui & sentire, quae decent pacis tempora. Gausi sumus igitur occursum & notitia memorati religiosi viri, quod ferè nō leuiter se laborare putauit, ut persuadeat nobis ecclesias oportere coniungere, & adunare ad pacem, & eorum qui aduersa nobis sentiunt, dissipare ridicula, obscurare autē & hebetare adhuc diaboli malignitatis stimulum. Inuenit autē nos ita paratos ad hoc, ut omni-

1. Reg. 2. f

Ioan. 14. Ephes. 2. 6. c

sustineret. Recordamur enim saluatoris dicentis: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Edocti autem sumus & in orationibus nostris dicere: Domine Deus noster, pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis, intantum, ut si quis particeps fuerit pacis, quae a Deo datur, non indigebit omni bono. Quoniam verò omnino superflua & inopportuna ecclesiarum diuisio facta est, nunc magis nobis est satisfactum, domino meo religio sissimo Paulo episcopo chartam nobis proferente, quae irreprehensibile continet fidei confessionem, & affirmante hanc a tua sanctitate & ab alijs Deo amantissimis ibidem constitutis episcopis esse compositam. Habet autem scripturam ita, & ipsis verbis inserta est huic epistolae meae: De genitrice autem Dei virgine, quemadmodum & sapimus & dicimus, & de modo incarnationis vnigeniti filij Dei necessariò, nō quasi in additamēti parte, sed in specie satisfactiois, sicut ab initio ita ex diuinis scripturis, quam ex traditione sanctorum patrum suscipientes, habuimus: breuiter dicimus, nihil penitus addentes sanctae fidei, quae a patribus in Nicea est exposita. Sicut enim anticipando diximus, sufficit ad omnem pietatis cognitionem, & abdicatorem totius hereticae prauitatis. Dicimus autem, nō quasi audentes aliquid contra ineffabilia, sed confessione propriae infirmitatis, pro excludēdis his, qui contra nos tentant assurgere, in quibus ea quae sunt supra hominē, cogitamus. Confitemur etenim nominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, Deum perfectum, & hominē perfectum ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre natum secundum deitatem, qui fuit verò dierum, eundem propter nos & propter nostram salutem de Maria virgine secundum humanitatem, consubstantialē patri secundum deitatem, & consubstantialē nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarū vnio facta est. Propter quod vnum Christum, vnū filium, vnum dominum confitemur. Secundum hunc inconfusae vnitionis intellectum, confitemur sanctam virginem Dei genitricē, propter quod Deus verbum incarnatus est, & homo factus est, & ex ipsa conceptione sibi inuenit templum, quod ex ipsa suscepit. Euāgelicas verò & Apostolicas de vno nō voces, scimus Deo quos viros quasdam quidem vnificantes, tanquam in vna persona: quasdam verò diuidētes, tanquam in duabus naturis: & diuinitatē quidem decētes, secundum deitatem Christi: humiles autem, secundum humanitatem eius tradētes. His vestris relectis sacris vocibus, & ita ut nos quoque sapere inuenientes, (vnus enim Deus, vna fides, vnum baptisma) glorificauimus omnium saluatore Deum, alterutrum congaudētes, quoniam scripturis diuinitus inspiratis, & traditioni sanctorum patrum nostrorum

fer. in fine verò

*inhumanatus, & ex

*coniungētes *communificantes

TOM. 2.

con-

omnino nullum laborem sustineamus. Minimè enim saluatoris nostri, dicentis: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Docti etiam sumus dicere in orationibus nostris: Domine Deus noster, pacem da nobis, omnia enim reddidisti nobis. Si quis igitur particeps fiat a Deo pacis huius tributa, inops non erit omnis boni. Quoniam ergo superflua & nullis ex causis ecclesiarum diuisio facta est, nunc maximè plenius docti sumus & cognouimus, domino meo venerabili Paulo episcopo chartam nobis proferente, irreprehensibilem habentem fidei confessionem, & hanc ipsam chartam confectā esse adstruens & confirmans a tua sanctitate, & a venerabilibus illarum partium episcopis: quae conscriptio ita continetur, & ipsis verbis apponetur in hac epistola nostra: De partu autem diuinæ genitricis virginis, quemadmodum & sentiamus & dicamus, & de humanitatis assumptione vnigeniti filij Dei, necessariae, non partem aliquā addentes, sed plenissima satisfactioe & ratione speciali, a principio & de diuinis scripturis, & traditione sanctorum patrum suscipientes & docti, breuiter dicimus, nihil prorsus addentes in sanctorum patrum conuentu & synodo Nicenae cōcilij expositae & expressae fidei. Sicut enim praediximus, ad omnem sufficit pietatis scientiam, & vniuersae hereticae & prauae doctrinae abdicatorem. Dicimus autem non temerè audentes se incomprehensibilibus, sed confessione propriae infirmitatis, excludētes eos qui oboriri volunt, in quibus ea cogitamus, quae sunt ultra hominē. Confitemur igitur Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, Deum perfectum & hominē perfectum ex anima & corpore rationali, ante secula quidem de patre natum secundum deitatem, in nouissimis verò temporibus eundem ipsum propter nos & propter nostram salutem de Maria virgine secundum humanitatem, consubstantiū vel consubstantialē patri secundum deitatem, consubstantialē nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarū vnio facta est. Propter quod vnū Christū, vnum Dñm cōfitemur. Secundum hanc incōparabilis vnitatis fidem, confitemur sanctam & diuinam genitricem Dei virginem, propter hoc quod dei verbum incarnatum est, & humanitatem assumpsit, & ex ipso cōceptu aduāsse sibi templū, quod ex ipsa assumpsit. Euāgelicas autem & Apostolicas de Domino nostro voces, nouimus viros aliquas quidē cōmunes facientes, tanquam in vna persona: aliquas autē diuidētes, tanquam ex duabus naturis: & illas quidem, quae Deo conueniunt, secundum deitatem Christi: humiles verò, secundum humanitatem ipsius tradētes. His ergo cognitīs sacris vocibus vestris, & sic vos sentientes cum cognouissimus, (vnus enim Dñs, vna fides, vnum baptisma) glorificamus omnium Dominum salua-

Ioan. 14. d

*necessaria

*verae

Ephes. 2.

torum

consonantem fidem habent & nostræ & vestre ecclesiæ. Quoniam verò comperi quosdam, vituperare amantes, vesparum agrestium modo circumsonare, & malignos contra me sermones eructare, tanquam ex cælo depositum, & non ex sancta virgine sanctum corpus Christi esse consistere, consideravi, pauca pro hoc ad eos dicere oportere. O insensati, & tantum calumniari docti, quem ad modum in hoc estis sensu lapsi, & hac tanta stultitia languistis? Oportebat enim aperte intelligere, quoniam nobis penè omne certamen de fide provenit, confirmatibus quoniam sancta virgo Dei genitrix est. Sed si de cælo, & non ex ipsa, sanctum corpus omnium nostrum saluatoris Christi factum esse dicamus, quomodo iam intelligatur DEI genitrix esse? Quem enim omnino peperit, nisi est verum, quod peperit secundum carnem, Emmanuel est? Rideantur, hæc de me garrientes. Nec enim beatus propheta Esaias mentitus est, dicens: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est, interpretatū, Nobiscum Deus. Verè autem omnino & sanctus Gabriel ad beatam Mariam virginem dicit: Noli timere Maria, inuenisti enim gratiam apud DEVM. Et ecce, concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluabit populum suum à peccatis eorum. Quando autem dicimus, de cælo, & desursum nomen nostrum IESVM CHRISTVM, non quasi desursum & de cælo, deposita est sancta carne, talia dicimus, sed magis sequentes diuinum Paulū, aperte clamantem: Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, celestis. Meminimus autem & ipsum saluatorem, dicentem: Et nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis, qui utique & secundum carnem (sicut nuper dixi) ex sancta virgine natus est. Quoniam verò desursum, & de cælo descendens DEVS verbum, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens: & nuncupatus est filius hominis, permanens id quod erat, id est, DEVS: (Inconuertibilis enim & immutabilis est secundum propriam naturam, statim quia ut vnus iam intelligitur cum propria carne, de cælo dicitur descendisse) nuncupatus est verò & homo de cælo, perfectus in deitate, & perfectus idem ipse in humanitate, & tanquam in vna persona intelligendus: vnus enim Dominus IESVS CHRISTVS, quauis non ignoretur differentia naturarum, ex quibus inenarrabilem vnitionem factam esse dicimus. Eos autem qui dicunt, quia commixtio vel confusio aut fermentatio Dei verbi facta est ad carnem, dignetur tua sanctitas refrenare. Suspicor enim & hoc de me aliquos divulgare, quasi aut tali multiloquio vsus sim, aut talia dixerim. Ego aut tantum absum ab huiusmodi sensu, ut & furere arbitrer eos, qui vel

*dici debere

Esa. 7. c
Matth. 1. d

*verum
Luc. 1.

Phil. 2.

*tanquam
*tamen

*ita sapuerim
aut dixerim,

TOM. 2.

torum Deum, inuicem congaudentes, quoniam scripturis, quæ à Deo inspirata sunt, & traditioni sanctorum patrum conuenientem habet fidem, quæ apud nos & apud vos sunt ecclesiæ. Quoniam igitur interrogavi quosdam, qui amant ex more suo vituperare, vel ut crabrones agrestes circumstreperet, & molesta eructare contra me verba, cō quod dixerim de cælo aduenisse, & non de sancta virgine sanctum corpus Christi, oportere arbitratus sum, pauca super hoc ad eos dicere: O stulti, & solum calumnias mouere scientes, quomodo ad hoc consilium deducti estis, & tanta stultitia agrotastis? Oportebat enim, & valde oportebat, aperte vos intelligere, quoniam penè omne nobis quod pro fide est, lucetamen aduenit, adfirmantibus, quoniam sancta virgo diuini partus est genitrix. Sed si dixerimus, de cælo, & non ex ipsa sancta, natum esse corpus omnium nostrum saluatoris Domini, quomodo enim dicemus genitricem Dei, quæ eum omnimodò peperit, nisi est verum illud, quod peperit secundum carnem, qui est Emmanuel? Derideantur ergo, qui de me ista garriunt. Non enim mentitur beatus Esaias propheta, dicens: Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen eius Emmanuel, quod interpretatur, Nobiscum DEVS. Verum quomodo testatur & sanctus Gabriel, ad eandem beatam virginem dicens: Noli timere Maria, inuenisti enim gratiam apud DEVM: Ecce concipies in utero & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluabit populum suum à peccatis eorum. Quando autem dicimus, de cælo, & de supernis Dominum nostrum Iesum Christum, non tanquam de cælo deposita sancta est carne, talia dicimus, sed sequimur magis mirabilem Paulum, clamantem aperte: Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, celestis. Meminimus autem & ipsum saluatorem dicentem: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis. Natus est enim secundum carnem (sicut paulo ante dixi) de sancta virgine: & quoniam qui de cælo & de superioribus aduenit Deus verbum, exinaniuit seipsum, formam serui accipiens, appellatus est filius hominis, manens quod erat, hoc est, Deus: (Immutabilis enim & inconuertibilis secundum naturam est) tanquam vnus iam intellectus cum propria carne, de cælo dicitur descendisse: appellatus est etiam & homo de cælo perfectus, cum esset etiam in Deitate perfectus, idem ipse in eadem humanitate perfectus, & tanquam in vna persona intelligendus. Vnus enim Dominus Iesus Christus, etsi naturarum differentia non ignoretur, de quibus inenarrabilem vnitionem factam fuisse sentimus & dicimus. Eos autem qui dicunt, quoniam temperamentum, aut confusio, aut cōpersio facta est Dei verbi ad carnem, dignetur tua sanctitas refrenare.

*intellexi

Esa. 7. c

Luc. 1.

Matth. 1.

1. Cor. 15. f

Ioan. 3. b

nare.

suspicati sunt omnino, quia mutationis adumbratio circa naturam dei verbi potest contingere. Manet enim, quod est, semper, & non est mutatus: sed neque mutabitur aliquando, vel conuersionis est capax. Impassibile autem super hæc Dei verbum omnes confitemur, licet ipse sapientissimè disponens mysterium, sibi met applicans videatur accedentes carni propriæ passionibus. Ideo utique & sapientissimè Petrus inquit, Christo passo pro nobis carne, & non natura inenarrabilis Deitatis. Ut enim ipse saluator esse omnium crederetur, secundum proprietatem dispensatiuam ad semetipsum (ut dixi) carnis suæ refert passionibus, quale est illud, quod per prophetæ vocè tanquam ab ipso prædicitur: Dorsum meum dedi ad verbera, & maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non auerti à seditate sputorum. Quoniam verò ubique sequimur sanctorum patrum sententias, maximè autem patris beatissimi & opinabilis Athanasij, omnino in aliquo ab eo deuiare metuentes, tua quidem sanctitas credat, aliorum verò ambigat nemo. Apposuissem utique & testimonium multa eorum, ex ipsis mea verba confirmans, nisi prolixitatem meæ epistolæ timuissem, nè forte per hoc fastidium legentibus generetur. Nullo verò modo moueri ab aliquibus patitur fidem, aut ipsum fidei symbolum, quod à sanctis patribus nostris in Nicea conuenientibus, illo tempore diffinitum est: sed neque permittimus nobismetipsis, aut alijs, vel verbum mutare ibidem positum, vel vnam saltem syllabam præterire. Meminimus enim & dicentis: Noli transgredi terminos æternos, quos posuerunt patres tui. Neque enim ipsi erant, qui loquebantur: sed spiritus Dei & patris, qui procedit quidem ex ipso. Est autem & ad filio non alienus secundum vnus essentiarum rationem, & ad hoc ipsum nos sanctarum arcana docentium verba confirmant. In actibus nanque Apostolorum scriptum est: Venientes autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Scribit autem & admirabilis Paulus: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si quidem spiritus DEI habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quando autem quidam eorum, qui recta peruertere solent, meas voces in sibi met placitum sciunt: non admiretur hoc tua sanctitas, sciens, quoniam & omnes hæretici de scriptura diuinitus inspirata, sui colligunt erroris occasiones, ea quæ à sancto spiritu rectè dicta sunt, sua malitia corrumpentes, & super sua capita flammam inextinguibilem haurientes. Quoniam verò didicimus, quod epistolam opinatissimi patris nostri Athanasij ad beatum Epictetum destinatam, rectè habentem, corrumpentes quidam ediderunt, ut

1. Pet. 4.

*prædicat:
Esa. 50. c

vnus mutare
dico:
rum,
Prou. 22. d
Matth. 10.

Act. 16. b

Rom. 8. b

TOM. 2.

nare. Foritan enim esse quosdam non ambigo, qui hæc me iactitent, tanquam garrientem aut dicentem. Ego autem intantum ab his loquor, ut nihil tale sentiam, vsque adeo, ut insanire putem, qui hoc de me suspicati sunt, quod omnino mutationis adumbratio accidere potest circa diuini verbi naturam. Manet enim id quod semper est, & non mutatur, nec vnquam mutabitur, nec suscipiet mutationem. Impassibile enim ad hoc Dei verbum esse confitemur vniversi, tamen si sapientissimè ipse disponens mysterium, & video in propria carne passionibus, quæ acciderunt. Eadem & sapientissimus Petrus: Christo, inquit, pro nobis passo in carne, & non natura inenarrabilis deitatis. Ut enim ipse omnium saluator esse credatur, secundum dispositionem propriam in se (ut dixi) propriæ carnis reuocat passionibus. Quale est illud secundum prophetæ vocè prædictum, tanquam ex ipso intelligendum: Dorsum meum dedi ad flagella, & maxillas meas ad verbera, faciem autem meam non auerti à confusione sputorum. Quoniam autem sanctorum patrum doctrinis obtrepantes ubique, maximè autem beati & per omnia laudabilis patris nostri Athanasij præcepta, omnino de his aliquid foras eicere recusantes, discat quid est tua sanctitas, & nullus alius societur. Posuissem autem etiam illorum plura verba, quibus meis dictis fidè adhiberè, si non prolixitatem scriptorum reuererem, nè ex hoc ipso fieret horribile. Nullo autem modo patimur à quibusdam cōcuti definitam fidem, siue fidei symbolum à sanctis patribus nostris, qui apud Niceam conuenerunt illis temporibus. Nec permittit aut nobis aut alijs, mutare aliquod verbum ex his, quæ ibidem continentur, aut vnā syllabam immutare, memores eius dicentis: Nè transferas terminos æternos, quos posuerunt patres tui. Non enim erant ipsi loquentes, sed spiritus Dei & patris, qui procedit quidem ex ipso: non est autem alienus à filio secundum essentiarum rationem, & ad hoc nos eorum sanctorum, quæ mysteria tradiderunt, dicta cōfirmat. In actibus enim apostolorum scriptum est: Venientes autem circa Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit spiritus Iesu. Scribit etiam & venerabilis Paulus: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tam spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quando autem quidam qui consueti sunt, quæ recta sunt peruertere, meas voces deuare & abstrahere æstimant ad id, quod eis videtur: non miretur hoc sanctitas tua, sciens, quoniam qui sunt ab omni hæresi, ex diuinis scripturis erroris sui colligunt causas, & ea quæ per spiritum sanctum rectè dicta sunt, malignitatis metis suæ corrumpentes, proprijs capitibus suis ignis inextinguibilis exhauriunt flammam. Et quoniam cognouimus, & ad beatum Epictetum epistolam per omnia laudabilis patris nostri Athanasij rectam fidem habentem, quæ im-

*for. sibi
tribuar in
1. Pet. 4. a

Esa. 50. c

D mutantes

per hoc plurimis noceatur: propterea vtile aliquid & necessarium fratribus prouidentibus, ex antiquis exemplaribus, quae apud nos sunt, & nullum errorem habentibus, tuae sanctitati paria destinauimus.

Finit.

Et cum legeretur epistola sanctae memoriae Cyrilli reuerendissimi episcopi, CHALCEDONE ACTA. Illyriciani clamauerunt: Sic credimus, sicut & Cyrillus: Cyrilli aeterna memoria. Theodoretus episcopus dixit: anathema ei, qui dicit duos filios. Vnu enim filium adoramus dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum. Omnes reueren. episcopi clamauerunt: Nos sicut Cyrillus credimus, sic credimus, sic credimus. anathema, quae sic non credit. Orientales, & qui cum ipsis reueren. episcopi, clamauerunt: Flavianus sic credebat, Flavianus ista vindicabat, pro his Flavianus danatus est, Eusebius Nestorium deposuit, Dioscorus fide corrumpit. Aegyptij, & qui cum ipsis reueren. episcopi, clamauerunt: Nestorium Deus deposuit. Orientales, & qui cum ipsis reueren. episcopi, clamauerunt: Leo sic sapit, Leo sic credit, Anatolius sic sapit. Aegyptij, & qui cum ipsis reueren. episcopi clamauerunt: Omnes sic credimus, omnes sic sapimus, Satanas locum non habeat, Satanas occasionem non inueniat. Orientales, & qui cum ipsis reueren. episcopi, clamauerunt: Et Imperator & senatus & omnes ita sapiunt. Gloriosissimi iudices, & amplissimi senatus, & vniuersa synodus reueren. episcoporum clamauerunt: Imperator sic sapit, Augusta sic sapit, Omnes sic sapimus. Aegyptij, & qui cum ipsis reueren. episcopi, clamauerunt: Sic sapit vniuersus mundus. Statuta patrum bene habent. Orientales, & qui cum ipsis reueren. episcopi, clamauerunt: Interfectorem Flauiani foras mitte, temeratorem Patrum foras mitte. Aegyptij, & qui cum ipsis reueren. episcopi, clamauerunt: Vniuersi sic credimus. Multos annos senatui, multos annos Imperatoribus, multos annos Catholicis. Vniuersi sic credimus. Per vos pax fiat. Oes recte glorificamus. Gloriosissimi iudices & amplissimi senatus dixerunt: Et qua ratione Eutychem quidem his contraria dicentem, in communionem suscepistis: Flavianum vero sanctae memoriae, & Eusebium reuerendum episcopum his vobis, deposuistis? Dioscorus reueren. episcopus Alexandriae, dixit: Monumenta ipsa veritatem docebunt. Beronicianus deuotus a secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: EPHESI ACTA. Eustathius Episcopus Beryti, dixit: Postquam lectae sunt epistolae, necessarium est manifestum facere vestrae sanctitati, quia praestitit Deus beatae & sanctae memoriae patri nostro & archiepiscopo Alexandriae Cyrillo, in vita ipsius dubitari de aliquibus, quae ab eo scripta sunt, ab his, qui bene dicta non recte intelligunt, quatenus ipse per sapientissimi-

TOM. 2.

mutantes ea ediderint, & hinc quasi laedi plurimos: propter hoc necessarium & vtile intelleximus, & fratribus nostris de exemplaribus antiquis edere, quae apud nos sunt bene explanata, & similia tuae venerabilitati dirigere.

Explicit.

nam & doctissimam suam linguam manifestum faceret, volentibus peruertere scripta bene composita, & sequi suum piuum dogma omnibus persuasit: sed alijs quibusdam preparantibus de epistolis in praesenti perlectis beatissimi & sanctissimi viri dubiam facere sententiam, rursus necessitatem habuit, magis autem audacia. Omne autem suum tempus hoc pio labore consumpsit, ut seipsum interpretaretur, suamque intentionem ostenderet, & palam omnibus faceret per ea, quae scripsit ad beatae & sanctae memoriae quondam episcopos Acacium Meletinae, & Valerianum Iconij, & Successum Diocæsareae Isauriae provinciae, quomodo oportet intelligi & nuper lectas epistolas, & cultum aduentus saluatoris nostri. Adiacet enim & hoc inter alia in his epistolis, quos ad illos beatos viros direxit: Non oportet igitur intelligere duas naturas, sed vnam naturam DEI verbi incarnatam. Et hanc suam vocem, testimonio beatissimi viri Athanasij confirmauit.

CHALCEDONE ACTA. Orientales, & qui cum ipsis reueren. episcopi, clamauerunt: Ista Eutyches dixit, haec Dioscorus dicit, Dioscorus reuerend. episcopus Alexandriae, dixit: Neque confusionem dicimus, neque diuisionem, neque conuersionem. Anathema dicenti aut confusionem, aut conuersionem, aut commixtionem. Gloriosissimi iudices & amplissimi senatus dixerunt: Dicat sancta synodus, si canonicis epistolis sanctae memoriae Cyrilli, quae in synodo publicatae & hic lectae sunt, consonat interloquutio Eustathij reueren. episcopi. Et antequam responderet sancta synodus, Eustathius reueren. episcopus Beryti transiens in medium, & gestans librum, dixit: Si male dixi, ecce codex, liber Cyrilli anathematizetur, & anathematizer. Aegyptij, & qui cum ipsis reueren. episcopi clamauerunt: Eustathius episcopus bene dixit, orthodoxus bene dixit. Probatissimi venerabilis Cyrilli aeterna memoria. Eustathius reuerend. eps Beryti, dixit: Epistola sanctae memoriae Cyrilli sic habet. Et memoriter recitauit tenore epistolae, inter caetera sic continet: non oportet igitur intelligere duas naturas, sed vnam naturam Dei verbi incarnatam. Et post pronuntiationem praedictae epistolae idem reuerend. episcopus Eustathius Beryti, dixit: Et qui dicit vnam naturam ad negationem carnis Christi, quae & consubstantialis est nobis, anathema sit. Et qui dicit duas naturas ad diuisionem filij Dei, anathema sit. Et pro beato Flauiano dicere volo, ipsa nuda accepit beatus Flavianus, & porrexit pijsimo Imperatori, & iubete recitari manum ipsius,

Allegatio Eustathij pessima & haeretica.

ipsum, ut dicat vniuersa synodus, quia iuste susceptus est. Gloriosissimi iudices, & amplissimi senatus dixerunt: Cur ergo Flavianum reuerendae memoriae deposuistis? Eustathius reueren. episcopus Beryti, dixit: Errauit. Beronicianus deuotissimus a secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: Et postquam lecta sunt, ACTIONE II. CONSTANTINOPOLI HABITA, LECTA EPHESI, RELECTA CHALCEDONE. Eusebius reuerend. episcopus Doryle, dixit: Haec me ipsum sapere sciens, & de his falsare rectum dogma volentibus existens aduersarius, ad vestram perueni sanctam synodum: & peto vestram sanctitatem, consentaneam his quae lecta sunt, fieri, quatenus omnes sciant, quia si quis has expositiones soluerit, inimicus sit catholicae Ecclesiae, & a sacerdotali conuentu alienus. Sacratissimus archiepiscopus Flavianus dixit: Necessarium & piuum est, consentire nos rectae fidei placitis. Quis enim sancti spiritus verbis resistere potest? Lectae namque sunt epistolae sanctae memoriae inter sanctos patris nostri Cyrilli, quondam episcopi Alexandriae sanctae ecclesiae, diligenter sanctorum patrum, qui in Nicea eo tempore conuenerunt, sensum interpretantis: docentis ea, quae nos sapimus semper, quia Dominus noster Iesus Christus filius Dei vnigenitus, Deus perfectus, & homo perfectus est ex anima rationali & corpore, ante omnia quidem saecula ex patre sine initio genitus secundum Deitatem, in fine autem & in nouissimis temporibus, idem ipse propter nos & propter nostram salutem, de Maria virgine natus secundum humanitatem consubstantialis patri secundum Deitatem, & consubstantialis matri secundum humanitatem. Etenim ex duabus naturis consistitur Christum esse post incarnationem in vna subsistentia, & in vna persona vnum Christum, vnum Dominum, vnum filium consentes. Volentes autem praeter haec sapere, abdicamus a sancta sacerdotali synodo & Ecclesiae plenitudine. Singuli autem praesentes reuerend. episcopi, suam voluntatem & fidem in actorum deponant monumentis. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Gloriosissimi iudices & amplissimi senatus dixerunt: Quid dicunt venerand. episcopi praesentis sanctae synodi? Itane exponens fidem sanctae memoriae Flavianus, orthodoxam & catholicam religionem saluauit, an errauit in ea? Paschasinus reuerendus episcopus, vicarius sedis Apostolicae, dixit: Sancte & integre & catholice exposuit beate recitationis Flavianus. Siquidem eius fidei expositio cum beatissimi atque Apostolici viri Papae Romani epistola concordat. Qua voce Graece interpretata per virum deuotissimum Constantinum secretarium sacri consistorij, Anatolius venerand. Archiepiscopus Constantinopolitanae ciuitatis, dixit: Beatus Flavianus bene & orthodoxe san-

Hanc interlocutionem Latinis literis habet codices Graeci Acumiceni, prout hic iacet.

ctorum patrum nostrorum fidem exposuit. Lucentius reuerendus Episcopus, vicarius sedis Apostolicae, dixit: Quonia sanctae memoriae Flauiani fides concordat cum Apostolica sede & patrum traditione, sententiam, qua illum ab haereticis constat damnatum, ipsam in eos retorqueri a sancta synodo necesse est. Qua voce Graece interpretata per Constantinum venerandum secretarium sacri consistorij, Maximus reueren. episcopus Antiochiae Syriae, dixit: Orthodoxe sanctae memoriae Archiepiscopus Flavianus & consonanter beatissimo & sanctissimo archiepiscopo Leoni fide exposuit, & omnes eam prompte suscepimus. Thalassius reuerend. episcopus Caesareae Cappadociae, dixit: Beatae memoriae Flavianus consonanter locutus est sanctae memoriae Cyrillo. Eusebius reuerend. episcopus Ancyræ Galatiae, dixit: Consentimus, & approbamus sanctissimi Flauiani pro catholica fide interlocutionem. Eustathius reueren. episcopus Beryti, dixit: Secutus est beatae memoriae archiepiscopus regie urbis quondam Flavianus, doctrinam beatissimi & sanctissimi patris nostri & quondam episcopi Alexandriae Cyrilli. Orientales & qui cum ipsis reueren. episcopi, clamauerunt: Martyr Flavianus fidem bene exposuit, Archiepiscopus Flavianus fidem bene exposuit. Dioscorus reueren. episcopus Alexandriae, dixit: Legatur reliqua eius verba, & sic respondebo. In sequentibus enim inuenitur se impugnans, & dicens post adunationem duas naturas. Iuuenalis reueren. episcopus Hierosolymae, dixit: Consona dictis beatae memoriae Cyrilli & sanctissimi episcopi Flavianus dixit, Supplicamus vero sequentia recitari, ut sensus eius manifestior fiat. Reuerend. episcopi palastini dixerunt: Eadem dicimus, quae & sanctissimus archiepiscopus Iuuenalis. Exurgens reueren. episcopus Iuuenalis simul cum ipsis, transijt in alteram partem, & clamauerunt Orientales, & qui cum ipsis reueren. episcopi: Deus bene adduxit te orthodoxe, bene venisti. Petrus reueren. episcopus Corinthi, dixit: Ego quidem tunc non assui in Ephesina synodo: (necdum enim eram gratia Christi ordinatus Episcopus) ex his vero, quae lecta sunt, reperi dicta a beatae memoriae Flauiano zelum habentia pro expositionibus sanctae memoriae Cyrilli, & piget me reprehendere. Reliqua vero, cum lecta fuerint, perfectius me edocebunt. Et exurgens & ipse, transijt in alteram partem. Et acclamauerunt Orientales, & qui cum ipsis reueren. episcopi: Petrus ea quae Petri sunt, sapit. Bene venisti orthodoxe. Irenaeus reueren. episcopus Naupacti Helladis provinciae, dixit: Nec ego quidem praesens fueram sanctae Ephesinae nuper factae synodo. Ex his vero expositionibus, quae nunc nobis lectae sunt, sanctae memoriae Flauiani, piget me eam reprehendere. Reliqua

Acumicene non habet, erga Christi.

Sanctam dixit nesciendam Ephesina synodus secundum secunda, id est, consuetudinem magis quam verum.

TOM. 2.

D 2 verò

verò petimus recitari. Ceteri venerand. episcopi Helladis, dixerunt: Hæc eadem & nos super his, quæ lecta sunt, docemus. Et omnes in alteram partem transierunt.

Quintillus & Sozon, & ceteri reuerend. episcopi Macedoniae & Cretæ, dixerunt: In recitata interlocutione sanctæ memoriæ Flauiani, nihil in consequens inuenimus. Petimus autem reliqua recitari. Nicolaus reuerendus Episcopus Stobenus secundæ Macedoniae prouinciæ, dixit: In præscripta quidē Synodo non affui. De his verò, quæ lecta sunt, nihil inuenio contrarium definitis à beatis patribus, & à beato Cyrillo, dixisse sanctæ memoriæ Flauianum. Athanasius reuerendus Episcopus Busræus Tripolis Aegypti prouinciæ, dixit: Secutus est epistolas sanctissimi Cyrilli & sanctus Archiepiscopus Flauianus. Etenim benè exposuit fidem. Ausonius reuerendus Episcopus Sebennitenus, dixit: Consona his, quæ exposita sunt à sanctæ memoriæ Cyrillo, interlocutus est & sapuit sanctissimus & venerandus Episcopus Flauianus, sicut & quæ lecta sunt, epistola sanctissimi Cyrilli continent. Nestorius venerandus episcopus Flauoneus, dixit: Consequentia his, quæ lecta sunt ex fide monumentorum, & expositione, quam exposuit beatæ memoriæ Cyrillus, & beatæ memoriæ Flauianus exposuit. Macarius venerandus Episcopus Cabassi, dixit: Ego hæc eadem dico. Benè enim exposuit sanctissimus episcopus Flauianus, secutus fidem sanctissimi Cyrilli. Constantinus venerandus Episcopus Demetriadis Thessaliæ, dixit: Metropoli quidem meus ægritudine detentus, adhuc in Helenopoli est. Ego tamen secundum fidem trecentorū decem & octo sapio, & consentio his, quæ nuper lecta sunt beatissimi Cyrilli. Et si sapio aliter, aut aliquādo aliter sapui, anathema mihi. Et cōsentio eis, sicut consentit beato Cyrillo & beatæ memoriæ Flauianus. Eutyechius venerandus episcopus Adrianopolis veteris Epiri, Claudius episcopus Anchi-axi, Marcus reuerend. episcopus Euræ, Peregrinus reuerend. episcopus Phœniciæ, & So-tericus reuerend. episcopus Corcyre, dixerūt: Sanctissimus quidem pater noster Atticus metropoli episcopus Nicopolis, ante paululum recessit, durè ægotans. Nos verò tantum consistemus, quia lectis epistolis beatissimi & sanctissimi patris nostri Cyrilli consona & beatissimus Flauianus interlocutus est, & petimus sequentia omnium gestorum relegi. Et omnes in alteram partem transierunt. Dioscorus reuerend. episcopus Alexandriae, dixit: Manifestè ideo damnatus est Flauianus, quoniam post adunationem duas dixit naturas. Ego autem testimonia habeo sanctorum patrū, Athanasij, Gregorij, Cyrilli in multis locis, quia non oportet dicere post adunationē duas naturas, sed vnam na-

*Euiæ

Hæretica Dioscori responsio contra catholicam fidem.

turam Dei verbi incarnatā. Ego cum patribus eijsior, ego defendo patrū dogmata, nō transgredior in aliquo, & horū testimonia nō simpliciter neq; transitoriè, sed in libris habeo. Vt verò oēs petierunt, & ego rogo reliqua recenseri. Religiosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Sequentia relegatur: Beronicianus deuotissimus à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit. ACTIONE II. CONSTANTINOPOLI habita de Eutyche, lecta in Ephesino concilio, lecta in Chalcedone.

Reuerendus Episcopus Basilius metropolis Seleuciæ Iauriæ, dixit: Quis poterit beatissimi patris nostri Cyrilli reprehendere voces, qui impietate Nestorij futuram mūdum in undare, compefcuit per propriam sapientiam? Et illo quidem diuidente in duas personas & duos filios vnum dominum nostrum & ñeum saluatorem Christum, ipse ostendit in vna persona & filij & Domini & dominatoris creaturæ Deitatem agnoscendam perfectam, & humanitatem perfectam. Approbamus igitur omnia ab eo scripta & directa, sicut vera & pia continentia, & adoramus vnum Dominum Iesum Christum in duabus naturis agnoscendum. Vnā enim habebat in semetipso ante omnia secula, sicut splendor gloriæ patris: alteram autem, sicut ex matre natus, propter nos accipiens ex ea, sibi vniuit secundum subsistentiam. Et vocatus est perfectus Deus & filius Dei, & perfectus homo & filius hominis, omnes nos volens saluare in eo, quod factus est per omnia nobis similis absq; peccato. Cōtrarios verò his doctrinis, inimicos catholicæ Ecclesiæ esse asserimus. Reuerend. episcopus Seleucus metropolis Amasiæ, dixit: Repleuerunt corda nostra lætitia, quæ nuper sunt nobis lecta doctrina sancti patris nostri & quondam episcopi Cyrilli, & prudentia sanctissimi archiepiscopi Flauiani, & præsens professio sanctissimi episcopi Basilij. Vndè cum recta & apostolica & pia sint talia dogmata, & ego cōsentio & confiteor: & qui ita nō sapit, anathematizo, & alienum esse iudico ab ecclesiastica & catholica vnitatem. Credimus enim & nos in vnum Deum Dominum nostrum Iesum Christum, ex Deo verbum, lumē ex lumine, de vita vitā, in duabus naturis post incarnationē, & ex sancta Maria assumptionem prædicari. Et eum qui præter hæc sapit, sicut alienum ab Ecclesia abdicamus.

EPHESI ACTA. Sancta synodus dixit: Nemo duo dicit dominum post vnitionem. Non erat Amasiæ episcopus. In diuisum noli diuidere. Hæc Nestorius sapuit, sic Nestorius sapuit. Non erat Amasiæ episcopus, non erat Amasiæ Sinopis est. Dioscorus reuerend. episcopus Alexandriae, dixit: Tacete modicum. Audiamus alias blasphemias. Quid culpam Nestoriū solum? Multi sunt Nestorij. Ioannes presbyter & primicerij notariorū, dixit:

Apertius, cum hic, à Basilio, in duabus naturis.

*Ebagen,

Ex his quæ lecta sunt, illud annotemus, quia alteram fidem præter eam, quæ in Nicea exposita, & hæc prius confirmata est, exposuerunt, qui ista dixerunt. Olympius episcopus Euazon, dixit: Si initium fides habet ex gestis, qui dederunt initium, sint anathema. CONSTANTINOPOLI ACTIONE II. GESTA, SED CHALCEDONE RELECTA. Deo amantissimus Episcopus Saturninus Martianopolis metropolis, dixit: Si quis aliter sapit, præter ea quæ nuper lecta sunt in hac sancta synodo, hic secundum formam sanctorum patrū alienus sit & excommunicatus à nobis, sicut non permanens in his, quæ benè à sanctis Patribus definita sunt. Deo amantissimus Episcopus Aethericus ciuitatis Smyrnæ, dixit: Sicut præsentibus patres consenserunt, & ego consentio & concordo, & antè & nunc, & in futuro seculo. EPHESI ACTA. Aethericus Episcopus Smyrnæ, dixit: Ego ista non dixi. Dioscorus Episcopus Alexandriae, dixit: Quid dicit? Ioannes presbyter & primicerius notariorum, dixit: Falsum reprehendit. Dioscorus Episcopus Alexandriae, dixit: Doceat reuerend. Episcopus Aethericus, quæ voluerit. Aethericus Episcopus Smyrnæ, dixit: Subitè vt ingressus sum Constantinopolim, accedebant ad me aueriores, ducentes hunc ipsum monachum cum ipsis, qui dixit: Domine, subscribe. Dico & ego: Interim sine videamus, si, quæ audiuius iniqua de eo, certa sint. Postea dicit: Expone. Ego verò dixi: Exponere non possum. Verè quidem scio, sed non possum dicere. Tamen dico, si quis non credit, sicut trecetū decem & octo, & qui in Epheso, anathema sit & hic, & in illo futuro seculo. Dioscorus Episcopus Alexandriae, dixit: Hæc ergo quæ lecta sunt, falsa sunt? Aethericus Episcopus Smyrnæ, dixit: Ego nescio. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Aliud his amplius nō dixisti? Aethericus episcopus Smyrnæ, dixit: Non. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Audiisti autem, quæ tunc si te dicta sunt? Aethericus Smyrnæ episcopus, dixit: Audiui. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Et non ea dixisti? Aethericus eps Smyrnæ, dixit: Non. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Manifesta sunt, quæ à præsentem viro deposita sunt. Vndè reliqua percurrantur. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Aethericus reuerend. episcopus Smyrnæ, exurgens, dixit: Prius quidem consensu & subscripsi, tādē abij Ephesum. Statim adhæsit mihi Dioscorus veneran. episcopus, & dixit: Quarè subscripsisti contra Eutychem? Dico, Ego subscripsi, sicut omnes patres nostri. Si verò aliud est, dicite mihi. Dixit: Quid subscripsisti? Dico: Sicut obtulerunt mihi, subscripsi. Anathema, si quis nō credit, sicut trecetū decem & octo, & sicut qui in Epheso, ille anathema sit. Postea: quid

scripserūt? Nescio, præsentibus omnibus dixi. Dioscorus veneran. Episcopus Alexandriae, dixit: Deducat duos testes. Aethericus veneran. episcopus Smyrnæ, dixit: Sicut Cyrillus credo, Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Quo præsentem, hæc tibi dixit Dioscorus reuerend. episcopus? Aethericus veneran. episcopus Smyrnæ, dixit: Coram omnibus dixit. Thalassius reuerend. episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Hæc quæ scripta sunt, dixisti sine vlla necessitate, quid vis ea modò destruere? Dioscorus venerand. episcopus Alexandriae, dixit: Calumniatus nihil patitur. Si ego essem reprehensus, nō patiebar? Beronicianus deuotiss, à secretis sacri consistorij, ex eadē scheda recitauit: CONSTANTINOPOLI ACTIONE II. ACTA, SED CHALCEDONE RELECTA. Reuer. episcopus Valerianus dixit: Ego cōfiteor duas naturas in Christo diuinitatis & carnis. Diuinitatis ex patre, carnis ex matre, vnum tamen filium Dei, quem, admodum vniuersi patres cōstituerunt duas naturas in vna persona. Sic ergo cōfiteor, sicut patres trecetū decem & octo, congregati in Nicea ciuitate, & vt sancta synodus Ephesi decreuit, & beatæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ vrbs eps antè statuit, sic credo atq; cōfiteor. Deo amantiss, eps Longinus Chersonensium ciuitatis, dixit: Sanctam & magnā synodum trecentorū decem & octo congregatam in Nicea, sequēs & sanctus pater noster Cyrillus eps, doctrinā in epistola cū omni diligentia exposuit. Vndè & ego beatissimi archiepiscopi Flauiani consensu & beatissimorum Episcoporum concordo, sciens post inhumanationem ex duabus naturis adorare diuinitatem vnigeniti filij Dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Contrarios autē huiusmodi fidei, alienos existimamus à fide pia sanctæ Ecclesiæ. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Dioscorus veneran. episcopus Alexandriae, dixit: Ex duabus suscipio, duas non suscipio: Cogor & impudenter agere, de anima est mihi sermo. Eusebius veneran. episcopus Dorylei, dixit: Tu enim dudum occidisti sanctissimum archiepiscopum Flauianum, mihi autem vitā intulisti discrimen. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandriae, dixit: Satisfacio Deo hic & tibi. Eusebius reuerendus episcopus Dorylei, dixit: Sed & legibus, sicut dicis. Ergo quarè interpellauit? Vtiq; vt pœnas de te exigam. Nunquid ad salutandum huc ingressus es? Paschasinus venerandus episcopus dixit: Licuit Flauiano episcopo, isto audiente, tantum loqui quātum iste loquitur? Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Sed in præsentia synodus cū iustitia celebratur. Lucentius reuerend. episcopus, vicarius sedis Apostolicæ, dixit: Iusta est synodus. Detur ergo in illo iusta sententia. Beronicianus deuotissimus à secretis sa-

*amicissim

*eorū in

Dogma Dioscori.

*præsentem

*amicissim⁹
Galat. 1. b

cri consistorij, ex eadem scheda recitauit: CONSTANTINOPOLI ACTIONE II. ACTA, ET CHALCEDONE LECTA. Deo *amantissimus episcopus Meliphthongus Iuliopolis ciuitatis, dixit: Secundum diuinum Apostolum, si angelus de celo euangelizauerit uobis aliud quid, praeter ea quae nuper lecta sunt, sanctorum qui in Nicea & in Epheso patrum, anathema sit. Et qui non consententur ad veram vnitatem coeunatas duas naturas in vnum eundemq; filium dei, Deum verum de Deo vero, Christum Iesum, sint anathema. Qui vero inno- uant aliquid, praeter expositiones Apostolorum & sanctorum patrum, & conturbantes Dei Ecclesiam, portent iudicium, quicumq; illi fuerint. Deo amatissimus episcopus Iulianus Coensis, dixit: nullus sapientum contraire potest expositae fidei a sanctis patribus, qui in Nicea, & iterum a sancta & magna synodo in Epheso metropoli congregata. Con- fitemur igitur duas naturas in vna persona, propter quod vnum filium, vnum Dominum Iesum Christum. Et si quis diabolica infania agitatus, & propriam cogitationem (sicut putat) sequens, aliud quid sapit, praeter ea quae a praedecessoribus sanctissimis patribus ac- cepimus, sit ab Ecclesia alienus. Et cum lege- rentur, CHALCEDONE ACTA. Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriae, dixit: Ecce hoc reprehendo, quia post vni- tionem non sunt duae naturae. Beronicia- nus deuotissimus a secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: CONSTANTINOPOLI ACTIONE II. ACTA, SED CHALCEDONE LECTA. Deo aman- tissimus episcopus Sabas Paltos ciuitatis, di- xit: Didicimus sanctos patres sequi. Etenim patres nostri, qui in Nicea coeuerant, non a semetipsis locuti sunt, sed quod Spiritu sanctus dictauit. Similiter & sanctissimus & deo amicus beatus Cyrillus ex spiritu sancto, quae sunt sanctorum patrum, loquutus est & do- cuit. Secutus est autem eum & princeps Ori- entis, Deo amatissimus Ioannes quondam episcopus Antiochia. Hunc etiam & qui su- perius interlocutus est, Deo dignus episco- pus Basilius est secutus. Hoc & ego sapio & confiteor. Et si quis in vniuerso mundo hac fidem non sapit, non solum mihi est alienus, sed & omnibus recte credentibus. Rogo ve- ro vestrae sanctitatem, hunc tomum & in Ori- entem dirigere, & liberare nos a blasphemijs. Et si quis non subscripserit in hoc tomus, sit nobis alienus. Deo amatissimus episcopus Thomas Valentinianopolis, dixit: Cum vti- lia sint animae pietatis dogmata, exposita a sancta synodo, quae in Nicea congregata est, & in Epheso metropoli, sic & credimus, & populos, qui sub nobis sunt, docemus: & eum, qui ita non sapit, alienum decernimus esse a catholica Ecclesia. Deo amatissimus epi- scopus Tryphon ciuitatis insulae Chij, dixit:

Hic Diosco- rus suu do- gma rursu occinit.

Sabas peti- tio.

TOM. 2.

Secundum expositionem patrum sanctorum in Nicea, & beatissimi & sanctissimi archie- piscopi Cyrilli, sic & credidimus & credimus. Et qui non credunt sanctorum patrum do- ctrinis, anathematizamus, & alienos eos a sancta Ecclesia iudicamus. Deo amatissi- mus episcopus Timotheus Primopolitanus, dixit: Pie & recte statuta a sanctis patribus, qui in Nicea coeuerunt, & beatae memoriae pa- ter noster Cyrillus quondam Alexandriae epi- scopus ea secutus, digna deo dogmata nobis tradidit, his & concordamus & consentimus. Vnde si quis haec non sequitur, alienus sit a sanctis Dei ecclesijs. Deo amatissimus epi- scopus Bosphori, dixit: Ter beatissimus pa- ter noster Cyrillus secutus nicenam sanctam & magnam synodum, manifestum nobis fe- cit de Christi & saluatoris nostri praesentia, quia qui ante secula est Deus, & filius est pa- tris, in nouissimis temporibus inhumanatus est, ut disrumperet contra nos scriptum chi- rographum, & hominem perfectum assumpsit propter nostram salutem. Omnis ergo, qui non consentit expositionibus sanctorum pa- trum, seipsum alienat ab omni sacerdotali communione, & a Christi praesentia. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Eu- stathius reuerendissimus episcopus Beryti, dixit: Hominem non assumpsit, sed homo factus est, carnem autem assumpsit. Beronicia- nus deuotus a secretis sacri consistorij, ex ea- dem scheda recitauit. CONSTANTINOPOLI ACTIONE II. ACTA, SED CHALCEDONE LECTA. *Eustathius Deo amatissimus epi- scopus no cime ciuitatis, dixit: Facta a syno- do in Nicea sanctorum patrum expositione, & lectas nobis epistolae sanctissimi & Deo di- gni quondam episcopi Cyrilli, & expositas regulas, & fidem a sancta & magna Ephesina synodo, cofona omnia ad inuicem compe- rimus. Igitur & ego sic credo, & cofiteor. Et qui praeter haec sapit, alienum indico a sancta catholica Ecclesia, & a fide recte credentium. Iulianus Deo amatissimus episcopus ci- uitatis Mostenae, dixit: Cum sint certa & vti- lia animae lecta nobis canonica scripta, ex- posita a beatissimo & sanctissimo Cyrillo, & Niceno & Ephesino sanctis concilijs, ita & ego sapio & credo. Et si quis praeter haec sa- pit, sit alienus a sanctae Ecclesiae recta fide. *sit

Coloss. 2. c

*rustochi

*sit

fapien-

fapientem, sicut insipientem & auersor, & ali- enum iudico a fide recta, per gratiam Christi cum omnibus patribus stabilitus. Eusebius episcopus Dorylei, dixit: Quoniam quidam venerandissimorum episcoporum in hac re- gia vrbe degentem, quod aut propter in- firmitatem, aut ignorantem ad conuocatio- nem sanctae synodi non conuenerunt, peto absentes per reuerendissimum presbyterum & notarium Asterium, & per religiosissimos dia- conos & notarios commoneri, quatenus & ipsi agnoscentes, quae acta sunt, suam mani- festam faciant voluntatem. Sanctissimus Fla- uianus archiepiscopus dixit: Reuerendissi- mi notarij, absentes Deo amatissimos epi- scopos commonefaciant, perlegentes eis quae acta sunt, quatenus vnusquisq; propria vo- luntate exponat. ACTIONE TERTIA CON- STANTINOPOLI ACTA, SED CHALCEDONE LECTA. Praesidente sanctissimo & beatissi- mo archiepiscopo nostro Flauiano, & con- fidente ei sancta synodo, rursus in secretario episcopi secunda feria xv. die mensis Noue- bris, consulatu supra scripto, Eusebius reue- rendissimus episcopus Dorylei, dixit: Quar- tus hodie excessit dies, ex quo vestram in- terpellauimus sanctitatem, postulans Eutychem presbyterum & archimandritam in sanctam vestram synodum occurrere, arguendum a me, pro eo quod orthodoxa dogmata corruptit, & aliter sapit quam credit catholica Eccle- sia. Et peto tunc directos a sanctitate vestra interrogatos dicere, qualia ab eo accepterit responsa. Flauianus sanctissimus archiepi- scopus dixit: Dicat notarij, qui sunt dudum directi. Notarij dixerunt: Ante hoc vestra iusserat sanctitas, religiosissimum presbyte- rum & defensorem Ioannem, & reuerendis- simum diaconum Andream, pergere ad vene- randissimum presbyterum & archimandrita- tam Eutychem, & vtrique praesto sunt. Flau- ianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Ad- stent sanctae synodo, & dicat prius religiosis- sime presbyter & defensor Ioannes, si abiit ad vocandum presbyterum, & archimandri- tam Eutychem, & si vidit eum, & quid ab eo audierit. Religiosissimus Ioannes presbyter & de- fensor dixit: Pridem venerabilissimo episco- po Eusebio interpellate in coeuentu vestram sanctitatem, & accusante venerandissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, & libellum scriptis porrigente, in quo mani- festabat eum haereticis passionibus aegrotare, & postulante, euocatum eum apud vestrae sanctitatem satisfacere pro his, quae obijcie- bantur: prouidens vestra indeclinabilis sapi- entia praecipit, pergere tam me quam reli- quum diaconum Andream ad eum in eius monasterium, & ad satisfaciendum, eum vo- care. Quo facto, cum peruenissemus ad eum in eius monasterium, libellos ei legimus, & exemplaria ei dedimus, & accusatorem ei

manifestauimus, & vocationem ei denunci- auimus, & satisfactionem apud vestram san- ctitatem: Ipse autem occurrere quidem & sa- tisfacere penitus abnegauit, dicens, hoc apud se esse decretum, & diffinitione quadam ab initio teneri, ut nusquam alibi egrediat a sua fraternitate: quodammodo enim, tanquam in sepulcro, degere in monasterio. Innotescere autem vestrae sanctitati per nos postulat, eo quod reuerendissimus episcopus Euse- bius inimicus ei iam dudum existens, detra- ctionis & iniuriae causa hanc accusationem aduersus eum confecerit. Paratum enim se esse asserbat, expositioni sanctorum patrum, qui in Nicea & in Epheso congregati sunt, consentire, & subscribere interpretationibus eorum confitebatur. Si vero aliquid conti- git eos in aliquibus dictis aut falli, aut errasse, hoc neque reprehendere, neque subscribere: solas autem scripturas scrutari, tanquam fir- miores sanctorum patrum expositionibus. Post incarnationem vero Dei verbi, hoc est, post natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, vnam naturam adorare, & hanc DEI incar- nati, & inhumanati. Et librum aliquem huiusmodi proferens perlegebat. Adijciebat ve- ro derogationes aliquas aduersus se ab ali- quibus dictas, quasi quod dixerit, quia De- us verbum carnem secum de caelo deduxerit: se innoxium ab huiusmodi derogatio- ne esse: ex duabus autem naturis vnitus se- cundum subsistentiam, factum fuisse Do- minum nostrum Iesum Christum, neque di- dicisse in expositionibus sanctorum patrum, neque suscipere, si contigerit ab aliquo ei tale aliquid legi, quia diuinae scripturae (ut dice- bat) meliores sunt patrum doctrinis. Et haec dicens, confitebatur perfectum Deum esse & perfectum hominem, qui natus est de Maria virgine, non habentem consubstantia- lem nobis carnem. Hoc autem mecum colloquens dixit. Flauianus sanctissimus archie- piscopus dixit: Haec ipsa tu solus audisti, an & qui pariter tecum directus est, Andreas diaconus? Ioannes presbyter & defensor di- xit: Dum haec mihi mandaret ad insinuandum vestrae sanctitati, praesens erat & vene- randus Andreas diaconus. Flauianus archie- piscopus dixit: Dicat & venerandus Andre- as diaconus, si haec a venerando presbytero & archimandrita Eutyche dicta audiuit. Reuerendus diaconus Andreas dixit: Iuxta vestrae sanctitatis iussionem, perreximus ad venerandum presbyterum & archiman- dritam Eutychem: & colloquentes ei, haec ab eo audiimus, quae & reuerendus presbyter & defensor Ioannes iam exposuit. Ioannes religiosissimus presbyter & defensor dixit: Ipso colloquutionis tempore reuerend. presbyte- ri & archimandritae Eutyche, quando haec nobis mandabat vestrae sanctitati referre, & religiosissimus diaconus reuerend. episcopi Basilij ibi praesens fuit, & quae dicta sunt,

TOM. 2.

D 4 audi-

audiuit. Quapropter peto vocatum eum interrogari, si horum aliquid audiuit. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicant religiosissimi notarii, si diaconus, qui adesse solet venerando episcopo Basilio, qui & a reuerendo presbytero & defensore Ioanne commemoratus est, hic praesens est. Notarij dixerunt: Adest diaconus, qui adesse solet reuerendo episcopo Basilio, qui & vestrae confidet sanctitati. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Stet in medio. Et cum stetit, sanctissimus archiepiscopus dixit: Quis vocaris? Et ait: Athanasius. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Quo gradu fungeris Ecclesiastico? Athanasius dixit: Diaconus sum. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Cuius ciuitatis? Athanasius diaconus dixit: Seleucia sub sanctissimo episcopo Basilio. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dic, quae audisti, praesentibus reuerend. Ioanne presbytero & defensore, & Andrea diacono, a reuerend. presbytero & archimandrita Eutyche de fide.

Athanasius diaconus dixit: Haec audiui, & Deo amantissimus presbyter & defensor Ioannes exposuit, & reuerend. diaconus Andreas. Eusebius Deo amantissimus episcopus dixit: Sufficiunt quidem, quae prolata sunt a reuerend. presbytero & defensore Ioanne, & reuerend. diacono Andrea, & quae facta est professio ab Athanasio reuerend. diacono sanctae Ecclesiae Seleucia, ad manifestandum quem habeat impij sensum, & contrarium expositionibus sanctorum patrum. Tamen supplico vestrae sanctitati, & iterum secundo eum vocari. Paratus enim sum arguere eum multorum testimonijs, male sapuisse, & sapere, & docere. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Vtinam venies, & agnosces suum delictum, ad poenitentiam respicias, quoniam Dominus noister Christus laetatur de salute perditorum, & circumiens ipse prior quem errantem requirit. Quapropter & nunc directi, Mamas & Theophilus reuerend. presbyteri comoneant eum, redentes ei a nobis transmissa vocationis scripta, quatenus ad nostram sanctam perueniat synodum, scandalizatam non solum ex accusatorijs libellis aduersus eum porrectis ab Eusebio Deo amantissimo episcopo, sed etiam ex facta professione, quasi male sentiente eo, & permanente, vt dictum est a religiosissimo Ioanne presbytero & defensore, & Andrea, & Athanasio reuerendis diaconibus, si quando veniens & euomens priorem suam impietatem, & cognoscens rectam fidem & expositionem sanctorum patrum nostrorum, veniam mereatur, quam decet dari a nobis his, qui ad poenitentiam respiciunt. Eusebius Deo amantissimus episcopus, dixit: Dignetur vestra sanctitas, iubere prius recitari & dictata a sancta synodo vocationis scripta, vt & ipsa inserantur monumentis. Flavianus

sanctissimus archiepiscopus dixit: Legantur & inserantur fidei monumentorum.

EPISTOLA CONSTANTINOPOLITANI CONCILII AD EUTYCHEN ARCHIMANDRITEN.

Sancta & magna synodus secundum dei gratiam degens in Christianissima & regia Constantinopoli Roma, reuerendo presbytero & archimandrita Eutychi. Et nunc Roma, secunda ista te vocatione vocamus per Mamas & Theophilum reuerendos presbyteros, vt occurras absque dilatione, ad satisfaciendum sancto concilio, in cuius a Deo amantissimo episcopo Eusebio, sicut qui aliena a fide iusti, & sapi, & ad aliquos ex eis locutus es. Veni ergo in conuentum nihil differens, ne, vt subterfugiens in faciem conuinci, subiaceas diuinarum regularum seueritati. Nec enim rationabilis est satisfactio, dicere, te decreuisse non procedere de monasterio, qui de talibus accusatus es. Adhuc sedente sancta synodo, & expectante Mama & Theophilum reuerend. presbyteros, qui missi sunt vocare reuerend. Eutychem presbyterum & archimandritam, dum legerent eis expositiones de fide sanctorum patrum, exurgens in medio Eusebius Deo amantissimus episcopus, dixit: Nihil intemperatum relinquitur a deo impie agenti, & aliena a recta fide sapienti, audacter pergit omnia facere. Comperi enim, quia Eutyches presbyter & archimandrita volumine direxit per monasteria, & ad seditionem excitat monachos. Et quia hoc ipsum ad tutelam Ecclesiasticam & sanctae synodi pertinet inquirere hoc & cognoscere, qualia conficit & machinatur tumultum faciens, postulo, hic praesentem presbyterum Martyrij, quod est in Septimo, dicere, si destinavit volumen, & fecit fieri subscriptiones. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Hic praesens est, de quo talia professus es? Notarij dixerunt: Adest. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Sistatur in medio. Et cum stetit, archiepiscopus dixit: Quis vocaris? Ille respondit: Abrahamus. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Quo gradu fungeris honoris? Abrahamus dixit: Presbyter sum in Septimo sub tua sanctitate.

Flavianus archiepiscopus dixit: Audisti, quae exposuit reuerend. episcopus Eusebius? Abrahamus dixit: Etiam per vestigia tua. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dic, quae ista? Abrahamus dixit: Emmanuel presbyter & archimandrita, direxit me ad asterium presbyterum, haec ei denunciare, quae Eutyches presbyter & archimandrita direxit ei, tomum de fide, & suadebat ei in eo subscribere. Et haec mandauit, vt praedictus presbyter Asterius vestrae suggerat sanctitati.

Eusebius Deo amantissimus dixit: Quoniam

Quoniam non solum in monasterio Emmanuelis presbyteri hoc ausus est facere, peto te dirigere & in alia monasteria, & addiscere, vtrum & illic direxerit tomum ad subscribendum, quasi fides contempta sit, nec ne. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Iuxta postulationes religiosissimi Eusebij episcopi, pergat ad monasteria ciuitatis quidem Petrus reuerendus presbyter, & Patricius reuerendus diaconus, trans vero in Syacas, Rhetorius presbyter & Eutropius diaconus, in Chalcedonem autem Paulus, & Ioannes presbyter, ad cognoscendum ab eis, si directi sunt a sanctitate vestra reuerendi presbyteri Mamas & Theophilus ad Eutychem reuerend. presbyterum & archimandritam, suadente eis subscribere. Et cum haec a sancto episcopo dicerentur, Aetius diaconus & notarius dixit: Qui hodie directi sunt a sanctitate vestra venerandi presbyteri Mamas & Theophilus ad Eutychem reuerend. presbyterum & archimandritam, praetd sunt. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicant reuerend. presbyteri, quae mandata sancti concilii pertulerunt, quid audierunt ab Eutyche reuerend. presbytero & archimandrita. Et si paratus est conuerti sanctae huius synodi praesentari. Mamas reuerend. presbyter dixit: Peruenientes ad monasterium Eutychi reuerend. presbyteri & archimandrita, reperimus ante ianuas monachos stantes. Et ingressi cum eis monasterium, diximus: Nunciate. Loqui enim habemus archimandritam, directi a sanctissimo archiepiscopo & praesente sancta synodo. Et dicebant nobis, quia dominus archimandrita agrotat, & videre vos non potest. Quid ergo vobis placet, aut pro qua re estis directi, dicite nobis. Nos autem non acquieuis, dicentes eis, quia nos ad illum ipsum sumus directi, & scriptam iussione complemus, & praemanibus habemus, quae ad eum scripta sunt a sancta synodo. Qui ingressi, iterum regressi sunt, & deduxerunt secum Eleusinium quendam monachum, dicentes: Quoniam archimandrita noster agrotat, hunc loco suo direxit, vt huic, quae sunt mandata, dicatis. Nec sic acquieuis dicere ei, sed diximus, si suscepit nos missos a sanctissimo & beatissimo archiepiscopo & a sancta & magna synodo, dicite nobis. Deinde vidimus eos turbatos, & ad alterutrum susurrantes, & dicentes aliqua. Et cum non acciperemus responsum, conturbatis eis, eo quod in scriptis esset mandatum, diximus eis: Quid conturbamini? Nihil est durum. Quae scripta sunt, non sunt occulta, sed dicimus & nos, quid scriptura contineat. Comonuit eum ecce hoc secundo sancta synodus, quatenus occurrat, & in his, in quibus accusatus est a Deo amantissimo Eusebio episcopo, se sistat, & satisfaciatur in clamatus. Tunc ingressi nunciauerunt, & suscepit nos praedictus reuerendus presbyter & archimandrita Eutyches. Ingressi porreximus ei missam chartulam, & fecit eam no-

TOM. 2.

bis praesentibus legi. Et postquam lecta est, dixit: Ego apud me definitum habeo, citra mortis necessitatem non egredi monasterium. Peruidet autem & sancta synodus, & Deo amantissimus archiepiscopus, quoniam & senex sum, & effectus. Diximus & nos: Dignare venire, & in his, quibus accusaris, satisfacere apud sanctam synodum. Qui respondit: Ego non egredior de monasterio meo, quia sic habeo definitum. Si autem voluerit beatissimus archiepiscopus & sancta synodus aliquid agere, quod eis placet, agat. Hoc vnum peto, nullum huc altera vice fatigari. Definitum enim mihi est, non egredi monasterium. Ne ergo & iterum dirigant. Quod volunt, & ante tertiam vocationem meam faciant. Mihi enim, ac si vocassent, sunt. Petijt autem nos dicere sanctitati domini hęc. Compellebat autem nos & chartulam aliquam scriptam deportare, & non acquieuis suscipere, dicentes: Si quid volueris, perueniens doce. Ita nobis talia ad eum dicentibus, delata est charta, & voluit eam nobis legere. Et nec sic acquieuis audire: sed accipiens, subscripsit eam. Et nos valesciantes, egressi sumus, dicente eo: Quia dirigo sanctae synodo hanc chartulam cum subscriptione mea. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicat & reuerend. presbyter Theophilus, quae, pergens ad reuerendum presbyterum & archimandritam Eutychem pariter cum religiosissimo presbytero Mamas, audiuit. Theophilus reuerend. presbyter dixit: Perueniens pariter cum Mama presbytero in monasterium Eutychi presbyteri & archimandrita, haec eum audiui dicentem: Nisi forte mors eiciat me de hoc monasterio, quia definitum mihi est, & impossibile mihi est egredi. Et alia omnia, quae dicta sunt a reuerendo presbytero Eutyche, exposuit religiosissimus presbyter Mamas, quae ego audiui. Eusebius Deo amantissimus episcopus dixit: Excogitatio est semper & occasio obnoxij, vt delationibus vtantur. Nec enim in arbitrio eorum qui accusantur, est recusare, aut loco seipso circumscribere. Sed peto & nunc regularum sanctarum inuigilare potetiam aduersus accusatum, & iubere eum etiam inuitum huc aduenire. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Audiens sancta synodus, quae mandata sunt ab Eutyche reuer. presbytero & archimandrita per reuer. presbyteros, quae ad eum directi fuerat, quod placet, declarat. Sancta synodus dixit: Rationis est, & tertio a sancta & magna hac synodo reuerend. presbyterum & archimandritam Eutychem commoneri, vt ad hanc sanctam synodum occurrat. Quod si hoc minimè fecerit, seipsum culpabit. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Religiosissimi presbyteri, Memnon sacrorum vasorum custos, & Epiphanius, & Germanus diaconus, euntes ad reuerend. presbyterum Eutychem & archimandritam,

tam,

Pertinacia
Eutycheis.

for. noua
Roma,

intentatū

martyrij no
mine, replū
honoris mar
tyris extru
ctum cape
Septimum,
vnum est ex
suburbijs
Constanti
nopolis.
Procopius.

tam, tertiae euocationis scripta, a sancta synodo ei directa, insinuent: quatenus veniens, satisfaciat super his, quae ei irrogantur. Continebat verò directa à sancta synodo uocationis chartula, sic:

EPISTOLA CONSTANTINOPOLITANAE SYNODI ACTIONIS 3. ad Eutychem presbyterum.

for. noua Roma,

SANCTA & magna synodus per Dei gratiam degens in Christianissima & regia Constantinopoli Roma, Eutychem reuerendiss. presbytero & Archimandrita. Arbitramur te non ignorare, quae à sanctis regulis definita sunt aduersus minimè obediētes, & nolentes ad satisfaciendum occurrere, cum & tertia ad eos facta uocatio fuerit. Nè ergò te ipsum his, quae pie ab eis statuta sunt, configas, vel nunc etiā tertio à nobis uocatus presbytero reuerendiss. presbyteros, id est, Memnonē custodem sacrorum uasorum, & Epiphaniū, & reuerend. Germanum diaconum in sanctum concilium, ac quiesce praesens esse in subsequenti die maturè, hoc est, die, quarta feria, decima septima mensis Nouembris.

ACTIO CONSTANTINOPOLITANAE SYNODI 4. sed Chalcedone lecta.

ET sequenti die tertia feria, quae est 16. mensis Nouembris, praesidente sanctiss. archiepiscopo sancta synodo, & disputante de diuinis dogmatibus eodem ipso sanctissimo archiepiscopo, Asclepiades diaconus & notarius nunciauit, dicens: Quidam monachi à presbytero & archimandrita Eutyche directi, & Abrahamus reuerend. presbyter & archimandrita, foris sunt, & postulant ingredi. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Ingrediantur. Et cum ingressi fuissent Abrahamus reuerend. presbyter & archimandrita, & Eleusinius, & Costantinus, & Constantius diaconi monasterij reuerend. presbyteri & archimandrite Eutyche, sanctissimus archiepiscopus dixit: Quid est fatigata ad nos reuerentia uestra? Abrahamus reuerend. presbyter & archimandrita, dixit: Directi sumus. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Quis vos direxit? Abrahamus reuerend. presbyter & archimandrita, dixit: Archimandrita. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Quis archimandrita? Abrahamus reuerend. presbyter & archimandrita, dixit: Eutyche. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Quid maximè? Abrahamus reuerend. presbyter & archimandrita, dixit: Direxit me aegrotans. Per orationes enim tuas, totam noctem dormire non potuit, gemens. Nec ego verò dormiui, eo gemente. A uespere enim propter hoc me uocauit. Dixit autem mihi, ut aliqua dicerem domino. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Et intermittimus, & non imminemus. DEI enim est dare sanitatem, nostrum autem expectare sospitatem ipsius. Nec enim in absolutionem inspiciamus, sed ad incrementum. Nec

*suspēdim cognitionē negocij donec conualescat, nō uirgem aegrotantem, ut uiuat.

T O M. 2.

enim delectatur Deus in perditione uiuorum. Sap. 1. d. nec sumus filij inhumanitatis, sed clementiae Dei. Si enim propter nos, qui diues erat, pauper factus est, & nos excelsam eius sequi paupertatem debemus. Ad misericordiam enim opera à Deo facti sumus. Abrahamus reuerend. presbyter dixit: Mihi per uestigia tua, & alia aliqua mandauit, quae si interrogatus fuero, dico. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Quomodo (rogo te) est possibile, altero accusato, pro eo alterum dicere? Sed magis intermittimus, & non imminemus. Adueniat huc ad patres, ueniat & ad fratres, non ad ignorantes eum, immò haec in amicitia permanentes. Multi audiērunt, & scandalizati sunt. Nā accusator eius inflat, & debet satisfacere. Si enim tūc, Nestorius aduersante ueritati, pro ueritate iste ingressus est: quanto magis nunc debet pro ueritate, & pro semetipso ingredi? Homines sumus: multi & magni scandalizati sunt, & per imprudentiam & imperitiam decepti sunt, putantes esse in sapere. Pœnitentia non affert confusionem: sed permanere in peccato, opprobrium est. Sicut enim uermis consumit lignum ex quo nascitur, ita & peccatum permanens in faciente illud. Sed magis adueniat, & confitenti ei delictum, & anathematizanti, dabimus pro praecedentibus ueniam, & de futuris nos & sanctam synodum muniat, quod familia expositionibus sanctorum patrum sapiat, & praeter has postmodum neque doceat aliquos, neque in aliquorum praesentia disputet. sic oportet, obsecro te. Nam & antequam eum scires, scio eum: & antequam te ille cognosceret, me cognouit.

Abrahamus reuerend. presbyter & archimandrita, dixit: Ita habet per uestigia uestra. Et postquam surrexerunt, Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Cognoscitis zelum accusatoris, quoniam & ipse ignis, frigidus illi uidetur propter pietatis zelum. Et Deus scit. Et monui, & rogauit, dicens: Noli, obsecro, intermitte. Cum autem immineret, quid eram facturus? Nunquid ego dispersionem uestram uolo? Absit, & non magis congregari uos? Inimicorum est dispergere, patrum autem conferuare.

ACTIO QUINTA CONSTANTINOPOLITANI CONCILII, lecta Ephesi, sed relecta Chalcedone.

SEQUENTI die, id est, septimadecima mensis Nouembris, rursus congregata sancta synodo in secretario episcopi, Aeti diaconus & notarius dixit: qui directi sunt hesternodie, qui erat sextusdecimus dies mensis Nouembris, religiosissimi presbyteri Memnon sacrorum uasorum custos, & Epiphanius, & Germanus diaconus in tertiam uocationem ad reuerend. Eutychem presbyterum & archimandritam, adfuerunt, uolentes intimare, quae à memorato viro audiērunt ministrantes literis

literis uestrae sanctitatis. Flavianus sanctiss. archiepiscopus dixit: Priore loco dicat Memnon reuerendus presbyter, quale responsum accepit ab Eutyche presbytero & archimandrita super his, pro quibus directus est à sancta synodo. Memnon presbyter & sacrorum uasorum custos, dixit: Secundum iussionem uestrae sanctitatis & uestrae sanctae congregationis, peruenientes usque; ad reuerend. presbyterum Eutychem & archimandritam, reddidimus ei scripta, quae à uestra sancta synodo transmissa sunt ei. Et accipiens autem, & perlegens, dixit nobis: Quia direxi reuerend. presbyterum & archimandritam Abrahamum ad sanctum & beatissimum archiepiscopum nostrum, nec non & sanctum concilium, quatenus ex persona mea consentiat omnibus, quae dicta sunt à sanctis patribus in Nicea, vel in Epheso congregatis, & omnibus quae à B. Cyrillo. Et adhuc eo dicente, Eusebius reuerend. episcopus dixit: Nunc uenit consentire. Ego non de futuris eum, sed de praeteritis accusaui. Nunquid modò, si ei quidam ediderunt aliquam expositionem, dicentes, Propter necessitatem consenti & subscribere, propterea ego iam victus sum? Flavianus sanctiss. archiepiscopus dixit: nullus neque tibi concedet recedere ab accusatone, neque illi, ut non satisfaciat de praeteritis. Eusebius Deo amatiss. episcopus dixit: Postulo hanc uocem mihi non iudicare. Ego enim fidelissimos testes habeo, sub quorum praesentia peruersa docebat, & admonebat, & contentiosem expertus est, non semel, nobis, sed & saepius admonitum à me, ut recta faceret, nec ita acquieuit. Nam si dicas his, qui in carcere sunt, Ex hodie non latrocinemini, & omnes promittunt. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Nullum iudicium generatur tuae sanctitati in accusatione, te proposita, etsi millies sponderit subscribere expositionibus sanctorum patrum. Sicut enim saepius iam à nobis dictum est, oportet eum, prius continctum in quibus accusatus est, & satisfacere. Et cum adhuc dicerentur, adiecit reuerend. presbyter & uasorum custos Memnon: Dicebat uerò: Eo quod in infirmitate constitutus sum, hac de causa direxi presbyterum & archimandritam Abrahamum. Cum uerò feruentius ei imminerem, quia debes peruenire, & praesentare te in sancta synodo, & satisfacere de his quibus impeteris, hoc ait: Quia sustineo papam Abrahamum, fortè supplicat domino & sanctae synodo. dico ei: Quid ergò? Nos manemus hic, donec uenias? Respondit: Peto supplicare Domino archiepiscopo & sanctae synodo, quatenus inducias mihi tribuant praesentis septimanæ, & secunda feria, uolente Deo, ingredi, & satisfacere domino & sanctae synodo. Flavianus reuerend. archiepiscopus dixit: Dicat & reuerend. presbyter Epiphanius, quid audiērit à reuerend. presbytero & archimandrita Eutyche.

T O M. 2.

tyche. Religiosissimus presbyter Epiphanius dixit: Secundum iussionem uestrae sanctitatis perueniens ego & reuerend. presbyter sacrorum uasorum Memnon, pariter cum reuerendo Germano diacono, reddidimus reuerend. presbytero & archimandrita Eutychei commonitorium scriptum à uestra sancta synodo. Et plegens ipsum, illa dixit, quae reuerend. presbyter Memnon prosequutus est. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicat & religiosiss. Germanus diaconus, quae audiērit. Religiosiss. diaconus Germanus dixit: Secundum iussionem uestrae sanctitatis & sancti concilij, peruenimus ad reuerend. presbyterum & archimandritam Eutychem. Et haec eadem nobis dixit, quae & reuerend. presbyteri prosequuti sunt. Eusebius Deo amatissimus episcopus dixit: Iam & pridem postulauit uestram sanctitatem pro seditione ab eo meditata, quoniam conturbationes immittit etiā monasterijs, quatenus dirigatur ad monasteria ad cognoscendum: quia omnes commonet, debere eos alicui chartulae ab ipso conscriptae, aut (nescio quomodo) ad eura perductae subscribere. Pro quo uestra sanctitas praecipit certos reuerendos clericos pergere ad monasteria. Iubete ergò eos adesse, & sub fide monumentorum ea, quae à monachis audiērint, profiteri. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Dicat notarij, qui sunt directi ad monasteria ciuitatis. Notarij dixerunt: Reuerendus Petrus presbyter & Patricius diaconus, & hic praesentes sunt. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicant quid audiērint ab unoquoque reuerend. archimandritarum. Reuerendus Petrus presbyter dixit: Secundum iussionem uestrae sanctitatis & sanctae synodi, peruenientes ad monasterium reuerend. presbyteri & archimandrite Martini, requisimus, si aliquam chartulam directam à reuerendo presbytero & archimandrita Eutyche susceperit. Qui respondit, directam ad se quidem fuisse praeterita sexta feria, quae est duo decima mensis Nouembris, per aliquem Constantinum diaconum, petens, ut subscriberem, & non acquieui, dicens: Non est meum subscribere. Episcoporum tantum est, & eorum qui digni sunt. Dicebat: Si nunc mihi conspirare nolueritis, & humiliauerit me episcopus, postmodum & uobis impositurus est. Exinde egressi, uenimus ad reuerend. presbyterum & archimandritam Faustum. Flavianus sanctiss. archiepiscopus dixit: Quid enim continere reuerend. presbyter & archimandrita Martinus dicebat tomum, quod subscribere noluit? Petrus presbyter dixit: Ut dicebat, quae in Epheso acta sunt. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Legerat & cognouerat aut tantummodò audiens, haec illi respondit: Petrus reuerend. presbyter dixit: Nō legerat quidē. Dicebat uerò, quia ista sunt beati

ati

ati Cyrilli, & eorum quę in Epheso. Subscriptus verò erat & tomus, & occultabat subscriptionem. Similia verò & reuerend. presbyter & archimandrites Faustus dicebat, directum ad se tomum per Constantinum & Eleusinium, quasi deberet à se subscribi. Et exigebat virtutē chartulæ. Dicebant illi: Trecentorum decem & octo est expositio, & in Epheso congregatorum beatissimorum episcoporum. Et respondi eis: Nunquid exemplaria eorum saluantur apud nos? Et dare nobis ad pertractandum, nē forte aliquod additamentum habeat. Et non acquieuerūt, sed recesserunt, dicentes: Nos verò & Ecclesiæ filij sumus, & vnum patrem post Deum habemus archiepiscopum. Et dominus Iob dixit: Tomum quidem non direxit ad nos. Dicebant verò, quia in his diebus tomum ad te directurus est episcopus, vt subscribas, & nē persuadearis ab eo. Perreximus verò & ad Emmanuelem. Et dixit, non ad se directum. Similiter ad Abrahamum: Et ipse dicebat, neque tomum, neque aliquod responsum ad se fuisse directum.

Flauianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicat & Patricius reuerend. diaconus, quid à reuerend. presbyteris & archimandritis audiērit. Patricius reuerend. diaconus dixit: Directus à vestra sanctitate, & à vestra sancta synodo, vnā cum reuerendo presbytero Petro, audiui illa, quæ & memoratus reuerendus presbyter professus est. Eusebius Deo amantissimus episcopus dixit: Peruidet vestra sanctitas, quæ ab Eutyche archimandrita commissa sunt, & quia aliena à fide sapiebat. Talia enim & reuerend. presbyter & defensor Ioannes prosequutus est, & cum eo directus Andreas reuerend. diaconus, & Athanasius reuerend. diaconus reuerendissimi Basilij episcopi, qualia & nunc responsa reuerendi archimandrite per directos ad se reuerend. clericos innotuerunt vestre sanctitati. Qualis ergò adhuc ei satisfactiois locus relinquitur? Pro quo peto, q̄ præcipiūt sancta regulæ, ad præfens in eum iam exerceri. Qui enim conturbatiōes emittit, & aliena à fide sapit, qua forte dignus est inter Dei sacerdotes & archimandritas connumerari? Perspicitis verò, quia & de perurio arguitur. Qui enim dixit, quia definitū est mihi non egredi, & sepulcrum mihi est monasterium, ipse promittit venire, ad dilationem respiciens, & alia aliqua machinans, quatenus fugiat comprobationes, & nō sustineat pœnā. Flauianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Sufficiunt quidem vniuersa, quæ aduersus Eutychem presbyterum & archimandritam proposita sunt, ad ostendendum nobis, quia aliena à recta fide sapit, & conturbare festinauit Ecclesiam, quatenus amodò iam vindictæ canonicæ subiaceret, & alienaretur & à sacerdotali, qua fungitur, dignitate, & à principatu monasterij.

TOM. 2.

Propter pleniorē verò examinationem, & postulatā ab eo præstamā inducias: sic em̄ occurrens, & in faciem conuincetur. Si verò secundum propriam promissionem Eutyches presbyter & archimandrita minimè occurrerit proxima secunda feria, id est, vicesimo secundo die præsentis mensis Nouemb. priuabit omnino & presbyterij dignitate, & alienabitur præse monasterio. ACTIO VI. ^{*nē præsit} CONSTANTINOPOL. LECTA EPHESI, SED RELECTA CHALCEDONE. Confidente sancta & magna synodo in secretario episcopij, Eusebius Deo amantissimus episcopus dixit: In quibus scripto accusauit Eutyche presbyterum & archimandritam, supplico vestram sanctitatem, necessarios inibi, propter motū à me aduersus eum negocium, præcipere in vestram venire sanctam synodum die proxima secunda feria, in qua & ille se venire promisit. Sunt autem qui à me quarunt, Narses presbyter, & synellus eius Maximus archimandrita & amicus eius, & Constantinus diaconus & apocrifarius eiusdem Eutyche, & Eleusinius diaconus eiusdem monasterij, vt eis presentibus facta cognitione, veritas manifestetur.

Flauianus sanctiss. archiepiscopus dixit: Inquiriti à reuerend. Eusebio episcopo, vocent ad occurrendum præfinito die. Eusebius Deo amantiss. episcopus dixit: A quibusdam cōperi, quia secunda facta vocatione à sancta vestra synodo, directi à vobis religiosissimi presbyteri Mamas & Theophilus, aliqua ab Eutyche presbytero & archimandrita audiērint, quæ sub fide monumentorum nō sunt professi. Et hæc si manifesta fuerint, cōprobatio est certa quid sapiat. Peto igitur, vocatos Mamas & Theophilū presbyteros, propositis sanctis euangelij, dicere quæ audiērint ab Eutyche presbytero & archimandrita. Flauianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicant notarij, si supra dicti reuerendissimi presbyteri in præfenti sunt. Notarij dixerunt: Adest quidem reuerend. Theophilus presbyter, reuerendus verò Mamas presbyter absens est.

Flauianus sanctiss. archiepiscopus dixit: Audisti, quæ à Deo amantissimo episcopo Eusebio dicta sunt. Propter quod timorem Dei præ oculis habens, omnia cum veritate profiteri, quæ ab Eutyche presbytero dicente audisti, cum ad vocandum eum, à nobis & à sancta synodo directus es. Theophilus religiosissimus presbyter dixit: Secundum iussione sanctitatis vestre, ego & religiosissimus presbyter Mamas peruenimus ad monasterium reuerend. presbyteri & archimandrite Eutyche, & porreximus ei à vestra sancta synodo directum commōitorium euocationis eius. Cæpit velle disputare nobiscum. Reuerendo autem presbytero Mama dicente ei, quia nō pro hoc venimus, vt cum tua reuerentia disputemus, sed eū vocare ad occurre-

*id est, cohabitator.

rendū in sancta synodo, cæpit idē reuerend. presbyter & archimandrita, præfente Narsete presbytero & Maximo archimandrita, & alijs monachis, dicere: In qua scriptura iacet duæ naturæ? Deinde verò, quis sanctorum patrum exposuit Deum verbū habere duas naturas? Ad hæc nobis respondentibus, & tu ostende nobis vbi cōtinetur homouision, aut quæ scriptura hæc dicit, respondit idem reuerend. presbyter Eutyches: Non contineatur in scripturis, in expositione verò patrum iacet. Ad hæc reuerend. presbyter Mamas respondens dixit: Eo modo, sicut homouision in sanctis scripturis non iacet, sed à sanctis patribus expositū est, ita & de duabus naturis idem sancti patres exposuerūt. dixi ad hæc & ego: Perfectus est Deus verbū, aut non? Dixit idem presbyter: Perfectus. Dixi ego: Perfectus & homo incarnatus, an non? Dixit idem presbyter: Perfectus. Dixi: Si ergò Deus perfectus & homo perfectus, duo perfecta vnum perficiunt filium. Quid igitur prohibet nobis dicere, ex duabus naturis vnum filium? Et ad hæc respondit reuerend. presbyter & archimandrita Eutyches: Absit à me, dicere ex duabus naturis esse Christum, aut de natura loqui seu disputare Dei mei. Si ergò volunt deponere me, aut si desiderant facere aliquid aduersum me, secundum permissum Dei faciant. Ego enim in fide, quam accepi, in ipsa steti, & cōsummari desidero. Hæc sunt, quæ ab eo audiui. Flauianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dic nobis, qua dere talia de fide à reuerendissimo Eutyche audiēs, hæc ipsa adueniens prius tacueras? Theophilus reuerendissimus presbyter, dixit: Scit & vestra beatitudo, quia nō pro hac causa sumus directi, sed tantummodò vocare presbyterū Eutychem. Propter quod minimè interrogati, superfluum putauimus hæc dicere, de quibus mandatum non accepimus.

*de quo loquutus est

Notarij dixerūt: Aduenit & Mamas presbyter, quem memoratus est Eusebius deo amantissimus episcopus. Flauianus sanctiss. archiepiscopus dixit: Relegatur reuerendo presbytero Mama prosequuto reuerendi Theophili presbyteri. Et postquam lecta est, Mamas religiosissimus presbyter dixit: Si de homine esset, quod inquireretur, quū nomen clerici habeam, nō mentirer. De fide autem loquēdo, absit vt negem aut mentiar. Quoniā directi nihil aliud à sancta synodo in mandatis accepimus, nisi tantummodò commōitorium dare, & responsum accipere, si venit, aut non: pro hoc in prima prosequutione, quæ voluit ille loqui, superflua putauimus profiteri. Sed quia interrogauit reuerendiss. Eusebius episcopus, & quæ loquuti sumus profiteri, hæc eadem & ego profiteor, q̄ etiā reuerendiss. presbyter Theophilus professus est. Nam nobis tacentibus, & minimè ei volentibus de vlla causa loqui,

TOM. 2.

ipse certabat, dicens de dogmate, sicut sapiebat. Et leniter reprehendimus eum. Dicebat enim, quia Deus verbū incarnatus, humanam naturam, quæ ceciderat, venit erigere. Statim respondens dixi: Qualem? Dixit iterum ille: Quia humanam naturam. Dico ego: Fige in memoriam, quia humanam naturam, & à qua natura hæc suscepta est? Dicebat: Quia ego à sanctis scripturis non didici de duabus naturis. Dixi ego: Quia neque de homouision à sanctis scripturis edocti sumus, sed à sanctis patribus, qui scripturas & piè intellexerunt, & exposuerunt fideliter: sic ergò accepimus & de homouision, & de ex duabus naturis esse Christum filium Dei. Ait ad hæc: Quia ego deitatem non possum asserere naturam, neque dico duas naturas. Absit. Et hic sum, & si damnatus fuero, sepulcrum mihi sit monasterium: & si permiserit Deus pati me aliquid, libenter patior. Ego tamen duas naturas non confiteor. Pro ea ergò causa, quam dixeram, quia non ad cōquærendum missi sumus, sed tantummodò responsum dare, & accipere, idē hæc prius minimè sumus prosequuti. Flauianus archiepiscopus sanctiss. dixit: Manifesta sunt ab vtrisque reuerendiss. presbyteris exposita, vnde hæc gestorū fides accipiat. ACTIO VII. CONSTANTINOPOLI, LECTA EPHESI, RELECTA CHALCEDONE.

Congregata rursus sancta & magna synodo, prolatis sanctis & tremendis euangelij, & præfidente sancto & venerabili archiepiscopo nro Flauiano in secretario episcopij, statuto tempore, secunda feria, quæ est 10. Calen. Decembris, Asterius presbyter & primicerius dixit: Aduenit statutus dies, & deo amantissimus Eusebius episcopus præ foribus stans, petit se intromitti. Flauianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Ingrediatur. Cumq; ingressus fuisset, Flauianus sanctiss. archiepiscopus dixit: Eant Philadelphius & Cyrillus diacones, & requirāt reuerend. presbyterum & archimandritam Eutychem circa episcopium, si occurrerit secundum promissionem suam, & vocent eum ad concilium. Et paulopost redeuntes prædicti, dixerunt, quæsitum quidem illum per vniuersam ecclesiam, sed non inuentum, nec ipsum, nec quenquam ipsius. Flauianus sanctiss. episcopus dixit: Et rursus Crispinus & Diogenianus diaconi euntes, requirant eum circa ecclesiam, & vbi cunq; esse didicerint, euocent eum. Et cum abiissent, & reuertissent, dixerunt ipsum quidem non repertum, sed didicisse, quod cum maxima multitudine militum & monachorum ac pfectianorum apparitorum esset venturus. Et cum ista dicerentur, & expectaret sancta synodus, Ioānes venerabilis presbyter & defensor dixit: Occurrit reuerendus presbyter & archimandrites Eutyches cum magna multitudine militum & monachorum, & pfectianorum

Lepida alia conflictatiuncula.

E ap.

apparitorum sublimissimam potestatis prefecturam studio, & non aliter eum volunt dimittere, ut ingrediatur in vestrum sanctum concilium, nisi eis promiserimus, restituros eius personam. Est vero pariter & magnus & mirandiss. Silentarius & ipse vna cum co- praeforibus cupiens ingredi, utpote directus a pijsimo & amante Christum Imperatore nostro. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Ingreantur. Cumq; ingressi fuissent, mirandiss. magnus Silentarius dixit: Per vestigia sanctitatis vestre, si iubetis suscipere responsum domini Imperatoris? Certa enim quadam scripto mandauit, quae (si placet) relegam.

*filio.

Sancta synodus dixit: Relege, quae a pijsimo & religiosissimo nostro Imperatore precepta sunt, fili. Et legit mirificentiss. magnus Silentarius ita: Nos pacem cogitamus sanctarum ecclesiarum & catholice fidei, & custodiri volumus rectam & Deo inspirante predicatam fidem a sanctis patribus nostris, qui in Nicea congregati sunt, trecentis decem & octo, & ab his qui Ephesi interfuerunt damnationi Nestorij. Hoc ergo volumus, ne scandalum in predicta catholica fide immittatur. Et quoniam scimus magnificentissimum Patricium Florentium esse fidelem, & testimonij probatum in recta fide, volumus ipsum interesse audientiae synodi, quoniam sermo de fide est. Adhuc cum haec legerentur, sancta synodus dixit: Multos annos Imperatori, Magna fides Imperatorum, Custodibus fidei multos annos, Orthodoxis Imperatoribus multos annos. Pio & orthodoxo, pio Imperatori, pontifici Imperatori. Audite sancti patres, Gratias agimus orthodoxis Imperatoribus. Flavianus sanctissimus episcopus dixit: Dominum Florentium fidelem omnes scimus, & testificatiobus probatum in catholica fide, & volumus eum interesse. Discamus autem & ab Eutyche presbytero, si vult & ipse eum interesse. Eutyche presbyter & archimandrita dixit: Quod vult Deus & sanctitas vestra, facite, ego me vobis commendo. Flavianus sanctiss. episcopus dixit: Veniat & magnificentiss. Patricius Florentius. Dignare ergo fili Silentarie, fatigari ad eum.

Vir laudabilis magnus Silentarius dixit: Iubete & aliquem clericorum mecum mittere, ne forte dubitet, quod vestra sanctitas miserit. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Si iussisset pijsimus Imperator noster nos mittere, misissemus. Quoniam vero non iussit, ipse solus perge ad eius amplitudinem. Et cum venisset magnificentissimus & gloriosissimus ex pfectis & ex consulibus & patricius Florentius, sancta synodus dixit: Stet in medio accusator & accusatus, & legantur ab initio quae acta sunt de negotio, quod vertitur inter Deo amantissimum episcopum Eusebium & venerabilem presby-

terum & archimandritam Eutychem, ut instruat ex his q gesta sunt, congruentem equitati & sanctis canonibus, terminum demus his quae mota sunt. Et transiens in medium Aetius diaconus & notarius, legebat factam cognitionem gestorum. Et cum legeret, puenit ad partem secundae epistolae sanctae memoriae Cyrilli, scriptae ad deo amantissimos episcopos Orientales, in qua haec continebatur: Confitemur itaque Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnginitum, deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre natum secundum diuinitatem, in vltimis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutem de Maria virgine secundum humanitatem, consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum vnio facta est. Propter quod vnum Christum, vnum Dominum confitemur secundum gratiam in confusa vnitionis. Confitemur sanctam virginem theotocou, propter incarnationem Dei verbi & hominis assumptionem, & quia ex eius conceptione vnij sibi templum, quod accepit ex ipsa. Eusebius Deo amantiss. episcopus dixit: Iste per vestigia vestra hoc non confitetur, nec his aliquando consentit, sed contraria illis sentit, & locutus est ad vnum quenuq; ad se venientem, & docuit. Magnificentissimus & gloriosissimus Florentius ex praefectis & ex consulibus & patricius, dixit: Si placet vestre sanctitati, interrogetur papas Eutyche, vtrum his consentiat. Eusebius Deo amantissimus episcopus dixit: Patimini igitur, ut legatur omnis actio gestorum. Sufficiunt enim mihi prius acta ad eum conuincendum: nam mihi iam manifestatus est. Neque enim si modo consenserit, sumens alicunde documentum, de deo pati praedictum. Nam ego demonstrauit eum, & per sanctiones, quae ad eum missae sunt a sancta synodo, & per testes episcopos sanctiss. eadem possum rursus ostendere, si negauerit. Est enim dñs Meliphthogus, & dominus Iouinus, & dominus Iulianus scientes certissime. Flavianus sanctiss. archiepiscopus dixit: Nemo neque tibi concedit, Eusebi episcopo eum non conuincere, neq; presbyterum Eutychem continuo suscipiet aliquis consentientem, nisi conuincatur quid ante senserit.

Eusebius Deo amantiss. episcopus dixit: Metuo ipsius concussionem. Ego pauper sum, nihil possidens. Minatur mihi exilium. Diuitias habet. Nam designat mihi iam nunc eas in loco exilij. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Licet millies ista peraueres dicendo, nos tamen nihil preponimus veritati. Eusebius episcopus dixit: Si conuictus fuero ego calumniae, amittam dignitatem. Magnificentissimus & gloriosissimus ex pfectis patricius Florentius, dixit: Spatiu offera-

offeratur Eutychi presbytero, ut exponat, quemadmodum credit, & tunc rursus interrogetur, cur modò ista asseres, ante aliter assererat. Eusebius episcopus dixit: Sicut praedixi, praedictum mihi non fiat ex eius repentina confessione, & interrogetur. Ego enim ex his, quae ante acta sunt, documentis conuicti eum non recte sentientem. Flavianus sanctiss. archiepiscopus dixit: Non erit tibi praedictum, si modo consenserit. Nam quae ante acta sunt, habent propriam firmitatem. Eusebius episcopus dixit: Consentit istis, quae modò lecta sunt beatae memoriae Cyrilli, & cõfiteatur duarum naturarum vnionem factam in vna persona, & in vna substantia, an non? Flavianus sanctiss. archiepiscopus dixit: Audisti presbyter Eutyche, quid accusator tuus dicit? Edicito nunc, si ex duabus naturis vnionem cõfiteris. Eutyche presbyter dixit: Etiam ex duabus naturis. Eusebius episcopus dixit: Confiteris duas naturas domine archimandrita post incarnationem, & consubstantialem nobis esse Christum dicis secundum carnem, an non? EPHESI ACTA.

*incorporationem

Sancta synodus dixit: Tolle, incende Eusebium. Iste viuus ardeat, iste in duo fiat. Sicut partitus est, partiat. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Tolerabilis est vobis iste sermo, post incarnationem duas naturas dicere? Sancta synodus dixit: Anathema, qui dixerit. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Quoniam & voces vestras necessarias habeo & manus, si quis non potest clamare, manum extendat. Et cum legerent, CHALCEDONE ACTA. Orientales, & qui cum ipsis reuerendiss. episcopi, clamauerunt: Nullus dixit ista, Dioscorus dixit, ista Aegyptij dixerunt. Aegyptij reuerendiss. episcopi clamauerunt: Ista tunc diximus, & nunc dicimus. Constantinus deuotissimus a secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: CONSTANTINOPOLI ACTIONE VII. ACTA, CHALCEDONE AVTEM LECTA. Eutyche presbyter dixit: Ego non veni disputare, sed veni suggerere sanctitati vestrae, quid sentiam. Scriptum est autem in hac chartula, quid sentiam: iubete eam legi. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Ipse lege. Eutyche presbyter dixit: Non possum. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Quare? Tu non exposuisti? aut alterius est expositio? Si tua est, lege ipse. Eutyche presbyter dixit: Mea quidem est dictatio, quae dictatio aequalis est expositioni sanctorum patrum. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Quid opus habes charta? Et cum legerentur, EPHESI ACTA. Ioanes reuerendiss. episcopus Ephesi, dixit: Quando quidem abfuit, & in concilio venire minime sperabatur, omis ei quasi promitti clementia videbatur. Quadò verò aduenit, in omnem tentationem inhumanitatis inducitur. CONSTANTINO-

POLI, ACTIONE VII. ACTA, SED CHALCEDONE LECTA. Eutyche presbyter dixit: Sic credo: adoro patrem cum filio, & filium cum patre, & spiritum sanctum vna cum patre & filio. Confiteor autem factam eius in carne praesentiam ex carne sanctae virginis, & incorporatum eum perfecte propter nostram salutem. Sic confiteor coram patre & filio & spiritu sancto, & vestra sanctitate. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Admittimus hanc vocem. EPHESI ACTA. Sancta synodus dixit: Haec fides patrum. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Quoniam dicit religiositas vestra, haec est fides patrum, quae fides? quam quis exposuit? Sancta synodus dixit: Eutyche. Nam Eusebius impius est. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Audisti fidem eutyche archimandrita. Ecce omnibus vobis manifesta est eius intentio. Ioanes presbyter, & primicerius notariorum, reliqua recitauit: CONSTANTINOPOLI VII. ACTIONE ACTA, CHALCEDONE VERò LECTA. Flavianus archiepiscopus dixit: Confiteris consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem matri secundum humanitatem, eundem ipsum vnum filium Dominum nostrum Iesum Christum? Eutyche presbyter dixit: Ego quoniam commendaui me sanctitati vestrae, dixi, quid sentiam de ipso patre & filio & spiritu sancto, nihil vltius me interrogetis. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Num Christum confiteris ex duabus naturis? Eutyche presbyter dixit: Quoniam confiteor Deum meum, Dominum caeli & terrae, haec tenens de eius natura disputare non mihi persuadebam. Consubstantialem autem nobis, haec tenens nunquam me dixisse confiteor. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Nō dicis consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem? Eutyche presbyter dixit: Vsq; ad hodiernum diem nō dixi corpus Domini & Dei nostri consubstantiale nobis. Sanctam autem virginem confiteor nobis esse consubstantialem, & quoniam ex ipsa incarnatus est Deus noster. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Consobstantialis ergo nobis est virgo, ex qua incarnatus est dominator Christus? Eutyche presbyter dixit: Dixi, quia virgo consubstantialis est nobis. Bassilius reuerendus episcopus dixit: Si mater est nobis consubstantialis, & ipse: quoniam filius hominis vocatus est. Si ergo mater eius consubstantialis est nobis, & ipse secundum carnem consubstantialis est nobis. Eutyche presbyter dixit: Quoniam modò dicitis, omnibus consentio. Magnificentissimus atq; gloriosiss. ex pfectis & consulibus Florentius Patricius dixit: Cum mater nobis consubstantialis sit, sine dubio & filius consubstantialis est nobis. Eutyche presbyter dixit: Haec tenens non dixi, quoniam ipsum

*praesentiam

corpus Dei confiteor, animaduertis, nō dixi corpus humanum corpus Dei: humanum autem corpus, & quoniam ex ipsa virgine incarnatus est Dominus. Si autem oportet, vt dicatur ex virgine cōsubstantialis nobis, & hoc dico domine: tamen filium Dei vni- genitum, dominum celi & terræ, condomi- nantem & conregnantem patri, cui cōfidet, & collaudatur. Neq; enim dico consubstā- tialē negāsse, eō quōd ipse sit filius DEI, an- tē quidem non dicebam: dico quidem mo- dō tibi: puto, quod in exordio dixi. Nunc autem, quia vestra sanctitas hoc dicit, dico, Sanctiss. archiepiscopus dixit: Ergō per ne- cessitatem, non per voluntatem, veram fidē confiteris. Eutyches presbyter dixit: Nunc domine ita habet. Vsq; ad hanc horam me- tuebam dicere, quoniam scio Dñm nostrū Deum, & de eius natura disputare mihi non persuadebam. Quoniam autem vestra sancti- tas permittit & docet, dico. Sanctiss. archie- piscopus dixit: Non nos nouitatem induci- mus, sed patres nostri exposuerunt. Et sicut exposita ab eis fides habet, sic credentes, in his perseuerare omnes volumus, & nullum aliquid innouare. Magnificētiss. Florenti- us Patricius dixit: Cōsubstantialē & ex dua- bus naturis post incarnationem Dominum nostrum, qui ex virgine est, dicis, an nō? Euty- ches presbyter dixit: Cōfiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adu- nationem, post verō adunationem, vnam naturam cōfiteor. **EPHESI ACTA.** Diof- corus episcopus Alexandriæ, dixit: Confen- timus* hīc & nos omnes. Sancta synodus dixit: Cōsentimus. Et cūm legeretur, **CHAL- CEDONE ACTA.** Orientales & qui cū ipsi- bus reuerendi episcopi, dixerunt: Ista nemo di- xit. Anathema ei qui dixit ista, homicida di- xit, Aegyptij dixerunt, Ista Pharaonis sunt, Anathema qui ista dixerunt. Hæc Dioscori sunt. Hæc homicidæ sunt. Post hæc quid querim? Voces nostras Imperatori, Multos annos Imperatori, Multos annos Augustæ, Multos annos senatui, Eustathius reuerend. episcopus dixit: Et intētio pijsissimi Impera- toris, & intētio pijsissime Augustæ, & intētio vestra vult vnire ecclesias. Ergō nē, postquā hinc fuerimus egressi, incipiant aliq; dicere, qm̄ docuerunt duas naturas dicere post ad- unatiōem diuisas: Et cūm hæc diceret, Basili- us reuerend. episcopus Seleucię Isaurię, di- xit: Cognoscimus duas naturas, non diuidi- mus: neque diuisas, neq; confusas dicimus. Gloriosissimi iudices & amplissimus sen- natus dixerunt: Percurre reliqua. Constantinus deuotissimus à secretis sacri consistorij, recitauit ex eadem scheda: **CONSTAN- TINOPOLI ACTIONE VII. ACTA,** **EPHESI AVTEM LECTA, SED IN CHALCEDONE RELECTA.** Sancta synodus dixit: Oportet te clarē confiteri, & anathematizare omne dogma quod con-

*huic

trarium est his, quæ modō lecta sunt. Euty- ches dixit: Dixi sanctitati vestræ, quoniam ante hoc non dicebam. Nunc autem quoni- am hoc docet sanctitas vestra, dico, & se- quor patres. Neque autem in scripturis in- ueni manifestē hoc explanatum, neq; omnes patres dixerunt. Si verō anathematizauero, vā mihi est, quōd patres meos anathe- matizo. Exurgens sancta synodus, clamauit dicens: Anathema ipsi. Et post hæc sanctissi- mus archiepiscopus dixit: Dicat sancta syno- dus, quid meretur iste præfens, neque con- fitens rectam fidem, neq; consentire volens his, quæ hæc sancta synodus sentit, sed in sua peruersa & iniqua malignitate p̄sistens. Se- leucus deo amantiss. episcopus Amasiæ, dixit: Dignus est quidem damnatione iste, in ves- træ tamen sanctitatis humanitate consistit.

Sanctissimus archiepiscopus dixit: Si qui- dem confitens proprium peccatum, persua- deretur anathematizare propriam doctri- nam, & consentiret nobis sequentibus tra- ditiones sanctorum patrum, meritō dignus esset venia. Sed quoniam permanet in sua malignitate, subiacebit vindictis canonum. Eutyches presbyter dixit: dico quidem ista, quoniam & vos nunc iussistis, non autem anathematizo. Quod enim dico, in veritate dico. Magnificētissimus & gloriosissimus ex præfatis & consulibus Florentius patricius dixit: Duas naturas dicis, & consubstantia- lem nobis esse? Eutyches presbyter dixit: Ego sequor legem beati Cyrilli, & sancto- rum patrum, & sancti Athanasij, quoniam ex duabus quidem naturis dixerunt ante adunationem, post autem adunationem & incarnationem, non iam duas naturas, sed vnam naturam dixerunt. Magnificētissim⁹ & gloriosissimus ex præfatis & consulibus Florentius Patricius, dixit: Confiteris duas naturas post adunationem? dic. Si non dixeris, damnaberis. Eutyches presbyter di- xit: Legi iubete sancti Athanasij scripta, vt aduertatis, quoniam nihil tale dicit. Basilius Deo amantissimus episcopus dixit: Si non duas naturas post adunationem dixeris, cō- mixtionem & confusionem dicis. **EPHESI ACTA** Exurgens Basilius episcopus Seleu- ciæ Isauriæ, dixit: Hanc vocem, quam dicit me dixisse, ego non dixi his verbis, neq; scio ista. Dicente verō monacho, ex duabus na- turis dico Dominum Iesum Christum, post verō adunationem vnam naturam, & non addente incarnatam & inhumanatam, scio dixisse. Quia si dixeris, ex duabus naturis, post verō adunationem vnam, & non addi- deris incarnatam & inhumanatam, putaberis confusionem dicere & commixtionem. Si autem addideris incarnatam & inhumanatam, similia patrum nostrorum dicis manifestē: quia secundum expositionem patrū, aliud quidem est diuinitas eius, id est, vnus Domini IESV CHRISTI, & aliud ca-

Hic error Eutyche, & sequacium eius prodit ad lucem.

ro-eius quæ ex matre est. Iuuenalis episcopus Hierosolymæ, dixit: Hæc ergō vox adulte- rata est? Basilius episcopus Seleucię Isauriæ, dixit: nō sum memor, neq; scio dixisse. **CON- STANTINOPOLI ACTIONE VII. ACTA,** **EPHESI LECTA, CHALCEDONE AVTEM RELECTA.** Magnificētissimus & gloriosis- simus Florentius dixit: Qui nō dicit, ex du- abus naturis, & duas naturas, non credit re- ctē. Exurgens vniuersa sancta synodus, ex- clamauit: Quæ ex necessitate est, fides nō est. Multi anni Imperatorum catholicorū, Im- peratorum multi anni. Florentius vir illustris dixit: Fides vestra semp vincit. Synodus di- xit: Non consentit. Quid illi persuades? San- ctissimus archiepiscopus dixit: Per omnia Eutyches quondam presbyter & archiman- drita, & ex his, quæ antea acta sunt, & p̄prijs eius confessionibus, Valentini & Apollina- ris peruersitate repertus est ægrotare, & eor- um blasphemias in commutabiliter sequi, q nec nostrā reuerens persuasio atq; doctri- nam, rectis noluit consentire dogmatibus. Vndē lachrymantes & gementes perfectam eius perditionem, decreuimus per Dominū nostrum Iesum Christum ab eo blasphemata- tum, extraneum eum esse ab omni officio sa- cerdotali, & à nostra communione, & pri- matu monasterij, scientibus hoc omnibus, qui postea colloquantur ei, & ad eum con- uenerint, quoniam rei erunt & ipsi p̄cænæ excommunicationis, sicut qui non declina- uerunt confabulationes eius.

Flauianus episcopus Constantinopoli- tanus nouæ Romæ, iudicans subscripti. Sa- turninus episcopus Mattianopolis, iudicās subscripti. Basilius episcopus Seleucię Isau- riæ, iud. subscripti. Seleucus Dei gratia epi- scopus Amasiæ Hellepontij, iud. subscripti. Eulalius episcopus Chalced. iud. subscripti. Timothe⁹ episcopus*, iud. subscripti. Doro- theus episcopus misericordia Dei Neocæsæ- reæ, consensu & subscripti.

Aethericus episcopus Smyrnæ, iud. sub- scripti & definiui, si quis aliud sapit de fide, præter ea quæ in Nicea ab omni sancta syno- do definita sunt, anathema sit. Callinicus * Apameæ, quæ est in Bithynia, iud. subsc. Ce- cropius misericordia DEI episcopus Seba- stopolis, iud. subscripti. Meliphthongus mi- sericordia Dei episcopus sanctæ Dei eccle- się, quæ est Iuliopolis, iud. subscripti. Longi- nus misericordia dei episcopus Chersonē, iud. subscripti. Tryphon episcopus Chij ci- uitatis insulæ sanctæ Dei ecclesiæ, iud. sub- scripti manu mea. Paulus episcopus Apollo- niadæ ciuitatis sanctæ ecclesiæ, iud. subsc. Sa- bas episcopus Palti primæ Syriæ, iud. subscri- pti manu mea. Iouinus episcopus Deuelteñ, iud. subsc. Iulianus minim⁹ episcopus Coeñ, iudicio subsc. Sauiian⁹ episcopus Thelmissi, & Enian dos, & Ionia sanctæ Dei ecclesiæ, iud. subsc. Eustochius misericordia Dei epi-

scopus sanctæ Dei ecclesiæ Docimeï Phry- giæ, iud. subsc. Pionius minimus episcopus Troadis ciuitatis sanctæ Dei ecclesiæ, iud. subsc. Cossinius episcopus Hierocæsareæ, iud. subsc. Ioannes minimus episcopus Hyrcani- orum ciuitatis, iud. subsc. Diapherentius epi- scopus ciuitatis Olbæ, iud. subsc. Romanus episcopus Eudoxiopolis, iud. subsc. Iulianus episcopus ciuitatis Mostenę, iud. subsc. Eu- doxius episcopus ciuitatis Bosphori, iudicās & definiēs per presbyterū meū Basiliū subsc. Thomas minimus episcopus Valentinianu- polis, iud. subsc. Amelius episcopus * Opota- næ ciuitatis, subsc. Secundin⁹ episcopus * No- selanē, his gestis subsc. Ianuarius episcopus ciuitatis * macriang, subsc. Timothe⁹ episcopus for. * Nocē- tianus, Primopolis, iudicās subsc. Genethlius epi- scopus Argos, iud. subsc. Andreas presbyter & archimandrita, subscripti in depositione Eu- tychis, p̄ presbyterum Timotheum. Faustus presbyter & archimandrita, subscripti in de- positione Eutychis quondam presbyteri & archimadrita. Martinus presbyter & archi- madrita monasterij B. Dionysij, subsc. in de- positione Eutychis quondam presbyteri & archimandritæ, p̄ fratrem Philippū. Manue- lius presbyter & archimandrita, subsc. in de- positione Eutychis. Petrus presbyter & archimadrita monasterij B. Thalassij, subsc. in damnatione Eutychis, quondam presbyte- ri & archimandritæ, p̄ Theodorū monachū. Iob presbyter & archimandrita, subsc. in de- positione Eutychis per diaconū meum An- dream. Antiochus presbyter & archimadri- ta monasterij B. Theoteci, subscripti in de- positione Eutychis. Abramius presbyter & archimandrita, subscripti in depositione Euty- chis. Theodorus monachus & archiman- drita, subsc. in depositione Eutychis. Theo- dorus presbyter & archimandrita monaste- rij Aegyptiorum, subsc. in depositione Euty- chis. Pientius presbyter & archimadrita Ba- silicæ paruulorum, subscripti in depositiōe Eutychis. * Flauianus archimandrita mona- sterij sancti Hermilli, subscripti in depositi- one Eutychis. Eusebius presbyter & archi- mandrita monasterij Helię, subsc. in deposi- tiōe Eutychis. Eusebius presbyter & archi- mandrita monasterij sancti Eulogij, subscri- pti per Theodulū diaconum meum, in de- positione Eutychis. Tryphon archimadri- ta, subsc. in depositione Eutychis.

Iacobus diaconus & archimadrita Syro- rum, subscripti per Zotum monachū meum, in depositione Eutychis. Elpidius presby- ter & archimandrita, subscripti in depositi- one Eutychis. Paulus presbyter & archimā- drita * Etyhij, subsc. in depositiōe Eutychis.

Carofus presbyter & archimandrita, sub- scripti in depositiōe Eutychis. Asterius pre- sbyter & archimandrita monasterij beatæ memorię Laurentij, subscripti in depositiōe Eutychis. * Callinicus monachus & archi-

*Claudius,

madrta monasterij Theodoti, in Eutythis depositione subscripsi. Germanus presbyter & archimandrita, subscripsi in depositione Eutythis per Glycerium diaconum. Marcellus exiguus presbyter & archimandrita, subscripsi in depositione Eutythis manu mea. * Omnes quinquagintatres subscripserunt. Cumq; lecta fuissent, EPHESI ACTA. Eutythes archimandrita dixit: Certa ex gestis, quae lecta sunt, adulterata sunt. Et sunt, quae in hoc negotio acta sunt, & peto ea recenferi.

Iuuenalis episcopus Hierosolymae, dixit: Suscepta percurrantur, & fidei inserantur monumentorum. Ioannes presbyter & primicerius notariorum, legit exempla gestorum habitorum idibus Aprilis: CONSTANTINOPOLITANA ACTIO IN EPHESO LECTA, ET IN CHALCEDONE RELECTA. Flauio Protogene, & qui fuerit nunciatus, consulibus, cum sedissent ex sacro mandato in maiore porticu sanctae Ecclesiae, Flauianus reuerend. episcopus huius inclytiae urbis, Florentius magnificentissimus & gloriosissimus ex praefectis urbis, & praefectus praetorij sextis, & ex consul & Patricius, Thalassius reuerend. episcopus Caesareae ciuitatis prouinciae Cappadociae, Eusebius reuerendissimus episcopus Ancyranorum ciuitatis, Seleucus reuerendus episcopus ciuitatis Amasiae, Basilius reuerendissimus episcopus Seleucia ciuitatis Isauriae, Alexander reuerend. episcopus Tomitanorum ciuitatis prouinciae Scythiae, Marinianus reuerend. episcopus Synnadorum, Meliphthogus reuerendiss. episcopus Iulioopolitanorum ciuitatis, Acacius reuerend. episcopus Ariarthirae ciuitatis, Proculus reuerend. episcopus Adrianopolitanus, Daniel reuerendissimus episcopus ciuitatis Cadenae, Sabas reuerend. episcopus ciuitatis Palenae, Longinus reuerend. episcopus Chersonensis ciuitatis, Ioannes reuerend. * presbyter Parthenopolitanae prouinciae Cariae, Paulinus reuerendus episcopus Theodosiopolitanus prouinciae Asiae, Thomas reuerend. episcopus Theodosiopol. prouinciae Phrygiae Pacatiana, Timotheus reuerend. episcopus Saracenorū ciuitatis prouinciae Palaestinae, Eusebius reuerend. episcopus Dorylei ciuitatis prouinciae Phrygiae Salutariae, Paulus reuerend. episcopus Apolloniadis ciuitatis prouinciae Bithyniae, Eudoxius reuerendiss. episcopus Bosphorenae ciuitatis, * Eustochius reuerend. episcopus Docimena ciuitatis, Timotheus reuerend. episcopus Primopolitanae ciuitatis, Petrus reuerend. episcopus Theodosiopolis ciuitatis prouinciae Armeniae, Secundinus reuerendiss. episcopus * Nocentianae ciuitatis, Candidianus reuerend. episcopus Antiochiae ciuitatis prouinciae Pisidiae, Iulianus reuerend. episcopus Coenensis, Longinus reuerend. episcopus * Talbondanae ciuitatis

*73, qui subscripserunt.

*episcopus

*Eustathius

*Nofalena

*Menedu-

neni

prouinciae Pisidiae, Gerontius reuerendus episcopus Basiliopolitanus, Pergamius reuerend. episcopus Antiochiae prouinciae * Pisidiae, Paulus reuerend. episcopus ciuitatis Antiochiae, Natira reuerend. episcopus Gazena ciuitatis, Euphrates reuerend. episcopus Eleutheropolitanus prouinciae Cretae, Tryphon reuerend. episcopus ciuitatis Chij, Aurelius reuerend. episcopus ciuitatis Adramytinae, praesente Mama viro spectabili comite, & proximo sacri scrinij libellorum sacrarumq; cognitionum, Macedonius reuerend. tribunus, notarius & referendarius dixit: Sub die sexto Iduum Aprilium, ex sacro mandato iussus sum, reuerendissimos episcopos fidem pridem factorum monumentorum de accusatiōe, quae inter Flauianum reuerendiss. episcopum, & Eutychem archimandritam mouetur, perquirere, quod & in praesenti identidem fieri Imperialis praecipit auctoritas, Flauius Florentius magnificentiss. ex praefectis urbis, & praefectus praetorij sextis, & ex consul, & patricius, dixit: Quae acta sunt in prosecutione viri spectabilis Macedonij referendarij, praesente sancta synodo, lectione pandantur. Cumq; prolata fuisset scheda a sacro scrinio libellorum & sacrarum cognitionum, a Ioanne deuotissimo exceptore eiusdem sacri scrinij recitata est: CONSTANTINOPOLITANA ACTIO, EPHESI IN CONCILIO LECTA, CHALCEDONE AVTEM RELECTA. Flauio Protogene viro clarissimo, & qui fuerit nunciatus, consulibus, sub die quinto Iduum Aprilium in Constantinopoli, cum sedissent ex sacra iussione in sanctissimo baptisterio catholicae ecclesiae, Thalassius reuerend. episcopus Caesareae ciuitatis Cappadociae, Eusebius reuerend. episcopus Ancyrae ciuitatis Galatiae, Constantinus reuerendus episcopus Melctinae ciuitatis, Basilius reuerend. episcopus Seleucia ciuitatis Isauriae, Saturninus reuerend. episcopus Martianopolitanus, Marinianus reuerendiss. episcopus Synnadae ciuitatis, Patricius reuerend. episcopus ciuitatis Chij, Seleucus reuerend. episcopus Amasiae ciuitatis, Candidianus reuerend. episcopus Antiochiae ciuitatis prouinciae Pisidiae, Timotheus reuerend. episcopus Saracena ciuitatis, * Natira reuerend. episcopus Gazena ciuitatis, Eustathius reuerend. episcopus Pharnaciae ciuitatis, Paulus reuerend. episcopus Antiochiae ciuitatis, Thomas reuerend. episcopus Theodosiopolitanae ciuitatis, Eustathius reuerend. episcopus ciuitatis Docimena, Gerontius reuerend. episcopus Basiliopolitanus, Aquilas reuerend. episcopus ciuitatis * Aurocyrorum, Secundinus reuerend. episcopus * Nouensena ciuitatis, Acacius reuerendus episcopus Ariarthirenae ciuitatis, Iulianus reuerendus episcopus Coenensis ciuitatis, Proculus reuerendus episcopus ciuitatis Adraorum, Eudoxius reuerendus Episcopus Bosphori, Sabas

* Phrygia Salutariae.

* Natyra

* Natyra

* Ariocera-

niorum, vel

Acrotono-

rum, vel

* Acrocera-

niorum

* Nofalena

Sabas

*Mantina

Sabas reuerend. episcopus ciuitatis Palenae, Timotheus reuerend. episcopus Primopolitanae, Paulinus reuerend. episcopus Theodosiopolis ciuitatis prouinciae Asiae, Paulus reuerend. episcopus Apolloniadis ciuitatis, Longinus reuerend. episcopus * Madinae ciuitatis, Macedonius vir spectabilis tribunus, notarius & referendarius dixit: Eutythes reuerend. archimandrita, oblati precibus sacratissimo Imperatori, suggestit pridem se repperisse & reliqua, quae in sacris scrinijs continentur. Magnificentissimus Patricius dixit: Oblatae preces reuerendi Eutythis monachi, perlegantur, & venerabilis tribunus & notarius & referendarius doceat, si qui obseruat pro persona agentes eiusdem reuerendi monachi. Et antequam legerentur, Macedonius tribunus, notarius & referendarius, dixit: Obseruant, qui pro persona monachi possint dicere. Magnificentissimus Patricius dixit: Quid pro hoc placet reuerendiss. episcopus? Eusebius reuerendissimus episcopus Dorylei ciuitatis, dixit: Si per procuratorem dicit, me iubete recedere. Magnificentissimus Patricius dixit: Quod Imperialis praecipit auctoritas, omnibus modis obseruandum est. Vnde si consentiunt reuerendissimi episcopi, vt suscipiantur hi, qui pro persona reuerend. monachi agere parati sunt, dicant. Meliphthongus reuerendiss. episcopus dixit: Tali facta accusatione, consequens est, adesse eum qui accusatur, praesertim quia huiusmodi accusationes non sine periculo fiunt. Nec enim leue est ac transitorium, quod vertitur, & ideo alterum pro altero decernere non licet. Quoniam igitur piissimus Imperator ex auita traditione consuevit orthodoxam continere fidem, & in nullo sanctas regulas irrumperere, postulamus eius referri clementiae. Et si iusserit in criminali causa alterum pro altero decernere, & hoc suscipimus, praecipue quia vniuersalem praecipit fieri synodum. Et necesse est, maiores causas in * eum referuare concilium. Et vocati sunt multi, & iustum est, quae a piissimo principe praecipita sunt, effectui mancipari. Magnificentissimus Patricius dixit: Quod sibi de hoc venerabilis tribunus notariorum & referendarius mandatum esse cognoscit, exponat. Macedonius venerabilis tribunus notariorum & referendarius, dixit: Piissimus Dominus noster cognoscens damnatum esse praedictum virum, iussit pro eo omnibus modis directos ingredi, vt cognoscant in relectione chartarum, quae ab episcopo ad eum dicta sunt, & quae ab eo ad sanctissimum episcopum. Magnificentissimus Patricius dixit: Simplex est quod postulatur, Et propter hoc illi ingrediantur, & sub eorum praesentia preces recitentur. Et cum ingressi fuissent, & stetit in medio Constantinus, Eleusinus, & Constantius reuerendi monachi, Macedonius venerabilis

* illud

TOM. 2.

tribunus, notarius & referendarius, professans sanctum Euangelium, dixit: Oportet omnia, quae mandata sunt ab eorum pietate, dicere me. Iussit igitur eos, qui dudum praesentes fuerunt, sacratissimos episcopos, sub sacramento dicere, si verae sunt legendorum monumentorum professiones ab vtraq; parte illatae. Basilius reuerendissimus episcopus Seleuciensium ecclesiae, dixit: Hactenus iuramentum episcopis nescimus oblatum. Sed & praecipit nobis a Domino Christo, non iurandum, neq; per caelum, quia thronus Dei est: neq; per terram, quia scabellum pedum Dei est: neq; per caput sum, quoniam iurare, quia nullus potest vni capillum, qui a Deo creati sunt, ipse facere. Vnusquisq; verò sicut ante altare stans, Dei timorem habens praeculis, & propria conscientiam mundam seruans Deo, quod in memoria retinet, nullatenus habet intermittere. Magnificentissimus Patricius dixit: Sicut semel dictum est, precum lectio fequatur. Et per eundem deuotissimum exceptorem recitatum est: Piissimis & fidelissimis amicis Christi, Imperatoribus nostris, Theodosio & Valentiniano patribus patris Augusti, Eutythes archimandrita: In omnibus mihi post Deum & salutis & veritatis manifestatio facta est vestra pietas, in nulla re praetermittens inquisitionem facere eorum, quae vel de fide, vel aduersus me calumniose mota sunt. Gestis enim, quae sunt composita a reuerendissimo archiepiscopo Flauiano aduersum me, legi hesternis die, & reperi contraria his, quae acta sunt, contineri in chartis. Nec enim, quae ipse ad me locutus est, iacebant in eis: neque, quae ego locutus sum, inseruerunt eidem monumento. Supplicio igitur vestrae serenitati, consuetè orthodoxae fidei patrocinanti, & meae paruitatis opinioni, vt dignetur praecipere beatissimos episcopos, qui in hac causa tunc refederunt, & notarios reuerendissimi episcopi Flauiani, & reuerend. clericos, qui ad me directi fuerant, vocantes vt occurrerem, & reuerend. diaconum Athanasium reuerend. episcopi Basilij, conuenire in praesentia sanctissimi episcopi Thalassij, quatenus interrogati dicant, omni cum veritate scriptis, quid nouerint: vt hoc consecutus, more solito laudans, gratias agam Domino & Deo omnium Christo & vestrae semper pietati. Idem deuotissimus exceptor dixit: Est in recitata prece etiam diuina annotatio * sacratissimi & piissimi Imperatoris nostri. Magnificentissimus Patricius dixit: Summa cum veneratione percurratur. Et per eundem deuotissimum exceptorem recitatum est: Deponant apud reuerend. episcopos non solum, qui dudum conuenerant, verum etiam & apud reuerendum episcopum Thalassium, vt omnibus his praesentibus, quos supplicatio loquitur, negocij veritas inquiratur.

Matt 5. f

* diuinissimi

E 4 ratur.

ratur. Flavianus reuerend. episcopus dixit: Reuerendi diaconi & notarij, Asterius & Aëtius, Nonnus, Asclepiades, Procopius, præstò sint. Cumq̄ue in medio steterissent, Asterius, Aëtius, Nonnus, Asclepiades, Procopius, notarij Flauiani reuerend. episcopi, magnificentissimus Patricius dixit: Præsentibus omnibus monumenta ex ordine relegantur. Et prius quàm offerrentur, Aëtius reuerend. diaconus & notarius dixit: Nescimus per vestigia vestra, cur vocati sumus.

Magnificentiss. Patricius dixit: Religiosiss. diaconi & notarij reuerend. episcopi Flauiani, monumenta in hoc negocio celebrata offerant relegenda. Aëtius diaconus & notarius dixit: Neq; causam scimus, pro qua hęc assistimus, neq; pro quo gestorum exiguntur monumenta. Hac de re differimus, & supplicamus scire, pro quo adstamus, & respondere debemus. Magnificentissimus Patricius dixit: Gesta quæ in causa Eutythis monachi acta sunt, inquirimus publicari. Aëtius diaconus & notarius dixit: Accusatio enim aliqua aliquandò talis aduersum nos emerit. Magnificent. Patricius dixit: Causam requirere iustus sum, & propter hoc necessaria est gestorum oblatio. Cur ergò dilatione & calliditate vteris? Aëtius diaconus & notarius dixit: Qui exordium inquisitionis negotio præstitit & originem, det nobis tempus respondendi, vtrum proferamus, aut non proferamus. Magnificentiss. Patricius dixit: Vos gesta exceperitis, à vobis ergò offerenda sunt. Aëtius diaconus & notarius dixit: Quis est accusator? Seleucus reuerend. episcopus dixit: Preces Eutythis archimandritæ lectæ sunt nobis, continentes, quòd peruiderit gesta, & deprehenderit in eis non contineri, quæ in sancta synodo acta sunt. Iustum ergò nobis hoc videtur, vt proferantur illa monumenta, quæ legisse se asseruit, & ex eis causæ fieri examinationem.

Magnificentissimus Patricius ad Aëtium dixit: Authenticis monumentis opus est, in quibus subscriptiones episcoporum continentur. Propter quod (vt sæpè interlocutus sum) hæc à notarijs proferantur. Aëtius diaconus & notarius dixit: Dignetur magna & sancta synodus, & vestra magnificentia tempus nobis dare, de quibus volumus dicere. Nec enim sinè periculo nobis est. Magnificentiss. Patricius dixit: Monumenta prius conuenit publicari. Postmodum enim, si quid docere desideras, facultas tibi præstabitur. Aëtius diaconus & notarius dixit: Nihil incongruum, neq; iniustum postulamus. Et præ omnibus magnificentia vestra cognoscat, & sicut dixi, quia non de paruo nobis est periculum. Audiuimus autè, quia interpellatio aduersum nos facta sit à quodam apud pijsimum & Christo amantissimum (& qui à Domino Deo conseruatur) Imperatorè. Supplicamus has nobis decla-

Iniuste interpellationes.

Iuste petitiones.

TOM. 2.

rari obiectiones, & causas agnoscere, & personam statui, & manifestam accusationem aduersus certas personas fieri, atq; ita respondere debimus, & nos defendemus, præsumentes de vestra iustitia. Magnificentissimus Patricius dixit: Aduersus vos interim nihil depositum est, sed gesta quæruntur, quæ sic (vt sæpius dictum est) à vobis offerenda sunt.

Aëtius diaconus & notarius dixit: Monumentorum acta nos deducunt in medium. Neque enim ab alijs scripta sunt. Magnificentissimus Patricius dixit: Nè aliqua suspicione percussus, hæc proferre formides. Aëtius diaconus & notarius dixit: A me tale aliquid nec dictum, nec gestum est. Magnificentissimus Patricius dixit: Monumenta proferantur. Et priusquàm offerrentur, reuerend. episcopus huius inclytæ ciuitatis, dixit: Cognoscitis, quia tunc sancta synodo congregata, & voces ab vtraque parte vos exceperitis? Et subtiliter cognoscitis, quæ à vobis scripta sunt. Et si hæc vera sunt, expressim & cum Dei timore dicite. Sin verò aliqua falsa sunt, quasi ante tribunal Christi nolite mentiri, & falsarium nõ taceatis. Hæc ità interloquente reuerendissimo episcopo, magnificentissimus Patricius dixit: Propositum reuerend. episcopi nouimus, quia propria cõscientia sicut, intersatus est religiosiss. notarios gesta proferre, & docere de omnibus veritatem. Quapropter gesta (sicut sæpius dictum est) offerantur. Aëtius diaconus & notarius dixit: Admonitio sanctissimi & beatissimi archiepiscopi nostri, nostræ tribuit voluntati, quatenus inter acta veritatem dicamus. Si ergò nobis dicentibus digni fide constabimus, & confitebimur & proferemus, & veritatem dicemus. Magnificentissimus Patricius dixit: Monumentorum lectio celebretur. Aëtius diaconus, & notarius dixit: Peto & sanctam synodum, quæ tunc fuit præsens, præcipere nobis proferre monumentorum seriem. Reuerendissimus episcopus Seleucia dixit: Semèl sanctissimo archiepiscopo nostro iubente proferri monumentorum gesta, nullam dilationem in proferendis actis conuenit fieri. Et, quasi si à reuerendiss. episcopis dictum sit, hæc eadem omnes dicimus. Magnificentissimus Patricius dixit: Dum singula capitula releguntur, quid in his reprehensibile probat pars reuerendi monachi, prosequatur: & rescripta, quæ penès se habet pars prædicti reuerendi monachi, oblata lectio- ne, cum gestis authenticis conferantur. Et cum vtraq; pars obtulisset monumenta, Aëtius diaconus & notarius dixit: Si iubet magnificentia vestra, habemus aliquid dicere: Didicimus, quòd per supplicatione docuit reuerend. Eutythes, se gesta recensuisse, & exindè causas pro suis assertionibus reperisse, hæc acta petimus. Quo dicente, magnificentissimus Patricius dixit: Pro-

pter

pter hoc, conferri authenticis gestis rescripta diximus. Aëtius diaconus & notarius dixit: Petimus agnoscere, vtrum authentica sint, an exemplaria, aut si quid tale ab aliquo ei est præstitum. Magnific. Patricius dixit: Reuerend. Constantinus, si hæc quæ proferet, exemplaria sunt aut authentica, doceat.

for. * Constantinus

Satis prudenter Aëtii manus proprietatem quærebat agnoscere, vt videret, an aliquis notarij Eutythis dementia cõsultiret.

Aëtius diaconus & notarius dixit: Exemplaria sunt. Magnificentiss. Patricius dixit: Nunc lectio subsequatur. Et priusquàm legerentur, Aëtius diaconus & notarius dixit: Petimus considerare seriem gestorum, quæ ab eis offertur, vt cognoscamus, cuius manus sit, vel à quo data sit, aut si à notarijs sit edita. Suscipite nostras petitiones, quæ non sunt incongruæ. Magnificentissimus Patricius dixit: Si authenticis gestis scheda non concordant, hæc iuste postea requiruntur.

Aëtius diaconus & notarius dixit: Nihil prohibet. Semper iudicatis, & iudicando claruistis. Magnificentissimus Patricius dixit: Superfluis prætermisiss, lectio celebretur. Et relecta per Asterium deuotissimum exceptorem authentica scheda, à notarijs oblata, & ab alio collatis exemplaribus, prolatis à parte Eutythis reuerend. presbyteri & archimandritæ, relecta sunt, & ab exordio recensita sunt prima & secunda acta, quæ & in monumentis ità inserta sunt: Consultatu Flauiorum Zenonis & Posthumiani venerabilium consulum, sub die sexto Idus Nouembris in amica Christi & regia vrbe Constantinopoli * Roma. Et reliqua. Et postquàm lecta sunt prima & secunda actorum series, & suppletis depositionibus reuerend. episcoporum, Aëtius diaconus & notarius dixit: Petimus sanctam & magnam synodum interrogari, auditis proprijs vocibus & gestorum serie, nè aliquid falsatum sit vel corruptum. Magnificentissimus Patricius dixit: In hoc ipso quòd tacent, consentire monstrantur. Vnde conuenit & reliqua recenseri. Et per eundem deuotiss. exceptorem tertia gestorum series est relecta, quæ est & monumentis inserta. Et relecta prosecutione viri religiosiss. Ioannis presbyteri & defensoris, Constantinus diaconus & monachus dixit: Ità non est dictum per vestigia vestra, vt continet. Idem deuotiss. exceptor, repetita eadem lectione, relegit: Et si alicubi contigit, aliqua ab eis in aliquibus verbis falli, aut errari, hoc neque accusare, neque suscipere, solas autem scripturas scrutari, vt firmiores sanctorum patrum expositionibus. Dum lectum fuisset, Constantinus reuerend. diaconus & monachus, dixit: Quoniã diuersis modis locuti sunt sancti patres, & omnia suscipio. In regula autem fidei non suscipio, & quòd perturbatio & inusitatio facta est. Constantinus reuerend. diaconus & monachus, dixit: Hoc rogo, vt qui egressi sunt, & audiuerunt ab archimandrita cum integra cõscientia, quasi in præsentia Domini

TOM. 2.

ni, quæ audiuerunt, cum veritate dicant, præiudicio minimè generato archimandritæ. Et ex mea prosecutione rogo reuerend. clericos, qui interfuerunt, deponere, quæ ab eo audiuerint, vt religiosum diaconum Athanasium. Seleucus reuerend. episcopus dixit: Ante prosecutionem fratris Constantini, qui in persona directi sunt ipsius, qui precem porrexit, promiserunt omnia, quæ ipsi dixerunt, rata habere eorum archimandritam, & petimus vocem præiudicantem non facere præiudicium monumentis actorum. Constantinus diaconus & monachus dixit: Supplico illud auferri, quod est in regula fidei, quia in perturbatione nesciens sum locutus. Seleucus reuerendus episcopus dixit: Quia, cum quies esset ante perturbationem, hanc vocem frater Constantinus deposuit, attestantur & sanctissimi episcopi, necnon & ipsorum potestas. Magnificentissimus Patricius dixit: De postulatione vtriusque partis, quid considerandum putant, reuerend. episcopi Thalassius & Eusebius dignentur dicere. Reuerend. episcopus Thalassius dixit: Non potest directus à reuerend. monacho certa quidem de his, quæ ipse voce sua confitetur, suscipere, incerta autem minimè suscipere. Reuerendus episcopus Eusebius Ancyranorum ciuitatis, dixit: Et mihi similiter placet, vt qui personam religiosi archimandritæ suscepit, omnia ei firma consistant, quæ ex eius voce prolata sunt: & non in parte velle ea teneri, in parte verò quæ dicta sunt, improbare. Magnificentiss. Patricius dixit: Reuerend. Ioannes presbyter & Andreas, quæ cognoscunt se ab Eutyche monacho audisse, memores suæ opinionis, exponant. Et cum in medio steterissent Ioannes reuerend. presbyter & defensor sanctæ ecclesiæ huius gloriosæ ciuitatis, & Andreas reuerend. diaconus, Constantinus diaconus & monachus dixit: Nò diximus, quia complacent omnia archimandritæ quæ dico. Magnificentiss. Patricius dixit: Voces tuæ in monumentis continentur. Seleucus reuerend. episcopus dixit: Veniens magnificentiss. referendarius, directus à pijsissimo & Christi amico Imperatore nostro, deposuit in propria persona archimandritæ Eutythis directos Constantinum, & qui cum eo sunt, suscepturos omnia, quæ in eum inferuntur. Magnific. Patricius dixit: Verba similiter tua eisdem monumentis continentur. Et adiecit Religiosus presbyter Ioannes, quæ ab Eutyche reuerend. monacho audiuit, exponat. Et priusquàm exponeret, Meliphthogus reuer. episcopus dixit: Ex prouidètia quadã in exordio statim, accusatione instate, cõmemorauit, & dixi, quia nõ de qualibet cunq; re accusatio cõmouet, neq; per procuratorè tã periculosa causa tètari aut fieri debet: sed necessaria est & accusati p̄sentia, legibus hoc præcipientibus. Si verò fortè videtur pijsissimo principi,

principi, per procuratorem ventilarum criminale negotium, & accusare sine periculo, & hoc constituerit, innotescat ipsi. Et necesse nos erit in omnibus Imperatoris Christi amici cedere iussioni. Reueren. episcopus Seleucus dixit: Firmitatem tenentibus etiam his, quae & hodie acta sunt, ex prosecutione magnifici referendarij, & consensu sanctorum episcoporum, & magnificentissimi, & gloriosissimi, exconsulis & patricij Florentij, exponant & reueren. Ioannes presbyter & Andreas diaconus, quae nouerunt. Ioannes reueren. presbyter & defensor, dixit: Ea quidem quae professus sum, & sanctissimo & Deo amabili concilio sunt relecta, praesente & magnificentissimo, & per omnia gloriosissimo exconsule ac patricio Florentio, quoniam haec veritate subsistunt, hoc & religiosissimi, diaconus. Quo dicente, Constantinus diaconus, dixit: Non omnia sunt relecta. Idem Ioannes reueren. presbyter & defensor, dixit: Etiam, ecce hoc dico. Constantinus reueren. diaconus, dixit: Ego vnum verbum dixi perturbatus, & scriptum est, quo dicente, reueren. episcopus Thalassius dixit: Sufficiebat quidem & opinio Ioannis presbyteri. Quoniam verum euangelium nobis omnibus est ante positum, rationale est, & ipsum super his quae dicit, contra euangelio roborare. Idem Ioannes reueren. presbyter & defensor subiungens, dixit: Quoniam verum haec veritate subsistunt, & ex eo quod placuit aduersario dubitare, maiore ea vinculo veritatis obstrinxit, & hoc agnouit DEO amabile sanctumque concilium ex eo, quod postea verba propria refutare tentauit. Sed quoniam oportet perfici lectionem, & satis fieri mihi & consequentibus, quatenus cognoscam ea, quae dicta sunt a reueren. archimandrita Eutyche, & si conuenientia dixi his, quae tunc a me dicta sunt, aut denegem, si a me non cognosci contigerit, peto vestram Deo amabilitatem, & plenissimam fieri lectionem, ut & cuncta perspiciam propter reuerentiam sancti euangelij, quod vestra Deo amabilitas proposuit, & verbum consequar veritatis. Magnificentissimus Patricius dixit: Rursus Ioannis presbyteri voces ex monumentis repetatur, ubi aliqua ab Eutyche se audisse confessus est. Et per eundem deuotissimum exceptorem denudò voces Ioannis presbyteri recitatae sunt. Religiosus Ioannes presbyter & defensor, dixit: Ante hoc reueren. Eusebio episcopo interpellante vestram sanctitatem in synodo, & accusante reueren. Eutychem presbyterum & archimandritam, & libellum scriptis porrigente, declarantem aegrotare eum hereticorum passione, & postulante euocari eum ad vestram sanctitatem, & satisfacere pro his, quae ei ab eo ingerebantur, prouidens vestra incircumscripita sapientia praecipit, peruenire me & reueren. Andream diaconum ad monasterium ipsius, & euocare eum ad satisfaciendum. Quo facto, peruenientes ad eum in mo-

Sequentia ante habetur post tertiam actionis initium.

nasterio ipsius, libellos ei legimus, & exemplaria eorum dedimus, & accusatorem manifestauimus, & nunciauimus ei vestrae sanctitatis euocationem, pro satisfactione apud beatitudinem vestram. Qui occurrere quidem, & satisfacere modis omnibus abnegauit, dicens, hoc a me decretum ex diffinitione quadam ab initio contineri, ut nullo modo alibi a sua congregatione discederet, sed quodammodo eum velut in sepulcro degere in monasterio. Cognitum verò per nos sanctitati vestrae fieri postulauit, quia Deo amantissimo, episcopus Eusebius olim inimicus eius existens, detractionis atque iniuriae gratia, hanc accusationem aduersus eum commouerit. Paratum enim se esse dicebat expositionibus sanctorum patrum, qui in Niceno & Ephesino concilio congregati sunt, consentire & subscribere eorum interpretationibus fatebatur. Si verò alicubi contigerit, ab ipsis in aliquibus verbis vel falli, vel errasse, hoc neque accusare, neque suscipere, solas autem scripturas inquirere, sicut patrum expositionibus firmiores. Post inhumanationem verò Dei verbi, id est, post natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, vnam naturam adorare, & hanc Dei incarnati & inhumanati. Et de huiusmodi codicem proferens, legebat. Addebat autem detractionem quadam contra se vbiq; diffusam, quasi ipse dixerit, quod de caelo carne Deus verbum deduxerit, se verò liberum esse ab huiusmodi detractione. Ex duabus verò naturis adunatis secundum subsistentiam factum Dominum nostrum Iesum Christum, neque didicisse in expositionibus sanctorum patrum, neque suscipere, si contigerit ei aliquid huiusmodi a quolibet relegi: quoniam diuinae scripturae, sicut dicebat, meliores sunt sanctorum patrum doctrinis. Et haec dicens, confitebatur perfectum Deum esse, & perfectum hominem, qui natus est ex Maria virgine, non habentem carnem consubstantialem nobis. Hoc autem mihi colloquens, dixit. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Haec eadem solus audisti, an & qui tecum directus est, Andreas diaconus? Reuerend. Ioannes presb. & defensor dixit: Cum ista mihi mandaret vestra suggerere sanctitati, praesens erat & reuerend. diaconus Andreas. Et postquam lectum est, Ioannes reueren. presbyter & defensor, dixit: Scit & vestra magnificentia, & Deo amabilis & sancta synodus, quoniam impossibile est, eisdem verbis uti eum, qui dirigitur enunciationem aliquibus intimare. Nec enim hoc vel probatissimorum rectorum aliquis forsitan efficit, aliena verba deferre, & aliquibus deportare. Veruntamen quando haec a reuer. archimandrita Eutyche inquirebam, praesens fuit & reueren. Andreas diaconus, & insuper reueren. Athanasius diaconus. Ego autem eo tempore commemoratorium faciens apud me ipsum, ut putabam, quod ille dixit, custodio, atque apud me habeo. Oportuit

tuit autem eundem reueren. archimandritam Eutychem esse praesentem his, quae hodie peraguntur praefusione mea. Hoc enim & a vestra incircumscripibili prudentia credidi comprobari, ut ipse, qui dixerat mihi, praesens hic, quae a me dicebantur, audiret: & interrogatus, contradiceret sermonibus meis, aut consentiret eis. Nec enim puto religiosum virum propositis sanctis euangelij verba mea destruere, quae tunc ipse locutus est, maximè cum & praesens reuerendissimus Diaconus Constantinus aliquando quidem consentit his, quae a me dicuntur, aliquando autem & suspicatur, & aduersatur his, quae a me dicta sunt. Et rogo, ne satis a me expressis verba quaerantur, quae ille locutus est. Nec enim hoc quisquam facere potuit, ipsis prorsus verbis redintegrare alicuius eloquia. Coscriptos autem me sermones tunc in commemoratorio iubete relegi. Magnificentissimus Patricius dixit: Commemoratorium, quod postulat, relegatur, & conferatur professioni, quae gestis continetur, ut si quid ex sensu vel ex verbis dissonat, agnoscat. Et priusquam legeretur, Ioannes reueren. presbyter & defensor, dixit: Rogo primum, utrum diaconus Andreas & reuerend. diaconus Thalassius praesentes dicant, si consonant his, quae iam lecta sunt, & a me iam pridem exposita. Magnific. Patricius dixit: Interim lectio subsequatur. Et cum protulisset commemoratorium reueren. Ioannes presbyter & defensor, per eundem deuotissimum exceptorem relectum est: Ante haec religioso Eusebio episcopo in concilio vestrae beatitudinis interpellante, & accusante Eutychem reueren. presbyterum & archimandritam, & libellum contra eum dante, quo indicatur haeretica eum aegrotare perfidia, ac postulante eundem reuerend. archimandritam accersitum, satisfacere de ijs, quae ei ab ipso impingebantur, prouidens catholicae fidei incircumscripibilis vestra prouidentia, abire ad illam praecipit me & reueren. diaconum Andream, & vocare eum satisfacturum. Hoc autem facto, nobisque ei in suo monasterio praesentatis, relectaque ei accusatione conscripta, atque exemplaribus traditis, accusatoreque etiam declarato, & euocatione ad satisfactionem apud vestrum Deo amabile sanctumque concilium memorata, huc quidem venire, & his, de quibus in clamatur, occurrere, modis omnibus distulit, dicens decretum sibi, & diffinitione quadam ab exordio conseruatum, ut nusquam alibi a sua congregatione discedat, propterea quod velut in sepulcro quodam in monasterio degat: innotescere verò per nos vestrae sanctitati postulauit, quod olim inimicus eius existens Deo amantissimus Eusebius, iniuria & derogationis gratia hanc contra eum accusationem instituit: ipse enim sequi se expositionibus sanctorum & beatissimorum patrum, qui in Niceno atque Ephesino concilio

*commentario
*Commemtorium

*comemtorium

lio fuerunt, & subscribere eas, paratum esse promittit. Si verò forte alicubi (ut dicebat) circa aliqua verba vel errauerunt patres nostri, vel falli potuerunt, ea se (quod ad ipsum attinet) neque accusare, neque suscipere, sed solas diuinas scripturas scrutari de huiusmodi, ut potè firmiores. Dicebat autem memoratis aliquibus, vanas contra se derogationes dispersas, quasi Deus verbum carnem de caelo deduxerit, alienum se autem ab huiusmodi derogatione. Nam post incarnationem Dei verbi, hoc est, post natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, vnam naturam adorare, & hanc Dei incarnati atque inhumanati, & de hoc codicem proferens, relegat. Dubius enim de naturis post vnitionem Domini nostri Iesu Christi disputare, neque didicisse in expositionibus patrum, neque suscipere, si contingat ei forte tale aliquid relegi, eò quod diuinae scripturae (ut dixit) nullam de naturis faciant mentionem, & meliores sint expositionibus magistrorum. Et haec dicens, addebat quoniam Deus perfectus, & homo perfectus est natus ex virgine. Magnific. Patricius ad Constantinum monachum dixit: Secundum narrationem commemoratorio, an secundum monumentorum seriem locutum fuisse reuerend. monachum Eutychem clericis dicit? Constantinus reueren. diaconus & monachus, dixit: Quicquid allegauerint, qui audierunt, hoc suscepit archimandrita cum veritate. Magnific. Patricius dixit: Andreas, quae ab ipso monacho audiuit, edicat, relectis prius eius vocibus ex monumentis gestorum. Et priusquam legeretur, Eusebinus reueren. monachus dixit: Non habentem carnem consubstantialem nobis, hoc mihi in locutione dixit, sed in prologo ab eo commemoratorio non continetur. Magnific. Patricius dixit: Quid ad haec dicit religiosus Ioannes? Ioannes reueren. presbyter & defensor, dixit: Sanctas scripturas proposuit nobis humilibus vestra beatitudo & vestra magnificentia: & quae habet commemoratorium meum, ista & confessio in gestis: & si contigit in sermonibus ea dissonare, non scio quid dicere. Magnific. Patricius dixit: Sed non est modicum, quod dicitur immutatum. Ioannes presbyter & defensor, dixit: Et quae potest aliena verba redintegrare cuiuslibet, sed magis ipsum intellectum, quae dixit? Quo dicente, Magnific. Patricius dixit: Quid ergo istum in hac parte dixisse confirmas? Ioannes religiosus presbyter & defensor dixit: Quid enim extat ambiguum de consubstantiali? Dixit, quia mater consubstantialis est, non dixit, nobis homibus. Aut ubi vultis, iuro quae dixit, consubstantialis mater est, non nobis consubstantialis habet carnem. Magnific. Patricius dixit: Rursus haec pars tantum de monumentis, quae de commemoratorio relegatur, & reueren. Ioannes specialiter fateatur, quid in hoc ab eo audierit. Quo facto, Ioannes reueren. presbyter & defensor, dixit: Illud mihi

*comentario

*comemtorio

*comentarium

*comentario

mihi soli disputas dixit, quoniam consubstantialem nobis carnem non habet, sed matrici. Magnific. Patricius dixit: Oblitus es que audisti, & propterea hæc commemoratorio non indidisti? Ioannes relig. presbyter & defensor, dixit: Quonia presentes mecum viri reueren. diaconi non audierunt, quæ mihi seorsum dicta sunt, propterea hæc non indidisti commemoratorio. Constantinus diaconus & monachus dixit: Et hoc rogamus, ut reueren. diaconi veniant, & cum veritate profiteantur, quæ audierunt ab archimandrita: & si semotim illi locutus est. Magnific. Patricius dixit: Sicut superius interlocutus sum, presente Andrea voces ipsius publicentur. Et per eundem virum deuotissimum exceptorem ex eisdem gestis relecta sunt: Sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicat reuerend. diaconus Andreas, si hæc audiuit a reueren. presbytero & Archimandrita Eutyche dicta. Reueren. diaconus Andreas dixit: Secundum præceptum vestrae sanctitatis iuimus ad reuerend. presbyterum & archimandritam Eutychem, & locuti illi, hæc ab ipso audiimus, quæ & reueren. presbyter & defensor Ioannes iam professus est. Magnific. Patricius dixit: Andreas reuerend. diaconus quid ab Eutyche audiuit, referat. Andreas reuer. diaconus dixit: Quoniam Deus confidet vobis, & timor & tremor sensum meum detinet, non possum a veritate excedere. Primitus etenim directus a domino meo sanctissimo archiepiscopo Flauiano, & sanctissimo cum ipso conuentu ad reuer. archimandritam Eutychem, ea quidam, quæcunq; de euocatione edocuit reuer. presbyter & defensor Ioannes, hæc & coproffessus sum, & conscius sum. De consubstantiali autem cum interrogatione faceret reuer. presbyter & defensor Ioannes reuer. archimandritam Eutychem, vtrum dicat consubstantialé patri Deum verbu secundum Deitatem, & consubstantialé nobis secundum humanitatem, inquit archimandrita Eutyches, dicens: Symbolu quemadmodum habet? Dicit dominus Ioannes, quia anathema consubstantialem patri habet tantum. Opposuit archimand. Eutyches, dicens: Ita ergo habe & tu, quoniam & ego ita teneo. Aliud quid nescio in hoc negocio. Magnific. Patricius dixit: Semotim tamen aliquid Ioannes cum Eutyche monacho & absente locutus est? Andreas diaconus dixit: Quædam locutus est per vestigia vestra, quæ ego non audiui. Magnific. Patricius dixit: Nunc reuer. diaconus Athanasius adueniat. Et cum stetit in medio Athanasius diaconus, magnific. Patricius ad eum dixit: Propositu tuum considerans, cum veritate dic, quid monachum Eutychem Ioanni viro reuer. vel Andreae dixisse cognoscis? Athanasius reuer. diaconus dixit: Quonia de anima est sermo, & non est absq; periculo, non proferenti veritaté, quæ comperi, hæc & dico. Non sum directus ego

TOM. 2.

pro hac causa cum Deo amatissimo presbytero Ioanne, vel Andrea reuer. diacono: vocatus tamē a prædicto Deo amatissimo presbytero & defensore Ioanne, tamquam eo sibi presente & audiente, quæ ab eo dicta sunt, & requisitus a sanctissimis episcopis, professus sum, quæ hæc & ego præfens ibi audiui, quæcunq; & ipse professus est. Sed & nunc hoc commemoratorio relecto, quod tenebat prædictus Deo amatissimus vir, cognoui omnes alios sermones, solum verò de consubstantiali non agnoui. Sed tunc eodem presbytero interrogante archimandritam, ac dicente, quia confiteris nomini consubstantialem quidem patri secundum diuinitatē, consubstantialem verò nobis secundum humanitatem, idem archimandrita dixit: Symbolum quemadmodum habet? eundem respondens presbyter, ait: Consubstantialem patri. Dicit ille: Ita habeto, quia & ego ita habeo. Magnific. Patricius dixit: Sermocinatios tū quosdam inter se priuatim Eutyches reuer. monachus & Ioannes reuer. presbyter habuerunt? Athanasius reuer. diaconus dixit: Nō intēdi per vestigia vestra. Eleusinius reuer. monachus dixit: Precamur virum reuer. Athanasium diaconum, requisitu, profiteri de ijs, quibus in secunda interrogatione reprehendit virum reuer. presbyterum Ioannem. Docuit namq; quod post primam professionem alia iterum legantur, & reprehendit, protestans quod non sunt scripta hæc, quæ professus est prius, quoad venit de monasterio, siue hæc siue alia: ied postea congregatione habita, & iubente sanctissimo archiepiscopo acta gestorum proferri, in quibus professus est Deo amatissimus Ioannes presbyter, relectis eis, reprehendit reueren. diaconus Athanasius, dicens: quia hæc non audiui. Magnific. Patricius dixit: Ioannes voces ex monumentis relegantur: & quod amplius de ijs Athanasius paratus est docere, prosequatur. Et cum iterum recitatæ fuissent, idem Ioannes reuerend. presbyter & defensor dixit: Præcedens reueren. diaconus Andreas, nec non & reueren. Athanasius diaconus, omnibus quæ a me dicta sunt in commemoratorio, cōfenserunt, præter consubstantialem, ut dixerunt: & hoc profiteres, qualiter dictum est a reuer. archimandrita, & poterit intelligere & venerabile sanctumq; hoc concilium & vestra magnificentia, quia hoc ipsum, quod dixerim, quonia scis Deum consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem, quia hoc ipsum quod econtrario interrogauit, dubitationis erat signum. Et precor vocem reueren. diaconorum, quæ confirmat omnem professionem meam factam in commemoratorio, iam nullatenus euertere debere. Magnific. Patricius dixit: Athanasius, quod requisitus est, dicat. Athanasius reueren. diaconus dixit: In tertia discussione hæc professio, quæ nunc depolita est

*cōmētario

ta est a presbytero, relegabatur in secretario, & nouum hunc sermonem accepi, qui in fine positus est, vbi dicit, non habent carnem consubstantialem nobis, & contradixi. Dixit enim idem presbyter Ioannes: Hoc mihi soli locutus est. Magnific. Patricius dixit: Absente te tamē, singularim aliquid cum illo sermocinatus est? Athanasius reuer. diac. dixit: Nō vidi. Ioannes reuer. presbyter & defensor, dixit: Quoniam quidē omnia, quæ a me dicta sunt, & secundō & tertio requisiti reuer. diacones cōfirmauerunt proprijs vocibus, hoc & vester Deo amabilis sanctus conuentus a vestra magnificentia & audiuit, & cognoscit. De consubstantiali autē, quonia vir reuer. diacon. Athanasius dixit, nouū se comperisse sermonē, sed & conturbationem etiā quandā cōcittasse, hoc etiā ego confiteor: semotim enim hoc dixi eum retulisse mihi, quod quidē & dixit. Quia verò & ipsi ex parte audierunt me ei dicentē, quia scis eū patri consubstantialē secundum Deitatem, & consubstantialē nobis secundum humanitatem, etiā ipsi proprijs vocibus affirmauerunt. Completis autē primis gestis, Marinus lector & notarius Cæsarensis ecclesiæ Cappadociæ primæ, relegit. Magnific. Patricius dixit: Pars gestorum reliqua relegatur. Et per eundem virum deuotum exceptorem relectū est. Reueren. presbyter & defensor Ioannes, dixit: In eodem tempore colloctionis nostræ. Et reliqua tertie cognitionis. Et cum relectum fuisset, Constantinus diac. & monachus ait: Hoc non dixit, quod nisi conspiraueritis mihi, & humiliauerit me episcopus, postmodum etiā vobis imponet. Hoc nō dixit per vestigia vestra. Cōstantinus diac. & monachus ait: Quoniam neq; qui directi sunt, hinc sunt, neq; presbyter archimandrita in presente reperitur, si iubetis, hoc transeat. Magnific. Patricius dixit: Patricius, qui simul cum Petro ad monachum iuit, hinc esse dicitur. Dicite ergo: Vultis istū interrogari, an reuer. Martinum? Eleusinius reuer. diac. & monachus, dixit: Necessaria pertractate per vestigia vestra. Magnific. Patricius dixit: Nē forte aliter gesta continent, quæ ipsa veritas, de hac parte non dicitis? Cōstantinus diac. & monachus dixit: Non habent aliter per vestigia vestra in hac parte. Magnific. patricius dixit: Sequētia relegatur. Et per eundem virum deuotum exceptorē de eadem scheda relectū est: Sanctus archiepiscopus dixit: Quod aut contineretur, reuer. presbyter & archimandrita Martinus in tomo retulit. Et reliqua. Et postq; lecta sunt, Aetius diac. & notar. dixit: Precamur presentē sanctū conuentū, sed & vestra magnificentia, interrogationē adhiberi viris reuer. clericis, quorum nobis mentionē presens lectio gestorum continuit, & profiteri, nē quid dubitet super his, quæ relecta sunt, & ab eis tunc exposita, id est, Mamæ presbytero, Theophilo, Mēnoni, & Ioanni presby-

TOM. 2.

tero & defensori, Andrea & Athanasio diaconis. Magnific. Patricius dixit: Nunquid ambigentibus illis, presens requisitio proponitur viro reuer. Eutyche monacho, cuius & homines in presenti stant? Et addidit: Reliqua relegatur. Et per eundem virum deuotum exceptorē relectū est: Die sabbati, quæ est 20. mēlis Nouembris. Et reliqua. Et cum lecta fuissent, Cōstantinus diac. dixit: Rogamus interrogari eos, si hæc audierunt. Magnific. Patricius dixit: Theophilus, professionibus suis publicatis, si hæc eum audisse vel dixisse scit, dicat. Et cum in medio stetit Theophilus vir reuer. presbyter, dixit: Directus ego & presbyter Mamas a sanctiss. archiepiscopo & a sancto conuentu, peruenimus ad monasterium viri reuer. archimandritæ Eutyche. Et primū quidē hæc, quæ nup̄er relecta sunt, cœpit dicere. Postea verò nolimus cum ipso certare, sicut corā Christo cōpulis nos, & propria voce dixit: Quoniam impossibile est, dicere me Christum ex duabus naturis. Nēq; enim de natura disputo Domini mei. hæc ergo ipsa quæ relecta sunt, audietes ex ore viri reueren. Eutyche, professi sumus. Et neq; additamentum, neq; ablationem aliquam fecimus. Constantinus monachus dixit: Aliud nihil audiuit? Magnific. Patricius dixit: Extra hæc, quæ confessus es, nihil aliud audisti? Theophilus vir reuer. presbyter dixit: Dicebat, quia & patrum expositiones sequor. Ista dixit. Magnific. Patricius ad monachos dixit: Quid amplius requiritis? Constantinus monachus & diaconus dixit: Supplicamus & dominum Mamam dicere. Magnific. Patricius dixit: Similiter & reuerend. Mamas, quæ cognoscit, profiteatur. Et antequam profiteretur, Eleusinius diaconus & monachus, dixit: Ipse confessus est, quoniam dicebat, & patrum expositiones sequor. Et non est insertum in gestis. Magnific. Patricius ad Theophilum dixit: Quare in gestis nullo modo cōtinetur, quod ab Eutyche dictum est, in tua professione, quam postea addidisti? Theophilus reuerend. presbyter dixit: Et alia dixit per vestigia vestra, quæ in memoria non habeo. Quæ autem in mentem venerūt, confessus sum. Magnific. Patricius dixit: Quare hoc in gestis illo tempore non inseruisti? Eleusinius monachus dixit: Certè superius dixit, neque additamentum, neque detractionem se fecisse. Theophilus presbyter dixit: Quæ audiui ex ore archimandritæ, hæc dixi. Si autem volunt, ut ampliora dicā, quæ non audiui ab eo? Quo dicente, magnific. Patricius dixit: Mamas presbyter (sicut dictum est) prosequatur. Mamas reueren. presbyter dixit: Relegatur per vestigia vestra professio, quæ tunc habita est, quoniam oblitus sum. Magnific. Patricius dixit: Voces illius ex gestis publicentur, ut relectis his, quæ se audisse cognoscit, dicat. Et per eundem

F dem

Plenè habetur istud supra, actione quinta Constantinopolitane synodi, recitatu in Chalcedonensi.

dem virum deuotum exceptorem ex gestis voces eius relecta sunt: Sanctiss. archieps dixit: Dic nobis cuius gratia. Et cetera. Quae postquam relecta sunt, Mamas presbyter dixit: Ita est per vestigia vestra. Haec professus sum, quae mihi relecta sunt, & nihil amplius profectus sum. Constantinus diaconus & monachus dixit: Arbitror, quia contraria sunt fibimet, quae dixit dominus presbyter, quantum ex relectis professionibus Theophili & Mamae. Magnific. Patricius dixit: Ne forte aliter habent gesta. Eleusinius monachus dixit: Non habent aliter per vestigia vestra. Magnific. Patricius dixit: Si quid aliud est, relegatur. Et per eundem virum deuotum exceptorem, relectum est: CONSTANTINOP. SYNODI ACTIONIS (VT VIDETVR) VII. ACTA, LECTA EPHESI, RELECTA CHALCEDONE. Congregato rursus sanctissimo & magno conuentu, propositis sacris ac venerabilibus euangelij, & presidente sancto archiepiscopo nostro Flauiano in secretario episcopij, diffinita dilatione, id est, secunda feria, quae est 22. mensis Nouembris. Et cetera. Et postquam relecta sunt, magnificentissimus Patricius dixit: Interlocutio mea posita est, continens, quoniam requisitio oblata est presbytero Eutyche, quae admodum credit, & quid dicit, vsq; hoc dixi. Addiderunt verò quod non est dictum, quod & infensatum est. Et nunc igitur interrogetur, cur nunc hoc dicens, primum aliter sapiebat. Et addidit: Quò hoc potui dicere, necdum aliquid reuer. archimandrita Eutyche dicere? Reuerendiss. episcopus huius gloriose ciuitatis, ad notarios dixit: Quae admodum haec, quae nunc est interlocutio magnific. Patricius, gestis inserta sunt? Aetius reuer. diaconus & notarius dixit: Habemus quid de his dicere. Reueren. episcopus huius gloriose ciuitatis, dixit: Quis vobis haec dictauit? Ego vobis aliquid addere dixi, aut à vobis, vel certe ab alijs haec audientes, fecistis? Aetius diac. dixit: Iam quasi peruersa sanctitas vestra, quae additamentum factum est, haec interrogat. Magnific. Patricius dixit: Relegantur sequentia. Similiter per eundem virum deuotum exceptorem relectum est. Eusebius episcopus dixit: Sicut & antea dixi, nullo mihi prauidicio generato ex moderna huius professione. Et cetera. Et postquam relectum est, Eleusinius diaconus dixit: Non sunt secundum ordinem posita. Prius libellum porrigebat, in quo fides trecentorum decem & octo patrum continebatur, sicut & in Epheso sanctus conuentus confirmauit. Et huc offerentem libellum non suscepit deo amatiss. episcopus. Sed & magnificentia vestra dicere, quoniam suscipi oportet, nec tunc auditus est. Reueren. archiepiscopus huius gloriose ciuitatis dixit: Et vnde hoc certum est, quia trecentorum decem & octo patrum fidem, illa chartula continebat? Eleusinius reuerend.

TOM. 2.

diaco. dixit: Oportuerat ergo suscipi etum. Eusebius reueren. episcopus Dorylei, dixit: Coniuro vos per sanctam & homouision Trinitatem, futuro conuentui secundum sanctionem Christi amicorum principum hoc negocium referuari, vt ibi cum omni diligentia ostendatur Eutyches iam abdicatus sicut haereticus, quia haeretica & sapiebat, & sapere non quiescit. Aetius reueren. diac. & not. dixit: Rogamus magnificentiam vestram & praesentem sanctum conuentum. Quo dicente, magnificent. Patricius dixit: Neque deo amatiss. archiepiscopus Flauianus de hoc ambigit, quoniam offerente libellum reuer. archimandrita Eutyche, noluit suscipere, sed vt per semetipsum responderet, interlocutus est. Reueren. episcopus Seleucus dixit: Anticipans reuer. diac. Eleusinius, dixit libellum obtulisse sancto conuentui reuer. archimandritam Eutychem, in quo dicebat expositionem fidei contineri. Quoniam verò ante paucos dies litera sanctiss. archiepiscopi Romanorum Leonis insinuatæ sunt nobis, continentes, quia accusauit reuer. archimandrita Eutyches, & appellauit in tempore examinationis vestram audientiam per dationem libelli, & ideò post damnationem eum archimandritam renominauerunt, quem admodum nunc stans & dicens de fide esse libellum, dicit illum quem tunc apud Romam sanctiss. episcopum appellationem eum nominauit. Et hinc doceri debetis, quoniam non in eisdem permanet reuer. archimandrita. Et postulo epistolam prolatam relegi. Magnific. Patricius dixit: Postquam quieuit conuentus reuer. episcoporum, obtulit mihi reuer. Eutyches exemplum libelli, quae dicebat se obtulisse sancto conuentui. Et cum legeret, idem vt exceptor subiunxit: Eutyches presbyter dixit: Ego non veni disputare, sed satisfacere sanctitati vestrae, quem admodum sapio. Scriptum autem est in hac charta, quem admodum credo, & iubete eam relegi. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Tu relege. Eutyches presbyter dixit: Non possum. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Quare? Tu non exposuisti? An alterius est haec expositio? Si tua, ipse relege. Eutyches presbyter dixit: Dictatio quidem mea est, dictatio verò haec, sanctorum patrum est. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Quorum patrum? Dic per te. Quid opus habes charta? Eutyches presbyter dixit: Ita credo, Adoro patrem cum filio, & filium cum patre, & spiritum sanctum cum patre & filio. Confiteor verò & incarnatam eius praesentiam factam ex carne virginis, & inhumanatum eum perfecte propter salutem nostram. Ita confiteor coram patre & filio & sancto spiritu & vestra sanctitate. Et postquam relecta sunt, Eleusinius diac. dixit: Vt coactus est per fidem confiteri, dicit quod stans in conspectu patris & filij & spiritus sancti, quae adorauit, & adoro, & adoraturus sum: quia ita sapio, quem admo-

admo-

admodum sancti patres treceti decem & octo sanxerunt, qui in Nicea, sed & sanctiss. conuentus confirmauit in Epheso, & haec in gestis inserta non sunt. Aetius diaconus & notarius dixit: Precamur sanctitatem vestram, sed & vestram magnificentiam, interrogationem adhiberi tunc praesentibus sanctiss. episcopis, qui & interlocuti sunt ea, quae produxit lingua ipsorum, & haec manu propria confirmauerunt, si ea, quae nunc ab his dicta sunt, eo tempore à reuer. Eutyche dicta sunt, & si aliquid immutatum est in his, quae gesta continent. Basilius episcopus dixit: Vt verè dicam, ego memoria eorum diligenter non habeo. Seleucus episcopus dixit: Relegantur mihi voces, quibus reuer. diaconus Eleusinius ministravit. Et cum de tabulis voces Eleusini relegerentur, Seleucus reuer. episcopus dixit: Neque ego commemoror haec dicta à reuer. archimandrita Eutyche. Tryphon episcopus dixit: Sicut sub Dei veritate, sicut in gestis continetur, ita haec locutus est ille. Longinus episcopus dixit: Sicut gesta relecta continent, ita & ego commemoror Eutychem archimandritam dixisse. Quod autem dicitur modò ab Eleusinio reuerendissimo, quoniam dixit, vt treceti decem & octo, qui in Nicea & Epheso confirmauerunt, ita ab eo ostenditur, & ex vltimis, vbi noluit confiteri Dominum nostrum Iesum Christum consubstantialem nobis secundum carnem factum, & sicut coram Deo ita haec dico. Meliphthongus reuer. episcopus dixit: Vt coram Deo dico, quia nihil aliter comperi tunc factum, quae nunc relectum est. Quod verò dixit diaconus Eleusinius, quia tales emisit voces Eutyches, ipse scit, qui corda hominum scrutatur Deus, quia non audiui, non commemoror. Iulianus reueren. episcopus dixit: Et ante verba mea arguet & infidelitatem Eutyche gestorum series. Nos enim ea, quae nunc professa sunt ab Eleusinio diacono, ignoramus. Neque enim aliquid tale dictum est ab Eutyche. Paulus reuer. episcopus dixit: In veritate dico, quasi nouam sum audiens vocem, cum haec ab Eleusinio diacono audio. Scio autem quia, quae continentur in gestis, vera sunt omnia, & neque vel vnus syllabam aut additionem est, aut detractio. Eudoxius reuer. episcopus dixit: Coram Deo dico, obstupesco nunc audiens haec ab Eleusinio diacono. Tunc enim non est dictum tale aliquid à reueren. archimand. Eutyche, sed tantum quae gestis inserta sunt. Eustochius reuer. episcopus dixit: Sicut coram Deo, quae dixerunt, qui ante me sunt, haec & ego dico. Quoniam illa tantum scio, quae gestis inserta sunt. Timotheus reueren. episcopus dixit: Quia audiui dicentem ea, quoniam ita credo, sicut patres nostri. Scit tamen & vestra magnificentia, quia siue sursum, siue deorsum, audiui eum dicentem, ita sapio, sicut patres nostri. Valerianus reueren. episcopus dixit: Haec &

TOM. 2.

ego dico. Sabas reueren. episcopus dixit: Testis mihi est Deus, cui in die iudicij pro his ipsis reddituri sumus rationem, quoniam quae in gestis inserta sunt, haec locutus est archimand. Et laboraui ego, supplicans ei, vt confiteretur consubstantialem nobis, & nullo modo eum persuadere potui. Secundinus reueren. episcopus dixit: Extra ea, quae gestis inserta sunt, nihil audiui, nihil dictum est. Aurelius reueren. episcopus dixit: Haec quae nunc nobis relecta sunt, prius & illo tempore ab archimand. dicta esse commemoror. Constantinus diaconus dixit: Rogo sanctum conuentum vestrum, interrogari dominum episcopum Basilium, quid est quod dixit, quando dominus Eusebius episcopus insurrexit contra eum, & obiurgauit sicut coram Deo? Quid est quod dixit? Surrexit dicens, quoniam libellos contra eum daturus sum. Et ita cum corripuit. Magnific. Patricius dixit: Interim acquiesce fieri lectionem. Et si inferius haec non continetur, tunc istis allegationibus vttere. Et per eundem virum deuotum exceptorem relectum est: Sanctissimus archiepiscopus dixit: Confiteris consubstantialem patri secundum Deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem eundem vnum filium? Et cetera. Et postquam relecta sunt, Constantinus diac. dixit: Quando dixit archimand. vnam naturam, tunc dominus episcopus ita dixit. Quo dicere, Eleusinius diac. dixit: Sicut coram Deo. Nunquid anathematizatus est tunc à religiofitate vestra, quae dicit, exurgens sancta synodus anathematizauit eum? Magnific. Patricius dixit: Tunc nihil tale dictum est? Seleucus reuer. episcopus dixit: Ego non audiui. Iulianus reuer. episcopus dixit: Verè hoc nec ego audiui. Basilius reuer. episcopus dixit: Verè frater, ex lingua mea talis vox non est egressa. Meliphthongus reuer. episcopus dixit: Ego in illa hora à quibusdam iniuriatus sum, tanquam indignus conuentui, quae dilationem clamaui, & nescio. Sabas reuer. episcopus dixit: Ante iudices quando introierit martyr ad martyrrium, & loqui non poterit, annuit capite suo, & habet coronam martyrrium. Omnes ergo nos subscribentes manibus nostris, quae & confessi sumus scriptis, quomodo negare possumus? Tryphon reuer. episcopus dixit: Sicut semel impia eo verba locuto, & extra expositionem sanctorum patrum trecentorum decem & octo, & S. Ephesinae synodi, omnes anathematizauerunt eum praesentes clerici. Aetius diac. & notarius dixit: In talibus sanctissimis concilijs contingit ratio & scilicet.

F 2 Deo

Locus ob-

1. Par. 28. b
Rom. 8. c

Hic locus est vbi anathematissimus dicitur Eutyche ab aliquibus negabatur.

Optima ratio & scilicet.

Deo amantissimi episcopi, & consonauerunt, & acclamauerunt tunc sanctissimi clerici, petimus nullatenus hanc vocem excludi, aut submoueri de gestis, quonia videtur omnes sancti episcopi subscripsisse. Quo dicente, Magnific. Patricius dixit: Quæ vnusquisque professus est, firma sunt. Quæ veritas continet, nullatenus dubitantur. Aëtius diaconus & notarius dixit: Rogamus de hoc professionem nunc reuer. episcopi Sabæ, & reuer. episcopi Tryphonis fieri manifestâ præsentis sanctitate vestra, sed & Pauli reuer. episcopi. Magnific. Patricius dixit: Manifesta sunt, gestis in scripta sunt. Vnde reliqua relegantur. Similiter per eundem virum deuotum exceptorẽ relectum est: Et post hæc sanctiss. archiepiscopus dixit: Dicat sanctus cõuentus, quid meretur præsens, neq; apertè rectâ fidem confitens, neq; volens doctrinæ præsentis sancti concilij consentire, sed permanes in peruersa ac maligna sua sententia. Deo amantiss. episcopus Seleucus dixit: Dignus est iste quidẽ damnari. In humanitate autẽ sola vestre sanctitatis positum est. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Siquidem confitens proprium peccatum, ac quicquid sit condemnare suam doctrinam, & consentiret nobis, sequentibus traditiones sanctorum patrum, consequenter dignus erat venia. Sed quoniam permanet in malignitate sua, subiacebit canonũ vindictis. Eutyches presbyter dixit: Dico quidẽ ista, quoniam & vos nunc iussistis, non autẽ anathematizo. Quod enim dico, cum veritate dico. Magnificentiss. & gloriosissimus ex præfectis & consulibus & Patricius Florentius, dixit: Duas naturas dicis, & consubstantialem nobis? dic. Et postquam recitatum est, magnificentissimus Patricius dixit: Quod dixi, dic, non quasi interloquẽs dixi, sed exhortans eum, vt consentiret his, quæ à sancta synodo dicebantur. Constantinus diaconus dixit: Propter quæ damnatus est archimandrita? Nonne quia religiosissimus & sanctissimus archiepiscopus noster interrogabat eum, dicis duas naturas post adunationem, & anathematizas eos, qui nõ dicunt? Et quoniam nõ acquieuit anathematizare, pro hoc condemnatus est, & voces eius nõ continentur in gestis. Magnific. Patricius dixit: Reliqua relegantur, vt si nullatenus in gestis posita sunt, quæ Constantinus confirmauit, sciamus. Statim simul per eundẽ deuotissimum exceptorem recitatum est: Eutyches presbyter dixit: Ego legi scripta beati Cyrilli & sanctorum patrum & sancti Athanasij, quoniam ex duabus quidẽ naturis dixerunt ante adunationem, post adunationẽ verò & incarnationem, iam non dixerunt duas naturas, sed vnã. Magnificentissimus & gloriosissimus ex præfectis & consulibus & Patricius Florentius, dixit: Confiteris duas naturas post adunationem? dic. Si non dixeris, damnaberis. Et cum recitarentur, magnifi-

TOM. 2.

centissimus Patricius dixit: Istud, dic, si non dixeris, damnaberis: non quasi interloquẽs dixi, sed quia videbam instantes ei omnes, hortabar eum consentire. Similiter & per eundem virum deuotum exceptorem relectum est: Eutyches presbyter dixit: Legi iubete sancti Athanasij scripta, vt aduertatis, quoniam nihil tale dicit. Deo amantissimus Basilius dixit: Si non duas naturas & post adunationem dicis, commixtionem quandam & confusionem dicis. Magnificentissimus & gloriosissimus Patricius Florentius dixit: Qui non dicit, ex duabus naturis, & duas naturas, non credit recidẽ. Et cum legerentur, magnificentissimus Patricius dixit: Hanc interlocutionem non dixi. Neq; enim idoneus eram dicere. Religiosissimus & gloriosissimus episcopus huius gloriose ciuitatis, dixit: Quæ dicuntur non fuisse tunc dicta, gestorum tamen serie continentur, Annotate vos notarij. Contra vos enim de hoc certamen est, & opportuno tempore requirenda sunt hæc diligentius. Aëtius diaconus & notarius dixit: Nunc est tempus, & conuinci, & non conuinci. Hic etenim sunt & præsentis sanctissimi episcopi, qui & audierunt. Sed & magnitudo ipsorum audiuit sæpè gesta, & his etiã qui in præcellis dignitatibus sunt, præsentibus & multis sanctissimis episcopis. Et nunquid magnificentia ipsorum nos vnquam reprehendit? Quo dicente, magnificentissimus Patricius dixit: Quando enim mihi relecta sunt gesta, vt quid reprehenderem? quippe dum quærenti mihi relegere, non dederunt. Aëtius diaconus & notarius dixit: Nemo nobis dixit. Similiter per eundem virum deuotum exceptorem relectum est: Exurgens sancta synodus, exclamauit: Ex necessitate fides non est Multi anni Imperatorum catholicorum, Imperatorum multi anni, Fides vestra semper vincit. Non consentit. Quid illi persuades? Et postquam relectum est, reuerendissimus diaconus Constantinus dixit: Hæc synodus dixit. Aëtius reuerendissimus diaconus dixit: Interrogetur sancta synodus. Sabas reuerendissimus episcopus dixit: In omnibus ecclesijs anathematizatus est, & in vno angulo non habuit anathematizari? Tryphon reuerendissimus episcopus dixit: Et ego hæc eadem dico. Constantinus reuerendissimus diaconus dixit: Propter quid damnatus est archimandrita? Vox non est posita. Dominus enim archiepiscopus noster exegit eum, dicens, quoniam dic duas naturas post adunationem, & anathematiza eos, qui non dicunt. Et quoniam noluit anathematizare, dicens, Væ mihi est, si sanctos patres anathematizauero, tunc fecit damnationem eius, & hæc vox non est posita. Et tunc relectum est. Et Dominus Basilius episcopus nouit, quando interrogatus est archimandrita, quia dicis duas naturas? dixit:

dixit: Ego vnã confiteor. Et subiunxit mox dominus Basilius episcopus, dicens, quia & à sancto Athanasio dictum est, vna natura Dei verbi incarnati. Et nec hoc positum est. Sed & Dominus episcopus Seleucus interlocutus est, quia relegatur confessiones nostræ: & si consentit his archimandrita, videamus. Et iubente domino archiepiscopo nostro relegi, surrexit subito religiosus presbyter Asterius, & damnationem relegit. Et hoc non est positum. Magnificentissimus Patricius dixit: Iuxta me sedens religiosissimus Seleucus, dixit: Iubeat sanctitas vestra expositiones nostrum omnium, quas de fide fecimus, relegi, & dicere virum Eutychem, si consentit eis. His ita dictis, dixi sancto episcopo Flauiano, vt præciperet fieri lectionẽ. Et interlocutus est relegi debere expositiones. Et nihil ex his factum est, sed subito damnationes relectæ. Sciunt autem hoc & Deo amantissimi episcopi Seleucus & Basilius. Seleucus reuerendissimus episcopus dixit: Memini me interlocutum. Basilius reuerendissimus episcopus dixit: Sicut in veritate dico, ipsa verba quæ tunc interlocutus sum, rememorari non possum, quia & multum tempus transtulit. Domino autem & concilio dicente, dicis cognosci duas naturas in Domino Deitate & humanitatem, archimandrita autem dicente, ex duabus quidem naturis dico dominum nostrum Iesum Christum ante adunationem: post autẽ vnitionem, vnã dico naturam: scio & ego talem me quandam sententiam protulisse, si ex duabus naturis dicis ante vnitionem, post vnitionem autem vnã dixeris absolutè, confusionem putaberis inducere & commixtionem. Post hæc autem scio, quia conuersus sum, & dicens in mente mea, qualẽ scit Christus, quippe & dominum archiepiscopum placans, & ipsum archimandritam trahens sensim, vt consentiret nobis, dixi: Si autẽ dixeris vnã naturam, Dei verbi incarnatam & humanatam, eadem dicis nobis & patribus. Manifestum est enim, quod aliud quidẽ est quiddam Deitas, quæ ex patre est: aliud verò quiddam caro, quæ ex matre est, qua se incarnauit. Aëtius diaconus & notarius dixit: Multa sæpius tanquã in colloctione communi, & in parte concilij in conuentu, à præsentibus sanctissimis episcopis dicuntur, quæ scribi non præcipiuntur. Longinus reueren. episcopus dixit: Et dictum est, & positum est, & relectum est. Constantinus religiosus diaconus dixit: Quia damnatio, quæ relecta est, non eadẽ hora dictata est, sed anteq; veniret archimandrita, in episcopio dictata est. Aëtius diaconus & notarius dixit: Precamur, confiteri eum, vnde hæc didicit, & ostendere, si vera sunt quæ dicit. Seleucus episcopus dixit: Si quidem nunc regulariter esset inquisitio faciendã, aptum erat religiosiss. diacono. Constantino accusare sententiam & nos & nota-

TOM. 2.

rios, & debere nos de hac purificare. Quoniam verò nunc iussit pijs. noster Imperator fieri inquisitionem, si falsata sunt gesta, nõ arbitror non conuenire de hoc loqui. Constantinus reuerend. diaconus dixit: Hæc in gestis non iacent. Basilius reuer. episcopus dixit: Quoniam commemorauit meam religiosus diaconus. Constantinus vocem, nõ fortè negans, nõ eam propriã animam: propter hoc dixit, hæc autem dixi tunc disputans, non diffinens. Vnde & reue. episcopus Eusebius suspirans, quia archimandritæ suaderẽ, visus est exasperari contra me. Aëtius diaconus & notarius dixit: Supplicamus etiã sanctiss. episcopum Seleucum dicere, si ea, quæ dixit se tunc interlocutum, quia oportet legi professiones, ista sic dicta sunt, vt gestis infererentur. Magnificentiss. Patricius dixit: Quid enim dicebat S. episcopus Seleucus, vel alter aliquis, quæ deberent scribi, quæ autẽ non? Aëtius diaconus & notarius dixit: Quoniam audiuius ab ipso dictum, Dignemini. Quo dicente, Constantinus reuer. diaconus dixit: Archimandrita audiuit, & vos non audistis? Seleucus reuer. episcopus dixit: In mente habeo, tales me dixisse voces. Euenit tamen, excrecente tumultu, vocẽ meã omninò non scribi. Constantinus reuer. diaconus dixit: Etiã dixi, quia dominus archiepiscopus noster interrogauit archimandritam: dicis duas naturas post adunationem, & anathematizas eos, qui nõ dicunt duas naturas? Et hic sermo nõ est insertus in gestis. Pro his enim & damnatũ est, quia eos, qui post vnitionem duas naturas negant, anathematizare noluit. Reuer. episcopus Thalassius dixit: Audiuit sancta synodus ea, quæ dicta sunt à Constantino reue. diaconus. Dignetur ergò sancta synodus, si scit hæc dixisse Deo amantiss. & sanctiss. archiepiscopum Flauianum, facere manifesta præfenti conuentui. Basilius reuerend. episcopus dixit: Quia Eusebius reueren. episcopus dixit, & semel & secundo accusauit eum tanquam non dicentem duas naturas post adunationem, recolimus: & quoniam ipse dixit, quia audis quid tibi dicit, & quid tibi proponit, quid dicis ad hæc? reminiscimur. Constantinus reueren. diaconus dixit: Ipsos ergò sermones à domino nostro archiepiscopo non audisti? Basilius reueren. episcopus dixit: In principio quartæ examinationis & reueren. Eusebius episcopus dixit ad monachum: dicis duas naturas post adunationem, & consubstantialem nobis Dominum nostrum Iesum Christum secundum carnem? Et dixit: Anathematizas eos, qui non ita sapiunt? Et dominus archiepiscopus obtulit ei interrogationem: Si dicis hæc, quæ proponit ei accusator? In postremis autem turba maxima facta, verè nõ recordor, si talem ei episcopus sanctiss. fecerit obiectionem. Constantinus reuer. diaconus dixit: Hoc rogo sanctum conuentum vestrũ. Audistis à domino meo archie-

F 3 piscopo

piscopo dicente, quia dicis duas naturas? Quo dicente, Seleucus reuerend. episcopus dixit: Quoniam quidem dictum est in interrogatione, siue à Deo amantissimo Eusebio, siue à Deo amantiss. & sanctiss. nostro archiepiscopo Flauiano dictum est. Quali autè tempore dictum est, non recordor, de duabus naturis. Magnific. Patricius dixit: Recolo & ego, tunc quia dictum est hoc à sanctiss. episcopo, quia cõfiteris duas naturas & post adunationem? Et respondit ille, dicens: Quoniam codex est sancti Athanasij, & aliorum episcoporum, qui non habet ita, & piget me dicere. Aëtius religiosus diac. & notarius dixit: Talis interrogatio à Deo amantiss. episcopo Eusebio, dum gesta fierent, dicta est. Timotheus episcopus dixit: Ita audiuì, quomodò reuer. episcopus dixit: Dum turba esset, non recolo, à quo dicta est. Eudoxius reueren. episcopus dixit: Recordor quidem sanctissimum episcopum Eusebium dixisse, & archiepiscopum consentiẽtem ei, & compellentem archimandritam consentire his, quæ ab Eusebio dicebantur. Longinus reueren. episcopus dixit: Coram Domino dico, quia ista non possum rememorari, quia confusio iam orta erat: & quæ antè agebantur, nos qui retrò eramus, non cognouimus. Sabas reuerend. episcopus dixit: Recordor ego, quia dixi ad ipsum archimandritam, quia nisi confitearis ex duabus naturis vnum unigenitum, aut dispensationem negas, aut Deitatem. Constantinus reuer. diac. dixit: Eutyche, dũ legeretur damnatio, appellauit sanctum concilium episcopi Romani, & Alexandrini, & Hierosolymitani, & Thessalonicensis. Et hæc in gestis nõ sunt inserta. Magnificentissimus Patricius dixit: turba facta & dissoluto conuentu, dixit ad me silenter, appellans Romanũ, & Aegyptium, & Hierosolymitanum concilium. Et ego arbitratu indecens esse, latere hoc sanctissimum & reuerendiss. archiepiscopum Flauianum, ascendens, dixi ei. Basilius reuerẽ. episcopus dixit: Iam in veritate dico. Adhuc ipso conuentu sedente, & proponẽte sancta synodo, vt diceret iste duas naturas inseparabiles & inconfusas in vno Domino, & post adunationem, scio quia dixit religiosus archimandrita Eutyche: Si præceperint mihi patres Romanus & Alexandrinus, dico hoc ipsum. Hoc autem non quasi appellans, dixit, sed dicens, non sum ausus dicere propter patres. Sanctiss. archiepiscopus huius gloriosę ciuitatis, dixit: Non audiui ego ab illo, sed à viro magnificentissimo & gloriosissimo exconsule & Patricio, ascendente me in hospitium in hospitiõ

for. *ad me
in hospitiõ

Magnificentissimus Patricius dixit: Si cognouerunt appellantem virum religiosum monachum ceteri sanctissimi episcopi, dicant. Iulianus reuerẽ. episcopus dixit: Co-

TOM. 2.

ram Deo dico. Nihil tale ab Eutyche monacho audiui in confesso. Seleucus reuerend. episcopus dixit: Dum esset concilium, & interrogatio proueniret, nihil tale cognouimus dictum ab archimandrita Eutyche. De appellatione à reuerend. episcopis dictum est, & nos eadem confitemur. Similiter per eundem deuotissimum exceptorem relectum est. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Per omnia apparet Eutyche quondam presbyter & archimandrita, tam ex his, quæ antè acta sunt, & proprijs eius confessionibus, Valentini & Apollinaris ægotare perfidia, & eorum blasphemias incommutabiliter sequi. Qui nec nostram reuerens persuasionẽ & doctrinam, relictis noluit consentire dogmatibus. Vndè lachrymantes & gementes propter perfectam eius perditionem, decreuimus, per Dominum nostrum Iesum Christum ab eo blasphematum, extraneum eum esse ab omni officio sacerdotali, & à nostra communione, & primatu monasterij, scientibus illud omnibus, qui postea cum eo colloquuntur, & ad eum cõuenerint, quoniam rei erunt & ipsi pena excommunicationis, sicut qui non declinauerunt confabulationes eius. Subscriptiones: Flauianus episcopus Constantinopolitane Romæ, iudicans subscripsi. Et reliqui omnes episcopi subscripserunt & archimandrita. Magnific. Patricius dixit: Omnia referantur ad cognitionẽ clementiæ Imperialis. Aëtius reueren. diac. dixit: Vique ad præsens approbauimus nosmetipsos, in quibus potuimus, & quia sæpè lectione facta nemo nos reprehendit: quoniam verò ante multum tempus, dum chartæ prius apud nos essent, Asterius, qui nobiscum est presbyter, & notarius nobiscum constitutus, & agens, descendit, & omnes chartas nostras abstulit & schedas authenticas, & est duorum aut trium mensium tempus, & nihil ex his habemus. Si ergò in posterum aliquid aut mouetur, aut agitur, aut dicitur de præsentis negotio, nos liberos esse decet.

Florentius magnificentissimus ex præfectis vrbis prætoriorum sexiẽs, & ex consule Patricius, dixit: Et hoc præsentibus inseratur monumentis, vt ad imperialem veniat notionẽ. CONSTANTINOPOLI ACTA, LECTA EPHESI, RELECTA CHALCEDONE. Consulatu Flauij Protogenis viri clarissimi, & qui fuerit nunciatus, sub die v. Kalen. Maij, in Cõstantinopoli, ex sacra iussioe cognoscẽte Martiali magnificentissimo comite & magistro sacrorum officiorum, præsentem Castorio viro spectabili sacrarumque cognitionum, ingressis Macedonio viro spectabili, tribuno, notario & referendario, & magno viro deuoto Silentario cum Constantino reueren. monacho & diacono, Constantinus reueren. diac. dixit: Preces obtulit Eutyche archimandrita pijssimo

Eutyche
condemna-
tio.

pijssimo dño nostro certa cõtinentes, & has eius pietas subnotauit. Suscepit verò eas vir spectabilis tribunus & referendarius. Supplicio, vt hæc eadem ipse profiteatur, & preces relegantur, & quæ eius pietati placuerunt, manifesta fiãt. Flauius Ariouindus Martialis magnificentissimus comes, & magister sacrorum officiorum, dixit: Quæ diffiniuit principalis clementia, per virum spectabile, tribunum, notarium & referendarium, nostris mentibus intimentur. Macedonius reuerend. tribunus, & notarius referendarius, dixit: Eutyche archimandrita, oblati precibus principali serenitati, certa quædam edocuit, & dignata est præcipere eius tranquillitas in iudicio vestræ magnificentiæ, relectis precibus, magnum virum deuotum Silentiarium p̄teriti, quid in eo negotio subsecutum esse cognoscit. Magnificentissimus comes & magister sacrorum officiorum, dixit: Preces, quæ à reuerend. Eutyche presbytero inuicentissimis principib' porrectæ sunt susceptæ, lectione pandantur. Et per Euthium virum deuotum exceptorem sacri scrinij libellorũ, sacrarumq; cognitionum, relectæ sunt: Pijssimis & fidelissimis ac Christi amatoribus principibus nostris Flauio Theodosio & Valentiniano perpetuis Augustis, ab Eutyche archimandrita. Vestra pietas superius & à principio non ignorans circa rectam fidem, religionem mundam & irreprehensibilem fidem meam, pro calumnia mihi composita, & meditati in insidijs ab Eusebio episcopo Dorylei, quasi rectè non sapiam, sancire dignata est, ingrediente me in conciliũ, adesse mihi virũ laudabilem magnũ Silentiarium custodia causa. Qui vadens ad episcopium, & p̄sentiam meam nuncians, quædam audiuit à religiosissimo episcopo Flauiano de dãnatione mea, & vidit. Precor igitur vestrã tranquillitatẽ, dignetur sancire apud quem placuerit vestræ pietati, eundem virum mirandissimum laudabilem magnum Silentiarium cum veritate scriptis profiteri ea, quæ audiuit (vt superius dixi) & vidit, quò his imperatris, solitas orationes Deo semper pro vestra salute referam, pijssimi & fidelissimi Imperatores. Magnificentissimus comes & magister sacrorum officiorum, dixit: Sacra subnotatio recitetur. Et per eundem virum deuorum exceptorem relecta est: Profiteatur vir deuotus Silentarius omnia, quæ super hoc negotio subsecuta cognouit. Magnificentissimus comes & magist. sac. offic. dixit: Necessarium est, quæ sanxit clementia principalis, effectui mancipari. Vndè vener. magnus Silentarius, si qua cognouit, secundum sacram præceptionem profiteatur. Magnus deuotissimus Silentarius dixit: Sæpè directus sum à sacratissimo & pijssimo domino nostro ad archiepiscopum Flauianũ, vt adesset magnificentiss. & gloriosiss. ex præfectis & consulibus & patricijs Florentius

mirandissimum
Sententia
Theodosij
pro Eutyche
cõtra S.
Flauianum
data, quæ
vno teste
tam causam
examinari
assenfit, atq;
subscripsit.

TOM. 2.

synodo, quæ futura erat in episcopio Constantinopolitane huius regiæ ciuitatis, & distulit archiepiscopũ, dicens: Quia nõ oportet hęc fatigari eundem virum magnificentissimum & gloriosissimum ex præfectis & consulibus & patricium Florentium, quia iam de hoc forma data est, & damnatus est Eutyche monachus, quoniam secundò vocatus, non obediuit. Postmodum verò obtulerunt mihi chartam quandam, habentem damnationem eius. Magnificentissimus comes & magistratus sacrorum officiorũ, dixit: Prosecutio magni viri deuoti Silentarij monumentis publicis inseratur. Constantinus diaconus & monachus dixit: Postulo & hoc, vt profiteatur Dominus magnus Silentarius, quia ante synodum damnatio facta est. Magnificentissimus comes & magistratus sacrorum officiorum, dixit: Quæ cognoscit, profiteatur. Magnus deuotus Silentarius dixit: Et prius dixi, eò quod ante synodum damnationem Eutyche mihi ostenderunt. Magnificentissimus comes & magistratus sacrorum officiorum, dixit: Et hæc professio gestis inseratur. Constantinus monachus & diaconus dixit: Precor & hoc, vt reuerend. tribunus & referendarius prosequat ea, quæ audiuit ab Asterio viro reuerendo presbytero & monacho. Magnificentissimus comes & magistratus sacrorum officiorũ, dixit: Quantis in precibus hæc petitionis pars minime contineatur, attamen propria voluntate, si voluerit reuerend. tribunus, notarius & referendarius, quæ cognouit, profiteatur. Macedonius reuerend. tribunus, notarius & referendarius, dixit: Ante hoc sacratiss. & pijssimus noster Imperator præcepit colligi tam episcopos, quàm magnificentissimum & gloriosissimum ex præfectis & consulibus & patricium Florentium, precibus datis ab Eutyche reuerend. archimandrita, & accusata gesta quæ acta sunt, tanquàm malignè à notarijs immutata, & certa subsecuta sunt in facta synodo. Cũ verò recederem, obuius mihi factus est Asterius presbyter & notarius, cõiurans me audire ab ipso, quæ volebat effari. Accusabat autem reuerendissimum Abraamium & notarios, tanquàm immutantes in gestis quædam capitula. Et quia necessitatem habet, ipse metuens huiusmodi malignitatem, illos quidem ostenderet alia, sed sine eius scientia, cõmississe. Flauius Ariouindus Martialis vir magnificus, comes & magistratus, dixit: Et hæc similiter professio gestis inseratur. Edantur. Flauius Charisius venerabilis comes & proximus sacri scrinij, libellorum sacrarumq; cognitionum gesta edi præcepi. Flauius Euthius vir deuotus, exceptor sacri scrinij, libellorũ sacrarumq; cognitionum gesta edidi. Basilius episcopus Seleucię Isauriæ, dixit: Consentio fidei sanctorũ patrũ, qui in Nicea fuerunt, & qui in Epheso eadẽ iterum confirmauerunt. Eos

F 4 verò,

*substitentia

verò, qui contraria sentiunt in aliquo, vel his quæ in Nicea, vel his quæ in Epheso ordinata sunt, auerſor, anathematizans diuidentes post vnitionem in duas naturas, vel substantias vel personas vnum Dominum nostrum Iesum Christum, accusans & reprehendens propriam vocem, quam de duabus naturis professus sum, in gestis habitis apud regiam ciuitatem, & adoro vnâ naturâ deitatis vni-geniti inhumanati & incarnati. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Basilius reuerend. episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Nô vtoralis testibus. Per beatum Ioannem episcopum rogauit emendari interloquutionem meam, timens ac metuens te reuerend. Dioscorum. Magnam enim nobis necessitatem imposuisti tunc, tam quidem ab his qui foris erant, q̄ ex lingua tua. Irruebant enim in ecclesiam milites cum armis, instabant monachi, qui cum Barsuma, & qui Parabolani nuncupantur, & multitudo alia grandis. Coniuretur omnes. Coniuretur Aunoxius episcopus Aegyptius, coniuretur Athanasius, quia dicebâ, Noli dñe, soluisſi totius orbis opinionem. Dioscorus reuer. episcopus Alexandriæ, dixit: Ego te coëgi? Basilius reuer. episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: In tale nos homicidium tu cõpulsisti per minas multitudinis post dånatione beatiss. Flauiani. Conijcite, quantam tunc intulit violentiam, omnium rerum potestatem adeptus & iudicij, quum etiã & nunc omne conturbet concilium. Sex illi tantum relicti sunt, & omnes nos cõturbat. Dioscorus reuerend. episcopus Alexandriæ, dixit: Et meus notarius Demetrianus parat⁹ est approbare, quia clam ab ipso rogatus est vocem suam immutare. Basilius reuerend. Episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Precor magnificentiam vestrã, singulos metropolitanos episcopos & Lyconia & Phrygiæ, & Pergensem, & ceteros venire huc, & presentibus sacrosanctis euãgelij dicere, si non post damnationem beati Flauiani omnibus nobis tristibus effectis, & aliquantis quidem nolentibus emittere vocem, aliquantis autem fugientibus, exurgens ipse, & itans in alto, designabat, & dicebat: Videte, q̄ nô vult subscribere ad me, abeat. Coniuretur dominus Eusebius, nisi periclitatus sit ipse damnare, quia parum distulit vocem. Dioscorus reuer. id. episcopus Alexandriæ, dixit: Necdum disceptatis his, quæ contra Flauianum agebantur, vocem suam reprehendit, & rogauit auferri. Basilius reuerend. episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Quicquid professus est contra me, iubete manifestum mihi fieri, vt aduersus eum respondeam. Onesiphorus reuerend. episcopus Iconij, dixit: Postq̄ lecta sunt hæc omnia, quæ nup̄ relecta sunt, regula legebatur, in qua cõtinebatur, nullum debere iam de fide q̄rere aliquid, neq; episcopum, neq; clericum, alioquin esse eum condemnatum.

T O M. 2.

Si autem laicus est, vt excommunicatus existeret. Dico his, qui iuxta me confidebant, episcopis sub silentio: Regula ista propter nihil aliud legitur, nisi vt Flauianus dānetur episcopus. Erat autem mecum Episcopus Synnadæ Marinianus reuerend. & Pergensis dominus Epiphani⁹. Dicit mihi Perge: Absit. Sed si aliqua fortè indignatio procedat, contra Eusebium utiq; futura est. Nam contra Flauianum nemo erit infans, vt frustra tale aliquid faciat. Post lectam hanc regulam, confestim dicit: Da hęc notarios. Et allata & relecta est damnatio beatiss. Flauiani. Tollens ergò ego alios episcopos, surrexi, & tenui genua ipsius, dicens: Noli peruestigia reuerentiæ vestræ. Nihil dignum dånatione egit. Si autem & reprehensione dign⁹ est, reprehendatur. Et exurgens de throno, stans super scabellum suum, dixit: Seditio-nem mihi mouetis? Da comites. Et ita timētes, subscripsimus.

Dioscorus reuerend. episcopus Alexandriæ, dixit: Mentitur. Pœnas sustineat. Non dixi, da comites. Da, qui dicant. Et exurgenti Mariniano reuer. episcopo Synnadæ, dixit ad eum Dioscorus reuerend. episcopus: Interminatus dixi, adduc comites intus? Marinianus reuer. episcopus Synnadæ, dixit: Dum vellet proferre sententiã, surrexi ego, & dominus Onesiphorus, & dñs Nunechius Laodiceñ, & alij, & tenuimus pedes eius, dicentes: Quia & tu presbyteros habes, nô debet propter presbyterum damnari dominus episcopus. Deindè ipse dicit: Etiam si lingua mihi præcidatur, aliam vocem nô emitto. Sic corruit multitudo, & permanebamus nos, tenentes genua eius, & rogates eum. Et tunc emiit hanc vocem: Vbi sunt comites? Amas veritatem dico. Ingressi sunt comites, introduxerunt proconiualem cum multitudine magna & catenis. Post hoc vnusquisq; nostrum subscripsit. Dioscor⁹ reuer. episcopus dixit: Non erant decem, aut viginti, aut triginta, aut centum soli ex ipsis. ego adduco testes, quia ex ijs quæ dixit, nihil verū est. Quoniam verò laborauit magnificentia vestra, si placet, differatur: & iterum quicquid tractaueritis, facimus. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Cætera relegantur. Beronicianus secretarius sacri cõsistorij, ex eadem scheda recitauit: ΕΡΗΣΤΑ C T A. Seleucus Episcopus dixit: Congruo & cõsentio ijs, q̄ in Nicea à sanctis patribus exposita sunt, & in Epheso cõfirmata sunt. Et rephendo vocē meã quã dixi in gloriosissima Cõstantinopoli, habentem, quia oportet in duabus naturis dñm nostrum Iesum Christū post adunatiõem p̄dicari, anathematizans eos, qui in duas naturas, vel in duas substantias, aut in duas p̄sonas post adunatione diuidit dñm nrm Iesum Chm, & alienos arbitrator ab ecclesiastica cõmuniõe. Eutyche archimandrita dixit: Peruidet & vestra

Superbia
Dioscori.

vestra reuerentiã, quia relectorum actio ostēdit, gesta priora esse falsata. Habemus verò & nunc professionem viri laudabilis magni Silentiarij, factam sub viro magnifico magistro, & postulamus hæc relegi. Flauianus episcopus Cõstantinopolitanæ vr̄bis, dixit: Falsa sunt. Dioscorus episcopus Alexandriæ, dixit: Si quid scit Deo amantiss. episcopus Flauianus suæ opinioni congruum, in scriptis dicat. Flauianus episcopus Cõstantinopolitanæ vr̄bis, dixit: Occlusisti mihi om̄em iustam allegationem. Dioscorus episcopus Alexandriæ, dixit: Scit præfens sancta synodus, si tibi aliqd̄ occlusi. Si quid ergò scis congruū tibi, dic. Flauianus episcopus Cõstantinopolitanæ vr̄bis, dixit: Non mihi permissum est loqui. Dioscorus episcopus Alexandriæ, dixit: Nemo te phibuit. Scit & hæc sancta synodus. Flauianus Cõstantinopolitanæ vr̄bis episcopus, dixit: Secunda acta nihil habent falsum, scit & dominus Thalassius, & dominus Eusebius. Thalassius episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Nemo prohibuit loqui sanctitatē vestram. Si quid ergò tibi speras congruere, dic. Dioscorus episcopus Alexandriæ, dixit: Domine Eusebi, dicas, phibui eum loqui? Eusebius episcopus Ancyre Galatiæ, dixit: Sicut nouit Deus, optamus te loqui. Iuuenalis episcopus Hierosolymæ, dixit: Sed & nunc, quicquid vult, dicat. Flauianus Episcopus Cõstantinopolis, dixit: Coram domino Thalasio & dño Eusebio, p̄sente etiã magno Silentiario, gesta facta sunt, & examinata sunt, & nihil tale approbatum est. Singuli, qui tunc præfentes fuerunt episcopi, vt coram Deo, quæ audierunt, dixerunt: & nihil falsi dictum est. Dioscor⁹ episcopus Alexandriæ, dixit: Dñe episcope Stephane, dic, si prohibui eum. Stephanus episcopus Ephesi, dixit: Ecce ibi est. Si phibuiſti eum, dicat. Dioscorus episcopus Alexandriæ, dixit: Dicite omnes, si prohibuisti eum.

Sancta synodus dixit: Non eum phibui-mus. Flauianus episcopus Cõstantinopolis, dixit: Me acta illa nihil terrent propter Deum. Neq; enim aliter glorificauit, aut sapui aliquandò, vel sapio. Dioscorus episcopus Alexandriæ, dixit: Manifestis factis, quæ relecta sunt, dicant singuli præfentes sancti episcopi, quomodo sciunt archimandritam Eutyche credere, & quid de eo ordinant. Iuuenalis Hierosolymæ episcopus dixit: nū frequenter confitatur, eò q̄ sequatur expositionem fidei synodi, quæ in Nicea habita est, & ea quæ prius in magno concilio apud Ephesum gesta sunt, orthodoxum summè eum esse in his, quæ locutus est, comperi. Et ego autem decerno, & volo eum in suo monasterio degere, & in proprio gradu. Sancta synodus dixit: Hoc iustum iudicium. Dominus episcopus Antiochiæ, dixit: Quoniã dudum ex transmissa mihi epistola à sancta

T O M. 2.

synodo in Cõstantinopoli congregata, in damnationem viri religiosi Eutyche archimandritæ subscripsi, ex nup̄r autem oblati ab ipso libellis sanctæ synodo in hac Ephesina metropoli congregata, confessus est se acquiescere & fidei sanctorum trecentorum decem & octo patrum, qui in Nicea conuenerunt, sed & priori concilio, quod in hac eadem vr̄be ephesina similiter conuenit, cõprobauit & ego ipse cum vestra sanctitate, recipere eum & presbyterij dignitatem, & primatum sub eo degentium reuerendissimorum fratrum. Stephanus episcopus Ephesi, dixit: Ex ijs, quæ relecta sunt, & ex oblati libellis à viro reuerendo presbytero & archimandrita Eutyche, ostenditur, quia & rectè glorificat, & orthodoxam habet fidem. Vndè & ego sequens sententiam sanctissimi ac Deo amantissimi episcopi Iuuenalis, cõsentio & cõcordo, esse eum presbyterum & archimandritam. Thalassius episcopus Cæsareæ Cappadociæ primæ, dixit: Laudo, & approbo virum reuerendiss. presbyterum & archimandritam Eutyche, nil extra Nicenam synodum sapientem, neq; expositam fidem in sancta synodo in aliquo corrumpentem: sed & approbans, volo eum habere gradum presbyterij. Eusebius episcopus Ancyre Galatiæ, dixit: Et reuerend. presbyter⁹ & archimandrita Eutyche, & omnem hominem consona sapientem, sanctiss. conuentui Niceno, & sanctiss. Ephesino concilio, quod & confirmauit ea, quæ in Nicea facta sunt, orthodoxum arbitror, & à catholica fide non alienum. Rationabile autem suspicor, & in doctrina fidei irreprehensibilem, id est, prædictum virum reuerend. presbyterum & archimandritã Eutyche, nô priuari sacerdotali dignitate & primatu monachorum. Cyrus episcopus Aphrodisiæ Cariæ, dixit: ex oblati libellis à viro reuer. Eutyche presbytero & archimandrita, & relectis, apparet ipsum ei, quod fides sanctorum patrum habet, q̄ in Nicea & hic cõgregati sunt, cõsonasse. Vndè & ego cõsentio sententiæ sanctorum patrū, vt & presbyterij habeat dignitatem, & præsit monasterio. Erasistratus episcopus Corinthi in Hellade, dixit: Ostendit per libellos suos reuerend. archimandrita Eutyche, q̄ semper ea sapuit, quæ orthodoxa fides continet, & sequutus est expositiones sanctorum patrum, qui in Nicea congregati sunt, quæ confirmata sunt in hac etiã metropoli, per pridem collectam sanctiss. synodum. Vndè & ego consonè decerno, vt fruatur & dignitate presbyterij, & præsit monasterio, vbi à principio ordinatus est. Quintillus episcopus Heraclææ, agēs vices Anastasij episcopi Theſsalonicen, dixit: Ex nup̄r oblati libellis sanctæ & magnæ huic synodo à viro reuerend. archimandrita Eutyche, reperi eum rectè credentem expositæ fidei à sanctis trecetis decem & octo patribus, qui

in

in Nicea congregati sunt, sed & ijs, quæ acta sunt à sancta synodo hinc collecta ad impij Nestorij damnationem. Necessariè ergò suscipiens hanc eius fidem, dignum eum iudico & presbyterio, & primatu monasterij. Meletius episcopus Larissenæ ciuitatis, & agens vices Domini reuerend. episcopi Apmæ, dixit: Cōsono & ego sententijs sanctorum patrum. Conspexi em̄ ex ijs, quæ lecta sunt, orthodoxè eum credere. Vndè dignū eum iudico priore sacerdotio, & monasterij gubernaculo. Cyriacus episcopus Trogma-densium, locum tenens & Theostiti reuerend. episcopi Pessinuntis Galatiæ secūda, dixit: Sanctissimo presbytero & archimandrita Eutyche interpellante sanctum conuentum per libellos, & docente ita eum colere fidem, sicut sancti trecēti decē & octo, & sequi sanctam Ephesinam synodum, orthodoxum eum inuenimus, & volumus eū habere gradum presbyterij, sed & principatum monachorum. Dixi autem hæc, & pro me & pro p̄dicto metropolitano, eò quòd ille graui infirmitate deprimatur. Diogenes episcopus Cyzici, dixit: Ex ijs, quæ nunc professus est reuerend. presbyter & archimandrita Eutyche, cognouimus, eò quòd & ipse consensit expositæ fidei à sanctis patribus, qui in Nicea conuenerunt, & qui postea in hac Ephesia vrbe congregati sunt. Et propter hoc iudico eum, tanquam ista sapientem, & sacerdotali dignitate frui, & monasterium procurare secundum priore consuetudinem. Ioanes episcopus Sebastie Armeniæ primæ, dixit: Hoc est rectè credere, sequi sanctos patres. Et reuerend. igitur presbyter & archimandrita Eutyche, sequens expositam fidem à sanctis patribus apud nicæam, & consonantia sanctorum patrum apud Ephesum, orthodoxus est, & dignus vt præsit monasterio, & secundum priorem consuetudinem fungatur sacerdotio.

Basilius episcopus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Ex oblati libellis à reuerendo Eutyche presbytero & archimandrita nunc sancto congregato conuentui, secundum sancti spiritus inspirationem, cognoscens eum consona patribus, qui in Nicea & in Epheso ante hoc conuenerunt, sapere, restituo ei iuxta præcedentes patres & presbyterij gradum, & primatum monasterij. Theodorus episcopus Tarsenæ ciuitatis, dixit: Cognouimus reuerend. presbyterum & archimandritam, tam ex oblati ab eo libellis, quam ex confessione ipsius, quæ in gestis continetur, sequentem fidem sanctorum patrum, quæ in Nicea est exposita, & confirmata ab ijs, qui dudum in Epheso conuenerunt. Et iustum est habere eum sacerdotium, & præesse monasterio, quoniam hoc omni sancto cōplacuit concilio. Romanus episcopus Myrorum ciuitatis prouinciæ Lyciæ, dixit: Reuerend. presbyter & archimandrita Eutyche

TOM. 2.

sequens fidem sanctorum patrum, fruatur & honore presbyterij, & præsit reuerendo monasterio. Photius episcopus Tyri, dixit: Cōdecens, & omni cōsequentiā dignum est, ita sequenti catholicā fidem, quæ exposita est à sanctis patribus in Nicea, & quæ confirmata est à sancta synodo ante hoc in Epheso congregata, sacerdotali eum frui dignitate, & curā consuetudinis sui gerere monasterij decernimus. Eum enim, qui recta fide & vitæ claritate decoratus est, omni honore, qui ei à diuina collatus est gratia, secundum antea frui, iustum est. Theodorus episcopus Damascenæ ciuitatis, dixit: Per nup̄ porrectos libellos à viro reuerend. presbytero & archimandrita Eutyche peruidimus, quoniam expositi onibus sanctorum patrum, qui in Nicea, & synodo que in hac clara vrbe Epheso postea congregata est, cōsentit. Et propter hoc cōsona etiā & ego sanctis patribus decernēs, iustum arbitror, eum & sacerdotium habere presbyterij, & monasterij principatum. Iulianus episcopus Tabiæ, dixit: Sanctorum patrum trecentorum decem & octo concordiam inspiratam à gratia Dei, in Nicena vrbe congregatorum, quæ exposuit dogmatum diligentiam, manifestè esse sancti spiritus vocem omnes confitentur, qui pietatis iura nō negant. Et quæ in hac splendida metropoli non ante multa tempora concurrens synodus confirmauit, sicut illi priores in initio scripserūt per spiritum, hoc & qui post ipsos colentes ea, que illorum sunt, diligentissimā horum decreuerunt cautēlam. Reuerendum igitur presbyterum & archimandritam Eutychem, ea, quæ in Nicea à patribus sunt exposita, & ab ijs, qui in Epheso fuerunt confirmata, clara voce pronunciantem, iustum est & pietatis gratia, & sacerdotali frui dignitate, & sacrum habere promittētium meliorem viam primatum. Florentius episcopus Lydiæ, dixit: Porrigente libellos viro reuerendiss. archimandrita Eutyche, in quibus spondet se coniunctum fidei sancti conuentus Niceni, & nup̄ congregati in Ephesina metropoli, addente etiā super hæc, eò quod omnem hæresim in scriptam libello anathematizet, & tanq̄ sub deo patre & filio & sancto spiritu ex animo pferat ea, quæ in libello credens indidit, & ego similia præcedentibus decerno, decorari quidē eum nomine presbyterij, p̄esse autem secundum præcedentem cōsuetudinem fraternitati. Marinianus episcopus Synnadenis dixit: Eutyche reuerend. archimandrita, spondens per libellos proprios sequi sanctam synodū Nicenā, & ea quæ tunc in Epheso de ijs diffinira sunt à beatissimo & sanctiss. Cyrillo & cum ipso sancto conuentu, fruatur presbyterio & cōmunionem nostrā, ac præsit secundum Deum decenter monasterio. * Musonius episcopus Nysenæ ciuitatis, dixit: Custodem fidei trecentorum decem & octo, & definitio-

num

num sanctorum patrum, qui apud Ephesum, ostendit virum religiosum presbyterum & archimandritam i Eutychem porrectus ab ipso libellis, necnon & professiones, quas gestis inseruit. Vndè & habere eum sacerdotium, & p̄esse viri reuerendiss. monachis iustum arbitror, propter rectam eius fidem.

Constantinus episcopus Bostrenæ ciuitatis, dixit: Manifestū effectum est, & ex relectis gestis, & ex oblati libellis à viro reuerendiss. presbytero & archimandrita Eutyche, eò quod cōsequentiā sapit expositæ orthodoxæ fidei in Nicea à sanctis patribus, id est, trecentis decem & octo, & ijs, qui in Epheso congregati sunt sanctis patribus. Vndè & ego iustum reor, habere eum & sacerdotiū presbyterij, & primatum monasterij. Ioannes episcopus Nicopolitana ciuitatis Armeniæ primæ, dixit: Ex porrectis libellis sanctiss. conuentui à viro reuerendiss. presbytero Eutyche, cognoscentes eum rectè glorificare, secundum expositam sanctorum patrum, qui in Nicea, & qui pridem in Epheso congregati sunt, & nos eadem, quæ sanctiss. synodus, decernimus, dignum eum esse iudicantes & sacerdotio fungi, & p̄esse monasterio. Acacius episcopus Ariarathensis secūda Armeniæ, & agens vices Constantini viri religiosissimi episcopi Melitenæ, dixit: Religiosissimus & sanctissimus presbyter Eutyche, & per porrectos libellos, & per ea, quæ nunc professus est, ostendit se rectè sapere, sicut & ij, qui in Nicea trecenti decem & octo patres nostri, & qui post in Epheso congregati sunt. Dignus ergò est recipi in sacerdotium, & primatum habere monasterij.

Stephanus episcopus Hierapolitana ciuitatis dixit: His, quæ benè complacita sunt sanctis patribus nostris de viro religiosiss. presbytero & archimandrita Eutyche, & ego contentiens sum, propterea quod ex relectis persuasus sum, eum esse orthodoxum. Vndè habere eum & gradum sacerdotij, & primatum monasterij dignum iudico. Atticus episcopus Nicopolitana ciuitatis Epiri veteris, dixit: Oportebat quidem sufficere promissiones sanctorum atque eximiorum patrum nostrorum, in quibus concordēs & nunc inueniuntur immutabilibus factis sanctorum pridē habitis patrum decretis, qui in illis temporibus in Nicena ciuitate, & qui in hac Ephesiorū Deo amica metropoli, cuius princeps atque magister factus est omni laude dignissimus, & ter beatus inter angelos, qui olim pater noster erat Cyrillus, qui vbique terrarum illustrauit sanctum nostræ fidei mysterium. Condecet enim verè, viros religiosos ac fideles sanctorum patrum fidei coniuere. Intantum igitur etiā ego profiteor, eò quòd consonantem inuenimus virum reuerendiss. presbyterum & archimandritam Eutychem, præsertim ex nup̄ nobis lectis gestis, & ex oblati p manus ipsius libellis, san-

TOM. 2.

cto huic & vniuersali Concilio, expositi onibus sanctorum patrum, & est rationabile secundum sententiam sanctorum patrum, quæ & vera est, esse eum presbyterum, & primatum habere à Deo illi traditi monasterij. Eustathius episcopus Beryti, dixit: Sic piè doctrinam fidei exposuit exactus reuerend. archimandrita Eutyche, vt cogeret præsentem sanctum conuentum omnem sacris & cōsonis vtī vocibus, & collaudare, quia hæc est fides patrum. Quis ergò ita alienus est à pietate, qui hunc talem patiatur non frui & sacerdotij gradu, & monasterij primatu? nu-

* Phrygiæ
Pacatianæ,

nechius episcopus Laodiceæ * Trimitariæ, dixit: Iustum est & consequens, & humanissimæ huic synodo conueniens, Eutyche virum reuerend. presbyterum & archimandritam, sequentem expositionem fidei sanctorum patrum, qui in Nicea & sanctissimorū, qui pridem in hac splendida vrbe congregati sunt, sicut ab ipso porrecti libelli cōtinet, frui & sacerdotali dignitate, & regere monasterium, sicut placuit & sanctis patribus. Olympius episcopus Constantiæ Cypri insulæ, dixit: Ego consentio definitis à sanctitate vestra, in restitutione viri reuerendiss. presbyteri & archimandrite Eutyche. Candidianus episcopus Antiochiæ Pisiadiæ, dixit: Piè & canonicè decretis à sanctiss. & religiosiss. patribus de Eutyche viro reuerendiss. presbytero & archimandrita, etiā ego cōsentio. Stephanus episcopus Anazarbi dixit: Manifestè monstratum est ex nup̄ relectis, eò quòd nihil extra sanctos patres sapuit reuerendiss. presbyter & archimandrita Eutyche, sed sæpè confellus est, sequentia sapere sanctis patribus trecētis decem & octo in Nicea, sed & in hac postea ciuitate cōgregatis episcopis sanctissimis. Vndè ego similem sanctis patribus profero sententiam, vt habeat & presbyterij dignitatē, & sacerdotium, & curam monasterij. Gerontius episcopus Seleuciæ Syriæ, dixit: Ex porrectis libellis à viro religiosiss. presbytero & archimandrita Eutyche, inuenimus eum contentientem & sanctæ synodo, quæ in Nicea, & quæ in Epheso. Et volumus eum habere presbyterij dignitatem, sed & præesse solitè ijs, qui sub ipso erant, religiosissimis monachis. Rufinus episcopus Samosatenæ ciuitatis, dixit: Ex relectis libellis coram sancta synodo, qui porrecti sunt à viro religiosissimo presbytero & archimandrita Eutyche, reperi eum cōsonè sanctæ synodo Nicenæ & Ephesinæ sapere. Et consentio vnā cum sanctis patribus, & volo eum habere presbyterij dignitatem, & præesse solitè sub se cōstitutis monachis. Indim^o episcopus Irenopolitanus dixit: per oia quæ nūc relecta sunt, oibus satisfecit p̄fessio viri religiosiss. p̄bri & archimandrite Eutyche, eo quod sequentia sanctis patribus in Nicea congregatis trecētis decē & octo, sed & ijs, qui apud hanc metropolim, sapuit, &

* consona

nii-

nihil extra diuinos canones: id eod & ego eadem profero sententiam, quam & sancti patres, & definiui habere eum & presbyterij dignitatem, & monasterij principatum. Timotheus episcopus Balaneen, dixit: Libellis porrectis a reuerendiss. presbytero & archimandrita Eutyche, in quibus profiteor se acquiescere & permanere in fide, quae pro tempore exposita est a sanctis patribus in Nicea congregatis, & nuper in Ephesina vrbe, & ego profiteor, sicut sancti patres probauerunt, habere eum & dignitatem presbyterij, & archimandritae. Theodosius episcopus Canothena ciuitatis, dixit: Sequor & amplector iussionem sanctorum patrum, in restitutione reuerendiss. presbyteri & archimandritae Eutythis. (Hoc enim decretum, a Deo prolatum est per sanctum Concilium.) Simul & decerno esse eundem loco suo presbyterum & archimandritam.

Eutycheus episcopus Adrianopolitanus veteris Epiri, dixit: Sanctis approbantibus patribus, & reperiens ex gestis in vrbe regia Constantinopoli habitis, & ex oblati libellis a Deo amantissimo presbytero & archimandrita Eutyche, quod extranea non sentit ijs, quae a sanctis patribus apud Niceam, & in Deo amantissima Epheso confirmata sunt, & mea humilitas concors fit sententiae, in habendo per eum presbyterio, & praesente monasterio sicut & pridem. Nam & sanctiss. pater meus & episcopus Atticus Nicopolitanus, similia sanctis patribus de praedicto reuerend. presbytero & archimandrita professus est. Claudius episcopus Anchiaxi veteris Epiri, dixit: Profitente Deo amantiss. & sanctiss. metropolitano episcopo nostro Attico consequentia huic sanctae & magne synodo, & ego haec sequens profiteor, sicut eius sanctitas est professus pro reuerendissimo presbytero & archimandrita Eutyche. Simeon episcopus Amidene ciuitatis Mesopotamiae prouinciae, dixit: Ex ijs quae nuper lecta sunt, & subtiliter approbata in hac sancta synodo, quibus placuerunt omnia, quae gesta sunt in negotio religiosiss. presbyteri & archimandritae Eutythis, & ego sequor, quae ab eorum sanctitate sunt ordinata, esse eundem religiosissimum presbyterum Eutychem in antiquo presbyterij ordine, & tenere eum primatum proprii monasterij. Seleucus Amasia episcopus, dixit: Consentiente reuerendiss. presbytero & archimandrita Eutyche sequi, quae exposita sunt a sanctis patribus apud Niceam, & quae in Epheso confirmata sunt, iustum iudico, habere eundem reuerendissimum presbyterum sacerdotale ministerium, & monachorum principatum.

Petrus episcopus Gangrenae ciuitatis, dixit: Et ego concors sum sententiae ordinatae a sanctis patribus, in iudicio reuerend. presbyteri & archimandritae Eutythis. Lucas episcopus Dyrhachenus, dixit: Reuerend.

TOM. 2.

presbyter & archimandrita Eutyche, per oblationes libellorum & gestorum docuit sanctam & magnam synodum, sobrii se esse in Christo & cõfiteri deceter exposita fide, tam a sanctis patribus & doctoribus, quam a sancto Niceno concilio exposita & confirmatam in Ephesina vrbe congregata magna & vniuersali synodo, & a collectis nunc in eadem metropoli sanctissimis & beatiss. episcopis, & per probationem reddetibus memorato reuerendiss. presbytero & archimandrita sanctam presbyterij communionem, & primatum monasterij. Et ego haec eadem profiteor, & paria definio. Antoninus episcopus Lychnidenis, dixit: Et ego confona ijs, quae ante me sanctissimus episcopus Lucas metropolitano confessus est, & adaequè sapiens, approbaui. Marcus episcopus Euriae, dixit: Et ego consentaneus sum ijs, quae professus sunt a sancto episcopo metropolitano meo Attico, propter reuerend. presbyterum & archimandritam Eutychem. Vigilantius episcopus Larissenae ciuitatis, dixit: Ex lectis nobis monumentis & porrectis libellis a reuerendiss. presbytero Eutyche, considerantes sapere eum sicut & nos, secundum expositam in Nicea a sanctis patribus fidem, quae & super signata est a facta in Epheso sancta synodo, concordes sumus etiam nos in sententia nunc congregatorum sanctorum patrum & sacerdotum, secundum iussionem pijssimorum Imperatorum, pro restitutione presbyterij praedicti Eutythis ad monachorum suorum primatum. Basilius episcopus Traianopolitanus Rhodopae prouinciae, dixit: Confona sanctis patribus & mea paritas, pro persona viri religiosi presbyteri & archimandritae Eutythis decernit. Collantinus episcopus Demetriadis, dixit: Omnibus consentio, quae a sanctis patribus sunt definita in sancto Ephesino Concilio, quatenus habeat reuerend. presbyter Eutyche sacerdotium & primatum monasterij, qui cõfessus est consentaneum se esse Nicenae fidei, & omnibus, quae a sanctis patribus sunt exposita in catholica fide. Alexander episcopus Sebaltenae ciuitatis sub Tarso posita, dixit: Reuerendiss. & gloriosiss. presbytero & archimandrita Eutyche consentiente fidei trecentorum decem & octo qui in Nicea fuerunt, & fidei beatae memoriae sanctissimi & religiosissimi Cyrilli, confirmata in Epheso, iustum arbitror habere presbyterium eundem reuerend. presbyterum & archimandritam, & principatum monasterij tenere. Zozon episcopus Philippensium, dixit: Libelli, qui nunc dati sunt a reuerend. presbytero & archimandrita Eutyche, consonant ijs, quae a sanctis patribus in Nicea sunt exposita, & ijs, qui statuta sanctorum patrum in hac vrbe cõsignauerunt. Talem ergo eum habentem fidem, decerno secundum omnium iudicium, & sacerdotale eum honorè habere, & monachorum

cho-

chorum principatum. Eusebius episcopus Topiritanus Macedoniae primae, dixit: Haec eadem & mihi placent de reuerend. presbytero & archimandrita Eutyche. Maximus episcopus Derreñ Macedoniae primae, dixit: Haec eadem & mihi placet de reuerend. presbytero & archimandrita Eutyche. Hermogenes episcopus Cassandriae Macedoniae primae, dixit: Haec eadem & mihi videtur de reuerend. presbytero & archimandrita Eutyche. Lucas episcopus Beroae Macedoniae primae ciuitatis, dixit: Monachorum principem, & in multitudine priorum primatem reuerend. & Deo amantissimum Eutychem in nullo reprehensibilem inueniens, sed sectatorem sanctorum patrum apud Niceam, & in hac vrbe conuenientium catholicè fidei, volo eum priorem honorem habere presbyterij, & praesulatus monachorum. Ioannes episcopus Messenae ciuitatis prouinciae Achaiae, dixit: In nullo delinquens reuerend. presbyter & archimandrita Eutyche, eorum quae pie decreta sunt in Nicea a sanctis patribus, & ab ijs, qui conuenerunt in Epheso, fruatur sacerdotali dignitate, & praesit secundum pristinam consuetudinem honesto habitaculo fratrum. Vranus episcopus Himeriae Ostroenae prouinciae, interpretante eum Eulogio presbytero Edesseno, dixit: Ex ijs, quae lecta sunt, agnitus est reuerend. presbyter & archimandrita Eutyche rectè sapere, & sectari fidem trecentorum decem & octo, qui in Nicea congregati sunt, quam & in Epheso sancta synodus confirmauit. Et iustum est, recipere eum presbyterij dignitatem, & esse presbyterum & monasterij primatum habere. Athanasius episcopus Opuntinae ciuitatis prouinciae Achaiae, dixit: Rectè & irreprehensibiliter inuestigans semitas sanctorum patrum, qui pro tempore collecti sunt a sancto spiritu in Nicea & in Epheso, sicut docuit per libellos & confessiones suas, quas intra gestorum seriem deposuit reuerendissimus presbyter & archimandrita Eutyche, iustum iudicamus, ut fruatur sacerdotali ordine, & praesit monachis secundum praecedentem consuetudinem. Theodorus episcopus Claudio-politani prouinciae Isauriae, dixit: Secundum relectam instructionem Deo amantissimi presbyteri & archimandritae Eutythis, & ex eius voce & scriptis prolata professione, manifestum est, rectè eum sapere. Vnde & ego concors sententiae constitutus sancti conuentus, confirmo habere eum presbyterij honorem & praesulatum sancti sui monasterij. Leontius episcopus Ascalonenis, dixit: Laudo diuinitus datam sententiam per sanctos & religiosissimos nostros antistites. Vnde & ego sequens optimam eorum sententiam, supplico recipi reuerend. Eutychem in sacerdotio, quod pridem habebat: & retinere eum monachorum principatum. Photinus episcopus Lydenae, dixit: Apparuit per omnia, &

TOM. 2.

per proprias in scriptis probatas voces religiosiss. archimandrita Eutyche rectè credere, & cõsequentia sapere sanctis patribus Niceni Concilij, & qui post eos hic collecti sunt. Propter quod sanctos patres sequens, consenti, & simul decreui, habere eum presbyterij locum & sacerdotij dignitatem, & secundum consuetudinem prospicere proprio monasterio. Paulus episcopus Maiumensis, dixit: Reuerendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, sequutum canones sanctorum patrum nostrorum, qui in Nicea, & qui in Epheso conuenerunt, & ego iustum iudico, gradum eum presbyterij & archimandritae recipere. Zolimus episcopus Minoedenae ciuitatis, dixit: Quoniam per omnia reperitus est religiosus presbyter & archimandrita Eutyche sapere rectam fidem, quae a sanctis patribus in Nicea & hic est exposita, decertio & ego eum sacerdotij perfrui dignitate, & praesente sanctae fraternitati. Epiphanius episcopus Pergensis dixit: Secundum ea, quae benè placita sunt sancto Concilio, & ego omnibus consentio quae sancti patres professi sunt. Baruchius episcopus Oruzae Palaestinae prouinciae, dixit: Secundum veram vocem religiosissimi & sanctiss. archiepiscopi Iuuenalis, consonam constitutam ijs, quae a nostro Domino saluatore Christo & sanctis Apostolis dicta sunt, & a sanctis patribus, qui in Nicea, & qui in Epheso conuenerunt, & ego similiter decerno, reuerendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem recipere proprium presbyterij gradum, & praesente solite sancto suo monasterio, ac clarè & per omnia manifestum catholicum. Heraclius episcopus Azotensis, dixit: His, qui rectè de fide sapiunt, omnes cõsentire iustum est. Vnde & ego religiosum presbyterum & archimandritam Eutychem, sequutum canones sanctorum patrum, qui in Nicea, & qui in Epheso conuenerunt, iustum iudico, recipere presbyterij dignitatem, & praesente fraternitati, quae sub eo est. Ioannes episcopus Tiberiadis dixit: Audiui confessiones religiosi presbyteri & archimandritae Eutythis, ex ijs quae in vrbe felicissima Constantinopoli, & hic gesta sunt, & in nullo eum inueni reprehensibilem, sed secundum expositam sanctam fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui in Nicea, & qui hic conuenerunt, & volo eum, sicut sancti patres probauerunt, habere dignitatem presbyterij, & principatum detinere sancti sui monasterij. Musonius episcopus Zoaren, dixit: Custodem fidei trecentorum decem & octo, & diffinitionis sanctorum patrum, qui in Epheso congregati sunt, manifestauit religiosissimum presbyterum & archimandritam porrectus ab eo libellus, & professiones, quae ab eo in monumentis factae sunt. Propter quod, detinere eum sacerdotium, & praesente reuerendissimis monachis propter eius catholicam fidem, iustum

G

*Berce

*Hymir

for. *Mamugenis, vel Manien.

*Minoen

iuſtum exiſtimo. Dionyſius epiſcopus Sy-
 cacinoneſis, dixit: Ex omnibus geſtis præſens
 religioſiſſimus preſbyter & archimandrita
 Eutycheſ * manifeſtus eſt integerrimè ea,
 quæ à catholicis probata ſunt, ſapere. Neque
 enim prætermiſit, nec aliquid violauit eorū,
 quæ in Nicea à ſanctis trecentis decē & octo
 patrib⁹ ordinata ſunt de catholica fide, nec
 non quæ in Epheso confirmata ſunt. Vndè
 & ego ſimiliter decerno, ſicut & ſancti pa-
 tres, & volo hunc ſuo monaſterio conſuetè
 præſſe, & preſbyterij honore perfrui. Ca-
 iumas epiſcopus * Phœnecē, dixit: Nihil er-
 rantem reperiens reuerend. archimandritam
 Eutycheſ, ſequutus & ego quæ benè ſunt pla-
 cita ſanctiſſimo noſtro archiepiſcopo, con-
 ſentio & ego reſtitui ei priſtinum gradum
 preſbyteratū, & præſſe eum ſecundum cō-
 ſuetudinem ſuo proprio monaſterio. Ae-
 thericus epiſcopus Smyrnenſis, dixit: Repe-
 riens deo amantiſſimum preſbyterum & ar-
 chimandritam Eutychem cōſentientem ſan-
 cto concilio, quod in Nicea conuenit, & ſan-
 ctæ ſynodo, quæ hīc priùs collecta eſt, & nūc
 firmata à ſancto veſtro conuentu, & ego in
 hoc conſentiens, & conſiteor catholicū præ-
 dictum religioſum virum eſſe, & habere pre-
 byteratū dignitatem, & præſſe monaſte-
 rio. Zebēnus epiſcopus Pelleſā, dixit: Ex por-
 rectis libellis, per quos catholicam fidem pla-
 nè expoſuit reuerend. preſbyter & archimā-
 drita Eutycheſ ſecutus canones, & ex geſtis
 verò manifeſtata eſt eius recta fides. Vndè
 & ego iuſtum iudico, per omnia catholicum
 demonſtratum, recipere ſacerdotalem gra-
 dum & primatum archimandritarum. Pan-
 cratius epiſcopus Libyadis dixit: Iuſtum eſt,
 religioſiſſimum preſbyterum & archiman-
 dritam Eutychem ſecutum regulas ſanctorū
 patrum, qui in Nicea, & in Epheso conue-
 nerunt, & ob hoc recipientem à ſanctiſſimo ar-
 chiepiſcopo noſtro Iuuenali gradum pre-
 byteratū & archimand. quippe plenius rec-
 tam fidem ſapientem, conſona decernere
 de eo decet & meam paruitatem. * Auxo-
 laus epiſcopus Hippodion gentis Sarrace-
 norum ſæderatorum, dixit: Annuo & con-
 ſentio omnibus benè placitis de Eutyche re-
 uerendiſſimo archimandrita, & iuſtum iudi-
 co, reſtitui ei preſbyterij gradum, & præſſe
 eum proprio monaſterio. Olympius epi-
 ſcopus Vazateſā, dixit: Ex reſectorum nobis
 geſtorum ferie, necnon etiā ex porrectis
 libellis à religioſiſſimo preſbytero & archi-
 mandrita Eutyche, cognofcens diligenter
 concordem eum eſſe ſanctæ fidei, quæ expo-
 ſita eſt à trecentis decem & octo ſanctis epi-
 ſcopis tam in Nicea, quā qui in Epheso cō-
 uenerunt, ſecundum iuſtum decretum ſan-
 ctiſſimi archiepiſcopi noſtri Iuuenalis, & re-
 liqui ſancti concilij, & ego conſentio eum
 eſſe preſbyterum & archimandritam. Po-
 lychronius epiſcopus Antipatridē, dixit: Se-

quor & conſentio ea, quæ benè placita ſunt
 ſanctiſſimo archiepiſcopo Iuuenali, & ſacro
 huic Concilio: & iudicauit reſtitui miniſte-
 rio reuerendiſſimum Eutychem archiman-
 dritam, & præſſe eum ſolenniter proprio
 monaſterio. Dominus epiſcopus Plateg ci-
 uitatis prouinciæ Helladis, dixit: In omni-
 bus declaratus benè peragens pietatis ver-
 bum religioſus preſbyter & archimandrita
 Eutycheſ, dignus eſt gradum preſbyterij de-
 corare, & præſſe ſecundum conſuetudinem
 fratrib⁹. Theodoſius epiſcopus Maſtau-
 renſis, dixit: Conſequens eſt diſcipulos ſe-
 ctari doctores, & eos, qui probauerunt ex
 præcedentibus religioſitatem reuerendiſ-
 ſimi preſbyteri Eutycheſ circa ſanctorum gra-
 dum regulas & custodiam, eorum qui in
 Nicea, & in hac ſplendidiſſima metropoli
 conuenerunt. Et ego igitur comprobo iu-
 ſtum eſſe, eum perfrui & preſbyterij digni-
 tate & monaſterij principatu. Cyriacus epi-
 ſcopus Aegeenſis, dixit: Conſequenter ſan-
 cti patres definiērunt in perſona religioſi-
 ſſimi & reuerendiſſimi preſbyteri & archi-
 mandritæ Eutycheſ, reperiens eum ortho-
 doxè ſapere, quæ à ſanctis patrib⁹ ſtatuta
 ſunt, qui in Nicea, & in Epheso metropo-
 li conuenerunt. Quem reuerendiſſimum
 virum & mea decreuit paruitas tenere eum
 & preſbyterij gradum, & dignitatem archi-
 mandritæ. Flauianus Epiſcopus Adramy-
 tinus, dixit: Reuerendiſſimus preſbyter &
 archimandrita oſtendit propriam volunta-
 tem, quoniam conſentit & conſitetur ſan-
 cto Concilio ſanctorum patrum, qui in Ni-
 cea congregati ſunt, & eorum confirmati-
 oni, quæ facta eſt in Ephesina metropoli.
 Vndè quemadmodum ſancti patres defini-
 erunt, qui in hac eadem metropoli conue-
 nerunt, dignus eſt in ſacerdotali preſby-
 terij ordine connumerari reuerendiſſimus
 archimandrita Eutycheſ, & præſſe mona-
 ſterio reuerendiſſim. monachorum, qui ſub
 ipſo ſunt conſtituti. Leontius Epiſcopus
 Magnenſis, dixit: Et in dogmaticis do-
 ctrinis, & in ſpiritualibus fungentes ſacer-
 dotio magiſterijſ patres, nos filios conuenit
 ſequi. Quoniam igitur iudicatum eſt ab hoc
 honeſtiſſimo & diuino collegio, reuerend.
 preſbyterum & archimandritam Eutychem,
 recipere & gradum preſbyterij, & primatum
 monaſterij, quod ei nupèr ablatum eſt, vndè
 & mea concordat paruitas, ad perfruen-
 dum eum & preſbyterij dignitate, & principatu
 monaſterij. Eutropius epiſcopus Pergame-
 nus Aſiæ prouinciæ, dixit: Reuerendiſſimo
 preſbytero & monacho Eutyche probato
 per libellos ab eo ſanctæ ſynodo porrectos,
 credere rectè ſecundum expoſitionē ſancto-
 rum patrum Niceni & Ephesini concilij & ego
 ſanctorum patrum ſententiæ ſanctæ & magnæ
 ſynodi, quæ ſecundum diuinam iuſſionem in
 Ephesina metropoli collecta eſt, conſentio,
 qua-

quatenus dignus habeatur fungi ſacerdotio,
 & præſſe monachis. Maximus epiſcopus
 Tralleſ, dixit: Et ego interlocutiōes ſancto-
 rum & Deo amantiſſimorum patrum noſtro-
 rum ſequēs, propter quod probatus eſt Deo
 amantiſſimus preſbyter & archimandrita Eū-
 tycheſ custodire catholicam fidem, decerno
 tenere eum ſacerdotiū, & monaſteriū quod
 ante ſortitus eſt. Oneſiphorus epiſcopus
 Iconieſis, dixit: Et ego approbo iuſtum eſſe,
 religioſiſſimum preſbyterum & archiman-
 dritā Eutychem, & in ordine eſſe ſacerdotij,
 & præſſe eum proprio monaſterio. Ioannes
 epiſcopus Rhodi inſulæ, dixit: Ex porrectis
 libellis ab Eutyche reuerendiſſimo archimā-
 drita, demonſtratum eſt, quia & rectè ſapit,
 & dignus eſt tenere dignitatē preſbyterij, &
 principatum monaſterij. Vndè & ego con-
 ſentio hiſ, quæ à ſanctis veſtra & magna ſyn-
 odo in eo ſunt ordinata. Diogenes epiſco-
 pus ciuitatis * Remeſſenſis, dixit: Secūdum
 conſenſum patrum Eutycheſ preſbyter ha-
 beat cōmunionem & ſacerdotium, & habi-
 taculum proprii monaſterij. Theodoſius
 epiſcopus Amathunteng ciuitatis, dixit: Au-
 ditor factus lectionis monimentorum, quæ
 de reuerendiſſimo archimandrita Eutyche
 geſta ſunt, & inueniens eum rectè ſapere, &
 vnitum tam ſancto Niceno cōcilio, quā ei
 quod pridem hīc, & nunc gratia dei collectū
 eſt, conſentio (ſicut placuit ſanctis patrib⁹)
 tenere eum & gradum ſacerdotij, & primatū
 monaſterij. Cyriacus Epiſcopus Lebedeſis,
 dixit: Et ego concors prolata ſententiæ ſan-
 ctoꝝ patrum in perſona reuerendiſſimi ar-
 chimandritæ Eutycheſ. Vndè iuſtum iudico,
 tenere eum gradum preſbyterij, & primatū
 monaſterij. Gennadius Epiſcopus Thieſi
 prouinciæ Helladis, dixit: Ex lectione mo-
 nimentorum, & datis libellis, cognoui catho-
 licum eſſe reuerendiſſimum archimandritam
 Eutychem. Vndè & ego conſentaneus factus
 ſententiæ ſanctorum patrum, iuſtum iudico,
 tenere eum gradum preſbyterij, & principa-
 tum monaſterij. Olympius epiſcopus * Eua-
 zenſis, dixit: Reuerendiſſimum archiman-
 dritam Eutychem cognoui tam ex lectione
 monimentorum, quā per propria manu
 conſcriptos & porrectos libellos, & ex pro-
 prijs vocib⁹, quas profeſſus eſt præſente vni-
 uerſali Cōcilio, (cui præſul & primus eſt ſan-
 ctiſſimus pater noſter & vniuerſalis archiepi-
 ſcopus Dioſcorus magnæ Alexandriæ ciui-
 tatis) catholicum, & ſimilia ſapientem, & cō-
 cordem conſtitutum ſanctis trecentis decem
 & octo patrib⁹ in Nicea conuenientibus, in
 recta & vera fide, quæ eſt ab eis expoſita, &
 quæ in Ephesino Concilio dudum confir-
 mata eſt. Concors & ego exiſtens ſanctorum
 patrum prolata ſententiæ, iuſtum iudico, re-
 uerendiſſimum archimandritam Eutychem
 tenere priſtinum ſacerdotium, & præſſe re-
 uerendiſſimis fratrib⁹, quos ſub ſua manu

iam pridem habebat. Iulianus epiſcopus Hy-
 pepeæ ciuitatis, dixit: Et ego ita decerno
 ſicut definijt ſanctæ & vniuerſalis ſynodus
 quæ ſecundum Dei gratiā, & iuxta ſanctio-
 nem piſſimorum & Chriſti amicorum no-
 ſtrorum Imperatorum, in Ephesina metro-
 poli collecta eſt, quatenus reuerendiſſimus
 archimandrita Eutycheſ teneat preſbyterij
 gradum, & fruatur ſancto miniſterio Domi-
 ni noſtri Chriſti, & præſit procuratori reue-
 rendiſſimorum fratrum eius (quod ſub eo eſt)
 monaſterij. Theopemptus epiſcopus Ca-
 baſſenus, dixit: Sicut videtur, etiā nunc iu-
 daizant, perſcrutantes ſaluatorem omnium
 Chriſtum. Ignorantes enim ipſius cum car-
 ne diſpenſationis myſterium, hactenus per-
 durarunt errates, & decipientes, ſicut beatus 2. Timot. 3.
 Paulus dixit. Eutychem igitur reuerendiſſi-
 mum & Deo amantiſſimum preſbyterum &
 archimandritam, pridem & ab exordio ſci-
 entes non ſolum catholicū, verum etiā ſce-
 leratis Neſtorij dogmatib⁹ fortiter repugnā-
 tem cognouimus, & nunc ex lectione moni-
 mentorum iniuſtè, & contra leges damna-
 tionem perpeſſum. Et quia nunc per oblatio-
 nem libellorum manifeſtā fecit huic ſancto
 & magno concilio rectam ſuam & immacu-
 latam fidem, hunc & nos habeamus commu-
 nicatorem, & inter preſbyteros numerandū
 & præſulem ſui monaſterij ſecundum ſancto-
 rum patrum ſententias. Caloſirius epiſcop⁹
 Arſinoitæ ciuitatis, interpretante eum Helia
 diacono ſuo, dixit: Comperi ex facta hodiè
 chartarum lectione, reuerend. preſbyterū &
 archimandritam Eutychem rectè ſapere de fi-
 de catholica. Quapropter ſicut ſemper eum
 communicatorem habuimus, ſecundum de-
 creta huius ſanctæ ſynodi & dignū eum exi-
 ſtimo recipere preſbyterij ordinē, & præſu-
 latum proprii monaſterij. Ioannes epiſcop⁹
 * Ephesie ciuitatis, dixit: Religioſiſſ. preſby-
 ter & archimand. Eutycheſ (qui neq; minis
 inimiciſſimi iudicis, neq; varietate accuſato-
 ris victus, ſed in tanta tempeſtate inſidiarum
 in fluctu ſam ſuam animam conſeruauit, &
 aduerſus omnimodos conturbantes eum &
 impugnates fluctus reſtitit. hæc enim nupèr
 facta lectio, eorum quæ in perſona eius con-
 tra leges geſta ſunt, demonſtrauerunt) fru-
 tur preſbyterij dignitate, & præſulatu ſub ipſo
 degentium reuerendiſſimorum monachorū,
 circa rectam & immaculatā fidem piè & in-
 declinabiliter demonſtrans custodiam, quæ
 ei facta eſt ſcutum in tempore tanti belli, tan-
 tis vndique inimicitiarum & impietatum ia-
 culato ſagittis. Heraclides epiſcopus Hera-
 cleenſis, dixit: Ex geſtis & libellis Eutycheſ
 reuerendiſſimi preſbyteri & archimandritæ
 hodiè lectis, cognouimus eum, ſicut ſemper
 recta ſapere, & ei ſanctam communionē de-
 dimus, quatenus & recipiat preſbyterij gra-
 dum, & primatum proprii monaſterij ſecun-
 dum decreta ſanctæ ſynodi. Haec epiſcopus
 * Elcar-

*manifeſta-
tus

*Phœnicenſis

for. *Rheſſenſis

for. *Cōcor-
do

*Ebaginenſis

*Hepheſiæ
vel Ephēſij

*Libyarchi-
eni.

*Elearchiensis, dixit: Ex libellis porrectis & monumentis, quæ & hodie lecta sunt, inuentus est reuerendus presbyter & archimandrita Eutyche sequens fidem sanctorum patrum, quæ in Nicea est exposita, & in hac Ephesia ciuitate ante hoc confirmata. Et concors ex isto sanctis patribus, quatenus habeat presbyterij ordinem, & archimandritæ honorem.

Gemellinus episcopus Erythraeensis, dixit: Ex lectione monumentorum, quæ in magnifica & Christianissima Constantinopoli acta sunt, de quibus accusabatur reuerendissimus & Deo amantissimus Eutyche & presbyter & archimandrita, per eadem agnoscentes, quoniam ipse quidem semper catholicè & sapuit, & sapit: quod eum (sicut arbitrati sunt) deposuerunt, inuenti sunt contraria sapere Nicæno & Ephesino Concilio, iustum iudicauit sancta hæc & magna synodus, quatenus idem sit & presbyter, & archimandrita secundum priorem consuetudinem. Vnde & ego his consentio. Apollonius episcopus Taneensis, dixit: Rectè repertus est sapere & credere reuerendissimus presbyter & archimandrita Eutyche. propter quod consentio his, quæ à sanctis patribus in eo definita sunt, in recipiendo honore presbyteratus, & vt teneat gubernationem, sicut & pridem, proprii monasterij. Gennadius episcopus magnæ Herinopolitanæ ciuitatis, dixit: Ex oblati libellis huic sanctæ synodo, lectione hodierna facta monumentorum, cognouimus Eutychem reuerendissimum presbyterum & archimandritam rectè sapuisse, & sapere. Et propter hoc consentio, quatenus recipiat presbyterij gradum & honorem archimandritæ.

Cyrus episcopus Babylonæ, dixit: Quantum constat ex oblatione libellorum & lectione monumentorum, consensu & ego precessoribus sanctis, reperiens catholicum & fidem tenentem inconcusibilem, reuerendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, ad tenendam presbyterij dignitatem, & monachorum procuracionem.

Athanasius episcopus Busrithensis, dixit: Cum ostensus sit reuerendissimus presbyter & archimandrita Eutyche sapere & credere, sicut & sancta synodus continet, quæ eo tempore in Nicea congregata est, confirmata verò & à sancta synodo, quæ paulo ante in hac ciuitate facta est, acquiesco & ego, & consentio (sicut & hæc sancta synodus decreuit) recipere eum presbyterij dignitatem, habere etiam & sui monasterij principatum. Photinus episcopus Teuchirensis, dixit: Quantum ex oblati à reuerendissimo presbytero & archimandrita libellis, & lectione monumentorum, rationabile & iustum est, restituere in sacerdotio, necnon & procuracione secundum consuetudinem proprii monasterij. Theophilus episcopus Cleopatridis, dixit: Et vita, & mores, & ab exordio conuersatio perhibent testimonium fidei reuerendissimi presbyteri

TOM. 2.

ri & archimandritæ Eutyche, qui & tantum laborem iam pridem sustinuit aduersus Nestorij insanias, ex quibus apud omnes extitit laudabilis. Et nunc verò nihilominus sequentem eum expositiones sanctorum patrum in Nicea congregatorum, & in Ephesina ciuitate confirmatas, (cui præfuit ter beatus archiepiscopus quondam noster Cyrillus) & ego consentio, quatenus permaneat in quibus pridem permanebat, id est, in presbyterij & archimandritæ honore. Pafmeius episcopus Paralaorum, dixit: Ex porrectis à reuerend. presbytero & archimandrita Eutyche libellis cognouimus eum irreprehensibiliter rectam nostram & immaculatam fidem tenere. Propter quod & ego consentio, & concordo his, quæ à sanctis patribus terminata sunt. Sofias episcopus Sozusenensis, dixit: Bona & iusta sanctorum patrum & pietatem in se habens sententia, quam proferre dignati sunt pro restitutione reuerendiss. presbyteri & archimandritæ Eutyche, respicientes integra subtilitate hæc, quæ hodie lecta sunt, quibus & ego concordo, iustum arbitrans, reddi ei tam locum presbyteratus, quam principatum honestissimi monasterij. Theodorus episcopus Ticelæ ciuitatis, dixit: Libellis à religioissimo presbytero & archimandrita Eutyche porrectis huic sanctæ synodo, & lectione monumentorum, in omnibus cognouimus eum rectè sapere, & sapuisse. Et ego iustum existimo, reddi ei presbyterij locum & honorem archimandritæ. Theodorus episcopus Barcenensis, dixit: Rectè hodie chartæ quæstionis gratia aduersus religioissimum presbyterum & archimandritam Eutychem factæ, probauerunt eum recta sapere, & sapuisse. Et in hoc concors ex isto, ob restitutum ei & gradum presbyterij, & principatum proprii monasterij. Rufinus episcopus Cyreneensis, dixit: Rationabiliter & iuste sacerdotium & principatum monasterij restituit hæc sancta & magna synodus reuerendo presbytero & archimandrita Eutyche. Pium enim eum & fidelem acta monumentorum, & qui porrectus est ab eo libellus, monstrauit. Et huic ego concordo sententiæ.

Zoriceus, dixit: Planè approbatum est, tam ex nunc facta lectione gestorum, quam ex porrectis irreprehensibilibus libellis à sanctissimo presbytero & archimandrita Eutyche, quia diligens est circumspiciam religionem, & quia sequutus est catholicam fidem, quæ ante hoc est exposita à ter beatis patribus nostris Episcopis in Nicea conuenientibus, & circa hæc, quæ hinc paulo ante statuta sunt à sanctæ memoriæ & inter sanctos constituto Cyrillo Alexandrinæ ciuitatis antistite & confirmata à sancta & vniuersali synodo. Vnde & mea humilitas consentanea sit sancto & magno huic Concilio, quatenus memoratus sanctissimus Presbyter & Archimandrita Eutyche

*Zoriceus,

*miserabilis

tyches

*Aufonius

tyches, non sit extra sacerdotale dignitatem, sed & presbyterij gradum & principatum religioissimorum teneat monachorum. Lucius episcopus Zygreusis, dixit: Ex porrectis à reuerend. presbytero & archimandrita Eutyche libellis, cognouimus eum recta sapere in catholica fide. Et ob hoc & ego consentio cunctorum sententiæ, quatenus ei restituatur & dignitas presbyterij, & honor archimandritæ. Auxonius episcopus Sebennitenæ ciuitatis, dixit: Ex lectione actorum monumentorum, & ex porrectis libellis, reuerend. archimandrita Eutyche approbatus est sapere & dicere & credere, sicut expositio fidei continet, quæ facta est à sanctis patribus olim in Nicea congregatis, quæ & confirmata est à synodo paulo ante in hac ciuitate facta, cui præfuit ter beatus & omnino laudabilis memoriæ antistes noster Cyrillus. Et iustum est, vt memoratus vir reuerendus (sicut & sancta synodus decreuit) recipiat presbyterij dignitatem, & permaneat, in quibus debebat prius, habere verò eum & patrocinium proprii monasterij. Isaac episcopus Tanicus, dixit: Lectis hodie monumentis, & porrecto libello à reuerendissimo Eutyche, consona prosequuti sunt Deo dignissimi patres, qui nunc in hoc sancto & vniuersali concilio congregati sunt. Et ego igitur consentaneus factus sum his, quæ acta sunt, & peto eum tenere presbyteratum, & præesse proprio monasterio. Philocalus episcopus Zaglyensis, dixit: ex libellis sanctæ synodo à reuerendissimo presbytero & archimandrita Eutyche porrectis, de centibus de catholica fide, cognouimus, quia irreprehensibiliter sapit, quæ à sancto Niceno concilio definita sunt, insuper etiam in Ephesina synodo confirmata. Propter quod & nos cognoscentes eum sic sapere, decernimus restituere ei presbyterij dignitatem, & archimandritæ honorem. Esaias episcopus Herinopoleos minoris, dixit: Sancta hæc & magna synodus iudicio & decreto gestorum suscipiente religiosum & Deo dignum presbyterum & archimandritam Eutychem, sicut consona priori & magnæ synodo Nicenæ & Ephesæ credentem, necessariè & ego consentio, & decerno, tenere eum & presbyteratus honorem, & principatum monasterij. Barsumas presbyter & archimandrita, per interpretem Eusebium monachum, dixit: Et ego vt filius sequor proprios patres, & testimonium perhibens catholice fidei sanctissimi & Deo amantissimi, archimandritæ Eutyche, consentio, & concordo, & gratulor, quoniam restituit ei sacerdotij gradum, & principatum sancti sui monasterij. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Omnes sancti huius & vniuersalis Concilij sententias super reuerendiss. archimandrita Eutyche confirmans, & meam ipsius simul introduco voluntatem, quatenus numeretur in ordine presbyterij, præsit etiam & proprio monasterio sicut antea. Ioan-

Impias iter-
locutiones
Dioscorus
impiè confirmat.

TOM. 2.

Epistola monachorum, qui sub Eutyche, ad Concilium Ephesinum secundum:

Sanctæ huic & Deo amantissimæ vniuersali synodo, congregatæ in Ephesia metropoli, à Narsete presbytero, & Timotheo, & Eusebio, & Constantino, & cæteris diaconibus, subdiaconibus, & omnibus monachis sub religioissimo archimandrita constitutis. Promissa à misericorde Deo in eum credentibus dona, ex diuinis edocti eloquijs, & cognationes & pécunias, & quibus vnusquisque nostrum decorabatur, dignitates & diuersas militias, & semel omnia quæ videntur bona humana despicientes, quibus fruebamur, fruique adhuc sperabamus, in vnam omnes monachorum conuersationem & continentiam concurrimus, trecentorum numerum iam complentes gratia Domini Christi, & sub præposito reuerendissimo archimandrita Eutyche pietatis & iustitiæ doctrinis obediētes, & tricesimo anno plūs minusve plures ex nobis in hac continentia perdurantes: sed reuerendissimus episcopus regiæ Constantinopolitanæ ciuitatis Flavianus, cum oporteret eum & præsentia laudare, & ad meliora cohortari, & omni prouidentia continere eos, qui humana dereliquentes, ad Deum cōsumimus, contra quam decuit, operatus est, nostrum quidem pastorem calumnijs & blasphemijs circumueniens, & non veram occasionem damnationis eius, veluti ex pietate, simulans, eo quod non blasphemat cum ipso, præter diffinitionem fidei, quam exposuit quidem sanctum Nicenum Concilium, confirmauit autem & quæ prius in hac Epheso congregata est synodus, nobis autem præcipiebat per directum ab eo Theodorū presbyterum, & cum eo præsentibus alijs clericis, recedere à pastore, & neq; loqui cum eo de cetero, sed & res monasterij aduersus ipsum custodiri, (hoc ipsum enim negociabatur sub nomine pauperum) aut hoc non facientes, prohiberi & nos cum nostro magistro à communionem diuinorum ministeriorum. Et sanctum quidem altare, quod ipse ante sex menses, quam invidias meditaretur, consecrauit, inunxit vacuum diuino remansit sacrificio. Permanissimus autem nos hætenus, vsq; ad hanc sanctam vestram synodum, iniquis eius sententijs alligati. Aliquanti autem ex fratribus nostris obierunt sub eodem iniquo penè schemate,

G. 3 mate,

mate, & alia quidem conuersationis monasterialis solēniter celebramus secundum monasteriorum regulas. Alieni verò exitimus, sicut impietate damnati. Et in hac infidelitate lachrymātes nos inuenit salutaris dies natalis saluatoris nostri Dei & Domini Iesu Christi, & quę omnibus Christianis est in legitima, eam nos in luctu peregimus, p orationibus diuini ministerij lamentationes ex lingua nostra perfundentes. In his nos & sancta Epiphaniarum dies suscepit. Et sicut morti propinquantes, & animam suam diligentes, finem suum desent, ita nos in sacri ministerij oblatione lugentes, peregimus. Superuenit & salutaris passionis dies, & sacra nox, & resurrectionis festiuitas, in qua quidē & plurimis peccatoribus à sanctis patribus nostris damnationes soluuntur: verum & ab Imperatoribus, reis criminalia vincula relaxatur: iusta verò lætitia omnis domus, & omne forum repletur: nos verò iniustus detenti sententię vinculis, nullam clemētiā nostri vidimus damnatoris, sed vsq; in præsentiperseuerauit indeclinabilis, iam nouem penē transactis mensibus, talem vtique *super se à vobis sententiā ordinans, vt pro suo iniquo contra nos prolato iudicio, dignum inueniat fructum, iusta aduersum se à vobis prolata sententiā, vt secundum sanctas scripturas iudicaretur, quemadmodum iudicauit & fruatur, sicut iniudicius est. Propter quod supplicamus vestrę sanctę synodo, condolere nobis quidem pro tanto tamq; iniquo cruciatu, quem pro pietate sufferimus à sacerdote, reddere verò nobis quidē communionem iniuste ablatam, illi verò talia perpetranti vicissitudinem eorum, quę iudicauit iniuste. Narfes presbyter manu mea subscripsi. Timotheus diaconus manu mea subscripsi. Eusebius diaconus manu mea subscripsi. Constātinus diaconus manu mea subscripsi. Eustathius diaconus manu mea subscripsi. Zenobius diaconus manu mea subscripsi. Auxentius diaconus manu mea subscripsi. Zenobius diaconus manu mea subscripsi. Smaragdus diaconus manu mea subscripsi. Eleusinius diaconus manu mea subscripsi. Constātinus diaconus manu mea subscripsi. Theodorus subdiaconus manu mea subscripsi. Gerōtius subdiaconus manu mea subscripsi. *Phosphorius subdiaconus manu mea subscripsi. *Bosphorius. Pächarius monachus manu mea subscripsi. Paulonas monachus manu mea subscripsi. Philinius monachus manu mea subscripsi. Abraami monachus manu mea subscripsi. Iulianus monachus manu mea subscripsi. Antoninus monachus manu mea subscripsi. Macedonius monachus manu mea subscripsi. Timotheus monachus manu mea subscripsi. Ioānes monachus manu mea subscripsi. Euprepus monachus manu mea subscripsi. Dorotheus monachus manu mea subscripsi.

TOM. 2.

Cortasus monachus manu mea subscripsi. Timotheus monachus manu mea subscripsi. Eugenius monachus manu mea subscripsi. *Theotinus monachus manu mea subscripsi. *Theotimus. Iulianus monachus manu mea subscripsi. Malchus monachus manu mea subscripsi. Eubulus monachus manu mea subscripsi. Gymnastus monachus manu mea subscripsi. Hypatius monachus manu mea subscripsi. Dioscorus episcopus Alexandrię, dixit: Quoniam excommunicatos vos dixistis factos esse, ignoratis verò culpam, & cōiicimus & nos pro qua re, dicite manifeste, propriam fidem quomodo habeatis. Hęc enim est vestra fruitio, confessio fidei. Eleusinius monachus & diaconus dixit: Sicut per libellum Deo *dignus archimandrita noster edocuit vestram sanctitatē, sic sapimus sicut trecenti decem & octo sancti patres in Nicea sanxerunt, & sicut hęc congregata sancta synodus confirmauit. Et præter istam fidem nūquam neq; intelleximus, neque sapimus aliquid. Dioscorus episcopus Alexandrię, dixit: De incarnati saluatoris nostri præsentia sic sapitis, sicut beatus Athanasius, & beatus Cyrillus, & beatus Gregorius, & omnes catholici episcopi? Eleusinius diaconus & monachus, dixit: Omnes sic sapimus, & sicut qui in Nicea conuenerunt, & qui hęc cōgregati sunt sancti patres. Dioscorus episcopus Alexandrię, dixit: Quoniam dedit libellos reuerendissimus presbyter & archimandrita Eutyche, acquiescitis his, quę ille scripsit? Sequimini fidem eius? Eleusinius diaconus & monachus, dixit: Etiam. Dioscorus episcopus Alexandrię, dixit: Nē præuaricemini. Eleusinius diaconus & monachus, dixit: Non. Dioscorus Episcopus Alexandrię, dixit: Hęc eadem sapitis? His contenti estis? Anathematizatis, qui sic non sapunt? Eleusinius diaconus & monachus, dixit: Etiam per vestigia vestra. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum, dixit: Consequens est, sic eos rectam fidem consistentes in Nicea expositam, & in Epheso confirmatam, participes existere & sanctę communionis, & propriorū graduum. Sancta synodus dixit: Omnes consentimus his verbis, omnes hęc dicimus. Dioscorus episcopus Alexandrię, dixit: Placet ergo religio sitati vestrę, in interlocutione & hoc inferi, quia cum reuerend. archimandrita Eutyche, absoluiimus & qui eum sunt, clericos siue monachos? Sancta synodus dixit: Absoluiimus eos. Dioscorus episcopus Alexandrię, dixit: Communicamus eos & dignitate & mysterijs? Sancta synodus: Etiam hoc iustum iudicium. Dioscorus episcopus Alexandrię, dixit: Manifestis constitutis gestis, & omni sancto hoc Concilio consentiente, & restituentē communionem reuerend. archimandrite Eutyche, verum etiam & presbyterij dignitatem, super his verò absolvente omnes, qui cum ipso sunt, tam clericos

*vestra contra te

*Phosphorius *Bosphorius

*religiosissimus

Dioscorus hic anathematizat se ipsum. Nam sancta synodus Ephesina duas Christi naturas predicat.

ricos eius, quā monachos, iustum est decenter & consequens, ea quę de recta fide nostra acta sunt in cōgregata pridem in hac ciuitate beatiss. synodo, recitari. Quę profertur reuerend. presbyter & primicerius notariarum Ioannes, relegat, si hoc & vniuerso Concilio placuerit. Dominus episcopus Antiochię, dixit: Si placuerit recitari, recensatur. Thalassius episcopus Cæsarię Cappadocię, dixit: Necessarium nobis est, relegi fidem sanctorum patrum trecentorum decem & octo, & qui apud Ephesum, quatenus nos audientes, plūs aliquid inbuamur. Eusebius episcopus Ancyrę Galatię, dixit: Vtilis sanctorum conciliorum lectio & confirmatio. Illic enim habemus tutelam nostrę catholicę fidei. Stephanus episcopus Ephesi, dixit: Legat expositio, quę facta est à sanctis trecentis decem & octo patribus in Nicea, & confirmata in Epheso ad cautelam catholicę fidei. Sancta synodus dixit: Omnes hoc volumus. Ioānes presbyter. & primicerius notariorū, recitauit: EPHESINAE PRIMAE SYNODI ACTA QUÆDAM, REGENSITA EPHESI IN SYNODO PROPHANA, RVRVS RELECTA IN HAC CHALCEDONENSI SYNODO, CVM SVBSCRIPTIONIBVS.

*Ephesinum Concilium primum. Post consulatum dominorum nostrorum, Flauij Theodosij terdecies, & Valentiniani tertio perpetuorum Augustorū, sub die XI. kalendarū Augusti, qui est secundum Aegyptios vicessimus octauus dies, cōgregata synodo in Ephesina metropoli, ex sanctione religioissimorum, & amantium Christum Imperatorum nostrorū, & sedentibus in episcopo Deo amantissimi Memnonis episcopi, Deo amantissimis & religioissimis episcopis, Cyrillo Alexandrię, & agente vices sanctissimi & beatissimi archiepiscopi Romane Ecclesię Cælestini, Iuuenali Hierosolymorum, Memnone Ephesino, Flauiano Philippensi, & agente vices Rufi reuerendi episcopi Thefalonicę, *Firino Cæsarię Cappadocię primę, Theodoro Ancyrę Galatię primę, Acacio Meletinę Armenię, Iconio *Gortynę Cretę, Peregrino Corinthi Heliadis, Cyro Aphrodisiadis prouincię Carię, Valeriano Iconij, Palladio Amasię Hellepontij, Hesychio Parij, Hellanico Rhodij, Dynato Nicopolitano veteris Epiri, Eucharionico Nicopolitano nouę Epiri, Perrhebio *Pharmacij, Eudoxio Chomatis Lycię, Syluano *Cheratapen Phrygię, Beriniano Pergensi prouincię Pamphilię, Amphilochio Sidenij, Epiphania Cratiensij prouincię Honoriadis, Gregorio Ponti Polemoniaci, Senecione Scodrensi, Dalmatio Cyziceno, Docimasio Maronęsi Thracię, Ioanne insulę *Præconenij, Daniele Colonęsi secundę Cappadocię, Romano Rhaphienij, Pauliniano *Maiumensij, Paulo Athedonęsi, Fido Iop-

TOM. 2.

penij, Ioanne *Sycomazęsi, Theodoro Gaddarenij, *Letogio Libyadenij, Apelle Eleusij, Theodoro *Ariddelęsi, Petro Parempolensij, Ioanne Augustopolitano, Saída Phœnicenij, Rufino Thabeęsi, Anytio Thebęsi, Callicrate Naupactęsi, Dothnino Opuntęsi; Nicea Megarenij, Agathocle *Colonęsi *Coronęsi Achaię vel Coronęsi, Felice Apollonięsi ac Bellidenij, Theodoro Toronęsi, Andrea *Chersonęsi Cretę, Prothymio *Conanęsi, Paulo Lápensij, Zenobio Gnosenij, Luciano Topirenij Thracię, Nepio Maximianopolitano, Secundiano Lamiensij, Dione Thebęsi Thesalię, Theodoro Echinensij, Martyrio *Helectrenij, Thoma Derbensij, Athanasio Parosęsi, Themistio Iassenij, *Aptonito Heracleensij, Philippo Amyzonensij, Apelle Cębyrenij, Spudalio Ceramęsi, Archelao Myndensij, Phania Arpatensij, Promaxio Alindęsi, *Philippo Pergamensij Asię, Maximo Assuęsi, Dorotheo Myrinensij, Maximo Cymensij, Ephoro Hypepenij, Alexandro Archadiopolitano, Eutyche Theodosiopolitano, Rhodone Palestęselitano, Eutropio *Euasensij, Aphobio Chologensij, Nestorio Cionensij, Eradione Tralleń, Theodoro Nysensij, Theodoro Alyddenij, Timotheo *Briulensij, Theodosio Mastaurensij, *Tychico Erythrenij, Eusebio Clazomenensij, *Eulalio Colophonensij, Modesto Atheniensij, Theosebio Priensij, Eusebio Magnęsenij Sipyli, Sapritio Paphensij insulę Cyprj, Zenone Curienij, Regino Constantiensij, Euanerio Silonensij, Cæsario chorepiscopo Arcesenę, Tribuniano Alpendensij Pamphilię, Nunechio Selgensij, Solone Corydallensij, Acacio *Cottianensij, Pausico Apollianensij, Anytio *Colibrassensij, Matidiano Coracienij, Eutropio Etoniensij, Tariano Lyrbensij, Eusebio Asponensij Galatię, Philomeno Cinnensij, Strategio & Eusebio Heraclę Honoriadis, Palladio Andrapontęsi Helleponti, Hermogene Rhinocorutenij, Euanerio Ptolemaidę Pętapolis, Eusebio Pelusięsi, Adelphio Oniphensij, Pauso Pharbeteń, Phibanięne Coptęsi, macario metelęsi, Adelphio Saęnij, Macedonio Xoętenij, Marino *Herinopolitano, Eulogio *Teremitęsi, metrodoro Leotęsi, macario Antęsi, Petro Oxirinchitano, Strategio Athribiteń, Athanasio Paraliciń, Syluano Corpidateń, Ioāne Ephestęsi, Aristobulo Thinithiń, Theōe Sethroicęsi, Lampetio *Bisensij, Cyro Achienij, Publio Olbięsi, Samuele *Difęsi, Zenobio Barcensij, Zenone Tentyrenij, Sospatro Septimiacęsi, *Danielo Darneensij, Eusebio Iulio-politano, Heraclide Heraclęsi, Chrysaorio Aphroditano, Andrea *Herinopolis maioris, Sauiño Panęsi, Abraamio Ostracinęsi, Heriaco Alanensij, Alypio Selinuntensij, Alexandro Cleopatridęsi, Theopempto Cabassensij, Isaac Tauiensij, Ammonio Butensij, Heraclio Ptenethensij, Isaac *Elearchiensij, Hera-

G 4 dio

*Sycacino-nęsi, vel Sy-caminięsi, *Arudenij

*Coronęsi *Dodonęsi

*Chyleń, *Comanęsi

*Philetę

*Ebaginęsi

*Brulliteń

*Cottialeń

*Hermupolitanę *Tremintę

*Difęsi

*Hermupolis maioris

*Libyarchicę

clio Thamatuden, Theona Pfinchensi, Ammonio Panephyfen, Bessula diacono Carthaginense, Archadio & Proiecto episcopis & legatis, Philippo religiosissimo presbytero Apostolicæ Romanæ sedis & legato, Petrus presbyter Alexandria & primicerius notariarum, dixit: Sancta & magna vestra synodus omnem faciens prouidentiam rectæ & Apostolicæ fidei, & veritati dogmatum, prouidens verò & statui & disciplinæ sanctarum Ecclesiarum, terminum promulgauit, quem & premanibus habentes (si preceperit vestra sanctitas) legimus. Sancta synodus dixit: Promulgata sententia à sancto & vniuersali hoc Concilio reciterur, & gestis inseratur. Quæ in Nicea congregata est synodus, fidè hanc exposuit.

NICENÆ SYNODI FIDES.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in vnum Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre vngentum, hoc est, de substantia patris, Deū de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: natum, non factum, hominon patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit, & incarnatus est, & in humanatus est, passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cælos, venturus in die iudicare viuos & mortuos. Et in sanctum Spiritum. Eos autem, qui dicunt, Erat aliquandò quandò non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nõ existentibus factus est, vel ex altera substantia, aut essentia dicentes esse, aut mutabile aut conuertibilem filium DEI, hos anathematizat catholica & Apostolica Ecclesia. Huic quidem sanctæ fidei omnes conuenit consentire. Habet enim piè & sufficenter ad utilitatem ijs, qui sub cælo sunt. Quoniam verò quidam simulant quidem confiteri eam, & consentire ei, falsè verò interpretantur ad id, quod eis placet, intellectus virtute, & circumueniunt veritatem, erroris & perditionis filij constituti: necessarium visum est, sanctorum & catholicorum patrum proferre testimonia, quæ possunt satisfacere, quemadmodum eam intellexerunt, & prædicare confisi sunt, quatenus ex manifesto, & omnes rectam & immaculatam fidem habentes, sic & intelligant, & interpretentur, & prædicent eam. Petrus presbyter Alexandria & primicerius notariarum, dixit: Quoniam præmanibus habentes libros sanctorum & beatissimorum patrum & episcoporum & diuersorum martyrum, elegimus verò ex his pauca capitula, quæ (si præcipitis) recitamus. Flavianus episcopus Philippensis, dixit: Et hæc recitata monumentis inserantur. Et lectum est ita: Petri sanctissimi episcopi & martyris Alexandria, ex libro de diuinitate: Quoniam & verè gratia & veritas per Iesum Christum facta est, vnde & gratia eius salu sumus, secundum Apostolicum dictum: & hoc, inquit, non ex vobis, (Dei enim donum est, nõ ex operibus) vt nõ quis gloriatur. Voluntate Dei verbum caro factum est, & habitu inuolutus vt homo, nõ defecit à diuinitate. Neque enim vt à virtutis suæ aut gloriæ perfectione recederet, pauper factus est, cum diues esset, sed vt & mortem pro nobis peccatoribus susciperet, iustus pro iniustus, quatenus nos offeret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus verò spiritu. Et post aliquanta: Vnde & Euangelista veraciter dicit: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Tunc vtique, ex quo angelus salutauit virginem, dicens: Aue gratia plena, Dominus tecum, quod enim ait, Dominus tecum: nunc est audire Gabrielem, hoc est, Deus verbum tecum. Significat enim ipsum natum in vulua, & carnem factum, sicut scriptum est: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & id, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et iterum post alia: Deus autem verbum, absque viri præsentia, secundum voluntatem DEI, qui omnia operari potest, factus in vulua virginis caro, non indiguit viri operatione aut presentia. Efficacius enim viro in operata est dei virtus, obumbrans virginem cum superueniente sancto spiritu. Sancti Athanasij quondam episcopi Alexandria, de libro contra Arrianos: Multi igitur sanctificati sunt, & mundi ab omni peccato. Hieremias vero & ex vtero sanctificatus est, & Ioannes adhuc constitutus in vtero, exiit in exultatione, in voce Dei genitricis Mariæ. Et tamen regnavit mors ab Adam vsque ad moysen, & super eos, qui non peccauerunt, in similitudine præuaricationis Adæ: & ita manebant nihilominus homines mortales & corruptibiles, capaces suæ naturæ passionum. Nunc verbo factus homine, & sua faciente, quæ carnis sunt, vltra hæc corpus non tangunt, propter verbum quod in eo factum est, sed ab ipso quidem consumpta sunt. Deceterò verò homines nullatenus secundum suas passiones peccatores permanent & corruptibiles, sed secundum verbi virtutem resurgentes, immortales & incorruptibiles semper permanent. Vnde & carne nascente ex dei genitrice Maria, ipse dicitur esse natus, qui alij genituram, quò sint, præstat, vt nostram in semetipsum transferret natiuitatem, vt nõ deceterò sicut terra tantum constituti, in terram eamus, sed sicut cælo verbo coniuncti, in cælum ab eo perducamur. Ergo sic & reliquas corporis passiones nõ indecenter in seipsum transfudit, vt nõ iam sicut homines, sed sicut proprii verbi æternæ vitæ efficiamur participes. Nec vltra enim secundum priorem natiuitatem in Adam morimur, sed iam natiuitate nostra & omni carnali infirmitate translatis in verbo, resurgimus à terra, soluta maledictione

stione peccati, propter eum, qui in nobis pro nobis factus est maledictus. Eiusdem ex epistola ad Epictetum: quomodo autem adhibere auli sunt, qui dicuntur Christiani, si is, qui ex Maria processit Dominus, filius quidem est Dei essentia & natura: id verò, quod est secundum carnem, ex femine est David, carne autem sanctæ Mariæ? Qui autem (putas) isti tam temerarij sunt, vt dicent Christum (qui carne passus est & crucifixus) non esse Dominum, & saluatorem, & Deum, & filium patris? Aut quomodo Christiani volunt nominari, qui dicunt, in hominem sanctum, sicut in vnum de prophetis, superuenisse verbum, & non ipsum hominem factum, accipientem ex Maria corpus, sed alterum esse Christum, & alterum Dei verbum, qui ante Mariam, & ante secula filius est patris? Aut quomodo Christiani esse possunt, dicentes alterum esse filium, & alterum esse DEI verbum? Et post aliquanta iterum: Non oppositum autem hæc facta sunt, (absit) sicut quidam iterum arbitrati sunt: sed proprie in veritate homine factus saluatorem, totum hominis salus factus est. Si enim oppositum fuit in corpore verbum secundum eos, (quod autè positum dicitur, imaginatio est) inuenitur putatiua & falsus & resurrectio hominum dici secundum impium Manichæum. Sed vera, non phantastica, est salus nostra: neque corporis solius, sed totum hominis, anime & corporis veraciter salus facta est. Humanum ergo corpus natura id quod ex Maria, secundum diuinas scripturas & verum fuit Domini saluatoris. Ex epistola sanctissimi Iulij quondam episcopi Romani ad Prothocolum: Prædicatur verò ad supplementum fidei & incarnatus ex Maria virgine Dei filius, & habitans in hominibus, non in homine operatus. Hoc enim in Prophetis præfatus fuerat & Apostolis. Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu, non duo filij, vnum quidem proprius filius assumens hominem, alter verò mortalis susceptus à deo: sed vnus vngentus in cælo, vngentus Deus in terra. Ex epistola Felicis episcopi Romani & martyris ad Maximinianum episcopum & clericos Alexandria: De incarnatione verò verbi & fide, credimus in Dñm nostrum Iesum Christum, ex Maria virgine natum, qui ipse est æternus Dei filius, & verbum, & non homo à Deo susceptus, vt alter esset præter ipsum: nec enim hominem assumpsit dei filius, vt esset alter præter ipsum: sed DEVS existens perfectus, factus est simul & homo perfectus, in carnatus ex virgine. Sanctissimi Theophili episcopi Alexandria, ex quinta epistola paschali: Sunt enim & nunc, tunc factorum miraculorum reliquia. Non sint increduli, quoniam virtus DEI potens est facere, virginem parere, in qua factus est viuens DEI verbum, vt nobis fieret similis. Aliter enim nobiscum colloqui eum propinquius impossibile fuit, vt

Petrus Alexandrinus martyr.
Ioan. 1. b

TOM. 2.

Idem. V.

non ex voluptate & somno (sicut in alijs habetur hominibus) susciperet corpus, quod in similitudine huius accepit ex virgine genitus homo, apprensus quidem sicut nos secundum seruilem formam, ex operibus verò approbatus, quoniam vniuersorum factor & dominus est, agens opera DEI. Item eiusdem ex paschali epistola: Sicut enim artifices optimi non in preciosis solis materijs artem ostendentes, mirandi sunt, sed qui ex vili luto & cera solubili, sapè suæ disciplinæ operando demonstrant virtutem, multo magis sunt laudabiles: ita omnium optimus artifex, viuus & efficax Dei verbum, decorans conuenientia ordinis vniuersa, non quasi accepta corporis preciosa materia, ad nos puenit, sed in luto maiestatis suæ artis ostendit, reformans hominem, qui de limo plasmatus est: ipse ex virgine, non decoris homo, procedens, modum quidem natiuitatis immutans, per omnia verò nostram secundum nos, absque peccato, similitudinem non iudicans fugiendam, nascens pannis inuolutus est, nutritus est infans in præsepio positus, naturæ nõstre infirmitatem propter præcedentes causas excipiens. Sed dum adhuc infans esset, simul & inimicum & eius cuneum conturbauit, magos attrahens ad poenitentiam, & imperans eis contemnero regem, à quo fuerant destinati.

Idem. VI.

Iulius Papa. VII.

Felix papa. VIII.

Theophilus Alexandrinus IX.

Sancti Cypriani episcopi & martyris, ex libro de pietatis opere & elemosynis: Multa & magna sunt, fratres dilectissimi, beneficia diuina, quibus in salutem nostram Dei patris & Christi larga & copiosa clementia & operata sit, & semper operatur: quod conseruandis ac viuificandis nobis pater filium misit, vt reparare nos posset: quod quæ filius missus est, & hominis filius dici voluit, vt nos Dei filios faceret. Humiliauit se, vt populum, qui prius iacebat, erigeret. Vulneratus est, vt vulnera nostra curaret. Seruiuit, vt ad libertatem seruitutes extraheret. Mori sustinuit, vt moriens, immortalitatem mortalibus exhiberet. Sanctissimi Ambrosij episcopi quondam Mediolanensis, de libro ad Gratianum: Si mihi non credunt, credant Apostolo dicenti: Postquam verò venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. Filium (inquit) suum, non vnum de multis, non communem, sed suum. Suum cum dicit, generationis æternæ proprietatem signauit. Hunc postea factum ex muliere asseruit, vt factura non diuinitati, sed assumptioi corporis ascriberetur, factum ex muliere per carnis susceptionem, factum sub lege per obseruantiam legis. Generatio autem illa cælestis ante legem, ista post legem.

Eiusdem de libro secundo: Silcant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia regnum DEI (sicut scriptum est) non in persuasionem verbi est, sed in ostensionem virtutis

*voluntate & femine
Idem ibidem.
Luc. 2. a
Matth. 2. b
Cyprianus XI.
*sanare
Amb. ad Gratianum. li. 1. ca. 6.
Galat. 4. a
Idem li. 2. ca. 4.
XIII.
I. Cor. 2. a

virtutis. Seruemus distinctionem diuinitatis & carnis: vnus in vtroque loquitur Dei filius, quia in eodem vtraque natura est. Et si idem loquitur, tamen nō vno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passionem. Quasi Deus loquitur, quæ sunt diuina, quia verbum est: quasi homo dicit, quæ sunt humana, quia in mea substantia loquebatur. Hic est panis viuus, qui descendit de cælo. Panis hic caro est, sicut ipse dixit: Hic panis quem ego dabo, caro mea est. Hic est qui descendit, hic est quem pater sanctificauit, & misit in hunc mundū. Hæc ipsa litera nos docet, sanctificationem non diuinitatem eguisse, sed carnem. Sanctissimi Gregorij maioris episcopi Nazianzeni, ex epistola ad Celidonium: Nec decipiant homines, neque decipiantur, hominem sine mente suscipientes Dominum, cum ipsi dicunt, magis autem Dominum nostrum & Deum. neque enim hominem separamus à deitate, sed vnum eundemque prædicamus, prius quidem non hominem, sed Deum, & filium dei tantummodo, & ante secula absque commixtione corporis, & omnibus quæ corporis sunt: in finem verò, & hominem assumptum pro nostra salute: passibilem carne, impassibilem deitate: circūscriptum corpore, incircūscriptum diuinitate, eidem terrenum & cælestē, visibile & intelligibile, cōprehensibile & incōprehensibile, vt toto homine eodemque: & Deo, totus homo reformaretur, qui cecidit sub peccato. Si quis dei genitricem, Mariam nō æstimat, alienus est à deitate. Si quis quasi per fistulā, ita per virginē transfurrisse, & non potius in ipsa plasmatum plasma esse dicit diuinē pariter & humanē: Diuinē quidem, quia sine viro: humanē autem, quia iure nascendi. Si quis plasmatum dicit esse hominem, deinde subintrasse deum, damnandus est. Neque enim Dei natiuitas hæc est, sed fuga natiuitatis. Si quis introducit duos filios, vnum quidem ex Deo patre, secundum verò ex matre, sed non vnum eundemque, ab adoptiōe excidat, quæ promissa est recte credentibus. Naturæ quidem duæ, Deus & homo, quemadmodum & anima & corpus: filij verò non duo, neque dii. Neque enim hæc duo homines, etsi ita Paulus id, quod intus est, hominis, & id quod foris est, nominauit. Et si oportet breuiter dicere, aliud quidem & aliud: ea ex quibus constat saluator, quoniam non idem est illud inuisibile huic visibili, & id quod sine tēpore, ei quod sub tempore: non alius verò, & alius. Absit. Nam vtraque vnum sunt propter temperamentum, DEO quidem humanato, homine verò deificato, siue quocunque modo quis nominauerit. Dico autem aliud & aliud eōuersò, quàm in Trinitate habetur. Ibi enim alius & alius est, vt non substantias confundamus, non aliud verò & aliud. Vnum enim idemque sunt tria & id ipsum diuinitatem

te. Siquis velut in propheta dicit secundum gratiam operatum, & non secundum essentiam coniunctum & cōfirmatum esse, sit vacuus melioris operationis, magis autē plenus nugis. Econtrariò, si quis non adoratur eum qui crucifixus est, anathema sit, & connumeretur cum deicidis. Si quis ex operibus perfectum aut post baptismā, aut post resurrectionem ex mortuis, adoptionem meruisse dicit, sicut pagani eos fictos subintroducunt, anathema sit. quod enim cœpit, & proficit aut perficitur, non est Deus, etsi per modicum augmentum ita dicitur. Sanctissimi Basilij quondam episcopi Cæsareæ primæ Cappadociæ: Nō enim tantum cælum & terra, & magnitudines pelagorū & in aquis degentia, & terrena animalia, & arbores, & stellas, & aer, & horæ, & varia vniuersitatis decoratio excellentiam fortitudinis demonstrat, quantum est quod possibile fuit Deo incōprehensibili impassibiliter per carnem cum morte configere, vt nobis propria passione impassibilitatem donaret. Sanctissimi Gregorij Episcopi Nysseni: hoc enim sapite (inquit) in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratu est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui suscipiens. Quid pauperius in Deo, quàm forma serui? Quid humiliter in rege vniuersorum, quàm in communionem pauperis nostræ naturæ voluntariè peruenire? Rex Regum & DOMINVS Dominantium, forma seruitutis induitur: iudex omnium, sit sub tributo potentium: creatura DOMINVS, in spelunca diuertit: & qui omnia palmo tenet, nō inuenit locum in diuersorio, sed in præsepio animalium proijcitur. Mundus & incōtaminabilis, humanæ naturæ suscipere dignatur fordes: & per omnem paupertatem nostram pertransiens, vsque ad mortis processit experimentum. Videte voluntariæ paupertatis mensuram. Vita mortem gustat, iudex in iudicium adducitur: vitæ vniuersorum Dominus, sit sub sententia iudicantis: omnium cælestium potestatum rex, carnicum manus non repulit: ad hoc tibi, inquit, exemplum respiciat humilitatis mensura. Attici episcopi Constantinopolitani: Hodie Christus Dominus clementiæ natiuitatem suscepit. Natiuitas enim diuinæ maiestatis iam præexistebat. Deinde post hæc iterum subiungit: Misericordiæ verbum exinaniuit, qui natura exinaniri non potest. Seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in corporeus propter te incarnat: verbum enim caro factum est. Palpatur, qui propter incorpoream naturam tactui non subiacet: qui sine initio, est sub corporeo initio. Qui perfectus est, crescit: incommutabilis, proficit. Qui diues est, intrat in diuersorio: qui operit cælum nubibus, pannis inuoluitur, rex in præsepio ponitur. Amphilo-chij episcopi Iconij: Quoniam

Ioan. 6. d
*verus,
Ioan. 6. c

Ioan. 10. g

Gregor. Nazian.

xiiiij.

*inuisibile

*excidit

2. Cor. 4. d

*est

*opinionis
*inter thecos
etonos.

Basilij.
xv.

Gregorius
Nyssenus.
xviij.
*sentie
Philip. 2. a

Luce 2. a
*inuisibili.

Atticus ep
xviij.

Philip. 2. b
Ioan. 1. b

Psal. 146.
Luce 2. a
Amphilochius.
niam xvij.

niam enim idē ipse, est & rex & Deus, mortem propter dispensationem passionis gustauit. Dona, mysterij sunt iudicia. Offerunt aurum, agnoscunt enim eum esse regem. Offerunt & thus sicut Deo, offerentes & myrram, propter mortem in mysterio passionis. Item eiusdem: Nisi enim ille nasceretur carnaliter, nunquam tu natus fuisses spiritaliter. Nisi ille dignatus fuisset formam serui suscipere, nunquam tu gloriā adoptionis lucrareris. Propter hoc venit in terram cælestis, vt tu terrenus eleuareris in cælum. Propter hoc Christus semetipsum exinaniuit, vt non omnes de plenitudine eius acciperem. Illius mors, nostra facta est immortalitas. Domini passio, seruo facta est exaltatio. Tu verò beneficiū accipis ad occasionem blasphemiarum. Attici episcopi Constantinopolitani: Si quem discernit incarnatio vnigeniti, & partus virginis, & passionum communio, & crux, & passio, atque mors, discens cognoscat, prouisoriam hanc vniuersalis salutis, sed nō in digna diuinæ clementiæ. Si enim turpe est Deo, habitare in virgine: turpius est omnino, creare. Si autem creans non sustinuit cōtumeliā, neque habitare in creatura, dignum verecundia iudicauit. Et si pati malum est, quale est à passionibus liberare? Ideò & mortuus est, vt immortalis morte mortificaret: & resurrexit, nostrā disponens resurrectionē. Et oia hæc suscepit, non natura diuinitatis, sed susceptione carnis, illa quidem in inuolabilitate propriæ impassibilitatis permanens, hac verò omnes passionem sustinens, quatenus optimæ conuersationis fieret legislator & princeps. EPHESINAE PRIMAE SYNO- DI ACTA ALIQUA, CHALCEDONE RELECTA. Secundum sanctionem pijs- simorum & amicorum Christi Imperatorum Theodosij & Valentiniani, congregata in Ephesia metropoli ex omni (sicut dicitur) mundo sancta hac synodo religiosissimorum omnium sanctorum ecclesiarum episcoporum, & confidente, & desinente obtinere ac firmam esse fidem, quæ expolita est per sanctum spiritum à sanctis patribus, pro tempore in Nicea ciuitate congregatis numero trecentis decem & octo, & ordinante de his, quemadmodum oportebat, Charisius quidam nomine presbyter, qui fuit & œconomus sanctæ ecclesiæ Philadelphensæ ciuitatis, docuit, quia quidam de Lydia prouincia descendentes heretici, voluerunt suum quidem errorem relinquere, ad veritatis verò lumen conuerti, & imbui catholice Ecclesiæ recto & pio dogmate. Et cum oporteret eos in veritate perducere, amplius decepti sunt, & quasi ex fouea in deteriorem foueam ceciderunt. Docuit enim, quoniam Antoninus & Iacobus presbyterorum nomen habentes, descenderunt de Constantinopoli, commendatitias portantes epistolas à quodam Anastasio & Photino, illo tempore cum he-

Matt. 2. b

Idem. XIX.

Philip. 2. b
Ioan. 1. b

Atticus ep
XX.

*auribus
*Cordibus

*Photinus

retico Nestorio constitutis, & iisdem verò presbyterorum habentibus nomina. Et cum oporteret Apostolicam atque euangelicam traditionem fidei, quam exposuerunt pro tempore patres, qui in Nicea ciuitate congregati sunt, tradere ijs, qui ex errore ad veritatem conuertebantur, & à tenebris venire ad lucem desiderabant: protulerunt expositionem aliquam impiorum dogmatum, sub obtentu symboli compositam, & huic fecerunt subscribere miseros illos, omnem modum impietatis superantes in ijs. Pro manifestissima verò explanatione eorū quæ dicta sunt, insertus est, qui porrectus est libellus à memorato presbytero Charisio, & impie illius hæreses expositio de inhumanatione vnigeniti filij DEI, cum subscriptione eorum, qui decepti sunt, sanctissimo & vniuersali concilio DEO amabili congregato in Ephesia ciuitate metropoli à Charisio presbytero & œconomio Philadelphie: ¶ Oratio quidem est omnium, qui bene sapiunt, honorem semper & decentem reuerentiam spiritualibus, maxime patribus & doctoribus, exhibere. Si verò alicubi contigerit, eos, qui docere debent talia subiectos, de fide insonare, quæ omnium aures nocet & corda: necessarium est, ordinem commutari, & eos qui male docere conantur, à minoribus redargui. Igitur quia vnus ex his Nestorius est, suæ carens perfidiæ fructu, qui pessimè de fide (quæ in CHRISTO est) sapiens, & docens multa sapiens quæ non oportebat, omnem omnino, qui sub sole est, orbem pariter cōturbauit, vt & CHRISTI anātissimos Imperatores cogeret sancire vestram sanctitatem hęc congregatam, ea, quæ catholice sunt fidei, dogmata confirmare. Et hoc propter suam clementiam Dominus Deus præstans, omnes vos sanctos patres hęc propterea congregauit. Huius gratia ego prouolutus vestræ sanctitati, doceo, quia nō solus iste, sed & qui cum eo sunt impietatis eius participes Anastasius & Photinus presbyteri, eandem hæresim & in alijs ciuitatibus volentes dispergere, Iacobum quandam similia ijs sapientem continuerunt, & hætenus continent, immensam fiduciam ei præstantes, quem & per literas iam dudum sicut orthodoxum commendauerunt reuerēdissimis episcopis Lydiæ. Talia verò ab isto temerata sunt, quæ cum sanctitas vestra cognouerit, omnibus modis mouebitur ad regulare aduersus eum poenam, & aduersus eos, qui eum continent. In Philadelphiam enim ciuitatem prouincie Lydiæ perueniens, & quosdam simplices decipiens, (clerici autem sunt isti) sanctorum patrum Nicenorum expositionem fidei spernens, alterius expositionem fidei, magis autem perfidiam, subscribere fecit. Et hoc fecerunt, sicut simpliciores, subscribentes: quia hęc orthodoxæ fidei acquiescimus, quæ expolitio hæreticis

hæreticis blasphemijs plena, & habens sub- scriptiões eorum, quibus subrepsit, salua est. Quam rogo coram vestra sanctitate relegi, vt manifesta sit, quæ ab ijs meditata sit contra catholicam fidem subuersio. Non solum verò hoc, sed & literæ prædictorum, vbi Iacobo quidem hæretico constituto, qui talia commisit, testimonium catholicæ fidei perhibent: me autem, sicut hæreticum, ministro & communione priuauerunt, piè sapientem, sicut subnexum est. His enim lectis, docebatur omnibus modis vestra reuerentia, quæ aduersus catholicam fidem ab eis commissa sunt, quæ Dominus per vestram sanctitatem vsque ad finem destruat.

¶ Charisij fidei professio catholica. Credo in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem, & in vnum dominum Iesum Christum filium eius vnigenitum, Deum de deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo verò, homouision patri, qui propter nos & propter nostram salutem descendit de cælo, incarnatus est, natus ex sancta virgine: & inhumanatus, crucifixus est, propter nos mortuus, & resurrexit tertia die, ascendit in cælos, & iterum venit iudicare viuos & mortuos: & in sanctum spiritum veritatis paraclitum, consubstantialem patri & filio: & sanctam catholicam Ecclesiam, resurrectionem mortuorum, & vitam æternam. Ego Charisius hos libellos dedi, sicut superius scriptum est, subscribens manu mea.

¶ Exeplar expositiõis falsati symboli, quod eos, qui nunc in primis imbuuntur ecclesiastici dogmatis diligentia, aut ex aliquo volunt hæretico errore ad veritatem cõuert, doceri & confiteri oportet.

Quia credimus in vnum Deum, patrem sempiternum, neque postea incipientem vt esset, sed qui est ab æternitate sempiternus Deus, neque verò postea factum patrem, quoniã vtique semper Deus erat & pater. Credimus verò & in vnum Dei filium vnigenitum, de substantia existẽtem patris sicut verè filium, & eiusdem substantiæ existentem illi, cuius est & creditur filius: & in spiritum verè sanctum, qui ex Dei est substantia, non filium, Deum verò, sicut eiusdem existentem substantiæ, cuius est Deus pater, ex quo secundum essentiam est. Nos enim (inquit) non spiritum mundi accipimus, sed spiritum qui ex Deo est, à creatura quidem eum vniversa separans, Deo verò coniungens, ex quo essentialiter est speciali modo præter omnem creaturam, quam non secundum substantiam, sed secundum causam creationis ex Deo esse arbitramur, sed neque filium æstimantes, neque per filium sumpsisse substantiam. Confitemur verò patrem perfectum persona, & filium similiter, & sanctum spiritum identidem;

salua nobis pietatis ratione: id est, patrem & filium, & spiritum sanctum, non tres aliquas diuersas substantias æstimari, sed vnã identitate deitatis cognoscendam. Oportet verò & de dispensatione, quam pro nostra salute in Deum, ea, quæ est secundum Christum, dispensatione Dñs Deus perfecit, scire quoniam Deus verbum, hominem perfectum assumpsit ex semine Abraham & David, secundum pronuntiationem diuinarum scripturarum, hoc existentem natura, quod erat illi, ex quorum erat semine, hominem perfectum natura ex anima intellectuali & carne humana constantem, quem hominẽ existentem secundum nos per naturam spiritus sancti virtute in virginis vulua formatum, factum Galat. 4.4 ex muliere, & factum sub lege, vt omnes nos à seruitute legis redimeret, antè iam prædestinatam ad optionem accipientes inenarrabiliter sibi met vnies, mortem quidem eum secundum legem humanam experiri constituens, suscitans verò ex mortuis, & perducens in cælum, & considerare faciens ad dexteram Dei: vnde super omnes constitutus principatus, & potestates, & dominationes, & virtutes, & omne quod nominat nomen non solum in hoc seculo, verum etiam & in futuro, ab omni creatura accipit adorationem, sicut inseparabilem ad diuinam naturam habens copulationem relatione dei & intelligentia, omni creatura ei adorationem exhibente. Et neque duos filios dicimus, neque duos dominos: quoniam vnus filius secundum substantiam, Deus verbum, vnigenitus filius patris, cui iste coniunctus & participans filiatione, communicat nomine filij & honore, & Dominus secundum essentiam, Deus verbum, cui iste coniunctus honore communicat: & idèd neque duos filios dicimus, neque duos dominos: quia manifesto constituto secundum substantiam Domino, & filio, inseparabilem tenet ad eum copulationem, qui causa nostræ salutis assumptus, conrefertur nomine & honore filio & Domino, non sicut vnusquisque nostrum, & secundum se ipsum constitutus est filius: vnde & multi, secundum beatum Paulum, dicimur filij: sed solus precipuum habens hoc, quod in ea, quæ Galat. 4.4 est ad Deum verbum, copulatione, filiatione & diuinatione participas, aufert quidẽ omnẽ suspicionem dualitatis filiorum & dominorum, præstat verò nobis in copulatione ad Deum verbum, omnem habere ipsius fidem & intelligentiam & speculationem, pro quibus & adorationem pro relatione Dei ab omni suscepit creatura. Vnum igitur filium dicimus, & Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia facta sunt, principaliter quidem Deum verbum intelligentes, substantialiter filium Dei & Dominum: cointelligentes autem assumptum Iesum à Nazareth, quẽ Acto. 10. f vnxit Deus spiritu & virtute, sicut in verbi dei copulatione filiationis participantem & domina-

1. Cor. 2. c

Galat. 4. d

Acto. 10. f

1. Cor. 15. f

dominationis, qui & secundus Adam, (secundum beatum dicitur Paulum) sicut eiusdem nature constitutus cuius Adam, demonstras verò nobis futurum statum, & tantam habes ab illo differentiam, quantam quippe esse oportet inter eum, qui inenarrabilia ministrat in futuro seculo bona, & inter eum, qui presentium tribulationum dedit initium. Simili verò modo & secundus Adam vocatur, sicut secundum statum demonstrans: quoniã primi quidem exordij factus est Adam mortalis, & passibilis, & multis plenus doloribus, cuius & nos suscepimus similitudine: secundum verò ostendit Dominus Christus, qui de cælo in futuro apparet, omnes nos ad suam perducat communionem. Primus enim (inquit) homo ex terra terrenus, secundus homo Dominus de cælo, id est, exinde appariturus, vt omnes ad imitationem perducatur suam. Vnde subiicit: Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis celestis, tales & celestes. Et sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem celestis. In eo verò apparente, & ab omnibus videndo, qui in futuro iudicandi sunt, inuisibiliter existens, faciet iudicium diuina natura. Tempora enim ignorantiam nostram præmittens Deus, nunc præceptum omnibus hominibus vbi quẽ pœnitentiam agere, quoniam statuit diem, in qua iudicaturus est vniversum orbem in iustitia, in viro quem prædestinauit, fidem præstans, resuscitans eum à mortuis. Hæc est ecclesiasticorum dogmatum doctrina, & omnis qui his contraria sapit, anathema sit. Omnis qui salutarem pœnitentiam non suscipit, anathema sit. Omnis qui non celebrat sanctum diem paschæ secundum sanctam catholicam Ecclesiam statuta, anathema sit. Budius iunior Philadelphienfis Quartodecimanus, cognoscens veram & catholicam fidem, & postulans sanctissimum episcopum Theophanum, accessi ad sanctam & catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresim, præcipue Quartodecimanorum, in qua prius erraueram, & consentio supra scriptæ expositioni catholicæ fidei, anathematizans & eos, qui non celebrant sanctum diem paschæ, sicut sancta catholica & apostolica Ecclesia celebrat, iurans per sanctam & homouision Trinitatem, & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ, Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum: si verò aliquid eorum quandoquẽ transgressus fuero, subiicere me legis seueritati. Et relecta mihi expositione, subscripti per Flauium Efychiu Philadelphie principalem, propterea quod literas ignorẽ, Flauius Efychius & Cerdanepensis principalis Quartodecimanus, cognoscens veram & sanctam & catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresim, præcipue verò Quartodecimanorum, consentio autem supra scriptæ expositioni catholicæ fidei, anathematizans & eos, qui non celebrant san-

Ididem.

Acto. 17.

Theophanius episcopus vnus fuit ex his, qui erant cum Orientalibus,

* Hefychius

* Cardanensis * Carditensis

ctum diem paschæ, sicut sancta & catholica Ecclesia celebrat, iurans per sanctam & homouision Trinitatem, & pietatem & victoriam religiosissimorum & Christi amicorum Imperatorum, Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum: Si verò aliquid de his quandoquẽ transgressus fuero, subiicere me legis seueritati. Et subscripti manu mea. * Rufinus secundæ Philadelphie Quartodecimanus, cognoscens veram catholicam fidem, supplicauit, exoras sanctam & catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresim, præcipue verò Quartodecimanorum. Consentio verò cum omni domo mea supra scriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos, qui non celebrant sanctum diem paschæ, sicut sancta & Catholica & Apostolica Ecclesia celebrat, iurans per sanctam & homouision Trinitatem, & pietatem & victoriam Christi amicorum Imperatorum, Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum: si verò de his aliquid aliquandò transgressus fuero, subiicere me cum omni domo mea legis seueritati. Et relecta mihi expositione, & placente, subscripti propria mea voluntate & proposito. Eugenius secundæ Philadelphie Quartodecimanus, cognoscens cum omni domo mea rectam & catholicam fidem, obsecrans sanctissimum episcopum Theophanum, accessi ad sanctam & catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresim, præcipue verò Quartodecimanorum, & eos, qui non celebrant sanctum diem paschæ, sicut sancta & catholica & apostolica Ecclesia. Consentio verò cum omni domo mea præscriptæ expositioni catholicæ fidei, iurans per sanctam & homouision Trinitatem, & pietatem & victoriam & diurnitatem, Christianissimorum Imperatorum, Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum: Si verò aliquid eorum præuaricatus fuero quandoquẽ subiicere me cum omni domo mea legis seueritati. Et relecta mihi expositione, & placita, subscripti manu mea. * Faustinus laicus secundæ Philadelphie Quartodecimanus, cognoscens veram & catholicam fidem, obsecrans sanctissimum episcopum Theophanum, accessi ad catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresim, præcipue verò Quartodecimanorum, in qua prius erraueram. Et consentio præscriptæ expositioni catholicæ fidei, anathematizans & eos, qui non celebrant diem sanctum paschæ, quemadmodum sancta & catholica & apostolica ecclesiæ celebrant, iurans per sanctam & homouision Trinitatem, & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ, Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum: si verò aliquid horum præuaricatus fuero quadoquẽ, subiicere me legi seueritati. Et relecta mihi expositione, accedens cum omni domo mea, subscripti manu mea

* Rufinus secundæ Philadelphie Quartodecimanus, cognoscens veram catholicam fidem, supplicauit, exoras sanctam & catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresim, præcipue verò Quartodecimanorum.

* Faustinus laicus secundæ Philadelphie Quartodecimanus, cognoscens veram & catholicam fidem, obsecrans sanctissimum episcopum Theophanum, accessi ad catholicam Ecclesiam.

*Demalius mea. *Damalius & Alexander manu vi Eutropij filij Theodori reuerendissimi diaconi, cognoscentes catholicam fidem, & obsecrantes sanctissimum episcopum Theophanum, accessimus ad catholicam Ecclesiam, anathematizantes omnem heresim, precipue verò Quartodecimanorum, in qua erraueramus, & eos, qui non celebrant sanctum diem paschæ, quemadmodum catholici. Et relecta nobis expositione, iurantes venerabili iuramento sanctæ Trinitatis, & per victoriam & salutem dominorum orbis terræ, Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum, nõ transgredi aliquid prescriptorum, & credentes cum domibus nostris subscripsimus. Flauius Nymphidianus secundæ Philadelphie scholasticus, omnibus dogmatibus & consuetudinibus Quartodecimanorum, heresim non suscipiens, consentiens verò his quæ sunt orthodoxe fidei, abrenunciatio, confitens quoque communicare huic rectæ fidei in omnibus, & hanc suscipere. *Polychronius Talciani filius & Danielis Philadelphienorum principium, propterea quod tardè scriberet, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans S. Episcopum Theophanum, accessi catholice fidei, anathematizans omnem heresim, precipue verò Quartodecimanorum, in qua erraueram, & eos, qui non celebrant sanctum diem paschæ, quemadmodum & orthodoxi. Et lecta mihi hac expositione, iuravi venerabili iuramento sanctæ Trinitatis, & per victoriam & salutem dominorum orbis terræ, Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum, non transgredi aliquid prescriptorum, & credens cum omni domo mea, & quia constat mihi omnia prescripta, Polychronius mutuatus sum manum Eustathij. Flauius Marcellus aurifex Quartodecimanus, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum episcopum Theophanum, accessi propria mea voluntate & proposito ad sanctam Dei catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem heresim, precipue verò Quartodecimanorum, & eorum, qui non celebrant sanctum diem paschæ, quemadmodum catholici. Et iuravi per sanctam Trinitatem, & pietatem Christianissimorum Imperatorum Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum: si autem aliquid transgressus fuero horum prescriptorum, reum me esse legum seueritati. Et subscripsi manu mea. *Eutyechius Marcellini filius aurificus secundæ Philadelphie cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum episcopum Theophanum, accessi propria mea voluntate & proposito ad sanctam Dei catholicam Ecclesiam, et anathematizo omnem heresim, precipue verò Quartodecimanorum, & qui non celebrant sanctum diem paschæ, sicut catholici. Et iurans per sanctam Trinitatem, & pietatem Christianissimorum Imperatorum, Flauij Theodosij & Flauij Va-

TOM. 2.

lentiniani perpetuorum Augustorum: si verò transgressus fuero aliquid de his, quæ prescripta sunt, subiacere me legum seueritati. Et subscripsi manu mea. *Stratonice Eunomij filius Quartodecimanus, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum episcopum Theophanum, accessi ad sanctam Dei catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem heresim, precipue verò Quartodecimanorum, & qui non celebrant sanctum diem paschæ, sicut catholici. Et iuravi per sanctam Trinitatem, & pietatem Christianissimorum Imperatorum nostrorum Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum: si autem transgressus fuero de his omnibus, quæ prescripta sunt, subiacere me legum seueritati. Et subscripsi per nepotem meum Alexandrum ob id, quod litteras ignorarem. *Theodorus & Alexander, & *Philadelphus scriben-tes per vnum ex nobis, id est, Alexandrum, cognoscentes catholicam fidem, & obsecrantes sanctissimum episcopum Theophanum, accessimus ad sanctam Dei catholicam & Apostolicam orthodoxam Ecclesiam. Et anathematizamus omnem heresim, precipue quæ dicitur Catharon, & qui non faciunt sanctum diem paschæ, sicut catholici. Et iuramus per sanctam Trinitatem, & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ, Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum: si autem transgressi fuerimus quid de his omnibus, quæ prescripta sunt, subiacere nos legum seueritati. Et relecta nobis huic expositioni subscripsimus. Marinianus Euthij, manu vtens Neotorij lectoris catholice fidei, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum episcopum Theophanum, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem heresim, precipue autem Quartodecimanorum, qui non celebrant sanctum diem paschæ, sicut catholici. Et iuravi venerabili sacramento, si transgressus fuero quid de his omnibus, quæ prescripta sunt, subiacere me legum seueritati. Et subscripsi. *Placidius Philadelphianus subscripsi manu mea, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum episcopum Theophanum, accessi ad sanctam catholicam & Apostolicam catholicorum Ecclesiam. Et anathematizo omnem heresim, precipue Quartodecimanorum, & qui non celebrant sanctum diem paschæ, sicut catholici, iurans venerabili sacramento, si quid transgressus fuero de his omnibus, quæ prescripta sunt, subiacere me legum seueritati. Et perlecta mihi expositione, subscripsi manu mea. Cyriacus Philadelphienus Nouatianæ hereseos, cognoscens orthodoxam fidem, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanum, accessi ad sanctam Dei catholicam & orthodoxorum

Ec-

Ecclesiam. Et anathematizo omnem heresim, precipue verò Catharon, & iurans venerabili sacramento, si quid præuaricatus fuero de his omnibus, quæ prescripta sunt, subiacere me legum seueritati. Et relecta mihi expositione, subscripsi per Eusebium Syru Calliopium. *Auxonius Philadelphenus Nouatianus cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum Episcopum Theophanum, accessi ad sanctam Dei catholicam & orthodoxorum Ecclesiam. Et anathematizo omnem heresim, precipue autem Nouatianorum. Et consentio cum omni domo mea prescriptæ expositioni catholice fidei, iurans venerabili sacramento per sanctam & homouisionem Trinitatem, & pietatem & victoriam dominorum Imperatorum Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum: si autem aliquid horum præuaricatus fuero, subiacere me cum omni domo mea legum seueritati. Et perlecta mihi expositione, & complacens subscripsi manu mea. Diomedes habitans in vico Caccaba, cognoscens catholicam fidem, & obsecrans sanctissimum Theophanum episcopum, accessi propria mea voluntate & spontaneo proposito ad sanctam Dei catholicam & apostolicam orthodoxorum Ecclesiam, et anathematizo omnem heresim, precipue verò Tetradorum, in qua prius erraueram. Et iuro per sanctam & homouisionem Trinitatem, & victoriam & pietatem dominorum orbis terræ, permanere me in his, quæ prescripta sunt, & in nullo transgredi, sed in omnibus custodire permanentem catholicam fidem. Si verò inuētus fuero vnquam præuaricari aliquid eorum, quæ mihi placet, subiacere me legum seueritati. Et audiens expositionem, subscripsi manu mea. Iulianus secundæ Philadelphie, cognoscens catholicam fidem, accessi ad sanctam Dei catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem heresim, precipue autem Quartodecimanorum, & iuro per venerabile sacramentum, si quid transgressus fuero de his omnibus, quæ prescripta sunt, subiacere me legum seueritati. Et complacens, per Martyrium lectorem subscripsi. Eutyechius Chorepiscopus *Aulacæ, princeps Quartodecimanorum hereseos, cognoscens veram catholicorum fidem, & obsecrans sanctissimum episcopum Theophanum, & reuerendissimum Chorepiscopum Iacobum, & reuerendissimum presbyterum & economum Charisium, accessi ad sanctam & catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem heresim, precipue verò Quartodecimanorum, in qua prius erraueram. Et consentio prescriptæ expositioni catholice fidei, anathematizans & eos, qui non celebrant sanctum diem paschæ, sicut catholici, & apostolica Ecclesia celebrat, iurans per sanctam & homouisionem Trinitatem, & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ, Flauij Theodosij & Flauij Valentiniani perpetuorum Augustorum: si verò de his aliquid præuaricatus fuero vnquam, subiacere me legum seueritati. Manum verò accommodaui pro eo ego Flauius Palladius, ob hoc, quod præfens diceret litteras se ignorare. His igitur perlatis, statuit sancta synodus, alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere præter diffinitam à sanctis patribus, qui in Nicea cum spiritu sancto congregati sunt. Qui verò auli fuerint, aut componere fidem alteram, aut proferre, vel offerre conuerti volentibus in agnitionem veritatis, siue ex gentilitate, siue ex Iudaismo, siue ex qualicumque heresi, hos quidem, si sunt episcopi aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu, & clericos à clericatu iudicamus. Si verò laici fuerint, anathematizati esse. Secundum similem verò modum, si inuenti fuerint siue Episcopi, vel clerici, aut laici, siue sapere, siue docere ea, quæ sunt in oblata expositione à Charisio presbytero de inhumanatione vnigeniti filij DEI, siue scelerata & peruersa Nestorij dogmata:

TOM. 2.

H 2 quæ

que & subnexa sunt, subiacent sententię san-
ctę huius & vniuersalis synodi, quatenus ma-
nifestum sit, quia episcopus quidem priua-
bitur ab episcopatu, & erit damnatus, clericum
vero similiter cadere a clericatu. Si vero
laicus quis sit, & ipse anathematizetur, sicut
superius dictum est.

¶ Ex codice Nestorij, quaternione
xvij. de dogmatibus.

Quoties igitur diuina scriptura dictura est
aut natiuitatem Christi ex virgine Maria, aut
mortem: nusquam videtur ponere, p̄us, sed
aut Christus, aut filius, aut dominus: quoni-
am hæc tria duarum naturarum sunt signi-
ficationes, aliquandò quidem huius, ali-
quandò illius, aliquandò verò & huius & illius.
Est autem tale quod dico. Quandò ex virgine
natiuitatem nobis scriptura narrat, quid
dicit? Misit Deus filium suum. Et non dixit,
misit DEVS Deum verbum: sed profert no-
mē, quod significat duas naturas. Quoniam
enim filius homo est & deus, dicit, misit De-
us filium suum, factū ex muliere: vt cum au-
dis, factum ex muliere, deinde videas nomē
præpositum, quod indicat duas naturas, vt
natiuitatem ex beata virgine factam, filium
quidem voces. Filium enim genuit Dei, & q̄
peperit Christum virgo. Sed quoniam filius
Dei duplex est secundum naturas, non genuit
quidem filium Dei, sed genuit humani-
tate, quę est filius propter coniunctum filiū.

¶ Similiter eiusdem de quaternione xxj.

Vide quid contingat, hæretice. Non inui-
deo voci dicenti, Christi genitricem virgi-
nem, sed scio venerabilem, quę suscepit De-
um, per quam processit omnium domina-
tor, per quam illuxit iustitię sol. Iterum su-
spectum habeo plausum, quomodò quod
dixi, processit, intellexistis? Non est dictum à
me, processit, quasi genitus est: nec enim ita
citò obliuiscor meorū. Nam procedere De-
um ex Christi genitrice virgine, à sanctis scri-
pturis didici: nasci verò Deum ex ipsa, nus-
quam didici. Et post alia: Nusquam igit di-
uina scriptura Deum de Christi matre virgi-
ne dicit natum, sed Iesum Christum filium
Dominum. Hæc omnes cōsitemur. Quę em̄
docuit diuina scriptura, infelix qui nō con-
tinuò suscipit. Surgēs, accipe infantē & ma-
trē eius. Hæc angelorū vox est. Fortāsē verò
melius te (q̄ pertinet ad natiuitatē) sciebāt ar-
changelij. Surgēs, tolle infantē & matrē eius.
Non dixit: Surge, tolle Deum & matrem eius.

¶ Similiter eiusdem quaternione xxiiij.

Quod igitur dicebamus, Noli timere tol-
lere Mariam coniugem tuam: quod enim in
ea natū est, (quod Gręcè dicit γέννηται: quod
siue per vnam n̄ literam, siue per duas scriba-
tur, sensui nihil præiudicat: quoniam si duas
posueris n̄ literas, apud Gręcos natus intelli-
gitur: si verò vnā, factus) de spiritu sancto est.
Si verò dixerimus, quia Deus verbum natus
est in vtero: aliud enim, coesse illi, qui natus

TOM. 2.

est: & aliud, nasci. quod em̄ (inquit) in ea na-
tum est, de spiritu sancto est, id est, spiritus san-
ctus creauit, quod in ipsa est. Viderunt ergò
patres, sicut docti in diuinis scripturis, quod
si pro incarnato posuerimus natum, inueni-
etur aut filius spiritus sanctus, aut Deus ver-
bum duos patres habens, aut (per vnam n̄ li-
terā, sicut apud Gręcos inuenitur) Deus ver-
bū, creatura esse spiritus sancti. Fugientes igit
natiuitatis sermonem, posuerunt, descēdit ille
propter nos homines, & p̄pter nostrā salutē,
& incarnatū esse. Quid est incarnatū esse? Nō
mutatū à diuinitate in carnē. Incarnatū em̄
ex sancto spiritu, secuti sunt euangelistā. Nam
& euangelista veniens ad incarnationē, fugit
natiuitatem dicere in verbum, & posuit in-
carnationem. Vbi audi, Et verbum caro fa-
ctum est. Non dixit, Verbum per carnem na-
tum est. Nam q̄ vbi cōmemorant apostoli &
euangelistā filium, ponunt, quia natus est ex
muliere. Intende quod dicitur, obsecro. Vbi
dicunt nomen filij, & quoniam natus est ex
muliere, ponūt, quia natus est. Vbi verò con-
memorant verbum, nullus eorū ausus est di-
cere natiuitatem per humanitatem. Audi: Be-
atus Ioannes euangelista veniens ad verbum,
& ad incarnationem eius, audi, qualia dicit:
Verbum caro factum est, hoc est, suscepit car-
nem, & habitauit in nobis, id est, nostram na-
turā indutus est. Et habitauit in nobis, & vi-
dimus gloriā ipsius filij. Non dixit, Vidimus
natiuitatem verbi.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione
xv. de dogmate.

Ita & secundum carnem Christum Deum
nominamus propter coniunctionē Dei ver-
bi, hoc, quod videtur, scientes vt hominem.
Audi itaq; Paulū predicatē. Ex Iudæis (in-
quit) Christus secundum carnē qui est super
omnia Deus. Constitetur hominem prius, &
tunc propter coniunctionem Dei, Deum p̄-
dicat, quod videtur, vt nullus Christianissi-
mum hominem colere suspicetur.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione xxvij.

Non autem sicut dicebamus Deū omniū
creatorem, & deum Moysen, deum em̄ (inquit)
posui te Pharaoni, & filium Dei Israel. Filius
enim (inquit) primogenitus meus Israel. Et
sicut dicebamus Christū Saul, non em̄ (inquit)
mittam manum meam super eum, quoniam
Christus Domini est, & Cyrū identidem. Hęc
enim (inquit) ait Dominus Christo meo Cy-
ro, & Babyloniuū sanctū. Ego enim (inquit)
impero eis: sanctificati sunt, & ego adduco
eos, ita dicim⁹ Dñm Christū, & Deū, & filiū,
& sanctū, & Christū. Sed cōmunio quidem
nominū similis, non eadem verò dignitas.

¶ Similiter eiusdem de quaternione xv.

Hoc sentiatur in vobis, quod & in Chri-
sto Iesū. Qui cum in forma Dei esset, semet-
ipsum exinanuit, formā serui accipiens. Nō
dixit, Hoc sentiatur in vobis, quod & in deo
verbo. Qui cum in forma Dei esset, formam
serui

Galat. 4. a

Matth. 2.

Matth. 1.

*audi

Ioan. 1. b

Roma. 9. b

Ibidem.

Heb. 2. d

Ioan. 8. g

Ioan. 15. d

Philip. 2. p

serui accepit: sed dicens, Christus, (tanquam
vocem duas naturas significantem) sine pe-
riculo eum & formam serui, quam accepit,
& Deum nominat: quia ea, quę dicuntur in
naturarum duplicatam, irreprensibiliter
diuiduntur.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione xij.

Vt in nomine Iesu (inquit) omne genu
flectatur cælestium, & terrestrium, & infer-
norum, & omnis lingua confiteatur, quia
Dominus Iesus Christus. † Propter induen-
tem, veneror eum quem induit indumento.
Pro occulto adoro visibile. Inseparabilis em̄
à visibili DEVS, ideo q̄; inseparabilis hono-
rem non separo. Separo naturas, sed adora-
tionem vniō.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione xvij. de neo:

Erat quidem DEVS verbum & ante in-
humanationem filius, & Deus, & ens cum
patre. Suscepit verò in vltimis temporibus
serui formam, sed ante hoc filius constitutus
& vocatus. Post susceptionem nō potest vo-
cari separatus filius, vt nē duos filios doce-
amus: sed quoniam illi filio copulatus est,
qui in principio erat, qui ad eum copulatus
est secundum filiationis dignitatem, diuini-
tatem suscepisse secundum dignitatem dixi
filiationis, non secundum naturas. Propter
eā & Deus verbum Christus nuncupatur, qm̄
habet copulationem cum Christo perpetuā.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione xij.
de dogmate.

Inconfusibilem igitur naturarum seruemus
copulationem. Confiteamur in nomine
Domini, veneremur eum, qui diuina co-
pulatione omnipotenti DEO coadoratur
homo.

¶ Similiter eiusdem de quaternione vj.

Attende & hoc confessum coniunctum.
Vt misericors (inquit) fiat, & fidelis sacer-
dos apud Deum. In quo enim passus est ipse
& tentat⁹, potēs est hos, q̄ tentant⁹, adiuuare.
Ergò qui passus est, sacerdos est misericors:
passibile autem est templum, nō ille qui pas-
sibilem viuificat Deus.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione xxvij.

Et discatis (inquit) quoniam nimia erat
aliqua copulatio deitatis, quę & in infantia
carnis Dominicę videbatur. Erat enim ipse
& infans, & infans Domin⁹. Laudastis vo-
cem, sed nec propter eam sine examinatio-
ne plaudatis. Dixi em̄, quia ipse erat infans,
& infans habitator.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione primo.

Cōmunes igit sunt operationes Trinitatis,
& tātumodò subsistētis diuisionē habētes.
Gloria ergò vnigeniti aliquādò ad patrē re-
ferret. Est em̄ (inquit) pater, qui me glorificat.
Aliquādò verò ad spiritū: Spirit⁹ em̄ (inquit)
veritatis me glorificat. Aliquandò verò ad
Christi potestatem.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione xij. de fi-
lio dicens:

TOM. 2.

Iste qui dicit, Deus meus, Deus meus, quārē
me dereliquisti? Iste qui triduanam susti-
nit mortem. Adora verò eum cum deitate,
sicut diuinę autoritatis cooperatorem.

¶ Et post aliquanta:

Propter eum qui indutus est, eum quem in-
dui, colo. Propter absconditum, adoro visi-
bile. Inseparabilis à visibili deus: ideo q̄; eius
qui non separatur, honorem non separo. Se-
paro naturas, sed vniō adorationem. Nō se-
cūdum se Deus, quod in vulua plasmatū est.
Non secundum se Deus, quod creatū est de
spiritu. Nō secundum se Deus, quod in sepul-
cro sepultū est: sic enim erimus homini colē,
& mortuorum cultores aperti: sed quoniā in
illo suscepto Deus à suscipiente, qui suscept⁹
est, sicut suscipienti copulatus, cōnuncupa-
tur Deus.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione iij.

cōtra hæreticos de spiritu dicens:

Quomodò em̄ seruus sit, (inquit) qui cum
filio & patre operat⁹? Et si requirat quis acti-
ones spiritus, inueniet filij & patris in nullo
minores: Non quia vna partitur deitas, sed
quia sancta scriptura ea, quę vnius virtutis
sunt, & in singulas partitur subsistentias in
approbatione similitudinis Trinitatis. Et
attende mihi hanc similitudinem, ex maio-
ribus operibus incipientem. DEVS ver-
bum factus est caro, & habitauit in nobis.
Cōsidere fecit sibi pater susceptam humani-
tatem. Dixit enim (inquit) Dominus Domi-
no meo, sede ad dexteram meam. Eius, qui
susceptus est, gloriam, descēdēs spiritus sus-
tentaui. Quandò enim (inquit) veniet spi-
ritus veritatis, ipse me glorificabit.

¶ Eiusdem ex quaternione vj. de Christo dicens:

Quia missus est prædicare captiuis remis-
sionem, sicut Apostolus subiungit, & dicit:
Hic fidelis Deo factus pontifex. Factus est
enim iste, qui non prius erat æternus: iste qui
paulatim in pontificis ò hæretice proficit di-
gnitate. Et audi manifestiore tibi hoc voce
clamantem: In diebus (ait) carnis suę preces
supplicationesq; ad eum, qui poterat illum
saluum facere à morte, cum clamore valido
& lachrymis offerens, exauditus est p̄ sua re-
uerentia. Et quidem cum esset filius, didicit
ex his quę passus est, obedientiam: & con-
summatus, factus est omnibus obtemperan-
tibus sibi causa salutis æternę. Consumma-
tur verò, quod paulatim ò hæretice profici-
cit: De quo & Lucas in euangelij clamati:
IESVS proficiebat ætate & sapientia & gra-
tia. Quibus consona & Paulus loquitur:
Consummatus, inquit, factus est omnibus
obtemperantibus sibi causa salutis æternę,
appellatus à DEO pontifex iuxta ordinem
Melchisedech. Et post alia: Pontifex voca-
tus: quid ergò econtrariò interpretaris Pau-
lo, impassibilem DEVM verbum terrenę
commiscens similitudini, & passibilem pon-
tificem faciens?

Luca 2. f

Heb. 5. c

Heb. 3. a

H 3

¶ Et

præfecit

Heb. 2. d

Ioan. 6. f

¶ Et iterum eiusdem ex quaternione vij. Unde fratres sancti, vocationis celestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei, qui fecit illum. ¶ Et post alia: Existente ergo nobis hoc solo pontifice copatiente, & cognato, & firmo, ab eius fide ne recedatis. Ipse est enim nobis promissa benedictionis destinatus ex semine Abrahe, pro se & genere suo sacrificium corporis offerens. Attendendum est hic, quia confitens omnem pontificem egere sacrificio, & excipiens Christum, ut qui non indiguit, hic dicit. & pro seipso offerre, & pro genere sacrificii.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione iiii. Audite igitur attendentes verba: Qui manducauerit (inquit) carnem meam. Memorare, quia de carne est, quod dicitur, & quia non à me additum est carnis nomen, ut non videar illis malè interpretari, Qui manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum. Nunquid dicit, Qui manducauerit Deitatem meam, & biberit Deitatem meam? Qui manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Comemoramini, quia de carne dicitur: Sicut misit me, qui viuus est pater, me, qui visibilis sum. Si forte malè interpretor, ex his que sequuntur, audiamus: Sicut misit me, qui viuus est pater. Ille dicit Deitatem, ego humanitatem. Videamus quis est, qui malè interpretat, sicut misit me, qui viuus est pater. Dicit hereticus, hic diuinitatem dicit, misit me Deum verbum, sicut misit me viuus pater, secundum illos, & ego viuus Deus verbum, propter patrem. Deinde quod post hæc est, & quod me manducat, & ipse viuat. Quæ manducam? Deitatem, aut carnem?

¶ Similiter eiusdem ex quaternione xvij. Et omnino (inquit) si omnem simul no- uam scripturam effoderis, nusquam inuenies in ipsa mortem ad Deum pertinentem, sed aut ad Christum, aut ad filium, aut ad Dominum. Christus enim, & filius, & Dominus in vni- genito à diuina scriptura positum, duarum naturarum significatiuum est, & aliquando quidem designans Deitatem, aliquando vero humanitatem, aliquando etiam utraque, ut est illud, cum Paulus in epistola prædicat: Si etiam cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, humanitatem clamat filij. Cum vero iterum idem ad Hebræos dicit, Deus locutus est nobis in filio, per quem fecit & secula, diuinitatem significat filij. Neque enim caro creatrix est seculorum, que post multa creata est secula. Et post alia: Nō Deitas fratrem Iacobum habuit, nec dei verbi mortem nos annunciamus, cum Dominico corpore & sanguine pascimur.

¶ Similiter eiusdem ex quaternione 23. Considero (inquit) nostros populos multam reuerentiam possidentes & feruentissimam pietatem, per ignorantiam verò diuinæ scientiæ lubricantes. Hoc verò non crimen

Roma. 5. b

Heb. 1. a

Galat. 1. d
2. Cor. 11. f

est populi, sed (ut decenter dicam) eò quod non habuerit doctores tempus, quo possint aliquid de doctrina nobis commendare subtilius. Petrus presbyter Alexandriae & primicerius notariorum, dixit: Ecce manifestè in his dicit, quoniam corru, qui ante eum fuerunt doctorum, nullus hec loquutus est populis.

¶ Cyrillus episcopus Alexandriae, subscripsi. Archadius episcopus legatus sedis Apostolicæ, subf. Iuuenalis episcopus Hierosolymæ, subf. Proiectus episcopus legatus sedis Apostolicæ, subf. Philippus presbyter sedis Apostolicæ, atque legatus, subf. Firmus episcopus Cæsarensis, subf. Theodorus episcopus An- cyritanus, subf. Berinianus episcopus Pergæ metropolitani, per Timotheum episcopum subf. Marinianus episcopus Synnaden, subf. Peregrinus episcopus Corinthi, subf. Iconi Gortynæ Cretæ, subf. Memnon episcopus Ephesi, subf. Reginus episcopus Constantiæ Cypri, subf. Acacius episcopus Meliten, subf. Palladius episcopus amafenus, subf. Herenianus episcopus Myren, subf. Valerianus episcopus Iconiæ, subf. Pius episcopus metropolis Pessinuntis, subf. Cyrillus humilis episcopus Aphrodisiæ, subf. Amphilocheus episcopus Siden metropolis, subf. Me- onius episcopus Sardeniæ, subf. Hellanicus episcopus Rhodiæ, subf. Dalmatius episcopus Cyzicenus, subf. Flavianus episcopus Philippi, subf. Aristonicus episcopus Laodiceis, subf. Paralysus misericordia Christi episcopus Chij, subf. Idduas episcopus Smyrnenis, subf. Olympius episcopus Claudiu- politanus, per episcopum Epiphaniū & Eu- sebiū, subf. Dominus episcopus Carthe- anensis, subf. Eustathius episcopus Do- cimeensis, subf. Epiphanius episcopus Cra- tiensis, subf. Gregorius episcopus Cerasuntinus, subf. Elladius episcopus Adramyten, subf. Anylius episcopus ciuitatis Thebanæ Helladis, subf. Dominus episcopus Opuntinus, subf. Callicrates episcopus Naupaætenus, subf. Niceas episcopus Megarensis, subf. Callinicus episcopus Apamenus Bithyniæ, subf. Petrus humilissimus episcopus Prufenis, subf. Euprepis episcopus Byzenis, subf. Dion episcopus Thebeus, subf. Perrhenius episcopus Thessalonicensis Sardorum, subf. Paulus episcopus Anthedonensis, subf. Theodorus episcopus Magnesiæ ciuitatis, subf. Eusebius episcopus heracleis, subf. Ioannes episcopus Lesbos & Tenedi emporij Hellestoti & Lyciorū, subf. Thomas episcopus Derben, subf. Senecio episcopus Scodrenæ ciuitatis, subf. Tribunianus episcopus Primopolitanæ sanctæ ecclesiæ, subf. Martyrius episcopus Ele- ctre, subf. Anysius episcopus Colobrassenæ ciuitatis, subf. Acacius episcopus Cotiaienæ ciuitatis, subf. Ablabius episcopus Amorie, subf. Philippus episcopus Pergamæ, subf. He- racion

Pionius

Serdeus

Catanus

Catines

Senetion

Helogres

Amuric

Ebaginon

hierocopi- enis

Aphthoni

Philippus

Eutalius

Cassianus

Coronatus

Sycacino- neus vel Sy- caminensis

racion & Theophilus episcopi Trallei ciui- tatis, subscripsi. Daphnus episcopus Magnesiæ Magnesiæ, subscripsi. Eusebius episcopus Magnesiæ Sipyli ciuitatis, subscripsi. Andre- as humilis episcopus Chersonæ, subscripsi. Paulus humilis episcopus Lampenæ ciuitatis, subscripsi. Eutropius humilissimus episco- pus Euazenen, subscripsi. Senerus minimus episcopus Sozopolis prouinciæ Pisidiæ, sub- scripsi. Siluanus episcopus Cheratape, sub- scripsi. Commodus minimus episcopus Tri- polis, subscripsi. Constantinus episcopus Dio- cletianopolis, subscripsi. Nestorius episcopus Cionen, subscripsi. Aphobius minimus episcopus Chologei, subscripsi. Dioscus episcopus Eutetenæ ciuitatis, subscripsi. Paulus episcopus Dedicenæ ciuitatis, subscripsi. Li- menis episcopus Smyrnen, subscripsi. Theo- dorus episcopus Ataliæ, subscripsi. Aptoni- nus minimus episcopus Heracleotanæ ci- uitatis, subscripsi. Spudastus minimus episco- pus Ceramæ, subscripsi. Philetus minimus episcopus Amyzonis, subscripsi. Docimastus episcopus Maroneæ, subscripsi. Ennepius episcopus Maximianopolitanæ, subscripsi. Eu- thalius episcopus Colophonen, subscripsi. Lu- cianus episcopus Topiren, subscripsi. Rufi- nus episcopus Tabeni ciuitatis, subscripsi. Ro- manus episcopus Rhaphiæ ciuitatis, subscri- psi. Fidus episcopus Ioppis, subscripsi. He- tychius episcopus Parij ciuitatis, subscripsi. Timotheus episcopus Telmisi, & Eniandos ac Ionia, subscripsi. Eucharius episcopus Dyr- rhachenæ ciuitatis, subscripsi. Euagrius episcopus Solonen ciuitatis insulæ Cypri, sub- scripsi. Nestarius episcopus Casonenæ ci- uitatis, subscripsi. Agathocles episcopus Co- ronæ ciuitatis, subscripsi. Azanus episcopus Sycamzone, subscripsi. Edeus episcopus Posidonæ, subscripsi. Secundinus episcopus Lamiæ, subscripsi. Nuncchius episcopus Sel- gen, subscripsi. Matidianus Coraceni, sub- scripsi. Cyrillus episcopus Cele, per manus Hellestonti presbyteri subscripsi. Sapritius episcopus Paphi Cypri insulæ, subscripsi. The- mistius minimus episcopus Iasse, subscripsi. Promaxius episcopus Alindonæ ciuitatis, sub- scripsi. Eudoxius episcopus Chomatenæ ci- uitatis, subscripsi. Libanius episcopus Veteris ciuitatis, subscripsi. Tarianus episcopus Lyr- bensæ ciuitatis, subscripsi. Alexander episcopus Archadiopolis, subscripsi. Theodor- us episcopus Nyse, subscripsi. Rhodon episco- pus veteris ciuitatis, subscripsi. Tychicus mi- nimus episcopus Erythreæ ciuitatis, subscri- psi. Eugenius episcopus Apolloniadæ, ciuit. subscripsi. Etius episcopus Peonie. Helle- sponti, subscripsi. Archelaus minimus episcopus Mynden, subscripsi. Apelles humilis episcopus Cyberitæ ciuitatis, subscripsi. Phi- ladelphus minimus episcopus Traianupolis, subf. Eutherius humilis episcopus Stratoni-

cæ Lydiæ prouinciæ, subf. Ioannes minimus episcopus Aureliupolis ciuit. subf. Maximus episcopus Cymen, subf. Modestus episcopus Anathenæ ciuitatis, subf. Theodosius humi- lis episcopus Mastauræ, subf. Thomas episcopus Valentiniopolitanus, subf. Eusebius episcopus Clazomenæ, subf. Eusebius episcopus Asponen Galatiæ subf. Euporus episcopus Hypepenæ, subf. Sadus episcopus subf. Dōninus episcopus Orcellen, subf. Ioannes episcopus Augustopolitanus subf. Petrus episcopus Parembol. subf. Natiras episcopus Gazæ, subf. Zenon episcopus Curienæ ciuitatis, subf. Euoprius episcopus Ptolemai- dæ Pentapolis prouinciæ, subf. Macarius episcopus Metelen, subf. Eusebius episcopus Pe- lusiæ, subf. Hermogenes episcopus Rhino- coren, subf. Marinus episcopus Herinupolitanus, subf. Ioannes episcopus Ephestiæ, subf. Heraclius episcopus Thamatuden, subf. Strategius episcopus Athribiten, subf. Aristobulus episcopus Thiniten, subf. Theon episcopus Heracleæ, subf. Heraclius episcopus Sethroien, subf. Solon episcopus ciuitatis Co- rallien, subf. Alypius episcopus Selinutenis, subf. Macedonius episcopus Zoeten, subf. Petrus episcopus Oxyrinchen, subf. Metro- dorus episcopus meonten, subf. Paulus episcopus Pharbecten, subf. Ammonius episcopus Panephyten, subf. Publius episcopus Olbiæ, subf. Hieracus episcopus Afaphen, subf. Sa- muel episcopus Disteen, subf. Sopatrus episcopus Lybiæ Septimiacæ prouinciæ, subf. Isaac episcopus Elearchien, subf. Isaac episcopus Tauaten, subf. Heraclides episcopus Heracleæ, subf. Theonas episcopus Singen, subf. Cyrus episcopus Acheen, subf. Eulogius episcopus Treminten, subf. Syluanus episcopus Corpidaten, cōsensit. Ego verò Heraclius episcopus pro eo subscripsi, eò quod infirmabat. Ad- elphius episcopus Onuphen, subf. Abraham episcopus Oltracinen, subf. Athanasius Parali episcopus subf. Adelphius episcopus Saen, subf. Lampertus episcopus Casti ciuitatis, subf. Chrysaorius episcopus Aphroditen, subf. Ammonius episcopus Bute, subf. Eutychi episcopus Theodisupolitanæ, subf. Venantius episcopus Hierapolitanæ ci- uit. subf. Subscripsi verò per notarium meum Theodotum. Zenobius episcopus Barcenæ ciuit. subf. Zenon episcopus Tentyriten, subf. Eusebius episcopus Iulopolitanæ ciuit. subf. Heraclides episcopus heracleæ superioris, subf. Macarius episcopus Anteeen ciuit. subf. Sauius episcopus Athana- sius episcopus Scepsie, subf. Philumenus episcopus Cinnensis, subf. Felix episcopus, agens vices sedis Apostolicæ, ciuit. Apollinestum & Bellidentium, subf. Timotheus episcopus Tomitanæ ciuit. prouinciæ Scythiæ, subf. Paulianus episcopus Maiumæ, subf. Phiba- mon episcopus Copten, subf. Zenobius episcopus Gnosenis ciuit. subf. Pauiscus episcopus Apollianensis, subf. Andreas episcopus Herinupolitanus, subf. Phania minimus episcopus Ar-

Anithens

Oresten

Phacusen

Libyarchen

Tremytus

ten

Paulinus

vel Paulus

pafensis, subscripsi. Theosebius episcopus Prieneſis ciuitatis, subſc. Maximus episcopus Aſſueſis, subſc. Theoſtiſtus Phocēſis episcopus subſc. Hermolaus miniſimus episcopus * At-tuſenſis, subſc. Theodorus episcopus Gada-renſis per alterius manum, id est, * Etherij archidiaconi, subſc. Athanaſius episcopus Pari-ſuſe, subſcrip. Paulus * Orymen episcopus, subſcripſi. Timotheus episcopus Briulenſis, subſcripſi. Daniel episcopus Colong Cappadocia ſecundæ, subſcripſi. Aſclepiades epi-ſcopus Trapezopolitans, subſc. Theodor episcopus Echineſis, subſcripſi. Beſſula diaconus eccleſie Carthagineſis, subſcripſi. Step-hanus episcopus Theopolitanus Aſia: provin-ſcia, subſcripſi. Cæſarius chorepiscopus Ar-ceſenæ ciuitatis, subſcripſi. Theodul episcopus Eleuſenſis, subſcripſi. Theodorus episcopus * Ariddelenſis, subſcripſi. * Letoius episcopus Libyadis, subſcripſi. Ariſtocritus episcopus Olympi, subſcripſi. Timotheus Thermeſis Helleſponti episcopus, subſcripſi. Alexâder episcopus Cleopatridis, subſcripſi.

PHESINI CONCILII ACTA QVAEDAM, hic interpoſita pro inſtructione prius dictorum, & ad ea plurimum conducentia.

¶ Nestorij blaſphemiatarum capitula, quibus, epistolis ad eum miſſis à ſancto Cæleſtino Romanæ vrſis archiepiscopo, & Cyrillo Alexandrino episcopo, contradicit, & diſputatione breuiſſima reſoluendo 12 capitula fidei, quæ ad illū miſſa fuerant, reſellit. Et primum quidem Cyrilli capitula ponitur, quæ eccleſia approbavit: & deinde Nestorij reſponſa, è Græco in Latinum verſa.

Cap. 1. Cyrillus dixit: Si quis non confitetur Deum eſſe ſecundum veritatem eum, qui eſt Emmanuel, & ob hoc ipſum Dei genitricem ſanctam virginem, peperit enim carnaliter verbum, quod ex Deo eſt, carnem factum, ſecundum quod ſcriptum eſt: Verbum caro factum eſt, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis eum qui eſt Emmanuel, Deum verbum eſſe dixerit, & nõ potius, Nobiſcum Deus, hoc eſt, inhabitare eam, quæ ſecundum nos eſt, naturam, per id, quod vnitus eſt maſſa noſtra, quam de Maria virgine ſuſcepit, matrem etiã Dei verbi, & non potius eius, qui Emmanuel eſt, nuncupauerit, ipſum que Dei verbum in carnem verſum eſſe, quam accepit ad oſtenſionẽ dei-tatis ſuæ, vt habitu inueniret vt homo, anathema ſit.

2 Cyrillus dixit: Si quis non confitetur carni ſecundum ſubſiſtentia vnitum eſſe verbum patris, vnitum quoque eſſe Chriſtum cum propria carne, eundẽ ipſum ſine dubio Deum & hominem, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis in verbo Dei coniunctionem, quæ carne facta eſt, de loco in locum mutatione diuinæ eſſentia dixerit factam, eiusque diuinæ naturæ carnem capace eſſe dixerit, ac ſpecialiter vnita carni, aut ite-

TOM. 2.

rùm in infinitum incircumſcriptæ diuinæ naturæ, quod extenderit carnem, accipiendum Deum dicat & hominem, anathema ſit.

3 Cyrillus dixit: Si quis in vno Chriſto diuidit ſubſiſtẽtias poſt vnitatem, ſola eos ſocietate cõnectens ſecundum dignitatem, aut authoritatem, aut potentiam, & non magis cõuentu ad vnitatem naturalẽ, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis nõ ſecundum coniunctionem vnũ dixerit Chriſtum qui eſt etiã Emmanuel, ſed ſecundum naturã, ex vtraque etiã ſubſtantia, tam Dei verbi, quæ etiã ab eo hominis ſuſcepti, in vnã filij connexionem, quam etiã nunc inconfuſe ſeruamus, minime cõfiteatur, anathema ſit.

4 Cyrillus dixit: Si quis in duabus perſonis aut ſubſiſtentijs diſcernit eas voces, quæ tam in euãgelij, quàm in apoſtolicis ſcriptis continentur, aut etiã eas, quæ à ſanctis dicuntur, vel ab ipſo Chriſto de ſeipſo, & aliquas quidem ex his tanquã homini, quæ præter dei verbum quaſi ſpecialiter intelligatur, applicandas crediderit, aliquas verò tanquã Deo decentes, ſoli verbo Dei patris deputauerit, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis eas voces quæ tam euãgelicis, quàm epistolis apoſtolicis de Chriſto, qui eſt ex vtroque, cõſcriptæ ſunt, accipiat tanquã de vna natura, ipſi que Dei verbo tẽtat paſſiones tribuere, tam carne, quàm etiã dignitate, anathema ſit.

5 Cyrillus dixit: Si quis audeat dicere, hominem Deo vtentem Chriſtum, & non potius Deũ eſſe ſecundum veritatem, tanquã vnũ filiũ, qui naturaliter ſecundum quod verbum caro factum eſt, participauerit ſimiliter nobiſcũ carni & ſanguini, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis vnũ eſſe poſt aſſumptionem hominis naturaliter Dei filiũ audeat dicere, cum ſit Emmanuel, anathema ſit.

6 Cyrillus dixit: Si quis dicit Deum vel Dominum eſſe Chriſti verbum patris, & nõ magis eundem ipſum confitetur Deũ, & hominem ſimul, tanquã verbum carnem ſecundum ſcripturas, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis poſt incarnationem Deum verbum, alterum quempiam præter Chriſtum nominauerit, ſerui ſanẽ formam initium non habere cum Deo verbo, & increatã, vt ipſe eſt, dicere tentauerit eſſe, & non magis ab ipſo creatam confiteatur tanquã naturam & creaturam ex Deo, quam & ſuſcitare propria virtute promiſit, Soluite, dicẽs ad Iudæos, templum hoc, & in triduo ſuſcitaro illud, anathema ſit.

7 Cyrillus dixit: Si quis dicit tanquã in homine Ieſum Deum verbum fuiſſe inoperatũ, & vnigeniti dignitatẽ, tanquã alteri præter ipſum exiſtẽti, tributã eſſe, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis hominẽ, qui de virgine creatus eſt in virgine, hunc eſſe dixerit vnigenitum, qui ex vtero patris ante luci-

Ioan. 2. c

ferum

ferum natus eſt, & non magis propter vnitionem eum, qui eſt naturaliter vnigenit patris, vnigeniti appellatione confiteatur eum participem factum, Ieſum quoque alterum quempiam præter Emmanuel dicat, anathema ſit.

8 Cyrillus dixit: Si quis audeat dicere, aſſumptum hominẽ coadorari cum Deo verbo oportere, & conglorificari, & connuncupari Deum, tanquã alterum alteri (adiectio enim vnus ſyllaba, hoc eſt, co, hoc cogit intelligi) & non magis vna reuerẽtia veneratur Emmanuel, vnãque ei glorificationem dependit, ſecundum quod verbum factum eſt caro, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis ſerui formam per ſeipſam, hoc eſt, ſecundum propria naturæ rationem, colendã eſſe dixerit, & omnium dominam, & non potius propter ſocietatem, qua beatæ & ex ſe naturaliter domine vnigeniti naturæ coniuncta eſt, veneratur, anathema ſit.

9 Cyrillus dixit: Si quis eum, qui eſt vnus, Dominum Ieſum Chriſtum glorificatum dicit eſſe à ſpiritu ſancto, tanquã aliena potentia, qua per eum vtetur, ab eoque meruiſſe inoperari poſſe aduersũs immundos ſpiritus, & per eum implere diuina ſigna, & non magis proprium eius ſpiritum dicat, per quẽ ſigna operati ones exercuit, & ex hoc fugandorum ſpirituum eueniebat ei eſſe poteſtatem, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis formæ ſerui conſubſtantialem dixerit ſpiritum ſanctum, & non potius per illius mediationẽ, quæ eſt ad Deum verbum, ex ipſa conceptione habuiſſe dixerit coniunctionem, per quã communes nonnunquam & in homines mirandas curati ones exercuit, & ex hoc fugandorum ſpirituum eueniebat ei eſſe poteſtatem, anathema ſit.

10 Cyrillus dixit pontificem & apoſtolũ conſeſſionis noſtræ Chriſtũ factum eſſe, ſancta ſcriptura designat. Obtulit autẽ ſeipſum pro nobis Deo patri in odorem ſuauiſſimæ. Si quis ergo pontificem noſtrum & apoſtolum dixerit eſſe factum, non ipſum Dei verbum (quandõ factum eſt caro, & ſecundum nos homo) ſed quaſi alterum præter ipſum ſpecialiter hominem ex muliere, & ſi quis dicit, quia pro ſe obtulit ſeipſum oblationem, & non magis pro nobis ſolis, (non enim indiguit oblatione, qui peccatum nescit) anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis illud in principio verbum pontificem & apoſtolum conſeſſionis noſtræ factum eſſe, ſeq; ipſum obtuliſſe pro nobis dicat, & non Emmanuẽ eſſe apoſtolum dixerit, oblationemque ſecundum eãdem diuidat rationem, ei qui vnuit, & ei qui vnitur, ad vnã communitem filij, hoc eſt, Deo quæ Dei, & homini quæ hominis, deputans, anathema ſit.

11 Cyrillus dixit: Si quis non confitetur carnem Domini viuificatricem eſſe, tanquã

TOM. 2.

propria ipſius dei verbi patris, ſed quaſi alterius cuiuſpiã præter ipſum, coniuncti quidem ei ſecundum dignitatem, aut tanquã ſecundum quod ſolam diuinam habitationẽ habuerit, & non potius (ſicut dixi) viuificatricem eſſe, quia facta eſt propria verbi Dei, cui omnia viuificare poſſibile eſt, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis vnitam Deo carnem, ex naturæ proprietate poſſibilitate viuificatricem eſſe dixerit, ipſo Domino & deo pronunciante, ſpiritus eſt qui viuificat, Ioan. 6. g. caro nihil prodeſt, anathema ſit. ſpiritus Deus eſt, per quem hoc à Deo pronunciatũ eſt. Si quis ergo Deum verbum carnaliter ſecundum ſubſtantiam carnem factum eſſe dicat, hoc autẽ modo & ſpecialiter cuſtoditẽ, maximẽ Domino Chriſto poſt reſurrectionem diſcipulis ſuis dicẽte: Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere, anathema ſit. Luc. 24. f.

12 Cyrillus dixit: Si quis non conſtetur Deum verbum paſſum eſſe carne, & crucifixum carne, & mortẽ carne guſtaſſe, factumque primogenitum ex mortuis, ſecundum quod eſt viuificator & vita tanquã Deus, anathema ſit.

Nestorius reſpondit: Si quis confiteatur paſſiones carnis, & has quoque tanquã verbo dei tribuerit, quaſi etiã carni, in qua factus eſt adhibuerit, non decernens dignitatem naturarum, anathema ſit.

¶ His igitur recitatis, decreuit ſancta & magna ſynodus, aliam fidem nulli licere præferre, vel conſcribere, vel componere, præter illam, quæ cõſtituta eſt à ſanctis patribus, qui in Nicea cum ſancto ſpiritu conuenerunt. Illos autem qui audeant fidem aliam componere vel proferre volentibus ſe cõuerrere ad agnitionẽ veritatis ex paganitate, ſiue ex Iudaismo, ſiue ex alia qualibet hereſi, eos, ſi episcopi ſint aut clerici, alienos eſſe episcopos ab episcopatu, clericos à clericatu. Sin verò laici ſint, anathema eſſe ſimili modo. Si qui verò deprehẽſi fuerint, ſiue episcopi ſiue laici vel credentes, vel docentes ea, quæ ſcripta ſunt in expoſitione à Charifio preſbytero prolata de incarnatione vnigeniti filij DEI, aut certè ſcelerata & puerſa Nestorij dogmata, quæ etiã ſuprà ſcripta ſunt, eos ſubiace-re ſanctæ & magnæ ſynodo, ſit perſpicuum, & episcopus quidem ſciat ſe alienum futurum ab episcopatu, & fore depoſitum, clericus verò à clericatu ſe ſubmouendum. Si verò laicus ſit, eum fore anathema, ſicut ſuprà dictum eſt.

Et ſubſcriperunt. Cyrillus episcopus Alexandria ſubſcripſit. Archadius episcopus legatus ſedis apoſtolicæ, ſubſcripſit. Iuuenalis episcopus Hieroſolymitanus ſubſcripſit. Et cæteri episcopi ſubſcripſerunt, qui in eodem concilio fuerunt, numero centum nonaginta quatuor.

Et

Et cum legerent, CHALCEDONE ACTA. accensis cereis Constantinus deuotissimus secretarius sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit ita: EPHESI GESTA: Dioscorus episcopus Alexandriæ, dixit: Existimo omnibus placere, quæ sunt exposita à sanctis patribus, qui in Nicea olim congregati sunt, quæ & confirmauit & sola tenere diffiniuit, quæ hinc pridem sancta synodus collecta est, Deo amabilia & sufficienter habentia. Audiuimus autem diffinientes eos ita: Si quis præter hæc dixerit, aut sapuerit, aut retractauerit, aut quasi erit, subiaceat sententiæ. Quid uobis uidetur? Vnusquisque, qualem habet voluntatem, subscriptis dicat. Non enim possumus hæc aut querere, aut retractare. Si uero aliquis inquisiuit ultra ista quæ dicta sunt, & ordinata sunt, & placuerunt, nonne iuste subiacebit patrum sententiæ? Dicitur igitur unusquisque uestrum, si eius est voluntatis. Thalassius episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Trecentorum decem & octo patrum in editione fidei laudem illis temporibus diuina gratia demonstrauit, cui illi accommodates linguas, prædicauerunt. Confirmauit uero maximè, & quæ in hac splendida metropoli conuenit sanctorum concordia, quam tenere omnino est necessarium sine aliquo additamento aut detrimento, quia hæc similiter nocere solent. regulæ pietatis sanctæ à sanctis patribus, qui in Nicea congregati sunt, & confirmata ab his, qui hic ante hoc conuenerunt. Eos autem, qui contraria ijs sapiunt, abominabor, sicut soluente rectam fidem. Sozon episcopus Philippensis, dixit: A trecentis decem & octo sanctis patribus, qui in Nicea conuenerunt, expositam fidem & credidi, & credo, & in hac urbe congregatæ synodo consensimus. Et eos, qui præter hæc sapiunt, aut docent, minimè esse catholicos credidi.

Ioannes episcopus ciuitatis Sebastia primæ Armeniæ, dixit: Morbum in ueritate introducere, nihil est aliud quam audere impietatem fidei commiscere. Qui enim spernit fidem, quæ in se firmitate possidet, præ multitudine & tempore & autoritate eorum, qui exposuerunt, nullum habet stabilitatis terminum, mutabili uoluntatis impietate egrotans. Vnde & ego omnem hæresim & nouitatem abominans, colo solam hanc fidem, quæ à sanctis patribus est exposita, quia omnis pietatis nostræ est subsidium.

Theodorus episcopus Tarsensis ciuitatis prouinciæ Ciliciæ primæ, dixit: Et fidei quæ exposita est à sanctis patribus, qui in Nicea conuenerunt, & quæ pridem in Epheso congregati sunt, similia & ego ipse sapiens permaneo, & eos qui præter hæc sapiunt, non iudico catholice sapere. Basilus episcopus ciuitatis Seleuciæ prouinciæ Isauriæ, dixit: Et expositam fidem à sanctis patribus, qui in Nicea conuenerunt, & quæ sunt lecta sanctorum

TOM. 2.

patrum dogmata, & quæ pridem in hac ciuitate à sanctis patribus congregatis ordinata sunt, eiusdem sancti spiritus operationis esse credo. Et eos, qui præter hæc aut sapiunt, aut docent, inimicos orthodoxorum ecclesiæ existimo. Stephanus episcopus ciuitatis Ephesinæ, dixit: Manifesta sunt, quæ à sanctis patribus sancta & diffinita sunt trecentis decem & octo, qui in Nicea ciuitate congregati sunt, & confirmata sunt à sancta & uniuersali synodo, collecta in hac Ephesia metropoli. Vnde si quis præter ea, quæ sancta sunt, dixerit, anathema sit, quoniam hæc est uera & catholica fides. Vranus episcopus ciuitatis Himeriæ prouinciæ Osroënæ, interpretante se Eulogio presbytero Edeffeno, dixit: In his quæ exposita sunt à sancto concilio in Nicea congregato, & sententia quæ diffinita est in hac metropoli de eadem fide aduersus præuaricatores eius, permaneo. Et qui præter hæc ausi fuerint aut dicere, aut inquirere, anathematizo, & alienos esse à recta fide diffinio. Theodorus episcopus Damasci, dixit: Qui istis, quæ nuper lecta sunt, non obtemperat, alienus est à catholica fide, & dignus anathemate, quod à sanctis patribus diffinitum est. Iulianus episcopus tenens locum Leonis sanctissimi episcopi Romanæ ecclesiæ, interpretante se Florentio episcopo Lydiæ, dixit: Hæc tenet Apostolica sedes. Stephanus episcopus Hierapolitanus, dixit: His & nos consentimus, & præter hæc neque sapimus, neque sapiemus, & usque ad ultimum suspirium nostrum hæc sequemur, & nullis præter hæc conantibus docere permittimus. Meletius episcopus Larissenæ ciuitatis, faciens uerbum pro sanctissimo episcopo Domino Apamænæ ciuitatis secundæ Syriæ, dixit: Semper ab infantia his credidi, & nunc hanc eadem teneo fidem, & amplector eam, quæ nuper nobis lecta est, sanctorum patrum expositionem.

Cyrus episcopus Aphrodisiæ ciuitatis prouinciæ Cariæ, dixit: Et ego non solum à puerili ac monachali mea uita, sed etiam ex paterna doctrina hanc fidem possideo. Florentius episcopus ciuitatis Lydiæ, dixit: Et ego huic adhero fidei, quæ nuper lecta est, & dudum à sanctis patribus cum sancto spiritu, diffinita est, & tutelam meam spei esse confiteor, & placent mihi, quæ sancta sunt. Candidianus episcopus ciuitatis Antiochiæ prouinciæ Pisidiæ, dixit: Et à pueritia nutritus sum in catholica fide, & archidiaconus regie ciuitatis fui, & gratia Dei & Christi sine querela hactenus (sicut arbitrator) cõuersatus sum, & usque hodie sanctorum patrum trecentorum decem & octo qui in Nicea, & eorum qui in hac metropoli congregati sunt, inconcussibiles expositiones custodio, & usque in finem hæc eadem & sapui, & sapio. Hilarius diaconus Romanæ ecclesiæ, interpretante se Florentio episcopo Lydiensi dixit: Quæ nuper lecta sunt de

de fide prolata, tam quæ in Nicea est exposita, quam à sancta synodo, quæ in hac Ephesia ciuitate à sanctis patribus confirmata est, Apostolica sedes & docet, & ueneratur. Hæc ergo scio sanctorum patrum consolare dogmatibus, hæc & proprijs, & uos sanctissimi, literis, quas ad uos destinauit, Apostolica sedes inseruit. Quas si iusseritis recitari, cognoscetis consonas esse ueritati. Basilus episcopus Traiapolitanus, dixit: Et mea paruitas in hac sancta fide nutrita est, & in ipsa oro uitam finire. Polychronius episcopus Antipatridis ciuitatis, dixit: Diuinas & ueras constitutiones sanctorum patrum, & tenemus gratia Dei apud nos metipfos, & in hac nos fide semper custodiri oramus. Sancta synodus dixit: Oes eiusdem sumus uoluntatis & fidei. Dioscorus episcopus Alexandriæ, dixit: Quoniam sancta & magna synodus, quæ iam dudum in Nicea congregata est per uoluntatem DEI, rectam nostram & immaculatam fidem exposuit, quam & nuper hæc congregata sancta synodus confirmauit, & hanc solam teneri, & in Ecclesia tradi diffiniuit, ordinatis & hoc, quatenus nulli liceat alteram fidem præter hæc uel exponere uel inquirere, uel innouare, aut penitus cõmonere de nostra uenerabili religione: eos autem, qui præter hæc tentant aut sapere aut querere, aut componere, aut omnino quæ ordinata sunt, retractare, certis subiecit damnationibus, ita ut si episcopi sint, alieni sint ab episcopatu, & clerici à clericatu: si uero laici, priuentur communione. Hæc nanque ex nuper lectis monumentis didicimus. Apparet uero, sicut omnis uestra sancta & uniuersalis synodus peruenit, omnia penè renouantes & immutantes, Flavianus ecclesiæ quondam Constantinopolitanæ urbis episcopus, & Eusebius Dorylei, & scandali & conturbationis facti occasio sanctissimi ecclesijs, & ubique catholicis populis, certum est, hos ex semetipsis synodicis olim à sanctis patribus diffinitis damnationibus subiaccere. Vnde & nos, quæ eorum sunt confirmantes, memoratos, id est, Flavianum & Eusebium, ab omni sacerdotali & episcopali dignitate esse iudicauimus alienos. Confiteatur uero & unusquisque religiosissimorum episcoporum suam propriam uoluntatem, & manifestam hanc faciat sub fide monumentorum. Uniuersa autem quæ acta sunt hodie, innotescant pijsissimis & Christianissimis Imperatoribus. Flavianus dixit: Appello à te.

Hilarius diaconus Romanæ Ecclesiæ, dixit: Contradicatur. Et cum legeretur, CHALCEDONE ACTA. Orientales, & qui cum ipsis, reuerendissimi episcopi clamauerunt: Anathema Dioscoro. Hac hora damnauit, hac hora damnatur. Sancte domine, tu illum uindica. Domine domine, tu illum uindica. Catholice Imperator, tu illum uindica. Leoni multos annos. Patriarchæ multos annos. Constantinus deuotissi-

TOM. 2.

mus secretarius sacri consistorij, recitauit:

EPHESI ACTA. Iuuenalis Episcopus Hierosolymitanus dixit: Sese alienos à sacerdotio & gradu episcopali monstrauerunt Flavianus & Eusebius qui conati sunt addere & minuere aliquid de sancta fide, quæ in Nicea à sancto concilio exposita est, quam & confirmauit sancta & uniuersalis synodus, in hac Ephesia ciuitate pridem collecta. Quapropter iustum est, eos, qui audent addere aliquid fidei, aut minuere, alienos esse à sacerdotio, & maximè, qui tantam secerunt confusionem. Vnde & ego consona decerno in sancta & uniuersali synodo, & sanctissimo archiepiscopo Dioscoro, alienans eos ab episcopatus dignitate. Domnus Episcopus Antiochiæ, dixit: Confors sum & ego sanctæ uestræ synodo, damnanti Flavianum & Eusebium, tanquam non permanentes in sancto Niceno concilio, & quod pridem hic congregatum est. Et consentio in eos à uobis prolata iustæ sententiæ. Thalassius episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Quotquot præter constitutiones patrum, quas de fide decreuerunt, agere conantur, sibimet inducunt correptiones canonicas. Vnde Flavianus & Eusebius, qui transgressi sunt cõstituta, quæ in Nicea & in Epheso à sanctis patribus exposita sunt, secundum decretum uestræ religiositatis & nostrum, episcopali gradu priuati sunt. Eusebius episcopus Ancyræ Galatiæ, dixit: Mihi quidem amabilis est semper misericordia. Sed quoniam religionis ratio mouet sanctos patres ad prolata iusto iudicio sententiam aduersus Flavianum & Eusebium, & ego consentio. Stephanus Episcopus Ephesiæ ciuitatis, dixit: Iusta est, quæ est prolata sententia contra Flavianum, & quondam episcopum & Eusebium. Vnde consentio utrorumque depositioni, & subscribo. Cyrus episcopus Aphrodisiæ ciuitatis, dixit: Nemo ita insipiens, aut DEO inimicus existit, qui diffinitionibus & sententijs patrum audeat contraire. Vnde & ego concors præcedentibus sententijs sanctorum patrum factus sum in damnatione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum. Erasistratus episcopus Corinthi Helladæ, dixit: Præfens, & cognoscens ab his, quæ lecta sunt, non consona sapere Catholice fidei Flavianum & Eusebium, neque obtemperare Niceno sancto concilio, necnon & Epheso, quod paulò antè est collectum, & ego consentio sanctis patribus, & alienos hos omni episcopali dignitate esse existimo; id est, Flavianum & Eusebium. Quintillus episcopus Heraclæ, vicarius Anastasij reuerendissimi episcopi Thessalonicensis, dixit: Quæ paulò ante in hac ciuitate collecta est sancta & magna synodus, in damnationem impij Nestorij diffiniuit, nulli licere alteram quandoque proferre fidem, quam quæ in Nicea exposita est

est à sanctis trecētis decem & octo patribus. Sequens igitur & ego ipse illam diffinitionē, omnes quidem, qui permanent in prædicta fide, catholicos esse iudico: hos verò, qui aliquid peruerterunt, anathematizo, & alienos esse catholicæ fidei decerno. Meletius episcopus Larissenæ ciuitatis, & agens vices domni reuerendissimi episcopi Apamene ecclesiæ, dixit: Consentio & ego vestrae sanctitati, quæ iusta & legitima est in depositione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum, quoniam demonstrati sunt præuaricari constituta, quæ tradita sunt à sanctis & magnis concilijs, quæ in Nicea & in Epheso congregata sunt, & alienos eos esse episcopali dignitate vnà vobiscum existimo. Diogenes episcopus Cyzicena ciuitatis, dixit: Hæc eadem & ego consentio, sanctis nostris patribus in ijs, quæ aduersus Flauianum & Eusebium ordinata sunt, alienans eos ab episcopali dignitate. Ioannes episcopus Sebastia primæ Armeniæ, dixit: Omnis inuolutio, quæ contra iustitiam ab aliquibus committitur, super se trahit regularem sententiam. Quoniam igitur & Flauianus & Eusebius conuicti sunt præuaricari, & inuolutionem fecisse in ea fide, quæ à sanctis patribus apud Niceam constituta est, & apud Ephesum confirmata, iusto iudicio sacerdotio priuati sunt, secundum formam reuerendissimi & sanctissimi Alexandrini archiepiscopi, & sancti & vniuersalis concilij, & ego eisdem consentio. Basilius episcopus Seleucia Isauriæ, dixit: Sequor ea, quæ à sanctitate vestra aduersus Flauianum & Eusebium quondam episcopos ordinata sunt, & consentio omnibus diffinitis à vestra beatitudine. Etenim ipsi sequuti estis ea, quæ pridem sancti patres sanxerunt, & iusserunt aduersus præuaricatores fidei, si quidem sacerdotes sunt, alienos esse à sacerdotio: si verò laici sint, hos fieri sub anathemate. Theodorus episcopus Tarsen ciuitatis, dixit: Prolata aduersus Flauianum & Eusebium sententiæ à sancta synodo, sicut iustæ & canonicè promulgatæ, & ego consentio. Romanus episcopus Myren ciuitatis prouinciæ Lyciæ, dixit: Et ego concors sum ijs, quæ à sanctis patribus sancita sunt aduersus Flauianum & Eusebium, iustè aduersus eos prolata sententiæ. Photius episcopus Tyri ciuitatis, dixit: Consona & mea profitetur paruitas sententiæ sancti huius & vniuersalis concilij, alienos facientis Flauianum & pessimum Eusebium à sacerdotio, tanquam contraria sapientes sancto Niceno concilio, & quod paulò antè in hac splèdidà Ephesina metropoli congregatum est. Iulianus episcopus Tabiæ ciuitatis, dixit: Doleo quidem, ad hanc tristè vocem veniens. Talis enim prudentium lex est. Sed quoniam pro pietatis assertionem magni vniuersalis concilij præfules, Flauianum & Eusebium diffinitioni patrum subiecerunt, his quæ legitimè facta sunt, consentio.

TOM. 2.

Florentius episcopus Lyden ciuitatis, dixit: Quoniam hoc sancta & magna synodo placuit, eos, qui diuinas leges præuaricantur, ex eius sancto ore damnari, aduersus Flauianum & Eusebium quondam episcopos, similia & ego vestrae sanctitati decerno. Marinianus episcopus Synnadenis, dixit: Sequor in omnibus, quæ sunt ordinata à sancta synodo, quæ & meam supereminet paruitatem, aduersus Flauianum & valdè pessimum Eusebium. Et consentio eorum damnationi. Musonius episcopus Nyfena ciuitatis, dixit: Quoniam spernere reperti sunt sanctam synodum, ante hoc in Ephesia metropoli congregatam, Flauianus & Eusebius quondam episcopi, idèd & ego in regulari eorum facta damnatione consentio. Constantinus episcopus Bostrenæ ciuitatis, dixit: Consentio & ego iustè depositioni, quæ aduersus Flauianum & Eusebium quondam episcopos à sancta synodo prolata est, & concors sum sententiæ, hæc ab ipsa diffinita. Stephanus episcopus Hierapolitana ciuitatis, dixit: Sequor & ego à vestra sanctitate aduersus Flauianum & Eusebium quondam episcopos prolata sententiam, tanquam præuaricantes sanctos canones, qui in Nicea, & hæc pridem constituti sunt, & alienos eos esse consequenter vestra diffinitioni consentio. Atticus episcopus Nicopolitana ciuitatis veteris Epiri, dixit: Sequor & ego, quæ à sanctis patribus diffinita sunt in sententia, quæ aduersus Flauianum & Eusebium prolata est, alienans eos, sicut iudicauit sanctorum sententia ab episcopatus dignitate. Eustathius episcopus Beryti, dixit: Manifesta omnibus facta est forma diffinita à nostris sanctis patribus, qui hæc pridem ex iussione pijsimorum & Christianissimorum nostrorum Imperatorum congregati sunt, apertè iubēs eos, qui conatur aliquid inquirere, aut scrutari, aut addere fidei sanctorum patrum, qui in Nicea conuenerunt, & hos proprio gradu priuari. Flauianus ergò quondam Constantinopolitanus episcopus, & Eusebius olim Dorylei præsulatù habens, contraria his sapiētes, seipsos illi omnino terribili subiecerunt sententiæ. Nunechius episcopus Laodiceæ Trimitariæ, dixit: Consentio & ego ipse prolata sententiæ à sanctis patribus aduersus Flauianum & Eusebium quondam episcopos. Olympius episcopus Constantiæ ciuitatis Cypri insulæ, dixit: Concors & ego sum vestro sancto & glorioso concilio, damnanti Flauianum & Eusebium tanquam præuaricatores eorum, quæ placita sunt in sancta Nicena synodo, & in ea, quæ hæc sub ter beato & sancte memoriæ patre nostro & episcopo Cyrillo congregata est, & consentio iustè diffinitis à vestro magno & sancto concilio. Ioannes episcopus insulæ Rhodi, dixit: Consentio & ego ipse his, quæ diffinita sunt à sancta & magna vestra synodo in alienatione

natione Flauiani & Eusebij, eò quòd præuaricati sunt, quæ in sancta & magna Nicena synodo diffinita sunt, & quæ sub reuerendo & sanctæ memoriæ patre nostro & episcopo Cyrillo in hac Ephesia metropoli ordinata sunt. Candidianus episcopus ciuitatis Antiochia prouinciæ Pifidiæ, dixit: Omnibus regulariter ordinatis ab omni sancta synodo sanctorum patrum aduersus Flauianum & Eusebium & ego consentio. Stephanus episcopus Anazarbenæ ciuitatis, dixit: Consentio & ego iustè prolata sententiæ à vestra sanctitate aduersus Flauianum & Eusebium quondam episcopos, & alienos eos deceterò existimo ab huiusmodi dignitate, eò quòd præuaricati sunt prolata statuta à sancta & magna in Nicea congregata synodo, necnon & quæ cõsequenter in hac ciuitate collecta est. Gerontius episcopus Seleucia Syriæ, dixit: Et ego ipse cõsentio sancto vestro concilio, & alienos decerno Flauianum & Eusebium ab episcopatus dignitate, tanquam præuaricatores eorum, quæ sancita sunt à sanctis patribus, qui in Nicea, & qui in Ephesia ciuitate collecti sunt. Rufinus episcopus Samosatena ciuitatis, dixit: Consentio omnibus, quæ iustè prolata sunt aduersus Flauianum & Eusebium quondam episcopos, & alienos esse existimo à sacerdotij dignitate, tanquam præuaricatores eorum, quæ à sanctis patribus statuta sunt Nicea & Ephesi congregatis. Indimus episcopus Irenopolitanæ ciuitatis, dixit: Iustè promulgato iudicio à vestra sanctitate in damnatione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum, qui præuaricati sunt prolata statuta à sancta & magna synodo sanctorum patrum, qui in Nicea ciuitate collecti sunt, necnon etiã qui paulo antè in hac Ephesia ciuitate, consentio, & alienos eos deceterò ab episcopali dignitate existimo. Timotheus episcopus Balaneæ, dixit: Consentio & ego prolata iustè sententiæ à vestra sancta synodo in damnationem Flauiani & Eusebij quondam episcoporum, in quibus transgredi ausi sunt ea, quæ placita sunt synodo, quæ in Nicea ciuitate, & quæ nupèr in Epheso collecta est. Theodosius episcopus Canothæ ciuitatis, dixit: Permaneo in omnibus diffinitis à sancta synodo de Flauiano & Eusebio quondam episcopis, & alienos eos existimo ab episcopatus dignitate, tanquam præuaricatores statutorum patrum, qui in Nicea, & qui in Epheso conuenerunt. Seleucus episcopus Amasia, dixit: His quæ legitimè & regulariter de Flauiano & Eusebio à sancta synodo definita sunt, & ego ipse concors efficior, & consentio alienos eos ab omni sacerdotali ministerio. Petrus episcopus Gangrenæ ciuitatis, dixit: Et ego concors sum sententiæ sanctorum patrum in damnatione Flauiani & Eusebij. [Eutychius episcopus Adrianopolis veteris Epiri, dixit similiter. Claudius episcopus ciuitatis Anchiæ veteris Epiri, di-

Ab hoc signo vsq; ad signu quod paulò post

TOM. 2.

xit similiter. Simeon episcopus Amydæ, dixit similiter. Helias episcopus Adrianopolitanus, dixit similiter. Lucas episcopus Dyrhachena ciuitatis, dixit similiter.] Basilius episcopus Traianopolitanus Rhodopenæ prouinciæ, dixit: Sententiæ huius magnæ & sanctæ synodi, & mea consentit paruitas aduersus Flauianum & Eusebium. Docimasius episcopus Maroneæ, dixit: Prolata sententiæ à sancta & magna synodo aduersus Flauianum & Eusebium, cõsentit & mea humilitas. Alexander episcopus ciuitatis Sebastia, dixit: Quæ prolata est sententiæ à sanctis patribus aduersus Flauianum & Eusebium, & ego similiter consentio. Vranus episcopus Himerorum ciuitatis prouinciæ Osroena, interpretante se Eulogio presbytero Edeffeno, dixit: Quotquot ausi sunt præuaricari sententiam sanctorum patrum qui in Nicea, & qui in Epheso conuenerunt, hi nõ solum ab ecclesiastica dignitate debent expelli, verum etiã gladio submitti. Oportebat enim, videntes eos, qui ante se fuerunt, quali subiacuerunt poenæ, recedere ab huiusmodi conatibus. Quoniam igitur Flauianus & Eusebius præuaricatores eorum extiterunt, hos & ego alienos ab episcopatus dignitate, & dignos multis millibus malis esse diffinio. Athanasius episcopus Opuntena ciuitatis, dixit: Et ego concors effectus prolata sententiæ à sancta synodo in damnatione Flauiani & Eusebij, eadem profiteor. Theodorus episcopus Claudiopolitanus, dixit: Consentio his, quæ à sancta synodo iudicata sunt in damnatione Flauiani & Eusebij, vt qui non permanserunt in regulis trecentorum decem & octo patrum, & statutis sancti concilij, quod dudum in hac Ephesia ciuitate collectum est, & similia decerno eorum, quæ iustè à vestra sancta synodo dicta sunt. Leontius episcopus Afcalonensis, dixit: Consentio omnibus, quæ à sanctis patribus aduersus Flauianum & Eusebium decreta sunt, quatenus alieni sint ab omni sacerdotali dignitate. Photius episcopus Lydæ, dixit: Rectè & iustè, quod hæc pridem conuenit sanctum concilium, definiuit nihil ab aliquo mutilari eorum, quæ in Nicea, vel in eo ordinata sunt. Propter quod cõsentio his, quæ nunc à sanctis patribus statuta sunt, & alieno ab episcopatus gradu Flauianum & Eusebium, qui ausi sunt præuaricari ea, quæ in sancta ordinata sunt synodo. Anastasius episcopus Areopolitanorum, dixit: Audies cognitionem, quæ inter reuerend. presbyterum & archimandritam Eutychem, & Eusebium & Flauianum habita est, & ex prolatis monumentis & porrectis libellis reprehendens eorum perfidiam, concors effectus & ego sanctis patribus, alienos eos feci ab omni sacerdotali dignitate, id est, Flauianum & Eusebium. Theodosius episcopus Amathuntena ciuitatis, dixit: Flauianus & Eusebius, qui sanctorum patrum, qui in Nicea, & qui

sequit, quæ sunt intermedia, non habentur in aliquibus exemplaribus.

* Lydæ

* Aureliopolitana

TOM. 2.

in hac pridem ciuitate collecti sunt, definitiones non custodierunt, & à sanctis patribus damnati sunt, etiã alieni ab episcopali dignitate facti sunt. Sequor enim ea, quæ à sanctis patribus decreta sunt. Paulus episcopus Maiumenæ ciuitatis, dixit: Flauianum & Eusebium, qui sanctorum patrum, qui in Nicea, & qui pridem in Epheso conuenerunt, statuta præuaricati sunt, & propter hoc damnati sunt à nunc collecta sancta synodo, decreui & ego alienos esse ab episcopali dignitate. Zolimus episcopus Minoïdæ ciuitatis, dixit: Flauianus & Eusebius, quoniam in sanctorum patrum, eorum qui in Nicea, & qui in Epheso conuenerunt, diffinitionibus minimè permanserunt, & præuaricati sunt, & mutilarunt, & propter hoc damnati sunt sententia huius præsentis sanctæ synodi, & à me episcopali priuati dignitate. Epiphanius episcopus Pergenæ ciuitatis, dixit: Execrabile quidem erat hoc mihi, lachrymans verò anima, concors & ego efficior in damnatione Flauiani quondam Constantinopolitani episcopi, & Eusebij, qui olim Dorylenæ ciuitatis tenuit præfularum. Baruchius episcopus Sozusenæ ciuitatis, dixit: Custodes fidei sacerdotes semper spiritus sanctus producit. Qui ergo contraria committunt, quàm peragere debuerunt, damnandi sunt. Inter quos Flauianus, necnon & Eusebius canonicis expositionibus sanctorum patrum, qui in Nicea, & qui in Epheso conuenerunt, audacter rebelles inuenti, episcopatus decidet gradu, propria temeritatis iustum luentis iudicium.

Heraclius episcopus Azoti ciuitatis, dixit: Eos, qui cõturbare conatur & mutilare semper, & quæ à sanctis patribus benè statuta sunt, sancta hæc & magna synodus benè fecit abscondere Flauianum & Eusebium ab omni sacerdotali ministerio. Vndè & ego iuste diffinita sequens, consentio. Ioannes episcopus Tiberiadis, dixit: Iusta est & legitima, quæ aduersus Flauianum & Eusebium à sancta synodo est prolata sententia. Vndè & ego hæc eadem profiteor. Musonius episcopus Zoarenis, dixit: Non aduersantur hominibus, sed DEO, qui, quæ à trecentis decem & octo sanctis patribus in Nicea, à sancto spiritu congregatis, & post ipsos iterum in hac magna Ephesia metropoli sancita sunt, existunt contraria. Vndè Flauianus & Eusebius contraria sancto spiritui loquentes & peragentes, episcopatus vtrique decidit gradu, sibimetipsis causam ruinæ, non nobis, qui ab eorum impietate recessimus, scribentes.

*Sycacino-
nei vel Sy-
camineæ

Dionysius *Sycamazonensis episcopus, dixit: Iusta & Deo amabilia, à patribus diffinita sunt aduersus Flauianum & Eusebium quondam episcopos, qui rectè de fide non sapuerunt. Vndè & ego hæc eadem docerno, quæ & sancta synodus. Caiumas Episcopus Phænicensis, dixit: Et ego iusta reperiens, quæ à sanctis patribus aduersus Flauianum

*Phænicen-

& Eusebium quondam Episcopus decreta sunt, abscondi eos à sacerdotio, consentientes sanctæ synodo. Aethericus episcopus Smyrnenis, dixit: Nullus audeat contraire statutis sanctorum & magnorum conciliorum, quæ diuinitus definiunt, eos, qui præuaricati sunt catholicam religionem, regulari reprehensione subiaccere. Vndè & ego concors sententiæ vestre sanctitatis factus, Flauianum & Eusebium quondam episcopos, sacerdotali nudavi dignitate. Constantius Episcopus Sebastæ ciuitatis, dixit: Flauianus & Eusebius, quia ad acerbissimum bellum, eorum que in Nicea olim, & postmodum in Epheso de fide sunt regulariter exposita, se ipsos armauerunt, episcopali decidant gradu, per propria operati sunt, liberantes. Zebennus episcopus Pellenis, dixit: Deo amabilia & vtilia à sanctis patribus decreta sunt aduersus Flauianum & Eusebium, qui non sequuti sunt sanctum & vniuersale Nicenum concilium, & quæ in hac Ephesia ciuitate aduersus temeratores ecclesiasticorum terminorum confirmata sunt. Vndè & ego concors sententiæ effectus, alienos feci ab omni sacerdotali dignitate Flauianum & Eusebium. Alypius episcopus Barchatenis, dixit: Præsens & audiens examinata cognitione, quæ inter reuerendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, interq; Flauianum & Eusebium facta est, & ego cognoscens, & ex relictis nobis monumentis & porrectis libellis esse reprehensibiles eosdem Flauianum & Eusebium, & reos perfidiæ apparuisse, concors effectus sanctissimis patribus, alienos eos feci, id est, Flauianum & Eusebium, à sacerdotali dignitate. Polychronius episcopus ciuitatis Antipatridis, dixit: Secundum sententiam sanctorum patrum, que aduersus Flauianum & Eusebium prolata est, ut extranei sint à sacerdotio & dignitate episcopatus, & ego contentio. Pancratius episcopus Libyadensis ciuitatis, dixit: Flauianus & Eusebius, episcopatus ruina sui orbe ab scandalo liberato, docent oes oportere perseverare in regulis, que à sanctis patribus in Nicea & in Epheso promulgata sunt, & non se amare ad manifestissimum prælium, quemadmodum hi. *Auxolaus episcopus gentis Sarracenorũ fœderatorum, dixit: Iustum est, ea que à sanctis patribus diffinita sunt, sequi. Vndè & ego cõsentio, platis diffinitionibus aduersus Flauianum & Eusebium quondam episcopos. Dominus episcopus Plateæ ciuitatis, dixit: Cùm manifesta sit interloquutio sanctorum patrum, & prolata diffinitio aduersus Flauianum & Eusebium, & ego concors effectus sententiæ, hæc eadem profiteor. Theodosius episcopus Mastarensis, dixit: Iusto consistente decreto sanctorum patrum in damnatione Flauiani & Eusebij, & ego concors sententiæ factus sum. Cyriacus episcopus *Egtenis, dixit: Etsi pter nostras oratio-

*Auxilaus

*Aegeæ

orationes factum est, nõ obedire Flauianum & Eusebium regulari expositioni sanctorum patrum apud Niceam prolata, & in hac Ephesia metropoli confirmata, & propter hoc iusta aduersus eos à sancta synodo est prolata sententia, cui & ego concors effectus sum, in damnatione memoratorum. Flauianus episcopus Adramytenæ ciuitatis, dixit: Et ego cõsentio diffinitioni, quæ à sanctis pontificibus prolata est Dioscoro, Iuuenali, Domno, & Stephano, & Thalassio, & ab omni simul collecto vnà cum ipso sancto concilio, Flauiani & Eusebij causa, & alienos istos iudico ab omni simul sacerdotio. Cyriacus episcopus Lebedensis, dixit: Concors & ego factus sum sanctorum patrum decreto. Vndè cõsentio in damnationem Flauiani & Eusebij, qui veritatem contempserunt. Leontius episcopus Magnesiæ Mæandri ciuitatis, dixit: Non optabam quidem, neq; ea que aduersus sanctiss. & reuerend. presbyterum & archimandritam Eutychem audacter cõmissa sunt, fieri: neq; Flauianum & Eusebium quondam episcopos, extra catholicam fidem cõnvinci sapere: sed quoniam quæ facta sunt, regulari integritate calcata sunt, prædictus quidem religiosissimus archimandrita iustam promeruit ab hoc sancto & vniuersali concilio clementiam, recipiens & gradum, & cõmunionem, & principatum proprii monasterij, Flauianus verò & Eusebius sibimetipsis adscribant ex propria blasphemia acquirita perditionem. Propter quod & ego cõsentio his, quæ aduersus eos ab omni ac Deo amabili & vniuersali synodo diffinita sunt. Eutropius episcopus Pergamensis, dixit: Concors & ego factus sum sanctorum patrum sententiæ, in damnatione Flauiani & Eusebij.

*Diei Gennadius episcopus *Thien ciuitatis provincie Achaicæ, dixit: Et ego similiter concors efficior sanctis patribus, quatenus alieni sint Flauianus & Eusebius à participatione sacerdotalis gradus. Olympius episcopus *Euazonensis, dixit: Secundum præcedentem sententiam sanctorum patrum vniuersalis synodi Ephesi congregatæ, decerno & ego, lachrymans multum apud memetipsum, Flauianum & Eusebium alienos esse ab omni sacerdotali collegio. Maximus episcopus Tralensis, dixit: Cõsentio & ego in damnatione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum, iuxta terminum à sanctis patribus datum. Iulianus episcopus Hypepen, dixit: Et ego concors efficior diffinitioni à sanctis patribus prolata, qui secundum gratiam DEI in Ephesia metropoli collecti sunt, quatenus Flauianus & Eusebius alieni sint ab episcopatus dignitate, & non fruuntur sancto & arcano mysterio Domini Christi & dei nostri, tanquam cõtaria sapientes sanctæ fidei, que exposita est à sanctis patribus, qui in Nicea ciuitate collecti sunt, & qui postmodum in Ephesia ciuitate congregati sunt. Theo-

*Euazonen
vel Ebaze-
nen

pemptus episcopus Cabassenus, dixit: Graue prælium quidem, quod à manifestissimis inimicis est: à fictis verò & deceptoribus amicis, durius nocent enim per simulationes, & quàm maximè simpliciores & à pietate abstractiunt, & longè ab ecclesiasticis seduciunt dogmatibus. Reuerendissimus igitur Flauianus magnæ Constantinopolitanæ vrbis quondam episcopus, cõfirmare desiderans perniciosi Nestorij dogmata, per multa ostensus est hæreticus, necnõ & Dorylei ciuitatis male factus quondam Eusebius episcopus, similia Flauiano sapiens, depræhensus est. Quoniam ergo & sancta hæc & magna synodus, quia non permanserunt iidem in sanctorum patrum doctrinis, iustam damnationis aduersus eos sententiam protulit, concors & ego sum his omnibus, quæ à sancto concilio super his statuta sunt, quatenus manifestum sit, alienos eos esse ab episcopatus dignitate, & omni sacerdotali ministerio. Calosirius episcopus Arsinensis, interpretate se Helia diacono suo, dixit: Et ego hæc eadem, quæ & præcedentes sanctissimi episcopi in damnatione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum confiteor. Et cõsentio in omnibus quæ definita sunt à sancta synodo. Ioannes episcopus *Ephestien ciuitatis, dixit: Si eum qui scandalizauerit vnum de pusillis, reum amatissimæ pœnæ diuina salutaris definiuit sententia: quid patientur dignum sua impietate, qui omnem ferè orbem terre in presenti conturbauerunt, & fiduciam his (qui scelestata Nestorij dogmata colunt, quantum ad ipsos pertinet) præstiterunt? Insuper etiã paganis & Iudæis ad deridendum & detrahendum Christianæ fidei dederunt licentiã, quasi vsque in hodiernam diem recta & immaculata nostra fides ignorata sit, quæ à sanctis patribus per sanctum spiritum in Nicea est exposita, consignata verò paulo ante in hac metropoli, & hoc sanctissimo concedente collegio sancta & iusta præcipiente sententia abscondi à sacerdotio eum, qui ausus fuerit nouam aliquam inquisitionem, aut expositionem superintroducere his, quæ plenissimè per sanctum spiritum (sicut dixi) sunt exposita. Sed hoc quidem iustum decretum supra memorati contemnerunt, quod sibi placuit, peregerunt. Occasio verò fuerat inimicitiarum aduersus prædictum presbyterum Eutychem, illa circa catholicam fidem tuitio, quam vsque in finem idem religiosissimus vir immutabilem conseruauit. Et hoc damnationis eius crimen inuentum est: abominatio est enim peccatori Dei cultus. Flauianus igitur & Eusebius decenter sanctorum patrum nostrorum subiaccit sententiæ à sancto hoc concilio sacerdotio expulsi, innouare fidem volentes, & Nestorij imprudenter dogmatibus congruere, quatenus deceterò nulla innouatio perpetretur aduersus piã & rectam religionem. Heracli-

*Ephestien
Matth. 18. a

Ecc. 1. e

*Heracleensis des episcopus *Heracleopolitanae ciuitatis, dixit: Secundum ea, quae diffinita sunt a sancta vestra synodo, concors & ego sum, & consentio in damnatione Flauiani & Eusebij quondam Episcoporum. Isaac Episcopus *Elearchiensis ciuitatis, dixit: Haec eadem & ego profiteor, quemadmodum & ante me sanctissimi patres & episcopi in damnatione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum. Gemellinus episcopus Erythraeae ciuitatis, dixit: Qui sanctorum patrum doctrinis bene expositis & habentibus non obtemperat, seipsum ecclesiasticis subiicit sententijs. Hoc & in praesenti est inuenire. Quoniam ergo aliqua displicentia spiritualibus nostris patribus, qui venerabilem illum trecentorum decem & octo episcoporum numerum compleuerunt, & his qui dudum in Ephesia metropoli eorum acta confirmauerunt, inquisitio facta est ab Eusebio Doryleiorum episcopo, & Flauiano Constantino politano iudicante & acquiescente retractari aliquid eorum, quae non continentur in praedictis doctrinis: necessarium est, subijcere eos diffinitae sententiae a sanctis patribus, pridem in Ephesia metropoli hoc approbantibus, & deponendos esse, & ab omni ecclesiastico agmine effici alienos. Apollonius episcopus Tancos, dixit: His quae a sanctis patribus eo tempore in Nicea congregatis, exposita sunt pro catholica fide, quae in Christo est, & nuper confirmatis in hac Ephesia metropoli, quia contraria sapientes & gerentes Eusebius & Flauianus inuenti sunt, & increpationibus quae ibi continentur, subiacerunt, & a sancta hac & vniuersali synodo sunt damnati, & alieni ab omni sacerdotali agmine facti. Ideoque & ego concordo & consentio. Gennadius episcopus maioris Herinopolitanae ciuitatis, dixit: Haec eadem & ego, quae praedecessores mei sancti patres super damnatione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum statuerunt, profiteor, & damnandos hos esse decerno. *Christus episcopus Babulinus, dixit: Et ego consentio his, quae a sanctis patribus super damnatione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum definita sunt. Athanasius episcopus Busridis ciuitatis, dixit: Sequens & ego iuste promulgatam sententiam aduersus Flauianum & Eusebium, profiteor & consentio decretis, quae super eos definita sunt. Photinus episcopus Tentyrenae ciuitatis, dixit: Secundum ea quae constituta sunt a sanctis patribus, & ego decerno, confirmans ab eis factam damnationem Flauiani & Eusebij quondam episcoporum, & consentio decretis omnibus, quae contra eos defixa sunt. Theophilus episcopus Cleopatridis ciuitatis, dixit: Concordo & consentio his, quae sancta haec & vniuersalis synodus diffiniuit aduersus Flauianum & Eusebium quondam episcopos, & concors efficior in omnibus, quae aduersus eos statuta sunt. Pamecius episcopus

*Trenopolitanae
*Hermopolitanae

*Chrestus

*eis

TOM. 2.

Parali, dixit: Concors & ego efficior his, quae placuerunt sancto & magno huic concilio super damnatione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum. Sofias episcopus *Sozuse ciuitatis, dixit: Quae diffinita sunt a sanctis patribus, super damnatione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum, iusta cognoscens, his & ego concors efficior. Theodulus episcopus Ticelienis ciuitatis, dixit: Expedisset Flauiano & Eusebio quondam episcopis, si nati non fuissent, sed mola asinaria suspensi circa colla eorum, & in mare proijci, quoniam scandalizauerunt animas simplices. Et propter hoc concors efficior in damnatione eorum, tanquam qui prauaricati sunt diffinitiones sanctorum patrum in Nicea & in Epheso ante hoc congregatorum. Theodorus episcopus Barcenae ciuitatis, dixit: Haec eadem & ego habeo dicere, & agere, & sapere, quae placuerunt sancto huic conuentui. Et in his consentio & concordo super damnatione Flauiani & Eusebij quondam episcoporum. Rufus episcopus Cyrenensis, dixit: Flauianus & Eusebius quondam episcopi, subimetipsis causa damnationis effecti sunt, qui sanctorum patrum dogmata ausi sunt retractare. Et ego igitur consentio & concordo in eorum damnatione, quae a sancta & magna hac synodo promulgata est. Zenon episcopus Rhinocorurensis ciuitatis, dixit: Licet seuera, & omni tristitia plena, & amarissimis lachrymis digna, aduersus quondam episcopos a sancta & magna synodo sententia prolata sit, veruntamen propter multam iniquitatem & impietatem impij Eusebij, & seducti eius insania & cecitate Flauiani, sicut haec monumentorum lectio manifestat, sequentes copassionis & fraternae charitatis iura, coge-miscetes consentimus aduersus eos promulgato iusto iudicio. Lucius episcopus Zygre-nae ciuitatis, dixit: Flauianus & Eusebius quondam episcopos, conuictos in prauaricatione eorum, quae in Nicea, & quae in Epheso a sanctis patribus pridem congregatis diffinita sunt, condemo & ego secundum statuta totius huius sancti concilij. Auxonius episcopus Sebennitenae ciuitatis, dixit: Licet lachrymis digna sit, quae aduersus Flauianum & Eusebium sententia, plata est, oportet enim nos iuxta copassionis legem constare, & repleri misericordia, tamen sequens & ego sanctum hoc & vniuersale concilium, consentio his quae aduersus eos diffinita sunt. Haec episcopus *Tauene ciuitatis, dixit: Contra semetipsos Flauianus & Eusebius quondam episcopi elicerunt sententiam, quantum in gestis, quae in Niceno & in hac ciuitate collecto concilio acta sunt, intelligitur tantorum congregatorum episcoporum, praesente eis & sancto spiritu, ex eo quod prauaricati sunt ea, quae illo tempore gesta sunt. Consequens ergo, secundum voces religiosissimorum patrum, alienos eos esse ab omni sacerdotali ordine. Philocalus episcopus Zagylene ciuitatis, dixit: rectis synodalibus formis, quae a san-

Marth. 13.

*ex

a san-

Vide num desit contra-dixisse: aut restituisse: aut simile aliqd.

a sanctis patribus de catholica fide statuta sunt, cognouimus ex his, quae nunc prolata & relecta sunt, monumentis, Flauianum & Eusebium quondam episcopos, & retractantes ea quae bene sunt placita a sanctis patribus: ideo & ego consentio in eorum damnationem, secundum ea, quae ab hac sancta synodo ordinata sunt. Esaias episcopus *Herinopolis minoris ciuitatis, dixit: Aduersus seipsum Eusebius & Flauianus, secundum quod ex gestorum serie ostenditur, protulerunt sententiam: quia post diffinitionem sancti & vniuersalis (id est) Niceni concilij & Ephesij, alteram fidem exponere ausi sunt, inferentes sibi metipsis increpationes, quae in praecedentibus sanctis concilijs diffinitae sunt, & praesenti hac sancta & vniuersali synodo eos damnante, sanctis diffinitionibus eorum concors efficior. Barsumas presbyter & archimandrita, interpretate Eusebio monacho, dixit: Et ego sequens sanctos patres, qui in Nicea conuenerunt, & qui in Epheso prius, nunc vero vestram sanctitatem, Flauianum quondam Constantinopolitanam ciuitatis episcopum, & Eusebium, damnatos a vobis, condemno, sciens, quae a vestra sanctitate acta sunt, secundum Dei timorem esse confecta.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM EPHESINAE SYNODI SECVNDAE, RECENSITAE IN HAC SYNO-ODO CHALCEDONENSI.

¶ Dioscorus episcopus Alexandriae, diffiniens subscripsi. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum, diffiniens, subsc. Domnus episcopus Antiochenae ciuitatis, diffiniens subsc. Stephanus Ephesii episcopus, diffiniens subsc. Thalasius episcopus Caesareae Cappadociae, diffiniens subsc. Eusebius misericordia Dei episcopus metropolis Ancyrae, diffiniens subsc. Ioannes episcopus Sebastiae, diffiniens subsc. Cyrus minimus episcopus Aphrodisiadis metropolis sanctae Dei ecclesiae, diffiniens subsc. Quintillus episcopus Heracleae, & agens vices sanctissimi archiepiscopi Thessalonicensis Anastasij, diffiniens subsc. Meletius episcopus Larissae, agens vices Domni reuerendissimi episcopi Apamee & pro me ipso, diffiniens subsc. Diogenes episcopus Cyzici, diffiniens subsc. Basilus episcopus Seleuciae Isauriae, diffiniens subsc. Theodorus episcopus Tarsus, diffiniens subsc. Romanus episcopus Myrorum, diffiniens subsc. Photius episcopus Tyrensis, diffiniens subsc. Theodorus episcopus Damasci, diffiniens subsc. Iulianus episcopus Tabeae, diffiniens subsc. Florentius episcopus Sardiory Lydiae metropolis, diffiniens subsc. Marilianus episcopus Synnadae, diffiniens subsc. Musonius episcopus Nysae, diffiniens subsc. Constantinus episcopus Bostrenorum, diff. subsc. Ioanes gratia Dei episcopus Nicopolitanius primae Armeniae, diff. subsc. Acacius episcopus Ariarathyrum secundae Armeniae, diff. subsc. Stephanus episcopus Hierapolita-

nus, diffiniens subsc. Atticus episcopus Nicopolis, quae est metropolis veteris Epiri, decernens cum sanctis patribus ac diffiniens subsc. Meletius episcopus Larissae sanctae ecclesiae, faciens sermonem tam pro episcopo Domino Apamensium, quam etiam pro me, diffiniens subsc. Quintillus episcopus Heracleae, tenens locum sanctissimi archiepiscopi Thessalonicensis Anastasij, diffiniens subsc. Eustathius episcopus Beryti, diffiniens subsc. Nunechius humilis episcopus Laodicene metropolis, diffiniens subsc. Cacidianus episcopus Antiochia metropolis, diffiniens subsc. Stephanus episcopus Anazarbi, decernens subsc. Gerontius episcopus Seleucia Syriae, diffiniens subsc. Rufinus episcopus Samosatenus, diffiniens subsc. Indimius episcopus *Hirenopolitanius, diffiniens subsc. Timotheus episcopus ciuitatis Balaneorum, diffiniens subsc. Theodosius episcopus Canothae, diffiniens subsc. Eutyechius episcopus Adrianopolis veteris Epiri, diffiniens subsc. Claudius episcopus ciuitatis Anchiaxi veteris Epiri, diffiniens subsc. *Simeon episcopus *Amidae metropolis Mesopotamiae, diffiniens subsc. Helias episcopus Hadrianopolitanius, diffiniens subsc. per Romanum episcopum Myrorum, eo quod nesciam literas. Seleucus gratia Christi episcopus metropolis Amasiae, diffiniens subsc. Petrus episcopus Gangrenae ciuitatis, diffiniens subsc. Lucas episcopus Dyrhachij, diffiniens subsc. Antoninus episcopus Lychnidensis, diffiniens subsc. Marcus episcopus *Euriae ciuitatis, diffiniens subsc. Vigilantius episcopus ciuitatis Larissae, diffiniens subsc. Basilus episcopus sanctae ecclesiae Traianopolis prouinciae Rhodopae, diffiniens subsc. Docimasius episcopus sanctae ecclesiae, quae est Maronae prouinciae Rhodopae, diffiniens subsc. Constantinus episcopus Demetriadis, diffiniens subsc. Alexander episcopus ecclesiae, quae est Sebastae Tarsensis, diffiniens subsc. Zozon episcopus Philippensis, diffiniens subsc. Eusebius episcopus Topiritanus primae Macedoniae, diffiniens subsc. Maximianus episcopus *Derrensis ciuitatis Macedoniae, diffiniens subsc. Hermogenes episcopus Cassandriae primae Macedoniae, diffiniens subsc. Diogenianus episcopus *Remesianensis Daciae mediterraneae, diffiniens subsc. Lucas episcopus *Beroeae Macedoniae primae, diffiniens subsc. Cyriacus episcopus Trogmadorum ciuitatis, & agens vices Theodisti reuerendissimi episcopi Pessinuntei metrop. secundae Galatae, diffiniens subsc. Ioannes episcopus Messene, quae est Achaiae, diffiniens subsc. Athanasius episcopus Opuntis, quae est Achaiae, diffiniens subsc. Theodorus episcopus Claudiopolis Isauriae, diffiniens subsc. Olympius episcopus metropol. Constantiae Cypri, diffiniens subsc. Leontius episcopus Afsalonae, diffiniens subsc. Photinus episcopus Lydda, diffiniens subsc. Anastasius episcopus Archaeopolis, diffiniens subsc. Theo-

*Amicyclae

*Euriae

*Serreae

*Rhuesseae

*Beroeae

TOM. 2.

I 3 dosius

*Manie
*Sozufe

*Sycasinonem, vel Syzaminem
*Phanufen, vel phanecen

*Euzesen,

dofius episcopus Amathuntenus, def. subsc.
 Paulus episcopus *Maiumæ, def. subsc. Baruchius episcopus ecclesiæ *Oruzæ, def. subsc.
 Heraclius episcopus Azoti, def. subsc. Ioannes episcopus ciuitatis Tiberiadis, def. subsc. Mufonius minimus episcopus Zoarenfis, def. subsc. Dionysius episcopus *Sycamazonensis, def. subsc. Caiumas episcopus ciuitatis *Phoenicenis, def. subsc. per coepiscopum in eum Dionysium, propterea quod literas ignoræ.
 Constantius episcopus Sebastiæ, def. subsc. Zebenus episcopus Pellenfis ciuitatis, def. subsc. Alypius episcopus Bachateñ, def. subsc. Polychronius episcopus Antipatridæ, def. subsc. Pácratus episcopus Libyadæ, def. subsc. *Auxolaus episcopus *Hypopodion gentis Saracænorum fœderatorum, def. subsc. Dominus episcopus Plateæ, def. subsc. Theodofius episcopus Mastaurensis, def. subsc. Cyriacus minimus episcopus *Egaræ, def. subsc. Hauianus minimus episcopus Adramyten, def. subsc. Cyriacus reuerendissimus episcopus Lebedi, def. subsc. Leontius minimus episcopus Magnetiæ *Mæandri, def. subsc. Eutropius episcopus Pergami, def. subsc. Genadius humilis episcopus ciuitatis Thien, def. subsc. Olympius minimus episcopus ciuitatis *Ebagen, def. subsc. Maximus minimus episcopus Tralensis, def. subsc. Iulianus humilis episcopus Hypepæ, def. subsc. Chrysanthus minimus episcopus Balcenus, definiens subsc. Polycarpus minimus episcopus Gabalenus, definiens subsc. Paulus humilis episcopus Tripolis, definiens subsc. Epiphanius humilis episcopus Perges Pamphylie, definiens subsc. Petrus episcopus Cherfonensis, faciens verba & pro Cyriaco episcopo Heraclæ Thracie, definiens subsc. Olympius episcopus Sozopolis prouinciæ Piliidæ, definiens subsc. Florentius episcopus Lesbos & Tenedi emporij Hellefonti *Ethicorum, subsc. scripti, Aethericus episcopus Smyrnensis, definiens subsc. scripti. Bassus episcopus ciuitatis Chij, definiens subsc. Daniel minimus episcopus ciuitatis, quædam Cadoniæ sanctæ Dei ecclesiæ, definiens subsc. Symmachus minimus episcopus Attaliæ sanctæ Dei ecclesiæ, def. subsc. Philetus episcopus sanctæ Dei ecclesiæ, quæ est Hierocæpiæ, definiens subsc. Zosimus episcopus Minoïdis, definiens subsc. Maras episcopus ciuitatis Dionysæ, definiens subsc. Eulogius presbyter hortatu Vranij episcopi ciuit. Himerorum prouinciæ Syriæ Ofsroenæ, subsc. scripti pro eo, definiens te cum synodo. Erasistratus episcopus Corinthi sanctæ Dei ecclesiæ, definiens subsc. Theopemptus episcopus Cabassæ ciuitatis, definiens subsc. scripti. Caloftrius episcopus Arfinoensis ciuitatis, definiens subsc. scripti, per Heliam primum diaconum meum. Ioannes episcopus ciuitatis Hephæstentis, definiens subsc. scripti. Heraclides episcopus Heraclenæ ciuitatis, definiens subsc. scripti. Gemellinus episcopus Erythreñ, definiens subsc.

TOM. 2.

niens subsc. Apollonius episcopus Tanæ ciuitatis, definiens subsc. Gennadius episcopus *Herinupolis maioris ciuitatis, definiens subsc. Cyrus episcopus ciuitatis Babulinæ, definiens subsc. Athanasius episcopus ciuitatis Buiridis, definiens subsc. Photinus episcopus ciuitatis Tentyrenæ, definiens subsc. Theophilus episcopus Cleopatridis, definiens subsc. Pafmeius episcopus Paralaïorum ciuitatis, definiens subsc. Sohas episcopus *Sozufe, definiens subsc. Theodorus episcopus Ticeleñ, definiens subsc. Theodorus episcopus Barcenus, definiens subsc. Rufus episcopus ciuitatis Cyrenen, definiens subsc. Zenon episcopus ciuitatis Rhinocorurensium, definiens subsc. Lucius episcopus Zygreñ, definiens subsc. Auxonius episcopus Sebennitenfis, definiens subsc. Isaac episcopus ciuitatis Tauanensium, definiens subsc. Philocalus episcopus Zagyleneorum, definiens subsc. Esaias episcopus Herinupolis minoris, definiens subsc. Marrianus episcopus Gazæ, definiens subsc. Martyrius episcopus Gortynæ Cretæ, def. subsc. Gennadius episcopus ciuitatis Gnidi, def. subsc. Barfumas presbyter & archimand. def. subsc. Longinus presbyter agens vices Dorothei reuerend. episcopi Neocæsaræ, def. subsc. Antemius presbyter, agens vices Patricij episcopi Tyanen prouinciæ Cappadocie secundæ, def. subsc. Ariston presbyter, agens vices Eunomij reuerend. episcopi Nicomedie, definiens subsc. Olympius presbyter, agens vices Calogeri reuerendissimi episcopi Claudiupolis prouinciæ Ponti, definiens subsc. scripti.

CHALCEDONE ACTA. Gloriosissimi iudices & amplissimi senatus dixerunt: De reecta quidem & catholica fide perfectius sequenti die cõuenienti concilio, diligentior em examinationem fieri oportere perspicimus. Quæ verò Flauianus religionis memorie, & Eusebii reuerend. episcopus ex gestorũ & cognitionum seruatione, & ipsa voce quorũdam, qui tunc synodo præfuerunt, cõsentientium se errasse, & frustra eos dånasse, quia nihil circa fidem monstratur errasse ostenduntur iniuste depositi, & detur nobis (secundum quod neo placitum est) iustum esse (si placuerit diuinitus & pijssimo dño nostro) eidẽ pænẽ Dioscorum reuerend. episcopũ Alexandrie, & Iuuenalem reuerend. episcopum Hierosolymorum, & Thalassium reuerend. episcopum Cæsareæ Cappadocie, & Eusebium reuerend. episcopum Beryti, & Basilium reuerend. episcopum Seleuciæ Isauriæ, qui potestatem & principatũ tunc synodi tenuerunt, subiacere, & à sancto cõcilio secundum regulas ab episcopali dignitate fieri alienos, omnibus quæ acta sunt, ad sacrũ apicẽ referendis. Orientales, & qui eum ipsis reuer. episcopi clamarunt: Hoc iustũ iudiciũ. Illyriciani reuer. episcopi dixerunt: Omnes errauimus, omnes veniam meremur. Orientales, & qui cum ipsis reuerend.

*Oruzæ

ant. 454
aut. 457

uerend. episcopi dixerunt: Multos annos fenati. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis. Multos annos Imperatoribus. Impius semp fugit. Dioscorum Christus deposuit. Homicidam Christum deposuit. Hæc iusta sententia, hoc iustum concilium, hoc sanctum concilium. Iustus senatus, iustum concilium, Martyres neus vindicauit. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Vnusquisque reuerend. episcoporũ præsentis sancti concilij, quomodo credit, in scriptis sine vilo metu, DE ITIMORẽ ante oculos suos ponens, exponere festinet, cognoscens, quoniam diuinitus & pijssimus dominus non uester secundum expositionẽ in Nicea congregatorum trecentorum decem & octo sanctorum patrum episcoporu, & secundum expositionem, qui post eos fuerunt, centum quinquaginta, & secundum canonicas epistolas & expositiones sanctorum patrum, Gregorij, Basilij, Hilarij, Athanasij, Ambrosij, & Cyrilli, duas canonicas epistolas in Ephesina prima synodo publicatas & confirmatas, credit, nullo modo ab earum fide recedens. Etenim reuer. archiepiscopus senioris vrbis Romæ Leo, aduersus eutychem infidelem & contrariam catholicæ religioni emergentem dubitationem, visus est ad reuerend. memorię Flauianum misisse epistolam. Legi, legimus. Aetius archidiaconus regnantis Constantinopolitanæ nouæ Romæ, & primicerius notariorum, dixit: Completum est.

¶ Finis primæ cognitionis Chalcedonensis concilij, quæ finita, emendata, & collata est anno Domini 457. feria 4. In die 13. Kalen Aprilis 12. Rusticus, per gratiam Dei diaconus sanctæ ecclesiæ Romanæ, contuli, annotaui, distinxi.

Deo gratias.

COGNITIO SECUNDA SANCTI CHALCEDONENSIS CONCILII.

Confulatu domini nostri Martiani perpetui Augusti, & qui fuerit nunciatus, sub die sexto Id. Octobris, Chalcedone secundum iustitiam diuinitus & pijssimi domini nostri Martiani perpetui Augusti, conuenientibus in sancta ecclesia sanctæ martyris Euphemie gloriosissimis iudicibus, id est, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum, & excelsule ordinario ac patricio Anatolio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto sacrorum pratoriorum Palladio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto vrbis Tatiano, & magnificentissimo & gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vincomalio, & magnificentissimo & gloriosissimo comite deuotissimorum domesticorum Sporatio, & magnificentissimo comite sacrorum priuatorum Genethlio, insuper & gloriosissimo & amplissimo senatu, id est, magnificentissimo & gloriosissimo præfecto Prætoriorum, & excelsule ordinario ac patricio

TOM. 2.

Florentio, & magnificentissimo & gloriosissimo excelsule ordinario & patricio Senatore, & magnificentissimo & gloriosissimo ex magistro officiorum, & excelsule ordinario ac patricio Nomo, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto & ex consule ordinario ac patricio Protogene, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto Zoilo, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto vrbis Theodoro, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto Apollonio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto sacri cubiculi Romano, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto Illyrici Theodoro, & gloriosissimo præfecto pratoriorum Constantiniano, & magnificentissimo & gloriosissimo præposito Artaxerxe. Conueniente verò & sancto & vniuersali concilio, secundum sacram sanctionem in Chalcedonensi ciuitate congregato, id est, Paschasino & Lucentio reuerendissimis episcopis, & Bonifacio reuerendissimo presbytero, agentibus vices sanctissimi & Deo amantissimi archiepiscopi senioris Romæ sancti Leonis, & Anatolio sanctissimo archiepiscopo magni nominis Constantinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ, & cetero sancto concilio, & confedentibus ante cancellos sanctissimi altaris, Magnificentissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Priore conuentu de damnatione sanctæ memorię Flauiani & Eusebij reuerendissimorum episcoporum inquisitione facta est, & omnibus vobis manifestum constitutum, quàm iuste & secundum consequentiam prouenit examinatio. Et ostensum sunt, tunc crudeliter & non decenter damnati. Quæ nobis igitur visã sunt super hoc capitulo fieri oportere, tunc per interlocutiones vobis manifesta facta sunt. Nunc autem hoc quærendum, & studendum & iudicandum est, vt vera fides contineatur, pro qua maxime & concilium factum est. Sciens igitur quia & Deo rationem reddituri estis, tam pro proprijs animabus singuli vestram, quàm & pro nostris omnibus, qui & doceri, quæ ad religionem pertinent, rectè desideramus, & omnem ambiguitatem auferri, ex omnium sanctorum patrum concordia, & consensu, & consona expositione, & doctrina: festinate igitur sine vilo timore & gratia, atque inimicitia fidem puram exponere, ita vt, qui videntur non eadem cum omnibus sapere, per veritatis agnitionem ad concordiam reuocentur. Scire enim vos volumus, quia tam diuinitus & pijssimus orbis terrarum dominus, quàm nos, catholicam fidem à sanctis trecentis decem & octo, & à sanctis centum quinquaginta, necnon etiam & à cæteris sanctissimis & gloriosissimis patribus traditam, custodimus, & secundum ipsam credimus. Reuerendissimi episcopi clamarunt: Expositionem alteram nullus faciat, neque tentamus, neque audemus exponere. Docuerunt enim patres, & in scriptis custo diuini

I. 4

tur quæ ab eis sunt exposita, & citra ea dicere non possumus. Cecropius reuerendissimus episcopus Sebastopolitanus, dixit: Emerferunt, quæ ad Eutychem pertinebat, & super ijs forma data est à sanctissimo archiepiscopo Romanæ vrbs, & cõstat nobis, & epistola omnes subscripsimus. Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Ista oēs dicimus, sufficiunt quæ exposita sunt, altera expositione non licet fieri. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Si placet vestræ reuerentiæ, sanctissimi patriarchæ singularum prouinciarum eligentes singulos aut binos sue propriæ quisque prouinciæ, in medio trãseñtes, & cõmuniter de fide tractantes, quæ cõplacita fuerint, omnibus manifesta cõstituantur: quatenus si (sicut optamus) omnes cõfenserint, soluat omnis ambiguitas: sin verò aliqui cõtraria (quod non putamus) sapuerint, ita fiat, vt & eorum voluntates manifestæ constituantur. Reuerendissimi episcopi clamauerunt: In scriptis expositionem non facimus. Regula est, quæ prædicat sufficere, quæ sunt exposita. Regula vult aliam expositionem non fieri. Ea, quæ sunt patrum, tenentur. Florētius episcopus reuerend. Sardæorum, dixit: Quoniam non est possibile, subitò dictare de fide eos, qui docti sunt sequi Nicenam sanctam synodum, et quæ in Epheso rectè & piè roborata est, secundum fidem sanctorum patrum Cyrilli et Cælestini, & epistolæ sanctissimi Leonis, precamur vestram magnificentiam, præstari nobis inducias, quatenus vt decenti tractatu accedat veritatis causam possumus, quantum in nostra persona (qui epistolæ sanctissimi Leonis subscripsimus) non indigemus correctione. Cecropius reuerend. episcopus Sebastopolitanæ ciuitatis, dixit: Fides benè disceptata est à trecentis decem & octo sanctis patribus, & firmata à sanctis patribus Athanasio, Cyrillo, Cælestino, Hilario, Basilio, Gregorio, & nunc iterum per sanctissimum Leonem. Et precamur, vt ea, quæ sanctorum patrum trecentorum decem & octo sunt, & quæ sanctissimi Leonis, recitentur. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Recitentur, quæ exposita sunt à sanctis trecentis decem & octo patribus in Nicæa congregatis. Eunomius reuerend. episcopus Nicomedie ciuitatis, ex codice recitauit symbolum trecentorum decem & octo patrum.

EXPOSITIO FIDEI CONCILII HABITI IN NICEA.

CONSULTU PAULINI & IULIANI VIRORUM CLARISSIMORUM CONS. ANNO POST ALEXANDRI SEXCETESIMO TRICESIMO SEXTO, MENSIS (SECUNDUM GRÆCOS) DESII DIE NONODECIMO, QUOD EST TERTIO DECIMO KALEN IULIARUM, IN NICEA METROPOLI PROUINCIAE BITHYNIÆ. CREDIMUS IN VNUM DEUM, PATREM OMNIPOTENTEM, OMNIUM VISIBILIVM & INVISIBILIVM CREATO-

TOM. 2.

rem. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, de patre natum vnigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumē ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natū, non factum, homouison patri, hoc est, eiuſdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & quæ in terris. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & in humanatus, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, inde vēturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctū, eos autē, quod dicunt, Erat aliquandō quandō non erat, & antequam nasceretur, nō erat, & quia ex nullis extantibus factus est, aut ex alia substantia vel substantia dicunt esse, aut conuertibilem aut mutabilem filium Dei, anathematizat sancta Ecclesia catholica & Apostolica. Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Hæc catholicorum fides. Huic omnes credimus. In hac baptizati sumus, in hac baptizamus. Beatus Cyrillus sic docuit. Hæc vera fides, hæc sancta fides, hæc sempiterna fides. In hac baptizati sumus, in hac baptizamus. Omnes ita credimus. Papa Leo sic credit. Cyrillus ita credit. Papa Leo ita interpretatus est. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Recitentur & quæ à sanctis centū quinquaginta patribus exposita sunt. Aëtius reuer. archidiaconus Constantinopolitanæ ecclesiæ, ex codice recitauit symbolum centū quinquaginta patrum: Sancta fides, quæ exposuerunt sancti centum quinquaginta patres, consona est sanctæ & magnæ synodo.

SYMBOLVM SYNODI Cõstantinopolitanæ.

CREDIMUS IN VNUM DEUM, PATREM OMNIPOTENTEM, FACTOREM CÆLI & TERRÆ, VISIBILIVM OMNIUM & INVISIBILIVM. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumē ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factū, homouison patri, hoc est, eiuſdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & nostram salutem descendit, & incarnatus est de spiritu sancto & Maria virgine, humanatus est, & crucifixus pro nobis sub Pontio Pilato, & sepultus, & tertia die resurrexit, & ascendit in cælos, & sedet ad dexteram patris, & iterum venturus cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum, Dominum & viuificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadorandum & conglorificandum, qui loquutus est per prophetas. In vnam catholicam & apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptismum in remissionem peccatorum, & expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi, amen. Oēs reuerend. episcopi clamauerunt: Hæc omnium fides, hæc orthodoxorum fides. Omnes sic credimus. Aëtius reuerend. archi-

Et

archi-

archidiaconus dixit: Est & epistola sanctæ & beatæ memoriæ Cyrilli Alexandrinæ magnæ ciuitatis quodam episcopi, scripta ad Nestorium, quæ ab omnibus sanctissimis episcopis prius in Epheso in damnationem eiusdem Nestorii congregatis & approbata est, & subscriptione omnium confirmata. Est autem & altera epistola eiusdem sanctæ memoriæ Cyrilli, ad beatæ memoriæ Ioannem Antiochenæ magnæ ciuitatis quondam episcopū scripta, quæ similiter & confirmata est, & si placuerit, eas recitabo. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Recēseantur epistola sanctæ memoriæ Cyrilli. Aëtius archidiaconus regiæ Constantinopolitanæ ciuitatis, legit: Reuerendissimo & religiosissimo confacerdoti Nestorio Cyrillus. Oblouuntur &c. *supra aetione prima presentis concilij plenè habita sub bisformi interpretatione.* Similiter idem archidiaconus Aëtius recitauit: Domino meo dilectissimo fratri & confacerdoti Ioanni, Cyrillus in Domino salutē. Exultent cæli &c. *que similiter habita est in prima huius concilij aetione sub duplici translatione.* Et cum legeretur, reuerend. episcopi clamauerunt: Omnes sic credimus. Papa Leo sic credit. Anathema ei qui parit, & ei qui diuidit. Hæc fides Leonis archiepiscopi. Leo sic credit. Leo & Anatolius ita credunt. Omnes sic credimus. Sicut Cyrillus, ita credimus. Aeterna memoria Cyrilli. Sicut epistola Cyrilli habet, ita sapimus, sic credimus, sic credim⁹. Leo archiepiscopus sic sapit, ita credit, ita scripsit. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Recitet & epistola Deo dignissimi archiepiscopi regiæ & senioris Romanæ Leonis. Beronicianus deuotissimus secretarius sacri consistorij, recitauit ex codice porrecto sibi ab Aëtio archidiacono Constantinopolitanæ ecclesiæ.

EPISTOLA LEONIS PAPAE VRBIS ROMÆ SCRIPTA AD FLAVIANVM EPISCO PVM DE HERESI EUTYCHIANORVM, SIVE PROPRIÈ DE IPSO EUTYCHE. Dilectissimo fratri Flauiano Leo.

LECTIS dilectionis tuæ literis, quas miramur fuisse tam seras, & gestorum episcopali ordine recensito, tandem quid apud vos scandali contigerit, atque cõtra integritatem fidei exortum fuisset, agnouimus, & quod prius videbatur occulta, nunc nobis referata. Et reliqua. *Que in epistola Leonis papæ, epist. 10. habentur.* Post lectionem aut prædictæ epistolæ, reuerend. episcopi clamauerunt, Hæc patrum fides, hæc apostolorum fides. Omnes ita credimus. orthodoxi ita credim⁹. anathema, qui ita nō credit. Petrus per Leonem ita loquutus est, apostoli ita docuerunt. Piè & verè Leo docuit, Cyrillus ita docuit, Cyrilli æterna memoria, Leo & Cyrillus similiter docuerunt, anathema qui sic non credit. Hæc vera fides. Catholici ita sapimus. Hæc patrum fides. Hæc in Epheso cur lecta non sunt? Hæc

TOM. 2.

Dioscorus occulauit. Et cum legeretur pars prædictæ epistolæ, quæ continet, Et ad resoluen- dum conditionis nostræ debitum, natura inuolabilis, nature est vnica passibilis, vt quod nostris remedijs cõgruebat, vnus atque idem mediator Dei & hominū, homo Christus Iesus, & mori posset ex vno, & mori non posset ex altero: dubitantibus Illyricianis & Palæstinis reuerend. episcopis, Aëtius reuer. archidiac. sanctæ Cõstantinopolitanæ ecclesiæ ciuitatis, legit. Cyrilli sanctæ memoriæ Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopi capitulum, ita continens: Quoniam verò iterum proprium eius corpus gratia Dei (sicut ait Paulus) pro omnibus gustauit mortem, ided̄ dicitur ipse passus propter nos mortē, non tanquam in experimentū veniens mortis, quod ad suam pertinebat naturā, (demētia est enim, hoc dicere aut sapere) sed quia (secundum quod nup̄ dixi) caro eius gustauit mortem. Similiter, cum legeretur ex epistola pars, quæ continet, Agit enim vtraque forma cum alterius communionē, quod proprium est, verbo scilicet operante, quod verbi est: & carne exequēte, quod carnis est: vnū horum coruscet miraculis, aliud succumbit iniurijs: dubitantibus Illyricianis & Palæstinis reuerendiss. episcopis, Aëtius archidiaconus sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ, legit sanctæ memoriæ Cyrilli capitulum continens ita: Quædam sunt voces quam maxime Deum decentes, quædam verò decentes humanitatem, quædam verò medium tenentes ordinem, in sinuantes filium Dei, Deum esse & hominem simul. In eisdem similiter cum legeretur ex eadē epistola pars, quæ ita continet, Quauis in Domino Iesu Christo Dei & hominis vna persona sit, aliud tamen est, vndē in vtroque cõmunis est cõtumelia, aliud vndē communis est gloria: De nostro enim illi est minor patre humanitas, de patre illi est æqualis cum patre diuinitas: dubitantibus Illyricianis & Palæstinis reuerend. episcopis, Theodoretus reuer. episcopus Cyrii, dixit: est similior exemplum beatiss. Cyrilli, ita habens: Et factum hominem, non mutantem quod proprium est. Permansit enim id quod erat, intelligitur verò omninō & aliud in alio quod habitat, id est, diuina natura in humanitate. Magnificentissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Post hæc omnia adhuc quis dubitat? Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Nemo dubitat. Atticus reuerendissimus episcopus Nicopolitanæ ciuitatis, dixit: Quoniam præstitit magnificentia vestra suarum aurium facultatē cum patientia, precamur (si iubetis) inducias dari nobis, vt intra paucos dies tranquilla mente, & nō turbato animo, quod Deo placeat, à sanctis patribus ordinētur. Quis verò nunc dñi nostri & sanctissimi patris & archiepiscopi Leonis, adornatis apostolicæ sedē, lecta est epistola, oportet verò & beatæ memoriæ

ria

re Cyrilli epistolam scriptam ad Nestorium, (in qua iubet eum consentire duodecim capitulis) & hanc dari nobis, ut in tempore disceptationis parati inueniamur. Reuerend. episcopi clamauerunt: Si iubetis dari nobis inducias, petimus patres perferuari. Magnificissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Differatur audietia vsque ad quinque dies, ut inter hos conueniat vestra sanctitas ad sanctissimum archiepiscopum Anatolium, & communiter de fide tractetis, ut qui dubitant, doceantur. Omnes reuer. episcopi clamauerunt: Nos ita credimus. Omnes ita credimus. Sicut Leo, ita credimus. Nostri nulus dubitat. Nos iam subscripsimus. Magnificissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Non est necessarium omnes vos conuenire. Sed quia conueniens est, dubitantibus persuadere, reuerendissimus archiepiscopus Anatolius eligat de his, qui subscripserunt, quos putauerit idoneos esse ad docendum eos qui dubitant. Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Pro patribus petimus, patres synodo reddite, consentaneos Leoni in synodo, patribus in synodo, Has voces Imperatori, Has preces catholico, Has preces Augustae. Omnes peccauimus, omnibus indulgetur. Clerici Constantinopolitani clamauerunt: Pauci clamant, Non tota dicit synodus. Orientales, & qui cum ipsis reuerend. episcopi, clamauerunt: Aegyptium in exilio. Illyriciani, & qui cum ipsis reuerend. episcopi, clamauerunt: Precamur, omnibus miseremini. Orientales, & qui cum ipsis reuerendi episcopi, clamauerunt: Aegyptium in exilio. Illyriciani, & qui cum ipsis reuer. episcopi, clamauerunt: Omnes peccauimus, omnibus miseremini. Has voces catholico Imperatori. Ecclesie scinduntur. Clerici Constantinopolitani clamauerunt: Dioscorum in exilio. Haereticum in exilio. Dioscorum Christus damnauit. Illyriciani, & qui cum ipsis reuerend. episcopi, clamauerunt: Omnes peccauimus, omnibus indulgete. Dioscorum in synodo, Dioscorum in ecclesijs. Sub vobis malum non fiat. Sub imperio vestro malum non fiat. Sub imperio vestro dissidium non fiat. Clerici Constantinopolitani clamauerunt: Qui communicat Dioscoro, iudaeus est. Orientales, & qui cum ipsis reuerend. episcopi, clamauerunt: Aegyptium in exilio. Haereticum in exilio. Illyriciani, & qui cum ipsis reuerendiss. episcopi, clamauerunt: Patres in synodo. Magnificissimi & gloriosissimi iudices, & amplissimus senatus dixerunt: Quae interloquuta sunt, effectui mancipentur.

TERTIA COGNITIO CONCILII Chalcedonensis.

CONSULTU PISSIMI & CHRISTIANISS. IMPERATORIS nostri Martiani primo, & qui fuerit nunciatus, sub die tertio Idus Octob.

TOM. 2.

in Chalcedonensi ciuitate Bithyniae prouinciae, secundum Dei gratiam ex sanctione pijsimorum & fidelissimorum. Imperatorum, congregato vniuersali concilio, & confidentibus in sancta basilica sanctae & bonae victricis martyris Euphemiae omnibus sanctiss. & reuerendiss. episcopis, Aetius archidiaconus regiae Constantinopolitanae nouae urbis Romae, & primicerius notariorum, dixit: Retinet vestra sanctitas, quoniam pridem lectis precibus, quae & pijsimis & Christianiss. Imperatoribus nostris a religiofiss. episcopo Dorylitanae ciuitatis Eusebio, aduersus religiofiss. episcopum Alexandriae Dioscorum porrecta sunt: certa gesta monumentorum subsecuta sunt, praesente hoc sancto concilio, & gloriosiss. & magnificentijs. iudicibus, & ampliss. & gloriosiss. senatu, examinantibus inter vtrosque causam vsque * profundasse ad vltimam vesperam. Quonia igitur idem religiofissimus episcopus Eusebius & nunc alios libellos vestrae sanctitati obtulit, aduersus memoratum sanctissimum episcopum Dioscorum, hos praemanibus habentes, intimamus ad id faciendum, quod vobis placuerit. Paschasius episcopus Lilybaei prouinciae Siciliae, agens vices sanctissimi episcopi fenioris urbis Romae Leonis, per interpretem dixit: Notum est nepe huic Deo amabili concilio, & ad beatum & apostolicum & catholicum papam Leonem sacras esse literas destinatas, quatenus huic sancto concilio se praesentare dignaretur. Sed quoniam neque antiqua hoc tenuit consuetudo, neque generalis temporis necessitas permittere videbatur, nostram paruitate huic sancto concilio pro se praesidere praecipit. Ideoque necessarium est, haec, quae in medium proferuntur, per nostram interlocutionem disceptari. Propter hoc igitur, porrectus libellus a religiofissimo fratre nostro & coepiscopo Eusebio, susceptus a religiofissimo archidiacono & primicerio notariorum, recitatus, & suscipiens Aetius archidiaconus & primicerius notariorum, recitauit: Sanctae & vniuersali synodo, ex sanctione pijsimorum Imperatorum nostrorum congregata in Chalcedonensi ciuitate prouinciae Bithyniae, ab Eusebio Dorylitanae ciuitatis episcopo, faciente verba tam pro se, quam etiam pro sanctae memoriae Flauiano quondam episcopo Constantinopolitanae ciuitatis, & pro catholica fide. J. Scientes vestrae sanctitatis mores Deo amabiles, & contrarios malitiae, & circa iniqua passos iustam compassionem vestram, multa & dira & contra omnem consequentiam perpessi a reuerendissimo episcopo Dioscoro Alexandriae magnae ciuitatis, adimus vestram reuerentiam, iustitiam impetrare deprecantes, causam vero in his contentam. Pridem congregata vestra sancta synodus pariter cum gloriosissimis & excellentissimis iudicibus, & amplissimo senatu in hac sancta ecclesia, audiuit ex precibus nostris, quas obtulimus pijsi-

for. * pro. funde
Oratio seu epistola m. sebij Dory. lei contra Dioscoru.

pijsimis nostris imperatoribus aduersus Dioscorum reuerendissimum Alexandriae magnae ciuitatis episcopum, & propositum nobis certamē discussit inter nos, & arguit, quae audacter commissa sunt a Dioscoro aduersus me, & sanctae memoriae Flauianum, & orthodoxam fidem. Accusauimus enim praedictum Dioscorum, tanquam consentaneum Eutychi haeretico constitutum, & damnato, & anathematizato, & quae volens perfidiam confirmare in nupur facto in Ephesina metropoli concilio, multitudine seditiosa turbe collecta, potentiam sibi met acquirere per suas diuitias, rectam fidem (quantum ad ipsum pertinet) contaminauit, & fermentum haeresos insolitae in catholica Ecclesia introduxit, & nos sacerdotali dignitate priuauit. Quia ergo cognitione facta, sicut nouit vestra reuerentia, praedictus Dioscorus aliena sapere a catholica fide, a nobis demonstratus est, & me non permisit ingredi, facto in Ephesina metropoli concilio, & adesse meis allegationibus, insuper vero & Flauianum sanctae memoriae quondam Constantinopolitanae urbis episcopum, pro quo & sermonem feci, pro tempore suis allegationibus uti non sinuit, praeterea vero voces, quae a synodo tunc dictae non sunt, monumentis indidit, & in puris chartis compulit eos subscribere, & omnem iniquitatem operatus est contra ipsam pietatem, & contra diuinas regulas, & contra legum consequentiam: precor & supplico vestrae sanctitati, miseremini nostri sancti patres. Et dum adhuc in memoria retinetis, quae antea inter nos & praefatum Dioscorum acta sunt, decernite omnia, quae aduersus nos gesta sunt, viribus carere, & nihil nobis ea monumenta, quae iniuste contra nos facta sunt, nocere. Habere vero nos & sacerdotalem dignitate, anathematizare autem eius sceleratum dogma, pietatis autem verbum corroborare, & illum, eorum quae audacter commisit, luere poenas, quatenus exemplum factus, in reliqua vita omnes corrigat, similia actis eius agere conantes. Quod impetrantes, incessanter gratias agamus vestrae sanctitati. Eusebius episcopus Dorylitanae ciuitatis prouinciae Phrygiae Salutariae, hos libellos manu mea subscribens, porrexi. Et cum lecti fuissent, Eusebius episcopus dixit: Supplico aduersarium meum euocari. Aetius archidiaconus & primicerius notariorum, dixit: Dudum (sicut iussistis) pergentibus nominino & Cyriaco diaconibus, quae admodum ad alios sanctissimos episcopos, & ad Dioscorum sanctiss. episcopum maturius pro eo, ut hic vobis consideret, & hortantibus eius, ut conueniret & ipse in hoc concilio, nunciavit se quidem velle venire, non autem permitti a custodientibus se, sicut dicebat. Paschasius episcopus dixit: Quoniam non videmus presentem esse Dioscorum sanctissimum episcopum, egredientes reuerendissimi clerici inquirant eum, si praeforis concilij inuenitur.

TOM. 2.

Aetius archidiaconus & primicerius notariorum, dixit: Quae admodum iussistis, Epiphanius & Helpidius presbyteri circumeuntes sanctam hanc basilicam, quaesierunt religiosissimum episcopum Alexandriae Dioscorum, & (si placuerit) presentati interrogentur. Anatolius episcopus Constantinopolitanae ciuitatis nouae Romae, dixit: Dicant reuerendissimi Epiphanius & Helpidius presbyteri, si quaesierunt reuerendissimum episcopum Dioscorum. Epiphanius & Helpidius dixerunt: Peragrantes atria sancti huius loci, quaesiuimus, & non eum inuenimus. Anatolius episcopus Constantinopolitanae urbis nouae Romae, dixit: Si complacet vestrae sanctitati, alios quos ex Deo amatissimis fratribus & coepiscopis nostris destinare ad eum in domum, in qua manet, & commonefacere eum, ut in hoc sanctum concilium adueniat? Maximus episcopus magnae Antiochiae ciuitatis, dixit: Bene placuit sanctissimo archiepiscopo Anatolio, dirigi Deo amatissimos episcopos ad accersendum rursus Deo amatissimum Dioscorum magnae Alexandriae ciuitatis episcopum, & manifestum ei facere, quae aduersus eum facta est accusatio. Sancta synodus dixit: Consequens est, mandare Deo amatissimo episcopo Alexandriae ciuitatis Dioscoro. Vnde deo amatissimi episcopi, Constantinus metropolitanus Bostrensis, & Acacius Ariarathensis, & Atticus Zelenis pergentes, comoneant Deo amatissimum episcopum Alexandriae Dioscorum occurrere ad sanctum hoc concilium. Et cum abissent reuerendissimi episcopi Constantinus, & Acacius, & Atticus cum Himerio lectore & notario, & reuerenti fuissent, Aetius archidiaconus & primicerius notariorum, dixit: Qui paulo ante destinati sunt sanctissimi episcopi Constantinus metropolitanus Bostrensis, & Acacius Ariarathensis, & Atticus Zelenis, ad Deo amatissimum episcopum Alexandriae Dioscorum a vestra sanctitate, aduenerunt. Et hoc ipsum suggerimus ad notitiam vestrae sanctitatis. Anatolius episcopus Constantinopolitanae ciuitatis nouae Romae, dixit: Dignetur Deo amatissimi reuerendi episcopi docere hanc sanctam synodum, quale acceperunt responsum a Deo amatissimo Dioscoro episcopo. Constantinus episcopus metropolitanus Bostrensis, dixit: Secundum preceptum vestrae sanctitatis pergentes ad reuerendiss. episcopum Alexandriae Dioscorum, inscriptis ei quae nobis mandata sunt, diximus. Et postulam, ut quae Himerius lector & notarius, qui pariter nobiscum directus est, excepit, dicat, quae sunt, quae a nobis dicta sunt, & quale nobis dedit responsum. Paschasius episcopus dixit: Praesens Himerius notarius secundum prosecutionem Deo amatissimi fratris nostri & coepiscopi, ea quae respondit episcopus Dioscorus, recitet, ut possit haec beatissima synodus communi consilio tractare, quid debeat agere. Himerius lector & notarius

tarius recitauit. Et lectum est ita: Constantinus episcopus metropolis Bostrensis, ad episcopum Dioscorum dixit: Sancta synodus tuam obsecrat sanctitatem, vsq; ad ipsam occurrere, q̄ congregata est in basilica sancta & bonae victricis martyris Euphemiae. Dioscorus reuerendiss. episcopus Alexandriae, dixit: Custodior ego. Si verò permittunt me descendere, dicant magistriani. Acacius episcopus Ariarathrensis, dixit: Nos ad deuotissimos magistrianos non sumus directi, sed ad tuam sanctitatem, quatenus digneris fatigare te, & peruenire ad sanctum concilium, congregatum in basilica sanctae martyris Euphemiae. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Paratus sum aduenire ad sanctum & vniuersale concilium: sed prohibeor. Atticus episcopus Zelenis, dixit: Libelli porrecti sunt & nunc ab Eusebio Deo amatissimo episcopo, sancto & vniuersali concilio aduersus tuam sanctitatem, & per nos sancta & magna synodus tuae sanctitati mandauit, quatenus peruenias, & satisfacias super his, quibus accusaris. Dioscorus episcopus Alexandriae, dixit: Semel dixi, & ego paratus sum venire ad sanctum & vniuersale concilium: sed, vt videt vestra religiositas, phibeor à deuotissimis magistrianis & scholaribus. Et cum haec lecta fuissent, Himerius lector notariorum dixit: Sed postquam descendi cū Deo amatissimis episcopis, occurrit Eleusini⁹ venerandus adiutor magnificentissimi & gloriosissimi magistri sacrorum officiorum, & reuerſi iterum Deo amatissimi episcopi ad eundem Deo amatissimum episcopum Dioscorum, & ascendentes, rursus commonuerunt eum occurrere, & certa locuti sunt, q̄ in exceptis habeo. Si placet vestrae sanctitati, & haec recenseo. Sancta synodus dixit: Relege. Himerius lector & notarius legit: Tractans apud memetipsum, & cognoscens quid expediat mihi, haec respondeo: Quoniam ante haec in congregatione sedentes magnificentissimi iudices, certa diffiniērūt post multam vniuersi vsq; interlocutionem, nūc verò in praedictorum infirmatione, secundò me euocat congregatio: obsecro, vt qui pridem ad hoc sanctum concilium gloriosissimi iudices & amplissimus senatus conuenerūt, & nūc sint praesentes, vt iterum sub eorū praesentia haec eadem examinētur. Acacius episcopus Ariarathrensis, dixit: Nō ita sancta & magna synodus vestrae sanctitatem euocauit, ad subuertendum ea, quae sub magnificentissimorum & gloriosissimorum iudicum & sacri senatus praesentia acta sunt: sed mandata destinauit, quatenus ad concilium peruenias, & non absit ab eo tua sanctitas.

Dioscorus episcopus dixit: Dixisti mihi nunc, eò q̄ libellos porrexerit Eusebius aduersus tuam religiositatem, postulo iterum praesentibus iudicibus & glorioso senatu ap-

mcam

TOM. 2.

probari, quae ab ipso dicuntur. Atticus episcopus Zelenis, dixit: Nos ad tuam directissimum sanctitatem ad cohortandum. Et interumpens ei Dioscorus episcopus, dixit: Responde iam, quia sub praesentia magnificentissimorum iudicum & sacri senatus iterum, quae de me sunt, volo discuti. Constantinus episcopus metropolitanus Bostrensis, dixit: Statim, vt venimus, respondit nobis tua sanctitas: Quoniam si permixtus fuero à me custodientibus, peruenis ad sanctum concilium. Quoniam igitur adueniente viro clarissimo adiutore gloriosissimi magistri officiorum, permixtus es (si volueris) ad sanctam synodum peruenire, de hoc (si placet) da nobis responsum. Dioscorus episcopus dixit: Nūc didici, quia non sunt praesentes magnificentissimi & gloriosissimi iudices, & sanctus senatus, & ideo nunc ita respondi. Et cum lectum fuisset, Eusebius episcopus Dorylenae ciuitatis, dixit: Precor sanctitatem vestram, quae nunc à destinato notario cū Deo amatissimis episcopis ad reuerendissimum episcopum Dioscorum lecta sunt, iubete indi praesentibus monumentis. Maximus episcopus magne Antiochene ciuitatis, dixit: Ea quidem, quae nūc ab Himerio notario lecta sunt, actis inserent monumentorum. Consequens tamen est, secundum regulas sanctorum patrum, & rursus dirigi ad Deo amatissimum episcopum Dioscorum Deo amatissimos episcopos, ad vocandum eum secundò, vt adueniat in hoc vniuersale sanctumq; concilium.

Eusebius episcopus Dorylenae ciuitatis, dixit: Deo amatissimus episcopus Dioscorus dissimulationes & occasionem emittit, nē ad hanc sanctam perueniat synodus. Super certis enim capitulis iam conuictus est, tam sub vestrae sanctitatis, quam sub magnificentissimorum iudicum & sacri senatus praesentia. Et sunt alia capitula, quae debent coram vestra sanctitate ventilari & approbari, & iubete eum adesse. Neq; enim subuertimus aliquid eorum, quae dudum acta sunt. Aëtius archidiaconus & primicerius notariorum, dixit: Quid videtur vestrae sanctitati de interlocutione secundae vocationis? Sancta synodus dixit: Consequens & regulare est, & secundò eum euocare. Eant igitur ad Dioscorum sanctissimum Alexandrinorum episcopum Deo amatissimi episcopi Pergamius & Cecropius & Rufinus, ad cohortandum eum, vt ad nos veniat. Aëtius archidiaconus & primicerius notariorum, dixit: Placet ergo sanctitati vestrae, scriptis ad eum ex persona totius sancti concilij destinare? Amphilochius episcopus metropolitanus Sidenſis, dixit: Vno aut duobus diebus causa differatur. Menebrates episcopus Cyrasēn prouinciae Lydie, dixit: Vnus homo vniuersum orbem desolauit, & tres menses affidem ei. Et destinatum est secundò ita:

LITE

LITERAE DIRECTAE A CONCILIO Dioscoro episcopo, ad vocandum eum secundò.

Sancta & vniuersalis synodus Deo amatissimo episcopo Alexandrinorum Dioscoro. Prius placuit sacratissimis dominis orbis terrarum, tam sub magnificentiss. & gloriosiss. iudicibus, quam etiam sub sacratissimo & amplissimo senatu, inter tuam religiositatem atque reuerendissimum episcopum Eusebium, & à nobis causam examinari, & nūc placuit, quatenus consideret sancta & magna synodus, habente regularem auctoritatem, nihil de prioribus, quae de te seu coram te acta sunt in illo sacro concilio, retractari: sed de alijs quibusdam, de quibus nūc idem Deo amatissimo episcopo Eusebio per libellos accusans tuam religiositatem, à nobis petit fieri examinationem. Sinē vlla igitur exculatōe tua religiositas perueniat ad nos, satisfactura, sicut ordo expetit regularum. Ecce enim & secundam regularem vocationem ad tuam fecimus religiositatem, dirigentes Pergamium & Cecropium & Rufinum, Deo amatissimos fratres & coepiscopos nostros, debentes commonefacere tuam religiositatem, quatenus ipse ad nos indubitanter peruenias, & satisfacias de his, quae tibi ingeruntur. Et his remeantibus, Aëtius archidiaconus & primicerius notariorum, dixit: Qui secundae ministrauerunt vocationi sanctissimi episcopi, Pergamius & Cecropius & Rufinus, aduenerunt, & hoc ipsum suggerimus. Stephanus episcopus Ephesi, dixit: Dicat Deo amatissimo episcopi, si quid à beatissimo episcopo Alexandriae magna ciuitatis Dioscoro audiērunt, & sancta synodus, quae audiērūt, cū veritate denuncient. Pergamius episcopus metropolitanus Antiochia Pisiidae, dixit: Consequenter his, quae praecipita sunt à vestra sanctitate de secunda regulari vocatione, commonefecimus Deo amatissimum episcopum Alexandrinorum Dioscorum, & super haec, quae ei in scriptis mandata sunt, certum fecit responsum: quod si placuerit vestrae sanctitati, à lectore & notario Hypatio, qui nobiscum directus fuerat & exceperat, recitentur. Diogenes episcopus metropolitanus Cyzici, dixit: Lector Hypatius, quae à Deo amatissimo episcopo Dioscoro exceperat, huic sancta & magna & vniuersali recenseat synodo. Hypatius lector & notarius legit ita: Pergamius episcopus metropolitanus Antiochia Pisiidae, dixit: Congregata in basilica sanctae martyris Euphemiae vniuersalis sancta synodus, secundam vocationem faciens ad tuam sanctitatem, paruitatem nostram direxit, facientem commotionem in scriptis denunciāns, quae nunc tuae sanctitati relegendae. Et cum episcopo Dioscoro, quae à sancta synodo per Deo amatissimos episcopos ei mandata sunt, lecta fuissent, Dioscorus episcopus dixit: Iam-

TOM. 2.

dudum perueniens demandavi vestrae religiositati, quia & infirmitate detineor, & postulo & magnificentissimos iudices & sacrum senatum esse praesentem, in eorum quae nūc examinanda sunt, audientia. Quoniam verò amplius mihi aegritudo inualuit, huius gratia feci dilationem. Cecropius episcopus Sebastopolitanus, dixit: Paulo antè tua sanctitas non se afferebat infirmari, sed postulauit sacratissimum senatum & magnificentissimos iudices esse praesentes, nūc verò hoc addidit. Dignare ergo (sicut te decet) agere, & regulis satisfaciēs, obedire sanctae & vniuersali synodo, quatenus, quae negotio cōperunt, consequenter & secundum regulas proueniant. Dioscorus episcopus dixit: Semel dixi, quia postulauit gloriosissimos & magnificentissimos iudices, & sacratissimum senatum a desese his, quae nunc debent examinari. Rufinus Samofatenus episcopus, dixit: Canonica sunt quae mouentur. Potest & nunc tua proueniens sanctitas, quae vult, postulare à sancto concilio. Dioscorus Episcopus dixit: Venerunt religiosissimi episcopi ad sanctum concilium Iuuenalis & Thalassius, Eusebius, Basilus & Eustathius? Pergamius episcopus dixit: De hac interrogatione à tua reuerentia facta, responsum nunc facere, nō precepit nobis sancta & vniuersalis synodus. Vt verò satisfacias regulari secundae vocationi, sufficienter commonefecimus. Tu igitur sanctitatis est, & sanctissimam & vniuersalem synodum (pro ut decet) per obedientiam honorare, & tuae reuerentiae cognitae regulares formas similiter in honore habere, consequenter illis obtemperando. Dioscorus episcopus dixit: Et nūc eadem dico. Petij pijsimum & Christianissimum nostrum Imperatorem, quatenus & nūc, ante hoc constituti in sancta synodo magnificentissimi & gloriosissimi iudices, vna cum sacro senatu praesentes sint his, q̄ examinandae sunt, praesentibus etiam & religiosissimis episcopis, qui simul mecum referuntur in accusatōe, quae nobis ingeritur ab Eusebio. Cecropius episcopus dixit: Tuam tantummodò religiosissimum Eusebius sanctitatem accusat, & haec societas necessaria nō est. Sed vt consequenter & regulariter impleatur obedientia, & q̄ canonica sunt, ventilent. Quandò enim quaedam regularia examinantur, neque iudices, neque alios aliquos laicos interesse oportet, nisi tantummodò tuam sanctitatem, quae in propria accusatur persona. Non est igitur opus ista tarditate aut dilatione, si quidem volueris & DEO & canonicis obedire, & non per dilationes confirmare ea, quae ab accusatore dicuntur. Dioscorus episcopus dixit: Semel precatus sum pijsimum & amicum CHRISTI nostrum Imperatorem, quatenus & alij episcopi vna mecum intersint. Neque enim aduersus me specialem causam habet Eusebius, sed potius de quibus omnes pariter egimus. Pergamius

* fuerunt

Optima & canonica ratio contra Dioscorum.

K

epi-

episcopus dixit: Secundum quod Deo amantissimus coepiscopus Cecropius tuam commouit reuerentiam, religiosissimi Eusebij episcopi accusatio, sicut aduersus tuam reuerentiam facta, tuam querit personam. Ideo quod tuam sanctitatem consequenter & regulariter vocauit, & vocat sanctissima & catholica synodus. Dioscorus episcopus dixit: Semel dixi, quae dixi, & ultra haec compendiosius quod dicam, non habeo. Et cum praedicta relecta fuissent, Eusebius episcopus Doryleanae ciuitatis, dixit: Et per preces, quas victoribus & triumphatoribus dominis nostris obtuli, aduersus solum religiosissimum episcopum Dioscorum accusationem institui, tanquam ab eo passus iniqua, vna cum sanctae memoriae patre nostro & quodam archiepiscopo Flauiano, et nunc sub fide monumentorum profiteor, quoniam aduersus nullum alterum facio accusationem, nisi tantummodo aduersus Dioscorum magnae Alexandriae ciuitatis episcopum. Non ergo fingat occasiones Dioscorus, neque compellat me alios, quibus nolo accusationem ingerere. Quippe & si ab alijs leges essem, licebat mihi, aduersus unum, quem vellem, accusationem deponere. Cum vero non profiteor, quia neque ab altero leges sum, supplico vestrae sanctitati, & tertiae eius accersitum vocatione, adesse vestro sancto concilio, & meas contra eum factas conuentiones suscipere. Et cum diceret, Aetius archidiaconus & primicerius notariorum, dixit: Ante hoc, aliqui dicentes se esse clericos, vna cum alijs laicis ab Alexandria orti, aduersus Dioscorum sanctissimum episcopum libellos porrexerunt. Hi ante sanctum constituti concilium vestrum, clamoribus vsu sunt, & obscurant, coniurantes vos per sanctam & homouision Trinitatem, & salutem & victoriam pijsimorum & Christi amicorum nostrorum Imperatorum, introitum impetrare. Et hoc ipsum ad id (quod placuerit) suggerimus. Sancta synodus dixit: Ingreddantur qui libellos porrexerunt. Et cum ingressi fuissent, Athanasius dicens se esse presbyterum magnae Alexandriae ciuitatis, dixit: Multa, & dira, & omnino fauissima, & omni plena impietate & auaritia, perpeffus sum a reuerendissimo episcopo Dioscoro. Preces obtuli pijsimis & Christi amicis nostris Imperatoribus, docens, quas ab eo sustinui circunventiones pariter & insidias, necnon & huic vniuersali concilio eadem preces obtuli. Et precor sanctissimos & Deo amantissimos episcopos, & patres nostros, quatenus & mei misercamini, & clementer me suscipiatis, docentem, quae ad me ipsum pertinent. Et post ipsum Ischyron, dicens se esse magnae Alexandriae ciuitatis diaconum, dixit: Vt non putet reuerendus episcopus Dioscorus, solum reuerendissimum episcopum Eusebium accusationem aduersus eum instituisse, sed ut sciat & alios, & qui sunt, qui eum accusant, & quae sunt, quae ei ingeruntur, obsecramus

TOM. 2.

libellos recitari. Lucentius episcopus dixit: Libelli, qui aduersus reuerendissimum episcopum Dioscorum a diuersis nobis oblatis, sunt suscepti, ab Aetio archidiacono & primicerio notariorum recensentur, quatenus omnis haec sancta synodus scire possit, quid continent. Et suscipiens Aetius archidiaconus & primicerius notariorum libellum Theodori, legit. Et cum lectus fuisset, Paschasius reuerendus episcopus dixit: Quid ad haec dicit praesens accusator Theodorus? Si confidit approbare ea, quae ingerit aduersus reuerendissimum episcopum Dioscorum, proprio ore confiteatur, si non vult aduersus se regularem conuerti sententiam. Theodorus diaconus dixit: Supplico porrectum libellum monumentis inseri, paratus enim sum mihi ipsi adesse. Paschasius episcopus dixit: Perlectus libellus monumentis ecclesiasticis societur, reliqua vero dicat Theodorus, adueniente ei aduersario, quae ei competunt.

LIBELLVS THEODORI DIAconi, ad Leonem papam & Chalcedonensem concilium.

Sanctissimo & Deo amantissimo & vniuersali archiepiscopo & patriarchae magnae Romae Leonis, & sanctae & vniuersali Chalcedonensis synodo, quae voluntate diuina Dei preceptione congregata est, a Theodoro ecclesiae Alexandriae diacono. Quae a reuerendissimo Dioscoro Alexandriae magnae ciuitatis commissa sunt, lingua quidem egeat antiqua, quae possit docere singula, quae ab ipso perpetrata sunt * tam in sanctorum patrum regulas, necnon etiam & in diuersos & plurimos illius provinciae. Quae enim in ipsa deuotione ab eo confecta sunt gesta, sub diuersis iudicijs habita, vestram sanctitatem docebunt. Tamen ut omnia compendiosè dicam, quae ab eo in nostram pusillitatem perpetrata sunt, ad sum vestra deprecans sanctitatem: Viginti & duos plus minus annos in schola deuotissimi magistratorum militaris, conuersatus sum, nullam aduersus memetipsum dans aliquando reprehensionem aut querelam, sperans magnae illius scholae mereri priuilegium. Sed sanctae & beatae memoriae Cyrillus, qui nominatissimae Alexandriae ciuitatis triginta & duos annos fuit archiepiscopus, rectae & immaculatae fidei aduocatus, deputatum me habuit, & maxime in tempore quo facta est sub eo in Epheso synodus, & sine vlla querela ministrans sancto illi, & per Deum facta concilio, ita ut pro sinceritate & studio meo, magnae Alexandriae ciuitatis clericatum ab ipso mererer. Si quidem videbar fructu multorum annorum fraudari militiae meae: maiorem tamen honorem existimas diuini & venerabilis mysterij ministerium, quindecim annos in clero permansu, sperans & maiorem honorem mereri. Sed inter haec sancto & beatae memoriae Cyrillo de hac humana vita migrante, succedens ei (quod vti nunc nunquam contigisset)

Cyrillo Deoscoro successit, memo.

memoratus reuerendus episcopus Dioscorus, nulla aduersus me accusatione scripturam vel sine scriptura facta, sed neque simplici querela in principio episcopatus sui, (quae, nescio quo ordine, fortitus est) statim me clericatu priuauit, cominas & a magna illa ciuitate fugare, propter nihil aliud, nisi ob id, quod familiaritate & continentia sanctae memoriae Cyrilli vtebar. Intentio enim eius talis est, non solum parentes eius ex illa ciuitate exagitare seu vitam priuare, verum etiam & familiares ipsius. Exercens inimicitias aduersus eius rectam fidem, haereticus constitutus, & semper quae Origenis sunt sapiens, & hic homo neque a sanctae Trinitatis blasphemiam abstinens, neque homicidij expers, neque alienas parces excidere arbores, neque incedia facere, neque domos destruere, sed & enim & turpiter semper viuens, quae sum paratus ostendere. Quae igitur vestra Deo amabilitas peruideat, quia non leuem iniquitatem sustinui, militiam tantorum annorum contemnens, maiorem sacerdotalem ordinem arbitrans, supplico permittere mihi in sancto vestro concilio adesse, & meis allegationibus uti, ut ne ex utraque parte videar cadere, qui & in militia (sicut dixi) irreprehensibiliter conuersatus sum, & in venerabili clero (quantum ad me pertinuit) cum modesta memoratis temporibus ministravi. Ostendam enim, eum omnia quae dicta sunt, perpetrasse, necnon etiam & contra gestum in metropoli nicena concilium, temerarium extitisse. Hic nanque sanctissimus, magis autem circa omnia ferocissimus, in consuetudine habens leges preuaricari, nihil arbitraris, quod ab ipso in sanctae & sacrae memoriae Flauiano commissum est, insuper ad mala maiora se vertit. Excommunicationem nanque faciens contra sanctissimum & beatissimum apostolicae sedis magnae Romae episcopum, suafit subscribere eis, qui cum ipso de Aegypto exierunt sanctissimis episcopis plus minus numero decem, (neque enim ampliores ausi sunt exire cum ipso, propter quae ab ipso in Epheso contra leges peracta sunt) aliquoties comminans, aliquoties nolentes decipiens. Vnde lachymantes atque gementes, nefandae illi chartae subscriperunt. Considerate igitur sanctissimi & reuerendissimi patres, quam neque Deo placita sint, quae ab eo commissa sunt, neque hominibus toleranda. Et obsecro vestram sanctitatem praecipere (si placet) eos, qui subter designati sunt, sub custodia fieri, quatenus quae veritatis sunt, ostendantur. Sunt autem Agorastus, Dorotheus, Eusebius, Ioannes notarius. Tempore nanque opportuno vacante, offero vestro angelico choro, & sanctissimos viros, & reuerentia & rectitudine adornatos, qui super singulis capitulis possint testimoniū perhibere. Et ipse ego hanc accusationem propria subscripsi manu. Similiter & reliqui accusatores suas accusationes singuli per singula se probare spo-

for. etiam

*tam in diuinitate quae in sanctis patrum regulis, in sanctorum & diuinarum patrum regulas,

mea quae

*vocate me in synodo

TOM. 2.

ponderunt, & singulos accusationis libellos propria manu subscriperunt. Theodorus diaconus sanctae & catholicae ecclesiae magnae Alexandriae ciuitatis suprascriptus, sancto & vniuersali concilio hos libellos obtuli. Et post hoc idem ipse Theodorus dixit: Paratus sum, adueniente reuerendo episcopo Dioscoro, in hoc sanctum vestrum concilium meis adesse accusationibus. Bonifacius presbyter Romane Ecclesiae, vicarius & ipse beatissimi papae Leonis, dixit: Et proclamantis praesentis Ischyronis iustum est recitari libellos.

Romanus episcopus metropolitanus Myrensis provinciae Lyciae, dixit: Secundum interloquutionem religiosissimi presbyteri Bonifacij, oblatis libelli ab Ischyryone recensentur. Et suscipiens Asclepiades diaconus & notarius, legit. Et postquam lectus est, Petrus episcopus metropolitanus Corinthi, dixit: Et ab Ischyryone reuerendissimo porrectus libellus, ex lectione notus factus sancto huic & vniuersali concilio, praesentibus inseratur monumentis.

LIBELLVS ISCHYRIONIS DIAconi, ad Leonem papam & Chalcedonensem concilium.

Sanctissimo & beatissimo vniuersali archiepiscopo & patriarchae magnae Romae Leonis, & sanctae & vniuersali Chalcedonensis synodo, voluntate Dei & diuina preceptione congregata, libellus ab Ischyryone magnae Alexandriae ciuitatis diacono. Nunc quando liberam vocem vnusquisque, qui male passus est, recipit, & iusti patroni humano generi praesunt, & perijt decetero omnis circunuentio & auaritia, & quae erat quasi in dira tyrannide tunc, & ego ausus sum hunc libellum vestrae sanctitati offerre, & docere, quanta aduersus me & aduersus multos alios commissae sunt a reuerendissimo magnae Alexandriae ciuitatis episcopo Dioscoro, si mihi lingua dicere & pro illis sufficeret. Neque enim quisquam fuit expers illius crudelitatis & inhumanitatis. Aliquorum enim vastata sunt praedia excisione arborum perpetrata, aliorum vero domus destructae sunt, alij in exilium pulsi sunt, alij vero multatione vexati sunt, quidam vero & ab Alexandria magna ciuitate, sicut de propria eius possessione, exclusi sunt: Quoniam quidem impia deuotione non intermisit maxima peccare, hoc magni & clari viri sciunt, necnon etiam & omnis illa magna ciuitas Alexandria, sicut & acta habita sub diuersis iudicijs manifestant. Quae enim contra sanctam & homouision Trinitatem ab ipso saepe contumeliosè dicta sunt, omnia nominatissimo illius ciuitatis populo, necnon etiam venerabili clero, reuerendissimis quoque monachis nota sunt. Tanta autem contra omnes (non sicut decebat Episcopum, & maxime tantae ciuitatis, & evangelicae illius sedis praesulem constitutum)

K 2 perpe-

nostram virtutem, sed etiam diuitiū insigniū, pecuniam exacti sumus, ita vt nihil nobis relinqueretur. Super hæc autem, vt neque habitationem aliquam haberemus, nostras domos præparauit ecclesias fieri, meam Athanasij quarto tecto superiacentem, & quæ pro sui positione fieri non posset ecclesia, quia complectitur cum prædictis domibus, alias etiam vicinas domos & redditus tenens. Sed neque his contentus, me presbyterio priuauit, & alienū ab ecclesiastico fecit collegio, nulla aduersus me facta accusatione. Etiam agimus annū iam septimū errantes de loco in locum, aliquandō quidem à creditoribus fugientes, aliquandō & ab ipso neq; in ecclesijs, neque in monasterijs habitare permitti. Sic ergo perueniente me Athanasio in metanæa, (id est, huius nominis suburbano magnæ Alexandriæ ciuitatis, quod aliquandō Canopus vocabatur, quod suburbanum ab initio & ex antiqua consuetudine, ad refrigerium confugientium constitutum est. Totum enim videtur esse sub tutela venerabilis monasterij Tabennensium) verū etiam & intra fines sanctæ Dei ecclesiæ, habens & publicum balneum, in quo & reficere nostrum miserabile corpus, & tutelam ab insidiantibus sperabamus habere: intantum autem ad impietatem memoratus reuerendiss. episcopus declinauit, vt inferioribus omni miseria nobis effectis, neque misereretur, neque aliquandō aliquod mandatum Christi præciperet impendi. Nam præcepit, neque publicum balneum exhiberi, neque panem transmitti, aut alterum aliquem cibum ibidem venundari, ad hoc vnum respiciens, quatenus sub angustia nō lauandi & famis, periremus. Vnde ex multa angustia & penuria

id est, scilicet

* mittor vel mittimur

* paulominus de humanis rebus excesseram, quod mihi quidem optabile erat, vt à tantis malis liberarer. Non autem cōtigit mihi per dei misericordiam. Pecuniæ itaque, quas exacti sumus, quædam quidem de propria nostra substantia, aliæ verò sub grauissimis vfuris (sicut diximus) accommodatæ, vsque ad mille quadringentas plūs minūs auri libras extenduntur, quas à nobis magnificentissim⁹ & gloriosissimus Nomus, per virum deuotū Seuerum magistrum, & quondam subadiutorem eiusdem deuotissimæ magistriano-rum scholæ, accepit. Nec enim faciem illius barbari Chrysofaphij vidimus. Has verò nostras & huiusmodi calamitates pro nihilo du-cens, in possessionem relictarum mihi Athanasio rerum mittitur, ita vt vndique mihi & necessarius victus deficeret, & postea mendicando ab his qui misereri piè consueverunt, mihi & reliquis duobus aut tribus mancipijs victum colligerem. Post has autem oēs pecunias exegit à nostris materteris, sororibus verò sanctæ & beatæ memoriæ Cyrilli, vsque ad ipsam animam, extremamque expugnationem afflictis metu mortis, impossi-

TOM. 2.

tis auri pondo octogintaquinque, nihilominus & filios clarissimæ memoriæ mei fratris orbitate infelices, & eius uxorem, mortem mariti sui plangentem, auri pondo quadraginta. Considerate igitur omnia, Deo amantissimi, quia nec barbari aliquandō aduersus subiectos sibi talia commiserunt, qualia iste mirabilis doctor, qui alijs prædicare debuit obliuisci malitiam. Talia autem ipse nō solum contra nos, sed etiam contra multos alios perpetravit, & precamur vestra sanctitate, vt vel nunc mereamur auxiliū, & cognitione nobis propolita, quæ iniuste à magnificentiss. & gloriosiss. Nomo exacti sumus, recipiamus, vt reddamus foeneratoribus. Parati enim sumus, ostendere hunc magnificentiss. virum, qui nos illam quæritatem exegit, & reuerendiss. episcopum Dioscorum, & in ipsum Christum contumelias perpetrasse, & multa alia commisisse, quæ non solum legibus abdicata sunt, sed etiam immanissimis & ferociss. Barbaris. Istius enim commissa, illorum crudelitatem & omnem circa Deum impietatem vicerit. Et precamur, sicut & antea obsecrauim⁹, vestrum mereri auxiliū, quatenus gratias agentes Deo & vestrae religioni sanctæ, solitas orationes pro vestra sanctitate Christo omnium nostrorum saluatori fundamus. Rogamus verò, neque testes abesse, qui possunt tempore cognitionis de omnibus, quæ à nobis dicta sunt, testimonium perhibere. Miserabilis Athanasij presbyter nominatissimæ Alexandriæ ciuitatis, hos libellos porrexi sanctissimo & vniuersali archiepiscopo & patriarchæ Leoni, & sanctissimo & vniuersali concilio sanctissimorum saluatorum episcoporum. Et post hæc Athanasius dixit: Possū adesse meæ voci & opinioni, & per manifestissimas approbationes ostendere, omnia hæc aduersus me à reuerend. & DEO amantissimo Dioscoro perpetrata, in totis octo hodiè annis eo circumueniente me, & insidias faciente vsque ad ipsam salutem mihi, & omni nostro generi, & meis materteris, & ter beatissimo fratri meo, & uxori eius & orphanis infantibus. Ioannes episcopus metropolis Sebastie primæ Armeniæ, dixit: Quid etiam adstans desiderat, manifestius doceat. Sophronius dixit: Multa iniqua perpeffus & ego à Dioscoro reuerendiss. Alexandriæ ciuitatis episcopo, ad sanctum hoc perueni concilium. Et interpellans, dudum libellos porrexi, & iubete eos relegi. Ioannes episcopus metropolitanus Sebastie, dixit: Et libelli presentis Sophronij recitent. Et accipiens Asclepiades diaconus & notarius, recitauit. Et cum lecti fuissent, Sophronius dixit: Peto & meos libellos inferi monimētis. Patricius episcopus metropolitanus Tyanensis, dixit: Lecti libelli secundum postulationem Sophronij, monimentorum ferè locientur.

¶ L. I.

LIBELLVS SOPHRONII CHRISTIANI, ad Leonem papam & ad Chalcedonē concilium.

SANCTISSIMO & beatiss. vniuersali archiepiscopo & patriarchæ magnæ vrbis Romæ Leoni, & sanctissimo concilio secundum voluntatem Dei & diuina mandata in Chalcedonensi ciuitate cōgregato, à Sophronio Christiano. Orationis meæ opus fuit, non solum * verò mihi minimo, verum etiam omnibus, qui à Dioscoro episcopo lesi sunt, vt secundum voluntatem Dei, & sanctionem sanctissimorum dominorum orbis terræ, sanctum vestrum & euangelicum cōgregaretur concilium, quatenus interpellans edocerem, quantum tyrannidem & violentiam à memorato reuerend. episcopo sustinui. Precor igitur vestram sanctam synodum, suas mihi aures accommodare, vt, quæ in me commissa sunt, pro meis viribus doceā, licet maiore sermone, quia magna sunt, egeant. Læsus enim sum maximè, & ego in paupertate deductus, per diuersas circūuentiones reuerend. Dioscorigi magnæ Alexandriæ ciuitatis episcopi, per quas sæpius aduersus me pauperè malignè operatus est. Adiens doceo, diuersos habens obnoxios, necnon etiam & iniqua passus à Macario magnæ Alexandriæ ciuitatis curiali. Hic enim coniugem meam nomine Theodotē, ex qua & filios suscepi, neque repudio consequente, neque trifidi aliquo commisso, sed in communi connubio constitutam, desiderio iniquo captus, raptam apud se habuit, ad hoc concitatus, quod neque Barbari vnquam facile perpetrauerunt. Vix tandem perueniens ad dominos orbis terræ, & magnificentissimos & excellentissimos præfectos, accusaui memoratum Macarium, & certa super his acta sunt. Et præcepi, eū, qui contra iura perpetrare præsumplit, representari vnā cum meā coniuge Theodote, quatenus legitima examinatio cognitionis proueneret, nominas & alios, qui mihi inscriptis vel sine scriptis probationibus obnoxij sunt. Habens itaque diuina decreta, sed & maximas sententias magnificentiss. & gloriosiss. pfectorum, necessariè verò & eorū executorē, id est, virū strenuum Theodorum ex amplissimo officio, reuersus sum in magnam Alexandrinam ciuitatem, quatenus hæc executioni traderentur. Sed reuerēdus episcopus Dioscorus omnia indeuotè agens, arbitratuq; se super omnes esse, neque immobilia decreta, neque magnificas concessit exequi sententias, suā magis provinciam quàm Imperatorum esse dicens. Quippe immitit aduersus me Isidorū, nomen quidem habentē diaconi, sui verò furoris ministrum, cum latrocinantium agmine tam rusticorum quàm quorundam aliorum, vt me de rebus humanis facerent alienum: exequutorem verò mihi ab amplissimo officio delegatum, sine vlla accusatione

TOM. 2.

abigerent: quod & factum est. Qui diaconus, secundum præceptionem memorati reuerend. episcopi Dioscorigi, non contentus ijs, insuper omnes meas abstulit facultates, quas in nauibus & multis rebus alijs possidebam, ex quibus cum nostris infantibus victum habebam. Ex insperato enim ista cognoscens, aliquo mihi memorati insaniam nunciante, fugiens, saluatus sum. Quoniam igitur, quæ perpetrata sunt à reuerend. episcopo Dioscorigi, neque à Barbaris aliquandō sunt commissa, id eò & deprecor vestram angelicam misericordiam, miseremini mei, & præcipite per DEI prouidentiam, hinc comprehensum tyrannum mihi facere responsum. Præparatus enim sum ostendere, reuerend. episcopum Dioscorum & aduersus sanctam homouision Trinitatem sæpius blasphemias emisisse voces, necnon etiam adulteria perpetrasse, & in ipsam deuotionem peccasse. Nam & sacra laureata, cum pro felicitate orbis terræ & in Alexandrinam ciuitatem introissent, non recusauit agere, multas dispergens pecunias per Agorastum & Timotheum & alios quosdam, vt ea de ciuitate depelleret. Molestè enim ferebat, eò quod talis, orbis terræ dominus prædicaretur. Sæpius enim magis Aegyptiæ & diocæseos imperare volebat, sicut & gesta, apud diuersos iudices confecta, demonstrant. Nam & vir spectabilis, tribunus & notarius Ioannes, testimonium perhibet, & nisi quia ex diuina prouidentia contigisset, magnificentissimum & gloriosissimum Theodorum Aegyptiæ provincie gubernare negocia, fortem legum patronum, olim à prædicto tyranno magna Alexandrinorum ciuitas fuisset deleta. Quia enim non ego solus, sed etiam multi sunt alij experti insaniam prædicti reuerendissimi Dioscorigi, manifestum est, licet qui pertulerunt, siue pro paupertate, siue pro timore eius tyrannidis, non sunt ausi, ad vestram sanctitatem peruenientes, eum accusare: peto ergo & deprecor vestrum angelicum chorū, Agorastum hinc comprehensum, vnum ex cooperatoribus eius insaniam, & syncellum eius existentem, adduci, & iubete me apud vestrum sanctum & vniuersale concilium ingredientem, omnia probare quæ docui. Paratus enim sum, si meruero à sanctis vestris auribus audientiam, ostendere, reuerendissimum episcopum Dioscorum hæc omnia perpetrasse. Supra scriptus Sophronius Christianus hunc libellum obtuli sancto & vniuersali concilio, sicut præscripta sunt. Et post hæc sancta synodus dixit: Omnes hi libelli gestis inferantur. Oportet enim eos rursus recitari, adueniente sanctiss. Dioscorigi, & querelam suscipiente. Florētius episcopus metropolitanus Sardenis, dixit: Certis constitutis quæ lecta sunt, & tertio voce religiof. Alexandrinorum episcopus Dioscorus: quoniam hoc vult

K 4 ecclesia

ecclesiastici ordinis cōsequētia, vt si & post hanc tertiam euocationem venire recusaerit, regulā suo itinere gradiantur. Paschasinus episcopus dixit: Consequēter Deo amantissimus episcopus Florentius prosequutus est, vt tertio commoneatur per sanctissimos fratres nostros, quatenus venire hō differat, ad respondendū se accusantibus. Et pro hoc (si placet sanctæ & vniuersali synodo) & tertio vocetur reuerend. episcopus Dioscorus. Aëtius archidiaconus & primicerius notariorum, dixit: Quoniam tertiam vocationem à sancta synodo ad religiosissimū episcopū Dioscorum fieri iudicatis, si placet, iubete aliquos sanctissimos episcopos pergere, & commonefacere eum, vt occurrat vel nunc in sacratissimum vestrum concilium. Sancta synodus dixit: Deo amantissimi episcopi Francion, Lucianus & Ioannes, pergentes ad sanctissimum episcopum Dioscorum, manifestam ei tertiam constituat vocationem, eum fraternè monentes.

¶ LITERAE DIRECTAE À CONCILIO ad Dioscorum, quibus iam tertio vocatus est.

Sancta & magna vniuersalis synodus sanctissimo episcopo Dioscoro. Quæ à tua religioſitate mandatur, multam & diuersam habent varietatem. Aliquando enim teneri te à deuotissimis magistris atque scholaribus significat. Deinde post eorum permissionem oportere conſingunt, præſentes esse debere magnificētissimos & glorioſissimos iudices. Kursus ægritudinem proferunt, & iterum magnificētissimorum & glorioſissimorum iudicum confessionem simulant expectare. Insuper postulasse etiā à piſſimo & Christi amico nostro Imperatore, & Deo amantissim. episcopos Iuuenalē, Thalassiu, Eusebium, Basilium, & Eustathium vnā tecū adesse in ijs, quæ contra te dicta sunt, significant. Quorum singula nullo modo veritati concordant, quoniam vnū quodq; dictorum tuorum repellit ex differentia veritatē. Quoniam igitur neque piſſimus & Christi amicus Imperator noster, ea quæ dixisti, decreuit, sed permisit sancto huic & vniuersali concilio audientiam, neque aliud aliquid à præſenti regulari examinatione nos prohibet, omni deſerta occasione, dignare aduenire in sacrum hoc concilium, ad satisfaciendum simul & reuerendo Eusebio episcopo, & ijs quæ tibi nunc ingeruntur, responsur⁹, & qui in præſenti aduersus te alios accusatorios dederunt libellos, non paucis constitutis, & qui ab Alexandria orti sunt, clericis & laicis, quorū nomina sunt, Athanasius, Theodoros, Ischyron, Sophronius, & Theodoros, sciens quod si post tertiam hanc regularem vocationem, ex omni parte nullam habentem suspensionem, ad veniendum distuleris, præſens sancta & magna & vniuersalis

TOM. 2.

synodus ad illum veniet modum, qui contra pertinaces & contemptores synodalis vocationis scit mouere pœnam à canonibus constitutam. Direximus verò ad te & nunc tertiam euocationis gratia, DEO amantissimos coepiscopos nostros Francionem metropolitā Philippi poleos, & Lucianum Byzenum prouinciae Thraciae, & Ioannem Germanicæ ciuitatis Orientalis. Anatolius Deo amantissimus archiepiscopus dixit: Dignentur Francion & Lucianus & Ioannes Deo amantissimi episcopi, sicut complacuit, pergere ad DEO amantissimum episcopum Dioscorum, rogare eum, vt vel nunc adſit huic sancto concilio. Francion episcopus metropolitanus Philippipoleos, dixit: Vnū de excipientibus notarijs iubete nobiscum venire, ad perlegenda Deo amantissimo Dioscoro episcopo, quæ ei mandata sunt à vestro sancto concilio. Sancta synodus dixit: Pergat Palladius diaconus & notarius Deo amantissimi episcopi Patricij, & quæ à nobis ei dicta sunt, ex exceptis suis Deo amantissimo episcopo Dioscoro, præſentibus directis cum Deo amantissimis episcopis, reſcribat. Et redeuntibus rursus ijs reuerendissimis episcopis, Aëtius archidiaconus & primicerius notariorum, dixit: Qui destinati sunt sanctissimi episcopi, ad Deo amantissimum episcopum Dioscorum, ob faciendam ad eum secundum diuinas regulas tertiam vocationem, adſunt. Et hoc ipsum suggero. Anatolius episcopus Constantinopolitanus nouæ Romæ, dixit: Dignemini referre nobis, quale & ipsi nunc pro tertiam vocationem à Deo amantissimo episcopo Dioscoro accepistis responſum. Maximus episcopus Antiochiæ magnæ ciuitatis, dixit: Relegantur ea, quæ à Deo amantissimo episcopo Dioscoro in tertiam euocationem mandata sunt. Francion episcopus metropolitanus Philippipoleos, dixit: Sicut præcipere dignata est vestra sanctitas, pergere nos ad Deo amantissimum Dioscorum episcopum, peruenimus, & quæ mandata fuerant, verbis ei nunciavimus, & tertiam vocationem in scriptis directam, perlegi fecimus, & petimus, tam quæ à nobis ad eum dicta, quam quæ ab ipſo responsa sunt, reſcribat sancto concilio. Maximus episcopus magnæ ciuitatis Antiochiæ, dixit: Legantur, quæ à reuerend. episcopo Dioscoro pro tertiam vocationem mandata sunt. Palladius diaconus & notarius Patricij DEO amantissimi Episcopi Tyanensis, recitauit ita: Francion episcopus Philippopolitanus, ad Dioscorum Alexandrinæ ciuitatis Episcopum dixit: Sancta & vniuersalis synodus congregata in basilica sanctæ martyris Euphemie, nostram humilitatem ad tuam religioſitatem destinavit, tertiam iam hanc vocationem faciens, secundum consequentiam sanctorum canonum. Et hanc vocationem, quam in scriptis fecit, iubet tua reuerentia

reci-

recitari, vt digneris aduenire in sanctam eorum congregationem, ob respondendum ad ea quæ ingeruntur. Dioscorus episcopus dixit: Sufficenter docui vestram religioſitatem, quibus addere aliquid non possum. Illa enim sufficiunt mihi. Lucianus episcopus Byzetanus, dicit: Decet tuam sanctitatem, obedire sancto & magno & vniuersali concilio, & confidentia suæ conscientie aduenire ad satisfaciendum super ijs, quæ sibi ingeruntur, nè amplius contradicens, regulari increpationi succumbat, præcipue iam tertiam hac ad te à sancta & magna synodo facta vocatione. Dioscorus episcopus dixit: Quæ dixi, dixi: quibus addere aliquid nõ possum. Ioannes Episcopus Germanicæ, dixit: Ante tres dies secundum præceptionem piſſimi & Christi amici nostri Imperatoris, magnificētissimi & glorioſissimi iudices, & sacratissimus senatus, vnā cum sancta & magna synodo examinationem de ijs peccatis, quæ ingerebantur tuæ religioſitati à religiosissimo episcopo Eusebio, fecit, & decernens aduersus tuam reuerentiam, promulgauit sententiam, si hoc placuisset sanctissimis episcopis, quibus hanc inferre à Domino Deo creditum est. Sed quod ipsam decet, sancta & magna synodus mente concipiens, hæc tunc tuæ religioſitati dedit inducias. Dignare igitur (si conscientia vteris munda) aduenire, & sanctæ & magnæ synodo respondere. Dioscorus episcopus dixit: Et tertio hæc eadem dico, quod addere aliquid ijs, quæ iam dicta sunt, non habeo. Francion episcopus dixit: Sed necessarium ducimus, ad sanctam synodum tuam religioſitatem aduenire, & respondere, vt quæ DEO placuerint, ordinentur. Dioscorus episcopus dixit: Iterum hæc eadem dico, & nihil amplius addere habeo ijs, quæ dicta sunt. Lucianus episcopus dixit: Non parua neque leuia inferuntur in libellis, qui aduersus tuā reuerentiā sancto & vniuersali cōcilio oblata sunt. Si ergo tibi ijs cōfidis, quasi potens adesse super ijs, quæ ingeritur, petimus te adesse, vt ostendas, quia per omnia ab ijs, in quibus reprehenderis, innocens & alienus exiſtis. Dioscorus episcopus dixit: Quid me compellis alia dicere? Hæc eadem, quæ prius, dico. Ioannes episcopus dixit: Non est violentie causa. Magna & vniuersalis & sancta est synodus. Et credimus, quia sicut placitum est Deo, ita iudicat. Si igitur scit tua sanctitas, posse destruere querimonias, quæ sibi ingerunt tam à Deo amantissim. episcopo Eusebio, quam ab ijs, qui hodie interpellantes obtulerunt libellos, adesto, & à macula libera sanctam DEI Ecclesiam. Dioscorus episcopus dixit: Maculam nõ habet Ecclesia. Absit. Ego enim scio, quomodo occurrerem responsionibus. Ioannes episcopus dixit: Delicta sacerdotum, communis est turpitudine. Si igitur scit tua sanctitas calumniam se ab aliquibus pati, non est longè

TOM. 2.

sancta synodus. Fatigare, vt conuincas mendacium. Dioscorus episcopus dixit: Quæ dixi, dixi: & hæc mihi sufficiunt. Et postquam recitatum est, Paschasinus episcopus dixit: Cognouit Deo amabilis & beatissima synodus, quoniam tertio vocatus per Deo amantissim. episcopos, Francionem, Lucianum & Ioannem, Dioscorus episcopus ad respondendum suis accusationibus, sciens se esse obnoxium, venire contempsit. Quo igitur dignus est ita contemnens, vestra sanctitas ore proprio faciat manifestum. Sancta synodus dixit: Indignatione, quæ contra inobedientes à sanctis regulis constituta est. Stephanus episcopus Ephesi metropolis, dixit: Hoc consequens est, vt qui secundum sanctos canones vocatus, eosdem canones conculcauit, eorum sententia subiaceat.

Paschasinus episcopus dixit: Iterum rogamus vestram beatitudinem. Ecce tertio à sanctis fratribus & coepiscopis nostris vocatus, & contemnens, & non veniens, quo dignus est? Quid placeat vestra sanctitati, volumus discere. Sancta synodus dixit: Quæ placita sunt Canonibus. Lucianus episcopus dixit: A beatissimo patre nostro & episcopo Cyrillo in sancta Ephesia synodo contra Nestorium quædam acta sunt: ipsa inspicentes, formam, quæ placuerit, date. Paschasinus episcopus dixit: Iubet religioſitas vestra, vt vitione Ecclesiastica contra eum vtamur? Consentitis? Sancta synodus dixit: Omnes consentimus, quæ regulis sunt placita, in eo fieri. Paschasinus episcopus dixit: Iubet religioſitas vestra, vt Ecclesiastica sententia aduersus eum vtamur? Sancta synodus dixit: Etiam consentimus. Quintus episcopus Phocensis dixit: Quod sanctum virum Flavianum catholice fidei custodem interfecit, neque Canones protulit, neque lecti sunt, neque aliquo ecclesiastico ordine vsus est, sed propria vtens autoritate, eum damnauit. Nunc verò omnia canonicè placuerunt, & non debent iterum dilationibus protrahi. Proterius episcopus Smyrensis, dixit: Quando interfectus est sanctus Flavianus, nihil consequenter super eum actum est. Nunc verò tanti sunt patres, & nunc iterum protractiones tentatis exquirere, omnibus pie in sancto Concilio congestis? Iulianus episcopus Hypereensis, dixit: Sancti patres audite: Quando in Ephesia metropoli primatum habebat Dioscorus, ad iudicandum inter sanctum Flavianum & religiosissimum Eusebium Episcopum, inter quæ Eutyches, ex omni parte inquam proferens sententiam, ipse prius prosequutus est iniustum iudicium, & omnes cum necessitate sequuti sunt. Nunc vestra sanctitas primatum tenet sanctissimi Leonis, & agnouit vestra sanctitas & omne sanctum Concilium, quod secundum Dei gratiam & sanctio-

601-

Dioscori, immo hereticorum omnium pertinacis specimen.

Primates Romani rō.

cōgregatum est, & cognouit singula, quæ in Epheso iniuste facta sunt, & omnia quæ ibi gesta sunt, vestrae sanctitati innotuerunt. Et semel, & secundò, & tertio vocauit Dioscorum, & nullatenus voluit obedire. Petimus vestrae sanctitatem, qui habes, magis autem qui habetis locum sanctissim. papæ Leonis, promulgare in eum, & regulis insitam contra eum proferre sententiam. Omnis enim & tota vniuersalis synodus concors efficitur vestrae sanctitatis sententiæ. Paschasinus episcopus dixit: Iterum dico: Quid placet beatitudini vestrae? Maximus episcopus magnæ Antiochenæ ciuitatis, dixit: Quod videretur sanctitati vestrae, & nos concordes efficimur. Paschasinus episcopus Lilybetanus provincie Siciliae, & cum ipso Lucentius episcopus Erculanens, & Bonifacius presbyter magnæ Romanæ Ecclesiæ, tenentes locum sanctissim. & beatissim. archiepiscopi Apostolicæ sedis magnæ & senioris Romæ Leonis, pronunciauerunt: Manifesta facta sunt, quæ à Dioscoro quondam Alexandriæ magnæ ciuitatis episcopo commissa sunt, aduersus sanctarum regularum ordinem, & ecclesiasticam disciplinam, tam ex ijs, quæ dudum examinata sunt in priori cōfessu, quàm ex ijs, quæ hodiè acta sunt. Hic enim (vt plurima intermittamus) Eutychem similia sibi sapientem, & regulariter à proprio damnatum episcopo (id est, sanctissimo patre nostro & archiepiscopo quondam Flauiano) præsumens sibi primatum, irregulariter in communione suscepit, priusquam confidèret in Epheso cum Deo amantissimis episcopis. Sed illis quidem Apostolica sedes veniam præstitit de ijs, quæ ibi non voluntariè ab eis gesta sunt, qui & hæcenus permanserunt obedientes sanctissimo archiepiscopo Leoni, & omni sancto & vniuersali Concilio. Huius gratia, & in sua communione eos sicut confideles suscepit. Hic autem & hæcenus permāsit glorians in eis, pro quibus eum oportebat gemere, & se terræ prosternere. Super hæc verò, neque epistolam legi permisit beatissim. papæ Leonis, scriptam ad sanctam memoriæ Flavianum, & hoc frequenter rogatus à portitoribus recitari eam, & cū iuramento fieri lectionem promittens. Quam non lecta, scādalum & læsionem sanctæ Dei ecclesiæ per totum orbem terræ pertulerūt. Sed tamen talibus ab eo audacter commissis, deliberabamus, vt de priore sua pessima actione aliqua ei præstaretur clementia, sicut & cæteris reuerend. episcopis, & ijs qui neque similem ei auctoritatem iudicandi habuerunt. Sed quoniam secundis excessibus priorem iniquitatem valdè transcendit, (presumpsit enim & excommunicationem dicere aduersus sanctissim. & beatissim. archiepiscopum magnæ Romæ Leonem, in super etiā & multi libelli multis eius pleni iniquitatibus, cōtra eum in sancto & magno concilio oblati sunt, & semel, & secundò, & tertio per

de periurio
notatur Di-
oscorus.

TOM. 2.

Deo amatissim. episcopos regulariter vocatus, minimè voluit obedire, propria vtique conscientia stimulatus, & hos, qui à diuersis Concilijs regulariter damnati sunt, cōtra diuinas leges suscepit) id eò ipse contra se elicuit sententiam, sæpius ecclesiasticos cōculcans Canones. Vndè sanctissim. & beatissim. archiepiscopus magnæ & senioris Romæ Leo, per nos & per presentem sanctam synodum, vnà cum ter beatissim. & omni laude digno beato Petro apostolo, qui est petra & crepido catholice Ecclesiæ, & ille qui est rectæ fidei fundamentum, nudauit eum tam episcopatus dignitate, quàm etiā & ab omni sacerdotali alienauit ministerio. Igitur sancta hæc & magna synodus, quæ placet regulis, super memorato Dioscoro decernat. Anatolius archiepiscopus regie Constantinopolis nouæ Romæ, dixit: Hæc eadem Apostolicæ sedis per omnia sapiens, concors sententiæ efficitur super damnatione Dioscori quondam Alexandriæ magnæ ciuitatis episcopi, qui seipsum ab omni sacerdotali ministerio ostendit alienum, eò quòd in omnibus sanctorum patrum regulis extitit inobediens, & tertio canonicè vocatus, noluit obtemperare. Maximus episcopus magnæ Antiochiæ ciuitatis, dixit: Optabam quidem, nullum ex fratribus & confacerdotibus quondam meis, talibus peccatis xirruere, vt etiā regulis subiaceret. Quoniam verò Dioscorus quondam Alexandriæ magnæ ciuitatis episcopus, super alia & tertio ad se facta regulari vocatione, inobediens visus est, non occurrens: id eò ecclesiasticæ sententiæ subijcio, sicut & sanctissim. & beatissim. archiepiscopus & pater noster Leo regie senioris vrbs Romæ, per vicarios suos sanctissimos episcopos Paschasinum & Lucentium, & religiosissimum presbyterum eiusdem magnæ Romæ Bonifacium, & sanctissim. & beatissim. regie nouæ Romæ archiepiscopus Anatolius interlocuti sunt. Et ego his concors effectus, alienum eum iudico ab omni episcopali siue sacerdotali dignitate & ministerio. Stephanus episcopus Ephesi metropolis, dixit: Et ego his, quæ dicta sunt à religiosissim. & sanctissim. Leone & Anatolio super damnatione Dioscori quondam Alexandriæ magnæ ciuitatis episcopi, concors efficio, & alienum eum ab omni sacerdotali dignitate esse definio. Lucianus episcopus Byzicæ ciuitatis, agens vices Deo amatissim. episcopi Cyrici metropolitani Heracleæ, pro ipso dixit: His, quæ secundum Deum, & magno cōcilio super dānatione Dioscori quondam magnæ Alexandriæ ciuitatis episcopi benè placuerunt, consentio, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio & dignitate. Diogenes episcopus metropolis Cyzici ciuitatis, dixit: Dioscorus quondam magnæ Alexandriæ ciuitatis episcopus, aduersus eum oblati libellis, tertio regulariter per religiosissimos episcopos vocatus, & non obediens, femet-

Sententiam
primi pro-
nunciant lo-
gati Leonis.

for. xirretini

noem laudè

femetipsum huiusmodi increpationibus fecit obnoxium. Vndè & ego consentio his, quæ aduersus eum sunt definita, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio, consentiens his, quæ statuta sunt à sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Romano Leone, & his quæ à sanctissimo & beatissimo regie nouæ Romæ Anatolio, & presente sancto & vniuersali Concilio. Iulianus episcopus Coenensis & legatus Romanæ Ecclesiæ, dixit: Mihi quidem lachrymarum fontes distillant, & tenet linguam ad explanationem communis compassio: sed quoniam præter meum votum Dioscorus magnæ Alexandriæ ciuitatis episcopus, tot seipsum per inobediētiam criminibus monstrauit obnoxium, accusatus à diuersis in multis delictis, & tertio vocatus, regulariter occurrere minimè voluit, debilitate conscientie tentus, dolens & gemens dico, alienus est ab episcopatus dignitate, & omni sacerdotali ministerio. Eunomius episcopus Nicomediæ ciuitatis metropolitani, dixit: His, quæ sub diligentia sancti huius & vniuersali concilij examinationibus super Dioscoro, qui fuit magnæ Alexandriæ ciuitatis episcopus, cum legitima cautela gesta sunt, & ego consequenter decerno, alienum eum iudicans à sede sacerdotali. Petrus episcopus metropolitani Corinthi Achaie provincie, dixit: Consentio & ego his interloquutionibus, tam vicariorum sanctissimi & beatissimi archiepiscopi maxime Romæ Leonis, & sanctissimi & Deo amantissimi & omni laude supergressi Anatolij, super damnatione Dioscori, & alienum eum ab omni sacerdotali ministerio esse decerno. Eleutherius episcopus Chalcedonensis, dixit: Omnibus iuste definitis à sancta hac & vniuersali synodo aduersus Dioscorum, quondam magnæ Alexandriæ ciuitatis episcopus, concors effectus, alienum eum esse iudico ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Theodorus episcopus metropolitani Tarsensis, dixit: Seipsum alienum fecit à sacerdotali dignitate Dioscorus, Eutychem, damnatum à sanctæ memoriæ Flauiano, in communionem suam irregulariter suscipiens, super criminibus verò grauissimis accusatus, & vocatus à sancto & vniuersali Concilio, non obtemperans: vndè & à maximis sedibus tam magnæ Romæ, quàm nouæ Romæ sanctissimarum ecclesiarum archiepiscopis, Leone & Anatolio iuste damnatus est. Quibus & ego concors effectus, interlocutus sum, alienum eum iudicans ab omni pontificali ministerio. Romanus episcopus metropolitani Myrenæ ciuitatis, dixit: Dioscorum accusatum per oblationem libellorum à religiosissimo episcopo Eusebio, in super etiā & diuersis clericis in sancta & vniuersali synodo, congregata secundum sanctionem pijsimorum & Christianissimorum nostrorum imperatorum, in Chal-

TOM. 2.

cedonensi ciuitate, tertia ad eum regulariter facta vocatione per reuerend. episcopos, vt veniret, & de his quæ ab eis ingerebantur, sibi adesset, & minimè obedientem, consono & ego, sequens sanctissimum & Deo amantissimum Leonem senioris Romæ, & sanctissim. & Deo amantissimum archiepiscopum nouæ Romæ Constantinopolitanum Anatolium, & omne sanctum & vniuersale Concilium profiteor predictum Dioscorum Alexandriæ ciuitatis quondam episcopi, contententem, & non obedientem, alienum esse tam ab episcopatus dignitate, quàm ab omni sacerdotali ministerio. Cyrus episcopus metropolitani Anazarbenæ ciuitatis, dixit: Lamentatione quidem dignum est, aliquem patrem quondam nostrorum huiusmodi incidisse delicta, quæ sacerdotali eum alienarent dignitate. Quoniam verò ea quæ super Dioscoro quondam episcopo magnæ Alexandriæ ciuitatis subsecuta sunt, & tres quæ ad eum factæ sunt vocationes, quibus noluit obedire, compulerunt sanctos & beatissimos nostros patres regulariter & consequenter eum ab episcopali dignitate & ministerio exterum constituere: hæc & ego, quæ ab eis rectè & iuste iudicata sunt, sequens, eadem decerno, alienum eum iudicans ab episcopali dignitate & ministerio. Constantinus episcopus metropolis Melitænæ ciuitatis, dixit: Ploro quidem, & plango, per suos actus ruentem de episcopali gradu Dioscorum, quondam Alexandriæ magnæ ciuitatis episcopus. Tamen quoniam consequenter & canonicè & iuste aduersus eum à sancto & beatissimo archiepiscopo Leone, & beatissimo Anatolio archiepiscopo nouæ Romæ Constantinopolitano, & sancto & magno & vniuersali Chalcedonensi concilio est prolata sententia, concors efficio his, quæ super predicto definita sunt, alienum eum iudicans ab omni sacerdotali ministerio. Seleucus episcopus metropolitani Sebastie Armeniæ primæ ciuitatis, dixit: His quæ legitime & canonicè nupèr prolata sunt ab Apostolica Romana Sede, per sanctissimos episcopos, qui in eius loco aduenerunt, & à sanctissimo & Deo amantissimo archiepiscopo nouæ Romæ Anatolio, & ab omni sancto Concilio super Dioscoro magnæ Alexandriæ ciuitatis quondam episcopo, & ipse consentio & concordo, & ab omni eum alienum iudico pontificatus ministerio. Ioannes episcopus metropolitani Sebastie ciuitatis, dixit: Iusta & regularis prolata sententia est à Deo amantissimo & sanctissimo patre nostro & archiepiscopo Romano Leone, & Deo amantissim. & sanctissimo archiepiscopo Anatolio nouæ Romæ Constantinopolitano, & à sancto hoc & vniuersali Concilio super Dioscoro Alexandriæ magnæ ciuitatis quondam episcopo. Et ego omnibus, quæ super eum sunt placita,

con-

consentens, alienum eum iudico ab omni sacerdotali ministerio. Constantinus episcopus metropolitanus Bostrenæ ciuitatis, dixit: Cōsentio & ego his, quæ definita aduersus Dioscorum Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopū à vicarijs sanctissimi Leonis, Deo amantiss. episcopis, & à sancto & beatissimo archiepiscopo regie Constantinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ Anatolio, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Calogerus episcopus Claudiopolis ciuitatis metropolitanus, dixit: Cōsentio his, quæ regulariter & iustè super Dioscoro Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopo facta sunt, decernens eum alienum esse ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Patricius episcopus Tyanæ ciuitatis metropolitanus, dixit: Ego quidem optabam, non interesse audaciæ Dioscori, ita contemnētis tam diuinos Canones, quam etiā sanctissimos patres & archiepiscopos magnæ Romæ Leonem, & nouæ Romæ Anatolium, & omne sanctum & vniuersale Concilium. Quoniam verò, quæ commissa sunt, omnem repulerunt regularem consequentiam, concors sum omnibus his quæ super eo à maximè Deo amabili synodo ordinata sunt, alienum eum iudicans ab omni pontificali ministerio. Amphilo-chius episcopus metropolitanus Pamphylie prouinciæ Sidenæ ciuitatis, dixit: Votum quidem mihi erat, nec qualecūque quidem, maximè autem honoratum Ecclesiæ membrum, abscondere. Quoniam verò Dioscorus Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopus, super quibus accusatus est à quibusdam, tertio vocatus à sancto & vniuersali concilio, minimè occurrit, & super seipsum sanctæ synodi attraxit sententiam, sibimet hoc ipsum iustè reputet. Epiphanius episcopus metropolitanus prouinciæ Pamphylie Pergenæ ciuitatis, dixit: Optabam quidem ex nulla parte, neque super minores talem proferre sententiam, qualem aduersus Dioscorū magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopum. Sed quoniam seipsum obnoxium constituit, nolens tertio à sancto & vniuersali Concilio vocatus, aduenire, & satisfacere de his, quæ ei ingerebantur, consentio cum omnibus his, quæ super eo iudicata sunt. Theodorus episcopus metropolitanus Damascenæ ciuitatis, dixit: Rectè & iustè, & secundum sanctorum Canonum normam, sancta & magna synodus diffiniuit, quatenus Dioscorus sit alienus à sacerdotali & episcopali dignitate. Propter quod & ego alienum eum ab omni sacerdotali ministerio iudico, concors effectus his, quæ placita sunt (sicut prædixi) sanctæ & magnæ synodo. Atticus episcopus metropolis veteris Epiri Nicopolitanæ ciuitatis, dixit: Regularem fidem sanctorum patrum decernentium damnationem Dioscori, magnæ Alexandrinæ ciuitatis,

TOM. 2.

tis quondam episcopi, & ego sequens, concors efficior. Onesiphorus episcopus metropolis Iconij ciuitatis, dixit: Oportebat quidem, reuerēdissimum Dioscorum & scientem regulas, & consuetudinem minimè ignorātem, obtemperare his quæ à sancto & vniuersali Concilio præcepta fuerant, & tertio vocatum eum per Deo amantissimos episcopos, aduenire in sanctum concilium, ad satisfaciendum de his, quæ ei ingerebantur. Basilus episcopus metropolitanus Traianopolis ciuitatis, dixit: His, quæ placuerunt sancto Concilio super Dioscoro, consentio & mea paruitas. Florentius episcopus metropolis Sardenæ ciuitatis, dixit: Sequens & ego hæc, quæ decreta sunt à sanctiss. & beatiss. papa Leone, per eius beatitudinis hinc inter gesta vicarios, & per alios sanctos episcopos, Dioscorum magnæ Alexandrinæ ciuitatis episcopum, alienum à sacerdotio & cōmunione Ecclesiastica decerno, propter scriptas culpas. Francion episcopus metropolitanus Philippopolis ciuitatis, dixit: Concors & ego efficior Apostolicæ sedi, & sanctiss. & Deo amantiss. archiepiscopo Anatolio nouæ Romæ Constantinopolitanæ ciuitatis, & presenti sancto & vniuersali concilio, de damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopi, & iudico alienum eum esse tam à dignitate sacerdotali, quam etiā cōmunionem terribilis mysterij. Ioannes episcopus metropolitanus Rhodi insulæ, dixit: Omnibus iustè & regulariter de his, à sancta hac & vniuersali synodo aduersus Dioscorū, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopū, concors & ego effectus, alienum eum iudico ab omni sacerdotali, siue etiā episcopali dignitate & ministerio. Petrus episcopus metropolitanus Gangrenæ ciuitatis, dixit: Quæ placuerunt Apostolicæ sedi, & sanctis patribus super damnatione Dioscori, his & ego cōsentio. Photius episcopus metropolitanus ciuitatis Tyri, dixit: Iustè & regulari sententiæ, quæ facta est in Dioscorum magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopum, à sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Leone, & sanctissimo & beatissimo archiepiscopo huius regie vrbis Anatolio, & à sancto & vniuersali Concilio, quod secundum decretum DEI & imperialem sanctionem, in Chalcedonensi ciuitate factum est, consentio, & decerno ea, quæ super eo sunt placita, & alienū eum habeo ab omni sacerdotali dignitate. Nunechius episcopus metropolitanus Laodiceæ ciuitatis, dixit: Secundum ea, quæ definita sunt à Deo amantissimo & sanctissimo patre nostro & archiepiscopo senioris romæ Leone, per directos ab eo DEO amantissimos episcopos, & Deo amantissimo presbyterum Bonifacium, & à Deo amantissimo & sanctissimo Anatolio archiepiscopo nouæ Romæ Constantinopolitanæ ciuitatis,

&

& omni presenti Concilio, iudico & ipse Dioscorum Alexandrinæ magnæ ciuitatis, quondam episcopum, alienum esse ab omni sacerdotali ministerio. Pergamius episcopus metropolitanus Pifidiæ prouinciæ Antiochenæ ciuitatis, dixit: Plurimam olim confusione cōtra diuinos Canones operantem Dioscorum, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopum, & post multa aduersus eum à diueris personis in sancta & magna synodo in scriptis deposita, vocatum eum probabiliter non semel, neque secundò, sed tertio, & aduenire minimè passum, sed aliqua in consequente & indecenter responsa facientem, & propter hoc iustè damnatum ab vniuersali hoc sancto Concilio, alienum eum esse à sacerdotali ministerio & dignitate, similiter & ego prædictis increpatiōibus subiacere eum decerno. Meletius episcopus Larisenæ ciuitatis, facies verba pro Domino sanctissimo episcopo metropolitanano Apameæ ciuitatis, dixit: Hæc eadem & ego decerno, concors effectus sanctis patribus aduersus Dioscorum, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopum, & eum alienum facio ab omni sacerdotali ministerio & dignitate. Critonianus episcopus metropolitanus Aphrodisiæ ciuitatis, dixit: Secundum prolatam sententiam aduersus Dioscorum, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopum, à sanctissimis & Deo amantissimis archiepiscopis & patribus nostris magnarum & regalium vrbium, secundò & tertio regulariter vocatum, & minimè obedientem, & ego concors effectus eidem sententiæ, alienum eum definio ab omni sacerdotali ordine & ministerio. *Simeonius episcopus metropolitanus Amydenæ ciuitatis, dixit: Concors & ego sum regulariter gestis super damnatione Dioscori, quondam episcopi Alexandrinæ magnæ ciuitatis, à sanctissimo & Deo amantissimo archiepiscopo nouæ Romæ Constantinopolitanæ ciuitatis Anatolio, & sanctissimis & Deo amantissimis episcopis in sancto hoc Concilio cōgregatis, alienum iudicans eundem Dioscorum ab omni episcopali dignitate & ministerio. Theoctistus episcopus metropolitanus Pessinuntæ ciuitatis, dixit: Consentio & ego omnibus quæ aduersus Dioscorum, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopū, ordinata sunt à sancto & vniuersali Concilio, per Photinum religiosissimum archidiaconum meum alienans eum ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. *Phontenus episcopus Sagalassenæ ciuitatis, dixit: Concors efficior his, quæ statuta sunt à sanctissimis patribus super damnatione Dioscori, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopi, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali ecclesiastico ordine. Neoptolemus episcopus Cornēsis, dixit: Necessarium est & nos sequi, quæ regulariter aduersus Di-

TOM. 2.

oscorum sanctis patribus & metropolitanis episcopis sunt placita. Vndè & ipse cōsentio factæ super eo damnationi. Acholius episcopus Larandenæ ciuitatis, dixit: Iustè & regulariter iudicatis à sanctis patribus aduersus Dioscorum, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopū, concors & ego effectus sum in eius damnatione. Iulianus episcopus Hypepæ, dixit: Et ego consentio omnibus, quæ interloquuti sunt sanctissimi episcopi Paschasinus & Lucentius, & Bonifacius reuerend. presbyter, vicarij sanctissimi & beatissimi archiepiscopi Romani, & sanctissimi & beatissimus archiepiscopus regie Constantinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ Anatolius, & omnibus quæ definiuit sancta & vniuersalis synodus super Dioscoro, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopo, & iudico eum esse alienum ab omni sacerdotali dignitate, & à fructione sancti & inenarrabilis mysterij Dei nostri. Leotius episcopus Magnesiæ ciuitatis dixit: Lex est pia, patribus obedire, & eorum sequi iudicia. Hæc legem & in presenti custodiens, eis quæ ordinata sunt super Dioscoro, concors & ego efficior, alienus eum ab omni sacerdotali dignitate. Eudoxius episcopus Chomatenæ ciuitatis, dixit: Secundum ea, quæ à sanctis patribus approbata sunt super damnatione Dioscori, quondam Alexandrinæ magnæ ciuitatis episcopi, & ego consentio, & alienum eum ab omni sacerdotio iudico. Stephanus episcopus Lymire ciuitatis, dixit: Consentio regulariter factæ Dioscori, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopi, damnationi. Propter quod & ego minimus definio, eū esse ab omni sacerdotio alienum. Fronto episcopus Phaselidenæ ciuitatis, dixit: Concors sum & ipse damnationi factæ super Dioscoro magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopo, & alienum eum ab omni episcopali & sacerdotali ministerio esse approbavi, sicut & sancti patres, & sanctum decreuit Concilium. Theodorus episcopus Antiphellenæ ciuitatis, dixit: Consentio damnationi Dioscori, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopi, sicut sanctis regulis placuit, alienum eum existimans ab omni sacerdotali dignitate. Leontius episcopus Zarenæ ciuitatis, dixit: Secundum prolatam sententiam à sanctis per omnia patribus aduersus Dioscorum, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopum, concors efficior in eius damnatione, ab omni sacerdotali dignitate, alienum eum existimans. Antipater episcopus Cauninæ ciuitatis, dixit: Consentio in Dioscori Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopi, damnatione, & ab omni sacerdotali ministerio alienum eum iudico. Philippus episcopus Liburnæ ciuitatis, dixit: Concors efficior confessionibus sanctorum patrum, factis super damnatione Dioscori, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopi, & ap-

L pro-

probo & ego, alienum eum esse ab episcopatū dignitate & omni sacerdotali ministerio. Cratianus episcopus Panormensis, dixit: Concors & ego efficior in damnatione Dioscori, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopi, facta à sanctis patribus, & alienū eum existimo ab omni sacerdotali dignitate. Andreas episcopus Coensis, dixit: His quæ definita sunt à præcedentibus sanctis patribus de damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopi, in omnibus concors efficior, & ab omni eum honore sacerdotali alienum iudico. Nicolaus episcopus Acrassenus, dixit: Consentio damnationi Dioscori, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopi, facta à sanctis patribus & à sancta synodo alienum eum iudicans ab omni sacerdotali dignitate. Romanus episcopus Bubonenfis, dixit: Hæc eadem & ego profiteor, quæ & ante me sanctiss. patres, & concors ego sum in damnatione Dioscori, Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopi, ab omni sacerdotali honore alienum eum iudicans. Atticus episcopus Zelenfis, dixit: Lachrymor equidem de his, quæ contigerunt ob ea, quōd frater noster aliquandō & confacerdos, in talibus ruerit delictis. Quoniam verō consequens est & iustum, regulariter memorata eadē aduersus eum definire, huius rei gratia consentaneus & ego super damnatione Dioscori, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopi, sanctis patribus efficior, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali dignitate. Paulus episcopus Philomeliensis, dixit: Concors & ego efficior tam sanctissimo archiepiscopo Leoni, quā regulari & iustæ sententiæ, factæ super damnatione Dioscori, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopi, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali ministerio. Florentius episcopus Adrianopolitanus, dixit: Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopus Dioscorus, super quibus gessit iniquè, iuit supplicium. Igitur & ego his, quæ à sanctis patribus & archiepiscopis, & omni sancto Concilio super eum definita sunt, consentio, ab omni ecclesiastico ministerio cessare eum decernens. Messalinus Laodicensis episcopus, dixit: Ostendit diuinitas, quia nō protractione temporum solent magnitudines delictorum obliuionē suscipere: sed diuinorum ac sanctorum patrū regulæ apprehenderunt iniqua gerentem, & per nos iudicant, Dioscorum magnæ Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopum, foris abijci ab ecclesiastico ordine, & diuina & sacerdotali operatione. Helpidius episcopus mansionis Thermentis, dixit: Concors efficior prolata sententiæ à sanctis patribus contra Dioscorum, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopū, & ab omni sacerdotali ministerio alienum eum esse iudico. Longinus episcopus Orchistenfis ciuitatis, dixit: Concors

efficior sanctis patribus in damnatione Dioscori, quōdā Alexandrinæ magnæ ciuitatis episcopi, & ab omni sacerdotali ministerio alienum eum esse iudico. Mysterius episcopus Amorij ciuitatis, dixit: Prolata à sanctissimis & DEO amantissimis patribus, & episcopis nostris aduersus Dioscorum, quōdā magnæ ciuitatis Alexandrinæ episcopum, sententiæ & ego minimus consentio, alienum eum ab omni sacerdotali ministerio esse existimans. Petrus episcopus Dardani ciuitatis, dixit: Definitionibus sanctorum patrum aduersus Dioscorum promulgatis, & ego concors efficior, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio. Iouinus episcopus Debeltenfis, dixit: Dioscorum magnæ Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopum, in multis & diuersis accusatum criminibus, insuper & perfidiam Euty chis secutum, & iustè à sancta & magna synodo damnatum, concors & ego effectus, ab omni eum episcopali ministerio existimo alienum. Indimus Herinopolitanus secundæ Ciliciæ, dixit: Consentio prolata sententiæ aduersus Dioscorum, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopum, à sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Romano Leone, per eos, q. ab ipso directi sunt, sanctissimos & beatissimos episcopos, necnō etiā & à sanctissimo & beatissim. archiepiscopo regiæ Constantinopolitanæ vrbis nouæ Romæ Anatolio, & à cæteris sanctissimis patribus, & alienum eum existimo ab omni episcopali dignitate & ministerio. Aquilas Episcopus Eudoxiadæ ciuitatis, dixit: Agnosco iustè damnatum Dioscorum in hac sancta synodo à sanctis patribus, qui præter regulas, beatæ memoriæ episcopum Flauianum damnauit, hūc & cum omni synodo damnatum habeo. Eutropius episcopus Adadeñ, dixit: Factæ damnationi Dioscori, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopi, à sanctissimis & beatissimis archiepiscopis Leone & Anatolio antiq. Romæ & nouæ, & à sancto & vniuersali hoc concilio, cōsentio & cōcors sum, ab omni eum ecclesiastico ministerio alienum iudicans. Marcus episcopus Arethusinæ ciuitatis, dixit: Ad hæc eadem & ego consentio sanctis patribus aduersus Dioscorum, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopum, & alieno eum ab omni sacerdotali ministerio. Proterius episcopus Myrrhinæ ciuitatis, dixit: Cum omnibus sanctis patribus & ego concors efficior in damnatione Dioscori, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopi. Olympius episcopus Theodosiopolitanus, dixit: Consentio & ego sanctissimis & Deo amantiss. patribus, in damnatione Dioscori, Alexandrinorum quōdā episcopi. Marcellinus episcopus Metropolitanus ciuitatis, dixit: Consentio & ego sanctis patribus vniuersalis & sancti Concilij in damnatione Dioscori,

*Hermupolitanus

for. * & qui

*Coensis

for. *ijs quæ

ri, iustè suscipientis damnationem. Eusebius episcopus Clazomenæ ciuitatis, dixit: Et ego concors efficior sanctiss. & Deo amantissimis patribus, in damnatione Dioscori magnæ Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopi. Mamas episcopus Aninitenæ ciuitatis, dixit: Prolato termino à sanctis patribus super damnatione Dioscori, Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopi, & ego consentio. Gerontius episcopus Seleuciæ ciuitatis, dixit: Et ego consentio factæ damnationi à sanctis patribus super Dioscoro, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopo. Iulianus episcopus Rhosi ciuitatis, dixit: Consentio damnationi factæ à sanctis patribus super Dioscoro, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopo, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali ministerio. Hypatius episcopus Zephyrij, & Alexander episcopus Sebastæ secundæ Ciliciæ, & Theodorus episcopus Augustæ, & Chrylippus episcopus Malli, dixerunt: Consentimus omnibus regulariter & iustè iudicatis, super damnatione Dioscori, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopi, à sancta & vniuersali synodo, & alienum eum habemus ab omni sacerdotali ministerio. Chrylippus presbyter, verba faciens pro Deo amantissimo & sanctissimo Cyriaco Episcopo Trogradenē sanctæ Dei ecclesie, dixit: Concors & ego efficior his, quæ determinata sunt à sanctis patribus super damnatione Dioscori, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopi, quatenus alienus sit à sacerdotali ministerio & episcopali dignitate. Daniel minimus episcopus Cadenæ ciuitatis, dixit: Secundum ea, quæ ordinata sunt ab Apostolica sede senioris & regiæ Romæ, & ab omni præsentē sancto Concilio, & ipse iudico alienum esse Dioscorum, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopum, ab omni ecclesiastico ministerio & sancta communione. Thomas episcopus Theodosiopolitanæ ciuitatis, dixit: Et ipse concors efficior tam Apostolicæ sedi, quā vniuersæ sanctæ synodo, aduersus Dioscorum, Alexandrinæ ciuitatis quōdā episcopum, quatenus alienus sit ab ecclesiastico ministerio & sancta communione. Ioannes episcopus Trapezuntis, dixit: Concors efficior & ego omnibus præcedentibus sanctis patribus aduersus Dioscorum, & alienum iudico eum ab omni sacerdotali ministerio & dignitate. Athanasius episcopus Mossynorum, dixit: Et ego concors efficior omni sancto Concilio, & alienum iudico Dioscorum ab omni sacerdotali dignitate & sancta cōmunionē. Patricius episcopus Neocæsareæ Augustæ p. uinciæ Euphratensæ, dixit: Consentio sancto & vniuersali Concilio, & iudico Dioscorum ab omni sacerdotali dignitate & ministerio alienum. Epictetus episcopus Diocletianopolis, dixit: Vestigia sequens & ego sanctorū

*Annitena

*Mossynon

patrum, cum sanctis viris alienū iudico Dioscorum ab episcopali honore & dignitate. Alexander episcopus Seleuciæ Pifidiæ p. uinciæ, dixit: Concors & ego in omnibus efficior his, quæ iudicata sunt ab angelico vestro confesū aduersus Dioscorum, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopum. Natyras episcopus Gaza, dixit: Consentio beatissimis & sanctiss. patribus nostris aduersus Dioscorum, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdā episcopum, & iudico eum alienum esse ab omni episcopali dignitate & ministerio, contemnentem vocationes sanctorum patrum. Valerius episcopus Laodiceæ Phœnicis, dixit: Cōsona & ipse sancto Concilio aduersus Dioscorum quōdā episcopum, decerno, iudicans eum ab omni ecclesiastico ministerio & episcopali dignitate alienum. Cyrinus episcopus ciuitatis Pataræ, dixit: His, quæ iudicata sunt à sanctissimis patribus & archiepiscopis, concors & ego efficior, & consentio aduersus Dioscorū quōdā episcopum, & alienum eum existimo à sacerdotali dignitate & ministerio. Theophilus episcopus ciuitatis Orei, dixit: In omnibus, quæ ordinata sunt à sancta & vniuersali synodo aduersus Dioscorum, quōdā episcopum, cōsentio & cōcordero his, quæ super eo gesta sunt. Neon episcopus ciuitatis Sylbij, dixit: Omnibus, quæ prolata sunt vel decreta à sancta & vniuersali synodo aduersus Dioscorum quōdā episcopum, cōsentio, & concordero omnibus quæ aduersus eum facta sunt. Eudoxius episcopus ciuitatis Erenorum, dixit: Sicut præcedentes sancti patres, & ego cōcors efficior ad damnationem Dioscori quōdā episcopi. Martianus episcopus Stephanorum, dixit: Sicut præcedentes sancti patres, & ego concors efficior ad damnationem Dioscori quōdā episcopi. Diodorus episcopus ciuitatis Lyfimachiorū, dixit: Et ego cōsentio omnibus decretis super dānatione Dioscori, qui fuit episcopus. Ioannes episcopus Flauiadis p. uinciæ Ciliciæ, dixit: Consentio prolata à sanctis patribus sententiæ aduersus Dioscorum quōdā episcopum, & alieno eum ab omni sacerdotali ministerio. Tryphon episcopus insulæ Chij, dixit: Concors efficior sanctis patribus aduersus Dioscorum quōdā episcopum, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Paulus episcopus Ptolemaidis ciuitatis, dixit: In omnibus, quæ ordinata sunt à sancto & vniuersali Concilio super Dioscoro quōdā episcopo, & ego consentio, & alienum eum adiudico ab omni episcopali dignitate & ministerio. Dionysius episcopus Heraclcotanæ ciuitatis, dixit: Prolata sententiæ à sanctissimis & beatissimis archiepiscopis & patribus magnarum & regalium vrbū, super Dioscoro quōdā episcopo, vocato secundō & tertio, & non obediente, & ego cōcors efficior,

*Phœnicie

*Phœnicis

alienum eum existimas ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Ioanes episcopus ciuitatis Alyndæ, dixit: Cōcors & ego efficior sanctis patribus senioris & nouæ Romæ, & cæteris sanctis patribus aduersus Dioscorū quōdām episcopum, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Eustathius episcopus Stratonicæ ciuitatis, dixit: Secundum prolatam sententiam à sanctis archiepiscopis & patribus aduersus Dioscorum quōdām episcopum, vocatum secundò & tertio, & ego cōcors eis efficior, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Ioannes episcopus ciuitatis Amyzonum, dixit: Et ego in omnibus concors efficior his, quæ super Dioscoro, quōdām episcopo, acta sunt, alienū eum iudicans ab omni episcopali dignitate & ministerio. Papias episcopus ciuitatis Eresforū, dixit: Secundum prolatam sententiam à sanctis patribus aduersus Dioscorū quōdām episcopum, concors & ipse efficior eis, & alienum eum iudico ab omni episcopali ministerio. Dionysius episcopus Antiochiæ ciuitatis prouinciæ Cariz, dixit: Et ipse concors efficior omnibus sanctis patribus, & alienum iudico Dioscorum quōdām episcopū, ab omni sacerdotali dignitate & operatione. Tynchanius episcopus Apolloniadæ ciuitatis, dixit: Et ego similia sanctis, & Deo amantiss. archiepiscopis & patribus nostris decerno super damnatione Dioscori episcopi. Theodoretus episcopus ciuitatis Alabandæ, dixit: Et ego similia decerno Deo amantiss. & sanctiss. archiepiscopis & patribus nostris super damnatione Dioscori quōdām episcopi, alienum eum iudicans ab omni sacerdotali dignitate & operatione. Menader episcopus Heracleæ ciuitatis, dixit: Similia & ego decerno ijs, quæ sancti archiepiscopi & patres nostri super Dioscoro quōdām episcopo, alienans eum ab omni sacerdotali dignitate & operatione. Flacillus episcopus ciuitatis Asti, dixit: Secundum prolatū decretum à sanctiss. archiepiscopis & patribus super Dioscoro quōdām episcopo, vocato secundò & tertio, & minimè obediēte, & ego alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & operatione. Ioannes episcopus ciuitatis Gnidi, dixit: Concors & ego efficior sanctis patribus, & alienum iudico Dioscorum quōdām episcopum, ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Iulianus presbyter, & agēs vices Caladionis episcopi Alycarnassæ ciuitatis, dixit: Secundum prolatam iustam sententiam à sanctis archiepiscopis & patribus aduersus Dioscorū quōdām episcopum, vocatum & secundò & tertio, & minimè obediētem, & ego eum alienum existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Theotecnus episcopus, Ther, dixit: Omnibus, quæ à sanctis patribus secundum Dei timorem, & secundum diligētiam

Gnidi

Halycarnassæ

TOM. 2.

sanctorū canonū ordinata sunt sup Dioscoro quōdām episcopō, & ego cōsentio, alienans eū ab omni episcopali ministerio. Eorticius episcopus Nicopolitanæ ciuitatis prouinciæ Pifidiz, dixit: Concors & ego efficior sanctis patribus senioris & nouæ Romæ, & cæteris omnibus sanctis patribus aduersus Dioscorū quōdām episcopū, & alienū eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Aethericus episcopus Smyrnæ ciuitatis, dixit: Decreto sanctorū patrum, super damnatione Dioscori quōdām episcopi factō, & ego cōsentio, alienū eum existimas ab episcopali dignitate & sanctorum cōmunionē, secundum quod placuit sanctiss. archiepiscopo Leōi & sanctiss. archiepiscopo Anatolio, & sancto concilio. Florētius episcopus Tenedi in insula, dixit: Se ipsum nōdās pōtētiatē dignitate Dioscorus quōdām episcopus, pro eo quod vocat secundum ecclesiasticas regulas tertio per diuersos sanctiss. episcopos, obaudire, minimè passus est, in ordinatis vsus occasionibus, dignus est alienus esse à sacerdotali ordine & omni ministerio & cōmunionē, secundum quod placuit pcedentibus sanctiss. patribus & episcopis. Zenodorus episcopus ciuitatis Telmessi, dixit: Nō debet indignari Dioscorus, iusto succumbēs iudicio, qui sanctæ memoriæ quōdām episcopum Flauianū, nullo modo dānatione ostēsum dignū, iniquè damnauit, sicut lecta monimēta antehac in hoc sancto concilio ostēderūt, & in p̄senti vocat à sancta synodo p̄ sanctiss. patres semel & secundò & tertio, secundum diuinorū Canonū ordinem occurrere, & accusatoribus respondere minimè passus est. Iustè igitur auferatur ab episcopali sede & omni ecclesiastico statu. Sabas episcopus ciuit. Palti, dixit: Iustè & sanctè sancti patres dāauerunt nomū Cain Dioscorū, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdām episcopū. Hūc & ego dāno, & alienū ab omni ecclesiastico ministerio esse decerno. Theotistus episcopus ciuitatis Beroæ, dixit: Cōsentio omnibus, q̄ decreta sunt à sanctis patribus sup dānatione Dioscori, & alienū eum duco ab omni sacerdotali ministerio & cōmunionē. Macarius episcopus Enos ciuitatis, dixit: Cōsentio oibus decretis pcedentium sanctorū patrū sup dānatione Dioscori. Cyriacus episcopus ciuitatis Aegæ, dixit: Cōsentio omnibus q̄ regulariter & legitimè à sanctis patribus sup Dioscoro Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdām episcopo terminata sunt, alienū eū faciēs ab omni sacerdotali honore & episcopali dignitate. Eulogi presbyter agēs vices reuer. episcopi Genethlij Cratiæ ciui. dixit: Cōsentiens subscripsi his, q̄ definita sunt à sancta synodo. Philippus episcopus ciuit. Theodosiopolis, siue nouæ aulæ, dixit: Et ego cōcors efficior sanctis patribus aduersus Dioscorum, quōdā episcopū Alexandrinorū, alienū eum faciēs ab episcopali dignitate & omni sacerdotali ministerio. Basilis episcopus ciuita. Palæaspoleos,

quod fecit Abel ille, sic Flauianus iste occidit.

Basilicum

Bercoen

1. Cor. 5.

aspoleos, dixit: Secundum terminum sanctorum patrum, quem sanxerunt aduersus Dioscorum quōdām episcopum Alexandrinorum, regulariter super eo proferentes sententiam, & ego concors eis efficior, vt sit extraneus tam à sacerdotali dignitate, quàm à cōmunionē. Paulinus episcopus ciuitatis Apamæ Pifidiz, dixit: Consona & ego proficiens patribus veteris & nouæ Romæ in ijs, quibus Dioscorus (qui intolerabiliter in diuinitate deliquit) mala operatus est, super eis dignè facta damnatione concors efficior. Basilus episcopus ciuitatis Nacoliæ, dixit: Et ego similia decerno, sicut & sancta patrū synodus aduersus Dioscorū Alexandriæ quōdām episcopum, & extraneum eum existimo ab omni sacerdotali ministerio, regulis minimè obtemperantem. Ioannes episcopus Germanicæ ciuitatis, dixit: Manifestus est Dioscorus Alexandrinæ ciuitatis quōdām episcopus, quia mala vsus conscientia, pro his quæ ei crimina ingerebantur, occurrere ad hoc sanctum & vniuersale Concilium minimè voluit. Vndè regulariter aduersus eum prolata sententiæ & ego consentio. Cecropius episcopus Sebastopolitanæ ciuitatis, dixit: Concors sum ego Apostolicæ sedi & magnæ huic synodo, in his quæ regulariter ordinata sunt aduersus Dioscorū, & consentio alienum eum esse à sacerdotali ministerio. Acacius episcopus Ariathirenæ ciuitatis, dixit: Iusto & recto iudicio tam Apostolicæ sedis, quàm sanctæ & vniuersalis synodi, & ego consentio super Dioscoro inobediēte regulis, & alienum esse profiteor ab omni sacerdotali ministerio. Ioannes episcopus Nicopolitanus, dixit: Boni cōsiliij bonus est finis. Sed quoniam non rectè cogitans Dioscorus, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdām episcopus, & secundum regulas tertio vocatus, minimè obediens, vltimam super se traxit sententiam: iudè & ego concors sum omnibus, & alienum eum ab omni sacerdotali ministerio esse iudico. Rufinus episcopus Samosatene ciuitatis, dixit: Sequens sanctos archiepiscopos & patres, concors & ego efficior his, quæ iustè secundum regulas ordinata sunt, & super damnatione Dioscori, magnæ Alexandrinæ ciuitatis quōdām episcopi, & alienum eum ab omni ministerio sacerdotali esse existimo. Lucianus episcopus Byzien, dixit: Sequēs & ego sanctos patres, concors efficior iustè secundum regulas prolatae sententiæ aduersus Dioscorum, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdām episcopum, & alienum eum ab omni dignitate & sacerdotali ministerio esse existimo. Sebastianus episcopus Beroen Macedoniæ, dixit: Dioscorus regularibus laqueis compeditus, alienus sit ab episcopali sede. Vndè omnibus sanctis patribus concors aduersus eum efficior, secundum apostolicæ scripturæ eloquium, dicentis: Tollite malum ex vobis ipsi.

Menebrates episcopus Cyrafforum ciuitatis, dixit: Hæc eadem & ego profiteor, quæ & metropolita meus & sancta synodus, cōcors effectus in damnatione Dioscori, Alexandrinæ ciuitatis quōdām episcopi, alienans eum ab omni sacerdotali dignitate. Cossinius episcopus ciuitatis Hierocæsareæ Lydiæ prouinciæ, dixit: Concors & ego efficior huic sancto & magno Concilio super factam damnationem Dioscori, & alienum eum de re ui ab omni sacerdotali ordine & ministerio. Patricius episcopus Acamafenæ ciuitatis, dixit: Cōsentio in facta damnatione ab omni sancto Concilio aduersus Dioscorum, Alexandrinum quōdām episcopum, alienum eum iudicās ab omni sacerdotali ministerio. Dominus episcopus Plateæ, dixit: Consentio iustæ & regulariter factæ damnationi super Dioscorum Alexandrinorum quōdām episcopum, à sancto & vniuersali concilio, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali ministerio. Dionysius episcopus Attaliæ Lydiorum ciuitatis, dixit: Consentio iustæ & regulari damnationi, quæ facta est in Dioscorum, qui fuit episcopus Alexandriæ, à sancta & vniuersali synodo, & alienum eum existimo ab omni ecclesiastico ministerio. Paulus episcopus Tripolitanus dixit: Consentio & ego iustæ & regulariter à sancta hac & vniuersali synodo aduersus Dioscorum Alexandrinorum quōdām episcopum factæ damnationi, & alieno eum ab omni sacerdotali ministerio. Gemellus episcopus Stratonicæ ciuitatis, dixit: Consentio in damnatione Dioscori, Alexandrinæ ciuitatis quōdām episcopi, ab hac sancta & magna synodo facta, & extraneū eum esse iudico ab omni episcopali sede. Meonius episcopus Nysæ prouinciæ Astæ, dixit: Non parua, neque leuia aduersus diuinis Canones deliquit Dioscorus, Alexandrinorum quōdām episcopus, sicut pridem ante excellentissimos iudices & sacratissimum senatum ostensum est, sicut diuersæ accusationes, à diuersis hodiè factæ, ostendunt. Vndè & ego sequens sanctos patres, decerno, nudum eum esse ab omni sacerdotali dignitate. Esaias episcopus Eleitanæ ciuitatis, dixit: Iusta prolata forma à sanctis patribus, contra se Dioscorus Alexandrinæ ciuitatis quōdām episcopus, super his, quæ ab eo perpetrata sunt in sanctæ memoriæ episcopo Flauiano, audiat Domini per meam paruitatem vocem: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Proiectus est igitur à sancto & vniuersali hoc concilio, cui & ego concors efficior. Hesperus episcopus Pitaneus, dixit: Iustè sanctis patribus iudicantibus secundum sanctas regulas, super damnatione Dioscori, Alexandrinæ vrbs quōdām episcopi, alieno eum & ego cum omnibus ab omni ecclesiastico ministerio. Quintus episcopus Phocæ ciuitatis, dixit: Iustè & sanctè à sanctis patribus determinatis super da-

Hierocæsareæ

Mufonius Meonius

Elaitanæ

Matth. 7. a

L 3 mnatio-

mnatione Dioscori quondam episcopi consentio. Eustochius episcopus Docimeorum, dixit: Dioscorum quondam Alexandrinorum episcopum, damnatum regulariter a sanctis & beatissimis patribus, alienum esse & ipse existimo ab omni sacerdotali consequentia.

Mufonius episcopus Nyssenus Lyciae, dixit: Eiusdem sum & ego sententiae, quae a sanctis patribus promulgata est super damnatione Dioscori Alexandrinorum quondam episcopi, & alieno eum ab omni sacerdotali dignitate. Zenus episcopus Iunopolitanus, dixit: His, quae Apostolica sedes & sanctum concilium in Chalcedona congregatum, terminavit aduersus Dioscorum, Alexandrinorum quondam episcopum, & ego consentio.

Paulus episcopus Mariamniae ciuitatis, dixit: Omnibus sanctis patribus consentio, & condemno Dioscorum quondam episcopum, & alieno eum ab omni sacerdotali ministerio. Eustathius episcopus gentis Sarcenorum, dixit: Omnibus, quae placita sunt sanctis regulis, & sanctis patribus, consentio.

Thalassius episcopus Parij ciuitatis, dixit: Quae a sancta synodo iuste definita sunt aduersus Dioscorum, Alexandrinorum quondam episcopum, & ego decerno, & alienum eum iudico ab omni episcopali dignitate.

Athanasius episcopus Parientis, dixit: Consentio omnibus, quae sancto placuerunt Concilio super damnatione Dioscori, Alexandrinae ciuitatis quondam episcopi, & alienum eum iudico ab omni episcopali dignitate.

Vranus episcopus Emisenus, dixit: Eadem & ego, quae sancti patres, decerno de Dioscoro, Alexandrinorum quondam episcopo, & volo eum esse alienum ab omni episcopali ministerio. Damianus episcopus ciuitatis Sidoniorum, dixit: Haec eadem & ego, quae & sancta synodus, decerno, & iudico Dioscorum Alexandrinorum quondam episcopum, alienum esse ab omni sacerdotali ministerio.

Noe episcopus Cephacastelli, dixit: Et ego concors sum in omnibus, quae placita sunt sancto Concilio super damnatione Dioscori, Alexandrinae magna ciuitatis quondam episcopi. Paulus presbyter, agens vices Deo amantissimi Vranij episcopi Himerorum ciuitatis, dixit: Dioscorus aliquando Alexandrinae magna ciuitatis Episcopus, ipsum concilium condemnans, alienauit se a sacerdotali dignitate. Unde & ego talia accipiens a Deo amantissimo Vranio episcopo mandata, concors efficior sanctissimis & Deo amantissimis episcopis, qui iustam super eo protulerunt sententiam. Polychronius episcopus Epiphaniae ciuitatis, dixit: Consentio sanctis patribus super facta damnatione iusta & regulari aduersus Dioscorum, magnae Alexandrinae ciuitatis quondam episcopum constitutum, iudicans eum alienum esse ab omni sacerdotali dignitate. Theodorus episcopus Tripolitanae ciuitatis prouinciae

primae Phoeniciae, dixit: Miratus sum huius sancti & magni Concilij sapientiam, & compassionem atque magnanimitatem circa Dioscorum, magnae Alexandriae ciuitatis quondam episcopum, huius verò memorati viri duritiam cordis. Nanque tertio euocatus a sancta hac & magna synodo, ut in Deo amantissimam congregationem veniret, atque accusationibus criminalibus satisfaceret, non acquieuit, mala conscientia vulneratus. Unde & ipse ijs, quae recte & regulariter a sancta hac & beata synodo aduersus eum decreta sunt, & consentio & concordo, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio. Lucianus episcopus Ipsensis ciuitatis, dixit: Audiens haec quae gesta sunt & decreta a sanctis patribus, & omni sancto Concilio de Dioscoro quondam Alexandriae episcopo, ut minimè obtemperare sanctis Canonibus, & ego alienum eum iudico ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Cyrus episcopus ciuitatis Syniandi, dixit: Dioscorum aduersus sanctos Canones agentem, & super sceleratis & nefandis actibus accusatum, & tertia clamatione vocatum, & minimè obediens, secundum praecedentes sanctos patres, & ego alienum eum iudico a pontificatus collegio, & ab omni sacerdotali dignitate.

Proclus episcopus ciuitatis Adranorum, dixit: Haec eadem & ego, quae placuerunt Deo amantissimis & sanctissimis archiepiscopis & sanctae synodo, decerno, alienum esse iudicans Dioscorum ab omni episcopali & sacerdotali dignitate. Amachius episcopus Septemae ciuitatis prouinciae Lydiae, dixit: Et ego haec eadem decerno, quae regulariter a sancto & vniuersali Concilio ordinata sunt super damnatione Dioscori, magnae Alexandriae ciuitatis quondam episcopi, ab omni eum alienans sacerdotali dignitate. Alchimedus episcopus Silandi ciuitatis prouinciae Lydiae, dixit: His quae consequenter & secundum diligentiam meam memini a sancto hoc & vniuersali Concilio super damnatione Dioscori, Alexandriae magna ciuitatis quondam episcopi ordinata, consentio, alienum eum esse iudicans ab omni sacerdotali ministerio. Polycarpus episcopus Gabalena ciuitatis prouinciae Lydiae, dixit: Et haec eadem decerno, quae & sancta & vniuersalis synodus secundum prolatam sententiam super damnatione Dioscori Alexandriae magna ciuitatis quondam episcopi, alienans eum ab omni sacerdotali dignitate & ab Ecclesiastico ministerio. Eleusinius episcopus ciuitatis Phani Apollinis prouinciae Lydiae, dixit: Eadem & ego profiteor, quaecunque & sancta synodus super damnatione Dioscori, Alexandriae magna ciuitatis quondam Episcopi, & alieno eum ab omni sacerdotali ministerio & episcopatus dignitate. Patricius Episcopus Ecclesiae Adramyteorum prouinciae Hellepontis,

Sub isto Vranio & ab ipso us monachus fertur caput S. Ioannis inuentum, & loco, ubi oportuit collocatum.

*Cephale nig. in sila.

TOM. 2.

*Seleuco-ualle

Helleponti, dixit: Concors & ego efficior huic sanctae & beatissimae synodo, & Dioscorum Alexandriae ciuitatis quondam episcopum, in plurimis & in magnis delictis accusatum, & damnatum a sanctis archiepiscopis, damno, ab omni eum ecclesiastica communione alienum decernens. Helias episcopus Bleadrenae ciuitatis, dixit: Consentio & ego, quae a synodo super Dioscori damnatione ordinata sunt, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali ministerio. Eusebius episcopus Seleucobeli ciuitatis, dixit: Rectum & iustum & regulare iudicium sanctae huius & magnae & vniuersalis synodi sequens, & his, quae ab ea aduersus Dioscorum, Alexandriae magna ciuitatis quondam episcopum, definita sunt, concors effectus, alienum eum definio ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Theodosius episcopus Conathae, dixit: Concors efficior sanctis patribus super damnatione Dioscori Alexandriae quondam episcopi, & alienum eum esse iudico ab omni ecclesiastico ministerio. Genadius episcopus ciuitatis Acmoniorum Phrygiae Pacatiana, dixit: Concors efficior sanctis patribus, ac his quae placuerunt sancto magnoque Concilio super damnatione Dioscori, Alexandriae magna ciuitatis episcopi, & alienum eum esse & ego iudico ab omni ecclesiastico ministerio. Eulalius episcopus Pionitanorum ciuitatis prouinciae Helleponti, dixit: Secundum quae determinata sunt a sanctis patribus, consentio, & alienum dico ab omni sacerdotali ministerio Dioscorum, Alexandriae magne ciuitatis quondam episcopum. Theosebuius episcopus Ilij Helleponti, dixit: His, quae determinata sunt aduersus Dioscorum, Alexandriae magne ciuitatis quondam episcopum, a sancto & vniuersali Concilio, concors efficior, & alienum eum esse iudico ab omni sacerdotali ministerio. Pionius episcopus ciuitatis Troadae, dixit: Omnibus quae definita sunt a sanctis patribus aduersus Dioscorum, quondam Alexandriae magne ciuitatis episcopum, consentio, alienum eum esse existimans ab episcopali honore, & omni sacerdotali ministerio. Stephanus episcopus ciuitatis Iamnaeorum, dixit: His, quae determinata sunt a sanctissimis patribus super Dioscoro Alexandrinorum quondam episcopo, consentio, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali ministerio. Callinicus episcopus Apameae, dixit: Tribus vocationibus a sancto & vniuersali Concilio regulariter factis, inobediens Dioscorum, seipsum alienum a sacerdotali dignitate ostendit, regulis contraria perpetrans. Igitur & ego ipse sequens sententiam tam Romani sanctissimi archiepiscopi Leois, quam

TOM. 2.

aduersus eum protulit per eos, qui ab eo directi sunt, quam etiam magne Constantino-politanae ciuitatis sanctissimi archiepiscopi Anatolij, & Antiochia, haec eadem & ego de eo decerno. Romanus episcopus Eudoxiopolis Thraciae prouinciae, dixit: Sequens fidem & decretum sanctorum patrum, Dioscorum alienum iudicavi ab omni ministerio sacerdotali & ecclesiastica dignitate. Andreas episcopus ciuitatis Sectoriensis prouinciae Lydiae, dixit: Haec eadem ego profiteor, & consentio factae damnationi super Dioscorum a sanctissimo & vniuersali Concilio, & alienum eum facio ab omni sacerdotali ministerio & episcopali dignitate. Sophronius episcopus Constantiae ciuitatis, dixit: Consentio his, quae a sanctissimis & Deo amantissimis archiepiscopis definita sunt, insuper etiam & a confidentibus eis sanctissimis patribus aduersus Dioscorum, Alexandriae magna ciuitatis quondam episcopum, decernens eum alienum esse ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Hormisdas episcopus Philippopolitanus prouinciae Arabiae, dixit: Consentio his quae regulariter & iuste a sancto & vniuersali Concilio aduersus Dioscorum, Alexandriae magna ciuitatis quondam episcopum, facta sunt, & alienum eum iudico ab omni ecclesiastico ministerio. Paulus episcopus Aradenfis, dixit: Dioscorus Alexandriae magne ciuitatis quondam episcopus, ostensus est, quia mala compunctus conscientia, vocatus a vestra hac sancta & vniuersali synodo, in Deo amantissimum hoc Concilium aduenire minimè voluit & de his, quae ei criminaliter ingerebatur, satisfacere. Unde legitime aduersus eum facta damnatione a sanctis patribus, & ipse concors sum, alienans eum ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. Timotheus episcopus Balanorum, dixit: Et mea concors constituta est paruitas prolatae canonice interloquutioni aduersus Dioscorum, Alexandriae magne ciuitatis quondam episcopum, a sancto hoc & vniuersali Concilio, & alienum eum esse existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio. *Theodotus episcopus Nazianzenus prouinciae secundae Cappadociae, dixit: Concors efficior sanctis patribus ad damnationem prolatam aduersus Dioscorum, Alexandriae magne ciuitatis quondam episcopum, & alienum eum esse iudico ab omni sacerdotali ministerio & episcopali dignitate. Aristomachus episcopus Coloniae prouinciae Cappadociae secundae, dixit: Similia sanctis patribus & regulis sapiens & iudicans, alienum esse cognosco Dioscorum ab omni sacerdotali ministerio.

Petrus episcopus Gabalenus, dixit: Consentio omnibus, quae definita sunt a sancto & vniuersali Concilio super damnatione Dioscori, Alexandriae magna ciuitatis quondam episcopi, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali ministerio.

*Theodotus

L 4 scopus

scopus *Brullenus, dixit: Consentio & ego damnationi Dioscori, Alexandrinæ magnæ ciuitat. quondam episcopi, sicut & sancta & vniuersalis synodus determinauit, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali ministerio. Olympius episcopus Sozopolitanus, dixit: Consentio sanctis patribus super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopi, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali ministerio. Euphratas episcopus Eleuthernus, dixit: Cōsentio sanctis patribus super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ ciuitatis quodam episcopi, & alienum eum esse iudico ab omni sacerdotali ministerio. Caiumas Marcopolitanus*

*Carrhen

*Ioannes episcopus *Carenus, dixit: Hæc eadem, quæ sancti patres, decerno aduersus Dioscorum Alexandrinorum quondam episcopum, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali ministerio. Abraamius episcopus *Castri Corneliensis, dixit: Hæc eadem quæ & sancti patres, aduersus Dioscorum Alexandrinorum quodam episcopum, decerno, & alieno eum ab omni ecclesiastico ministerio. Demetrius episcopus ciuitatis Lappa, dixit: Consentio sanctis patribus super damnatione Dioscori, Alexandrinorum quondam episcopi, & alienum eum esse iudico ab omni sacerdotali ministerio. Bassonas episcopus Neapolitanus, dixit: Concors efficior professionibus sanctorum patrum super damnatione Dioscori, Alexandrinorum quondam episcopi magnæ ciuitatis, alienum eum existimans ab omni sacerdotali & ecclesiastico ministerio. Musonius episcopus Brimeneus, dixit: Concors & ego efficior super damnatione Dioscori, magnæ Alexandrinorum ciuitatis quondam episcopi, & alienum eum esse iudico ab omni sacerdotali & ecclesiastico ministerio. Antiochus episcopus Sinopenus, dixit: His, quæ legitime & iuste & regulariter definita sunt à Deo amatiss. & sanctiss. archiepiscopo Romano Leone, & à sanctiss. archiepiscopo regie ciuitatis Anatolio, super Dioscoro Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopo, & ipse concors efficior, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio. Helpidius presbyter, agens vices Deo amantiss. episcopi Paralij Adrapenensis, dixit: His, quæ legitime ab archiepiscopis & ab vniuersali Concilio aduersus Dioscorum, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopum, decreta sunt, concors efficior. Euphronius presbyter, verba faciens pro Domino, Deo amantiss. episcopo Cocufenorū, dixit: *Iuste prolata à sancto hoc & vniuersali Concilio aduersus Dioscorū, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam episcopum, sententię consentio & concordo, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio & dignitate. Helpidius presbyter, agens vices Deo amantissimi episcopi Antonini *Amiffenorum, dixit: Legitimè & regu-

*Iuste

lariter à sanctissimis archiepiscopis, & à sancto & vniuersali Concilio aduersus Dioscorum, Alexandrinæ magnæ ciuitatis quodam episcopum prolata sententiæ, & ipse concors efficior. Theodorus episcopus Claudiopolitanus prouinciæ Isauriæ, dixit: Consentio ijs, q̄ iuste decreta sunt à sanctissimo archiepiscopo regie vrbs Romæ Leone, per Paschasinum & Lucentium Deo amatissimum presbyterum, vicarios eiusdem Deo amantissimi archiepiscopi Leonis, & sanctissimo archiepiscopo regie vrbs nouæ Romæ Constantinopolitano Anatolio, & ab omni sancta synodo super Dioscoro Alexandrię sanctæ Ecclesię quondam episcopo, probans eum alienum esse ab episcopatus dignitate. Paschasinus episcopus ecclesię Lilybætanæ, vice beatissimi atque Apostolici vniuersalis Ecclesię papę vrbs Romę Leōe, sanctæ synodo præsidens, in Dioscori damnatione cōsensu vniuersalis Concilij subscripsi. Lucentius episcopus Efulanæ ecclesię, similiter. Cælius Bonifacius presbyter sanctæ ecclesię Romanæ, similiter. Anatolius episcopus Constantinopolis Nouæ Romæ, definiens pariter cum sancta synodo in damnatione Dioscori subscr. Maximus episcopus Antiochenus, similiter. Stephanus episcopus metropolitanus Ephesi, subscr. Quintillus episcopus Heraclææ Macedoniæ, subscr. Andreas presbyter Thesalonicensis, p̄ Anastasio episcopo meo subscripsi. Lucianus episcopus Byzie, pro Cyriaco reuerendo episcopo Heraclææ Thraciæ, subscr. Diogenes episcopus metropolitanus Cyzici, subscr. Iulianus episcopus in Coo, & legat. Ecclesię Romanæ, subscr. Petrus episcopus Corinthi prouinciæ Achaia, subscr. Eunomius episcopus metropolitanus ciuitatis Nicomediæ, subscr. Theodorus episcopus Tarsensis metropolitanus, subscr. Ioannes episcopus *Ephesij, subscr. Romanus episcopus metropolitanus Myrenæ ciuitatis, subscr. Eleutherius episcopus Chalcedonensis, subscr. Seleucus episcopus Amasiæ, subscr. Constantinus episcopus metropolitanus Melitenæ ciuitatis, subscr. Eustathius episcopus Beryti, subscr. Cyrus episcopus metropolitanus Anazarbenæ ciuitatis, subscr. Ioannes episcopus metropolitanus Sebastia ciuitatis, subscr. Constantinus episcopus metropolitanus Bostrenę ciuitatis, subscr. Patricius episcopus Tyana, subscr. Theodosius episcopus ciuitatis Damascenæ, subscr. Petrus episcopus Gangrenę ciuitatis, subscr. Basilus episcopus metropolitanus Traianopolitanæ ciuitatis, subscr. Calogerus episcopus metropolitanus Claudiopolitanæ ciuitatis, subscr. Amphilocheus episcopus metropolitanus Sidenæ ciuitatis prouinciæ Pamphylia, subscr. Epiphanius episcopus metropolitanus Pergenæ ciuitatis prouinciæ Pamphylia, subscr. Atticus episcopus metropoli-

Legati Papę præfident Concilio, & primi subscribunt.

tanus Nicopolitana ciuitatis veteris Epiri, subscr. Onesiphorus episcopus metropolitanus ciuitatis Iconij, subscr. Ioannes episcopus metropolitanus insulæ Rhodi, subscr. Florentius episcopus metropolitanus Sardenię ciuitatis prouinciæ Lydię, subscr. Phortius episcopus metropolitanus ciuitatis Tyri, subscr. Francion episcopus metropolitanus Philippopolis ciuitatis, subscr. Tryphon episcopus insulæ Chij, subscr. Nunechius episcopus metropolitanus Laodiceę, subscr. Pergamius episcopus metropolitanus Antiochenæ ciuitatis, pro me & p̄ Domino reuerendissimo episcopo metropolitano Apamenæ ciuitatis, subscr. Eulogius episcopus Philadelphicæ ciuitatis metropolitanus, subscr. Procludus episcopus ciuitatis Adraon, subscr. Critonianus episcopus metropolitanus Aphrodisiadę ciuitatis, subscr. Simeon episcopus metropolitanus Amidenię ciuitatis, subscr. Stephanus episcopus Hierapolis, subscr. Theoctistus episcopus metropolitanus Pessinuntenæ ciuitatis, subscr. Fonteianus episcopus Sagalassena ciuitatis, subscr. Lucas episcopus Dyrrhachena ciuitatis, metropolitanus prouinciæ nouæ Epiri, subscr. Marinianus episcopus Synadæ, subscr. Ioannes episcopus Germanicæ, subscr. Theodorus episcopus ciuitatis Claudiopolis, subscr. *Nonnus episcopus ciuitatis *Edeßæ, subscr. Sebastianus episcopus Beroëtana ciuitatis, subscr. Paulus episcopus Ptolemaidę, subscr. Ioannes episcopus Nicopolis Armenię prouinciæ, subscr. Cecropius episcopus Sebastopolitanæ ciuitatis, subscr. Aristomachus episcopus ciuitatis Colonæ, subscr. Thalassius episcopus ciuitatis Parij, subscr. Acacius episcopus Ariarathicę ciuitatis, subscr. Heraclius episcopus ciuitatis Camanon, subscr. Meletius episcopus Larissæ, faciens sermonem pro Domino episcopo Apameæ Syriæ, subscr. Meletius episcopus Larissæ, subscr. Marcus episcopus *Arethusa ciuitatis, subscr. Callinicus episcopus Apameæ ciuitatis, subscr. Paulus episcopus Anthedonis ciuitatis, subscr. Sabas episcopus Paltena ciuitatis, subscr. *Theodosius episcopus Nazianzenæ ciuitatis, subscr. Philippus episcopus ciuitatis Adanæ, subscr. Euoltrius episcopus Zeugmatis, subscr. Polychronius episcopus Epiphanię, subscr. Neoptolemus episcopus Cornę, subscr. Acholius episcopus Larandenæ ciuitatis, subscr. Iulianus episcopus Hypepæ, subscr. Gerotius episcopus Seleuciæ, subscr. Theoctistus episcopus ciuitatis Hypepæ, subscr. Zenodotus episcopus Telmessenæ ciuitatis, subscr. Gratianus episcopus Panormensis, subscr. Leontius episcopus ciuitatis Magnesiæ, subscr. Eudoxius episcopus Chomatenię ciuitatis, subscr. Vranus episcopus Emifena ciuitatis, subscr. Epictetus episcopus *Diocteanopolitanæ ciuitatis, subscr. Timotheus episcopus Balaneon,

subscr. Theotecnus episcopus ciuitatis Theræ, subscr. Paulus episcopus ciuitatis Philomeliensis, subscr. Paulinus episcopus ciuitatis Apameę Pifidię, subscr. Bassonas episcopus Neapolitanæ ciuitatis, subscr. Theophilus episcopus ciuitatis Orei, subscr. Cyrus episcopus ciuitatis Syniandi, subscr. Macarius episcopus ciuitatis Laodiceæ, subscr. Indimus episcopus *Herinopolis ciuitatis prouinciæ secundæ Ciliciæ, subscr. Hypatius episcopus ciuitatis Zephyrij, subscr. Aethericus episcopus Smyrne ciuitatis, subscr. Antiochus episcopus ciuitatis Sinopæ, subscr. Lucianus episcopus ciuitatis Ipsinorum, subscr. Basilus episcopus ciuitatis Nacoliæ, subscr. Eustochius episcopus ciuitatis Docimeorū, subscr. Apragmonius episcopus ciuitatis Tij, subscr. Eorticius episcopus Nicopolitana ciuitatis prouinciæ Pifidiæ, subscr. Alexander episcopus Seleuciæ ciuitatis prouinciæ Pifidiæ, subscr. Timotheus episcopus Dolychenæ ciuitatis, subscr. Gratiadianus Episcopus Cerassuntenæ ciuitatis, subscr. *Rhenus episcopus Iunopoleos, subscr. Patricius episcopus ciuitatis Neocæsareæ & Augustæ, prouinciæ Euphratesię, subscr. Sophronius episcopus ciuitatis Constantiæ, subscr. Ioannes episcopus ciuitatis Flauiadis, subscr. Theodorus episcopus Augustæ, subscr. Cyrius episcopus Patarię ciuitatis, subscr. Ioannes episcopus Gadarię ciuitatis, subscr. Cyriacus episcopus Eucarpie, subscr. Abertius episcopus Hierapolis, subscr. Paulus episcopus Mariamniensis ciuitatis, subscr. Eusebius episcopus Clazomenæ ciuitatis, subscr. *Mirus episcopus Euladrenæ ciuitatis, subscr. Paulus episcopus Tripolitane ciuitatis, subscr. Eutropius Episcopus Adadæ, subscr. Olympius Episcopus Sozopolis ciuitatis, subscr. Leontius episcopus Zarenus, subscr. Mamas episcopus *Animitenæ ciuitatis, subscr. Proterius episcopus ciuitatis Myrrhinæ, subscr. Marcellinus Episcopus *Metropolis ciuitatis, subscr. Elaitanæ episcopus ciuitatis, subscr. Hesperius episcopus Pitana ciuitatis, subscr. Abraamius episcopus *Circensis, subscr. *Meonius episcopus Nysenæ ciuitatis, subscr. Caiumas episcopus Marcopolitanę ciuitatis, subscr. Ioannes Episcopus Carrhenæ ciuitatis, subscr. Theodorus episcopus Antiphellene ciuitatis, subscr. Quintus episcopus Phocia, subscr. *Musonius episcopus ciuitatis *Lymeron, subscr. Iulianus Episcopus ciuitatis Rhosi, subscr. Valerius Episcopus ciuitatis Laodiceæ, subscr. Philippus episcopus Lyfiadis ciuitatis, subscr. Alchimedus Episcopus, ciuitatis Silandi prouinciæ Lydiæ, subscr. Amachus episcopus ciuitatis Seprenæ, subscr. Polycarpus episcopus ciuitatis Gabalenæ prouinciæ Lydiæ, subscr. Eleufinius episcopus Phani Apollinis, subscr. Dionysius Episcopus Atalia ciuitatis, subscr. Gemellus Episcopus Stratonicæ ciuitatis, subscr. Niceas Episcopus Megarenæ ciuitatis, subscr. Athanasius episcopus

*Nominus *Edeßæ

*Theodosius

*hermopolis

*Myrus

*Circensis

*Musonius

pus Opuntena ciuitat. subf. Philippus episcopus Noua aulæ ciuitat. subf. Atarbius Episcopus ciuitatis Trapezuntis, subf. Irenæus episcopus ciuitatis Naupacti, subf. Ophelimus Episcopus Tegæ ciuitatis, subf. Dominus Episcopus Plateæ, subf. Stephanus episcopus Lymiræ ciuitatis, subf. Fronton Episcopus Phaselidenæ ciuitatis, subf. Philippus Episcopus Liburnæ ciuitatis, subf. Antipater Episcopus Cauning ciuitatis, subf. Nicolaus episcopus Acarassene ciuitat. subf. Leontius episcopus Araxenæ ciuitatis, subf. Andreas episcopus Sectoriorum ciuitatis, subf. Romanus episcopus Bubonensis ciuit. subf. Alexander episcopus Sebastia, subf. Stephanus episcopus Prymnesiæ ciuitat. subf. Hermias Episcopus Abydi sanctæ Dei ecclesiæ, subf. Cossinus episcopus ciuitatis Hierocæsareæ prouinciæ Lydiæ, subf. Patricius episcopus Adramyteorum sanctæ Dei ecclesiæ prouinciæ Helleponti, subf. Strategius episcopus Polybotis ciuitatis, subf. Olympi episcopus Theodosiopolis ciuitatis, subf. Damianus episcopus ciuitatis Sidonis, subf. Theodosius Episcopus ciuitatis Canothæ, subf. Docimafius Episcopus Marone, subf. Thomas episcopus Porphyronis, subf. Epiphanius Episcopus Cestræ ciuitatis, subf. Megalus episcopus Philadelphicæ, subf. Helianus Episcopus ciuitatis Selenuntis, subf. Euandrus episcopus Diocla, subf. Eulogius presbyter, pro Genethlio reuerendissimo meo episcopo Cratiæ ciuitatis, subf. Pelagius presbyter, pro Theophilo reuerendissimo episcopo meo Adrianopolis, subf. Modestus presbyter, pro episcopo meo Prusiadis ciuitat. Olympio, subf. Serenus episcopus Maximianopolis ciuitatis, subf. Ioanes Episcopus Pemonij, subf. Soter Episcopus Theodosianæ ciuitatis, subf. Epaphroditus episcopus ramassij, subf. Leontius episcopus ciuitatis Afcalonæ, subf. Patricius episcopus Acamassena ciuitatis, subf. Sebennus episcopus Pellenis, subf. Ibas Episcopus Edessena ciuitatis, subf. Aetherius episcopus Sardona ciuitatis, subf. Alexander episcopus Tomitanorū prouinciæ Scythiæ, subf. Photinus episcopus Lydde ciuitatis, subf. Anianus Episcopus ciuitatis Capitoliadis, subf. Theophilus Episcopus Ariaci ciuitatis, subf. Martyrius episcopus Gortynæ ciuitatis, subf. Nicolaus Stobene episcopus, subf. Cyrillus Episcopus Apolloniæ Cretæ ciuitatis, subf. Eusebius episcopus Topiris ciuitatis, subf. Peregrinus Episcopus Phœnicis, subf. Claudius Episcopus Anchiæ, subf. Euphrates Episcopus ciuitatis Eleuthernæ, subf. Gennadius Episcopus ciuitatis Acmoniorū

prouinciæ Phrygiæ, subf. Demetrius episcopus Lappene ciuitatis, subf. Paulus episcopus ciuitatis Derbæ, subf. Plutarchus episcopus Liffrenæ ciuitatis, subf. Eugenius episcopus ciuitatis Cannorum, subf. Rufus episcopus ciuitatis Hydx, subf. Tyrannus episcopus Homonadorum ciuitatis, subf. Petrus episcopus Gabalena ciuitatis, subf. Noë episcopus Cephacastelli, subf. Maras episcopus Anafarthenæ ciuitatis, pro Romulo episcopo Chalcidenis ciuit. subf. Eulalius episcopus Silbij ciuitatis, subf. Petrus episcopus Echineorum, subf. Theosebius episcopus ciuitatis Ilij, subf. Dionysius episcopus Heracleæ ciuitatis, subf. Ioannes episcopus ciuitatis Alindena, subf. Eupythius episcopus Stratonice, subf. Papias episcopus Erezorum, subf. Theodoretus episcopus Alabandæ ciuitatis, subf. Ioannes episcopus ciuitatis Amyzonis, subf. Tynchanus episcopus Apolloniadæ, subf. Dionysius episcopus Antiochiæ Pifidiæ, subf. Florentius episcopus Adrianopolitanæ ciuitatis, subf. Atticus episcopus Zelenis ciuitatis, subf. Messalinus episcopus Laodicensis, subf. Helpidius monasterij mansionis Thernon, subf. Menander episcopus Heracleæ, subf. Facillus episcopus ciuitatis Assi, subf. Ioannes episcopus Gnidi, subf. Aquilas episcopus Eudoxiadis ciuitat. subf. Romanus episcopus Eudoxiopolis ciuit. id est, Selymbriæ prouinciæ Thraciæ, subf. Theodor episcopus Heracleæ, subf. Rufinus episcopus Samolatenæ ciuit. subf. Athanasius episcopus Pari infulæ ciuit. subf. Rufinus episcopus Briulena ciuit. subf. Pionius episcopus ciuitat. Troadæ, subf. Hormisda episcopus Philippopolis ciuita. prouinciæ Arabiæ, subf. Iulianus episcopus Celenderitis ciuitat. subf. Tyrannus episcopus Germanicopolis ciuitat. subf. Acaci episcopus Antiochiæ, subf. Ammonius episcopus Iotapenæ ciuitat. subf. Gennadius episcopus Mosynorū ciuitat. subf. Paulinus episcopus Theodosiopolis ciuit. subf. Ioannes Episcopus Trapezupolitanæ ciuit. subf. Florentius episcopus Lesbos Tenedi, subf. Daniel episcopus Lampfaci, subf. Antiochus episcopus Arcæ, subf. Aquilas Aurocyron episcopus, subf. Ioanes Episcopus Diocæsareæ, subf. Eulalius episcopus Pionæ ciuitat. prouinciæ Helleponti, subf. Rufinus episcopus ciuitat. Bybli, subf. Alexander episcopus Antaradi, subf. Iouinus episcopus Debaltene ciuitat. subf. Ioannes episcopus Tiberiadis ciuitatis subf. Theodorus episcopus Tripolitane ciuitatis, subf. Paulus episcopus ciuitat. Aristij, subf. Zozon episcopus Philippensis, subf. Cyriacus episcopus Trogmadorum ciuitatis, subf. Diodotus episcopus Lyfimachiorum ciuitatis, subf. Macedon episcopus Magidenæ ciuitatis, subf. Neon episcopus ciuitatis Pfyllena, subf. mysteri episcopus ciuit. Amorig, subf. Longinus

*Brullena

*Acroce-
raunorum

nus episcopus Orchistena ciuitatis, subf. Petrus episcopus ciuitatis Dardani, subf. Chryssippus episcopus ciuitatis Malli, subf. Daniel episcopus Cadenæ ciuitat. subf. Thomas episcopus Theodosiopolis ciuitat. subf. Athanasius episcopus Mosynorū, subf. Dauid episcopus Adriane ciuit. subf. Cyriacus episcopus ciuit. Egara, subf. Paulus Floforum Episcopus, subf. Iulianus presbyter agens vices Caladionis episcopi, Alicarnasena ciuitatis, subf. Iuuenalis episcopus Hierosolymæ, subf. Thalassius episcopus Cesareæ, subf. Nyteras episcopus ciuitatis Gaza, subf. Eusebius episcopus Ancyræ, subf. Eudoxius episcopus ciuit. Etendorum, subf. Martianus episcopus Stephanæ ciuitat. subf. Macarius Episcopus ciuitat. Enos, subf. Cyriacus episcopus ciuitat. Eucarpia, subf. Basilius episcopus Palæaspoleos, subf. Patricius episcopus Acamassena ciuitat. subf. Eutychnus episcopus Adrianopolis veteris Epiri ciuitatis, subf. Eustathius episcopus gentis Sarracenorū, subf. Paulus presbyter, agens vices Vranij reuer. episcopi Himerorum ciuitat. subf. Helias episcopus Bleandrene ciuit. subf. Eusebius episcopus ciuit. Seleucouallæ, subf. Patricius episcopus Adramyteorum, subf. Iulianus episcopus Tabiæ, subf. Meliphthogus episcopus Iuliopolis, subf. Stephanus episcopus ciuit. Iamnia, subf. Acacius episcopus ciuit. Cynna, subf. Andreas episcopus ciuitat. Sectoriorum, subf. Paulus episcopus Aradi, subf. Leucadius episcopus Tynniæ ciuit. subf. Euphrasius episcopus Laganiæ ciuit. subf. Musonius episcopus Brymenæ ciuitat. subf. Antiochus episcopus ciuit. Sinopi, subf. Helpidius presbyter, agens vices reuer. epi Paralij Adrapenæ ciuitatis, subf. Euphronius presbyter, agens vices Domni reuer. episcopi Cocusenæ ciuitatis, subf. Helpidius presbyter, agens vices reuer. Antonini episcopi ciuitat. Amissinorum, subf. **¶ EPISTOLA CONCILII CHALCEDONENSIS, ad Valerianum & Martianum Imperatores.**

*Aegææ

*Basilicus
*Palæcep-
tus

*Lagarie
vel Lagie

Piissimis & fidelissimis & Christianissimis Imperatoribus ac triumphatoribus, Valentiniano & Martiano semper Augustis, sancta & magna synodus secundum Dei gratiam & sanctionem vestra pietatis congregata in Chalcedonensium ciuitate. Magnæ ægritudines & medicamine forte, & medico indigent sapiente. Propter hoc igitur omnium Dominus, passionibus orbis terræ sicut medicum optimum vestra superinstituit pietatem, vt has cõgruentibus sanetis medicaminibus. Vos verò Christianissimi diuinum suscipientes decretum præ alijs hominibus, competentem diligentiam adhibuistis ecclesijs, pontificibus cõcordiæ medicinam machinantes. Vndique enim nos congregates, omne commodatis auxilium, quatenus vt factæ interimantur discordiæ,

& paternæ fidei doctrina roboretur. Nos igitur confidentes, & vniuerso orbi facte rempestatis causam inquirentes, huius rei auctorem comperimus Dioscorum quondam Alexandrinorum Episcopum. Primum quidem, quia epistolam à sanctissimo archiepiscopo senioris Romæ Leone directam, ad sanctæ memoriæ Flavianum, quondam Constantinopolitanæ vrbis Episcopum, recitari prohibuit reuerendissimis episcopis Ephefi cõgregatis, & hæc post pmissiones suas & iuramentâ plurima, sicut nos presentes nouimus. Secundò verò, quia Eutychi egrotanti impietate Manichei, & legitime abdicato, tam sacerdoti quàm monachorū principati, ante decretum synodale irregulariter reddidit. Et hæc cum sanctissimis & beatissimis magnæ Romæ archiepiscopus Leo per casidè literas cõuenientia decreuisset, & scelestâ Eutychni inscriptis damnasset perfidiâ, dicens: Confiteor quidem ante adunationem ex duobus naturis Dominum nostrum Iesum Christum, post verò vnitionem vnâ esse naturam: & quia in DEO amantissimum Episcopum Eusebium iniqua commisit, adhuc autem & quodam diuersis concilijs ritè damnatos, in communionem propria autoritate suscepit, sanctis regulis præcipientibus, excommunicatos ab alijs, in communionem alios non debere suscipere. Et fortè super tantis ac talibus iniquitatibus veniam adipisci potuisset, si per dignam pœnitentiam adscisceret medicinam ab hoc vniuersali cõcilio. Sed quoniam super alias suas nequitas & aduersus ipsam Apostolicâ sedem lastrauit, & excommunicationis literas aduersus sanctissimum & beatissimum papam Leonem facere conatus est, & in prioribus arroganter perstitit iniquitatibus, & aduersus præsentem sanctam vniuersalem & magnam synodum proca exsistens, atque diuersis contra se factis accusationibus, omninò contemnens, respondere non passus est, semel quoquæ ac secundò & tertio secundum sanctas regulas euocatus, despexit occurrere: decenter ab vniuersali cõcilio sacerdotio est nudatus, & ab episcopali dignitate pronunciatu est alienus, vt his similia perpetrare tentantibus, disciplina fieret & sobrietatis exemplum. Quoniam quidem & diuinæ præcipiunt leges, apertè Deute. 13. b dicentes: Expellite malum à vobismetipsis. & 19. b. c Quid autem peius est tantis in rebus delin- 1. Cor. 5. a quente, & ita diuinos canones conculcante, & vniuersum orbem terræ fluctuatione & tempestate replente, & membra Ecclesiæ dissipante, & hæc eadem aduersus se inuicem armante? Quoniam verò inueniet aliquis & medicum (quod viderit membrum teneri incurabili passione, & corpus omne pestiferum) ferro vtentem, & abscondentem malè se habentia, vt alijs corporis partibus conferat sanitatem, hæc verè pium vestrum docemus imperium, vt & illius malitiam, &

*confide-
rantes,

Regula sue
decreti de
excommu-
nicatione.

1. Cor. 5. a

in eum prolatae (quod Deo teste dicimus) iustae sententiae sinceritatem consideretis. Credimus enim consonos nobis fieri & vos piissimos & Christianissimos Imperatores, scientes vestri venerabilis imperij, circa malos horrorem, & quantam pacis ecclesiasticae geritis providentiam, experimeto edocti. Cuius gratia & omnium Deum petimus, vestrum amplius custodire imperium, & pietatem solito more proteges, & tranquille vniuersum orbem terrae reges, & iustitiam singulis subditis iudicans, & resistentes manus hostium subiugans, & vestris sceptris obtemperare compellens. Vt autem, quae bene & secundum DEVM cum sanctis regulis definita sunt, manifestius cognoscat Christianissimum vestrum imperium, & ipsa, quae subsecuta sunt monumentorum gesta, cum omnium nostrorum subscriptione huic relationi sociauimus.

PROPOSITO EDICTI
Chalcedonensis concilij
contra Dioscorum.

Sancta & magna & vniuersalis synodus, quae per gratiam Dei secundum sanctionem piissimorum & Deo amantissimorum Imperatorum nostrorum in Chalcedonensi prouincia Bithyniae ciuitate collecta est, in ecclesia sanctissima & decore ornata victricis sanctissimae martyris Euphemiae, omnidilecto in CHRISTO Constantinopolitanae ciuitatis populo simul & Chalcedonensis. Peruenit ad sanctum magnumque concilium, quod post sacerdotij ablationem ex diuinis regulis descendente, Dioscorus, qui fuit Alexandrinorum magnae ciuitatis episcopus, diffamare praesumit, rursus se fore sacerdotium recepturum, quod prius habuit: & non ad placandum largitorem Christum, sed ad iniquitatem, corruptionemque canonum diuinorum, ecclesiastico est ordine hoc abusus. Vt igitur cuncti, qui sanctae fidei sunt alumni, certum & indubitatum teneatis, quod iusta sit super eum a sancto vniuersali concilio decreta deiectione, iustum iudicauimus has literas promulgare, signantes, quod qui talia perpetravit, quae ab omnium dominatore DEO, & a tanta episcoporum multitudine ignosci non debeant, sacerdotali gratia denudatus, omnino nullam restorationis spem poterit obtinere: quippe quo proiecto, vna quieuit & scandalum.

DAMNATIO MISSA DIOS-
coro a sancto concilio
Chalcedonensi.

Sancta & magna & vniuersalis synodus, quae gratia DEI secundum constitutum piissimorum & Deo amantissimorum principum nostrorum collecta est in Chalcedonensi ciuitate Bithyniae, in basilica sanctissime & bonae victricis martyris Euphemiae, Dioscoro. Cognosce te ipsum, propterea quod

TOM. 2.

diuinos canones despexisti, & inobediens extitisti huic sancto & vniuersali concilio, super quae haec, praeter alia tua commissa, in quibus inuentus es reus, etiam tertio euocatus ab hac sancta & magna synodo secundum diuinas regulas, vt accusationibus responderes, minime occurristi, Octobris mensis praesentis terdecimo die, a sancto & vniuersali concilio esse ab episcopatu depositum, & ab omni ecclesiastica functione submotum.

ITEM CLERICIS ALEXAN-
drinis, qui erant Chalcedone, de
damnatione Dioscori.

Sancta & magna & vniuersalis synodus, quae gratia DEI secundum sanctionem piissimorum & amantium Christum Imperatorum nostrorum collecta est in Chalcedonensi ciuitate Bithyniae regionis, in martyris sanctissimae & bonae victricis Euphemiae ecclesia, Charmosino presbytero & dispensatori, & Euthalio diacono reuerendissimis, & caeteris clericis, qui hic sunt. Cognoscat reuerentia vestra, Dioscorum (qui fuit vester episcopus) multis modis deprahensum in diuinarum regularum lesione & ecclesiastici ordinis, insuper verò & huic sanctae & vniuersali synodo contumelias irrogantem, & quod tertio euocatus secundum diuinos canones, contempsit occurrere, hesterno die, qui est praesentis Octobris mensis tertiusdecimus dies sabbati, a sancta & vniuersali synodo, secundum quod placuit ecclesiastica disciplina, tam ab episcopatu esse depositum, quam & ab omni ecclesiastico gradu factum extrancum. Custodite igitur res ecclesiasticas vniuersas, tanquam qui reddituri estis rationem ei, qui secundum DEI voluntatem, & nutum piissimorum & Deo amantissimorum Imperatorum nostrorum, Alexandrinam magnae ciuitatis sanctissimae ecclesiae est ordinandus episcopus.

EX CODICE ACVMICENSI
Graeco-Relatio sanctae synodi Chalcedonensi, ad sanctae memorie Pulcheriam Augustam de damnatione Dioscori.

Piissimae & Christum diligenti, Deoque dilectissimae Reginae & Augustae, custodi catholice & orthodoxe fidei filiae Pulcheriae, sancta & magna synodus, quae secundum Dei gratiam & vestri imperij sanctionem, in Chalcedonensi metropoli congregata est.

Multa tibi bona praesentur, quae donante digna sunt saluatore, quae amas Christum filia & Augusta. Loquentes enim nos ad alumnam fidei, oportet ab orationibus inchoare, atque hinc Deo laudes offerre, quae iuxta ipsam dominum euangelicam vocem, lucet lux meritorum vestrorum coram cunctis hominibus, & bona opera vestra cernentes, glorificat patrem nostrum, qui est in caelis. Ecce enim cunctis

pictatis

pietatis vestrae fulgor irradiat, impletus est per vos doctrinae apostolicae cursus, & zelo vestri amoris in Deum, ignorantie caligo percussa est, & fidei declarata concordia, nec ultra haeretica pestilentia nobis sunt importuna zizania. Consonamus vniuersis magistris pietatis, vestris id adiuti laboribus impetrantes. Per vos enim nobis fidelium gregibus caule replentur: per vos nunc, qui olim fuerat dispersi, concurrunt: suntque pastores ouibus restituti, & magistri discipulis. Qui enim dispergebat, extinctus est: sopitus est persecutor, princeps tepestatis explosus est, ipsique naues suas in cursu reperiere rectores, Christo ad intelligentiam prosperè dirigente, qui ostendit in Leoe mirabili veritatem, quae sicut sapiente Petro, ita & isto vitur assertore. Et nos quidem desideramus, vt omne membrum nobiscum pariter fraterna concordia chorum gaudij celebraret: sed quia solus ille qui Alexandrinorum tenuit praesulatum, vltro semetipsum a tantorum bonorum collegio pepulit, & nos ei cum tristitia & lachrymis denegauimus communionis nostrae confortium: quia & saluator noster, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, illum quem sordida indutum veste conspexit, regali aula competenter excludit. Cui quia similem compertimus esse Dioscorum, ob hoc eum a sacerdotij dignitate contra vota nostra defiximus alienum. Fratribus enim scandala ponebat, vt nequam in ore suo abundauit nequitia, fallacia sua literarum Romani pontificis abnuet lectionem. Vnde quia semetipsum non exhibuit bonis exemplum, remansit sicut statua falis, vt terreat delinquentes, dum per illa, quae gessit, pro nobis suis adiudicatoribus satisfaciatur, eo quod ex nulla durtia, quomodo nec quanta adhuc exegerat iustitia, sententiae aduersus eum decreta proculimus. Vnde praesumentes, ea quae placuerunt, vestro insinuamus imperio, vt illum pro suis erroribus execretur, nostram verò sententiam probet, a quibus pro totius corporis prouidentia, quod computruerat, est abscissum. Estote igitur incolumium protectores, & sicut pij roborate fideles, & diuinae in vobis prouidentiae largitori hanc vicissitudinem repensate, vt tali precio illum obtineatis honorem, qui nulla successione finietur, & imperiali corona coronam immarcescibilem comparetis. His enim, qui pie dispensationem rerum peragunt terrenarum, necessarium caelestia rependuntur, & maxime vobis, o fidelissimi, quibus & inter tanti onera principatus, in orationibus tota vita consistit, quorum conuersatio est in psalmis, & apud quos dignitate videntur ornati, qui se humiliant, propter Deum: quibus religio est, vt ad eos facile accedatur: & zelo ille caelestis, quatenus omnibus, qui ad vestrum pertinent principatum, fructum prouideant veritatis.

1. Tim. 2. a

Matth. 22.

Gene. 19.

*qui dum dignitate geratis, estis tamen humiles propter Deum:

TOM. 2.

EDICTVM SIVE LEGES SAN-
ctae memoriae Valentiniani & Martiani Imperatorum, quas quidem leges beatissimus papa Leo in suis confirmavit epistolis, quibus interduntur prohibenturque dispositiones de fide coram vulgo, & confirmantur Chalcedonensi concilij decreta atque statuta.

Imperatores Caesares, Flavius Valentinianus pontifex inclytus, Germanicus inclytus, Alamanicus inclytus, Sarmaticus inclytus, tribunitie potestatis viciessepties, Imperator viciessepties, consul septies: & Flavius Martianus pontifex inclytus, Germanicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Alamanicus inclytus, Francus inclytus, tribunitiae potestatis viciessepties, Imperator, consul semel, de prohibitis disputationibus a Christianis ciuibus nostris Constantinopolitanis. Tandem aliquando, quod summis votis atque studiis optabamus, euenit. Remota est de orthodoxa Christianorum lege contentio, tandem remedia culpabilis erroris inuenta sunt, & discors populorum sententia in vnum consensum, concordiamque conuenit. E diuersis enim prouincijs religiosissimi sacerdotes Chalcedonam venerunt iuxta nostra praecipua, & quid obseruari in religione debeat, perspicua definitione docuerunt. Cesset igitur iam prophana contentio. Nam verè impius atque sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiam, opinionem suam aliquid tractandum relinquit. Extremam quippe dementiae est, in medio & perspicuo die contentium lumem inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam, aliquid vterius discutit, mendacium quaerit. Nemo itaque, vel clericus, vel militaris, vel al-

L. Nemo. C. de sum. tri. & fide cath.

terius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publicè turbis adunatis & audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidia occasionem requirens. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimae synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita, reuoluere & publicè disputare contendit, cum ea, quae nunc de Christiana fide statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones & statuta sanctorum patrum trecentorum decem & octo, & centum quinquaginta, definita esse noscuntur. Nam in contemptores huius legis poena non deerit, quia non solum contra fidem bene compositam veniunt, sed etiam Iudaeis & Paganis ex huiusmodi certamine prophanae veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publicè tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum remouebitur: Si verò militia praeditus sit, singulo spoliabitur. Caeteri etiam huius criminis rei, de hac sanctissima vrbe pellentur, pro vigore iudicario etiam competentibus supplicijs subiugandi. Constat enim, hinc haeretice insanie exordia, fomitemque praebere, dum publicè quidam disputant atque contendunt. Vniuersi ergo, quae a sancta synodo Chalcedo-

M. nensi

nenſi ſtatuta ſunt, cuſtodire debebunt, nihil poſtea dubitaturi. Hoc itaque noſtrę com- moniti ſerenitatis ediſto, abſtinetē à prop- haniſ vocibꝫ, & ulterius definite de diuinis diſ- putare, quod nefas eſt. Quia non ſolūm di- uino iudicio peccatum hoc (prout credimꝫ) punietur, verūm etiā legum & iudicum au- thoritate coarcebitur. Datum Cōſtantino- poli, VII. Kalendas Februarij, Sporatio viro clariffimo, & qui fuerit nunciatus, conſuli- bus.

MARTIANI IMPERATO- ris ediſtum ad Conſtantinopolitanos ciues, de confirmatione geſto- rum Chalcedonenſi ſynodi, & eorum obſer- uatione.

Venerabilem catholicę orthodoxorū fidei ſanctitatem, manifeſtam & indu- bitatam vniuerſis cōſtituere cupiens noſtra ſerenitas, vt maior erga diuinitatis obſequia hominibus religio traderetur, tantam atque talem ſynodum ex omnibus penē prouincijs coadunatis epiſcopis, in Chalcedonenſi ci- uitate colligi iuſſit, atque ibi plurimis diebꝫ tractatu habito, quod verum & infucatum Chriſtianę fidei eſſet, inuenit. Votis etenim & orationibus plurimis exorauere diuinita- tem, quatenus ſancta & plena eos veritas nō lateret. Secuti que ſunt ſtatuta venerabilium patrum, ea videlicet, quę apud Niceam tre- centorum decem & octo ſanctorum epiſco- porum ſunt ſententia definita, ſimiliter & q̄ centum quinquaginta in hac ampliffima co- adunati vrbe conſtituerunt, atque ea quę apud Ephesum pridem ſtatuta ſunt, cum be- atiffimę recordationis Cęleſtini Romane vrbis, & Cyrilli Alexandrinę ciuitatis epi- ſcopi, inuenere veritatem. Quo tempore eti- ā in Neſtorianę error exclusus eſt, eius autho- re damnato. Quibus itā ritē & venerabi- liter apud Chalcedonā in quiſitis, Eutycheſ, qui aſſeruit illicita, cum ſua aſſertione cō- ſtitutus eſt, nē decipiēdorū ulterius ei ho- minum præberetur facultas. Ordinatis itaq; religioſe & fideliter, quę venerādā ortho- doxorū fidem fundāſſe noſcuntur, itā vt nulla in poſterum dubitatio, vel illis qui ca- lumniari diuinitatem aſſolēt, relinqueretur: ſacro noſtrę ſerenitatis ediſto venerandam ſynodum confirmantes, admonuimus vni- uerſos, vt de religione diſputare deſinerent, quoniam vnus & alter tanta ſecreta inuenire non poſſet, maximē cum ſummo labore & ampliffimis orationibus tot venerabiles ſa- cerdotes, niſi Deo (vt credēdum eſt) autho- re, ad indaginem veritatis nō potuerint per- uenire. Verūm ſicut manifeſta ratioe cogno- ſcimus, non deſinunt quidam in eadem per- uerſitatis inſania pmanere, & publicē de re- ligione contendere populis coadunatis, & inſubria diuina, Iudeorum Paganorum que

TOM. 2.

ſub obtutibus, publicare & prophanare, que rectius colēda ſunt, quā inquirēda. Opor- tuerat itaque in eadem pertinacia conſisten- tes, ſtatuta dudum animaduerſione compe- ſci, vt pœna corrigeret, quos reuerentia iuſ- ſionum emendare nō potuit. Verūm in hoc ſecuti conſuetudinem noſtram, noſcentes præ omnibus, quōd diuinitas pietate late- tur, pœnam nocentium credidimus differen- dam, iterata hac ſancientes noſtrę clementię iuſſione, vt in futurum à prohibitis omnes abſtineant, nec cōuenticula colligant ſuper religioe certates: quia in huiuſmodi peruer- ſitate & vanitate detecti, & ſtatutas dudum ſuſcipient pœnas, & iudiciario motu (prout religioſis temporibus conuenit) punietur. Oportet em̄ Chalcedonenſi ſynodum ſequi, in qua, omnibus diligenter quaſitis, ea defi- nita ſunt, q̄ pridem tres prædicte cœtus apo- ſtolicam fidem ſecuti, omnibus obſeruanda tradiderunt ciuibꝫ Conſtantinopolitanis. Datum 3. Idus Martij, Cōſtantino poli, Spo- ratio viro clariff. & q̄ fuerit nunciatus, con- ſulibus. Et eodem exemplo ſcriptum Palla- dio viro illuſtri prætori Orientis, Valentiniano viro illuſtri prætori Illyrici, Taciano viro illuſtri præfecto vrbis, Vincomalo viro illuſtri, magiſtro officiorum & conſuli defi- gnato.

INTERPRETATIO LEGIS THEO- doſij iunioris, quam pro Eutyche, ſeductus à Chryſo- phio, promulgauit. Quę nunc ideō ponitur, vt quia beatę memorię principis Martiani lex hanc ſub- ſecuta deſtruxit, etiā tali collatiōe noſcatur, quid amplectendum, quidq; euitandum ſit. De hæreticis Neſtorianis, & fide catholica.

Quōd quidem prius Neſtorius, qui fuit Conſtantinopolitanus epiſcopus, noua & peſtifera (præter illa quę tradita ſunt, tentans inducere) dogmatum Chriſtianorū pura & orthodoxę fidei contraria, à ſancta ſynodo eſt eiecē, quę Ephēſi ex vniuerſo or- be principali ſanctiōe conuenit. Quę ſan- cta ſynodus pariter cōfirmauit etiā catho- licam fidem, ab epiſcopis qui Nicę congregati ſunt, traditam. Et nos confirmātes, quę ſalubriter definita ſunt ab eodem ſancto cō- cilio, quod Ephēſi congregatum eſt, genera- lem promulgauimus legem, quę tam prædi- ctum Neſtorium, quā eos, qui ei ſimilia ſapi- unt, damnat, præcipientes, nē Chriſtiano ſal- tē nomine cenſerentur, ſed vt Simoniani po- tius vocarentur, quā blaſphemiā Simonis di- lexerunt. Diſſinuiimus em̄, cæteris eos debe- re vltionibus ſubiacerē, quas continet præſta- ta præceptio. Quoniam verō præſenti tem- pore, dum poſt illa iam pridem quietę ef- ſent eccleſiæ, Flauianus Conſtantinopolita- nus Epiſcopus & Euſebius alter epiſcopus, pernicioſas ſeductiōes ſequendō, Neſtorij ſchiſmata eccleſijs iniecerunt, præcepimus rursus in eiudem ciuitatis Ephēſiæ ſanctiſſ. eccleſiam vtique denuō conuenire concilium

mala deſin- tio Theo- ſij, fraude decepti. ſectiōnes

DE INFIRMANDIS IIS, QUAE CONTRA SANCTÆ MEMORIÆ FLAUIANUM EPISCO- PUM CONSTANTINOPOLITANÆ VRBIS SUNT INIUSTE PROLATA, & CONFIRMANDIS IIS, QUAE MELIO- RI TRACTATU POSTEÀ DE EO SUNT PRO- LATA À SANCTA SYNODO Chalcedonenſi,

ijdē Auguſti, id eſt, Valentinianus & Martia- nus, Palladio præfecto prætoriorū Orientis.

Gloria nunquā glorioſa morte peri- mitur: nec pereunt, cum deficient, vir- tutes. Immō etiā obitu exiſtimatio auge- tur bonorum, quā omnis aduerſum mortu- os euaneſcit inuidia. Indē tanto ſtudio ac ſ- conijs Maiorum facta laudantur: indē opti- morum maxima cum veneratione memoria celebratur: indē magnorum animi virorum, exitus appetuere verē glorioſos: quia com- pertū erat, eos ſolummodō perpetuē mori, quorum de vita ac morte taceretur. Iudicia vel inuidiam eſſe, etiā præſenti in tempore diuinum oſtendit, humanum que iudicium. Cum enim falſa inuidia & improbē concin- nata calumnia, religioſa ac venerabilis recor- dationis Flauianus huius alme vrbis epiſco- patu fuiſſet expulſus, (quanuis hoc fuit ple- nius retinere ſacerdotium, fidem, quam acce- perat, cōſeruare: is enim ſolus eſt, q̄ eſſe me- retur epiſcopus) tamen itā eius reliquias & expetiit hæc ſacratiffima ciuitas, & recepit, vt beator omni viuenti videretur: vt exitus ille, qui putabatur acerbus, optandus credā- tur fuiſſe, quo illam immortalē mercatus eſt laudem: ſequutumq; eſt illud, quod me- ritis eius diuinitas pſtitit, vt venerabilis ſyn- odus innumerabilium penē ſacerdotū Chal- cedone conueniret: quę dum fidem diligen- ter inquirat, autoritate beatiffimi Leonis epiſcopi eterne vrbis Romę & religioſis fun- damenta conſtituit ſanctę ciuitati, & Flauia- no palmā mortis tribuit glorioſę. Ergō quō- niam venerabilis recordationis Flauianus, tanto ac tali decoratus eſt teſtimonio, vt Eutycheſ, qui contrā ſenſerat, cum ſceleratis di- ctis ſuis ab omnibus vno ore damnaretur, aboleatur ille à conſtitutiōe, quę ſubrepti- one ſcleratorum, poſt obitū ſanctę memo- rię Flauiani, aduerſus eum lata cognoscitur, ceſſetq; in totū, cuius initū fuit iniquū & ini- uſta ſententia. Nihil obſit Euſebio quoquē & Theodoro religioſis epiſcopis, qui eadē lege cōtinentur: quoniā nō poſſunt ſacerdo- tes conſtitutiōe damnari, quos ſynodicum ornat ſuper conſeruanda religioe decretum. Expulſa itaque illa ſanctiōe, retineat vitę glorię que Flauianus, quam meretur, perpetuam laudem, cæteris conſtantię erga fidem futurus exemplum. Illa igitur & magnifica autoritas tua hanc ſaluberrimā legem, edi- ctis propoſitis, ad omnium notitiam faciat peruenire. Datum Conſtantinopoli pridie Nonas Sporatio viro clariffimo, &

M 2 qui

Hęc ſunt v. Petri Crab- bę.

Hęc lex in Neſtorium rectē promulgata eſt, con- tra orthodoxos verō non bend. Sed pro illa nihilomi- nis utilitate inſerta eſt, vt ſciat lector, quia ſequens lex principis Martiani, ideō nominatim de Iba nil dixit, quoniā nec in iſta ſic legitur: ſed ſpecialiter ab iſta damnatos, ſpecialiter ſoluit: generaliter verō, & illa generaliter attingit. Sicubi autē de Iba in hui- us legis (quę ſequitur) exemplaribus inuenitur, vt ſuperfluum deputetur: quia & nos, itā nos alicubi poſuiſſe, recolumus, quod ex verioribus Acumien. exemplaribus duximus emendandum.

TOM. 2.

qui fuerit nunciatus, consulibus, Palladio præfecto prætorij.
DE CONFIRMATIONE QVAE
 à synodo Chalcedonensi contra Eutychem & eius monachos constituta sunt, ijdem Augusti Palladio præfecto prætorij. Et eodem exemplo Valentiniano præfecto Illyrici, Taciano præfecto urbis, Vincomalo magistro officiorum & consuli designato.

Ampla omnipotenti Deo referendæ ac tribuendæ sunt gratiæ, quod scelera nec latere cõcedit, nec durare impunita permittit. Horum enim alterum, lædendi habet plurimam facultatem: alterum, peccandi ceteris præstat exemplum. Cura igitur esse diuinitati hominum actus, & maximè reuerentiæ religionis, proximè in confirmanda catholica fide euidenter apparuit, cum Eutychem sceleratorum dogmatum sectatorem, nec latere, vt diù lateret, fuit: nec, patefacto scelere, passus est poenam sceleris euitare. Sententijs itaque diuinis humanisque; damnatus, synodicum decretum (vt merebatur) excepit, reus diuinitati, cui faciebat iniuriã: reus hominibus, quos decipere conabatur. Proximè etenim innumerabiles ex toto penè orbe beatissimi episcopi Chalcedone congregati, improba prædicti Eutychem, vnà cum synodo eius causa habita, expulere commota, sequuti sanctorum definita Maiorū, quæ vel apud Niceam à trecentis decem & octo constituta sunt, vel in hac postea alma vrbe à centū quinquaginta sunt episcopis decreta, vel apud Ephesum, cum Nestorij est error exclusus, præfidentibus Cælestino Romanæ urbis, & Cyrillo Alexandrinæ ciuit. episcopis. Ea igitur, quæ sunt iuxta pristinam disciplinam à reuerenda synodo Chalcedone definita, illa fide, qua deum colimus, per omnia seruanda censuimus atque censemus: quia valdè consequens est, quinquentorum viginti sacerdotū, pura mente deum colentium, definita, quæ pro orthodoxorum fide sacrosancta secundum patrum regulas processerunt, summa cum veneratiōe seruare. Verum quoniam principalis prouidentia est, omne malum inter initia opprimere, & serpentem morbum, legum medicina rescicare: hac lege decernimus, eos, qui Eutychem decipiuntur errore, ad exemplum Apollinarianorū, quos Eutychem sequutus est, quosque venerabiles parentum regulæ, id est, ecclesiastici canones, & principū diuorum sacratissima scita condemnant, nullum episcopum, nullum habere presbyterum, nullos habere vel appellare clericos, ipsumque Eutychem nomine presbyteri (quo & indignus, & spoliatus est) in totum carere. Si qui tamen contra definita nostra episcopos, presbyteros, ceterosque clericos ausi fuerint creare, tam factos, quam facientes, vel præsumētes sibi clericorum gradum, bonorum amissionem percussos, exilio perpetuo præcipimus contineri: cõ-

declara

630

create

TOM. 2.

undi, vel colligendi, vel cõgregandi monachos, aut ædificandi monasteria, nullam eos iubemus habere licentiã, locaque ipsa (in quæ fortè cõuenire aliquandò tentauerint) confiscari, si tamen domino loci sciente conuenerint: Quod si ignaro actore, cõductorem loci fustibus casum, deportationem subire censemus. Ipsos præterea nihil ex testamento cuiusquam capere, nihil eis, qui eiusdem erroris sunt, relinquere testamento, ad nullam eos patimur adspirare militiã, nisi fortè ad cohortaliciam vel limitaneã. Si quis etiã extra prædictam militiã inuentus fuerit militare, vel quia ignorabatur eius in religione peruersitas, vel quia post adeptum cingulū ad hunc deuenit errorem: solutus militiã, infidelitatis suæ fructū hunc habeat, vt optimorum hominum & palatij cõmuniōne priuetur. Nec alibi, quàm in quo natus est vico vel ciuitate, versetur. Quod si qui eorum in hac alma vrbe (quod credi nefas est) geniti sunt, tam hac ciuitate venerabili, quàm sacratissimo comitatu, & omni excludatur metropolitana ciuitate. Et hæc quidem generaliter circa omnes constituimus, qui tali labe polluti sunt, vel pollutentur. Eos autem, qui antehac clerici orthodoxorum fidei & monasteriorum, (neque enim monasterium dicendum est, quod religionis habuit inimicos) qui ad hoc vsque insaniam præcesserunt, vt relicto venerabilis religionis cultu, & synodico decreto, quod totius penè orbis Chalcedone cõadunati decreuerunt sacerdotes, infaustam Eutychem sequantur assertionem: quia vera luce deserta, tenebras eligēdas esse crediderunt, omnibus poenis, quæ vel hæc, vel præcedentibus legibus aduersus hæreticos definita sunt, iubemur teneri: immò extra Romanū expelli solum, sicut præcedentes religiosissimæ constitutiones de Manichæis constituerunt, ne eorum venenatis fraudibus, sceleratisque cõmentis, innocētum & infirmorum animi decipiantur. Comperimus præterea, quendam eos in cõtumeliam religionis & inuidiam venerabilis synodice definitionis fuisse mentitos, conscriptisque libris & chartarum tomis plurimifixe, quæ eorum insaniam aduersus veram fidem aperte signarent: atque idem præcipimus, vbicunque huiusmodi scripta reperita fuerint, ignibus cõcremari. Eos verò, qui vel scripserint, vel alijs legenda tradiderint docēdi studio vel discēdi, censem deportationem puniri. Docēdi etenim hæc infaustam hæresim, sicut pridem edictis serenitatis nostræ continetur, omnibus adimimus facultatem: quia vltimo supplicio cõcrebitur, qui illicita docere tentauerit. Eos verò, qui discendi studio audierint scelerata differētem, decem librarum auri multa compescimus. Itã enim materia subtrahatur erroris, si peccatorū & doctor defuerit, & auditor, Palladi patris charissime. Illustrius itaque & magnifica autho-

habiti clerici

definiere

Hæreticorum scripta cõcremari

autho.

authoritas tua, edictis propositis, omnibus faciat nota qui iussimus, cognoscentibus moderatoribus prouinciarum, eorumque officij, defensoribus etiã ciuitatum. Quod si ea que mera fide & sancto proposito custodienda censuimus, aut neglexerint, aut permiserint temerari: denarum librarum auri multa percussis, vt religionis legumque proditores, etiã existimatione laborabunt.

Datum 15. Kalen Augusti, Constantinopoli, Sporatio, & qui fuerit nunciatus, consulibus. Legi. Eodem exemplo scripta Valentiniano viro illustri præfecto Illyrici, & Taciano præfecto urbis, & Vincomalo magistro officiorum, & consuli designato. Datum 15. Kalen Augusti, Constantinopoli, Sporatio viro clarissimo, & qui fuerit nunciatus, consulibus. **RELATIO SANCTAE SYNODI Chalcedonensis, ad B. Papam Leonem, de omnibus gestis generaliter.**

Sancta & magna & vniuersalis synodus, que per gratiam Dei, & sanctionem pijsimorum & amatorum Christi Imperatorū nostrorum, collecta est in Chalcedonensium metropoli prouinciæ Bithyniæ, sanctiss. & beatiss. Romanorum archiepiscopo Leoni. Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Hanc tãquam propriam nobis prophetiam gratia coaptauit, à quibus pietatis est restitutio confirmata. Quid enim fide sublimius ad latandum? Quid agnitiōe Dominica festiuus ad coronas, quam nobis olim saluator ipse tradidit ad salutē, inquit: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quaecunque mandauimus vobis. Quam velit auro textam ferientem vsque ad nos, ipse seruasti, vocis B. Petri omnibus constitutus interpres, eius fidei beatificationem super omnes adducēs. Vnde & nos, quippe vt in chœatore bonorū, ea ad vtilitatem videntes, Ecclesiæ filijs hereditatem sortemque veritatis ostendimus, nõ singulatim faciente in occulto vnoquoque doctrinam, sed vno spiritu, vna conspiratiōe atque concordia confessionē fidei declarantes, & eram in cõmuni corona gaudij, quasi in Imperialibus cœnis, delicijs spiritualibus epulantes, quas per tuas literas Christus præparauerat inuitatis, & supercælestem sponsum inter nos cõuersantem nos cernere putabamus. Si enim vbi sunt duo aut tres congregati in nomine eius, ibi se in medio eorū fore perhibuit: quantam circa sacerdotes peculiaritatem potuit demonstrare, qui & patriæ & labori suæ confessionis notitiam prætulerunt? Quibus tu quidem sicut membris caput præeras, in his qui tuum tenebant ordinem, beneuolentiam præferens: Imperatores verò ad ornandum decentissimè præsidebāt, sicut Zorobabel & Iesus, ecclesiæ Hierusalē ædificationē renouare circa dogmata adnitētes.

Psal. 125.

Matt. 28. d

Matt. 18. c

TOM. 2.

Et fuerat utique aduersarius tanquam bestia extra caulas apud semetipsum rugiens, nullū preualens capere, nisi semetipsum ei ad capiendū iniecisset is, qui Alexandrinorū quondam pontifex fuit. Qui multa prius pessimè operatus, superuicit: priora sequentibus superauit. Nam beatum illū inter sanctos Constantinopolis pastorem Flavianum, apostolicam proferentem fidem, & DEO amantiſſ. episcopum Eusebium, præter omnem canonum consequentiã deposuit atque damnauit, Eutychem pro impietate damnatum, suæ tyrannidis decretis innoxium statuit, & dignitatem, quæ à vestra illi ablata fuerat sanctitate, (quippe vt ab eo, qui hac gratia erat indignus) ille restituit, & in summa (sicut singularis ferus) in vineã irruens, quam optimè reperit plãtatam, euertit: quam verò vt infructuosam, eradicaã rursus induxit. Et eos quosdam, qui ea, quæ pastorum sunt, sapiunt, abscondit: eos verò, qui lupi demonstrati sunt, super oues imposuit. Et post hæc omnia, in super & cõtra ipsum, cui vineæ custodia à saluatore commissa est, extēdit insaniam, id est, contra tuam quoque Apostolicam sanctitatem. Et excommunicationem meditatus est contra te, qui corpus Ecclesiæ vnire festinas. Et dum de talibus poenitere eum potius oporteret, dum deberet misericordiã lachrymis postulare, tanquam malè sobrius exultabat, epistolam quidem tuã respiciens sanctitatis, omnibus verò dogmatibus veritatis aduersans. Et quidē oportebat eū mox inter illos, vt in quorū se ipse statuit parte, relinquere. Quoniã verò saluatoris profitemur nos esse discipulos, qui omnes homines saluos fieri vult, & ad cognitionem veritatis accedere, opere hanc in eo misericordiam festinauimus confirmare, & eum cum fraterna mansuetudine ad iudicium vocabamus, nõ quasi tentantes abscondere, sed excusationis ei locum saluandi causa tribuentes. Et orabamus eum declarari victorem cõtra eos, qui eum diuersis accusatiōibus inscribunt, vt festiua celebrique lætitia concilium consummantes, in nullo superaremur à satana. Sed ille in semetipso inscriptam conuictionem conscientie habens, refutatione iudicij, accusatiōnibus suis assensit, & legitimas ad se factas tres euocationes abiicit. Propterea ergo decretum, quod ipse contra semetipsum peccando, ptulerat, hoc (prout potuimus) leuigando firmauimus, lupum pastorali pelle nudates, qua prius quoque figuratim, seu in speciem tantummodò cõuincebatur obtectus. Vsq; ad hæc nobis tristitia prouenientia cessauerunt, & bonorum gratia mox effulsit: & vnū zizaniorum euellentes, mudo tritico vniuersum mundū cum voluptate cõpleuimus. Et tanquẽ euellendi ac plantandi potestatem sumētes, incisionem quidem vnus tantummodò ingemimus, bonorum verò vbertatem diligenter plantauimus. Deus enim erat, qui operatur.

M 3

batur. Et quæ suo sponfo cõcilium corona-
uit ornata decore victoriæ Euphemia, quæ
tanquàm propriam confessionem, fidei de-
finitionem suscipiens à nobis, suo sponfo p
pijssimum Imperatorem & amicam Christi
Augustam obtulit, omnem quidem pertur-
bationem cõtrariorum sedans, veritatis au-
tem confessione roborans, vt amicam, & ma-
nu ac lingua vniuersorum decretis pro de-
monstratione subscriptâ. Hæc sunt q̄ tecum;
qui spiritu præsens eras, & complacere tanq̄
fratribus deliberasti, & qui penè per tuorum
vicariorum sapientiam videbaris à nobis, ef-
fecimus. Indicam⁹ verò, quia & alia quædam
pro rerum ipsarū ordinata quiete, & propter
ecclesiasticorum statutorum definitiuius fir-
mitatem, scientes quia & vestra sanctitas ad-
discens, & probatura, & confirmatura est ea-
dem. Eam nanq; consuetudinē, quæ ex lon-
giam tēpore permansit, quam habuit Con-
stantinopolitanorum sancta Dei ecclesia, ad
ordinadum metropolitanos prouinciarum,
tam Asianæ q̄ Ponticæ, vel Thraciæ, & nunc
synodali decreto. nō tantum firmauim⁹, sed
aliquid Cõstantinopolitanę p̄stantes, quan-
tū metropolitanis vrbibus ad quietem cõ-
gruere visum est, eò quod frequenter episco-
pis vitā finientibus, multæ turbæ nascuntur,
absque rectore clericis ac populis remanen-
tibus, qui per eandem sunt ciuitates, & eccle-
siasticum confundentes ordinem, quod nec
vestra latuit sanctitatem, quam maximè pro-
pter Ephesios, vndè quidā vobis sepius im-
portuni fuerunt. Cõfirmauimus autē & cen-
tum quinquaginta sanctorum patrum, qui
in Cõstantinopoli congregati sunt, regulā,
sub piæ memoriæ maiore Theodosio, quæ
præcepit, post vestram sanctissimam & Apo-
stolicam sedem, honorem habere Cõstanti-
nopolitanam, quæ secunda est ordinata, con-
sidentes, quia lucente apud vos Apostolico
radio, & vsque ad Cõstantinopolitanorum
ecclesiam consuetē gubernando illum spar-
gentes, hunc sepius expāditis, eo quod absq;
inuidia consueueritis vestrorum bonorum
participatione ditare domesticos. Quæ igitur
definiuimus, ad interemptiōem quidem
totius confusionis, confirmationem verò ec-
clesiasticæ ordinationis definiuimus. Hæc,
sicut propria & amica, & ad decorem conue-
nientissima, dignare complecti sanctissime
& beatissime pater. Qui enim locum vestræ
sanctitatis obtinent sanctissimi episcopi Pa-
schasinus & Lucentius, & qui cum eis est re-
uerendissimus presbyter Bonifacius, ijs itā
constitutis vehementer resistere tentauerūt,
proculdubid à vestra prouidentia inchoari
& hoc bonum volentes, vt sicut fidei, sic bo-
næ ordinationis vobis deputeretur effect⁹. Nos
enim curantes tam pijsimos & Christi ami-
cos Imperatores, qui super hoc delectantur,
quàm clarissimū senatum, & totam (sicut di-
cere conuenit) imperij ciuitatem, opportu-

videlicet
anno Do-
mini 383.

TOM. 2.

num credidimus esse, honoris eius cõfirma-
tionem ab vniuersali cõcilio celebrari, & ve-
lut hæc à tua sanctitate fuerint inchoata, eò
q̄ fouere semper studeas, roborauim⁹ presu-
mentes, dum nouerimus, quia quicquid recti-
tudinis à filijs fit, ad patres recurrit, facientes
hoc proprium sibi. Rogamus igitur, & tuis
decretis nostrum honora iudicium, & sicut
nos capiti in bonis adiecimus cõsonantiam,
sic & summitas tua filijs (quod decet) adim-
pleat. Sic enim & pij principes cõplacebunt,
qui tanquàm legem tuę sanctitatis iudicium
firmauerunt, & Cõstantinopolitana sedes
suscipiet præmium, quæ omne semper studi-
um vobis ad causam pietatis sepleuit, & se-
metipsam vobis ad concordiam eodem zelo
coniunxit. Vt autem cognoscatis, quia nihil
alicui donando per gratiam fecimus, aut per
inimicitias aduersando, sed (quippe nutu gu-
bernati diuino) omem vobis gestorum vim
insinuauim⁹, ad cõprobationem nostræ syn-
ceritatis, & ad eorum quæ à nobis gesta sunt,
firmitatem & consonantiam. Scripsi pridie
Calen Aprilis, feria tertia, indictione 13.

EPISTOLA SANCTISSIMI ET BE-
atissimi atque apostolici, Dei gratia per omnia pleni
Leonis pape, omnia gesta sanctæ Chalcedonenē synodi
confirmantis, & sola illa infringētis, quæ per ambitio-
nem Cõstantinopolitanorum gesta sunt cõtra Nicæ-
neni statuta concilij. Quæ quidem epistola respondet
ad relationem sanctæ synodi suprascriptam:

Omnem quidem fraternitatem vestram
nōsse non ambigo, definitionem san-
ctæ synodi &c. Hæc epistola in epistolari Leonis
pape, epistola 59. ponitur.

ACTIO QVARTA CHAL-
cedonenē concilij.

Consulatu domini nostri Martiani per-
petui Augusti, & q̄ fuerit nunciatus, 16.
Kalē Nouemb. Chalcedone secundum ius-
sionem sanctissimi & pijsissimi domini Marti-
ani perpetui Augusti, congregatis in sanctif-
sima ecclesia sanctę martyris Euphemie, glo-
riosissimis iudicibus, hoc est, magnificenti-
mo & gloriosissimo præfecto sacrorum præ-
toriorum Palladio, & magnif. & glorios. præ-
fecto vrbis Taciano, & magnif. & glorios. ma-
gistro sacrorū officiorum Vincomalo, & ma-
gnif. & glorios. ex magistro Martiali, & ma-
gnif. comite deuotissimorum domesticorū
Sporatio, & magnif. comite sacrorum priua-
torū Genethlio: ad hæc & gloriosissimo se-
nato, hoc est, magnif. & glorios. præfecto
& exconsule ac patricio Florētio, & magnif.
& glorios. exconsule ac patricio Senatore,
& magnif. & glorios. ex magistro & consule
& patricio Nomo, & magnif. & glorios. ex-
præfecto & exconsule & patricio Protoge-
ne, & magnif. & glorios. exp̄fecto vrbis Zo-
odoro, & magnif. & glorios. exp̄fecto Apol-
lonio, & magnif. & glorios. exp̄posito sac-
cri cubiculi Romano, & magnif. & glorios.

cx.

exp̄fecto Illyrici Theodoro, & magnif. &
glorios. exp̄fecto pratoriorum Cõstati-
no, & magnif. & glorios. exp̄posito sacri
cubiculi Artaxerxe. Congregato autē & san-
cto vniuersaliq; concilio, quod secundum di-
uinam sanctionem in Chalcedonenē ci-
uitate collectum est, Paschasino & Lucentio
reuerend. episcopis, & Bonifacio reuerend.
presbytero, habentibus locū sanctiss. & Deo
dilectiss. episcopi senioris Romæ Leonis, &
Anatolio magni nominis Cõstantinopolis
nouæ Romæ episcopi, & reliquis sanctiss. &
reuerend. episcopis, id est, Maximo Antio-
chiæ Syrię, Quintillo Heraclææ Macedonię,
habente locum Anastasij episcopi Thessalo-
niceñ, Stephano episcopo Ephes, Luciano
Byziæ, habente locum Cyriaci episcopi He-
raclææ Thraciæ, Diogene Cyzici, Petro Co-
rinthi, Florētio Sardeorum, Eunomio Nico-
medię, Eusebio & Cõstantino presbyteris,
habentibus locum Anastasij episcopi Niceæ,
Eleutherio Chalcedonæ, Meletio Larissæ, ha-
bente locū Domni episcopi Apameæ Syriæ
secundæ, Amphilochio Sidæ, Iuliano Coen-
sis ciuitatis, habente locum & ipso sedis apo-
stolicæ Romæ, Theodoro Tarbi, Cyro Ana-
zarbi, Cõstantino Bostorum, Photio Ty-
ri, Theodoro Damasci, Nonno * Edeßæ, Si-
meone Amidæ, Ioāne Sebastia, Seleuco Ama-
ssiæ, & reliqua synodo. Et residentibus om-
nibus ante altaris sanctissimi cancellos, propo-
sit in medio sacrosanctis euangelijs, Glo-
riosissimi iudices & amplissimus senatus di-
xerunt: Vt sciamus, quæ gerenda sint, relegā-
tur ea quæ in præcedentibus sunt audientijs
constituta. Cõstantinus vir deuotus magi-
strianus & secretarius, ex scheda gestorū sub
consulatu domini nostri Martiani perpetui
Augusti, & qui fuerit nunciatus, octauo Idus
Octobris Chalcedõe inter alia legit: Magni-
ficentissimi & gloriosissimi iudices, & am-
plissimus senatus dixerunt: De orthodoxa
quidem & catholica fide integrius & subti-
lius in concilio post hunc diem inquisitionē
fieri oportere perpendimus. Quoniam autē
Flauianus reuerendæ memoriæ, & Eusebius
reuerend. episcopi, ex gestorum & cognitio-
num perscrutatione, & ipsa voce aliorum,
qui priores fuerant in illo concilio, & se er-
rāsse dicentium confessione, quod vanè fue-
runt cõdemnati, qui nihil in fide peccauerāt,
probātur iniuste damnati, videtur nobis se-
cūdum hoc, quod Deo est placitum, iustum
esse, si visum fuerit sacratiss. & pijs. * domino
nostro, increpationi simili subiacere Diofco-
rum Alexandriæ, & Iuuenalem reueren. epi-
scopum Hierosolymorū, & Thalassium re-
uerend. episcopum Cæsareæ Cappadociæ, &
Eusebium reuerend. episcopum Ancyræ, &
Eustathium reuerend. episcopum Beryti, &
Basiliū reuerend. episcopum Seleuciæ Ika-
riæ, qui potestatem habuerunt, & principes
tunc fuere concilij, & cadere secundum cano-

*Edeßæ,

*concilio

TOM. 2.

nes de sancta synodo, vt alieni à dignitate
episcopatus existant, omnibus quę subsequen-
ta sunt, à sacro vertice cognoscēdis. Post ali-
qua magnificentissimi & gloriosiss. iudices
& amplissimus senatus dixerūt: Vnusquisq;
reuerendiss. episcoporū huius præsentis san-
cti concilij, quomodo credit, per scripturam
sinē aliquo metu, solius DEI timorem præ-
oculis habeas, festinet exponere, sciens quia
sacratissimus & pijs. dominus noster Impe-
rator secundum Nicenam expositionem san-
ctorum patrum trecentorum decem & octo,
& secundum expositionem sanctorū patrum
centum quinquaginta, qui post hæc collecti
sunt, & secundum canonicas epistolas & ex-
positiones sanctorum patrū, Gregorij, Basi-
lij, Hilarij, Athanasij, Ambrosij, & Cyrilli ca-
nonicas duas epistolas, q̄ sunt in primo eph-
sino publicatæ concilio atq; firmatæ, credit,
nullo modo ab eorum fide recedens. Nam &
reueren. archiepiscopus senioris Romæ Leo
pro cõtentione, quæ ab Eutyche infideliter
& cõtra catholicam religionem facta est, vi-
detur ad reuerendissimæ memoriæ Flauianū
epistolam direxisse. Beronicianus vir deuo-
tus secretarius, ex alia scheda gestorum, reci-
tauit ea quæ acta sunt: Consulatu domini no-
stri Martiani perpetui Augusti, & eius qui fu-
erit nunciatus, sexto Idus Octob. Chalcedo-
næ. Et post alia legit: Magnificētissimi & glo-
riosi iudices & ampliss. senatus dixerūt: Disce-
ratur auditio vsq; ad dies quinq; vt inter hæc
vestra sanctitas cõgregetur ad sanctiss. archie-
piscopum Anatolium, & de fide cõmuniter
cogitetis, vt ij qui dubitāt, doceantur. Et post
reliqua, magnif. & glorios. iudices & amplif.
senatus dixerunt: Necessarium non est, omnes
vos conuenire. Sed quoniam consequens est
credere dubitantes, reueren. episcopus Ana-
tolius eligat ex ijs, qui subscripserunt, quos
putauerit esse dignos, vt doceant dubitantes.
Post reliqua, magnif. & glorios. iudices, &
amplissimus senatus dixerunt: Interloquu-
tio, quæ præcessit, tradatur effectui. Magni-
ficētissimi & glorios. iudices & amplif. sena-
tus dixerūt. Manifestatis ijs, quæ iam pridem
constituta sunt, quod placuit reuerendo cõ-
cilio de sancta fide, ipsum nos doceat. Pa-
schasinus & Lucentius reuerendissimi epi-
scopi, & Bonifacius reuerend. presbyter, vi-
carij sedis Apostolicæ, per Paschasinum virū
reuer. episcopū dixerūt: Sancta & beatissima
synodus fidei regulam, quæ apud Nicæā a pa-
tribus est cõstituta, sequitur & tenet, sed eti-
am & centum quinquaginta apud Cõstati-
nopolim, sub sanctę recordationis Theodo-
sio maiore cõgregata synodus, ipsam fidem
confirmauit, cuius symboli expositionem à
beatæ recordatiōis viro Cyrillo apud Ephe-
sum expositam (quādd Nestorius est pro sui
calliditate damnatus) similiter amplectitur.
Tertid verò beatissimi & apostolici viri vni-
uersalis ecclesiæ papæ Leonis, Nestorij & Eu-

Habentur
actione huius
concilij
prima.

Epistola 2.

M 4 cy.

tychetis hæresim damnantis, directa scripta, quid vera fides habeat, exposuerunt. Similiter verò & sancta synodus hæc fidem tenet, hanc sequitur, nihil amplius nec addere potest, nec minuere. Quia expositione interpretata græcè per Beronicianum, videlicet secretarium diuini consistorij, reuerend. episcopi clamauerunt: Omnes sic credimus, Sic baptizati sumus. Sic baptizam, sic credimus. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Quoniam sacra euangelia posita à reuerentia vestra perspicimus, singuli reuerend. episcopi, qui conuenerunt, doceant, si expositio trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui olim in Nicea collecti sunt, & post hæc centum quinquaginta, qui in regia congregati sunt ciuitate, consonant epistolæ reuer. papæ Leonis. Anatolius reuerend. episcopus regie Constantinopolis, dixit: Epistola sanctissimi & Deo amatissimi archiepiscopi Leonis, consonat symbolo trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui apud Niceam, & centum quinquaginta, qui apud Constantinopolim postea sunt collecti, qui eandem fidem confirmauerunt: sed & ipsi, quæ in Epheso sub beatissimo & sanctissimo Cyrillo gesta sunt ab vniuersali & sancto concilio, quando maledictum Nestorium condemnavit. Quapropter consensu, & eidem epistolæ libenter subscripsi. Paschasius & Lucetius viri reuerend. episcopi, & Bonifacius presbyter, vicarij sedis Apostolicæ, per virum reuerend. Paschasium dixerunt: Manifestum est, nec poterit dubitari, vnam fidem beatissimi papæ sedis Apostolicæ rectoris Leonis, cum trecentorum decem & octo apud Niceam patrum concordare atque detineri, ceterum quoque quinquaginta apud Constantinopolim congregatorum sacerdotum, qui eandem fidem firmauerunt: sed & Cyrilli sancte recordatiõis viri apud Ephesum (quando Nestorius pro suo errore damnatus est) statuta in nullo penitus discordare. Ideoq; etiã beatiss. papæ epistolam, quæ illam fidem exposuisse, causa erroris Eutychie, est visa, vno sensu, vno quoque spiritu videri illi fidei esse coniuncta. Maximus reuer. episcopus Antiochiæ Syriæ, dixit: Concordat epistola sanctiss. archiepiscopi regie Romæ Leonis, expositionibus trecentorum decem & octo apud Niceam sanctorum patrum, & centum quinquaginta apud Constantinopolim nouam Romam, & in Epheso à sanctiss. episcopo Cyrillo expositæ fidei. Et subscripsi. Stephanus reuerend. episcopus Ephesi, dixit: Concordat, & subscripsi. Diogenes reuer. episcopus Cyzici, dixit: Consonat, & subf. Cyr. episcopus Anazarbi, dixit similiter: Consonat, & subf. Constantinus reuer. episcopus Bostorum Arabiæ, dixit: Consonat, & subf. Ioanes reuer. episcopus Sebestiæ Armeniæ primæ, dixit: Secundum intellectum meum intentio epistolæ sanctiss. archiepiscopi Romæ Leonis, consonat fidei trecentorum decem & octo, & cen-

TOM. 2.

tum quinquaginta, qui post hæc apud Constantinopolim congregati sunt, & expositiõ, quæ in Epheso in datione impij Nestorij facta est, cui beatiss. Cyrillus psidebat. Et in ea epistola subf. Constantinus episcopus Metinæ, similiter. Seleucius episcopus Amasiæ similiter. Patricius episcopus Tyanorum, similiter. Theodorus episcopus Damasci, similiter. Photius episcopus Tyri, similiter. Simeonius episcopus Amidæ, similiter. Pergamius episcopus Antiochiæ Pisdie, similiter. Theodorus episcopus Tarsi, similiter. Francion episcopus Philippopolis, similiter. Eusebius episcopus Dorylei, similiter. Florentius episcopus Sardeorum, similiter. Amphilocheus episcopus Sidæ, similiter. Marinius episcopus Synnadorum, similiter. Epiphanius episcopus Perge, similiter. Onesiphorus episcopus Iconij, similiter. Petrus episcopus Gangrorum, similiter. Theodosius episcopus Canothæ, similiter. Sabas episcopus Palti, similiter. Epiphanius presbyter, habes locum *Aetherici episcopi Põpeiopoleos, similiter. Philotimus presbyter, habes locum *Themestij episcopi Amastridis, similiter. Abraam episcopus Castri Circei, similiter. Eudoxius episcopus Etennorum, similiter. Eugenius episcopus Corenorum, similiter. Oribius episcopus Coracesij, similiter. Neon episcopus Pylly, similiter. Theophilus episcopus Orei, similiter. Verus presbyter, obtinens locum Maræ episcopi Cordiluforum, similiter. Sebastianus episcopus Beroe, simil. Aristomachus episcopus Colona, simil. Iulianus episcopus Coenlis, simil. Theodoretus episcopus Cyri, simil. Cecropius episcopus Sebastopolis, simil. Acacius episcopus Ariarathiræ, similiter. Atticus episcopus Zolorum, simil. Heraclius episcopus Comanorum, simil. Meletius episcopus Larissæ, simil. Olympius episcopus Pameadis, simil. Timotheus episcopus Balanorum, simil. Iulianus episcopus Rhosi, simil. Paulus episcopus Mariamniæ, simil. Atarbi episcopus Trapezuntis, simil. Photinus diaconus, vicarius Dorothei, episcopus Neocæsareæ, simil. Ioannes episcopus Polemonij, simil. Gratidianus episcopus Cerasuntis, simil. Ioannes episcopus Carrhæ, simil. Rhenus episcopus Iunopolis, simil. Caiumas episcopus Marcopolis, simil. Athanasius episcopus Parynsulæ, simil. Basilus episcopus Traianopolis, simil. Docimasius episcopus Marone, simil. Serenus episcopus Maximianopolis, simil. Eusebius episcopus Seleucobeli, similiter. Eusebius & Constantinus presbyteri & vicarij Anastasij Niceæ, simil. Porphyrius archidiaconus, locum tenens Vranij episcopi Emisæ, simil. Theodorus episcopus Claudianopolis, simil. Ioannes episcopus Germaniciæ, simil. Euoltius episcopus Zeugmatis, simil. Quintillus episcopus Heracleæ, tenens locum Anastasij Thessalonicensis, & Petrus episcopus Corinthi, & Atticus episcopus Nicopolis, & Lucas

*Themestij

*Beroeæ

Lucas episcopus Dyrhachij, & Martyrius episcopus Gortynæ, & Constantinus episcopus Demetriadis, tenens locum Vigilantij episcopi Larissæ, & reuerend. Macedoniæ primæ episcopus, id est, Zoson Philipporum episcopus, & Eusebius episcopus Topiri, & Maximus episcopus Chersonesi, & Nicolaus episcopus Stoborù, & Ioannes episcopus Parthenopolis, & Dardanius episcopus Bargylæ, & Honoratus episcopus Thassi, & Niceas episcopus Megaræ Helladis, & Ioannes episcopus Melfenæ, & Ophelimus episcopus Tegeæ, & Athanasius episcopus Opuntis, & Irenæus episcopus Naupacti, & Dominus episcopus Platææ, & Onesimus episcopus Argorù, & Marcus episcopus Eurie veteris Epiri, & Peregrinus episcopus Phœnicie, & Eutychie episcopus Adrianopolis, & Claudius episcopus Anchiæxi, & Sotericus episcopus Corcyræ, & Petrus episcopus Echineorum nouæ Epiri, & Eusebius episcopus Apollonia Cretæ, & Cyrillus episcopus Subritis Cretæ, & Gennadius episcopus Gnosii, & Demetrius episcopus Lappæ, & Euphrates episcopus Eleuthernæ, tenens locum Pauli episcopi Candia, ex charta dictauerunt notis per Zosontem episcopum Philipporum: Nos sanctorum patrum trecentorum decem & octo fidem, quæ est salus nostra, & seruamus, & cum ipsa vitæ nostram complere oramus. Necnon & centum quinquaginta, per nullum modum antedictæ fidei consonant, quam & seruantes exequimur, & omnia quæ acta sunt & decreta in prima Ephesiaca synodo, cuius præsidens fuerunt beatiss. Cælestinus apostolicæ sedis præsul, & beatiss. Cyrillus episcopus magnæ ciuitatis Alexandriæ, & summè orthodoxum esse sanctissimum patrem nostrum archiepiscopum Leonem, perfectissimè nouimus. Factum est autè nobis certum, de epistola missa ab ipsis beatitudine sanctiss. episcopi Paschasio & Lucentio, qui locum continent Apostolicæ sedis, qui nobis dilucidauerunt, quæ linguæ obscuritas fecernere subsannabat. Quando enim secundum iussionem potestatis vestre, ad sanctiss. archiepiscopum Constantinopolis magnæ ciuitatis Anatoliæ, & ad confidentem ei sanctiss. synodum, peruenimus, volentes, de quibus paulo ante dubitabamus, doceri, inuenimus ipsorum sanctitatè paratissimam ad expellendam omnem dubitationem. Omnem enim hominem anathematizabant separantem à diuinitate carnem Dñi & Dei saluatoris nostri Iesu Christi, quam sibi adunavit de sancta virgine Maria genitrice Dei, & non dicentem, quæ Deum decent, & quæ conueniunt ipsius essentiæ inconfusè, & indiuisè, & sine cõuersione. Et per hoc nobis satisfactum est. Et per omnia consonare estimantes præscriptis sanctis patribus, huic epistolæ consensimus & subscripsimus omnes antedicti reuerend. episcopi. Omnes de Illyrico eadem vocem dedimus, cui omnes consenti-

*Subritis

TOM. 2.

mus. Leontius episcopus Astalonis, & Photinus episcopus Lyddæ, & Paulus episcopus Anthedonis, & Heraclius episcopus Azoti, & Stephanus episcopus Iamniæ, & Polychronius episcopus Antipatriedis, & Pancratius episcopus Libyadis, & Zosimus episcopus Minoidis, & Anianus episcopus Capitoliadis, & Zebenus episcopus Pelle, & Ioannes episcopus Tiberiadis, & Ioanes episcopus Gadaron, & Beryllus episcopus Aialæ, & Aretas episcopus Elufæ, & Musonius episcopus Zoaræ, & Marcianus episcopus Illi, ex charta dictauerunt p Anianu episcopu Capitoliadis: nos sanctorum patrum trecentorum decem & octo, qui in Nicea ciuitate conuenerunt, fidem semper seruauimus, & seruamus, & cum ea vitæ nostræ finem complere oramus. Sequimur autè & centum quinquaginta nullo modo dissonantem. Consentimus autem actis & constitutis in prima ephesi synodo à beatiss. & sanctissimæ memoriæ Cyrillo, qui fuit episcopus Alexandriæ magnæ ciuitatis. Sed & lecta est nobis epistola beatiss. & Deo amatissimi archiepiscopi Romani Leonis, in plurimis relictè habens & prædictis consonans, & consentimus. Aliqua autem nobis ex ipsa apparuerunt verba, ut partitionem & separationem aliquam demonstrantia sic volentibus sapere. De quibus & ab initio ante vestram clementiam certabamus, & tunc à vestra iussu exire magnificentiã, audiebamus à sanctissimis patribus & episcopis & presbyteris locum continentibus sanctissimis & DEI amatoris præcipui archiepiscopi Leonis, quia nullam dicunt partitionem in Domino & saluatore nostro Iesu Christo, sed vnum eundemque Dominum filium Dei. Propter quod consensimus, & tomo subscripsimus. Exultauimus autem & nunc ipsos, quia si inuitati fuerint à vestra magnitudine, eadem confitebuntur. Pro vtilitate totius mundi omnes prædicti reuerendissimi episcopi eadem diximus, & his consentimus. Nuncochius episcopus Laodiceæ Phrygiæ Pacatiang, dixit: Epistola beatissimi Leonis, in qua & subscripsimus, consonat expositioni fidei sanctorum patrum, qui in Nicea, & centum quinquaginta, qui congregati sunt in Constantinopoli, & synodo Ephesiã, cuius præsidens fuit beatissimus Cyrillus. Nonnus reuerend. episcopus Edesæ, similiter. Polychronius episcopus Epiphaniæ, similiter. Alexander Sebestiæ episcopus, similiter. Eunomius episcopus Nicomediæ, similiter. Callinicus episcopus Apameæ Bithyniæ, simil. Theodorus episcopus Tripolis, sim. Apragmonius episcopus Chij, sim. Cossinius episcopus Hierocæsareæ, sim. Eulogius episcopus Philadelphiæ, sim. Epiphanius episcopus Cestriæ, sim. Andreas episcopus Sestoriurum, sim. Iulianus episcopus Celæderitis, sim. Patricius episcopus Acamasiæ, sim. Dionysius episcopus Attaliæ, sim. Helias episcopus Bleadri, sim. Romanus episcopus Myron, sim. Neoptolemus episcopus Carnon,

recti for. * cõfessuros.

nas suscipere. Petimus autem vestram sublimitatem, & hanc sanctam & magnam synodum, ut misereamini nobis, & expectetis nostrum archiepiscopum, ut secundum antiquam consuetudinem illius sequamur sententiam. Quia si extra voluntatem praesidis nostri aliquid faciamus, sicut presumptores & non seruantes secundum canones antiquam consuetudinem, omnes Aegyptiacae regionis insurgent in nos. Ergo miseremini nostrae senectutis. Miseremini, & non nos faciatis in peregrinatione nostram vitam consumere. Et iidem reuerend. episcopi iactauerunt se in terra, & dixerunt: Clementes estis, miseremini nostri. Cecropius reuerendiss. episcopus Sebastopolis, dixit: Vniuersalis haec synodus, Aegyptiaca regione maior est, & fide dignior. Et non est iustum, decem haereticos audiri, & praetermitti mille ducentos episcopos. Non enim eos exigimus, ut pro alijs suam fidem ostendant, sed dicimus, ut ipsi pro sua persona rectae fidei consentiant. Reuerend. episcopi Aegyptiorum clamauerunt: Iam non possumus habitare in prouincia. Miseremini nostri. Eulcbius reuerend. episc. Dorylei, dixit: Procuratores sunt isti omnium Aegyptiorum, & debent vniuersalem synodum sequi. Lucentius reuerendissimus episcopus, vicarius sedis Apostolicae, dixit: Si errant, doceantur per vestrorum vestrorum magnificentiam, quia non possunt decem homines prauidicium facere synodo sexcentorum episcoporum, nec catholicae fidei. Reuerend. episcopi Aegyptij clamauerunt: Occidimur. Miseremini nostri. Omnes reuerend. episcopi clamauerunt: Videtis, quomodo testimonium perhibent suis episcopis, dicentes, quia occidimur? Aegyptij reuerend. episcopi dixerunt: Morimur per vestigia vestra, miseremini nostri. Moriamur a vobis, & non illic. Fiat hic archiepiscopus, & subscribimus, & consentimus. Miseremini canorum nostrorum. Detur hic archiepiscopus. Nouit Deo amantissimus archiepiscopus Anatolius, quia talis consuetudo Aegyptiacam regionem obtinuit, ut omnes episcopi obediant archiepiscopo Alexandriae. Non quia non obtemperam? synodo, sed occidimur in parria. Miseremini nostri, potestatem habetis. Subditi sumus, non recusamus. Libetius est nos mori a domino mundi, & a vestra magnificentia, vel ab hac sancta synodo, quam illic. propter Deum miseremini istorum canorum, parcite decem hominibus. Omnes episcopi reuerendissimi clamauerunt: Isti haeretici sunt. Reuerendissimi episcopi Aegyptij dixerunt: Potestatem habetis in animam nostram, parcite decem hominibus. Morimur illic. Melius est hic mori. Misericordes sunt domini. Nouit consuetudinem Anatolius archiepiscopus. Hic sumus, vsque dum fiat archiepiscopus. Sedes nostras volunt, tollant. Nolumus esse episcopi. Solummodo non moriamur.

TOM. 2.

Date archiepiscopum, & si contradixerimus, punite nos. Consentimus his, quae decreuerit potestas vestra. Non contradicimus, sed eligite archiepiscopum. Hic expectamus, vsque dum ordinetur. Omnes reuerend. episcopi clamauerunt: Subscribamus damnationi Dioscori. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & ampliss. senatus dixerunt: Quoniam reuerend. episcopi Aegyptiorum, non ut repugnantes catholicae fidei, subscribere in praesenti distulerunt epistolam sanctiss. archiepiscopi Leonis, sed dicentes consuetudinem esse in Aegyptiaca regione, extra sententiam & iussionem archiepiscopi nihil tale se posse, (postquam autem sustineri se, donec consecratur episcopus, qui ordinandus est magnae ciuitatis Alexandriae) rationabile nobis & clemens esse apparuit, ut in eodem habitu expectent in regia ciuitate, & dilatione habeant vsque ad ordinationem archiepiscopi magnae ciuitatis Alexandriae. Paschasius vir reuerendiss. episcopus, vicarius sedis apostolicae, dixit: Si praeeperit gloria vestra, & iubetis illis aliquid praestari humanitatis, fidei iussoribus datis, non exeant de ista ciuitate, quam diu Alexandria episcopum accipiat.

Magnificentiss. & gloriosiss. iudices & amplissimus senatus dixerunt: Sanctiss. Paschasii sit firmum iudicium. Vnde permanentes in proprio habitu reuerendiss. episcopi Aegyptiorum, aut dent fidei iussoribus, si hoc illis est possibile: aut per sacramenta eis credatur, quia expectant ordinationem futuri episcopi magnae ciuitatis Alexandriae. Per iussionem gloriosissimorum iudicum & amplissimi senatus, & sanctae synodi, intrantibus, Faustus, Martino, Petro, Manuele, Abramio, Iob, Antiocho, Theodoro, Paulo, Iacobo, Eusebio, Tryphone, Marcello, Timotheo, Pergamio, Petro, Asterio, Ioanne, reuerendiss. presbyteris & archimandritis, & confidentibus, magnificentiss. & gloriosiss. iudices & amplissimus senatus dixerunt: Petitiones porrectae sunt diuinis. & pijsimo nostro Imperatori, ex nomine Caroli & Dorothei reuerendissimorum archimandritarum, & alterutrum aliquorum. Nomina autem illorum, qui eas porrexerunt, manifesta fiant his, qui introierunt reuerend. viris, ut dicant, si omnes nouerunt esse archimandritas. Et audientes reuerend. archimandritas nomina eorum, qui petitiones porrexerunt, per Faustum reuerend. archimandritam dixerunt: Carosus & Dorotheus archimandritas sunt. Helpidius monumentorum procurantium cultus est. Photinus autem quis est, non nouimus. Eutyechius de basilica Caestine est, quia monasterium non habet. Theodorus in monimētis habitat. Moyse non nouimus. Maximus, archimandrita est, magister Eutyechis. Gerontius non nouimus. Nemesinum non nouimus, sed & nomen eius miramur. Theophili & nomen miramur. Thomam

mam

Xylocercus nomen loci est, vbi duo vel tres monachi habitant.

mam similiter non nouimus. Leontius ex Vrsario est. Hipsius in monimētis habitat, habet duo vel tria nomina in Xylocerco. Callinicus habet decem nomina in memoria in Xylocerco. Paulus de Bithynia est, habitans in monumento. Gaudentius in monumentis habitat. Habet quinque nomina in Philipianis. Eugnomem non nouimus. Rogamus aliquos mitti a vestra magnificentia, & a vestra sancta synodo, ut ambulent, & videant monasteria eorum, & dicant, si habent monasteria, an deludant, & noceant honoribus archimandritarum, & an modo debent accipere disciplinam, ut non se dicant archimandritas, qui in monimētis habitant. Petimus etiam, ut & illi, qui se dicunt esse monachos, & non agnoscuntur, nec a vestra magnificentia, nec a sanctissimo archiepiscopo, nec a nobis, ut exeant a ciuitate, sicut impostores propter scandalum, quod conati sunt facere.

Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Intrent reuerendissimi monachi, qui petitiones porrexerunt. Et intrauerunt Carosus & Dorotheus, & Helpidius, & Photinus, & Eutyechus, & reliqui reuerend. monachi, & Barsumas monachus, in super etiam & Calopodius eunuchus.

Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Petitiones olim reuerentia vestra victori summo porrexerunt. Ergo respicientes, quae vobis proferunt, dicite, si eas agnoscitis a vobis porrectas. Carosus & Dorotheus reuerendissimi Archimandritas, & reliqui respicientes petitiones, dixerunt: Ista sunt petitiones, quas nos porreximus. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Recitentur petitiones. Et antequam recitaretur, Anatolius reuerendissimus archiepiscopus Constantinopolis, dixit: Calopodius & Gerontius, qui inter eos presbyteri sunt, olim damnati sunt, & non illis licet intrare. Calopodius & Gerontius dixerunt: Nemo nobis dixit quia damnati sumus. Modo nobis dixerunt. Aetius archidiaconus sanctae ecclesiae Constantinopolitanae, vadens ad Calopodium eunuchum, dixit ei: Archiepiscopus per me archidiaconum dicit tibi, quia damnatus es. Et exi. Calopodius dixit: Pro qua causa? Aetius archidiaconus dixit: Ut haereticus. Calopodius dixit: Suggesto, ut legantur petitiones nostrae. Gloriosissimi & magnificentissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Recitentur. Beronicianus deuotissimus magisterianus & secretarius sacri consistorij, recitauit.

DIVERSORVM ARCHIMANDRITARVM EPISTOLIUM AD MARTIANVM AVGVSTVM.

Pijsimo & Christi amantissimo Imperatori nostro nouo Constantino Martiano, a Caroso, Dorotheo, Helpidio, Photino,

TOM. 2.

no, Eutychio, Theodoro, Moyse, Maximo, Gerontio, Nemesino, Theophilo, Thoma, Leontio, Hipsio, Callinico, Paulo, Gaudentio, Eugnomene, viris archimandritis, & ab omnibus in Christo comitibus suis, & reliquis clericis & monachis & laicis. Semper Imperium Romanorum, & praesertim a Theodosio maximo & beato, vniuersum mundum pacis bono compleuit, laborans pro recta fide. Sed quoniam quisque suum quaerit, non etiam proximi, (sicut sancta scriptura) omnia soluta sunt, apostolorum fides turbata est, & ea quidem quae sunt inimicorum, Iudeorum dicimus & Paganorum, quantum pessima, tamen in pace constituta sunt. Nostra autem in bello inter conciliabili persistunt. Haec autem correctio seruabatur vestro amico Christi Imperio, ut non in recta fide fiat schisma, sed ut fides firmaretur a diuinitate vestra. Omnis enim iustitia omnem quidem iudicem deest, sed praecipue Imperatorem, & maxime piuum. Vnde ad ipsum pertinet, ius promulgare legitimum. Suggestimus ergo pietati vestrae, ut praecipiat vniuersalem fieri synodum, quam vestra pietas prouidentiam faciens, nostrum omnium saluti iam conuenire sancit. Vacent autem turbationes & subscriptiones, quae per violentiam sunt, & persecutiones, quae semper a clericis contra nos meditantur, & quas conantur facere, latentes vestram pietatem. Et petimus diuinitatem vestram, iam neminem iactare, nec a monasterio, nec ab ecclesia, neque a Basilica martyris, vsque ad iustum sanctae synodi iudicium, ne canonicis regulis obviare videamur, & ne forte aliqui, alijs seditionem facientibus, haec pietati vestrae putent ascribenda, quam pacem diligere, & pro ipsa pro omnibus nouimus cogitare, ut iterum per sanctos patres, sancta fide confirmata, possimus reliquum tempus vitae nostrae castè & pie viuere, & in pace incessanter consuetas orationes offerre Domino nostro Christo pro diuturnitate aeterni vestri Imperij, qui & sua bona voluntate inuisibiliter nobis donauit imperium diuinissimi Augusti: Diogenes reuerendus episcopus Cyzici, dixit: Barsumas, qui inter illos intrauit, occidit beatum Flavianum. Ipse instabat, & dicebat: Occide. Et non est positus in petitionibus, quare introiuit? Omnes reuerend. episcopi clamauerunt: Omnem Syriam Barsumas euertit, Duxit super nos mille monachos. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus, ad monachos dixerunt: Secundum vestram petitionem, quam per suggestiones dedistis, diuus & pijsimus Imperator & sanctam synodum conuenire, & vos introire praecipit. Ergo postquam intraistis, sustinete discere, quae ab ipsa sancta synodo de fide formantur. Carosus & Dorotheus reuerend. archimandritas,

Philip. 2. a

N

ditæ, & cæteri monachi, dixerunt: Rogamur ut recitetur libellus, qui à nobis offertur. Omnes reuerendissimi episcopi clamauerunt: Homicidâ Barfumâ mitte foras, Homicidâ in arena, Anathema Barfumæ, Barfumâ in exilium. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimi senatus dixerunt: Recitetur libellus, quæ reuerend. monachis porrectus est.

Constantinus deuotiss. secretarius diuini consistorij, accipiens ab eis, recitauit:

EPISTOLA ARCHIMANDRITARUM ad Chalcedonensium concilium, pro Dioscorigo rehabilitatione.

Sancæ synodo, quæ hęc modò profecta est, ab archimandritis & omni in Christo fraternitate. Ad primam uocationem conuenire habuimus ad uestram sanctitatem: sed quia piissimus Imperator, sanctiss. archimandrita & presbytero Caroso mandauit nõ venire, nisi & ipsius pietas presens fuerit, nos autem sine ipso intrare superuacuum putauimus, quia pater est noster, sicut & uestræ sanctitati per rescripta mandauimus, ob hoc non uenimus. Nunc autem ad uos uenientes, petimus uestram sanctitatem, ut omnia consequenter procedant, & ad hoc concilium conueniant sanctiss. archiepiscopus Dioscorus, & qui cum ipso sunt sanctiss. episcopi. Et cum legerentur, Omnes reuerend. episcopi clamauerunt: Anathema Dioscorigo, Dioscorum Christus deposuit. Istos mitte foras. Tolle iniuriam à synodo, Voces Imperatori. Tolle uolentiam à synodo, tolle iniuriam à synodo, tolle notam à synodo. Faustus reuerendus & qui cum ipso reuerendi archimandrita, dixerunt: Tolle iniuriam à monasterijs. Omnes reuerend. episcopi clamauerunt: Petitiones istas synodum audire non licet. Illum, qui dånatus est ab omni synodo, episcopum nominare non licet. Episcopum nominare aui sunt. Regulæ quare calcantur? Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimi senatus dixerunt: Sine præiudicio recitetur libellus. Constantinus deuotiss. secretarius sacri consistorij, libelli reliqua recitauit: Nãq; & ipse piissimus noster Imperator, ex quo congregare hanc synodum constituit, pollicitus est nobis, cõfirmare tantum expositionem fidei trecentorum decem & octo sanctorum patrum, & nihil aliud ante hoc moueri uel fieri. Isto autem placito utiq; irratiõnabilis est facta damnatio contra sanctissimum archiepiscopum Dioscorum, quia nec sine eo & sanctiss. episcopis, qui cum ipso sunt, possumus aliquid de fide aut dicere, aut facere. Ergò præcipite venire eundem sanctissimum archiepiscopum Dioscorum, & omnes Episcopos qui cum ipso sunt, ut & scandala, quæ facta sunt de fide, incidantur, & orthodoxi populi nõ habeant inter se discordiam. Debat enim in hac parte uobis esse studium ante omnia uitæ necessaria. Si autem contra hæc, quæ nos tam consequenter re-

quirim, uestranitur reuerentia, & uelit auctoritate uti, quæ contraria est uilitatibus: testamur Dominum Christum, & piissimum Imperatorẽ, & magnificentiss. iudices & amplissimum senatum, & uestram conscientiam, & uestes nostras excutimus, & extra communicationem uestram nosmetipsos efficiamus. Non enim patimur (symbolo fidei trecentorum decem & octo recusato) communicatores fieri eorum, qui hunc respuunt. Ad integriorem autem probationem, quod nihil nos contrarium symbolo fidei sapiamus, neque locum habeat aliqua calumnia, quæ aduersum nos facta est, subdidimus & ipsum symbolum, & diffinitionem quæ hoc super signauit, prolatam à sancta & uniuersali synodo, quæ Nestorium condemnauit. Aëtius archidiaconus Constantinopolitana sanctæ & uniuersalis ecclesiæ, dixit: Regula est hæc cũ alijs posita à sanctis patribus, quam custodientes sanctissimi patres episcopi, docent & clericos, & monachos, & omnes Christum colentes. Si autem inueniant aut insultantes, aut acquiescere non uolentes, hac utuntur regula. Et ex codice relegit hæc: De clericis & monachis, qui semetipsos à communione suspendunt: Si quis presbyter aut diaconus suum contemnens episcopum, à communione semetipsum suspendit ecclesiæ, & secretiùs collectam fecerit, & altare constituerit, & noluerit euocanti episcopo consentire, & noluerit eidem acquiescere, neq; obedire & priùs & secudò uocati, hęc omnino damnari, nec unquam hunc curatio, ne mereri, nec recipere eum posse honorem ordinamus. Si autem permanerit turbas faciens & seditiones ecclesiæ, per extraneam potestatem, tanquam seditiosum debere conuerti. Omnes reuerendissimi episcopi clamauerunt: Hęc iusta regula, Hęc regula patrum. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices, & amplissimus senatus dixerunt: Secundum uestram petitionem (& contradicentibus reuerendissimis episcopis) oblata à uobis libelli, relecti sunt. Dicite igitur, si uultis dogmatibus totius sanctissimæ synodi consentire. Carosus reuerendissimus archimandrita dixit: Fidem trecentorum decem & octo patrum, qui conuenerunt apud Niceam, in qua & baptizatus sum, noui. Nam ego aliam fidem nescio. Episcopi sunt. Potestatem habent, & excommunicare & damnare, & quicquid uolunt, potestatem habent amplius. Ab hoc ego aliud nescio. Me sanctus Timotheus in Tomis baptizauit. Iussit mihi nihil aliud sapere. Dorotheus reuerendus archimandrita dixit: Permaneo in fide sanctorum patrum trecentorum decem & octo, qui apud Niceam conuenerunt, in qua baptizatus sum, & constituta eorum, qui apud Ephesum Nestorium damnauerunt. Et sic credo, & præter hæc non noui aliam fidem.

7. q. Si quis presbyter. Et in concilio Antiocheno, ca. 5.

*corripit.

Math. vii. c

Barfumas reuerendus monachus pro prium hominem, interpretantem eum Syricò loquentem, dixit: Sic credo quomodo trecenti decem & octo. Et sic baptizatus sum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, sicut Dominus docuit Apostolos. Heliadius monachus dixit: Ego credo sicut trecenti decem & octo patres, qui apud Niceam, & qui in Epheso Nestorium damnauerunt, & permaneo in constitutis, sicut exposuerunt. Alij monachi, qui cum ipsis erant, dixerunt: Et nos eadem dicimus. Aëtius Archidiaconus Constantinopolitana sanctissimæ Ecclesiæ, uadens ad eos, dixit eis: Sanctum hoc magnumque concilium sic credit sicut trecenti decem & octo sancti patres, qui apud Niceam tunc congregati sunt, & exposuerunt hoc symbolum, & ipsi custodiunt, & omnes aduenientes edocent. Quoniam autem inter hæc discordiæ sunt per aliquos generatæ, & aduersus has repugnant sancti patres Cyrillus & Cælestinus, & nunc sanctissimus & beatissimus Papa Leo, epistolas interpretantes symbolum, non fidem aut dogma exponentes, dederunt, quas uenerat omne concilium uniuersale, & cõsentit, & interpretationem earum tradit cupientibus edoceri: & uestra dilectio huic sententiæ totius sanctæ synodi conquiescit, & anathematizat Nestorium & Eutychem, tanquam nouas uoces introducentes, aut non?

Carosus reuerendissimus monachus dixit: Ego quid habeo anathematizare Nestorium, qui & semel, & secundo, & tertio, & multo tics anathematizati & damnati eum? Aëtius archidiaconus Constantinopolitana sanctissimæ ecclesiæ, dixit: Et Eutychem igitur modò anathematizatus, sicut sancta synodus, an aut non?

Math. 7. a

Carosus reuerendissimus monachus dixit: Non est scriptum tibi, Non iudices, nõ iudicaris? Episcopi sedet, & tu cur loqueris? Aëtius reuerendus Archidiaconus Constantinopolitana sanctæ Ecclesiæ, dixit: Ad ea, quæ per me interrogatus es à sancto concilio, dic. Acquiescis sanctissimo & uniuersali concilio, an non?

Hereticorum cõsuetudo, in peruersitate herere, nec timore concuti.

Carosus reuerendissimus monachus dixit: Ego secundum expositionem trecentorum decem & octo sanctorum patrum sic credo, sic baptizatus sum: aliud quid mihi dicis, nescio. Potestatem habetis, Episcopi estis. Uultis in exilium mittere? uultis dånare? Quicquid uultis, suscipio à uobis. Sanctus Apostolus dicit: Si angelus de cælo annunciauerit uobis, præterquam quod accepistis, anathema sit. Quid habeo facere? Si non credit Eutyches, sicut credit uniuersalis Ecclesia, anathema sit. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Elegantur preces, quæ à Faustò reuerendissimo, & ab alijs archimandri-

Galat. 1. b

tis oblata sunt. Beronicianus deuotissimus secretarius sacri consistorij, legit: FAVSTI, MARTINI, PETRI, & aliorum archimandritarum literæ ad Martianum Imperatorem.

Diuina semper manu protecto piissimo & Christianissimo dominatori & Imperatori Martiano perpetuo Augusto, preces & supplicationes à Faustò, Martino, Petro, Manuele, Abraamio, Iob, Antiocho, Theodoro, Paulo, Iacobo, Eusebio, Tryphone, Marcello, Timotheo, Germano, Petro, Asterio & Ioanne, presbyteris & archimandritis. Christianissimum & pium uestrum Imperium sanctam orthodoxorum religionem augere, atq; continere meditas, sanctarum ecclesiarum expulit turbatione. Eutychem enim, qui pollutas & prophanas aduersus omnium Saluatorem Christum uoces euomuit, & seminare Christi Ecclesiæ multa zizania machinatus est, proiecit Christianissima uestra potentia. Qui autem ab illo edocti sunt, nolunt piæ & orthodoxæ fidei subscribere, & sequi sanctorum patrum piissima dogmata, sed dura ceruice manserunt, resultantes atq; aduersantes rectæ patrum confessioni. Multa uero admonitione eis illata à Deo amantissimo archiepiscopo Anatolio, & his qui cum eo sunt, sanctissimis episcopis & presbyteris, & diuinis dogmatibus eis relectis, sicut hi, qui à nobis directi sunt, uobis hoc declararunt. Hac causa rogamus uestram sancire potentiam, quatenus non amplius eorum augeatur impietas. Præcepit autem nobis, ut monachorum spiritalibus constitutis subdantur, qui sic inuerecundè à nostra fide recta recesserunt: aut si emendati fuerint, (quod oramus) cum his, qui saluantur, hos quoq; partem habere. Si autem amplius in sua mala fide permanserint, decentem eos suscipere disciplinam. De spelunca autem, ubi digni bestijs habitant, & quotidie blasphemant saluatorem omnium Christum, disponi nobis præcipiat Christianissimum uestrum imperiũ, sacra uestra subnotatione transmissa ad uestram personam.

Dorotheus reuerendissimus monachus dixit: Quoniam Eutychem dicunt, quia ante uentionem duas naturas dixit, & post uentionem unam naturam, & anathematizant eum sicut hæreticum: ubiq; propositiones posuit Eutyches, & uestra magnificentia audiuit, quæ sunt ab eo proposita, quia orthodoxus est homo, & fit ei calumnia. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Eutyches ait, quod corpus saluatoris nostri Christi non fuit nostræ substantiæ. tu de hoc quomodo confiteris? Dorotheus reuerendus monachus dixit: In nomine patris, & filij, & spiritus sancti cuncti baptizati sumus, cõfitemur

Petitio Catholicorum archimandritarum contra pseudoarchimandritas hereticos.

res saluatorem nostrum Iesum Christum, qui descendit, & in carnatus est ex sancta virgine Maria, qui inhumanatus est, & crucifixus est pro nobis temporibus Pontij Pilati. Sustine autem, & si quid me transit, corrigar. Hunc ex trinitate esse fatemur. Nam & ipse Dominus noster, in cuius faciem expuerunt, & telo percussus est, & alapam accepit, cum surrexisset à mortuis, dixit sanctis suis discipulis: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ergò credimus illum passum, Trinitatis esse, & aliam fidem non nouimus, Oes reuerendissimi episcopi dixerunt: Subscribit epistola, aut non? Dorotheus reuerendus monachus dixit: Ego in baptisate credo, epistolae autem non subscribo. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Cum diuissimus noster Imperator & magnificentissimos iudices, & amplissimū senatum ad vos destinauit, promissis nō contradicere his, quae à sancta synodo promulgantur: quare igitur in praesenti non consentitis decretis sanctae synodi? Dorotheus reuerendus monachus dixit: Tunc nos locuti sumus iudicibus & senatui. Et intus intrantes, rogauimus Imperatorem, ut haec synodus, quae praesens est, fidem confirmaret trecentorum decem & octo patrum, in qua & baptizati sumus, vna cum definitione, quae ab ipsis patribus definita est. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: quia diuissimus Imperator noster pius est, & nos intentionem eius sequimur, si vultis, inducias duorum aut trium dierum ad cogitandum accipite. Hoc enim, ut vobis concedatur, nos petimus sanctam synodum, ut recogitantes, confessionem fidei sanctorum patrum sequamini. Carus reuerendissimus archimadrita dixit: Hic sum. Quid opus habetis duos aut tres sustinere? Ecce modò, si vultis aliquid facere, potestatem habetis. Dorotheus reuerendus monachus dixit: In fide permaneo trecentorum decem & octo patrum, in qua & baptizatus sum, & in definitione Ephefia, & aliud aliquid non dico. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: A sancta synodo formula dabitur.

ACTIO QUINTA CHALCED. concilij.

Consulatu domini nostri Martiani perpetui Augusti, & qui fuerit nunciatus, sub die ii. Kalend. Nouembris in Chalcedone, secundum iussionem diuissimi & piissimi domini nostri Martiani perpetui Augusti, conuenientibus in sanctissima Ecclesia sanctae martyris Euphemiae, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum excelsule ac Patricio Anatolio, & magnificentissimo & gloriosissimo praefecto sacrorum praetoriorum Palladio, & magnificentissi-

TOM. 2.

mo & gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vincomalo: conuenientibus etiam Paschasino & Lucentio reuerendissimis episcopis, & Bonifacio reuerendissimo presbytero, agentibus vices sanctissimi archiepiscopi senioris Romae Leonis, & Anatolio reuerendissimo archiepiscopo magni nominis Constantinopolis, & Maximo reuerendo episcopo Antiochia Syriae, & Iuuenali reuerendissimo episcopo Hierosolymorum, & Quintillo reuerendissimo episcopo Heracleae Macedoniae, agente vices sanctissimi episcopi Anastasij Thessalonicensis, & Thalassio reuerend. episcopo Caesareae Cappadociae, & Stephano reuerend. episcopo Ephesi, & Luciano reuerendissimo episcopo Byziae, agente vices Deo amantissimi Cyriaci episcopi Heracleae Thraciae, & Eusebio reuerendissimo episcopo Ancyræ Galatiae, & Diogene reuerendissimo episcopo Cyzici, & Petro reuerendissimo episcopo Corinthi, & Florétio reuerendissimo episcopo Sardoerum, & Eunomio reuerend. episcopo Nicomediae, & Anastasio reuerend. episcopo Nicæae, & Iuliano reuerendissimo episcopo Coensii, & eodem agente vices sedis Apostolicae senioris Romae, & Eleutherio reuerendissimo episcopo Chalcedonae, & Basilio reuerend. episcopo Seleuciae Iauriae, & Meletio reuerendo episcopo Larissae, agente vices reuerendissimi episcopi Apameae Syriae Domni, & Amphilochio reuerend. episcopo Sidae, & Theodoro reuerendissimo episcopo Tarfi, & Cyro reuerend. episcopo Anazarbi, & Constantino reuerend. episcopo Bostorum, & Photio reuerend. episcopo Tyri, & Theodoro reuerend. episcopo Damasci, & Stephano reuerend. episcopo Hierapolis, & Nonno reuerend. episcopo Edesae, & Simone reuerendissimo episcopo Amidae, & Epiphanio reuerend. episcopo agente vices reuerend. episcopi Olympij Constantig, & Ioanne reuerend. episcopo Sebastie, & Seleucio reuerendissimo episcopo Amasiae, & Constantino reuerend. episcopo Melitene, & Patricio reuerend. episcopo Tyanensi, & Petro reuerend. episcopo Gangrorum, & Eustathio reuerend. episcopo Beryti, & Apragmonio reuerend. episcopo Tiji, agente vices reuerend. episcopi Calogeri Claudiupolis, & Atarbio reuerend. episcopo Trapezuntis, agente vices Theoctisti reuerend. episcopi Pessinuntis, & Romano reuerend. episcopo Myrorum, & Critoniano reuerend. episcopo Aphrodisiadis Cariae, & Nunechio reuerend. episcopo Laodiceae Phrygiae, & Mariniario reuerend. episcopo Synnadorum, & Onesiphoro reuerend. episcopo Iconij, & Pergamio reuerend. episcopo Antiochia Pifidiae, & Epiphanio reuerend. episcopo Pergami, & Attico reuerend. episcopo Nicopolis Epirij, & Martyrio reuerend. episcopo Gortynae,

tynae, & Luca reuerend. episcopo Dyrhachij, & Vigilantio reuerend. episcopo Larissae Thessaliae, & Francione reuerend. episcopo Philipporum, & Sebastiano reuerendo episcopo Beroae, & Basilio reuerendo episcopo Gratianopolis, & Tryphone reuerend. episcopo Chij, & Theoctisto reuerend. episcopo Beroae, & Gerontio reuerend. episcopo Seleucia Syriae, & Eusebio presbytero, agente vices Macarij reuerend. episcopi Laodiceae Syriae, & Eusebio reuerend. episcopo Dorylei, & reliqua sancta & vniuersali synodo, secundum praecipua diuissimi & piissimi domini nostri congregata in Chalcedone ciuitate. Et confedentibus omnibus antecellos sanctissimi altaris, Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Haec, quae decreta sunt de fide, manifesta nobis iubete perfici. Asclepiades diaconus magni nominis sanctissimae ecclesiae Constantinopolis, recitauit definitionem, quam non placuit ijs gestis inferere. Et post lectionem dubitantibus aliquibus, Ioannes reuerend. episcopus Germaniciae, transiens in medio, dixit: Non bene habet definitio, sed debet integrè fieri. Anatolius Deo amantissimus archiepiscopus nominatissimae Constantinopolis, ad sanctam synodum dixit: Placet vobis definitio? Omnes reuerendissimi episcopi, praeter Romanos & aliquos Orientales, clamauerunt: Definitio omnibus placet. Haec fides patrum. Qui praeter ista sapit, haereticus est. Qui aliter sapit, anathema sit. Nestorianos mitte foras. haec definitio omnibus placet. Qui non anathematizat Nestorium, exeat. Anatolius Deo amantissimus archiepiscopus regiae urbis Constantinopolis, dixit: Heri omnibus definitio fidei placuit? Praedicti reuerendissimi episcopi clamauerunt: Definitio omnibus placuit. Aliter non credimus. Anathema illi, qui aliter credit. Ista fides patrum. Definitio deo placuit. Ista fides orthodoxorum. Fides fraudè non patitur. Sancta Maria theotocos scribatur. In simbolo sic addatur. Paschasinus & Lucentius viri reuerendissimi episcopi, & Bonifacius presbyter, vicarij sedis Apostolicae, dixerunt: Si non consentiunt epistolae apostolicae, & beatissimi viri papae Leonis, iubete nobis rescriptam dari, ut reuertamur, & ibi synodus celebretur. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Si placet, ab Orientalibus reuerendissimis episcopis sex, & ab Asiana regione tres, & ab Illyrico tres, & à Pontica tres, & à Thracia tres, praesentibus etiam sanctissimo archiepiscopo Anatolio, & reuerend. Romanis, conueniamus intro in oratorio sanctae martyris, & omnibus ab iisdem consequenter requisitis, quae placuerunt de sancta fide, manifesta nobis fiant. Praedicti reuerendi episcopi clamauerunt: Omnibus definitio placuit. Has voces Imperatori. Ista definitio ortho-

TOM. 2.

doxorum est. Et iterum Ioanne reuerendissimo episcopo Germaniciae veniente ad gloriosissimos iudices, reuerendi episcopi clamauerunt: Nestorianos mitte foras. Inimicos Dei mitte foras. Qui sunt, vix apparent. Vniuersus mundus orthodoxus est. Heri definitio omnibus placuit, Imperator orthodoxus est, Augusta orthodoxa est, Iudices orthodoxi sunt. Multi anni Augustae, multi anni Imperatori. Heri definitio omnibus placuit. Multi anni iudicibus. Petimus ut definitio subscribatur coram euangelij. Omnibus placuit. Iubete subscribi definitionem. Contra fidem fraus non fiat. Qui non subscribit definitioni, haereticus est. Sancta Maria Theotocos est. Qui non sic sapit, haereticus est. Orthodoxi iudices, fidem custodite orthodoxorum Imperatorum Orthodoxi iudices, à definitione nullus abscedit. Spiritus sanctus definitionem dictauit. Definitio orthodoxa est. Definitio modò subscribatur. Qui non subscribit, haereticus est. Haereticos foras mitte. Virgo Maria Theotocos est. Haereticum mitte foras. Maria Theotocos definitioni addita est. Nestorianos mitte foras. Christus Deus est. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Dioscorus dicebat, propter hoc se damnasse Flavianum, quia duas naturas aiebat esse. Definitio autem, ex duabus habet naturis. Anatolius reuerendus archiepiscopus Constantinopolis, dixit: Propter fidem non est damnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni, & tertio vocatus est, & non venit, & ideo damnatus est. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Epistolam sanctissimi Leonis suscipitis? Praedicti reuerendissimi episcopi clamauerunt: Etiam suscepimus, & subscripsimus. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Ergò quae in ea inseruntur, inserantur definitioni. Praedicti reuerendi episcopi clamauerunt: Altera definitio non sit. Nihil deest definitioni. Eusebius reuerendus episcopus Dorylei, dixit: Alia definitio non sit. Praedicti reuerendi episcopi clamauerunt: Epistolam definitioni firmavit. Archiepiscopus Leo, ut credimus, sic credit. Definitio subscribatur. Definitio habet omnia. Definitio fidem habet. Leo eadem dixit, quae & Cyrillus. Caelestinus, & Cyrillus dixit, firmavit. Christus roborauit, quae Cyrillus dixit: Vnum baptisma, vnus Dominus, vna fides. Tolle fraudem à definitione. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Suggestentur diuissimo & piissimo domino nostro Imperatori clamores isti. Et per iussionem gloriosissimorum iudicum vadens in diuinum palatium Beronicianus deuotissimus secretarius sacri consistorij, & post paululum rediens, ista sanctae synodo interlocutus est: Praecipit diuissimus & piissimus dominus no-

N 3 ster

Ister Imperator, sicut placuit magnificentissimi & gloriosissimi iudicibus, sex reuerendissimos episcopos ab Orientali regione, & tres ex Pötica, & tres ab Afiana, & tres à Thraciensis, & tres ab Illyrico, præsentibus etiã archiepiscopo Anatolio, & reuerendissimis Romanis, & conuenientibus in oratorio sanctæ martyris, de fide rectè & irreprehensibiliter constituatur, quibus omnes consentiant, & nihil dubium relinquatur. Si enim vobis hoc non placet, singuli fidem suã per suã metropolitam manifestã cõstituunt, vt nulla similiter dubietas aut discordia relinquatur. Si autè neq; hoc vestra velit sanctitas, cognoscite, quia in partibus occidentilibus fieri habet synodus, eò quòd religio sita vestra hinc noluit de vera & orthodoxa fide indubitanter diffinire. Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Multi anni Imperatori: Aut diffinitio persistat, aut vnus intereat. Multi anni Imperatoribus.

Cecropius reuerendissimus episcopus Sebastopolis, dixit: Petimus recitari diffinitio-nem, & ij qui contradicunt, & nõ subscribunt, ipsi ambulent, quia nos cõsentimus benè decretis, & in nullo contradicimus.

Reuerendissimi episcopi Illyrici dixerunt: Qui contradicunt, manifesti fiant. Qui contradicunt, Nestoriani sunt. Qui contradicunt, Romam ambulent. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Dioscorus dicebat, Quòd ex duabus naturis est, fuscipio. Sanctissimus autem archiepiscopus Leo duas naturas dicit esse in Christo vnitas inconfusè, inconuertibiliter, & indiuisibiliter in vno vnigenito filio saluatore nostro. Quem autem sequimini? sanctissimum Leonem, aut Dioscorum? Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Vt Leo, sic credimus. Qui contradicunt, Eutychianistæ sunt. Leo rectè exposuit. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Ergò adde diffinitioni secundum iudicium san-

ctissimi patris nostri Leonis, duas esse naturas vnitas in Christo inconuertibiliter, inseparabiliter, & inconfusè. Et rogati ab omnibus gloriosissimi iudices, intrauerunt in oratorio sanctissimæ martyris Euphemie, vna cum Anatolio reuerendo Archiepiscopo Constantinopolitano, & Paschasino, & Lucentio reuerendissimis episcopis, & Bonifacio presbytero, & Iuliano reuerendo episcopo Coënsi, vicario Apostolicæ sedis Romanæ magnæ ciuitatis, necnon & Maximo reuerendo episcopo Antiochiæ Syriæ, & Iuvenale reuerendo episcopo Hierosolymitano, & Thalassio reuerendissimo episcopo Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebio reuerendo episcopo Ancyra Galatiæ, & Quintillo, & Attico, & Zozonte reuerendissimis episcopis Illyricis, & Diogene reuerendo episcopo Cyzici, & Leontio reuerendo episcopo Magnesiæ, & Florentio reuerendo episcopo Sardeorum, & Eusebio reuerendo episcopo Dorylei, & Theodoro reuerendo episcopo Tarsi, & Cyro reuerendo episcopo Anazarbi, & Constantino reuerendo episcopo Bostorum, & Theodoro reuerendo episcopo Claudiopolis Iauriæ, & Francione, & Sebastiano, & Basilio reuerendis episcopis Thracibus. Et postquam tractauerunt de sancta fide, & exierunt, & sederunt omnes, magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Dignetur sancta synodus fidem continens, cum taciturnitate audire, quæ decreta sunt in præsentia nostra à congregatis sanctissimis patribus, qui & diffinitione fidei interpretati sunt. Aëtius archidiaconus sanctæ ecclesiæ magnæ ciuitatis Constantinopolis, recitauit: Sancta & magna & vniuersalis synodus, quæ per gratiam Dei, & præcepto piissimorum & Christianissimorum Imperatorum, Valentiniani & Marciani Augustorum, congregata est in Chalcedone metropoli prouinciæ Bithyniorum, in Ecclesia sanctæ & victricis martyris Euphemie, hæc diffiniuit, q̄ subter scripta sunt:

DIFFINITIO CONCILII CHALCEDONENSIS, SVB QVADRVPLICI editione.

<p>EDITIO I.</p> <p>Dominus noster et saluator IESVS Christus, notitiam fidei discipulis suis firmans, proprios confirmans dicit: Pacem meam do vobis, ut nullus dissonet à proximo circa dogmata sensu in proximos orationem. Quia verò non desinit manifesti per xixania sua lignus in ipsi pietatis semine contra semina</p>	<p>EDITIO II.</p> <p>Dominus & saluator noster Iesus Christus, fidei agnitione discipulis suis firmans, proprios confirmans dicit: Pacem meam do vobis, ut nullus dissonet à proximo circa dogmata sensu in proximos orationem. Quia verò non desinit manifesti per xixania sua lignus in ipsi pietatis semine contra semina</p>	<p>EDITIO III.</p> <p>Dominus noster et saluator IESVS Christus, notitiam fidei discipulis suis firmans, proprios confirmans dicit: Pacem meam do vobis, ut nullus dissonet à proximo circa dogmata sensu in proximos orationem. Quia verò non desinit manifesti per xixania sua lignus in ipsi pietatis semine contra semina</p>	<p>EDITIO IIII.</p> <p>Dominus et saluator IESVS Christus, notitiam fidei discipulis suis firmans, proprios confirmans dicit: Pacem meam do vobis, ut nullus dissonet à proximo circa dogmata sensu in proximos orationem. Quia verò non desinit manifesti per xixania sua lignus in ipsi pietatis semine contra semina</p>
--	---	--	--

pietatis insurgere, & ferere, & non aliquid semper aliquid noui contra veritatem inuenire: propter hoc Dominus (ut consuevit) pronidens humano generi, piissimè & fidelissimè ad emulacione erexit Imperatorè, & vniuersis sacerdotij prefides ad se conuocauit, gratia Domini omnium nostrum operante, omnè mendaciam omnem quidem mendaciam à Christi omnibus persilentiã remoueret, flo-ribus autè veritatis eas pinguescere faciat. Quod & perfecimus, communi iudicio dogmata expellentes erroris, & inenarrabilem patrum renouauimus fidem, Symboli trecentorum decem & octo omnibus predicantes. Et eos, qui proprios patres etiam ascribimus, qui postea in magna Constantinopoli congregati sunt centum quinquaginta, & eandem fidem ipsi quoq; cõfirmarunt. Dissimus igitur ordinè & omnes formulas custodientes, quæ de fide sunt cõstitutæ, & nos quondam in Epheso facta, cuius præfides fuerunt sanctissimi memorie Celestini Romanorum, & Cyrillus Alexandrinorum, præfulgere quidè recte quidè rectè & immaculate fidei expositione sanctorum & beatissimorum trecentorum decem & octo patrum, qui in Nicea sub Constantino piissime memorie Imperatore cõgregati sunt, seruari autem & ea, quæ apud Constantinopolim à sanctis quinquaginta patribus nem verò ipsius catholicæ & Apostolicæ nostre fidei.

dam malignus insidiari pietatis seminibus, sed semper noui quiddam aduersus veritatem indagat: ob hoc habens Dominus noster prouidentia humani generis, hinc clementissimè & fidelè aduersus emulum nobis, concessit principem, qui vniuersos sacerdotes ad se conuocauit, ut gratia Domini omnium nostrum operante, ab omnibus Christi omnè pestem cooperante, totam falsitatis noxam à grege suo abijciat, & veritatis eã corroboret germibus. Quod & fecimus, communi decreto vel iudicio erroris persequentes & inenarrabilem verè sanctissimorum patrum renouauimus fidem, trecentorum decem & octo omnibus predicantes, et quod sincera agnitione animo concepisse cognoscimus, scimus sacerdotes, autitantes notauimus, qui post hæc conuenerunt in vrbe Constantinopolitana numero centum quinquaginta, etiam hi hanc cõfirmantes fidem. Nos verò nunc ordinè et omnes fidei formulas custodientes, decernimus, sanctum Ephesiorum cõcilium, cuius auctores fuerunt venerabiles Celestinus vrbis Romæ, & Cyrillus Alexandrinæ vrbis episcopi, unanimiter sentientes, insidè precellere inculpabilis fidei expositionem trecentorum decem & octo venerabilium & beatissimorum patrum, apud Nicæam sub piissime memorie Constantini principis congregatorum, obitus diuæ memoriæ Constantini Imperatoris conueniunt, obtinere etiã centum quinquaginta sanctissimorum patrum, apud Constantinopolim definitam, ad interemptionem tunc exortarum hepolim decreta aduersus interemptionem seuerè eiusdem Catholice & Apostolicæ nostre fidei.

tionē, unā verō post unī-
 onem, naturas in Chri-
 sto fabulosē confingunt,
 anathematizare nō ces-
 sat. Beatiss. igitur sequē-
 do patres, unum & eū-
 dem filium confiteri Do-
 minum Iesum Christum,
 concordantibus omnes in-
 stitutionibus, edocemus
 eundem in deitate per-
 fectum, eundem in hu-
 manitate perfectū, Deū
 eūde ex aīa rationali &
 corpore, cōsubstantialē pa-
 tri secundū deitatem, con-
 substantialē nobis eundē
 secundū humanitatem,
 in humanitate per oīa
 similem nobis sine sordē
 peccati, ante secula quī-
 dē à patre progenitū se-
 cundū deitatem, in vlti-
 mis verō dieb' eūde pro-
 pter nos, & propter no-
 stram salutem ex Maria
 virgine, quē deū peperit,
 secundū incarnationem
 unum & eundē Christū
 Iesum, filiū, Dñm, vngē-
 nitū, quē in duabus na-
 turis inconfusē & in-
 mutabiliter, includit at-
 que inseparabiliter omnes
 agnoscim' nūc' sublata
 differentia naturarum
 propter unitiōē, sed po-
 tius vtriusq' nature pro-
 prietate servata, & in
 unā cōcurrente personā,
 nā in duas deducitū di-
 stinctive personas, sed
 unū & eundē filiū vni-
 genitū, Deū verbū, Dñm
 Iesum Christū, sicut nos
 ab initio pphete de eo,
 & ipse nos Iesus Christ'us
 instituit, & paternū no-
 bis tradidit symbolū. His
 igitur à nobis vndiq' cū
 omni deliberatiōe ac di-
 ligentia pariter ordina-
 tis, decrevit sancta atq'
 univ'ersalis hęc synodus,
 aliā fidem nemini licere
 proferre, siue cōscribere,
 aut expōere, vel sentire,
 vel aliter tradere. Sed
 eos, qui audēt vel cōponere
 aliā fidē, vel proferre, vel
 docere, vel tradere aliud
 symbolū volētibus ad cog-
 noscendā se cōvertere veritātē
 ex ritu pagano, siue iudaico
 vel qualicūq' heretico: eos,
 si quidē episcopi
 aut clerici fuerint, alienos
 esse episcopos ab episcopatu,
 & clericos à clerico: si
 vero monachi vel laici
 fuerint, anathematizari.

Et

Et post lectionem diffinitionis, omnes reuerendi episcopi clamauerunt: Hęc fides patrum. Metropolitanam modò subscribāt. Quę benè diffinita sunt, dilationem non suscipiant. Hęc fides apostolorum Huic omnes consentimus. Omnes itā sapimus. Magnificētissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Quę à sanctis patribus statuta sunt, & omnibus placuerūt, manifesta sūt diuino vertici.

Finis actionis quintę Chalcedonē concilij.

CHALCEDONEN. CONCILII ACTIO 6.

Consulatu domini nostri Martiani perpetui Augusti, & qui fuerit nunciatus, octauo Kalē Nouemb. in Chalcedona secundū iussionem diuini & pijssimi nostri domini Martiani perpetui Augusti, conueniente in sanctissima ecclesia sancta & bone victricis martyris Euphemie sancta & vniuersali synodo, quę secundū diuinam sanctionem in Chalcedonensium ciuitate congregata est, id est, Paschasino & Lucentio reuerendissimis episcopis, & Bonifacio reuerendo presbytero, locum tenentibus sanctissimi & Deo amantissimi Archiepiscopi senioris Romę Leonis, & Anatolio sanctissimo Archiepiscopo splendidissim. Constantinopolis nouę Romę, & reliquis sanctissimis & reuerendissimis episcopis, id est, Maximo Antiochię Syrię, Iuuenale Hierosolymorum, Quintillo Heracleę Macedonię, tuente locum Anastasij episcopi Thesalonicensis, Thalassio Cęsareę Cappadocię, Stephano Ephesi, Luciano Byzię, tuente locum Cyriaci Heracleę Thracię, Eusebio Ancyra, Galatia, Diogene Cyzici, Petro Corinthi, Florentio Sardensium, Eunomio Nicomedię, Anastasio Nicęę, Eleuthero Chalcedonēsi, Iuliano ciuitatis Cō, tuente & ipso locum Apostolica sedis senioris Romę Leonis, Basilio Seleucię Isaurię, Meletio Larissę, tuente locum Domni episcopi Apameę Syrię, Amphilochio Sidis, Theodoro Tarfi, Cyro Anazarbi, Constantino Bostrensi, Photio Tyri, Theodoro Damasci, Stephano Hierapoleos, Nonno Edeffe, Simcone Amidę, Epiphanio episcopo Pergę, tuente locum Olympij episcopi Constantię, Ioanne Sebastia, Seleuco Amasię, Constantino Melitenę, Patricio Tyanensis, Petro Gangrensi, Apragmonio Tij, tuente locū Calogeri episcopi Claudiupolis, Atarbio Trapezuntis, tuente locum Dorothei episcopi Neocęsareę, Photino archidiacono, tuente locum Theostiti episcopi Pefsinuntis, Romano Myrensi, Critoniano Aphrodisiadis Carię, Nunechio Laodiceę Phrygię, Mariniانو Synnadę, Onesiphoro Iconij, Pergamio Antiochię Pifidię, Epiphanio Pergensi, Attico Nicopolis veteris Epiri, Martyrio Gortynę, Luca Dyrhachij,

*Nominio

TOM. 2.

Vigilantio Larissę Thessalię, Francione Philippopolis, Sebastiano Beroę, Basilio Traianopolis, Tryphone Chij, Theostito Berrhoę Syrię, Gerontio Seleucię, Eusebio presbytero, tuente locum Macarij Laodiceę Syrię, Eusebio Dorylei, Saba Palti, Petro Gabalę, Sophronio Constantię, Patricio Neocęsareę, Mara Anazarthę, Rhomulo Chalcię, Eustathio Beryti, Leontio Ascalonę, Aniano Capitoliadis, Zebeno Pellę, Ioanne Tiberiadis, Antiocho Archelaidis, Beryllo * Ailę, Areta Elufę, Mufonio Zoarę, Rufino Bybli, Pancratio Liabyadis, Zofimo Minoidis, * Natyra Gazę, * Natura Polychronio Antipatridis, Ioanne Gadarę, Paulo Anthedonis, Photino Lyddę, Heraclio Azoti, Martiano Gerę, Stephano Iamnię, Episceto Dioclerianupolis, Romano Eudoxiupolis, Theodoro Claudiupolis Isaurię, Iuliano Celendereos, Tyranno Germanicopolis, Ioanne Diocęsareę, Acacio Antiochię, Epiphanio Cestrię, Aeliano Selenuntis, Ammonio Iotapis, Megalo Philadelphię, Marco Arethusę, Timotheo Balaneorum, Eusebio Seleucobeli, Eutyachiano Epiphanię, Paulo * Mariamnię, Lampadio Rhaphaneorum, Alexandro Sebastia, Philippo Adanę, Hyppatio Zephyrij, Theodoro Augustę, Chryssippo Malli, Iuliano Rhofi, Polychronio Epiphanię, Ioanne Flauiadis, Indimo * Hermupolis, Sophronio Chorepiscopo, tuente locum Bassiani Episcopi Mopsuestię, Proclo Adranę, Eulogio Philadelphię Arabię, Theodosio Canothę, Hormisda Philippopolis, Damiano Sidonis, Theodoro Tripolis, Olympio Paneadis, Paulo Ptolemaidis, Paulo Aradi, Thoma Porphyrius, Porphyrio Botrorum, Phosphoro Orthosiadis, Porphyrio archidiacono, tuente locum Vranij Emifę, Ioseph Heliopolis Phœnicię, Iordane Abilę, Valerio Laodiceę Phœnicię, Theona * Europi Phœnicię, Theodoro Cyri, Rufino Samofateno, Ioanne Germanicię, Timotheo Dolychis, Euoltio Zeugmatis, Athanasio Pari insulę, Zebeno martyropolis, Caiuma Marcopolis, Ioanne Carrensium, Abramo Circensi, Ioanne Saraceno, Noē Cephacastelli, Callinico Apameę Bithynię, Leucadio Tinnicū, Ioanne Polemonij, Grattidiano Cerasuntis, Iuliano Tabię, Meliphthōgo Iuliopolis, Hypericio asponensiu, Acacio * Cynnę, Euphrasio Lacinicū Laganię, Cecropio Sebastopolis, Ioanne nicopolis Armenię, Dorotheo presbytero, tuente locum Anatolij Satalorum, Attico Zelorū, Antiocho Sinopis, Eucharion diacono, tuente locum Paralij Andraponenfis, Paulo presbytero, tuente locum Vranij Episcopi Himcerorum, Acacio Ariarathirę, Heraclio Comanorum, Adelfio chorepiscopo tuente locum Adolij Episcopi Arabiffi:

Euphro-

Euphronio presbytero, tenente locum Domini episcopi Cocufi: Otreio presbytero, tenente locum Ioannis episcopi: Arcis: Theodosio Nazianzeno, Aristomacho Colonæ, Rheno Iunopolis, Epiphanio presbytero, tenente locum Aetherici episcopi Pompeiopolis, Photino tenente locum Aetherici episcopi Pompeiopolis, Photino tenente locum Themistij amastrie, Theodoro heracleæ, Eulogio presbytero, tenente locum Genethlij Cratiæ episcopi Pelagio presbytero, tenente locum Theophili episcopi Adrianopolis, Helpidio *Thermeñ, Aquila Eudoxiadis, Mysterio Amorig, Longino Orchistij, Doçimalio Maronæ, Sereno Maximianopolis, Aetherico Smyrneñ, Eusebio Clazomeneñ, Cyriaco Aegæ, Mama *Aniniteñ, Leontio Magnesij Meandri, Quinto Phocæ, Proclo Argissæ, Thoma Alalcomeng, Olympio Theodosiupoleos, Philippo Nouæ aulæ, Rufino *Brueleno, Marcellino metropolis, Esaiâ Elaitano, Paulino Theodosiupolis Asiæ, Iuliano Hypepe, Hesperio Pitang, Proterio Myrrhina, Basilico Paleſcepſis, Meonio Nyſe, Petro Dardani, Thalſtio Parij, Dauide Adrianæ, Eulalio Pionia, Pionio Troadis, Stephano Prymncſij, Theofebio Ilij, Hermia Abydi, Daniele Lampfaci, Patricio Adramyteorû, Menecrate *Cyrasorum, Coffinio Hierocæſarç, & tuente locum Andreg episcopi Sarcorum Bleandri, Polycarpo Gabalon, Patricio Acamaſſæ, Paulo Tripolis, Amachio Septenorum, Leucio Apollinis Phani, Gemello Stratonicæ, Alchimedæ Silandi, Dionysio Attaliæ, Nicolao *Acraseno, & tuente locum Stephani episcopi *Limira, Zenodoro Telmeſſi, Frontone phafelidis, Philippo Liburne, Theodoro Antiphelli, Leontio Araxi, Antipatro Cauni, Andrea Sectoriorum, Paulo Tloſorû, Romano Buboniorû, Nicea Megaron, Athanaſio Opuntis, Dônino Platæ, Onesimo Argos, Marco Euria, Peregrino Phœnices, Eutychio Adrianupoleos, Claudio Anchiæxi, Soterico Corcyræ, Dionysio Antiochiæ, Ioanne Alindæ, Flacillo Tarſi, Papiâ Ereſſorum, Dionysio Heraclæ Lynceſtidum, Menâdro Heracleæ *Latomos, Eupythio Stratonicæ, Ioanne Amizonis, Tynchanio Apolloniadis, Theodoro Alabandorum, Ioanne Gnidi, Iuliano presbytero, tuente locum Calandionis episcopi *Alycarnaffi, Daniele Cadi, Modesto Sebastæ, Paulo Aristij, Eulalio *Silbij, Charitone Dionysiiopolis, Ioanne Trapezopolis, Gennadio *Agmonios, Thoma Theodosiupoleos, Gennadio *Mofſiunorû, Euâdro Diodias, Gerôtio Baſiliiopoleos, Alphio Myndi, Theofitro presbytero, tuente locum Diogenis episcopi Orthoſia, Philotheo presbytero tuente locum Zotici episcopi Arpaſeñ, Miro Euladreñ, Luciano Ipſeñ, Philippo Lyſiadis, Epiphanio Midaij, Abertio Hierapoleos, Cyriaco eucarpis, Eustochio Docimæ, Aquila *Aurochron, Baſilio Nacoliæ, Strategio Polybotis, Neoptolemo Corneñ, Paulo Derbeñ, Plutarcho Lyſtreñ, Eugenio Canorum, Rufo Hyde, Tyranno Homonadon, Acholio Larandæ, Eutropio Adadon, Paulo, Philomelij, Paulino Apameeñ, Theoteco Teræ, Eorticio *metropoleos, Cyro Syniandi, Libanio Parilycaoniæ, Alexâdro Seleuciæ, Olympio Sozopoleos, Fonteiano Sagalaſſi, Adilo Chorepiscopo, tuente Meſſalini episcopi Laodiceæ, Baſſona *Neaſporum, Florétio Adrianopoleos, *Maiano Limerorum, Euelpiſto chorepiscopo, tuente locum Florétij episcopi Tenedi, Sotero Theodosij, tuente locum Heliodori episcopi Amathuntis, & pro Echio Arſinoe, Epaphrodito Thamaſſij, tuente locum & Didymi episcopi ciuitatis Lapethon, Dionysio diacono, tuente locum Photini episcopi Chitrorum, Ioanne Meſſene, Ophelimio Tegez, Irenæo Naupaçti, Cyrillo *Subritos, Gennadio Gnoſi, Eusebio Apollonieñ, Demetrio Lappeñ, Euphrate eleutherneñ, tuente locum Pauli episcopi Candia, Zozonte Philipporum, Constantino Demetriados, Eusebio Topiris, Maximino *Serres, Nicolao Stoborum, Dardanio Bargylæ, Ioanne *Partecopoleos, Honorato Thallſi, Theophilo Orei, Neone *Pſyllij, Diodoro Lyſimachiorum, Mara Cordiluforû, Marcellino *Iſundis, Macedone Magidon, Eudoxio Etennon, Eugenio Contennon, Marcellino Corydallorum, Obrimo Coraceſij, Petro Echineorû, Eustathio gêtis Sarracenorum, Aurelio Aphro, & *Reſtituano Afro. Et reliqua sancta synodo. Adueniens in eadem sanctis. ecclesia diuinis. & piſſim dominus noster Martinus perpetuus Augustus, sub die sanctissimorum martyrum sancti Callinici & Euphemie, presente ex diuino zelo & feruore fidei etiam piſſi. & Christianis. regina Augusta Pulcheria, vnâ cû magnific. & glorioſ. iudicibus, id est, glorioſ. magistro militû, & excôſule ac patricio Anatolio, & glorioſ. pſeçto ſacrorum prætoriorum Palladio, & magnific. pſeçto regie Cõſtantinopolitanę vrbis nouæ Romæ Taciano, & glorioſ. magiſt. ſacrorum officiorum Vincomalo, & viris magnificis exmagiſtris Martiali & Placito, & viro magnific. comite domeſticorû Sporatio, & viro magnific. comite ſacrorum priuatorum Genethlio, & viro magnific. comite domeſticorum & ſacrorû ſtabulorum *Etio, & viro magnific. primicerio clarorum tribunorû & notariorû Leotio. Super ijs etiam ampliffimo ſenatu, id est, glorioſ. ex pſeçto & cõſule ac patricio Florentio, & glorioſiſſimo ex cõſule & patricio Senatore, & glorioſiſſimo ex magiſtro & ex cõſule & patricio Nomo, & glorioſiſſimo ex pſeçto & ex cõſule ac patricio Protogene, & viro magnificentiſſimo ex pſeçto & patricio Antiocho, & viro magnificentiſſimo ex pſeçto Romano, &

magnific. ex pſeçto Zoilo, & viro magnific. ex pſeçto vrbis theodoro, & viro magnificentiſſ. Apollonio, & viro magnific. ex pſeçto vrbis Antiocho, & viro magnific. ex pſeçto vrbis Anyſio, & viro magnific. ex pſeçto Illyrici Theodoro, & viro magnific. ex pſeçto Artaxerxe, & viro magnific. ex pſeçto Cõſtantino, & viro magnificentiſſ. Artaxio *Parmaliſio, & viro magnificentiſſ. ex pſeçto Illyrici Eulogio, & viro magnificentiſſimis ex quæſtoribus, Apollodoro, Theodoro & Mena, & viro magnific. ex comite priuatorum Seuero, & viro magnific. ex comite largitionum Baſilio, & viro magnific. ex comite priuatorû Iuliano, & viro magnific. ex pſeçto Tryphone, & viro magnific. ex quæſtore Polychronio, & viro magnific. ex comite Conſtantino, & viro magnific. ex comite Seueriano, & viro magnific. ex comite heracliano, ſuper ijs etiam ſpectabilibus comitibus & tribunis notarijs, alloquutus est quæ ſubſequentur:

Dominus noster Martinus perpetuus Augustus alloquutus est sancta synodum primûm latinè, & postmodû grecè, cuius alloquutionis virtus est ista:

¶ Vbi primûm diuino iudicio ad imperium sumus electi, inter tantas neceſſitates Reip. nulla nos magis cauſa conſtrinxit, quàm vt orthodoxa & vera fides Christiana, quę sancta atque pura est, indubitata omnium animis inſideret. Conſtat autem, auaritia vel ſtudijs quorûdam per media tempora nonnullis diuerſa ſententijs, & pro voluntate ſua (non prout veritas atq; doctrina patrum poſtulat) populos ſeducitibus, in errorem quàm plurimos eſſe deductos. Qua de re ſanctam ſynodum hoc videlicet propoſito fieri ſtudiuimus, & vobis laborem indixiſſe videmur, quatenus omni errore atq; caligine deterſa, prout ſe diuinitas hominib; manifeſtate voluit, & doctrina patrum oſtendit: religio noſtra, quæ pura atq; ſancta eſt, vniuerſorum mentibus inſinuata, ſuæ veritatis luce fulgeſcat. nec in poſterum quiſquã audeat de natiuitate Domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti aliter diſputare, quàm apoſtolica prædicatio, & inſtituta trecentorum decem & octo ſanctorû patrum, eidem conuenientia, poſteritati tradidiſſe noſcuntur, ſicut etiam ſancti Leonis papę vrbis Romæ, qui ſedem Apoſtolicam gubernat, miſſa ad ſanctæ memoriæ Flauianum Conſtantinopolitanæ vrbis episcopum, ſcripta teſtantur. Remotis itaque ſtudijs, ablatis patrocinijs, ceſſante auaritia, cunctis veritas innotefcat. Nos em̄ ad fidẽ confirmandã, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religioſi principis Conſtantini, ſynodo intereſſe volum; nẽ vel vterius populi prauis perſuaſionibus ſeparentur. Facile enim ſimplicitas quorûdam, hæc tenens nonnullorum ingenijs atq; ſuperflua verboſitate de-

cepta eſt: & conſtat, diuerſorum prauis inſinuationibus diſſenſiones & hæreſes natas. Studium autẽ noſtrum eſt, vt omnis populus per veram & ſanctam doctrinam vnum ſentiens, in eadem religione redeat, & veram fidem catholicam colat, quam ſecundûm inſtitutiones patrum exponere concordantibus æquè animis religio veſtra feſtinet, quatenus ſicut à Nicena ſynodo vſq; ad proximum tẽpus, erroribus amputatis, vera fides cunctis innotuit, ita & nunc per hanc ſanctã ſynodũ remotis caliginibus, quæ in his paucis annis (ſicut ſupradictum eſt) prauitate atq; auaritia quorûdam emerſiſſe videtur, perpetuò, quæ ſtatuta fuerint, cõſeruentur. Erit autem diuinæ maieltatis, id quod ſancto animo fieri deſideramus, in æternum firmiter cuſtodire. Omnes clamauerunt: Multi anni Imperatori, multi anni Auguſtæ, orthodoxis multos annos. Vnus filius Conſtantinus Martiano nouo Conſtantino.

Diuiſſimus & piſſimus dominus noster Martinus perpetuus Augustus virtutem præſcriptæ alloquutionis & grecè alloquutus eſt ita:

¶ Vbi primûm diuino iudicio ad imperium sumus electi, ante alias omnes publicas & ſummè neceſſarias cauſas, nihil ſic & concilio & ſtudio dignũ putauimus, niſi vt circa orthodoxam fidem, quæ ſancta & vera eſt, omnes vnus eſſent ſententiæ, & nihil de ea dubitabile in animabus hominum inſideret. Repertum eſt enim, medio tempore quorûdam tam pecuniarum cupiditatibus, quã prauiffimis ſtudijs diuerſa ſenſiſſe, & præter ſanctorum patrum fidem multitudini doctrinæ expoſitionem plenam erroribus edidiſſe. Huic rei remedium volentes impoſuere, ſanctam veſtram collegimus ſynodum, laboribus, quos ex itinere ſuſcepiſti, euentũ maximum fore credentes, vt vera religio firmaretur, quatenus omnis interiectus error atque caligo auferretur ab intelligentijs ſeducitorum. Et prout ſe diuinitas hominibus propria voluntate manifeſtauit, & vt ſanctorum patrum doctrina, puriſſimam & veriſſimam animis omnium præfulgentẽ expoſuit fidem, ſic humanum genus incolere, & de reliquo omnẽ auferri audientibus præſumptionem, de natiuitate Domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti aliter ſapere aut diſputare, præter hæc, quæ prædicta quidem ſunt à ſanctis apoſtoliſ, tradita autem conſonè à trecentis decem & octo ſanctis patribus noſtris, ſicut etiam vno amantiffimo Leonis papæ vrbis Romæ, qui ſedem Apoſtolicam gubernat, miſſa ad ſanctæ memoriæ Flauianum nouæ regie Romanæ vrbis episcopum ſcripta teſtantur. Amputato igitur omni inconuenienti ſtudio, & ciecto omni patrocinio, & locum nullum habente auaritia, cunctis veritas veſtris expoſitionibus innotefcat. Nos enim ad fidem confirmandam,

*arca

*Amnitæ

*Brullenæ

*Caryſſorû

*Arceſeno

*Saluacis

*Halicanaffi

*Agmoniorum

*Mofſinorum

*Acroceraurum, non, vel, A. chrotono.

*Nicopolis Pifidia,

*Neapolis *Mufonio

*Subriti

*Derres *Parthenopolis *Pſylleno

*Ruſſico

Oratio Martiani Latina ad Cõciliũ.

Oratio Martiani habitã ad Synodũ grecẽ.

*conſilio

dam, non ad potentiam ostendendam, exemplo religiosi principis Constantini synodo interesse volumus, vt inuenta veritate, non vltra multitudo, prauis doctrinis attracta, discorder. Multi enim mentis simplicitate, à quibusdam perterriti, superflua & calida introducere conantibus, meritò decepti sunt. Non est enim dubium, quòd imperfectis & prauis diuersorum expositionibus, tam dissensiones, quàm multæ exortæ sunt hæreses. Nostræ autem tranquillitati operæpretium est, omnes populos, vnam eandem quæ circa diuinam fidem habentes sententiam, veram & Catholicam religionem fidem quæ colere, quam, secundum tradita à sanctis patribus dogmata, exponetis. Hoc ergò operis sit sanctitatis vestræ, vt consentienti animo, sicut in Niceno sanctissimorum patrum concilio manifestata fides, ab errore quidem homines liberauit, ad lucem autem prolata, omnibus cognita est: similiter & nunc per vestrum concilium, omnis quidem ambiguitas, in hoc paruo medio tempore nata (sicut diximus) prauitate atque avaritia quorundam, amputetur. In perpetuum autem, quæ à vobis terminata fuerint, feruentur. Erit autem hoc diuina prouidentia, vt id, quod pio proposito fieri festinamus, semper ad vtilitatem, quæ per vos orta est, firmiter conferatur. Omnes clamauerunt: Martiano nouo Constantino multos annos. Imperatori multos annos. Augustæ orthodoxæ multos annos. Martiane amatore Christi, vestrum nobis duret Imperium, semper nobis imperetis, digni ex orthodoxa fide. Ab amatoribus Christi procul inuidia sit. Et post has voces Aëtius archidiaconus Constantinopolitanæ vrbis nouæ Romæ, & primicerius notariorum, dixit: Quoniam nutu supernæ gratiæ & diuino zelo serenitatis vestræ pijsimæ & fidelissimæ omnibus imperare à DEO vobis datum est, hæc magna & sancta & vniuersalis synodus, quæ per præceptum vestrum congregata est, cum nimio studio, & diuina diligentia per multos dies omnem discordiam, quæ in præterito * quoquo modo aduersus rectam & immaculatam Catholicam nostram fidem exorta est, expelli fecit, per verbum veritatis omnem nouam vocem abiciens, sicut in scriptis monumentis singula, quæ contigerunt, manifestant. Diffinitionem autem nunc ab omni errore alienam prædicauit, diuinarum scripturarum virtute munitam, seruata, in hæc sanctorum & beatorum patrum sententia, ad certam quidem scientiam sincere legentium, & ad perpetuam coronam vestri pij imperij. Hanc præ manibus habens, si placet, annuente vestra serenitate, recitabo. Diuinissimus & pijsimus dominus Imperator dixit: Lege. Aëtius archidiaconus Constantinopolis nouæ Romæ, legit: Sancta & magna * vniuersalis synodus, quæ se-

* vel quæ modo

* venerabilis

T O M . 2 .

cundum Dei gratiam & sanctionem pijsissimorum Christianissimorumque Imperatorum nostrorum Valentini & Martiani Augustorum, congregata est apud Chalcedonam metropolim Bithyniæ prouinciæ, in basilica sanctæ & venerabilis martyris Euphemie, diffiniuit subter annexa: DOMINVS noster & saluator IESVS Christus notitiam, &c. sicut habetur in actione quinta huius Chalcedonensis concilij, vna cum tractatu fidei, cuius initium est, Sufficeret quidem &c. vsq; ad passum exclusiue, vbi legitur, Et post lectionem diffinitionis, ad quem continentur, quæ hic sequuntur. Paschasius episcopus, vice domini mei beatissimi atque Apostolici vniuersalis Ecclesiæ papæ vrbis Romæ Leonis, synodo præficiens, statui, consensi, & subscripsi. Lucentius episcopus ciuitatis Ecclesiæ Efulanæ, vicarius domini mei beatissimi atque Apostolici viri vniuersalis Ecclesiæ papæ vrbis Romæ Leonis, in synodo Græcè relecta subscripsi. Bonifacius presbyter vrbis Romæ, vicarius domini mei beatissimi & Apostolici viri vniuersalis Ecclesiæ papæ medio tempore nata (sicut diximus) prauitate atque avaritia quorundam, amputetur. In perpetuum autem, quæ à vobis terminata fuerint, feruentur. Erit autem hoc diuina prouidentia, vt id, quod pio proposito fieri festinamus, semper ad vtilitatem, quæ per vos orta est, firmiter conferatur. Omnes clamauerunt: Martiano nouo Constantino multos annos. Imperatori multos annos. Augustæ orthodoxæ multos annos. Martiane amatore Christi, vestrum nobis duret Imperium, semper nobis imperetis, digni ex orthodoxa fide. Ab amatoribus Christi procul inuidia sit. Et post has voces Aëtius archidiaconus Constantinopolitanæ vrbis nouæ Romæ, & primicerius notariorum, dixit: Quoniam nutu supernæ gratiæ & diuino zelo serenitatis vestræ pijsimæ & fidelissimæ omnibus imperare à DEO vobis datum est, hæc magna & sancta & vniuersalis synodus, quæ per præceptum vestrum congregata est, cum nimio studio, & diuina diligentia per multos dies omnem discordiam, quæ in præterito * quoquo modo aduersus rectam & immaculatam Catholicam nostram fidem exorta est, expelli fecit, per verbum veritatis omnem nouam vocem abiciens, sicut in scriptis monumentis singula, quæ contigerunt, manifestant. Diffinitionem autem nunc ab omni errore alienam prædicauit, diuinarum scripturarum virtute munitam, seruata, in hæc sanctorum & beatorum patrum sententia, ad certam quidem scientiam sincere legentium, & ad perpetuam coronam vestri pij imperij. Hanc præ manibus habens, si placet, annuente vestra serenitate, recitabo. Diuinissimus & pijsimus dominus Imperator dixit: Lege. Aëtius archidiaconus Constantinopolis nouæ Romæ, legit: Sancta & magna * vniuersalis synodus, quæ secundum Dei gratiam & sanctionem pijsissimorum Christianissimorumque Imperatorum nostrorum Valentini & Martiani Augustorum, congregata est apud Chalcedonam metropolim Bithyniæ prouinciæ, in basilica sanctæ & venerabilis martyris Euphemie, diffiniuit subter annexa: DOMINVS noster & saluator IESVS Christus notitiam, &c. sicut habetur in actione quinta huius Chalcedonensis concilij, vna cum tractatu fidei, cuius initium est, Sufficeret quidem &c. vsq; ad passum exclusiue, vbi legitur, Et post lectionem diffinitionis, ad quem continentur, quæ hic sequuntur. Paschasius episcopus, vice domini mei beatissimi atque Apostolici vniuersalis Ecclesiæ papæ vrbis Romæ Leonis, synodo præficiens, statui, consensi, & subscripsi. Lucentius episcopus ciuitatis Ecclesiæ Efulanæ, vicarius domini mei beatissimi atque Apostolici viri vniuersalis Ecclesiæ papæ medio tempore nata (sicut diximus) prauitate atque avaritia quorundam, amputetur. In perpetuum autem, quæ à vobis terminata fuerint, feruentur. Erit autem hoc diuina prouidentia, vt id, quod pio proposito fieri festinamus, semper ad vtilitatem, quæ per vos orta est, firmiter conferatur. Omnes clamauerunt: Martiano nouo Constantino multos annos. Imperatori multos annos. Augustæ orthodoxæ multos annos. Martiane amatore Christi, vestrum nobis duret Imperium, semper nobis imperetis, digni ex orthodoxa fide. Ab amatoribus Christi procul inuidia sit. Et post has voces Aëtius archidiaconus Constantinopolitanæ vrbis nouæ Romæ, & primicerius notariorum, dixit: Quoniam nutu supernæ gratiæ & diuino zelo serenitatis vestræ pijsimæ & fidelissimæ omnibus imperare à DEO vobis datum est, hæc magna & sancta & vniuersalis synodus, quæ per præceptum vestrum congregata est, cum nimio studio, & diuina diligentia per multos dies omnem discordiam, quæ in præterito * quoquo modo aduersus rectam & immaculatam Catholicam nostram fidem exorta est, expelli fecit, per verbum veritatis omnem nouam vocem abiciens, sicut in scriptis monumentis singula, quæ contigerunt, manifestant. Diffinitionem autem nunc ab omni errore alienam prædicauit, diuinarum scripturarum virtute munitam, seruata, in hæc sanctorum & beatorum patrum sententia, ad certam quidem scientiam sincere legentium, & ad perpetuam coronam vestri pij imperij. Hanc præ manibus habens, si placet, annuente vestra serenitate, recitabo. Diuinissimus & pijsimus dominus Imperator dixit: Lege. Aëtius archidiaconus Constantinopolis nouæ Romæ, legit: Sancta & magna * vniuersalis synodus, quæ se-

* Nonius * Edeffa

nuntis,

nuntis, per Photinum archidiaconum, sim. Romanus episcopus Myrorum, simil. Criotianus episcopus Aphrodisiadis, sim. Nunechius episcopus Laodiceæ, sim. Marinianus episcopus Synnadæ, sim. Onesiphorus episcopus Iconij, sim. Epiphanius episcopus Pergæ, similiter. Pergamius episcopus Antiochiæ, sim. Atticus episcopus Nicopolis, sim. Martyrius episcopus Gortynæ, simil. Lucas episcopus Dyrbachij, sim. Vigilantius episcopus Larisse, sim. Francion episcopus Philippopolis, sim. Sebastianus episcopus * Berroæ, simil. Bassilius episcopus Traianopolis, simil. Tryphon episcopus Chij, pro Ioanne episcopo Rhodi, simil. Theoctistus episcopus * Berroæ, sim. Gerontius episcopus Seleuciæ, simil. Macarius episcopus Laodiceæ Syriæ, per Eusebium presbyterum Antiochiæ sim. Eusebius episcopus Dorylei, sim. Sabas episcopus Palti, per Thalassium diaconum sim. Lucianus episcopus Byziciæ, sim. Petrus episcopus Gabalæ, sim. Sophronius episcopus Constantiæ, sim. Patricius episcopus Neocæsareæ, sim. Maras episcopus Anafarthæ, sim. Romulus episcopus Chalcidis, per manū Maræ coepiscopi Anafarthæ, simil. Eustathius episcopus Beryti, sim. Leontius episcopus Afcalonis, simil. Anianus episcopus Capitoliadis, sim. Zebennus episcopus Pellæ, simil. Ioannes episcopus Tiberiadis, simil. Antiochus episcopus Archelaidis, sim. Beryllus episcopus * Aile, sim. Aretas episcopus Elufæ, sim. Musonius episcopus * Segor, simil. Rufinus episcopus Bybli, sim. Pancratius episcopus Libyadis, simil. * Natiras episcopus Gazæ, sim. Polychronius episcopus Antipatridis, sim. Ioannes episcopus Gadaranium, sim. Paulus episcopus Anhedonis, sim. Photinus episcopus Lyddæ, sim. Heraclius episcopus Azoti, simil. Martianus episcopus Gerra, sim. Stephanus episcopus Iamnia, simil. Epictetus episcopus Diocletianopolis, sim. Romanus episcopus Eudoxiopolis, simil. Ibas episcopus Edeffæ, sim. Theodoros episcopus Celandirion, simil. Tyrannus episcopus Germanicopolis, similiter. Ioannes episcopus Diocæsareæ, per lectorem meum Iulium, similiter. * Helianus episcopus Selenuntis, per subdiaconum meum Paulum, similiter. Acacius episcopus Antiochiæ, similiter. Epiphanius episcopus Cestræ, similiter. Ammonius episcopus Iotapæ, similiter. Megalus episcopus Philadelphia, similiter. Marcus episcopus Arethufæ, per Timotheum episcopum Balaneorum, similiter. Eusebius episcopus Seleucobeli, per Paulum episcopum Mariamnæ, similiter. Eutythianus episcopus Epiphaniæ, per Meletium episcopum Larissæ, similiter. Paulus episcopus Mariamnæ, similiter. Lampadius episcopus Rhaphaneorum, per Ianuarium diaconum meum, similiter. Alexander

Lucianus iste paulo ante pro alio, nunc idem pro se subscribit.

* Natyras

* Aelianus

T O M . 2 .

episcopus Sebastæ, similiter. Philippus episcopus Adanæ, sim. Hypatius episcopus Zephyrij, similiter. Theodorus episcopus Auguftæ, sim. Chryfippus episcopus Malli, sim. Polychronius episcopus Epiphaniæ, similiter. Ioannes episcopus Flauiadis, simil. Indimus episcopus Irenopolis, simil. Iulianus episcopus Rhofi, simil. Sophronius Chorepiscopus, sermonem faciens pro Bassiano episcopo Mopsuestiæ, simil. Eulogius episcopus Philadelphia, sim. Proclus episcopus Adranorum, similiter. Theodosius episcopus Canothæ, similiter. Hormifda episcopus Philippopolis, simil. Damianus episcopus Sidonis, simil. Theodorus episcopus Tripoleos, similiter. Olympius episcopus Paneadis, similiter. Paulus episcopus Prolemaidis, similiter. Paulus episcopus Aradi, similiter. Thomas episcopus Porphyriionis, similiter. Porphyrius episcopus Botrorum, per Timotheum diaconum similiter. Phosphorus episcopus Orthostadis, similiter per Timotheum diaconum. Ioseph episcopus Heliopolis, similiter. Vranus episcopus Emiffæ, similiter. Valerius episcopus Laodiceæ, similiter. Iordanus episcopus Abilæ, similiter. Theodoretus episcopus * Cyrri, similiter. Theonas episcopus * Euariæ Phœnicis, similiter. Rufinus episcopus Samofatenorum, similiter. Ioannes episcopus Germaniciæ, similiter. Timotheus episcopus Dolychis, similiter. Euoltius episcopus Zeugmatis, similiter. Athanasius episcopus Pari, similiter. Zebennus episcopus Martyropolis, similiter. Calinicus episcopus Apamæ, similiter. Caius episcopus Marcopolis, similiter. Ioannes episcopus Carrhæfium, similiter. Abrahamus episcopus * Circensis, similiter. Leucadius episcopus * Thinnien, similiter. Noë cen, episcopus Cephacastelli, similiter. Atarbius episcopus Trapezuntis, similiter. Ioannes episcopus Polemonij, similiter. Gratidianus episcopus Cerasuntis, similiter. Iulianus episcopus * Tabiæ, similiter. Meliphthon. * Piuufæ, episcopus Iuliopolis, similiter. Hypericus episcopus Aponenfium, similiter. Acacius episcopus Cynna, similiter. Euphrasius episcopus Laganiæ, similiter. Cecropius episcopus Sebastopolis, similiter. Ioannes episcopus Nicopolis, similiter. Anatolius episcopus Satalorum, per Dorotheum presbyterum, similiter. Paralus episcopus Andrapene, per Eucharium diac. sim. Atticus episcopus Zolorum, sim. Antiochus episcopus Sinopis, sim. Vranus episcopus Himerorū, per Paulum presbyterum, sim. Acacius episcopus Ariarathiræ, sim. Heraclius episcopus Comanorum, sim. Adolius episcopus Arabiffi, per Adelphium Chorepiscopum, sim. Domnus episcopus Cocufi, per Euphroniū presbyterum, sim. Ioannes episcopus Arcæ, per Otreium presbyterū, sim. Aristomachus episcopus Colong, sim. Theodosius episcopus

* Cyri * Cyrij * Europi

* Castricia

* Piuufæ

O 2 pus

pus Nazianzi, sim. Rhenus episco. Iunopolis, sim. Apragmonius epif. Tij, sim. Aethericus episco. Pompeiopolis, per Epiphanium presbyterum, sim. Themistius episco. Amastridis, per Philotimum presbyterum, sim. Theodorus episco. Heracleæ, sim. Gene- thlius episco. Cratia, per Eulogium presby- terum, sim. Theophilus episco. Adrianopo- lis, per Pelagium episco. sim. Heliadius epif. Thermanum, sim. Aquilas episco. Eudoxia- dis, sim. Mysterius episco. Amorig, sim. Cy- riacus episco. Trogmadorum, per Chrysi- pum presbyterum, sim. Serenus episco. Ma- ximianupolis, sim. Longinus episco. Orchi- sti, sim. Petrus episco. Gangrorum, pro Po- lychronio episco. *Dabliorum, & Theodo- ro episco. *Salorum, sim. Aethericus episco. Smyrne per Paulum dia. sim. Eusebius epif. Clazomenen, sim. Cyriacus epi. Aegeæ, sim. Mamas epi. Anitien, sim. Leontius epi. Ma- gnetiæ Mazandri, sim. Quintus epi. Phocien, sim. Proclus epif. Argifia, sim. Thomas epif. Alalcomen, sim. Philippus epif. *Nouç aule, sim. Rufinus episco. Briullenus, sim. Marcel- linus episcopos *Metropolis, sim. Esaias epi- scopus Elaitanus, similit. Paulinus episco. Theodosiopolis, similit. Iulianus episcopos Hypepenus, similit. Hesperius episcopos Pitana, similit. Proterius episco. *Myrrhi- na, similit. Basilicus episcopos *Palæspo- lis, similit. Meonius episco. Nyfa, similit. Petrus episcopos Dardaniorum, similit. Thalassius episcopos Parij, similit. David episcopos Adrianorum, similit. Eulalius episcopos Pio- niorum, similit. Pionius episcopos Troa- dis, similit. Stephanus episcopos Prymneia, similit. Theofebius episco. Ilij, similit. Hermias episcopos Abydi, similit. Daniel episcopos Lamptaci, similit. Patricius episco. Adra- myteorum, similit. Menecrates epif. Cyrasso- rum, similit. Cofinius episco. Hierocafareæ, similit. Andreas epif. Dadalorum, per Cof- finium episcopos, similit. Helias epif. Blean- dr, similit. Polycarpus episcopos. Gabalo- rum, similit. Patricius episco. Acamassenus, sim. Paulus episcopos Tripolis, similit. Amachus episcopos Septenorum, similit. Leucius epif. templi vel phani Apollinis, similit. Gemellus episcopos Stratonica, similit. Alchimedus episcopos Silandi, similit. Dionysius epif. Attalia Lydia, similit. Stephanus episco- pus *Lymenium, per Nicolaum episco- pus Telmessi, & *Micra infulæ, similit. Fron- ton epif. Phaselidorum, sim. Philippus epif. Liburnensium, similit. Theodorus epif. An- tipater epif. Cauni, similit. Andreas epif. Tloen, similit. Nicolaus epif. Acrassi, similit. Romanus epif. Bubonensium, similit. Doci- maffius epif. *Burenium, similit. Niceas epif. Megarenium, similit. Athanasius epif. Opun- tis, similit. Dominus epif. Plateensium, similit.

*Daciori
*Syopolis

*Theodo-
siopolis.

*Myrrhen-
*Palcopolis

*Mina

*Butei

TOM. 2.

Onesimus episco. Argorum, similit. Marcus episco. *Eurizæ, similit. Peregrinus episcopos *Phœnicis, sim. Eutychnus episco. Adriano- polis, sim. Claudius epif. Anchiaxi, sim. So- tericus episco. Corcyra, sim. Dionysius epi- scopos Antiochia, similit. Ioannes epif. Alin- dorum, sim. Flacillus epif. Afli, similit. Papias epif. *Erezorum, sim. Dionysius epif. He- racleæ *Latmi, sim. Menander episco. Hera- cleæ Salmacis, similit. Eupythius epif. Strato- nica, sim. Ioannes episcopos amyzonis, sim. Tynchanus epif. Apolloniadis, sim. Theo- doretus epif. Alabandorum, similit. Ioannes epif. Gnidi, similit. Calandion epif. *Alycar- nassi, similit. per Iulianum presbyterum. Da- niel epif. Cadorum, similit. Modestus epif. Sebalta, similit. Paulus epif. Aristij, similit. Eu- lalius epif. Silbij, similit. Chariton epif. Dio- nyfiopolis, similit. Ioannes episco. Trapezo- polis, sim. Gennadius epif. *Acmonorum, similit. Thomas epif. Theodosiopolis, similit. *Gerdio epif. *Cladama, similit. Gennadi- us epif. *Mofinorum, sim. Euandus epif. Dioclia, similit. Gerontius episco. Basiliano- polis, similit. Alphius epif. Myndi, sim. Dio- genes epif. Orthofia, per Theofiftum presbyterum, similit. Zoticus epif. Arpafien- sium, per Philotheum presbyterum, similit. *Mirus episcopos *Euladus, sim. Lucianus episcopos *Hipentis, similit. Philippus epif. Lyfiadis, similit. Epiphanius episcopos Mi- dand, similit. Abertius episcopos Hierapo- lis, sim. Cyriacus epif. Eucarpia, similit. Eu- stathius episcopos Docime, similit. Aquilas episcopos Aurocyrorum, similit. Basilus epi- scopos Nacolia, similit. Strategius episco. Polybotis, similit. Ncoptolemus episco- pus Corne, similit. Paulus episco. Der- ba, similit. Plutarchus episcopos Lyftro- rum, similit. Eugenius episcopos Canno- rum, similit. Rufus episco. Hyda, similit. Tyrannus episcopos Homonadorum, sim. Acholius episcopos Larandorum, similit. Eu- tropius episcopos Adadorum, similit. Pau- lus episcopos Philomelij, similit. Paulinus episcopos apameæ, similit. Theofiftus epi- scopos *Tyrij, similit. Eorticius epif. *Therz Metropolis, similit. Cyrus episcopos *Si- niandi, similit. Libanius episcopos Pari- lycanon, similit. Alexander episcopos Se- leucia, similit. Olympius episcopos Sozo- polis, similit. Fonteianus episcopos Saga- lassi, similit. Messalinus episcopos Laodi- cea, per * Adilum Chorepiscopum, similit. Bassonas episcopos Neapolis, similit. Florentius episcopos Adrianopolis, similit. *Mufianus episcopos *Limerorum, si- milit. Manaffes episcopos Theodosiopo- lis, similit. Ioannes episcopos Bargyla, si- milit. Florentius episcopos Lesbi, per Euel- pistum chorepiscopum, similit. Epaphrodi- tus episcopos Tamaffij, similit. Soterus epif. Theodosianus, similit. Heliodorus episcopos

*Eua

*Ereffor,
*Lyncefid

*Agmonio
norum

*Mofino-
rum.

*Ispen-
*Ispen

*Therz
*Syniandi

*Mufoniu

Ama-

Amathuntis, per Soterem episcopum Theo- dosia, similit. Didymus episco. Zapethos, per Epaphroditum Tamaffij, similit. Echius episcopos Arifioa, per Soterem episcopum Theodosia, similit. Photin episcopos Chy- trorum, per Dionysium diaconū, similit. Epi- phanius episcopos Salorū, per Soterem epi- scopum Theodosia, similit. Ioannes episco- pus Messenæ, similit. Ophelimus episcopos Vegeæ, sim. Irenæus episco. Naupaeti, sim. Cyrillus episco. Subritis, sim. Gennadius episcopos enof, sim. Eusebius episcopos ci- uitatis Apollonia, similit. Demetrius episco- pus Lappæ, sim. Euphrates episcopos Eleu- therna, similit. Paulus episcopos Candia, per Chryfogonum presbyterum, similit. Zoron episcopos Philippensium, sim. Eusebius epi- scopos Topirensium, similit. Maximinus epi- scopos *Serrenfū, sim. Nicolaus episcopos Stoborum, sim. Dardanius episcopos *Bar- gyla, similit. Ioannes episcopos *Particupo- lis, per Cyriacum presbyterum, sim. Hono- ratus episcopos rhaſſi, sim. Theophilus epi- scopos *Ariaffi, sim. Neon episcopos Pfyll- enus, similit. Diodotus episcopos Lyfimacho- rum, similit. Maras episcopos Cordiluforum, simi. per Marcellinum episcopos * Ifidorum. Paulus episcopos Tloforū, sim. Marcellinus * Ifidorum, sim. Macedon episco. Magidis, sim. Eudoxius episcopos Etenorum, similit. Aurelius episcopos Adrumetinus, sim. Mar- cellinus episcopos *Corydalorum, sim. Eu- genius episcopos Cotenorum, similit. Obru- mus episco. Coraceſij, sim. Petrus Epifcopos Echineorū, per manū Sophronij coepifco- pi, sim. Eustathius episcopos gentis Sarra- cenorum, sim. Constantinus episcopos Deme- triadis, sim. * Relituanus episcopos Africa- nus, sim. Saunianus episcopos Perrhæ, sim. Eudoxius episcopos Chomatiss, similit. Palla- dius episcopos Corydalorū, per eudoxium episcopos Chomatiss, sim. Diogenes epifcopo Cyzici, & pro absentibus episcopis sub me constitutis, hoc est, Alexandro ciuitatis Oceæ, Gemello Melitopolis, Eustorgio Scepsia, Eutyichiano Bareñ, Acacio Proconneſi, Ti- motheo Germa, cōfentiens subscripsi. The- odoros episcopos Tarſi, & pro absentibus episcopis sub me constitutis, Saluſtio Cory- ceñ, Matroniano Pompeiopolis, subf. Mari- nianus episcopos Synnadorū, & pro abfen- tib' episcopis, q sub me sunt, Helladio Thy- atira, Paulo Gammaufa, Auxianonte Pre- peniſſe, Otreio Cynnabarij, Auxianôte *By- fenorū, Iacobo rimeſſe infulæ, Baſilio Orei, cōfentiens subscri. Cyrus episcopos anazar- bi, & pro absentibus episcopis sub me cōſti- tutis, Paregorio Caſtabala, Iuliano Alexan- dria miſi, Eufathio *Rhiforum, Alexandro Egæorum, cōfentiens subscri. Onesipho- rus episcopos Iconij, & pro absentibus epi- scopis sub me constitutis, Eugenio Arana, Diomede Ablateñ, * Etio Ifauriopolis, Eu-

*Partheno-
polis,

*Orei

*Ifidei

*Ifundeñ

TOM. 2.

stathio Ebagenorum, Hegemônio *Gada- *Gandare-
renorum, Conone *Perta, Armatio Myſtij,
Onesimo Cyzistrorum, Olympio Sadage-
norum, cōfentiens subscripsi. Baſilius
epifcopo Seleucia Ifauria, & pro absentibus
episcopis sub me constitutis, Antonino Ne-
phelidis, Iacobo Anemurij, Nunechio Cha-
radrorum, Diapherentio *Olbaſſe, Antonio
Domitiopolis, Stephano Dalifandi, Paulo
Serepolis, Minodoro Irenopolis, Cynone
Iſidis, cōfentiens subscripsi. Nunechius
epifcopos Laodiceæ, & pro absentibus epi-
scopis sub me constitutis, Symmacho anti-
quorū * Bendos, Phileto Hierocepien, Epi-
phanio Chologea, Euagora Ielifforum, Zo-
ſimo Themifonij, Antiocho ciuitatis Neæ,
Philadelphio ciuitatis Anthemuſæ, Arabio
ciuitatis Simæ, Heraclio ciuitatis Cydiſſorū,
Gaiō *Egarorum, Matthia Trimenothuri-
torum, Philippo ciuitatis Peltorum, Tacia-
no ciuitatis Philippopolis, cōfentiens sub-
scripsi. Olympius Epifcopo Cypri, per Epa-
phroditum episcopum Tamaffi, & pro ab-
sentibus episcopis sub me constitutis, Her-
molao ciuitatis Catheria, *Ariſtoclides, Ti-
berio Nicopolis, cōfentiens subscripsi.
Simeonius episcopos Amida, & pro abfen-
tibus episcopis sub me constitutis, Eusebio,
Maronio, Caiuma, Gualara, Tyricio, per Pe-
trum presbyterum, cōfentiens subscripsi.
Pergamius epifcopos Antiochia Pifidia, &
pro absentibus episcopis sub me constitutis,
Apellino, Protogene, Marcellino, Maximo,
Timotheo, Eutropio, Armenio, Muſonio,
cōfentiens subscripsi. Stephanus epi-
scopus Ephesi, & pro absentibus episcopis,
Eutropio Pergami, Flauiano Andriaceorū,
Maximo Afli, *Aroëtiano Antandri, Chry-
fogono Cimæ, Alexandro Magnetiæ apud
Sipylum, Eufathio * Timbria, Dracocio
Hydra, Gennadio Therorum, Iuliano Le-
bedi, Alexandro Colophonis, *Zitico Neæ, *Zetico
Ifidoro Prienæ, Maximo Trallorum, Saba-
tio Maſtaurorum, Euforgio * templi Iouis, *phani
Gerontio Archadiupolis, Thoma Aulij, Ru-
fo * Ilij, Ioanne * Bargaforum, Baſilio Teo-
rum, Alexandro Nauiochi, per Hesperium *Varetorū
episcopum Pitana, cōfentiens subscri. Con-
ſtantineus episcopos Boſtrorum, & pro epi-
scopis absentibus sub me constitutis, Placo
Geraffa, Zoſio Ebodorum, Malcho Auare,
Gantone Elanorum, Nonno Saraceñ, Chi-
lone Neapolis, * Erreiobio ciuitatis Neclæ,
Caineo ciuitatis Medina, Seucro ciuitatis
Maximianupolis, Anaſtaſio Anitha, * Sole-
mo Conſtantia, Mara Dionyſiadis, con-
fentiens subscripsi. Theodorus episcopos
Damafci, & pro epifcopis absentibus sub
me constitutis, Ioanne * Palmyra, * Coche-
na Dadachorum, Eusebio Iabrudorū, The-
odoro Dananio, Abraamio Alalorum, Pe-
tro Coarorum, cōfentiens subscripsi. Ste-
phanus epifcopos Hierapolis, & pro DEO

*Olbia

*Timi-
*Varetorū

*Ogdama

O 3 aman-

amantissimis Episcopis sub me constitutis, Vranio Surorum, Mara Vrimorum, David Europi, Cosma Marino, consentiens subser. Diuinitissimus & pijsissimus dominus noster Imperator ad sanctam synodum dixit: Dicat sancta synodus, si secundum omnium sanctorum episcoporum expositionem, diffinitio nunc relecta, prolata est. Omnes clamauerunt: Omnes sic credimus: Vna fides, vna voluntas. Omnes id ipsum sapimus, omnes consentientes subscripsimus, omnes orthodoxi sumus. Hæc fides patrum; hæc fides Apostolorum, hæc fides Orthodoxorum. Hæc fides orbem terrarum saluauit, Martiano nouo Constantino, nouo Paulo, nouo Dauid multos annos. Dauid Imperatori pio domino vitam ei. Nouo Constantino, nouo Martiano. Vos estis pax orbis, pie domine. Dominus vitam ei conseruet. Vos fides nostra. Christus, quem honoras, ipse te custodiet. Orthodoxam fidem tu roborasti. Sicut apostolici, ita creditis. Augustæ multos annos. Vos lumina orthodoxæ fidei. Propter hæc ubiq; pax est. Lumina pacis, Domine, tu custodi. Luminaria mundi, Domine, tu custodi. Perpetua memoria nouo Constantino: Quæ ex genere orthodoxa est, Deus eam custodiat. Custodet fidei Deus custodiat. Eam, quæ semper pia est, Deus custodiat. Pia orthodoxa, quæ contraria est hæreticis, Deus eam custodiat. Omnes hæreticos tu fugasti. Nestoriū & Eutychem tu persecuta es. Abiit inuidia à vestro imperio. Fideles Imperatores sic honorantur, Deus custodiat potestatem vestram, Deus pacificet imperium vestrum. Martianus nouus Constantinus. Pulcheria noua Helena. Zelum Helenæ tu sceleris. Vestra vita, munimen cunctorum est: vestra fides, ecclesiarum gloria est. Et post has voces, diuinitissimus & pijsissimus noster dominus Imperator ad sanctam synodum dixit: Licet laborem vestræ reuerentiæ fatigationemq; fecerimus, tamé maximas gratias agimus omnium saluatori Deo, qui multorum errantium circa fidem amputata discordia, in vnam eandemq; religionem omnes nunc vna voluntate conuenimus, sperantes eclerissimam, vestris ad diuinitatem precibus, & circa omnia pacem nobis à Deo donari. Omnes clamauerunt: Hæc digna vestro imperio. Hæc propria vestri regni. Hæc correctio vestri imperij digni fide, digne Christo, digne imperio, digne fide & religione. Propter hoc pacificatur orbis terrarum. Hæc digna vestro imperio. Per te orthodoxa fides firmata est. Per te hæresis non est. Cælestis rex, terrenum custodi. Per te firmata fides est. Cælestis rex, Augustam custodi. Per te fides firmata est. Vnus Deus qui hoc fecit. Rex cælestis Augustam custodi, dignam paci. Hæreticos tu fugasti. Nestorio & Eutychi anathema. Anathema & Dioscoro. Per vos fides, per vos pax. Hæc oratio ecclesia-

TOM. 1.

rum, hæc oratio pastorum. Nestorio & Eutychi & Dioscoro anathema. Et post has voces diuinitissimus & pijsissimus dominus noster Imperator ad sanctam synodum dixit: Pia & Catholica fide à sancta & vniuersali synodo secundum patrum expositionem declarata, iustum simul & expediens esse nostra tranquillitas approbavit, omnem decetero contentionis occasionem de sanctæ fidei religione penitus amputari. Si quis igitur idiota, vel militaris, seu clericus, publicè de fide turbam congregans, sub obtentu disputationis tumultum fecerit, sciat, quia si quid idiota sit, ab vrbe regia expelletur: militaris verò & clericus, gradus sui periculum sustinebunt, & pœnis alijs subiacent. Omnes clamauerunt: Multos annos Imperatori, multos annos Augusto pio & Christiano. Ecclesias tu correxisti, orthodoxam fidem tu confirmasti. Augustæ orthodoxæ multi anni. Multos annos pie & amatrici Christi. Imperium vestrum Deus custodiat. Vos hæreticos expulisti. Nestorio & Eutychi & Dioscoro anathema. Trinitas hos tres damnauit. In perpetuum maneat vestrum imperium. Diuinitissimus & pijsissimus noster Imperator ad sanctam synodum dixit: Quædam capitula sunt, quæ ad honorem vestræ reuerentiæ vobis seruauius, decorum esse iudicantes, à vobis hæc regulariter potius formari per synodum, quam nostra lege sanciri. Et iubente diuinitiss. & pijsissimo principe, Beronicianus vir deuotus secretarius diuini consistorij, capitula relegit:

Primum capitulum.

¶ Eos qui verè & sincerè solitariam arripunt vitam, debito honore dignos efficiamus. Quoniam verò quidam, sub pretextu solitariae vitæ, & ecclesiarum & communis perturbant causas, placuit, nullum quidem ædificare monasterium præter voluntatem episcopi ciuitatis, neq; in possessionem præter voluntatem domini possessionis. Eos verò monachos, qui per singulas ciuitates sunt atque prouincias, subijci episcopo, & quietem amplecti, & intendere solum ieiunio & orationi, & neque ecclesiasticis, neq; publicis importunos rebus existere, nisi forte iubeatur eis propter necessariam causam ab episcopo ciuitatis. Sed neque potestatem habere monachos, suscipere in monasterijs suis seruos aut inscriptitios, præter voluntatem dominorum.

Capitulum secundum.

¶ Quoniam verò aliqui clericorum & monachorum pecuniæ amore languentes, curis mundanarum rerum femetipsos subijciunt, aut possessionum cõductores aut procuratores constituti, aut in domibus secularium obuersantes, tanq; dispensatores effecti: placuit huic sancto & magno concilio, nullum clericum cõducere possessiones, aut p-

cura-

Edicti Martiani contra populares de fide disputationes.

Cõci. Chalcedo: cap. 4.

curationem suscipere, nisi forte ei à proprio episcopo iubeatur, ecclesiasticarum possessionum habere sollicitudinem: Si quis autem post hunc terminum aut ipse cõducere præsumperit, aut per alium quemlibet hanc curam suscipere, hunc ecclesiastico subdiplicio: quod si in contentione perstiterit, dignitate priuetur.

Capitulum tertium.

¶ Clericos in ecclesia constitutos, non licere alterius ciuitatis ecclesiæ deputari, sed permanere illic, in qua ministrare ab initio deputati sunt, extra illos scilicet, qui, amissis proprijs, puincijs, ex necessitate in aliena ecclesia trāsierunt. Si quis verò post hanc definitionem, clericum alij episcopo cõpetentem suscepit, placuit extra cõmunionem fieri, & eum, qui susceptus est, & qui suscepit, donè clericus, qui excessit, ad propriam reuertat ecclesiam. Et post hanc lectionem capitulorum à diuinitiss. & pijsiss. domino nostro, religiosissimo episcopo regiæ Cõstantinopolis Anatolio, Omnes clamauerunt: Multos annos Imperatori pio Christiano. Christus, quem colis, ipse te seruet. Hæc fide digna sunt sacerdoti. Imperatori multos annos. Ecclesias tu crexisti, victor bellorum, doctor fidei. Multos annos Augustæ piæ amatrici Christi. Orthodoxæ multos annos. Vestrum imperium Deus conseruet. Hæreticos vos destruxisti, fidem vos custodisti. Inuidia ab imperio vestro procul sit. Imperium vestrum per seculum sit. Et post hæc diuinitiss. & pijsiss. noster dominus Imperator ad sanctam synodum dixit: Ad honorem sanctæ martyris Euphemie, & vræ pariter sanctitatis, Chalcedonensium ciuitatem, in qua sanctæ fidei concilium gestum est, metropolis priuilegia habere sancimus, nomine tantum hanc honorantes, salua videlicet Nicomedensium ciuitati propria dignitate. Omnes clamauerunt: Iustum iudicium Imperatoris digni sancta martyre. Vnum pascha orbi terrarum. Circunventiones episcoporum vos cohibetis. Hæc sancta te custodiat, supplicam: Dimitte nos, pie Imperator, dimitte nos. Diuinitiss. & pijsissimus dominus noster Martianus perpetuus Augustus, ad sanctum concilium dixit: Multum quidem estis itinere fatigati, laborem perferentes. Veruntamen sustinete tres adhuc aut quatuor dies, & presentibus magnificentissimis nostris iudicibus, quæcunque vultis mouete, competens adepturi solatium. Nullus vestrum, anteq; perfecti termini ex omnibus proferantur, à sancto concilio discedat.

CONCILII CHALCEDONENSIS ACT. VII.

¶ Consulatu dñi nostri Martiani, patris patriæ, perpetui Augusti 4. Kaléd. Nouembriis Chalcedone secundum iustionem pijsiss. nostri domini Imperatoris, conuenientibus in ecclesia sanctiss. beatæ martyris Eu-

TOM. 2.

phemiæ gloriosiss. iudicibus & sancto & vniuersali concilio, per sanctionem sereniss. & pijsiss. nostri domini in Chalcedonensium ciuitate congregato, & residentibus cunctis ante cancellos altaris, gloriosiss. iudices dixerunt: Diuinitiss. & pijsiss. noster Dominus Imperator rogatus à Maximo & Iuuenale sanctissimis episcopis, præcepit nos agnoscere, de motis inter eos capitulis. Vnde conuenientes sanctiss. viri, quidam adinuicem inter se, ex non scripto constituerunt, quæ etiam nobis manifesta fecerunt, & videntur ex consensu iustè disposita. Hoc igitur necessarium iudicauimus, etiam coram sancta synodo vnumquenq; eorū edocere, quatenus & ex vestra sententia, & ex nostra allocutione, quæ fuerint placita, confirmantur. Maximus reuerend. episcopus Antiochiæ Syriæ, dixit: Placuit mihi & reuerend. episcopo Iuuenali, propter multam contentionem per consensum, vt sedes quidem Antiochiensium maximæ ciuitatis beati Petri, habeat duas Phœnicas & Arabiam, sedes autem Hierosolymorum habeat tres Palæstinas. Et rogatus, ex decreto vestræ magnificentie & sancti concilij, hæc scripto firmari. Iuuenalis sanctissimus Hierosolymorum ciuitatis episcopus, dixit: Hæc etiam mihi complacuerunt, vt sancta quidem Christi resurrectio tres Palæstinas habeat, sedes autem Antiochenensium duas Phœnicas & Arabiam. Et rogo, quatenus ex decreto vestræ magnificentie & sancti concilij ista firmentur.

Paschasinus & Lucetius reuer. episcopi, & Bonifacius presbyter, tenentes locum apostolicæ sedis, per Paschasinum reuerend. episc. dixerunt. Hæc, concordantibus fratribus nostris, Maximo reuerend. Antiochenensium ciuitatis episcopo, & Iuuenale reuerend. & sanctiss. Hierosolymorum episcopo, pro bono pacis dicta noscuntur, hoc est, vt Antiochiensium ecclesia duas Phœnicas & Arabiam habeat, Hierosolymorum verò tres Palæstinas possideat. Ad hoc autem & nostræ humilitatis interloquutione firmantur, vt nulla in posterum de hac causa prædictis ecclesijs contentio relinquatur. Anatolius reuerend. archiepiscopus gloriosæ Constantinopolis nouæ Romæ, dixit: Quæ placuerunt inter Deo amantissimum Episcopum Antiochenensium Maximum, & Deo amantissimum Hierosolymorum episcopum Iuuenalem, & ex mea interlocutione firma cõsistant, vt sanctissima quidem Ecclesia Antiochenensium magnæ ciuitatis habeat duas Phœnicas & Arabiam, sanctiss. verò Ecclesia Hierosolymorum tres Palæstinas obtineat, quatenus decetero vtriq; Ecclesiæ huius rei causa nullius cõtentionis relinquatur occasio. Thalassius reuerendus episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: His, quæ per consensum ordinata sunt inter amantissimos episcopos Maximum & Iuuenalem, & nos consentimus. Stephanus

O 4 reue-

Conuentiones inter Antiochenensium & Hierosolymitanum patriarchas.

reuerendus episcopus Ephesi, dixit: Sicut placuit reuerend. episcopis, Antiochenis ciuitatis Maximo, & Deo amantissimo Iuuenali Hierosolymoru, vt sanctissima quide Antiochenis ciuitatis ecclesia habeat duas Phoenicas & Arabiam, sanctissima verò Hierosolymorum Ecclesia tres habeat Palaestinas, quæ inter eos placuerunt, confirmo, quatenus vtraq; Ecclesia deceterò nullius habeat contentions occasionem. Eusebius reuerendus episcopus Ancyra Galatiæ, dixit: Gratias agimus Domino Deo, in quibus duorum patrum contentio amabili placito terminata est. Obtinere igitur volumus ea, quæ vtriusq; partibus placuerunt. Petrus reuerendus episcopus Corinthi, dixit: Circa pacem & concordiam vtrorunq; patrū gaudentes placitis consentimus. Iulianus reuerendus episcopus Coënsiū, dixit: Sicut complacuit vtriusq; parti, hoc est, Maximo reuerendo episcopo Antiochenis, & Iuuenali episcopo Hierosolymoru, vt sanctissima quide Ecclesia Antiochenis maximæ ciuitatis habeat duas Phoenicas & Arabiam, sanctissima verò Ecclesia Hierosolymoru tres Palaestinas obtineat, & ego, q̄ inter eos placuerunt, mediante Christi charitate, vtriusq; ad vnitatem firma esse decerno. Diogenes reuerendus episcopus Cyzici, dixit: Consentio his, quæ à patribus facta sunt. Amphilocheus reuerendus episcopus Sidensis, dixit: Apertè diuina dispensatione ad amicabilem consensum contentionem Deo amantissimoru episcoporu Maximi & Iuuenalis venire iubente, gratias ago & ego Saluatori Christo de eorū pace, consentiēs his q̄ sunt benè disposita. Omnes reuerendissimi episcopi clamauerunt: Nos ita dicimus, & consentimus his, quæ à patribus dicta sunt. Gloriosissimi iudices dixerunt: Et hoc efficacia est sanctæ Trinitatis, & propositi diuinissimi & pijsissimi principis nostri, quatenus ea, q̄ in lite erant apud eos, qui contendere videbantur, concordie proposito deciderentur. Per placitum igitur Maximi sanctissimi Antiochenis ciuitatis episcopi, & Iuuenalis Hierosolymorum factis consentio, sicut vtriusq; attestatio declarauit. Firma etiā per nostrum decretū & sententiam sancti Concilij in omni tempore permanebit, hoc est, vt Maximus quidem sanctissimus episcopus, seu Antiochenis sanctissima Ecclesia, duas Phoenicas & Arabiam sub propria habeat potestate, Iuuenalis autem sanctiss. Hierosolymoru episcopus, siue sanctiss. Ecclesia quæ sub eo est, tres Palaestinas itidem sub ppria habeat potestate, vacantibus scilicet, secundum iussionem diuinissimi & pijsissimi principis, omnibus rebus, & quocunq; modo sacris ab vtraque parte literis impetratis, insuper & mulctatione, quæ in eis huius rei causa nocetur contineri. Datum Kalēdis Aprilis, feria quarta, indictione decimaquarta.

T O M. 2.

ACTIO DE DOMNO ANTIOCHENO, quæ inuenta est in codice patrum Iulianæ membranaceo, transcripta ex codice vetusto chartaceo, & dicitur ipsa fuisse Proculi & Albini Germanorum scholasticorum.

Consulatu Domini Martiani, perpetui Augusti, & qui nunciatus fuerit, sexto Kalendarum Nouembrii, Chalcedone secundum preceptum diuiniss. & clemētiss. domini nostri Imperatoris, conuenientibus in sancta Ecclesia sanctæ martyris Euphemie, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militū & exconsule ordinario & patricio Anatolio, magnificentissimo & gloriosissimo prefecto sacri consistorii Palladio, & magnificentissimo & gloriosissimo magistro magistrō Vincomalo, cōuenientibus etiā & Paschasino & Lucentio viris reuerendiss. episcopis, & Bonifacio viro reuerendiss. presbytero, vicarijs sancti archiepiscopi senioris Romæ Leonis, & Anatolio reuerendiss. archiepiscopo maximi nominis Constantinopolis, & Maximo reuerendiss. archiepiscopo Antiochiæ Syriæ, & Iuuenale reuerend. episcopo Hierosolymitano, & cætera sancta synodo, quæ ex sanctiōe diuinissimi & clemētiss. domini nostri Imperatoris in Chalcedonensi ciuitate congregata est, quorum nomina infra sunt scripta. Et residentibus vniuersis ante cancellos sancti altaris, Maximus reuerend. episcopus Antiochiæ, dixit: Deprecor magnificentissimos & gloriosissimos iudices, sanctam hanc & vniuersalem synodū, humanitatem exercere in Domnū, qui fuit Antiochiæ episcopus, dignemini & statuere ei certos sumptus de Ecclesia, quæ sub me est.

Paschasinus & Lucentius viri reuerendi episcopi, & Bonifacius presbyter, vicarij sedis Apostolicæ, per Paschasinum reuerend. episcopum dixerunt: Sanctus ac beatissimus papa, qui episcopatum sancti ac venerabilis Maximi episcopi Antiochenæ Ecclesiæ cōfirmavit, iusto fati iudicio eius meritū approbasse videtur. Si quidem memoratus vir episcopus Maximus suo arbitrio Domno voluerit esse cōsultum, vt sumptus ei de sua ecclesia (miserationis intuitu, prout estimauerit) largiatur, vt contentus alimonijs, quiescat in posterum. Quæ confessio Græcè per Beronicianum virum deuotissimum, secretarium sacri consistorii, translata est. Anatolius reuerend. episcopus dixit: Laudo & ego condolentiam beatiss. episcopi Antiochiæ Maximi, in quibus spontanea voluntate ipse tales precatórias obtulit, vt sumptus prestaret Domno, qui fuit episcopus ecclesiæ sanctæ, quæ sub eo est, præter hoc prædicto nihil requirente. Iuuenalis episcopus Hierosolymitanus, dixit: Amplector & ego con-

fili-

filium sancti episcopi Antiochiæ Maximi.

Vniuersa sancta synodus vociferata est: Laudabiles merito sunt beneuolentiæ archiepiscopi. Omnes cogitatu eius laudabimus. Hic decet eius existimatione humanus cogitatus pontificis. Magnificentissimi iudices dixerunt: Amplectēte sancta synodo arbitrium Maximi viri religiosi episcopi Antiochenis, quod de Domno probauit, & nos eidem consentimus, quæ sunt, eius arbitrio derelinqentes, de Domno honorificetia. Et alia manu edantur.

ACTIO OCTAVA, DE COMPOSITIONE Maximi & Iuuenalis, quæ inter fecisse leguntur, de quibusdam parochijs.

Consulatu domini nostri Martiani perpetui Augusti, & qui fuerit nunciatus, sub die octauo Kalē. Nouemb. Chalcedone, secundum iussionem sacram diuinissimi & pijsissimi domini nostri Imperatoris congregatis in sanctissima ecclesia sanctæ martyris Euphemie, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militū & exconsule ordinario & patricio Anatolio, & magnificentiss. & gloriosiss. prefecto sacrorum prætoriorum Palladio, & magnificentiss. & gloriosiss. magistro sacrorum officiorum Vincomalo: cōgregatis autem & Paschasino & Lucentio reuerendiss. episcopis, & Bonifacio reuerendissimo presbytero, habentibus locum sanctissimi archiepiscopi senioris Romæ Leonis, & Anatolio reuerend. archiepiscopo magni nominis Constantinopolis, & Maximo reuerend. episcopo Antiocheno, & Iuuenali reuerend. episcopo Hierosolymoru, & Quintillo reuerend. episcopo Heraclææ Macedonia, habente locum sanctiss. archiepiscopi Anastasij Thessalonicensis, & Thalassio reuerend. episcopo Cæsareæ Cappadociæ, & Stephano reuerend. episcopo Ephesi, & Luciano reuerend. episc. Byziciæ, habente locum reuerend. episcopi Cyriaci Heraclææ Thraciæ, & Eusebio reuerend. episcopo Ancyra, & Diogene reuerend. episcopo Cyzici, & Petro reuerend. episcopo Corinthi, & Florentio reuerend. episcopo Sardeorum, & Eunomio reuerend. episcopo Nicomediæ, & Anastasio reuerend. episcopo Niceæ, & Iuliano reuerendiss. episcopo Coënsi, habente locum & ipso Apostolicæ sedis senioris Romæ Leonis, & Eleutherio reuerendissimo episcopo Chalcedonos, & Basilio reuerendissimo episcopo Seleuciæ Ilauriæ, & Meletio reuerendo episc. Larissæ, habente locum reuerend. episc. Apameæ Syriæ Domni, & Amphilocheo reuerend. episcopo Sidis, & Theodoro reuerend. episcopo Tarfi, & Cyro reuerend. episcopo Anazarbi, & Constantino reuerendiss. episcopo Bostrorum, & Photio reuerend. episc. Tyri, & Theodoro reuerend. episcopo Damasci, & Stephano episc. Hierapolis, & Nunechio re-

T O M. 2.

uerendiss. episc. Laodiceæ, habente locū reuerendiss. episcopi Constantiæ Olympij, & Ioanne reuerend. episcopo Sebastia, & Seleuco reuerendiss. episc. Amasia, & Constantino reuerendiss. episcopo Melitenæ, & Patricio reuerendiss. episc. Tyanorum, & Petro episcopo Gangrorū, & Apragmonio reuerendissimo episc. Tij, habente locum reuerendissimi episcopi Calogeri Claudiopolis, & Atarbio reuerend. episc. Trapezuntis, habente locū reuerendiss. episc. Dorothei Neocæsareæ, & Photino archidiacono, habente locū reuerend. episc. Theoctisti Pessinuntis, & Romano episcopo Myrorum, & Critoniano reuerendiss. episcopo aphrodisiadis Caria, & Nunechio reuerendiss. episc. Laodiceæ Phrygiæ, & Mariniano reuerendiss. episcopo Synnadorum, & Onesiphoro reuerend. episcopo Iconij, & Pergamio episc. Antiochiæ Pifidiæ, & Epiphano reuerend. episcopo Pergæ, & Attico reuerend. episc. Nicopolis Epiri, & Martyrio reuerend. episc. Gortyne, & Luca reuerend. episcopo Dyrrhachenorum, & Vigilantio reuerendiss. episc. Larissæ Thessaliæ, & Francione reuerendissimo episcopo Philippopolis, & Sebastiano reuerendissimo episcopo Traianopolis, & Tryphone reuerendiss. episcopo Chij, & Theoctisto reuerendo episcopo Beroæ, & Gerontio episcopo Seleuciæ Ilauriæ, & Eusebio presbytero habente locum Macarij reuerendissimi episcopi Laodiceæ Syriæ, & Eusebio reuerendissimo episcopo Dorylei, & reliqua sancta & vniuersali synodo, quæ secundum sanctionem diuinissimi & pijsissimi domini nostri Imperatoris in Chalcedonensium ciuitate collecta est. Et residentibus omnibus ante cancellos sancti altaris, reuerendi episcopi clamauerunt: Theodoretus modò anathematizet Nestorium.

Theodoretus reuerendus episcopus transficens in medio, dixit: Preces obruli diuinissimo & pijsissimo Imperatori, & libellos obtuli reuerendissimis episcopis, agentibus locum archiepiscopi Leonis. Et si vobis videtur, legatur coram vobis, vt (sicut sapi) cognoscatis. Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Nihil relegi volumus, modò anathematiza Nestorium. Theodoretus reuerend. episcopus dixit: Ego per Dei gratiam ab orthodoxis sum nutritus, & orthodoxè docui, & orthodoxè sum edoctus, & orthodoxè prædicau. Et non solum Nestorium & Eutychen, sed & omnem hominem, qui rectè nō sapit, auersor & alienum existimo. Et dum diceret, Reuerendi Episcopi clamauerunt: Clarè dic, anathema Nestorio & dogmatibus eius, anathema Nestorio & amanti-bus eum. Theodoretus reuerendus episcopus dixit: Verè non dico, nisi quomodò non ui Deo placere. Prius satisfacio vobis, quia neque de ciuitate cogito, neq; honore opus habeo,

habeo, neque ob hoc adueni. Sed quia calumnia passus sum, veni satisfacere me esse orthodoxum, & omnem hereticum, qui conuertere noluerit, anathematizo, & quia Nestorium, & Eutychem, & omnem hominem dicentem vel opinantem duos filios, anathematizo. Et cum diceret, Reuerendi episcopi clamauerunt: sic aperte, anathema Nestorio, & qui ea, quae eius sunt, sapiunt. Theodoretus reuerend. episcopus dixit: Ego, nisi exposuero, quomodo credo, non dico: Credo autem. Et cum diceret, Reuerend. episc. clamauerunt: Iste hereticus est, iste Nestorianus est. Hereticum foras mitte. Theodoretus reuerend. episc. dixit: Anathema Nestorio, & ei, qui non dicit Dei genitricem virginem Mariam, & qui in duos filios partitur vnum filium unigenitum. Ego autem & fidei definitioni subscripsi, & epistolae sanctiss. & Deo amatiss. archiepiscopi domini Leonis, & sic sapio. Et post omnia haec dixit: Saluete. Gloriosiss. iudices dixerunt: Omnis iam dubitatio de Theodoro reuerend. est soluta, quippe & Nestorium coram nobis anathematizauit, & a sanctiss. & Deo amatiss. archiepisc. senioris urbis Romae Leone susceptus est, & definitionem fidei a religio sitate vestra prolata liber suscepit, & insuper epistolae memorati sanctissimi archiepiscopi Leonis subscripsit. Deest igitur ut sententia, proferatur a Deo amabilitate vestra, ut ecclesiam suam recipiat, sicut & sanctiss. Leo archiepiscopus iudicauit. Legi. Legimus. Omnes reuerendissimi episcopi clamauerunt: Theodoretus dignus est sede ecclesiae. Orthodoxum ecclesiam pastorem recipiat, orthodoxum doctorem ecclesiam recipiat. Theodoretus dignus est sede. Archiepiscopo Leoni multos annos. Post Deum Leo iudicauit. Populus orthodoxum recipiat dignum sua sede. Theodoro catholico doctore reddatur ecclesia. Paschasius & Lucentius reuerendissimi episcopi, & Bonifacius reuerend. presbyter, insuper & Iulianus reuerend. episcopus Coenensis, habentes locum Apostolicae sedis, dixerunt: Sanctissimum & venerandum episcopum Theodoretum, sanctiss. & beatiss. vniuersae ecclesiae episcopus urbis Romae Leo, dudum in communionem suscepit ita, sicut literae ab eo ad nostram humilitatem directae, testantur. Si igitur fidem catholicam promittit, sicut secundum praedictum beatum episcopum subscriptionem in proprio libello direxit, & nostrae insuper humilitati, alio dato libello, monstrauit, quoniam & Nestorium & Eutychem non solum scripto, sed & sub presentia totius confensus ore proprio anathematizauit, hoc iudicio sanctissima & venerandissima synodus, insuper verò & nostra humilitas reddi ei ecclesiam propriam definiuit. Anatolius reuerendus episcopus Constantinopolis, dixit: Reuerendissimi episc. Theodoretus per omnia

TOM. 2.

quidem est orthodoxus demonstratus, & ob hoc verò, quod anathematizauit Nestorium & Eutychem, eiusque male placiti haereticum, & suam igitur ecclesiam iuste recipiet. Maximus reuerendiss. episcopus Antiochiae, dixit: Dudum quidem, & a principio reuerend. episcopum Theodoretum noui catholicum, audiens doctrinas eius in sanctiss. ecclesiam, multo autem magis nunc eius recipio sanctitatem, quia modo anathematizauit Nestorium & Eutychem, & sapit secundum definitionem expositam ab hoc sancto Concilio. Vnde & ego decerno esse eum consuetum episcopum ciuitatis Cyri. Iuuenalis reuerend. episcopus Hierosolymorum dixit: Et ego eisdem consentio, quae decreuit Anatolius Deo amatissimus Constantinopolitanus episcopus. Thalassius reuerend. episcopus Caesareae Cappadociae, dixit: Et ego decerno his similia, quae patres sanctiss. Deo amatiss. episcopo Theodoro firmauerunt. Eusebius reuerend. episc. Ancyrae, dixit: His, quae firmata sunt a sanctiss. patribus nostris & archiepiscopis, consona definitio de reuerend. episcopo Theodoro.

Constantinus reuerend. episc. Bostrorum Arabiae, dixit: Et ego consentio his, quae de sanctiss. episcopo Theodoro recte & iuste decreta sunt. Omnes reuerend. episcopi clamauerunt: Hoc iustum iudicium, haec iusta sententia, hoc Christi iudicium. His & nos consentimus. Haec omnes dicimus. Gloriosiss. iudices dixerunt: Secundum decretum sancti concilii Theodoretus sanctiss. episcopus ecclesiam ciuitatis Cyri recipiet. Relegi. Relegimus. Reuerend. episcopi clamauerunt: Anathematizet & Sophronius.

Sophronius reuerendus episcopus Constantiae, dixit: Anathema Nestorio & Eutyche, & omnibus qui orthodoxe non sapiunt. Reuerend. episc. clamauerunt: Et Ioannes modo anathematizet. Ioannes reuerend. episcopus Germaniciae, dixit: Anathema Nestorio & Eutyche, & omnibus praua sapientibus. Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Amphilocheus modo anathematizet. Amphilocheus reuerendiss. episcopus Side, dixit: Anathema maledicto Eutyche, & qui ea, quae eius sunt, sapiunt. Gloriosiss. iudices dixerunt: Curata per omnia sancta synodo, tempus est omnes seruare concordiam. Legi. Legimus. Legi.

Contuli die supradicta, sexto Kalendas Aprilis, Indictione xxij. *viiij

CHALCEDONEN. CONCILII ACT. IX.

Consulatu domini nostri Martiani perpetui Augusti, vij. Kalendas Nouemb. in Chalcedone secundum iussionem diuiniss. & pijsissimi nostri domini Imperatoris, conuenientibus in sanctissima ecclesia sanctae martyris Euphemiae

miae gloriosissimis proceribus, & sancta & vniuersali synodo, quae per decretum diuiniss. & pijsissimi nostri domini Imperatoris in Chalcedone ciuitate collecta est. Et residetibus ante cancellos sanctiss. altaris, ingressus Ibas reuerend. qui fuit Edessena ciuitatis episcopus, dixit: Iniustitiam ab Eutyche & falsa figmenta perpeffus, absens a quadraginta mansionibus & condemnatus, huc adueni impetrare clementiam, & ad ius sacrum & immortalam verticem, & iussit vestra magnificentiam, cum sancta hac & vniuersali synodo, quae aduersum me sunt gesta, perquirere. Deprecor igitur vos, ut cognoscatis, quomodo falsam accusationem pertuli, & calumniam a quibusdam clericis. Iubete ea, quae iudicata sunt a Photio & Eustathio reuerend. episcopis, legi. Vranio episcopo Himerorum, pro gratia Eutyche omnia agens, preparauit quosdam clericos accusare me, & iudicium sibi praedictis quae transmitti. Et inuentum sum innocens a blasphemis, quae mihi illatae sunt, & iudicatum datum est a praefatis reuerend. episcopis, accusationes quidem aduersum me per calumniam factas arguens, testificans autem me recte fidei. Iubete omnia, quae per absentiam meam in Epheso sub Dioscuro gesta sunt, euacuari, & iustitiam mihi seruari, qui sum in nullo culpabilis, & reddi mihi episcopatum pariter & ecclesiam. Nam & omnes clerici Edesseni, per quae scripserunt praefatis episcopis, testantur me esse catholicum, & alienus sum a nefaria blasphemia, quae mihi infertur. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Postulatione Ibae reuerendiss. declarata sanctae synodo, quid videtur? Paschasius & Lucentius, & Iulianus reuerendissimi episcopi, & Bonifacius presbyter, vicarij sedis Apostolicae, per Paschasium dixerunt: Ea, quae gesta sunt, quorum memoriam fecit reuerendus Ibas, & semetipsum mundum ab omni accusatione in episcoporum significauit iudicio, proferantur in medio, ut eorum lectione, aut quid iudicandum sit, aut quid diffiniri oporteat, cognoscamus. Et porrecta ea sententia ab Iba reuerendissimo, Beronicianus vir deuotus, secretarius diuini consistorij, relegit.

Ibae Edessena episcopi libellus querulosus. Post consulatum Flauij Zenonis & Posthumiani venerandorum virorum consulum, sub die quinto Kalend. Martiarum in Colonia Tyro clarissima metropoli consulari, anno quingentesimo septuagesimo quarto, mensis Perithu die decima, secundum Romanos autem Februarij quinta & vicefima, indictione prima, Photius episcopus Tyrriorum metropolis, & Eustathius Berytiorum pulchrae ciuitatis, interlocuti sumus ea, quae sunt subiecta. Magnificentiss. & gloriosissimus tribunus & notarius Damascius, adueniens in Phoenicum prouincia, pijs literis

TOM. 2.

ras nobis dedit, per omnia pijsissimi & amantissimi Christi Imperatoris nostri, quae iubent audire nos esse cum religiofissimo Vranio episcopo ciuitatis Himeriae capitulorum eorum, quae mouentur aduersus Deo amantiss. Ibas Edessena ciuitatis episcopum, a Samuele, & Cyro, & Mara, & Eulogio reuerendis, & formam, quae nobis videtur, iustissimam proferre. His ergo, quae pie sancta sunt, satisfaciendes, audientiam proposuimus: & partibus nobis adductis, per praefatum strenuissimum & spectabilem tribunum & notarium Damascium, ab eodem strenuiss. viro depositione facta, manifestante Imperatoris nostri pijsissimi sanctionem, necessarium hortabamur, accusatorum personam habentes docere quae vellent. His ergo dantibus capitula quaedam, & rogantibus, ut horum fieret subtilis inquisitio, incumbentes nos capitulis, & inuenientes in his accusationem quandam aduersus Ibas religiofiss. episcopum, quasi non recte saperet, sed alia praeterea doctrinam doceret, necessarium ex hoc prius inquisitionem cum magna diligentia facere sumus impulsi. Praecipimus igitur accusatoribus dicere, quae essent, quae a religiofissimo episcopo Iba dicta essent, (sicut ipsi dicebant) a pijs dogmatibus aliena. Dixerunt verò eorum ipsorum quaedam. Et cum multa mota fuissent, quae in actis inserta sunt, nos audientium ordinem ad modicum relinquentes, & ad sanctarum ecclesiarum communem utilitatem respicientes, pro iudicibus pacis mediatores eis partibus nosmetipsos effecimus: & multis vli consilijs, pietate ubique praeposuit & inquirentes, preparauimus religiofiss. Ibas episcopum, quod & ipse amplexus est, ad satisfactionem eorum, qui laesi dicebantur, ex scripto dare quod sentit, vel sapit de pia nostra fide: quod & fecit. Ex abundantia autem praedictus religiofiss. vir permisit, & in sua alloqui ciuitatis ecclesia, & manifeste anathematizare malignae impietatis principem Nestorium, & eos qui, sicut ille, sapiunt, & qui vel libris vel codicibus eius utuntur. Confessus autem sic se credere, sicut continent literae, quae conueniunt inter Deo amatiss. & sanctiss. memorij viros Ioannem maxime Antiochenae ciuitatis episcopum, & Cyrillum maximae Alexandrinorum ciuitatis episcopum, quibus ministravit beatae memoriae Paulus Emisenorum ciuitatis episcopus, ex quibus vniuersalis concordia facta est: consentire autem & omnibus, quae nuper gesta sunt a sancta synodo, quae conuenit in regia & Constantinopoli ciuitate: habere autem omnia, quae placuerunt in Ephesina metropoli, ut a concilio, quod a Spiritu sancto mouebatur: aequaliter autem eam iudicare his, quae in Nicea sunt constituta, & nullam differentiam arbitrari eius ad illam. Et valde eius religio sitatem laudauimus, quod anticipauerit curare eos, qui vel suspitione, vel alio quolibet modo laesi

laesi

for. amabili sanctitate

legi erant de opinione eius doctrina. His ergo placitis & promissis, & medium parietem inimicitarum cum Deo solucentes, necessarium fuit congregare nos, & coniungere ad pacem & concordiam & dilectionem capiti membra diuisa. Dicentes igitur quaecunque dicebant, persuasimus reuereudo episcopo Iba, vt praefatos, sicut filios proprios, haberet & foueret & contineret, omni iniuriarum obliuione prauia, Dei iudicium ei proponentes. Persuasimus autem, & eosdem praedictos conuenire sicut patri eidem religiosissimo episcopo Iba, & omnem praebere benignitatem pariter & affectum, omnibus quae tristitiam commouerunt, Deo iuuante, cessantibus. Super haec nos exegimus sacramentum a religiosissimo episcopo Iba, vt omnibus, qui eum in praesenti negotio contristassent, vel visi fuissent aliquid aduersus eum egisse, obliuionem donaret, & nullum penitus contristaret, neq; gradu fraudaret, neq; minores maioribus propter praefatam contristationem praerferret: sed omnes, siue clerici, siue monachi, vel laici essent, tanquam proprios filios haberet, nullam differentiam vniuscuiusque ad alium faciendo, sed omnibus seruaret iustitiam in honoribus, & consuetudinibus, & gradibus. De ecclesiastico vero reditu, & ex quacunque causa quaestibus sanctissima Ecclesiae motis, aliquibus placuit eidem religiosissimo Iba ex propria voluntate promittere, quia decetero secundum formam Antiochena maximae ecclesiae gubernarentur res per oeconomicos, ex clero ordinatos ab eius religiositate. Placuit autem, etsi aliquandò iustè visus contristari religiosissimus Ibas episcopus voluerit corripere aliquem praefatorum reuerendissimorum. Samuelis, Cyri, Marae, Eulogij, non ex autoritate propria corripiat eos, sed ex sententia reuerendissimi & Deo amantissimi, & sanctissimi, patris & archiepiscopi Domini hoc faciat, propter praecedentem, quae in eis pusillanimitas est effecta & excitata. Sunt autem & alia quaedam ex non subscripto capitula, quae & disposita sunt, & rata ambae partes habuerunt, quae a nobis sunt probata. Et subscriptioes: Photius episcopus Tyri decreui, Eustathius episcopus Berytiorum pulchrae ciuitatis, decreui, Samuel presbyter, Rata habeo, quae decreta sunt. Maras presbyter, Rata habeo, quae decreta sunt. Cyrus presbyter, Rata habeo, quae decreta sunt. Eulogius presbyter, Rata habeo, quae decreta sunt. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Audiuit sancta synodus quae relecta sunt: quid igitur ei videatur, edicat. Paschasinus & reliqui reuerendissimi episcopi, per Bonifacium presbyterum Apostolicae sedis, dixerunt: Sanctissimi episcopi, qui decreto proprio inculpabilem, & ab omni accusatioe liberum Ibam reuerendissimum declarauerunt, si propriam sententiam recognoscant, edicant. Photius

T O M . 2 .

reuerendissimus episcopus Tyri, dixit: Etiam nostrum est iudicatum. Eustathius reuerendissimus episcopus Beryti, dixit: Mea est & dictatio. Paschasinus & reliqui episcopi sedis Apostolicae dixerunt: Audiuit vestra beatitudo, quid contineat & sanctissimorum episcoporum decretum: similiter & vestrae puritati de statu Ibae quid videtur, declarare dignamini. Et tacentibus omnibus reuerendissimis episcopis, Magnificentissimi iudices dixerunt: Subsequenti die suam sententiam sanctissima synodus efficiat manifesta. CHALCEDONEN. CONCILII

Actio X.

Similiter sexto Kalendas Nouembres eodem consulatu, in eadem sanctissima ecclesia sanctae martyris Euphemiae, praesidentibus eidem magnificentissimis & gloriosissimis iudicibus, & eadem sancta & vniuersali synodo secundum iussionem diuiniissimi & piissimi domini nostri Martiani perpetui Augusti, ingressus praedictus Ibas reuerendissimus episcopus, dixit: Deprecor magnificentiam vestram, & hanc vniuersalem sanctissimam synodum. Eutyches aduersus me pro fide quadam falsa confinxit, nec me in synodum introire permisit, per quadraginta mansiones per diuersos adiuuicem succedentes ordines direxit me, viginti amplius carceres mutauit, tanquam non esset carcer in Antiochia in ordine commicianorum, dicunt mihi, quia damnatus es. Si videt ergo magnificentiam vestram, & sanctae vestrae synodo, quae sine iudicio in absentia mea aduersum me gesta sunt, infringere, in vestra erit potestate. Ob hoc etenim (sicut iam edocui) adij sacrum & immortalem verticem. Et iussit vestram magnificentiam, & sanctam synodum audire, quae aduersum me gesta sunt. Et cognouistis ex decreto, quia in nullo culpabilis sum repertus. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Pridem dilatione facta, vt sancta synodus, quae ei viderentur, ediceret: de Iba reuereudo quae placeant, manifestè declararet. Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Absentem nemo condemnat.

Ibas reuerendus dixit: Exoro vos. Absens cõdemnatus sum, non aderam. Nõ obtinui, non merui satisfactionis licentia facere verbum. Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Malè fecerunt, qui eum praeter Canones dudum damnauerunt. Quae aduersus absentem facta sunt, vacuentur. Haec omnes dicimus. Nullus condemnat absentem. Patricius reuerend. episcopus Tyanensis, dixit: Pridem relecta est sententia eorum, qui tunc iudices fuerunt deputati. (Dico enim Photij & Eustathij reuerendissimorum episcoporum) & decreuerunt eum sacerdotem esse. Omnes ergo eorum definitioni consentimus, & eum esse volumus sacerdotem. Orientales reuerendi episcopi clamauerunt: Iustum

Locus obsecrus,

*gratia

stum est hoc delectum. Quidam reuer. episcoporum clamauerunt: Cõtradicitur. Sunt accusatores eius foris, & iubeatur ingredi. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Ingreantur, qui Ibam reuerendū accusare voluerunt. Et ingressis Theophilo diacono, & Euphrasio, & Abraamio, & Antiocho, Theophilus dixit: Rogamus, quae super Ibam in Beryto gesta sunt, relegi, vt addiscatis, quia iustè damnatus est. Magnificentiſſi. & gloriosissimi iudices dixerunt Theophilo: Accusaturus Ibam reuerendum aduenisti, an pro fide certaturus, gesta relegi quæris? Theophilus diaconus dixit: Accusatores manifesti sunt, & hic nõ sunt. Ego diaconus sum, & scio violentiam ciuitatis. Et si accuso, & testes non assunt, denegat. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Scriptas probationes de re aliqua praestare potes? Theophilus diaconus dixit: Habeo monimenta, quae sup hoc gesta sunt in Beryto, & quae in Epheso. Ecce & dominus Thalassius religiosissimus episcopus non uit ipse, qui suscepit relationes. Adest. Interrogetur ipse, ob quam causam damnationem fecit. Et dominus Eusebius adest, & nouit. Eusebius reuerendus episcopus Ancyrae, dixit: Ego relationem non suscepi. Dum autem in Epheso relegeretur, audiui. Et est versu charta multorum, & multorum hominum depositiones habens: si autem habet monimenta, tanquam ad petitionem gesta, eius est probare. Ego enim cum multitudine auditor fui. Thalassius reuerendus episcopus Caesareae Cappadociae, dixit: Cum omnibus audiebamus. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Aderat tunc reuerend. Ibas in vestra audientia? Thalassius reuerendus episcopus Caesareae Cappadociae, & Eusebius reuerend. episcopus Ancyrae Galatiae, dixerunt: Non aderat. Orientales & Pontici reuerendi episcopi clamauerunt: Absentem nullus abijcit. Theophilus diaconus dixit: Veritas in sancta synodo demonstratur. Et dominus Eustathius dixit, quia introduxerunt tres, & sex, & duo decim testes propter dictionem quam dixit, Non inuideo Christo factio DEO. Hic est Photius episcopus: Proponatur ei euangelium. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Expertus reuerendissimus episcopus Photius sententiam synodi, iustitiam, quam in propria causa inueniet, custodire nunc quoquē festinet, narrans nobis, quomodo se habuit Ibae negotium. Photius reuerendissimus episcopus Tyri, dixit: Verè dico. Neque enim decet in quacunq; causa mentiri, multo magis in tali & tanta, & quae a vestra potestate requiritur. Et ab vniuersali synodo quaestione quadam de eo mota, venientes presbyteri & monachi a Mesopotamia, dicebant aduersus eum de semetipso, iste verò negabat. Nos tanquam mediatores, & pro timore

T O M . 2 .

blasphemiarum, & pro importunitate monachorum & presbyterorum, iustissimus egredi eos a Tyro. Scandalizabatur enim ciuitas, quae nunquam tale aliquid vel intellexerat, vel audierat. Post haec, eo iurante nihil tale a se dictum, occasionem perceperimus, vt pacificaremur ambobus, & communicarent sibi, (aderat, puto, & Dominus diaconus, *Eulogius Constantinopolitanus) & nos amicos eos fecimus. Gloriosissimi iudices dixerunt: Ibas igitur reuerendissimus a suis accusatoribus est conuictus? Photius reuerendissimus episcopus Tyri, dixit: Non. Dicebat autem: Venerunt quidem tres cohabitantes ipsis clericis iniuriaribus, & litigantibus contra eum. Nos diximus, quia non possunt cohabitantes inimicis, susceptibiles ad testimonium cõprobari. Fecimus ergo eos amicos. Sancta munera rursum in episcopo communicauerunt inuicem presbyteri & ipse. Theophilus diaconus dixit: Per salutem Imperatorum, eorumq; victoriam, legantur quae super hoc gesta sunt. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Relegatur ea quae super Ibam reuerend. in Tyro gesta dicuntur. Et his oblatis, Constantinus vir deuotus, magistrarius & adiutor sacri consistorij, relegit commonitorium.

¶ Commonitorium pro causa Ibae Edeseni episcopi.

Damasio viro spectabili, & notario praetorianorum. Scientes admirationis tuae propositum, & cognoscentes quantum habeas studium, vt te ipsum Deo & nostrae pictati commendes, visum nobis est, vt tu pergas cum Vranio reuereudo episcopo Himerorum ciuitatis ad partes Orientales, & cooperantibus per singula loca iudicibus, inducas reuerendum Ibam Edesenae ciuitatis episcopum, & Daniele reuerendū Carhenorum ciuitatis episcopum, & Ioannem reuerendum Theodosiopolitanum episcopum, in Phoenicum properare prouinciam, & ibi inquiri, quae mouentur a reuerendis praedictarum clericis ciuitatum, tam apud praedictum religiosissimum Vranium, & Photium reuerendum episcopum Tyri metropolis, quam Eustathium reuerendum Berytiorum ciuitatis, aduersus supra memoratos religiosissimos episcopos. Festina igitur secundum ea, quae nostrae diuinitatis iussa sunt, pergere ad partes Orientales, & inducere praefatos reuerendos episcopos, in Phoeniciam aduenire, & ibi omnia, quae mouentur a venerabilibus clericis Edesenae, & Carhenensis, & Theodosiopolitanae ciuitatum, inquiri subtiliter apud memoratos religiosissimos episcopos, & quae ab ijs fuerint definita, effectui mancipare. Datum Constantinopoli, sexto Kalendas Nouembris.

¶ Beryten synodus habita in causa Ibae Edeseni episcopi, relecta Chalcedone.

P

Post

Post consulatum Flauij Zenonis & Posthumiani virorum clarissimorum, sub die Kalendas Septembris, indictione secunda, in Colonia Christi amica Beryto, confidentibus Photio & Eustathio & Vranio religiosissimis episcopis in nouo episcopio Beryti sanctissimæ nouæ ecclesiæ, præsidete & Damascio viro spectabili, tribuno & notario diuini palatii, & Eulogio religiosissimo diacono Christi amatissimæ Constantinopolis sanctissimæ ecclesiæ, præsentibus religiosissimis episcopis Iba, Ioâne, Daniele:stantibus autem Samuele, & Cyro, & Eulogio, & Mara, & Ablabio, & Ioanne, & Anatolio, & Caiuma, & Abibo, reuerendus Damascius dixit: Cùm præsentibus reuerendissimis clericis adissent piissimum & diuinissimum dominum nostrum Imperatorem, & accusassent reuerendissimū & Deo amatissimum Ibam episcopum, & reuerendū Ioānem episcopum, & reuerendum Danielem episcopum, pietas eius sanxit, (sicut continent & piæ & sacræ literę, quę ad vestram datæ sunt sanctitate) vt ijs, qui accusati sunt, à Bostro-ena ad Phœniciam aduenirent, & ad ea, quę ijs inferuntur, apud vestram religiositatem redderent rationem. Et deputatus sum eos deducere, & quę à vobis fuerint definita, executioni mandare. Ad sunt ambæ partes ad hoc, quod vobis placuerit. Reuerendissimi episcopi Photius & Eustathius & Vranus, dixerunt: Pium cõmonitorium dignetur tua magnificentia demonstrare, vt per omnia intentionem piissimi & Christianissimi Imperatoris nostri sequamur: præfulgere etem debet ijs gestis. Quo factõ, Eulogius diaconus Constantinopolis dixit: Aduentibus reuerendiss. clericis, Samuele, Cyro, Eulogio, Mara, Ablabio, Ioâne, & Anatolio, & Caiuma, & Abibo, Deo amatissimum episcopū nostrum in sanctissima ecclesia regiæ ciuitatis Constantinopolis nouæ Romæ, & accusantibus Ibam, Ioannem & Danielem reuerendissimos episcopos, approbavit eius sanctitas vestram religiositatem audire negocium, & ex hoc literas detuli vestræ sanctitati. Et ad sunt partes ad hoc, quod vobis videt. Reuerendissimi episcopi dixerunt: Quoniã dubitamus, quomodo proferre interrogationes aut responiones debeamus his, qui personam accusatorum obtinent, Deo amatissimus episcopus Ibas nos doceat, si quid aduersus eos actum est in sancta & magna synodo, q̄ in Antiochena pridem facta est ciuitate. Samuel dixit: Rogamus, vt ea quę dicuntur, dicantur Syra lingua propter sanctissimum episcopum Vranium, qm̄ integrè nouit ea, q̄ scripta sunt deo amatissimo archiepiscopo Flauiano, à DEO amatiss. reuerend. & sanctiss. archiepiscopo Dõno denobis. Affuit enim apud Cõstantinopolim. Deo amatiss. episcopi dixerunt: Assit vnus eorum, qui possit interpretari Deo amatiss. episc. Vranio. Notarij dixerunt: Adest Maras, qui possit interpretari Deo amatiss. episcopo Vranio. Deo amatiss. episcopi dixerunt: Iam interrogationem intulimus tibi religiosissimo episcopo Iba, quatenus nos doceres, si quid de præsentibus actum est in sancto magnoq; Concilio, quod est pridem in Antiochia Christo amatiss. congregatū, vt congruè eis nos inferamus interrogationes siue respõsa. Religiosissimus episcopus Ibas dixit: Isti quatuor q̄stant, libellos obtulerunt religiosiss. episcopo Domno, & dignata est eius sanctitas mādare nobis, vt occurreremus. Et quoniam quadragesima erat, post diem nos iussit occurrere. Qui scripsit mihi, vt ab excommunicatione eos absoluerem. Erāt enim à me excommunicati. Ego omnia sententię archiepiscopi dereliqui. Qui archiepiscopus propter festiuitatem ab excommunicatione eos absoluit, sub ea tamē definitione, vt nõ excederent Antiochiam, donc̄ sententiã causã perciperet. Si autem exirent, anteq̄ finem causã perciperet, maiori pœnã essent damnatiois obnoxij. Samuel & Cyrus, antequam adueniremus in ciuitatem, deferentes in comitatu profecti sunt. Maras autem & Eulogius remanserunt. Deindē dum continuare sancta synodus, (erant enim illic non pauci episcopi) iussit libellos relegi. Relecti libelli sunt. Referebantur nomina quatuor accusatorum. Stabāt autem duo. Interrogauit autem eos: Vbi sunt vestri sodales, qui vobiscū obtulerunt libellos? Illi autem dixerunt, Nescimus. Tamen sicut audiuius, in Constantinopolim perrexerunt. Religiosiss. episc. dixerunt: Tua religiositas, quę tunc præsens fuit, debet scire intentionem sancti illius, & magni Cõcilij, vtrum integrè damnasset, an in dubio hanc sententiam protulisset. Manifestum enim est, quia non patitur tua sanctitas, quę à sancto illo non sunt gesta Concilio, dicere quasi gesta. Nam & facilè percipitur veritas. Religiosiss. episc. Ibas dixit: Occulta nõ esse non possum. Ego puto, quia pfectam horum damnationem fecit. Si autem videtur vobis ex sententia eorum, damnationem eorum non fecisse, potest postea iudicari. Reuerendiss. episc. dixerunt: Ea, quę gesta sunt in sancto illo conuentu, tua sanctitas præmanibus habet? Religiosiss. episcopus Ibas dixit: Habeo, & adiacent. Reuerend. episc. dixerunt: Suscipientes notarij, illã partē gestorum percurrant, quę continet de his, q̄ se subtraxerunt, vt quę de his gesta sunt, agnoscamus. Samuel dixit: Omnem allegationem nobis congruam aduersus depositiõem reuerendi episcopi Iba, & aduersus ea, quę iussu sunt relegi, referuari (sicut iustum est, vestram sanctitatē nostræ parti statuere) quæsumus. Deo amatiss. episcopi dixerunt: Ad præiudicium tuum non diximus nunc fieri lectiõem. Samuel dixit: Quoniam ea quę aguntur, consequenter aguntur, & fortè im-

minet vobis, vt non hæc, sed alia moueatur. Rogauimus autem referuari nobis allegationem, & ob hoc certamus, & ostendimus, quia non subiacemus damnationi, neq; excommunicationi: sed hoc, quod factum est, sine ordine & præter regulas à reuerendo episcopo nostro Iba factum est. Deo amatiss. episcopi dixerunt: Relegatur pars illa gestorum, quę de his, qui se de audientia subtraxerunt, pridem in maxima Antiochia sunt confecta. Sanctum Concilium dixit: Vbi sunt, qui vobiscum obtulerunt libellos? Maras & Eulogius presbyteri dixerunt: Eius calumnias cognoscentes, (sicut & nos dicimus) nescimus, quomodo illi discesserint. Sanctum Cõcilium dixit: Nunc autem vbi sunt? Maras presbyter dixit: Nescimus integrè. Sicut autem audiuius, in Constantinopolim sunt profecti. Neque verò literas eorum suscepimus, neque scimus integrè. Sanctissimus Domnus archiepiscopus dixit: Quas calumnias metuebant, cùm ego vtiq; scripsissem religiosissimo Iba ob hoc, & rescripserit, reliquẽs mihi omnia, & absoluti vobiscum sunt ab excommunicationis pœnã, sub hac definitione, vt vos quidem haberetis communionem, si quis autem vestrum causam desereret ante finem, ecclesiasticæ disciplinæ subiaceret? Manifesti sunt igitur desertores, & excommunicationem & Apostolicum hunc thronum contemnentes, & semetipsos submittentes maiori dānationis supplicio. Samuel dixit: Rogo subscriptiones eorum episcoporum, qui ibidem reperti sunt, vt scripserunt, relegi, & inferi monumentis. Reuerendissimi episcopi dixerunt: Relegantur subscriptiones religiosissimorum & sanctissimorum episcoporum, qui in his inserti sunt monumentis pariter, & subdantur. Domnus episcopus Antiochiæ, interlocutus sum. Simeonius episcopus Amidæ, hæc eadem interloquutus sum. Stephanus episcopus Hierapolitanus, hæc eadem interloquutus sum. Constantinus Bostre episcopus sanctissimæ ecclesiæ, hæc eadem interloquutus sum. Theodotus episcopus Beroæ, hæc eadē interloquutus sum. Thomas episcopus Mopsuestiæ, hæc eadem interloquutus sum. Placus episcopus Gerasenæ sanctæ ecclesiæ, hæc eadem decreui. Euoltius episcopus Zeugmatis, hæc eadem interloquutus sum. Daniel episcopus Carthensium, hæc eadem interloquutus sum. Dadas episcopus Batenorum, hæc eadem interloquutus sum. Deo amatissimi episcopi dixerunt: Manifesta est interloquutio Deo amatissimi, reuerendissimi & sanctissimi patris nostri & archiepiscopi Domni. Libelli igitur, qui heri oblatis sunt, relegantur, & gestis indantur.

¶ Libellus Samuelis & aliorum presbyterorū Edessę, ad Photiū & ad reliquos episcopos contra Ibam.

Sanctissimis per omnia & deo amatissimis episcopis Photio & Eustathio & Vranio petitiõ oblata à Samuele, Cyro, Eulogio, Mara, presbyteris sanctissimæ ecclesię Edessenæ. Nos equidem optabamus per omne tempus vitæ sine litigio viuere. Quoniã autem ea quę audacter gesta sunt aduersus nostram ecclesiam, & sanctorū nostrorum patrum fidem, à venerabili episcopo nostro Iba per summam iniustitiam, compulerunt nos ad hanc accusationem descendere tam eius quàm eius fratris Danielis, qui idē episcopus est Carrheniū ciuitatis, consequenter & secundum Canones aduentes conciliū tam Orientale quàm Occidentale, oportuit nos & piissimum atque Christianissimum pro ijs principem deprecari. Ex hoc ergo & sanctissimo archiepiscopo Flauiano pariter decernente, & cū piissimo nostro principe disponente, à vestra sanctitate nostrum exerceri negocium, aduenimus, paratos nos meripfos habentes, probare quæ diximus. Adsumus igitur, per hos nostros deprecantes libellos, vt iubeat à vestra sanctitate inchoari negociū. Samuel presbyter, Libellos obtuli cū collegis. Cyrus presbyter, Porrexii libellos cum collegis. Eulogius presbyter, Obtuli hos libellos cū socijs. Maras presbyter, Obtuli libellos cū socijs. Samuel dixit: Rogamus hoc nobis licitum existere à vestra iustitia, vt hæc eadem Syra lingua dicantur Deo amatissimo & sanctissimo episcopo Vranio, quoniã aderat apud Cõstantinopolim, qm̄ literę de hoc scriptæ ab archiepiscopo Dõno ad archiepiscopū Flauianū, lectæ sunt. Et iterum adfuit in Antiochia, quandò ex hoc moturi eramus sermonē. Et de hoc alia ei locut⁹ est. Et quid ei dixit, rogamus, vt dicat. Reuerendi episcopi Photius & Eustathius dixerunt: Omnia quę expetistis, is, qui adest, religiosissimo episcopo Vranio propria interpretabit lingua. Et postquam interpretata sunt, Deo amatissimi Photius & Eustathius episcopi dixerunt: Edoceat nos venerabilis Maras, quæ religiosissimus episcopus Vranus propria voce locutus est. Maras dixit: Hęc dixit, Relectæ sunt literæ coram patricijs, & quoniam confundebant cõfessum, fecimus eos excommunicari. Tamen ego iudex datus sum, & nõ possum testari. Religiosissimus episcopus Ibas dixit: Non fecit illorum mentionem domin⁹ Domnus in epistola, quã scripsit ad sanctissimū archiepiscopum Flauianū, qui fuerit semel damnati? Religiosissimi & sanctissimi episcopi dixerunt: Diximus, Clara est interlocutio Deo amatissimi & sanctissimi patris nostri & archiepiscopi Domni, relegantur igitur rursus libelli. Et postquam relecti sunt, Deo amatissimi episcopi dixerunt: Libelli, qui à vobis oblatis sunt, generalem quandam continent accusationē. In scriptis igitur vnusquisq; vestrum deponat, & quid accu-

fare habet, & quibus deliberavit inflare capitulis. Samuel dixit: Per ordinem ex ore capitula corā vestra sanctitate proferimus. Incipimus autē ab isto capitulo. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Singuli propria voce deponant, si accusationi persistunt de ijs capitulis, quæ dederūt. Samuel dixit: Persisto. Maras dixit: Persisto. Eulogius dixit: Persisto. Cyrus dixit: Persisto. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Relegantur omnia capitula, & sic vniuscuiusque inquisitionem faciemus. Samuel dixit: Et ea deprecamur inferi monumentis. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Inferantur. Ciuitate conferente ad redemptionem captiuorum vsq; ad mille & quingentos solidos, & positus apud custodē sacrorum ministeriorum vsque ad sex milia solidorum & amplius, præter redditus, suscepit ipsius frater, habens in vasis argenti sacri vsque ad libras ducentas, & vendidit pro mille solidis solum, (sicut nos cognouimus, non direxit) in semetipsum reliqua cōferens. Rursū calicem gemmarum magni precij, oblatum nostræ ecclesie à sancto viro ante annos vndecim, inter vasa sanctę ecclesie non reposuit, & nescimus, quid factū sit de eo. Tertio adhuc & de ordinationib; accepit. Quarto Abraamius quidam diaconus nostri cleri fuit. Hic Ioānis alicuius marlesici depræhensi amicus erat, & conscius. Coram reuerendissimo Episcopo nostro & omni clero conuocato ad audiētiam Abraamio diacono, monstratum est eodem confidente consciū esse, vt pœnam sustineret excommunicationis, & ab omnibus odiretur, & in persecutione esset multo tempore. Post hæc (nescimus quomodō persuasus) satis factione ab eo nullatenus proveniente, tentauit eum Batenorū ordinare ciuitatis episcopum. Et prohibitus ab eo, qui tunc archidiaconus erat, indignatus est. Et hunc quidem, qui morti erat obnoxius, apud semetipsum decreuit esse episcopum. Illum vero, qui turbam incitauerat ciuitatis, & dixit iustum non esse hoc fieri, remouit de proprio loco, & excommunicauit, & expulit ab ecclesia. Et quoniam non potuit intentionē suam explere, compulsus est eum facere xenodochum. Et retinet chartam magicarum incantationum reuerendus noster episcopus, qui debuit iudici prouinciæ hūc, qui ita execrabilis est, offerre secundū consequentiam legum. Quinto Balceum nomine quēdam virum, (de quo omnes, qui in eodem vico habitant, clamauerunt & in scriptis, & finē scriptura, adulterū & masculorum concubitorem) ordinauit presbyterum, & procuratorem in custodiam retrudens, & iudici tradēs hos, qui clamauerūt, & hæc innotescētibus ei literis Deo amantissimi reuerendi episcopi Domini. Sexto, quia ordinauit Danielem filium sui fratris episcopum paganorum ciuitati, dum oportebat patrem sanctum fieri, cuius possent opera reuerenti-

TOM. 2.

am facere, & p̄suadere, vt vel nunc ad cognitionem veritatis accederēt, iste illic ordinauit in quietū, & iuuenē existētē, & luxuriosissimū. Neq; enim passus aut dignat̄ est aliquandō latere, sed penē semper in nostram adueniens, ciuitatē, propter Challoom quādam maritatem, circumducens eam per loca diuersa, & in delicijs cum ea versabatur: quia omnes ecclesiasticos redditus multos existētēs, & in infinitam tendentes quantitatem, confert suo fratri vel consobrino. Et rogamus, vt rationē faciat corā vestra sanctitate, quia hæreditates & munera, & quæ vnde cunq; offeruntur, & cruces positas aureas & argenteas, collecta dirigit suo fratri vel consobrino: quia quæ ex definita mēsurā in expensas captiuorum eroganda fuerant, in domibus suorum erogat cognatorum. Septimo, quia dum memoria fieret sanctōrum martyrum, non est datum vinum ad sacrificium altaris, ad sanctificationem & populū distributionem, nisi omnino paululum, & hoc infectum atq; lutosum, & tempore, quo fuerat vindemiatum: vt ex hoc cogerentur, qui deputati fuerāt ministrare, de tabernis & omnino infectos comparare sextarios, qui nec sufficerēt, intātum, vt hi, qui sanctum corpus distribuēbant, innuerent ingredi eos, quia sanguis non inueniretur, illis bibentibus & tunc ac semper habentibus diuersum & mirabile vinum. Et hæc acta sunt, cōscio & admonito eo, qui potestatem ministeriorū habebat. Cui & dictum est, vt & ipse admoneret episcopum cum fiducia. Et cum nihil fecisset, illo tēpore coacti sumus nos, & ipsum reuerendissimum episcopum rursū admonere. Et cum didicisset, permotus nō est, sed cōtempserit, itā vt multi nostræ ciuitatis hinc scandalizaretur. Octauo, quia Nestorianus est, & B. Cyrillum hæreticū appellat. Nono, quia episcopus Daniel quosdā ex sua clericos ordinauit. Decimo, Pirozo presbytero benē testante, & sua ppria disponente, & res, quas habuit, ecclesijs relinquente redditus nullos habentibus, accensus noster episcopus Ibas cautionem eius se habere dixit mille ducē-

Græcē, triū millium

suam

suam transmitteret hæreditatem, iurans ei, hæc se post eius mortem pauperibus erogare. Hoc enim & testamento continetur. Et postquam hæc Daniel est adeptus, non solum (sicut oportebat, vel sicut iurauerat) nō disposuit, sed luxuriæ eius seruiunt. Challog enim mulieri dedit ea. Tertio decimo, quia à paganis incidentibus in peccatum sacrificiorum, accipiens Daniel episcopus sportulam, relinquit crimen, negocians & hinc sibimet lucrū. Decimo quarto, quia & ecclesie Edessenæ prædiola fargaritas sylvas cædentes, portauerunt ad prædia Challogæ amita Danielis episcopi, & ædificauerunt quæ voluerunt. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Quando redargutio capituli sequitur, animæ periculum ferens, superfluum iudicamus inquisitionem loci fieri cæterorumq;. Quæ igitur manifestè interdicta sunt & canonicis & legib; & sunt apertè odiosa Deū timentibus, hæc eligite primitiis, & his instate. Videntur autem nobis hæc esse principalia. Primum quidem, rectæ esse oportere fidei, qui sacerdotio fungitur. Deindē, esse eum totius luxuriæ liberum, sed nec proderet pietatem, maxime pecuniarum causa. Ex quibus si alicuius probare potestis præuocationem, proprio ore deponite. Samuel dixit: Sicut iam postulauimus, rogamus fieri inquisitionem capituli vniuscuiusq; per ordinem. Et si quidem primum prædium capitulum increpationem talem habeat, vt eo solo sufficiat, & nihil aliud sit mouendum, benè id iudicabit vestra sanctitas, & nos * his seruiemus. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Ex capitulis itā vobis oblati, tria sunt maxime pessima, cum soleant talia obiurgari facillimè. Hæc igitur si probare potestis, vt diximus, propria lingua testamini. Maras dixit: De fide mouemus prius, & alia capitula post mouemus. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Si proposuimus vobis, vt horum triū capitulorum probatio subsequatur, non ex hoc inquisitionem negauimus reliquorum. Maras dixit: De fide mouemus prius. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Quid habes de fide mouere? Maras dixit: Alloquens dixit: Non in uideo Christo factō Deo: in quantum enim ipse factus est, & ego factus sum. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Confiteatur prius religiosissimus episcopus Ibas, si hæc itā dicta sunt. Religiosissimi episcopus Ibas dixit: Anathema ei qui dixit, & ei qui calumniatur. Ego enim non dixi. Absit. Samuel dixit: Testes nobis existunt huius rei, ex quib; hæc sunt. Rogamus hos à vobis vocatos, suscipi, & propria voce testari, si eum non audierunt hæc dicentem.

hæc seruamus.

TOM. 2

scopi dixerunt: In ecclesia dicis, Deo amantissimum Ibas episcopum hæc dixisse? Samuel dixit: Cōsuetudo est, in die sancto Paschæ, aut ante diem, dare cum de manu clericis quædam pro festiuitate. Hæc daturus, alloquitur primitiis, & sic dat. Eloquutus est autem hoc, & coram omnibus presentibus clericis, vt acciperent ea, quæ pro festiuitate dantur. Et conuincitur ab aliquibus ex his clericis hæc stantibus, qui hoc ab isto audierunt dictum. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Ante quantum tempus hæc dixisse Deo amantissimum reuerendissimum Ibas episcopum, p̄fiteris? Samuel dixit: Sūt tres anni plus minus. Dicta sunt autē & alia. Hæc autem (si videtur) cōprobamus. Si autē & alia nos coniungere iubetis, & alia quoq; deponimus. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Qui sunt, qui hoc possint interim attestari? Samuel dixit: Sūt quidē multi. Corā omni enim clero dixit: ex his sunt hæc tres, & tres, quas Canones legesque suscipiunt. Si autem pluribus opus est, & videtur, & aliorum dabimus nomina, & secundū vestram aderunt iussionem. Religiosissimus Ibas dixit: Est clerus noster plus minus nominum ducentorum & plurimorum. (Neque enim retineo numerum.) Omnes clerici testati sunt, siue orthodoxus siue hæreticus sum, & per confessiones scriptas, quæ directæ sunt sanctissimo episcopo Domino, & ad vestram reuerentiam scripserunt. Si consonat tantorum testimonium clericorum tribus (sicut ipse dicit) testibus, qui cum ipsis venerūt ad accusandum in Cōstantinopolim, & nūc verò cum ipsis existūt, vestrum est iudicare.

Samuel dixit: Nostrum est, qui attendimus de hoc capitulo, & accusantium (quas diximus) probationes ostendere, non religiosissimi episcopi nostri Ibas, aut per semetipsum, aut per alium sibi testari. Negationis enim rationem nullus exigit. Dixi, quia factum est, meum est probare. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Eos, qui testes à te adducti sunt, declara nominatim, quasi audissent Ibas religiosissimum episcopum hoc dixisse. Samuel dixit: Est David diaconus ex custode sacrorum vasorum, & Maras diaconus, & Sabas diaconus, qui constituta beati Eusebii per loca singula p̄fert, vir inter Syros sapientissimus. Religiosissimus episcopus Ibas dixit: Et Maras cum ipsis in Antiochia adiit, & libellos cum ipsis porrexit, & ascendit Constantinopolim cum eis.

Maras autem secundū communem excōmunicatus est à proprio archidiacono, (nō enim à me excommunicatus est) quoniam iniuriam fecit presbytero, ob hoc eum à cōmunionem suspendit. Deindē inuenerūt eum tristem, & susceperunt eum ad accusationem. Illos qui ascenderunt aduersus me, & contra me adierunt principem, quomodō isti ad testimonium producere poterunt?

P 3 Tu

tu quādd dixisti, vita mortua est, nō tibi dixi repentē, Amice, si quidem hoc dicis, quia caro Domini viuificans est, & Christus noster vita est, & ego confiteor: Si autem de diuinitate sensisti, non recipio: & ex eo tempore communicāsti mihi annis decem. Samuel dixit: Si vocauit me secretiūs vel increpauit, vel ex hoc si mihi locutus est, sum his, quæ dicit, obnoxius, nisi quia ex illo me alloqui non præcepit.

Deo amantissimi episcopi dixerunt: Religiosissimus episcopus Ibas edocuit, quia te vocasset, & alia monuisset, tu denegas. Corā testimonijs verō nullus ex omnibus est, qui vel doceat, vel moneat. Hoc ergo tanquā superuacuum relinquentes, ad præsens reditē negocium. Samuel dixit: Sufficit mihi, quod coram vestra confessus est sanctitate, quoniam me increpauit ex hoc religiosissimus Ibas episcopus. Religiosiss. episcopus dixit: Nō increpauit, sed interrogauit: Amice, quomodo dixisti vitam fuisse mortuam? Diuinitatem dicis, an carnem Dei viuificantem dicis? Etenim vita est & viuificans. Et sic credo, & confiteor ore meo, sicut iussit & ipse Deus, quia ore sit confessio ad salutem. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Interrogam⁹ vos, si in ecclesia religiosissimus episcopus Ibas hoc, quod dicitur a vobis, docuit: & dicitis, quia in triclino episcopij, omni clero præsentē, hoc dogmatizauit. Quoniam igitur & Canones & leges propter indigētiam certum numerum testium deduci ex omnibus decreuerunt, & in præsentī negotio indigentia testium nō est, sed abundantia magis, sicut ipsi testamini: necessarium est, non solum his, qui a vobis adducti sunt, credi, quoniam reuerend. episcopus Ibas tanquā accusatores vobiscum hīc asserit existentes: sed pendē omnes interrogādos, qui illo tempore benedictiones ab eo (sicut narratis) acceperant. Maras dixit: Fortē sunt quidam, neque scientes se audire: sed qui integrē noverunt talia, manifesti sunt, & hos nominaturi sumus. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Quanti aderant ibi tunc presbyteri? Maras dixit: Nescimus. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Dum benedictiones præberentur, verisimile est, omne reuerendum clericorum concilium affuisse. Eulogius dixit: Maximē quidem, & si venire & dicere aliqui voluissent, eius concinnatione pauescentes, non venerunt. Multi enim eligunt hunc non offendere, nē moriantur. Cuidam enim presbytero nolenti subscribere in eius laudibus, cum accusationem in Antiochia aduersus eum instituissemus, postquam exinde est reuersus, calumniatus est & viro ante annos quinquaginta catholico, neclabanti aliquandō ex quo conuersus est, cui tota ciuitas testabatur, accusationem intulit per proprios dispensatores, quam nec ad exitum pducere valuit, quanuis iudex in eius

TOM. 2.

gratia ageret, illo stante & clamante, Ostendatur, quæ aduersus me calumnia instituta est, aut absoluar. Et omnis ciuitas suscepit eum cum cereis & lucernis. Et ob hoc omnes clerici metuentes, aduersus eum testari non volunt. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Non arbitramur, timorem Dei ante oculos habentes, & fidei causa proposita, pro gratia hominum, salutem propriam aliquem posse contemnere. Vnde quoniam ipse narrasti, collectam reuerendissimorum multitudinem clericorum, quādd hæc religiosissimus Ibas edocuit, nō suscipimus trium testium, qui a vobis deducti sunt, voces, & maximē cum suspecti sunt eidem religiosissimo episcopo, sicut deposuit. Samuel dixit: Quomodo possibile est, totum clerum ad testimonium euocari? Eulogius dixit: Dum essemus in Antiochia, fecerunt dictationem laudum, & hanc circumferabant clericis, vt subscriberent. Quidam clericorum, aut quiddecim aut decem & octo subscribere noluerunt, dicentes: Fortē interrogamur aliquid, & nescimus quid dicere, & mentiri non possumus. Hos deducens in Ecclesia, violenter in clamari fecit, quasi qui deberēt foris mitti, quoniam minimē subscripsissent. Et excommunicauit eos coram omni ecclesia, & misit eos foras, & ex hoc venerunt in Antiochia: ex quo autem viderunt, quia oppressi sumus, & nō sunt nostræ allegationes susceptæ, & quia descendit homo, qui quasi contra nos præualuerat, timuerunt descendere in ciuitatem, & necesse habuimus, vsq; hodiē eos pro testimonio pacere. Religiosiss. episcopus Ibas dixit: Sanctissimus archiepiscopus noster aduenit in Hierapolim, vt dominum Stephanum inthronizaret religiosissimum episcopum. Nos volumus, q̄ consuetudinis sunt implere, & ire, & salutare eos in Hierapolim. Dū egredimur, audio quia Samuel & Cyrus profecti erant ad accusandum nos, subscriptiones nonnullorum clericorum accipientes. Confiteor, quia cōuocauit clerum, & dixi, quia Samuel & Cyrus ierunt ad accusandum nos. Sed & vobis dico, si quis in scriptis communicauerit eis in libellis, (doncē videat, quem finem causa suscipiet) non communicet. Excommunicauerunt semetipsos reliqui, sua conscientia vulnerati. Religiosissimi episcopi dixerunt: Quot erant, qui semetipsos excommunicauerunt? Religiosiss. episcopus Ibas dixit: Sunt plūs minūs quindecim, qui semetipsos a cōmunionē suspenderunt. Nam ego eos non excommunicauit. Maras dixit: Nullus ex cōmunicauit semetipsum, nisi ego sol⁹, & presbyter Samuel. Quoniam nos quatuor libellos dederam⁹ aduersus eum, ego, & Cyrus, & Samuel, & Eulogius. Duo tulerunt libellos, & profecti sunt Hierapolim, vt sustinerēt archiepiscopum. Dominus autem Samuel iam malè habebat. Deinde cōuocauit oēs in secre-

secre-

secretario, & dixit: Quoniam audiui, quia Cyrus & Eulogius profecti sunt, vt me accusarent. Hos a cōmunionē suspendi, vt cognoscatis, quia excommunicati sunt: Si quis autem eis in libellis cooperatus est, vel conficius est, (quoniam audio quōdd triginta sunt clerici, qui eis confenserunt) eorum dimitto sententiā. Nullusq; egressus est, nisi ego solus & ipse, quia non nobis confenserat, sed remanserunt communicantes ei. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Dicat religiosiss. episcopus Ibas, si verè ab eo dicta sunt, quæ isti dixerunt. Religiosiss. episcopus Ibas dixit: Ego nec dixi, & anathematizo, q̄ dixit: Ego enim nec a dæmone audiui hoc verbū. Maras dixit: Sunt testes, qui testantur nobis, hīc tres, quorum nomina dedimus. Sunt autem & alij nobis in Edessa. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Necessarium est adijci & horum quoq; vocabula, quoniā non est de re modica quæstio. Eulogius dixit: Dabimus. Maras dixit: Beatus Cyrillus non vocasti hæreticum? Religiosiss. episcopus Ibas dixit: Cum veritate dico, non sum mendax. Et si vocauit eum, quandō Orientale concilium eum quasi hæreticum anathematizauit, sequutus sum primatem meum. Maras dixit: Non dixisti, quia nisi anathematizasset capitula sua, non reciperemus eum? Religiosissimus episcopus Ibas dixit: Dixi quia nisi semetipsum interpretat⁹ fuisset, & suscepisset eum Orientale concilium, & ego eum, cum meo principe & Orientali Concilio, abnegabam. Maras dixit: An nō dixisti, (quandō flagitatum est in secreto) bonę memoriæ Cyrillum tanquā hæreticum habui, & doncē anathematizasset sua capitula, non recepi eum? Religiosiss. episcopus Ibas dixit: Verè non sum memor. Si autem dixi, dixi verè, quia Orientale Concilium recepit eum sua capitula retrahentem, alioquin hæreticum eum haberem. Religiosiss. episcopi dixerunt: Probare potestis, quia post factam Ecclesiarum vnitionem, (quæ facta est cum beatissimæ & sanctissimæ memoriæ Ioanne, & religiosissimæ & sanctiss. memoriæ Cyrillo episcopo) eum sua confessione hæreticum nominauit religiosiss. episcopus Ibas? Maras dixit: Hoc dixit, quia habuimus eum hæreticum, doncē sua anathematizasset capitula. Religiosissimus episcopus Ibas dixit: Ego, postquam sua capitula interpretatus est, tantum abstineo ab anathemate viri, quōdd & literas ab eo suscepi, & literas ei direxi, & cōmunicatorem me habuit, & cōmunicatorem eum habui. Deo amantissimi episcopi dixerunt: Postquam comunicastis adinuicem, dixisti aliquid? Maras dixit: Anno hoc dixit, quia hæreticus fuit, doncē anathematizasset. Religiosiss. episcopus Ibas dixit: Doncē semetipsum interpretatus fuisset, (quia Orientale concilium eum vocabat hæreticū, & vt hæreticum eum condemnavit) hæreti-

TOM. 2.

cum eum & ego putabam. Postq̄ verò adunata sunt Ecclesie, & beatus Paulus perrexit Alexandriam, Orientalium fide portata, & suscepit ab eo capitulorum interpretationē, omnes eum cōmunicatorem habuimus & orthodoxum, & nullus eum appellat hæreticum. Religiosiss. episcopi dixerunt: Maximē quidē sufficit ad pietatem, hæresium abnegatio. veruntamē religiosissimus Ibas episcopus causam edocuit, pro qua putauit hæreticum eum omni Orientali concilio sanctiss. memoriæ Cyrillum: Vos autem dicitis, hoc anno eum nominauit hæreticum. Hoc vobis est necessarium cōprobare. Maras dixit: Anno dixit, hæreticum eum habui, doncē anathematizasset sua cap. Religiosiss. Episcopus Ibas dixit: Doncē secretiūs ad aurem Ioannis beatiss. loqueretur, & suscepisset ab eo scripta de fide confessionē, quā per Paulū beatiss. destinauit, hæreticū eum omnes habuimus: postq̄ verò suscepit eum, cōmunicauimus ei, & cōmunicauit nobis, & nos ei. Samuel dixit: Hæc modō reuerend. episcopus Ibas dicit, suum volens corrigere vitium: nostrū verò est probare, quia Cyrillum dixit hæreticum. Et post hæc emendans semetipsum, ait: doncē sua anathematizasset capitula, fuit hæreticus. Religiosiss. episcopus Ibas dixit: Ego anathematis nō feci mentionem. Ego secutus sum Orientale concilium. Vultis in scriptis proferre quæ scripta sunt? Vultis non scripta proferre, an scripta? Deo amantissimi episcopi dixerunt: Si post mortem beatiss. Cyrilli religiosiss. Ibas episcopus eum visus est hæreticum nominasse, mōstrante. Maras dixit: Probamus. Idem vir deuotissimus secretarius similiter relegit: Interpretatio epistolæ, quæ scripta est ad reuerendū Iba episcopo Mari Persi post proemia. FRAGMENTVM EPISTOLAE Iba episcopi Edesseni, ad Marim Persam contra Cyrillum Alexandrinum.

IN breui autem clarè tuæ prudentiæ, quæ in paucis multa cognoscit, indicare, quæ pridem & nunc hīc acta sunt, festinauimus, scientes quia quæ vestra sanctitati a nobis scripta sunt, vestro studio illic omnibus innotescant. Et quia nullam permutationem scripturæ a Deo traditæ susceperunt, facio huius argumenti principiu ex sermonibus, quos & ipse edocuit es: Contentio facta est, ex quo hīc tua religiositas fuit, his duobus hominibus Nestorio & Cyrillo, & cōscripserunt aduersum se nocuos vel perniciosos libros, quia audientibus fuerunt scandalum. Nestorius em̄ dixit in suis libris, (sicut & religiositas tua nouit) quia beata Maria dei genitrix nō est, ita vt multi putarent, ex hæresi Pauli Samosatani hunc esse, qui dixit hominem purum esse Christū. Cyrillus autem libros Nestorij volens destruere, lapsus est, & inuentus est in Apollinarij dogma incidens.

P 4 Conscri-

Cōscripsit enim & iste illi similiter, quia ipse Deus verbum homo factus est, vt non esset differentia inter templum & habitantem in eo. Cōscripsit enim duodecim capitula, quæ puto & tuâ cognouisse religiositate, quæ vna natura est diuinitatis & humanitatis vni nostri Iesu Christi, & quæ (sicut dicit) nō oportet diuidere voces dictas, quas vel ipse Dominus de semetipso dixit, vel euāgelistæ de eo. Hæc omni impietate plena sunt. Et antequam nos dicamus, sicut sanctitas tua nouit, quomodō accipi potest hoc, quod est in principio verbum, de templo, quod factum est ex Maria? aut illud, Minuisti eum paulominus ab angelis, de diuinitate vni geniti dictum? Ecclesia enim sic dicit, sicut & tua religiositas nouit, & à principio est edocta, atq; firmata diuina doctrina ex libris beatissimorum patrum, duæ naturæ, vna virtus, vna persona, quod est vnus filius Dominus noster Iesus Christus. Ob hanc contentionem victores & triumphatores iusserunt, episcoporum primores in Ephesina congregari ciuitate, & coram omnibus libris Nestorij & Cyrilli iudicari. Prius autem quam omnes episcopi, qui iussi fuerant congregari, venissent in Ephesum: præcedens idem Cyrillus, aures omnium quodam medicamine, quod solet sapientium oculos obcæcare, præoccupauit. Inuenit autem causam odio, quod habuit circa Nestorium. Et antequam in synodum adueniret sanctissimus & Deo amantissimus archiepiscopus Ioannes, Nestorium ex episcopatu deposuerunt, iudicio & inquisitione non facta. Post duos autem dies damnationis huius, venimus in Ephesum. Et cognoscentibus nobis, quia in damnationem Nestorij, quæ ab eis facta est, duodecim capitula, quæ à Cyrillo conscripta sunt (cùm essent contraria veræ fidei) posuerunt & firmauerunt, & consenserunt eis, tanquam veræ fidei consonis, omnes Orientales episcopi, eundem Cyrillum damnauerunt, & excommunicationem aduersus alios episcopos, qui consenserunt eius capitulis, protulerunt. Et post hanc perturbationem vnusquisque in suam ciuitatem reuersus est. Nestorius autem, quia in suæ erat odio ciuitatis, & virorum, qui in ea sunt, maximorum, in eam reuerti non potuit. Et remansit Orientale concilium, non communicans episcopis, qui communicauerunt Cyrillo. Et ob hoc multa tristitia inter eos facta est, & in contentione erant episcopi aduersus episcopos, & populi aduersus populos. Et completum est opere, quod scriptum est, quia erunt inimici hominis domestici eius. Et ex hoc detractiones multæ aduersus nos factæ sunt Paganorum & hæreticorum. Non enim audebat aliquis de ciuitate ad ciuitatem, aut ad prouinciam de prouincia proficisci, sed tanquam inimicum suum, vnusquisque proximum suum persequebatur. Multi autem

TOM. 2.

Psal. 8.

Matt. 10. d

ante oculos non habentes Dei timorem, occasione ecclesiastici zeli, aduersitate, quant occultam in cordibus suis habuerant, ad effectum perducere festinabant. Ex quibus vnus exiit nostræ tyrannus ciuitatis, quem & ipse non nescis, qui occasione fidei non solum conuientes punit, sed & hos etiam, qui olim ad Dominum migrauerunt. Quorum vnus est beatus Theodorus veritatis prædicator & doctor Ecclesiæ, qui non solum in vita sua colaphis cecidit hæreticos pro veritate suæ fidei, sed & post mortem spiritualia arma in opusculis suis Ecclesiæ filijs dereliquit, sicut & tua sanctitas, ad eum conueniens, agnouit, & ex his, quæ ipse conscripsit, credidit. Hunc causus est, qui omnia in ecclesijs præsumit, clarè anathematizare. Qui propter zelum Dei, nō solum propriam ciuitatem ab errore ad veritatem conuertit, sed & longè existentes ecclesias sua doctrina conuertit, & de libris quidem eius multa vbiq; perscrutatio facta est, non quia à vera fide existerent alieni. Vidi enim eum, (adhuc illo viuo) frequenter eum laudantem, & in libris eius legebat, sed & propter aduersitatem latentem, quam aduersus eum habuit, quoniam manifestè eum conuicit in synodo. His ergo malis inter eos gestis, & vnoquoque sicut volebat (sicut scriptum est) ambulante, adorandus Deus noster, qui semper sua clementia curam pro suis gerit ecclesijs, erexit cor fidelissimi atq; victoris principis, vt dirigeret virum magnum, & in suo palatio notum, qui cogeret reuerendum atq; sanctissimum archiepiscopum Orientis dominum Ioannem, vt reconciliaretur Cyrillo. Ab eo enim fuerat de episcopatu depositus. Et postquam literas imperatoris accepit, sanctissimum & religiosissimum Paulum Emisenum episcopum direxit, per eum veram fidem scribens & denuncians ei, quia si huic fidei Cyrillus consentiret, & anathematizaret eos, qui dicunt, quia diuinitas passa est, qui dicunt, quia vna natura est diuinitatis & humanitatis, vt ei communicaret. Voluit autem Dominus, qui semper suæ curam gerit Ecclesiæ, quam sanguine suo proprio redemit, vt & cor Aegyptij subigeret, & sine fatigatione fidei consentiret, eamq; susciperet, & omnes, qui absque hac crederent, anathematizaret. Et communicantibus inuicem, contentio de medio est ablata, & pax in Ecclesia facta est, & non est in ea iam schisma, sed pax, sicut pridem est. Quæ aut verba sunt, quæ à sanctis & neo amantissimis archiepiscopo Ioanne scripta sunt, & quæ à Cyrillo rescripta suscepit, ipsas epistolas huic, quam ad tuam direxi religiositatem, coniunxi, vt relegendis tua sanctitas, agnoscat, & omnibus amantibus pacem denunciaret, quia contentio iam quieuit, & medius inimicitia paries est ablatas, & qui seditiosè aduersus viuos & mortuos irruerant, in confusione sunt, satisfactentes pro

Iudic. 17. b
& 21. d

pro suis excessibus, & cōtraria docentes suæ priori doctrinæ. Non enim quifquam audeat dicere, quia vna est natura diuinitatis & humanitatis, sed confitentur in templum, & in eum, qui in hoc habitat, qui est vnus filius Iesus Christus. Hæc autem scripsi tuæ religiositati ex magno affectu, quem circa te habeo, sciens quia tua sanctitas nocte & die in doctrina Dei semetipsum exercet, vt multis sit utilis. Ibas reuerend. episcopus dixit: Iubeat vestra clementia, relegi & literas clericorum Edessenorum, vt cognoscatis, quia & ab his, quæ mihi illata sunt, alienus existo, & violentiam sum perpeffus. Magnificentiss. & gloriosissimi iudices dixerunt: Relegantur ea, quæ scripta sunt à venerabilibus clericis Edessenis. Et oblati his, Beronicianus vir deuotus sacri confistorij legit:

Clicorum Edessenæ ciuitatis ad Photium & Eufathium episcopos literæ.

Instructio & deprecatio DEO amantissimis atq; sanctissimis episcopis Photio & Eufathio, ab omni clero Edessene ciuitatis. A multis atq; diuersis de Phœnicæ aduentibus ad nos, cognouimus ea, quæ ab his, qui insurrexerunt in Deo amantissimum & sanctissimum episcopum nostrum Ibas, gesta sunt, perterriti in eo, quod dictum est, (Transcendunt enim & illos, qui sine Deo sunt, & infideles, & hæreticos, & Iudæos, & paganos ea, quæ dicta nobis sunt) quia nobis præsentibus dixisset, id est, Deo amantissimus episcopus: Non inuideo Christo facto Deo, quoniam & ego, si volo, possum fieri secundum illum. Et omnes nos, quos dicunt audisse ea, quæ dicunt, manifestum facimus vestræ Deo amabilitati coram Dei clementia, quia neq; ab eo, neq; ab alio vllotali dictum aliquandō audiuius, neque in aures nostras ingressum est tale aliquid aliquandō anathematizantes nosmetipsos, & terribili gehennæ nosmetipsos obnoxios facientes, si nouimus aliquid tale dictum ab eo, aut aliud aliquid contrarium catholicæ fidei. Si enim aliquo tali dicto acquiesceremus, aut cōmunicare ei qui dixit, aut cōmunicare ei in sacrificio, vltimo supplicio suffemus obnoxij, tanquam communicantes tali execrationi. Rogamus autem & deprecamur vestram sapientiam, vt eidem DEO amantissimo suadeatis episcopo, quatenus velociter ad suum gregem reuerti festinet, qui periclitatur ab omnibus lacerari, cùm nullus sit, qui ei adesse præualeat, & maximè festiuitate salutifera sancti diei paschalis imminente, in qua & propter catechismos, & propter eos, qui digni sint sancto baptisate, opus est eius præsentia. Et petimus, hanc instructionem nostram coram vestra sapientia gestis innecti, vt nullum hæc lateant. Et subscriptiones: Fecidas presbyter feci

TOM. 2.

hanc suggestionem cum socijs. Vrsicinus presbyter feci hanc suggestionem cum socijs. Eulogius presbyter feci hanc suggestionem cum socijs. Et subscriptione Syra. Libanius primus presbyter feci hanc petitionem cum socijs. Rhodon presbyter similiter, & subscriptione Syra. Leontius presbyter, similiter. Mochalus presbyter, similiter. Eusebius presbyter, similiter. Basilius presbyter, similiter. Abraamius presbyter, similiter. Patroinius presbyter, similiter. Arsenius presbyter, similiter. Bassus presbyter, similiter. Strategius presbyter, similiter. & subscriptione Syra. Leontius presbyter, similiter. Sabbatius diaconus, similiter. Niceas diaconus, similiter. Martyrius diaconus, similiter. Eulogius diaconus, similiter. Sabas diaconus, similiter. Iacobus diaconus, similiter. Cyrus Leontij diaconus, similiter. Aphremus diaconus, similiter. Patricius diaconus, similiter. Acacius diaconus, similiter. Sanctius diaconus, similiter. Sabas episcopus qui dicitur medicus, similiter, & subscriptione Syra. Eusebius diaconus, similiter. Cyrus diaconus, similiter. Abraamius diaconus, similiter. Lucianus diaconus, similiter. Anisius diaconus, similiter, & subscriptione Syra. Abibus diaconus, similiter. Andreas diaconus, similiter. Arbius diaconus, similiter, rogatus subscripsi pro viro reuerendo Hypatio diacono, qui confessus est, se fecisse hanc instructionem cum socijs. Dadeos diaconus feci hanc instructionem cum socijs, stans pro ea vsque ad mortem. Abraamius diaconus feci hanc instructionem. Abibus diaconus similiter rogatus subscripsi pro viro reuerendissimo Valentino diacono, ob hoc quod nō poterat, & subscriptione Syra. Eusebius diaconus feci hanc subscriptionem cum socijs. Eulogius diaconus feci hanc petitionem cum socijs, & in isto pro ea vsque ad mortem. * Abraamius diaconus, similiter. Romanus diaconus, similiter. Paulus diaconus, similiter. Item Paulus diaconus rogatus subscripsi pro Marea diacono, qui hanc fecit petitionem cum socijs. Cæsarius diaconus, similiter. Apeneus diaconus, similiter. Maronius diaconus, similiter. Fecidas diaconus, similiter, & subscriptione Syra. Ioannes diaconus, similiter. Gerontius diaconus, similiter. Agapius diaconus, similiter. Adelpius diaconus, similiter. Sabas subdiaconus, similiter. Bassus subdiaconus, similiter, & subscriptione Syra. Restitutus subdiaconus feci hanc instructionem cum socijs, instans pro ea vsque ad mortem. Cyrus subdiaconus feci hanc instructionem cum socijs. Restitutus subdiaconus rogatus subscripsi pro Abibo subdiacono, qui hanc petitionem fecit cum socijs. Thomas subdiaconus, & subscriptione Syra. Bassus subdiaconus subscripsi pro Abibo lectore, qui se confessus est hanc petitionem fecisse, & subscrip-

scriptio-

scriptione Syra. Euphrasius subdiaconus similiter, & subscriptione Syra. Romulus subdiaconus similiter, & subscriptione Syra. Eusebius subdiaconus similiter, & subscriptione Syra. Pœmenius subdiaconus similiter, & subscriptione Syra. Adelphius lector, feci hanc petitionem cum socijs, & subscriptione Syra. Euphrasius subdiaconus simil. Romillus subdiaconus similiter. Eusebius subd. simil. Pœmenius subdiaconus similiter. Theophilus lector similiter, & subscriptione Syra. Ioannes diaconus similiter. Theophilus diac. simil. Deprecor vos, qui detulit hanc ipsam (nescio quomodo dicitur diaconus, qui eam deportauit) postquam inde proiectus est, si non confessus est coram omnibus clericis, quia ego mutavi verbum illud, ut placerem episcopo. Et post hæc relatio facta est ab omni ciuitate, & est verbum in relatione positum. Iubete quæri, si non confessus est diaconus, quia ego mutavi verbum: misit enim eum à Beryto. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Ea quidem quæ relecta sunt, clarent. Vt autem nihil desit iuste iudicare debentibus, relegantur, quæ in Epheso in vltimum de Iba gesta sunt. Paschasinus & Lucentius & Iulianus reuerend. episcopi, & Bonifacius reuerendus presbyter vicarij sedis Apostolicæ, per Paschasinum dixerunt: Synodus proferri non potest, in qua illa nefaria delicta relecta sunt, & ob hoc ad lectionem videntur esse superflua ea, quæ ibi sunt acta. Si ergo & à beatissimo Apostolico Romanæ vrbs episcopo omnia, quæ ibi gesta sunt, vana sunt habita: claret, quia & sanctissimus episcopus Antiochenæ ciuitatis extra hæc est, quem post hæc beatissimus episcopus in propria communionem suscepit. Necessarium est enim, ut rursus eundem tranquillissimum & Christianissimum principem adeamus, quatenus illud concilium sacra & pia lege neque nominari præcipiat. Anatolius reuerendus archiepiscopus Constantinopolis nouæ Romæ, dixit: Hinc destructionem ea, quæ in Epheso gesta sunt, habuerunt, ex quo maximè hæc optimè sunt & DEO amabiliter emendata. Igitur definimus, nihil horum valere, quæ in illa (quæ synodus dicitur) sunt conlecta, nisi circa sanctissimum episcopum Maximum maximæ Antiochenæ ciuitatis episcopum, quoniam & sanctissimus Leo Romanus archiepiscopus in communionem eum recipiens, præesse eum Antiochenensium iudicauit ecclesiæ, in qua forma sequente ipse consensit. Et præfens omne sanctum concilium deprecatur pijsimum & CHRISTI amantissimum nostrum Imperatorem, quatenus & pia lege sanciat, neque synodum illam, quæ post primam in Epheso facta est, nominari, neque quicquam, quod actum est in ea, tenere. Iuuenalis episcopus Hierosolymot-

TOM. 2.

rum, dixit: Quod placet ex hoc pijsimo & DEO amantissimo Imperatori nostro, eius imperium DEO amicum sancire dignetur. Thalassius reuerendus episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Hæc eadem & ego sapio, quæ DEO amantissimus & sanctissimus Iuuenalis episcopus. Eusebius episcopus Ancyra Galatiæ, dixit: Consona & ego sanctissimo episcopo Iuuenali de hoc negotio & sapio & dico. Stephanus reuerendus episcopus Ephesi, dixit: Et ego iudico, ut quæ contra canones in Ephesina metropoli facta sunt, infringantur, absque his, quæ gesta sunt aduersus Domnum Antiochenæ ciuitatis Episcopum, ob hoc, quia ordinatio DEO amantissimi Episcopi Maximi, facta pro eo canonicè in Antiochena metropoli, à sanctissimo Archiepiscopo Leone, & præfente sancto & vniuersali concilio, est suscepta. Petrus reuerendus episcopus Corinthi, dixit: Neque abstuli Iba sacerdotium, qui nec communicauit Ephesino concilio. Et sequor expositionem horum, qui locum sedis Apostolicæ habent, & sanctissimi Archiepiscopi Anatolij. Diogenes reuerendus Episcopus Cyzici, dixit: Et ego consentio sanctissimis Archiepiscopis. Ioannes reuerend. episcopus Sebastie, dixit: Simili sententia, qua sanctissimus episcopus Iuuenalis, & ego decerno, omnia auctoritati Imperatoris pijsissimi & Christi amici reddens. Constantinus reuerendissimus episcopus Bostræ, dixit: Et ego consentio his, quæ interlocuti sunt patres. Theodorus reuerendus episcopus Damasci, dixit: Et ego consentio omnibus, quæ à sanctis patribus iuste & sanctè formata sunt. Critonianus reuerendus episcopus Aphrodisiadis, dixit: Et ego consentio his, quæ à sanctis patribus sunt firmata. Romanus reuerend. episcopus Myrorum Lyciæ, dixit: Omnia, quæ à pijsimis & Christi amatoribus Imperatoribus nostris firmanda sunt de synodo, (quæ dicitur esse, cum non sit) & nos pronè suscepimus. Eunomius reuerendus episcopus Nicomediæ, dixit: Quod placet sancto concilio de his, quæ in Epheso gesta sunt, hoc & mihi placet. Cecropius reuerendus episcopus Sebastopolitanus, dixit: Illud concilium dicere non debemus, quia nec Apostolica auctoritate coactum est, neque ritè peractum. Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Omnes hæc dicimus. Igitur hæc relegantur, quæ in Epheso gesta sunt. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Quod placet ei de Iba reuerendo episcopo, sancta synodus doceat. Paschasinus & Lucentius reuerend. episcopi & Bonifacius presbyter, tenentes locum sedis Apostolicæ, quia missi Apostolici semper in synodis prius loqui, & confirmare soliti sunt, per Paschasinum dixerunt: Relectis char-

Nota auctoritate pontificis Romanani.

tis, agnouimus ex sententia reuerendissimorum episcoporum, Ibam reuerendissimum innoxium approbari. Relecta enim eius epistola, agnouimus eum esse orthodoxum. Et ob hoc decernimus, ei honorem episcopatus restituendum, & ecclesiam, à qua iniuste & absens expulsus est, reparandam. De sanctissimo igitur episcopo Nonno, qui pro eo paulo ante factus est, existimationis erit venerabilis Episcopi Antiochenæ ecclesiæ, quod oporteat de eo reformari. Anatolius reuerend. archiepiscopus Constantinopolis nouæ Romæ, dixit: Deo amantissimorum episcoporum & iudicum fides, ac lectio omnium horum, quæ sunt subsequuta, demonstrant innoxium Ibam reuerendissimum ab accusationibus, quæ illatæ sunt in eum. Vndè omnem in præfenti de eo suspensionem abjicio, quoniam consentit & subscribit ei, quæ nunc de fide sententia data est à sancto concilio, & epistola sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis, & dignum eum iudico episcopatu, & habere curam, in qua pridem existebat, ecclesiæ. De Nonno autem reuerend. episcopo formam dabit Maximus reuerend. Antiochenus episcopus. Maximus reuerend. episcopus Antiochenus, dixit: Ex ijs, quæ modo relecta sunt, constitui manifestum esse, quia ob omnibus ei illatis, reuerend. Ibas innocens est reprobatus. Ex relecto verò rescripto epistolæ, quæ probata est ab eo, qui aduersarius eius existit, orthodoxa est eius declarata dictatio. Vndè & ego decerno, cum & episcopatus recipere dignitatem, & ciuitatem propriam, sicut visum est & sanctiss. archiepiscopi, & qui locum sanctiss. archiepiscopi Leonis retinent, & qui regie ciuitatis est, sanctiss. archiepiscopo Anatolio. De reuerend. quippe Nonno episcopo, qui pro eo factus est, manente in eadem episcopatus dignitate, manifestum est, æstimaturum me esse cum DEO amantissimis Episcopis eiusdem diocesis meæ, & de eius ordinatione deliberare. Iuuenalis Hierosolymitanus Episcopus, dixit: Qui conuertuntur, hos scriptura diuina suscipi iubet. Quapropter & eos, qui ab hæreticis reuertuntur, suscipimus. Vndè peruideo reuerend. Ibam impetrasse clementiam, quia & senex est, & ut habeat episcopatus gradum, orthodoxus existens. Thalassius reuerend. Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Reuerend. episcopi Photio & Eustathio comprobantibus Iba negotium, & non adiudicantibus eum, horum opinione suafus & ego, volo permanere eum in sacerdotio, sicut & sanctissimis præsulibus visum est, maximè quia in gestis promissit, ut anathematizaret illa, quæ accusatores aduersus eum deposuerant ex scripto. Eusebius Episcopus Ancyra, dixit: Lectio sententiæ, quæ in Tyro prolata est à sanctissimis Episcopis Photio & Eustathio, docuit, quia reuerend. Ibas in illo iudicio

TOM. 2.

anathematizauit Nestorium, & eius impia dogmata, & rectis consensit dogmatibus. Quapropter & præfati reuerend. episcopi hanc satisfactionem recipientes, ut oportet eum habere episcopatum, comprobauerunt. Et in præfenti igitur eundem religiosissimum Ibam, anathematizantem Nestorium & eius impia dogmata, permanere in sacerdotio volo. Stephanus reuerend. episcopus Ephesi, dixit: Reuerend. Ibam anathematizantem Nestorium & Eutychem & eorum dogmata, & ego decerno, sicut & sancti patres, in ordine episcopatus existere. Diogenes reuerend. episcopus Cyzici, dixit: Sententiam quæ prolata est à sanctissimis episcopis Photio & Eustathio de DEO amantissimo episcopo Iba, teneri iudico, maximè quia & eius accusatores ibi impositi, suscriptione propria expositæ illi diffinitioni consentiunt, quæ nunc relecta est in sancto hoc & vniuersali concilio. Constantinus reuerendus episcopus Bostræ, dixit: Et ego consentio ijs, quæ benè visa sunt sancto concilio de Iba DEO amantissimo episcopo. Theodorus reuerendus episcopus Damasci, dixit: His, quæ consequenter & canonicè à sanctis Patribus diffinita sunt super persona Iba DEO amantissimi, & ego consentio.

Meletius episcopus Larissæ, habens locum Domni, reuerend. episcopi Apameæ, dixit: Et ego consentio ijs, quæ benè diffinita sunt à sanctissimis patribus, de reuerend. episcopo Iba. Romanus reuerend. episcopus Myrorum Lyciæ, dixit: Sicut relectorum nobis fides suafit, & ego decerno, eundem reuerendum Episcopum Ibam permanere in sacerdotio, sicut est & à sanctissimis Patribus & Archiepiscopis diffinitum, utique eo anathematizante Nestorium, Eutychem, & ea, quæ impiè sapuerunt. Eunomius episcopus Nicomediæ, dixit: Iam quidem ex ijs quæ relecta sunt, innoxius approbatus est reuerend. Ibas. In quibus etenim dicendo malè culpæ visus est beatissimum Cyrillum, in postremis rectè confessus, illa, in quibus culpauerat, refutauit. Vndè & ego, anathematizantem enim Nestorium & Eutychem, & impia eorum dogmata, & consentientem ijs, quæ à sanctissimo episcopo Leone scripta sunt, & huic vniuersali concilio, dignum esse episcopatu decerno. Ioannes episcopus Sebastie, & Seleucus episcopus Amasiæ, & Constantinus Episcopus Melitenus, & Patricius episcopus Tyanorum, & Petrus episcopus Gangrorum, & Atarbius episcopus Trapezuntis, habens & locum reuerend. episcopi Dorothei Neocæsareæ, dixerunt: Diffinitio reuerend. episcoporum Photij & Eustathij demonstrat innoxium reuerend. Ibam, similiter autem & Iba abnegatio, facit nos ad eum recipiendum proniores. Am-

68

ca etenim semper est Domino Christo clementia. Vnde secundum iudicium sanctorum presulum & totius sancti concilij, iustum decernimus & nos, eum recipere gradum episcopatus. Francion episcopus Philippopolitanus, & Basilius Episcopus Traianopolitanus, dixerunt: Qui in iudicio neque presens fuit, sed neque aduocatus est, eum, nullo modo ladi per sententiam, quae aduersus eum prolata est, iudicamus.

Nunehius reuerend. Episcopus Laodicea Phrygiae, dixit: Condesimus ea, quae definita sunt a sanctis patribus de Iba reuerendo episcopo. Florentius episcopus Sardoorum Lydiae, dixit: Et ego eadem colloquor ijs, quae praefata sunt de Iba reuerendo episcopo. Eusebius reuerend. Episcopus Dorylei, dixit: Tantis patribus sanctis episcopatum reuerend. Ibae reddentibus, & ego consentio. Omnes reuerendi episcopi clamauerunt: Omnes eadem dicimus. Nestorium modò anathematizet, Eutychem & eius dogma modò anathematizet. Ibas reuerend. Episcopus dixit: Et iam in scripto anathematizauit Nestorium, eiusque dogma, & nunc anathematizo eum decies millies. Quod enim semel cum satisfactione fit, si fiat decies millies, non contristat. Anathema & Nestorio & Eutychi, & vnam dicenti naturam. Et omnem eum, qui nò sapit, sicut haec sancta synodus, anathematizo. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices, dixerunt: Quae iudicata sunt a sancto concilio de Iba reuerendissimo episcopo, propriam fortitudinem retinebunt. Legi, legimus, legi. Constantinopoli, vj. Kalen. Aprilis, in diectione xij. feria sexta.

CHALCEDONEN. CONCILII Actio XI.

Consulatu domini nostri Martiani perpetui Augusti, & qui fuerit nunciatus, 4. Kalend. Nouemb. in Chalcedona, secundum iustionem diuinissimi & pijsissimi nostri domini Imperatoris, couenientibus in sanctissima ecclesia sanctissimae martyris Euphemiae magnificentissimis iudicibus, & sancto & vniuersali concilio, ex diuini decreto in Chalcedonensium ciuitate collecto, & residentibus omnibus ante cancellos sancti altaris, ingressus Bassianus reuerend. pridem factus episcopus in Ephesiorum metropoli, adhærente sibi etiam Cassiano reuerendo presbytero, dixerunt: Violentiam passus, adij pijsimum nostrum Imperatorem, eius supplicauit, & direxit diuinas literas ad sanctum & vniuersale concilium, vt me audiat. Et quoniam omnia, quae mouentur in sancto concilio, diuinus apex praesente vestra magnificentia praecipit examinari, rogo vestram potestatem, sanctumque concilium, vt literae diuinae legantur, & mihi, quae sunt iusta, seruentur. Gloriosissimi iudices di-

xerunt: Literae diuinae legantur. Quibus traditis, Beronicianus vir deuotus, magistratus & secretarius diuini consistorij, legit: Imperatores Caesares Valentinianus & Martianus, victores & triumphatores maximi, semper colendi Augusti, sancto concilio, quod sacro nostro decreto Chalcedonae collectum est. Bassianus reuerendissimus multa incongrua passus, quae precibus eius, ijs nostris diuinis literis subdita, continentur, petit a vestra sanctitate haec discuti. Festinet igitur vestra reuerentia, has nostras suscipiens literas, causam discutere, & formam, quae vobis fuerit visa, proferre. Gloriosissimi iudices dixerunt: Et preces, quae subiectae sunt, legantur. Idem relegit:

Bassiani Episcopi literae ad Valentinianum & Martianum Imperatores, supplicatoriae pro causa sua.

TERRAE, marisque, & totius humani generis dominis, Flauijs Valentiniano & Martiano perpetuis Augustis, supplicatio & deprecatio, a Bassiano humili & pusillo episcopo. Omnis salus violentiam patientium, post Deum vestra tranquillitas est, praecipue autem sacerdotum Christi. Quapropter & ego ad has preces veni, prouolutus vestigijs vestris, vt mei miseremini. At verò, quae in me praesumpta sunt, lachrymis & gemitibus plena, & inenarrabilia esse noscuntur. Sed vt breuiter pietati vestrae suggeram, quidam eorum, qui sacerdotio funguntur, necnon & alij, crudelia & interdicitia legibus, in me facere praesumpserunt, & talia, quae neque a Barbaris sunt aliquandò commissa. Spernentes enim Dei timorem, & immaculatum virtutem mysteriorum, quam ex humilissimis manibus meis Dei misericordia susceperunt, postquam a nobis mysteriorum perfectio celebrata est, repente apprehendentes me, & abripientes de sancta ecclesia, plagis afficiebant, ducentes & portantes in foro, aliquandò quidem & recludentes, & gladijs perturbantes. In ijs itaque, dum ipsius vitae periculum sustinerem, furentes & abripientes pallium sacerdotij mei, in sede posuerunt quendam ex ijs, qui & ipse praesumpserat ea, quae in me incongrue facta sunt, & in locum meum. Et post haec, quascunque res habueram mobiles vel immobiles, abstulerunt, & sicut voluerunt, sibi partiti sunt. Super haec etiam, multos hominum meorum diuersis plagis morti tradiderunt, ita vt funera ante ianuam sanctae Dei ecclesiae quidam exponerent. Quia ergò (Deo mihi teste & hominibus potentibus atque venerabilibus) in nullo culpabilis extiti in ijs, quae in me dicta sunt, atque in me praesumpta: supplico vestrae pietati, & voluor diuinis vestris sacra-tisque vestigijs, quatenus sancire dignetur vestra caelestis potestas, sacra vestra subnotatione missa ad sanctum concilium, vt cognitio

Epistolium Imperatorum pro Bassiano.

gnitio fiat inter me miserimum, & eos, qui in me talia praesumpserunt, atque dicunt aliquid se aduersum me habere. Hoc in super sancire vestram diuinitatem exoro, vt nulli liceat exactionem mihi quandam inferre, donec terminus proferatur eorum, quae inter me & aduersarios aguntur. Quoniam verò consuetudo illorum est, hoc facere, nò in eos videar praualere, & vt ea, quae mihi ab eis inferuntur, vel à me dicantur coram sacerdotibus in sancto concilio, vestris sacratissimis auribus referantur, & vt detur nobis, qui debeat, quae ab eis definita fuerint, effectui mancipare, vt ijs potius, consuetae orationes referam incessanter Deo pro vestra potestatis imperio. Gloriosissimi iudices dixerunt: Dicat Bassianus reuerend. nomina eorum, qui ab eo sunt accusati. Bassianus reuerend. dixit: Multi quidem sunt, princeps tamen horum ipse est, qui nunc episcopus est, Stephanus. Hic enim & sedem meam tenet & res, & rogo omnia examinari. Necessarium est enim potius sacerdotium, quam possessiones. Queratur enim, si quid peccauit: probent patres nostri, & sicut volent, decernant. Gloriosissimi iudices dixerunt: Stephanus reuerend. episcopus ad ista respondeat. Stephanus reuerend. episcopus dixit: Sunt hic episcopi Asianae dioecesis. Veniant, & probamus quae nostra sunt. Est episcopus Magnesium Leontius, Meonius episcopus Nyssae, Proterius episcopus Smyrnae, & ceteri, qui hic sunt. Gloriosissimi iudices dixerunt: Interim tu responde. Stephanus reuerend. episcopus Ephesi, dixit: Ille neque ordinatus est in Epheso, sed vacante sancta ecclesia, colligens seditionis turbam cum gladijs & alijs quibusdam arenarijs, superingressus est, & sedit ibi. Si hunc iudicat vestra magnificentia esse episcopum, alia ratio est. Hoc ergò expulso, secundum regulas, & proiecto, dignè me quadraginta episcoporum Asianorum decreto, & nobilium, & plebis, & totius reuerendi cleri, & omnis ciuitatis ordinauerunt: Hodie enim quinquaginta annos habeo in Ephesino clero. Bassianus reuerendissimus Episcopus dixit: Noli me circunuenire. Et ego regulariter factus sum episcopus, & ostendo hoc, & a nullo depositus sum, nec accusatus ab aliquo, neque culpatus ab aliquo. Sed ego à iuuenili aetate mea vixi cum pauperibus, & prochium feci, & in eo posui septuaginta lectos, & omnes languentes & vlceratos hospitio suscipiebam. Memnon autem, qui fuit episcopus Ephesi, inuidiam habens in istis, quoniam diligebat ab omnibus, hoc egit, vt expelleret e ciuitate, & immisit manus suas, vt me ordinaret episcopum Euaforum, & hoc fecit. Ego autem non acquiescebam, sed ab hora tertia vsque sextam coram altari me plagis expendit, & afflixit, & sanctum euangelium & altare sanguine est impletum. His igitur

Prochion, est locus ad recipiendos mendicos.

Vangenium, habetur in libro sancti Liberati.

tur ita gestis, ego permansi sic, neque ad ciuitatem vadens, neque penitus ecclesiae illi communicans, in qua nominatus fueram, neque penitus ipsam ciuitatem videns. Mansi ergò sic, & contigit ipsum Memnonem finem vitae suscipere. Post haec ordinatus est Basilius. Is autem euocans concilium prouinciae, & agnoscens ab eis violentiam, quam fueram passus, & quoniam machinatio fuerat in illa ciuitate, alium ordinauit episcopum, mihi verò reddidit communionem, & locum episcopatus. Contigit iterum, & hunc finem vitae suscipere, me autem cum multa necessitate & vi, inthronizauerunt in eadem ciuitate Ephesi populus & clerus & episcopi, quoru vnus, episcopus Olympius hic est. Agnoscens autem haec noster pijsimus Imperator, repente hoc confirmauit, & còtinuè per commonitorium aperte declarauit, confirmans episcopatum. Postea direxit sacram per Eustathium filitiarium, quibus iterum confirmauit episcopatum. Veni autem in regiam Constantinopolim, & suscipiens nos idem reuerendus dominus, id est, me, & eum, qui erat in ipsa regia ciuitate, episcopum Proclum, amicos nos fecit. Et communicauit cum eo, & cum omnibus episcopis, qui per singula tempora sunt reperti. Et faciens synodicam idem sanctissimus Proclus, direxit, & ciuitati, & episcopis, & clericis. Mansi itaque sic ego quatuor annis, ita vt decem episcopos ordinarem, & multos clericos. Et cum in pace degeremus, quae etiam per relationem suam manifesta uerunt ipsi reuerendi episcopi, & reuerendus clerus, pijsimo nostro Imperatori, & perpetuae Augustae, & placida voluntate suscipiens eorum pietas, repente rescripsit mihi, & ipsis sanctissimis episcopis, & clericis, & direxerunt per Silentiarium. Relectis autem diuinis syllabis, omnes nos glorificauimus Deum, quia eorum pietas de ecclesiarum pace sic cogitauit. Crastina autem die Missas celebrauimus omnes simul, & post Missas, manus iniicientes, incluserunt me, & cum vi abriperunt pallium sacerdotij mei, & omnia bona mea, & fumentes vnum ex ipsis hunc Stephanum, fecerunt eum episcopum. Stephanus reuerendus episcopus Ephesi, dixit: Iubeat vestra potestas, episcopos, qui sunt hic, venire, vt appareat veritas coram vestra magnificentia. Gloriosissimi iudices dixerunt: Pro qua re vocas reuerendos episcopos? Stephanus reuerendus Episcopus Ephesi, dixit: Vt testentur de vniuersis, quae gesta sunt, quandò ipse superintrauit in sanctam ecclesiam cum gladijs & arenarijs, & alijs quibusdam, & sedit in sede. Et pro hoc expulsus est a sanctis patribus, & à sanctissimo regiae ciuitatis Romae Leone, & à beatissimo sanctae memoriae Flauiano Constantinopolitanae vrbs, & ab Alexandrino, & Antiocheno: ab his enim expulsus est. Ecclesiastico enim iudicio mea humilitas constituta est.

malignatio

reuerendus dominus,

Arenarij sunt, quibus pugnat in arena gladiatores.

est. Cognouerunt omnes, & conseruerunt, & sanctæ memoriæ Theodosius Imperator, & vniuersa synodus. Pro his enim misit sanctæ memoriæ Imperator Theodosius Eustathium primicerium silentiariorum, vt cognosceret inter eum & clericum, & pauperes qui ab eo iniustitiam fuerant passi. Venit in *Epheso beatæ memoriæ eustathi. Tres menses fecit cognoscendo. Quædam cognouit, & terminum, quem decreuit, beatæ memoriæ Eustathius suscepit, & confessiones exposuit, & clericis & pauperibus ecclesiæ hæc manifesta sunt. Sunt hæc episcopi. Veniant huc, & fateantur, si aliter dico. Iubeat ergo vestra magnificentia venire eos. Nunquid cum eis ordinatus est? Superintrauit ibi, hodie quatuor anni sunt. Et Romanus episcopus eum deposuit, & Alexandrinus eum damnauit. Videat epistolam scriptam à beatissimo Papa Leone vestra magnificentia. Gloriosissimi iudices dixerunt: Confiteris reuerendissimum Bassianum quatuor annis obtinuisse sanctam Ephesiorum ciuitatis ecclesiam, velut episcopum? Stephanus reuerendissimus episcopus Ephesi, dixit: Vt tyrannum, non vt episcopum. Quomodo enim obtinere poterat, qui per manus impositionem constitutus non est, sed cum gladijs est ingressus, & sedit ibi? Iubeat vestra magnificentia episcopos ingredi. Gloriosissimi iudices dixerunt: Ostendat Bassianus reuerend. si per synodum reuerendorum episcoporum, & consueta lege episcopus Ephesiorum metropolis est constitutus.

Bassianus reuerend. episcopus dixit: Euzozorum ego neq; factus sum, neq; profectus illuc, sed vim passus, denominatus sum episcopus. Canones manifesti sunt. Dicant patres, si præiudicium est ordinari, nec proficisci. Ipsi dicant. Nouerunt regulas. Supplico, vt audiat. Interim præsumptio declaratur, qua autoritate sua clauerunt me, & tunc de sacerdotio querimus. Violentia primo queratur. Stephanus reuerend. episcopus Ephesi, dixit: Supplico, vt canones relegantur, qui dicunt, vt is qui in alia ciuitate ordinatus est, constitui non possit in altera. Gloriosissimi iudices dixerunt: Relegantur hi canones. Leontius reuerendissimus episcopus Magnesiæ, ex codice relegit regulam nonagesimam quintam: Si quis Episcopus vacans, super Ecclesiam vacantem semetipsum iniiciens, subripuerit sedem præter perfectum concilium, hunc expellendum esse, licet omnis populus, quem arripuit, eum elegerit. Perfecta verò synodus illa est, cui interest & metropolitanus episcopus. Idem reuerendus Leontius ex eodem codice legit regulam nonagesimam sextam: Si quis episcopus ordinationem acceperit episcopatus, & populo præesse decretus, non acquieuerit ordinationi, neque ei persuasum fuerit proficisci ad Ecclesiam sibi commissam,

Antioch. cōcilij, ca. 16.

Antioch. cōcilij, ca. 17.

hunc excommunicatum esse, donec coactus acquiescat, aut quicquam de eo episcoporum prouinciæ synodus perfecta definiat.

Gloriosissimi iudices dixerunt: Reuerendissimus episcopus Bassianus edoceat, quis eum fecit episcopum. Bassianus reuerendissimus episcopus dixit: Vnus eorum, qui me inthronizauerunt, hic est, Olympius. Nescio alios. Hunc recorder. Lucianus reuerendissimus episcopus Byzæ, dixit: Qui habuit ius, suscepit eum bonæ memoriæ Proclus, & suscepit eum beatæ memoriæ Theodosius piissimus Imperator. Et vocans eos, amicos effecit, sed tamen cur est expulsus? Stephanus reuerend. episcopus Ephesi, dixit: Beatus sanctæ memoriæ Flavianus expulit eum. Gloriosissimi iudices dixerunt: Quoniam memoria facta est Olympij reuerendi episcopi, tanquam is inthronizauerit Bassianum reuerendum episcopum, Olympius, si hæc ita sunt, nos edoceat. Olympius reuerendus episcopus Theodosiopolis, dixit: Post mortem episcopi, qui illo tempore fuit in ciuitate, in qua ordinatus sum episcopus Theodosiopolis, in ea debebam. Mandauerunt mihi clerici eiusdem ciuitatis Ephesi, dicentes: Veni huc, vt regulariter ordinationem suscipias ciuitas, quoniam dormiuit sanctæ memoriæ Basilus, qui fuit episcopus. Ego verò has literas accipiens, adueni, credens quia & alij reuerendi episcopi vocarentur. Ante tres autem dies quam ingressus essem Ecclesiam, vt is inthronizaretur, dum applicassem in quodam hospitio, sustinebam etiam reuerendos episcopos, vt regulariter secundum morem ordinationis proueniret. Vt ergo primam & secundam & tertiam sustinuissem diem in hospitio, & aliter nullus Deo amicissimorum est inuentus episcopus, dicebam: Solus ego quid possum efficere? Quoniam extra subtilitatem canonum est, solum episcopum disponere ecclesiam, & maximè tantæ metropolis. Cum ergo hæc loquerer mecum, circumdedit mansionem, in qua eram, innumera multitudo: & (Noui enim, quo consisto coram tanta potestate, & coram altari) quidam enudans gladium, *Holofericus nomine, qui (puto) comitatus est, venit & ipse, & omnis multitudo, & portantes me, profecti sunt in ecclesiam. Et ita cum ducentis aut trecentis hominibus, & me, & ipsum leuauerunt ad sedem, & inthronizatio celebrata est. Vsq; ad hoc, quemadmodum factum est, noui. Bassianus reuerendus episcopus dixit: Mentitus est. Gloriosissimi iudices dixerunt: Si Proclus sanctæ memoriæ, qui fuit archiepiscopus regiæ Constantinopolis, suscepit Bassianum reuerendum episcopum, & communicauit ei, tanquam episcopo Ephesiorum metropolis, reuerendus clericus sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ nos edoceat.

Theophilus reuerendus presbyter Constanti-

Hæc dicitur
veritas ad
sertionem
per interp
sitionem.

stantinopolis sanctæ Ecclesiæ, dixit: Vt coram Deo, & suscepit eum sanctæ memoriæ Proclus communicantem, & synodalibus literis * honoratū teris * honorans dimisit eum ad Ephesum, & in diptychis posuit eius nomen, & recitabatur vsque ad modicum tempus. Omnes reuerendissimi clerici sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ, dixerunt: Et nos hæc dicimus. Suscepit enim eum, & communicauit ei beatæ memoriæ Procl, & fecit synodicas literas, & in diptychis eum posuit.

Gloriosissimi iudices dixerunt: Nunc Stephanus reuerendus episcopus dicat, quemadmodum nouit Bassianum reuerendum episcopum ab episcopatu remotum, & si ipse per synodum ordinatus est. Stephanus reuerendus episcopus Ephesi, dixit: Relatum est ad episcopum Alexandrinæ ciuitatis sanctissimæ memoriæ, & Theodosio principe scribente, illuc allatæ sunt literæ à beatissimo & sanctissimo papa Romano, quatenus istum esse non oporteret episcopum, & manifesta sunt literæ. Iubete venire notarios, vt declaratur, quomodo remotus est, & quomodo ego sum ordinatus. Nos propter fidem venimus. Nunquid sciebam, quoniam hoc potuisset emergere? Semel finem accepit causa. Venit Silentarius, ibi tres menses fecit, cognoscens inter eum & clericos. Clarent ea, quæ definita sunt. Bassianus episcopus dixit: Stephanus presbyter meus fuit. Quatuor annis mecum Missas celebrabat, mecum communicabat, & communicabat mihi tanquam episcopo. Et ipsa die, qua recluserunt me, simul communicauimus, & arripuit me, & inclusit me. Et ista sum passus per virtutem Dei. Aquam quæsiui, & non mihi dederunt. Tribus mensibus habuerunt me clausum. Episcopi autem, qui à me ordinati sunt, ipsi & hunc ordinauerunt episcopum, dum essem inclusus. Si non sum ego episcopus, neque illi, qui à me sunt ordinati, esse debent episcopi neque clerici.

Cassianus presbyter, qui fuit cum Bassiano reuerend. dixit: Media hebdomada coegerunt nos, & introduxerunt in baptisterio Stephanus reuerendus episcopus, & Meonius, & dederunt mihi euangelium, & coniuauerunt me, & dixerunt: Veni, iura mihi non discedere ab eo, sed viuere cum eo, & mori cum eo, & non tradere eum. Dixi: Hodie viginti quinque annis communico, Constantinopoli negocium agens: & Deus est qui nouit, quia nunquam iuravi alicui: & nunc dum presbyter sum, cogitis me iurare? Qui fumantes euangelium dederunt, & iurauit eis. Et quinta feria de sancto pascha tollentes, & ipsum in cluserunt, & me ceciderunt, & debilem fecerunt calcibus. Et adduxerunt tres subdiaconos, & vesperè tulerunt & duxerunt me in domo mea, & posuerunt me semiuiuum, & phlebotomauerunt me. Vt ergo non peierarem, hodie quatuor an-

nos habeo; errando, mendicando Constantinopolim, vt non peierarem nomen filij DEI. Lucianus reuerendus Episcopus Byzæ transiens in medium, dixit: Obstrinxerunt nos reliqui episcopi, nobiscum residentes, vt vnusquisque, quod nouit in veritate ad pietatem tendere, dicat. Et licet ex nobis ipsis bonum esset hoc facere, veruntamen dicimus, quoniam quatuor annis operatus est in sede sine contentione, sine contradictione, & ordinauit decem episcopos, & clericos multos, & communicauit ei, qui nunc est episcopus Stephanus, cum esset eius presbyter, & omnes reliqui clerici. Et quomodo possibile est, nunc Bassianum expelli præter consequentiam regularem, cum præcipue beatissimus Proclus regiæ Constantinopolis episcopus, ei communicauerit, & per synodicas literas firmauerit eius episcopatum? Meliphthongus reuerendus episcopus Iuliopolis, transiens in medium, dixit: Oportebat eum, qui quatuor annis sine contentione episcopatum obtinuit, aut accusari, aut sic sine iudicio non iactari. Et quoniam & ego coniuratus sum ab episcopis iuxta me sedentibus, quatenus transiens in medium, dicam ea, quæ cunctos mouent, tanquam os effectus reliquorum residentium Episcoporum, ex persona cunctorum hæc refero & sancto concilio & vestræ potestati, quæ Lucianus reuerendus episcopus dixit. Stephanus reuerendus episcopus dixit: Sanctissimus Archiepiscopus Leo Romanus hunc damnauit, quoniam præter regulas factus est. Cecropius reuerendus episcopus Sebastopolis, dixit: Domine Stephanus, cognosce, quantum potest Flavianus beatæ memoriæ & post mortem. Reuerend. episcopi & clerici Constantinopolitani clamauerunt: Veritas sic habet. Omnes hæc ipsa dicimus. Flavianus æterna memoria. Ecce vltio, ecce veritas. Flavianus post mortem viuit. Martyr pro nobis orat. Flavianus post mortem fidem exposuit. Flavianus hic est, Orthodoxus hic est. Multos annos Imperatori. Flavianus nobiscum iudicat. Gloriosissimi iudices dixerunt: Omnibus examinatis de Bassiano & Stephano reuerendis, relectis etiam canonibus, dicat sancta synodus, de episcopatu Ephesi quid ei videtur. Reuerendi episcopi clamauerunt: Iustitia Bassianum vocat, Regulæ valeant. Gloriosissimi iudices dixerunt: Nobis quidem videtur, neque Bassianum reuerendum dignum existere, vt sit Ephesiorum ciuitatis episcopus, quoniam ex inuasiōne violenta episcopatum sibi met vendicauit: neque Stephanum reuerendum episcopum, qui per coniurationes, & tales adinventiones episcopatum sibi met acquisiuit. Iustum verò esse, vt eligatur alter, q & fidem & integritatē, & vita noscatur ornatus, vt esse possit episcopus. Totum autem concilio san-

Sententia
synodi con
tra hos du
os episco
pos conten
dentes.

cto relinquimus, quatenus sententiam, quæ in hac causa fuerit visa, depromat. Sancta synodus clamauit: Hæc iusta sententia est. Hoc DEI iudicium est. Christus iudicauit causam. Deus per vos iudicat. Hæc sententia Christi est. Canones & leges vos custoditis. Multos annos iudicibus, multos annos concilio. Paschasinus reuerendus episcopus obtinens locum Apostolicæ sedis, dixit: Clarent, quæ ab vniuerso concilio dicta sunt, quid de hac causa siue personis videatur, & nostram & horum est confirmare sententiam. Anatolius reuerendus Archiepiscopus Constantinopolis, dixit: Eos, qui se contra legem sponsæ Christi Ephesinæ ecclesiæ coniunxerunt, hos decenter legibus suis ius expellit. Igitur & qui insiliuit sedi Bassianus reuerendus episcopus, & qui post illum inordinatè semetipsum immisit Stephanus reuerendus episcopus, quietem habeant, cessantes ab operatione eiusdem Ecclesiæ. Dabitur autem Ephesiorum metropoli episcopus, à Deo monstratus, & ab omnibus, qui pascendi sunt, eligendus est ad ordinationem episcopatus, qui rectè prædicet verbum veritatis, memoratis scilicet dignitatem in episcopatu habentibus, & communionem necessaria que salaria, quæ à sanctiss. consequentur ecclesia. Sancta synodus exclamauit: Hæc iusta sententia, hoc iustum iudicium est. Eusebius reuerendus episcopus Dorylei, dixit: Inuasio reuerendi Bassiani euerionem habet, & extra regulas etiã inordinatè facta ordinatio in Stephanum. Vndè, si videtur, ambo debent Ephesiorum metropolis episcopatu vacare. Ordinari autem regulariter debet Episcopus prædictæ metropoli, vita & fide compositus. Asiani reuerendi episcopi prostrati, dixerunt: Miseremini nostri. Nos supplicamus sancto concilio, vt misereatur filiorum nostrorum, nè fortè propter nos & nostri filij moriantur, vt nobis clementia condonetur: nam si Bassiano successorem suadeat aliquis hic ordinari, & filij nostri moriuntur, & ciuitas deperit. Gloriosissimi iudices dixerunt: Quoniam secundum voces sancti concilij, neque Bassianus, neque Stephanus reuerendi episcopi in Ephesiorum ciuitate sunt digni, Asiani autem episcopi hic reperti, dicunt: Si hic ordinetur alter Episcopus Ephesiorum, conturbari ciuitatem, dicat sancta synodus, vbi volunt episcopum Ephesinæ sanctissimæ Ecclesiæ canones ordinari. Reuerendi Episcopi clamauerunt: In prouincia. Diogenes reuerendus episcopus Cyzici, dixit: Consuetudo hoc habet, si factus fuisset à Constanti-nopolitano Episcopo, non habuerunt hæc agi. Vbi enim salgamarios ordinant, & propterea euerio fit. Leontius reuerendus episcopus Magnesiæ, dixit: A sancto Timotheo vsque nunc, vigintiseptem Epi-

*nostrum

*Dei est

*clementer

*hic locus ob-scurus

scopi facti, omnes in Epheso sunt ordinati. solus Basilus violenter hic factus est, & multæ cædes hinc ortæ sunt. Philippus reuerendus presbyter Constantinopolitanæ sanctissimæ Ecclesiæ, dixit: Sancta memoria Ioannes episcopus Constantinopolitanus quindecim episcopos deposuit, profectus in Asiam, & pro eis alios ordinauit, & Memnon hic ordinatus est. Aëtius Archidiaconus Constantinopolis, dixit: Et Castinus hic ordinatus est, Heraclides, & alij cum voluntate nostræ vrbis Archiepiscopi ordinati sunt. Basilium similiter beatæ memoriæ Proclus ordinauit, & beatæ memoriæ quidem Theodosius Imperator huiuscemodi ordinationi cooperatus est, & beatæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus episcopus. Reuerendi episcopi clamauerunt: Canones obtineant. Clerici Constantinopolitanæ Ecclesiæ clamauerunt: Ea, quæ sanctorum patrum centum quinquaginta sunt, teneant priuilegia Constantinopolis, nè deperant. Ordinatio secundum morem ab archiepiscopo nostro fiat. Gloriosissimi iudices dixerunt: Perspicimus, quia hic deliberatione opus habet sanctum concilium, de ordinatione Ephesinæ episcopatus Ecclesiæ. Vndè si videtur, cràs hoc perfectiùs disponatur.

*firmatur

CHALCEDONEN. CONCILII AGIO 12.

Similiter tertio Kalendarum Nouembrium, eodem consulatu, in eadem sanctissima ecclesia residentibus supra scriptis magnificentissimis & gloriosissimis iudicibus, & eodem sancto & generali concilio, Gloriosissimi iudices dixerunt: Sollicitudo necessaria Reipublicæ negligitur à nobis, propter fidem in sancto concilio continuè occupari à diuino apice iustis. Quia ergo multum nos à necessarijs Reipublicæ causis abduci non est possibile, velocem questionibus solutionem imponere festinantes, primo ordine dicere sanctam synodum petimus, si quid maius deliberauit de sanctissima Ephesiorum Ecclesia, vtrum alium ei Episcopum oporteat ordinari, an certè Bassianum reuerendum Episcopum recipere episcopatum, an Stephanum reuerendum Episcopum esse. Omnia enim quæ ad eos pertinent, sicut nouit sancta synodus, hesternò die sufficienter examinata noscuntur. Anatolius reuerendus archiepiscopus Constantinopolitanus, dixit: Mihi placet, si etiã sancto concilio videtur, neutrum horum illius esse ciuitatis Episcopum, sed alium ordinari, eò quòd præter canones sibi met episcopatum vsurparunt: habere autem eos & dignitatem episcopatus, & à sancta pascendos Ecclesia. Paschasinus reuerendus Episcopus obtinens locum apostolicæ

apostolicæ sedis, dixit: Bassianus vel Stephanus episcopi, sicut cognitio manifestauit, non bono ordine vterque Ephesiorum ecclesiam detinuisse noscuntur. Hac ergò gratia, si omnibus sanctissima synodus consentit, his remotis, alter regulariter ordinetur: Lucen-tius reuerendus episcopus, obtinens locum apostolicæ sedis, dixit: Non est canonicum ampos esse. Iulianus reuerendus Coënsium ciuitatis episcopus, & ipse vicarius Romanæ Apostolicæ sedis, dixit: Non debent ambob præijci. Gloriosissimi iudices dixerunt: Quoniam sæpè nobis interloquentibus & poscentibus: proferri sententiam de episcopatu sanctæ ecclesiæ in Epheso constituta, perfecta responsio non est data, venerabile & immaculatum Euangelium in medio profertur. Et alato sanctissimo Euangelio in medio, gloriosissimi iudices dixerunt: Similiter petitionem rursus offerimus, propositis sanctis euãgelijs adhortantes vos, neque duorum quenquam lædere, si fortè quisquam eorum dignus est, vt in memoratis sanctissima Ecclesia episcopatum debeat obtinere, siue si vterque indignus est, declarare. Vndè secundum Deum, & secundum quod dignum est atque decens ac vtile sanctæ ecclesiæ, quæ sunt iusta, decernit. Anatolius reuerendus episcopus Constantinopolitanus, dixit: Et dudum dixi, mihi videtur, si etiã sanctissimo concilio placet, vt neuter eorum sit Ephesiorum ciuitatis Episcopus, sed alius ex electione omnium, qui pascendi sunt, ordinetur ad gubernandum episcopatum, eò quòd ambo præter regulas sibi met episcopatum vsurpauerunt: habere autem eos & dignitatem episcopi, & communionem, & ab ecclesia esse pascendos. Paschasinus reuerendus episcopus, obtinens locum sedis Apostolicæ, dixit: Hæc ipsa quæ semel disposui, & in præsentì dispono de memoratis, quorum vterque Ephesiorum suscepit ecclesiam. Et propterea, si consentit omnis synodus, debet, his remotis, alter secundum canonum statuta decerni. Maximus reuerendus episcopus Antiochiæ, dixit: Absque regulis ambo, ex his quæ relecta sunt, episcopatum obtinuerunt. Quis autem eorum dignus est esse in ciuitate, per clementiam à sanctissimæ prouinciæ episcopis est dicendum. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum, dixit: Perspicit sancta synodus, pasci quidem eos ab Ephesiorum ecclesia, alium verò regulariter ordinari. Thalassius reuerendus episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Consentio interloquutionibus sanctorum patrum. Eusebius reuerendus episcopus Ancyra Galatiæ, dixit: His, quæ à patribus sunt decreta, consentio. Iulianus reuerendissimus episcopus Coënsium, dixit: Secundum regulas quidem neuter esse debet, per clementiam verò synodus Asiana

*sanctiss. ecclesie

TOM. 2.

eligat, qui possit esse. Eusebius reuerendissimus episcopus Dorylei, dixit: Crede, absque regulis sunt facti. Diogenes reuerendus episcopus Cyzici, dixit: Qualis quisque eorum sit, plus sciunt DEO amantissimi episcopi prouinciæ. Dicant ergò illi secundum reuerentiam, quam de Dei timore habent, episcopatum quem oporteat obtinere, nè in ciuitate seditio generetur. Romanus reuerendus episcopus Myrorum Lyciæ, dixit: Consentio his, quæ à sanctis patribus sunt ordinata. Eunomius reuerendus episcopus Nicomediæ, dixit: Et ego consentio in his, quæ à sanctis patribus ante me definita sunt. Marinius reuerendus Episcopus Synnadorum, dixit: Regulariter neuter eorum esse debet. Eleutherus reuerendus episcopus Chalcedonensis dixit: Docuit nos cognitio, quæ de episcopis facta est, quia nullus eorum regulariter episcopatum Ephesinæ detinuit ecclesiæ. Gloriosissimi iudices dixerunt: Placet sancto concilio interlocutio Deo amantissimi episcopi Anatolij, & reuerendi episcopi Paschasini, obtinentis locum Romanæ Apostolicæ sedis, qua declaratum est, ambos quidem esse remouendos, tanquam præter regulas factos, alterum verò ordinari, prædictos autem habere episcopi dignitatem, & à sanctissima Ephesina ecclesia nutriendos? Sancta synodus exclamauit: Hæc pia interlocutio, hæc secundum regulas est. Diogenes reuerendus episcopus Cyzici, dixit: Aliarum hæc melior est. Omnes clamauerunt: Hæc iusta sententia, hæc omnibus placet. Ambo absque regulis facti sunt. Quæ canonica sunt, in his obtineant. Interlocutiones episcoporum teneat. Gloriosissimi iudices dixerunt: Quoniam placuit vniuersis interlocutio Deo amantissimi archiepiscopi regiæ Constantinopolis Anatolij & reuerendi episcopi Paschasini, obtinentis locum Leonis Deo amantissimi Archiepiscopi senioris Romæ, præcipiens, eò quòd vtrique contra regulas facti sunt, neutrum eorum denominari, neque præesse sanctissimæ Ephesiorum ecclesiæ, & omnis sancta synodus contra regulas eos ordinatos edocuit, & interloquutionibus reuerendorum episcoporum consentit, remouebuntur qui dem à sancta Ephesiorum Ecclesia Bassianus & Stephanus reuerendus: habeant autem dignitatem episcopi, & ex redditibus memoratæ sanctissimæ ecclesiæ, nutriendi gratia & consolationis, annis singulis solidos ducentenos accipiant, alter verò secundum regulas eiusdem sanctissimæ ecclesiæ, episcopus ordinabitur. Omnis sancta synodus exclamauit: Hæc iusta sententia, hæc iusta forma, hæc benè sunt. Bassianus reuerendiss. episcopus dixit: Quæ mihi abrepta sunt, iubete restitui. Gloriosissimi iudices dixerunt: Quicquid Bassiano reuerend. episcopo, ex rebus competentibus ei, directum

for. * Certè absque for. * Vterq; absque

*sui episcopi

est, Q 3

est, siue à Stephano reuerendo episcopo, siue ab alijs quibuscunque personis, hoc ei post iudiciales probationes, ab his qui abstulerunt, vel causa lationis fuerunt, restituitur.

CONCILII CHALCEDONENSIS Actio 13.

Consulatu domini nostri Martiani perpetui Augusti, & qui fuerit nunciatus, tertio Kalen Nouemb. Chalcedone secundum iussionem diuiniss. & pijsissimi domini Imperatoris, congregatis in sanctissima ecclesia beatae martyris Euphemiae magnificentijs, & gloriosissimis iudicibus, & sancto vniuersaliq; concilio, per diuinam sanctionem in ciuitate Chalcedonensium congregato, & residetibus omnibus ante sacri cancellos altaris, Eunomius reuerendus episcopus Nicomedienfium, dixit: Preces obtuli pijsissimo orbis terrarum domino, postulans, vt priuilegia metropolis Nicomediae secundum canones, quos antiquitus obtinuerunt, atque consuetudines conseruentur, & iussit vestram magnificentiam cum sancto concilio cognoscere, & causae terminum dare. Rogo itaque, vt cognoscatis preces meas, & causam meam audiatis, & mihi, quae sunt iusta, seruetis. Gloriosissimi iudices dixerunt: Relegantur preces. Beronicianus vir deuotus, magistrarius & secretarius diuini consistorij, legit:

**EVNOMI NICOMEDIEN. LITTE-
RAE, ad Valentinianum & Mar-
tianum Augustos.**

Terrae, marisque & totius gentis hominum dominis, Flauio Valentiniano & Martiano perpetuis Augustis, supplicatio & postulatio ab Eunomio episcopo, & omnino clero Nicomediensis metropolis sanctae Dei ecclesiae catholicae. Deus vobis imperium, vt omnes gubernetis ad salutem orbis terrarum, & pacem sanctarum ecclesiarum, iuste donauit. Quapropter ante omnia, & per omnia pijsissimi & Christi amantissimi principes, pro orthodoxae & saluberrimae fidei dogmatibus cogitatis, tam haereticorum fremitus extinguentes, quae pia ad lucem dogmata deducentes. Vnde prosternimus nos maiestatis vestrae vestigijs, vt iubeatis arceri iniustitiam, quae aduersum nos à reuerendissimo episcopo Niceno Anastasio est praesumpta, quatenus valeamus, congrua pace fruente, Christianis sine intermissione mysteria diuina perficere. Memoratus enim reuerendus Anastasius, neque timorem DEI praeculis sumens, neque leges pietatis vestrae reueritus, confundit & conturbat in Bithyniorum prouincia absque consuetudine formas ecclesiasticas & imperiales, quas hactenus tenuisse noscuntur, inuadendo iura, quae nobis pietatis vestrae legibus & ecclesiasticis sanctionibus sunt collata, quae nullus aliquando praecessorum eius iubere aut mouere tentauit.

TOM. 2.

Solus autem per ciuitatem opprimere nos & conturbare cepit, in malis fortitudinem, gloriam esse credens, ita vt huius gratia, huic sancto & vniuersali concilio libellos cogemur offerre. Sed quoniam audientia in dilationem cedit, & formidamus, ne formidatissimo concilio iura nostra vacentur, supplicamus nutu vestrae maiestatis audientiam: nostram sine dilatione fieri, vt dum impetrauerimus, quae poscimus, consuetae orationes Domino deo pro aeterna vestra salute soluamus. Gloriosissimi iudices dixerunt: Quid ad haec reuerendissimo. Anastasius allegat? Anastasius reuerendus episcopus Nicenae ecclesiae, dixit: Accusauit me, quasi ego aliquas nouitates inter haec introduxissem, aut violentiam fecerim. Quae dicit, ostendat. Ego autem diuersa monstratus sum. Quoniam abripuit parochias meas, & multa, quae non est consuetudo facere Nicomediensem, fecit in me, & passus sum in omnibus. Supplico archiepiscopo, & iura mea examinari de posco secundum antiquitatem & regulas. Nec ego enim aliquid amplius volo. Gloriosissimi iudices dixerunt: Prope re dicat Deo amantissimus Eunomius episcopus, in quo iniustitiam ab Anastasio reuerendissimo episcopo passus est. Eunomius reuerendus episcopus Nicomediae, dixit: Secundum consuetudinem, quam tenebant superiores mei, & eis subiectas habeo in prouincia Bithyniorum ecclesias. Reuerendus autem episcopus Anastasius, clericos ecclesiae Basilinopolis mihi subiectos, excommunicauit, quod canonibus prohibetur. Anastasius reuerendissimus episcopus Nicenus, dixit: Prius ostendat, quia & Basilinopolis sub ipso est, & quia ego clericos ecclesiae suae, excommunicatos effeci. Haec duo probet. Ego autem ostendo Basilinopolim sub Nicenae iam olim esse. nam regio fuit eius, & curia nouit. Et dicat curia, sub quo fuit Basilinopolis, aut si non fuit regio Nicenae. Gloriosissimi iudices dixerunt: Quomodo te monstrare promittis Basilinopolim sanctissimam ecclesiam sub Nicenae esse, vtrum secundum canones, an ex qualibet consuetudine? Anastasius reuerendus episcopus Nicenae, dixit: Sicut Taetius & Doris regiones sunt sub Nicenae, sic fuit ante hoc Basilinopolis sub Nicenae. Imperator quidam Iulianus (aut nescio quis ante eum) fecit eam ciuitatem, & sumens ex Nicenae curiales, ibi constituit, & consuetudo extunc hactenus obseruatur. Et si forte defuerit in Basilinopoli curialis, de Nicenae mittitur ibi, & rursus de Basilinopoli transfertur in Nicenae. Quae cum prius fuisset regio, postea ciuitas effecta est. ex illo videtur episcopus Nicenus ibidem ordinasse & semel, & secundum. Et sunt epistolae beati Ioannis episcopi Constantinopolitani ad Nicenum episcopum, vt iret, & emendaret ecclesiam, tanquam sibi

met

met competentem. Habeo literas ad beatam memoriam Proclum. Ostendo ego, quot à Nicenae ordinati sunt: & ostendat ipse, quot à Nicomedia ordinati sunt. Eunomius reuerendus episcopus dixit: Neg, quidem potest ostendere ordinationem se fecisse. Quod & si fecit semel per subreptionem, secundum canones nequaquam mihi prejudicare potest. Anastasius reuerendissimus episcopus dixit: Non ego, sed decessor meus fecit. Eunomius reuerendus episcopus dixit: Semel fecit, sicut dicis, an frequenter? Si semel fecit per subreptionem, contigit forte, vt tunc non haberet episcopum metropolis Nicomediae, & indignum à Niceno fieri. Hinc nullum mihi prejudicium secundum regulas generatur. Possum enim ego monstrare, multos quidem à Nicomedia ordinatos. Tu verò (nescio) si possis vel vnum ostendere. Anastasius reuerendus episcopus dixit: Quando ciuitas facta est Basilinopolis, quis prius ordinauit? Eunomius reuerendus episcopus dixit: Quia excommunicauit clericos Basilinopolis mihi subiectos, possum ostendere: Testem voco sanctissimum magnae Constantinopolis archiepiscopum, qui suscepit eos, & reddidit eis communionem.

Anastasius reuerendus episcopus dixit: Non verè dicis. Eunomius reuerendus episcopus dixit: De epistola domini archiepiscopi, vbi reddidit eis communionem, & vbi scripsit tibi, quia praeter canones fecisti: ostendo decreta Basilinopolitanorum, vbi rogauerunt de episcopo. Tu ostende, vbi rogauerunt Nicenum, vt eis daret episcopum. Anastasius reuerendus episcopus dixit: Iubete me probare paululum. Obtuli libellos archiepiscopo, qui fuit, rogans eum, vt iuberet dominum Eunomium episcopum audire interiora nostra. Dedit literas & ad me & ad eum, scribens amobus, ac dicens: Nullus vestrum introducat aliquam nouitatem, sed consistite in rebus antiquis. Ego enim noui, quomodo debet metropoles honorare. Et habeo huiusmodi literas & ego, & ipse. Accepi ergo (sicut dixi) tales literas. Sciunt hoc & notarij. Dicant. Et alij venerunt Basilinopolitani clerici, ad eum me aduersus episcopum suum. Ego custodians mandata episcopi, dixi: Non vos suscipio, sed abite ad archiepiscopum: & si mihi iusserit, audio. Et relinquentes illi & me & ipsum, venerunt ad sanctitatem domini Eunomij. Dederunt ei libellos aduersus episcopum suum. Misit ipse repente, praesentans episcopum Basilinopolis, ad me. Gloriosissimi iudices dixerunt: Canones legantur. Beronicianus vir deuotus, magistrarianus & secretarius diuini consistorij, ex codice dato ab Eunomio reuerendus episcopo, legit: Episcopos oportet quid praecipue ab omnibus episcopis prouincialibus ordinari: Si verò hoc difficile est, aut propter imminentem necessitatem, aut propter itineris

TOM. 2.

longitudinem, ex omnibus ad hoc ipsum tribus vna congregatis, & in vno decernentibus, & absentibus per literas consentientibus ordinationem fieri. Potestas autem gestorum vniuscuiusque prouinciae, metropolitano episcopo competit.

Anastasius reuerendus episcopus dixit: Consentio canoni. Si non sum metropolitano, nec ego illic habeo potestatem. Gloriosissimi iudices dixerunt: Ostende quemadmodum secundum metropolitano jus habes. Anastasius reuerendus episcopus dixit: Supplico relegi legem. Gloriosissimi iudices dixerunt: Legatur. Et dante Anastasio reuerendus episcopo, Constantinus vir deuotus, magistrarianus & secretarius diuini consistorij, legit:

¶ Interpretatio legis.

Valentiniani & Valentis Imperatorum literarum, quibus Nicenae ciuitati confertur priuilegium, quod sit metropolis.

Imperatores Caesares Flauius Valentinianus & Valens, pijs, felices, colendi, perpetui victores, salutem dicunt Nicenis. Licet studium nostrum ex illo manifestum atque clarum sit cunctis, ex quo regni sublimitatem & publicam gubernationem DEI voluntate suscepimus, veruntamen & super praecipuum huius felicitatis adiecit, quoniam vestra ciuitas completa gaudio super nostra felicitate, gratiae atque laetitiae omni populo causa facta est, propterea licet metropolitana olim est nominata, & hoc leges antiquae continent, tamen legem nobis proferentibus, nulla dubitatio esse poterit, eò quod haec immota & firmissima maneat, & temporibus futuris augenda, & deceterò haec etiam in nostra ciuitate proficiscetes, sanciuimus. Permaneat igitur in perpetuum ista consuetudo, vt ciuitas vestra sit metropolitana, consuetudine tamen in processu Bithyniae iudicis permanente. Nullus enim aufert aliquid aliorum. Ergo voluntate Dei vestrae ciuitatis dignitas augeatur. Gaudentes itaque, orationes vestras duplicate, & latamini in his, in quibus per haec vobis praebetur honor, omni dubietate in futuro vacante, conspicientes, quemadmodum perpetuam pacem & prouidentiam ex nostris sanctionibus impetrastis. Eunomius reuerendus episcopus Nicomediae, dixit: Rogo vestram magnificentiam, vt iubeatis legi legem Nicomediensibus post haec concessam. Gloriosissimi iudices dixerunt: Legatur. Et dante Eunomio reuerendus episcopo, Beronicianus vir deuotus, secretarius diuini consistorij, legit:

**VALENTINIANI IMPERATORIS
literarum priuilegiales, datae Nicomediensi ciuitati.**

Valentinianus Pius, Felix, Augustus, Nicomediensibus salutem: Circa priuilegia ciuitatis vestrae, quae olim fuerunt, pri-

Q 4 sca

sca consuetudo seruabitur. Neque enim honoris adiectio Nicenorum ciuitatis, ius vestrum lædere poterit, dum quando augeat dignitas Nicomediensium ciuitatis, secundum quod illa secundo loco existat, metropolis nomine constituta. Gloriosissimi iudices dixerunt: Nulla quidem ex his diuinæ literæ de episcopatu loquitur. Vtræque enim de honore referuntur metropolitanarum urbium. Sacra autem literæ diuinæ memoriæ Valentiniani & Valentis, Nicenæ ciuitati præbuerunt metropolitanicum ius, propriè præcipientes aliarum ciuitatum nihil auferri. Et regula sanctorum patrum de vno metropolitano in vnaquaque prouincia decreuit. Quid igitur ex hoc concilio sancto videtur? Sancta synodus clamauit: Canones teneant, canonibus satisfaciant. Atticus reuerendus episcopus Nicopolis veteris Epiri, dixit: Regula ita præcipit, vt in vnaquaque prouincia metropolitano habeat potestatem, & ipse constituat omnes, qui in ea prouincia sunt, episcopos, & ipse est sensus regulæ. De Nicomediensi autem, quoniam ab initio metropolis est, oportet eum omnes episcopos in eadem ordinare prouincia. Sancta synodus dixit: Hæc omnes volumus, hæc omnes supplicamus, hæc vbiq; teneant. Ioannes, Constantius, Patricius, Petrus, & reliqui reuerendissimi episcopi Ponticæ diocesis, per vnum ipsum Ioannem, dixerunt: Canones vnum sciunt metropolitam antiquiorem. Et manifestum est, quoniam religiosissimo episcopo Nicomediæ ordinationes competunt, quia & leges (sicut perspicit & vestra magnificentia) nomine metropolis solummodo honorauerunt Nicenum, & præponitur reliquis episcopis prouinciæ honore solummodo. Sancta synodus dixit: Regulariter docuerunt, bene docuerunt: Omnes hæc ipsa dicimus. Aëtius archidiaconus splendidissimæ Constantinopolis, dixit: Sugerimus vestrae magnificentia, rogantes, vt nullum præiudicium Constantinopolitanæ sanctissimæ sedi fiat ex his, quæ nunc profertur à sanctissimis archiepiscopis, vel quæ mouentur inter DEO amantissimum episcopum Nicomediensem Eunomiū, & deo amantissimum episcopum Nicenum Anastasium, aut quæ inter eos ordinantur. Sanctissima enim Constantinopolitana sedes, aut ordinationem ipsa facit in Basilinopoli, aut à reliquis eam permittit fieri, sicut literis, quæ sunt, vel factæ sunt sæpius, ostendere possumus. Et rogamus, vt epistolæ proponantur. Sancta synodus clamauit: Canones teneant. Gloriosissimi iudices dixerunt: Auctoritatè quidem metropolitana inter ecclesias prouinciæ Bithyniæ, Nicomediensis reuerendus habebit episcopus, Niceno habente honore metropolitani tantummodo, subiacente autem ad exemplum aliorum episcoporum prouinciæ Nicomediensis. Hoc enim visum est sancto concilio. Quæcunque autem sedi

TOM. 2.

Constantinopolitanæ sanctissimæ ecclesiæ de ordinationibus prouinciæ competunt, hæc per ordinem proprium coram sancto concilio examinabuntur.

Eunomius reuerendus episcopus Nicomediæ, dixit: Gratias ago iustitiæ iudicij magnificentia vestra, & diligo archiepiscopum splendidissimæ Constantinopolis, obtinentibus vtiq; regulis. Gloriosissimi iudices dixerunt: Quæ dixisti, conscripta sunt.

CONCILII CHALCEDONEN. Actio 14.

Consulatu domini nostri Martiani perpetui Augusti, & qui fuerit nunciatus, sub die pridie Kalend. Nouemb. Chalcedoni, secundum iussionem diuinissimi & piissimi principis, Contentientibus in sanctissimæ sanctæ martyris Euphoniæ magnificæ & gloriosissimæ iudicibus, & sancto vniuersali concilio, quod in Chalcedonen ciuitate diuina sanctione collectum est, & residetibus omnibus antefancti cancellos altaris, Sauiinianus reuerend. episc. dixit: Abrepta mihi iniuste episcopatus mei sede, libellos obtuli sacro & immortalis vertici, & iussit vestram magnificam cum sancto & vniuersali concilio causam meam inquirere. Habeo autem & petitionem ad sanctum hoc conciliū, & supplico præcipere vestram magnificentiam, & petitionem meam legi & preces meas, & mihi, quæ sunt iusta, referuari. Gloriosissimi iudices dixerunt: Legantur preces. Et oblata petitione à Sauiiniano reuerendo, Constantinus vir deuotissimus, adiutor diuini consistorij, legit:

SAVINIANI PAREN. EPISCOPI, ad Valentinianum & Martianum Augustos epistola deprecatoria.

Piissimis & Christo amantissimis, & dignè à Deo omnium honoratis Augustis, Valentiniano & Martiano, preces & supplicatio à Sauiiniano episcopo. Dominus omnium, videns apostolicam & orthodoxam fidem à dissimulatoribus interim fatigari, & omnem mundum seditione vexari, suscitauit vestram pietatem, vniuersum mundum regere atque gubernare, & tumultus, qui à nefandis exorti sunt, sanctorum doctrina reprimere, & claritatè atque soliditatè recti dogmatis confirmare. Vndè iuste vestra tranquillitati ac de vobis dicit Deus: *Psal. 88.* Exaltaui electum de plebe mea. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea suscepit eum, & brachium meum confortauit eum. Credens itaque, nutu diuino super omnium principatum ac dominationem consistere vestram diuinitatem, adsum supplicans, atque rogans vestram pietatem, vt mei prouidentiam fieri, & causam meam examinari præcipiatis. Ego

Christi

Psal. 88.

Ego

Ego enim à puero eram in monasterio dispersator omnium rerum, nihil de Episcopatu cogitans, neque rogans quenquam huius gratia dignitatis. Dum ergo essem in monachorum prouidentia constitutus, adstitit mihi repente illius temporis metropolitani episcopus cum prouincialibus episcopis, & me Paros ordinauit episcopum, de qua in scriptis deiectus est Athanasius, ex grauissimis capitulis accusatus, nec valens pro illatis sibi criminibus reddere rationem, qui aliquando quidem episcopatum repudiabat. Frequenter verò citationes vocantium cum ad synodorum iudicium declinabat. Is enim in Ephesina synodo, ex præcepto Alexandrini præfatis, in meam ecclesiam superingressus est, & ego, præter voluntatem meam ordinatus, expulsi sum. Et hæc quidem acta sunt, habitantibus illius ciuitatis dolentibus & lugentibus meam expulsionem. Supplico igitur & vestrae potentia, vt iubeatis & meam causam sub præsentia vestrae pietatis examinari, & placitum terminū dari, vt & ego cum cunctis alijs, consuetas orationes pro perpetua vestra potentia semper exoluam, piissimi atque victores principes. Sauiinianus episcopus dictaui, & subscripsi, & offero vestrae pietati. Beronicianus vir deuotissimus, secretarius diuini consistorij, legit:

SAVINIANI EPISCOPI PARI epistola, deprecatoria pro iustitia obtinenda, ad Chalcedonen synodum.

Per omnia Deo amantissimis & sanctissimis patribus archiepiscopis, Leōi, Anatolio, Maximo, & omni sancto concilio petitio & deprecatio data à Sauiiniano reuerendo. Multa quidem atque diuersa sunt circa genus humanū Domini Christi beneficia. Hæc autem in præsentī tempore circa sanctas eius ecclesias cura propria quædam existit atque præcipua, sicut ipsæ res clamant. Congregauit enim vestrum angelicum concilium per piissimos & Christianissimos nostros Impatores, ad errorem perspicendum, & confusionem atque seditionem, quæ ante hos paulo plus duos annos in Epheso facta est, destruendam, & veritatem atque iustitiam declarandam. Vndè & ego illam tempestatè & fluctuationem expertus, ad vestrum confugit tranquillissimum portum, suggerens, quia Dioscorus Alexandrinus auctoritate sua, insuper & tyrannide, me quidem à Parenorum ecclesia, commissa mihi secundum canones à sanctissimo episcopo metropolis nostræ Stephano, expulsi. Ediuersò autem introduxit Athanasium, virum depositum in Antiochenum splendidissima ciuitate à multis Deo amantissimis episcopis. Quæ verò post hæc gesta sunt, & quomodo ciuitas vniuersa cum amaris lachrymis atque gemitibus circumfusam inseparabiliter erat circa me, & vio-

TOM. 2.

lentam meam lugebat exclusionem, me dicere (puto) superfluum est. Vndè rogo, & supplico vestra Deo amabilitati, vt iniustitiam, quam passus sum, nullatenus despiciatis, sed etiā iubeatis, me impetrare quæ iusta sunt, quatenus in his Dei clementia collaudetur per vestram euangelicam, & à DEO honoratam synodum, quæ destruxit quidem errorem, & luci reddidit veritatem. Sauiinianus episcopus obtuli hanc petitionem, à me dictatam atque subscriptam. Gloriosissimi iudices dixerunt: Respondeat Athanasius reuerendus episcopus. Athanasius reuerendus episcopus Paros, dixit: Mea causa à longo tempore inchoata est. Et hanc audierunt beatorum Cyriillus & Proclus, & certas formas scripserunt Dōno, qui fuit Antiochenus episcopus, promissitque, ille eas complere. Et cum cognouisset mortem beati Cyriilli, resiliuit, & ad iudicium me vocauit. Ego rescripsi, quia si vellet permanere in datis sententijs ab archiepiscopis, paratus essem. Si verò vellet aliquid aliud, non audirem eius citationem. Semel enim præcedentes episcopi rem certissimam decreuerunt. Accusauit autem eos, qui aduersum me machinati sunt. Et iusserunt non interesse iudicio eos, qui à me fuerant accusati. Rogo itaque, si videtur vestra potestati, archiepiscoporum literæ relegantur. Gloriosissimi iudices dixerunt: Literæ Procli & Cyriilli reuerend. memoriæ relegantur. Et tradita scheda ab Athanasio reuerend. episcopo, Beronicianus vir deuotissimus secretarius diuini consistorij, legit:

CYRILLI ALEXANDRINI archiepiscopi epistola synodica ad Dominum Antiochenum, pro causa Athanasij Parenorum episcopi.

Domino fratri & cōsacerdoti Domno, Cyriillus in Domino salutem. Condolere nos fratribus necessarium est, quando **quidem conficere doctes* quidam cōsacerdotum aliqua se passos affirmant, & hoc à proprijs clericis, quos erat necessarium, subdere tanquam patribus ceruicem, & esse subiectos secundum placitum Dei, & ecclesiæ regulas talia decernentes. Hoc ergo præsumi quouis modo turpissimū est. Tanta nanque passum se dicit reuerend. episcopus Athanasius, vt etiā congregata in regia ciuitate synodus lachrymas daret. Ait enim quosdam clericos, qui sub eo sunt constituti, in tantam audaciā prolixisse, vt quæ attinet ad præsumptionis vim, & expellerent eum à sacerdotio, & super eum damnationis sententiam ferrent. **volentes* Volunt œconomos ecclesiæ, aut certè ecclesiasticarum rerum dispensatores eijcere, & quosdam alios sibi propria virtute constituere. Super hæc autem etiā de sacris diptychis nomen eius auferre, & alia *Diptycha erant in quibus episcopi ordinè conferiebantur.* quædam perpetrare valde grauissima, &

fcebantur.

sceleribus plena, quæ subiectorum libello-
rum virtus nocitur continere. Quia verò
nimis incongruum est, præsumi talia à cler-
icis aduersus episcopos proprios, & hæc de-
spicere nos, impossibile est: dignetur tua san-
ctitas (quoniam ab Antiochia longè est ci-
uitas, cuius gubernationem sortitus est me-
moratus religiosissimus episcopus Athana-
sius) quibusdam per proprias literas audi-
entiam delegare, quatenus euocati hi, qui ac-
cusati sunt, respondeant. Et si inuenti fuerint
accusationibus rei, sacro mysterio delaban-
tur. Quod enim ipsi aduersus patrem pro-
prium præsumperunt, hoc iuste sustineant,
quandò omnem consequentiam prætermi-
serunt, & omnem legem transcendere præ-
sumperunt, & nihilo esse iudicauerunt, se-
nectutem exhonorare patris. Dicuntur autè
non modò primò tales esse cœpisse, sed quo-
modò iam in multis culpati sunt, adhuc val-
dè peioribus asperioribusq; operam dede-
runt. Asserit autem eum se suspectum habe-
re, quem nunc metropolitanum *provincia
sua ius
*cui licet re-
suscitare, & q

*ministerio

*provincia
sua ius
*cui licet re-
suscitare, & q

Rescriptum synodiarum literarum.

PROCLI ARCHIEPISCOPI
Epistola synodica, ad Domnum episcopum
Antiochenum, pro causa Athanasij
Parenorum episcopi.

SAnctissimo & Deo amantissimo fratri &
sacerdoti Domino, Proclus in domi-
no salutem. Charitas Deo amica, maximum
est donum. Vincens enim ad concordiam ma-
gnus artifex Deus, naturam quam operatus
in sua dispositione, verbo disponente, con-
strinxit, vt proprias facientes in alterutrum
passiones & mores, vniciq; eiusdem natu-
ræ existenti, alterius mensuram per consen-
sum compositionis insolubilem complicaret.
Ea si quidem, quæ procul ab affectu sunt,
ad corruptionem aliorum necessariò perdu-
cuntur: quæ verò voluntate vnita sunt, non
facilè à tutela propria dilabuntur. Vndè &
beatus Paulus multitudinem fidelium & cõ-
tinationem ecclesiæ, corpori comparauit,
dicens: Vos estis corpus Christi, & membra
ex membro, omninò prædicans multitudi-
nis conspirationem, & per cõcordiam mem-
brorum, interdicens esse languendum in cõ-
tentione, quæ bellis amica est. Cur autem hæc
scribam Deo amantissime pater, rogo pau-
lulum vt agnoscas. Deo amantissimus eccle-
siæ Parenorum episcopus Athanasius, & in-
credibilem simul, & audientibus non me-
diocriter molestatam, pompam desuevit, dicēs
clericos suos velut exutos ratione subiectio-
nis, & putantes sibi sufficere voluntatem, vt
essent sacerdoti tyranni, expulisse eum ab ec-
clesia, cum ratio nulla subsisteret: & quantū

Ephese, 5. d
1. Cor. 12.

TOM. 2.

ad eos attinet, in tantam vesaniam exilisse, vt
etiã damnarent eum, & operibus crederet,
quia in voluntate procacium, & non in de-
creto regularum, consistant ordines sacer-
dotum, cœconomos autem & curatores pro-
pria voluntate constituentes ecclesiæ Dei, &
episcopi nomen de sacris diptychis auferen-
tes: & vt breuiter dixerim, nefandissimè ec-
clesiasticum ordinem insinuat dissolutū, ad-
ijciens, quoniam nutriuit circa hæc istorum
præsumptionem in veteribus eorum & sceler-
atis operibus, non rationabilis venia data.
Nam præcessoribus eius similia faciētes, im-
petum suum ad peiora itinera cumularunt,
cum non olim pœnam dignam sustinuerint,
vt deceterò haberent temperamētū iaticum.
Sed tu Deo amantissime, dignare à nobis ro-
gatus, (potes enim) tibi proprias consacer-
dotum infirmitates efficere, obediens præ-
cipuè beato Paulo dicenti: Si patitur vnum
membrum, compatitur omnia membra: &
si quidem longè ab vrbe Antiochena ciui-
tas constituta est, in qua hæc diuulgata no-
scuntur, bonum est, vt pro causa præfati epi-
scopi, aliquem DEO amantissimorum epi-
scoporum, ipsi vrbi vicinum, personas non
accipientium, ad audiendum sanctitas tua
deputet. Formidat em religiosissimum me-
tropolitanum episcopum, tanquam vesanæ
flammæ inimicorum eius aduersus eum vir-
tutem præbentem atque materiam. Et si qu-
dem conuicti fuerint, in quibus accusantur,
quos in clamat, tanquam superbiam habentes
*Abfalon, cum illum fuerint imitati, si
2 Reg. 15. b
& 18. c.

1. Cor. 12. d

Abfalon, cum illum fuerint imitati, si
2 Reg. 15. b
& 18. c.
*Dei pon-
tificibus
*irrogatio-
nibus
Nam si quis concesserit,
vt præsumptoribus & incõuenienter in tan-
tam procacitatem exilientibus, vt & DEO
per pontifices cõtumeliam inferre audeant,
misericordia illis finè iudicio fiat, ex quibus
oleum iniquitatis supplicationibus aucupā-
tur: nihil est reliquum, nisi vt fiant omnium
ecclesiarum præfules in lusum & oppro-
brium, & per hæc stabiatur diabolicum
instrumentum. Sed D E V S ad hoc
tuam religiositatem præordinauit, vt & in-
iustitias remoueas, & præsumptiones ab-
scindas, & sacerdotio laboranti succurras,
& multis maledictionibus locum non præ-
beas: sed post agnitionem, ei quidem qui
calumniam patitur, adiutorium feras: illum
verò, qui calumniam facit, si verè est ca-
lumni-

lumniatus abscondas. Nò igitur tua religio-
sitas arbitretur, quia tanq̃ ad iniuriam sedis
Antiochenæ, huc venit memoratus DEO
amantissimus episcopus, sed metuens quosdã (sic
ut ait) seditionibus congaudentes, & passio-
nibus proprias militantes, dedit ad tempus locum
iræ: patientiam verò, & mansuetudinem, &
iustitiam adhuc tuæ religiositatis prædicare
non cessat. Nec in quolibet accusat, (absit
hoc) sed supplicat honestiorem in se compo-
sitionem effici. Vndè & præsentibus eum li-
teris consolantes, cõfidere iussimus ego atq;
sanctiss. episc. & cõsacerdos noster Cyrillus,
propter charitatem quæ cõtinetur in nobis.
Hæbens itaq; reuerentiam merentibus, ha-
rum literarum gerulum modis omnibus ad-
iuuabis. Omnem, quæ tecum est, in Christo
fraternitatem, plurimum saluto. Gloriosiss.
iudices dixerit: Post epistolam quid est actū?
Sauinianus reuerend. episc. dixit: Supplico ge-
sta legi, & ipsa vos edocebunt. Gloriosissimi
iudices dixerunt: Interloquutiones gestorū,
quæ porrigentur, legantur. Cõstantinus vir
deuotiss. secretarij diuini cõsistorij, ex sche-
da Sauiniani reuerend. episcopi, cuius initium
erat disruptum, & reliqua legit.

ANTIOCHENVM CONCILIVM.

In Antiochenum sanctiss. ecclesia in
æstiuali porticu secretarij, factò concilio, &
residentibus sanctiss. episc. Domno eiusdem
Antiochiæ, Theodoro Damasci, Valerio
Anazarbi, Pompeiano Emisæ, Polychronio
Epiphaniæ secundæ Ciliciæ, Damiano Sidonis,
Iamblico Chalcidis, Theodoro Berroæ,
Gerontio Seleuciæ, Ioseph Heliopolis,
Timotheo Dolychis, Benetio Bybli, Epi-
phanio Archæ, Paulo Ptolemaidis, Step-
hano Epiphaniæ Syriæ secundæ, Phosphoro
Orthosiadis, Thoma Mopsuestiæ, Iordane
Abilæ, Paulo Antaradi, Barane Alexandriæ,
Mara Vrimum, Saba Palti, Mara Anasar-
thæ, Ioanne Theodosiopolis, Daniele Car-
rhenium, Sophronio Cõstatiæ & Vranio
*Hymero, Mariano Iotapæ, Tacianus
diaconus & Nectarius dixit: Parenses cleri-
ci libellos & nunc iterum obtulerunt vestra
sanctitati, aduersus reuerend. episcopū Atha-
nasium. Quia igitur adest sanctum conciliū,
præ manibus habeo libellos, & si scipit tua
sanctitas, eos relego. Domnus episcopus An-
tiochiæ dixit: Vbi sunt qui libellos obtule-
runt? Tacianus diaconus dixit: Foris sunt.
Domnus episcopus Antiochiæ, dixit: Ingre-
diantur. Tacianus diaconus dixit: Adstitit
Ifacius, qui libellos obtulit. Domnus epi-
scopus Antiochiæ, dixit: Solus Ifacius libel-
los obtulit, an alij cum eo? Tacianus dia-
conus dixit: Solus Ifacius obtulit libellos. Do-
mnus episcopus Antiochiæ, dixit: Dicit Ifacius, si
ipse libellos obtulit. Ifacius primicerius le-
ctorum, dixit: Etiam, quæso sanctitatem tuã.
Domnus episcopus Antiochiæ, dixit: Quo-

TOM. 2.

niam memoria facta est & Ioannis subdia-
coni, & ipse ingrediatur. Tacianus diaconus
dixit: Adest Ioannes subdiaconus. Domnus
episcopus Antiochiæ, dixit: Præsentibus lege cõ-
stitos libellos. Et lecti sunt. Domnus episcopus
Antiochiæ dixit: Vbi sunt ipsi libelli?

Tacianus dixit: Habeo eos præ manibus.
Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Lege eti-
am eos. Et lecti sunt. Domnus Antiochiæ episc.
dixit: Quandò delegauimus causam beatiss.
Panolbio, qui tunc metropolitanus erat eius
prouinciæ, vt causam audiret, quæ subsecuta
fuit? Tacianus diaconus dixit: Habeo eius-
dem beatiss. Panolbij epistolam, per quã edo-
cuit, quæ secuta sunt. Domnus dixit: Lege
eam. Et lecta est. Domnus episcopus Antio-
chiæ dixit: Habes exemplaria repudij reue-
rendi episcopi Athanasij? Tacianus diaconus
dixit: Præ manibus habeo & exemplaria &
authentica, quæ accepi à Deo amantiss. epi-
scopo Ioanne Hierapolitanorum metropo-
lis. Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Le-
gatur authentica per ordinem. Et lecta sunt.
Theodorus episcopus Damasci, dixit: Quo-
niam fauorabilis erat circa reuerend. episco-
pum Athanasium beatæ memoriæ Panolbi
Hierapolitanus quondam episcopus, per p-
prios repudij libellos edocuit reuerend. epi-
scopus Athanasium. Manifestus est igitur, litè
fugiens, & neq; amico proprio audientiam
suam credens. Valerius episcopus Anasarbi,
dixit: Manifestus est reuerend. episcopus Atha-
nasius, tanquam conscius sibi, in quibus ac-
cusatur, cõ quod noluerit apud amicū pro-
prium Panolbium causam dicere, secundum
epistolam repudij ab eo conscriptas. Pompe-
ianus episcopus Emisæ, dixit: Dum amicus
eius existeret beatæ memoriæ Panolbii epi-
scopus, certus est reuerendus episcopus Athana-
sius, quia hoc conscientia mala fecit. Poly-
chronius episcopus Epiphaniæ, dixit: Reue-
rendiss. episcopus Athanasius neq; suo ami-
co committens accusationem suam, certus
est praua conscientia declinasse iudicium.
Iamblicus episcopus Chalcidis, dixit: Si confide-
ret reuerend. Athanasius, audientiam Panol-
bij amici proprii non fugisset, sicut ipse in li-
teris repudij ad eum datis professus est. Sed
forfan conscientia compulsus, euocatiõem
declinauit, à predicto beato Panolbio facta.
Damianus episcopus Sidonis, dixit: Maxi-
mè semetipsum nocuit, & reum canonibus
sanctis effecit reuerendus episcopus Athana-
sius, citatus à reuerendæ memoriæ Panol-
bio, qui tunc erat Hierapolitanorum me-
tropolitanus episcopus, & tertio respuens,
nec occurrens. Gerontius episcopus Seleu-
ciæ, dixit: Valdè semetipsum nocuit reueren-
dissimus episcopus Athanasius, neque ami-
cum suum prædictum Panolbium passus,
& precipuè euocatus ad iudicium, & audi-
entiam fugiens, sicut tria eius repudia
manifestant. Benetius Episcopus
Bybli,

Bybli, dixit: Lectio literarum repudij reuerendi episcopi Athanasij docuit nos, quia purus amicus fuit ei, qui tunc metropolitanus erat, hoc est, beato Panolbio, apud quem responsum fieri oportebat. Vnde non oportuit euocatione effugere, nisi forte eius conscientia impedisset. Theodistus episcopus Beroæ, dixit: Si mundam habuisset conscientiam reuerendus episcopus Athanasius, non repudiasset audientiam beati Panolbij, cum eius utique amicus existeret. Epiphanius episcopus Archæ, dixit: Ostendit reuerendus episcopus Athanasius, quia semetipsum ab episcopatu Parenorum ecclesiæ fecit extraneum, repudium tertio mittens, dum utique; beatum Panolbium Hierapolitanorum episcopum haberet, qui posset, nisi iste sibi conscius esset, eius negotium bene disponere. Maras episcopus Vrimorum, dixit: In eo quod reuerend. episc. Athanasius iudicium beati Panolbij declinauit, qui tunc Hierapolitanorum erat episcopus, apparet, quia conscientia sua conuictus est. Baranis episcopus Alexandriæ, dixit: Maxime sibi nocuit reuerendus episcopus Athanasius, non obediens tunc metropolitanus beatæ memoriæ Panolbio, & præcipue dum eius amicus existeret. Vnde certus est, quia non recta conscientia viuens, talem audientiam declinauit, & ad repudium venit. Stephanus episcopus Epiphaniæ, dixit: Superfluam rem esse iudico, post tria repudia, & terminum habentia, causam reuerendi episcopi Athanasij in examinationem adduci. Quomodo enim elegit hanc à sancto concilio iudicari, dum proprii amici sui beatæ memoriæ Panolbij, sicut ipse in repudijs manifestauit, videat declinasse iudicium? Phosphorus episcopus Orthosiadis, dixit: Ea quæ à reuerendo episcopo Athanasio sunt scripta ad beatæ memoriæ Panolbium, qui tunc Hierapolitanorum erat episcopus, manifestant, quoniam iudicium fugiens, reus à Parenorum discessit episcopatu. Daniel episcopus Carrhensium, dixit: Palam est quia directis repudij literis reuerend. episcopus Athanasius ad beatæ memoriæ Panolbium, qui tunc metropolitanus erat, refutando iudicium, ab episcopatu semetipsum fecit extraneum. Ioannes episcopus Theodosiopolis, dixit: In ijs, quæ placent sancto concilio vestro, & ego consentio. Sophronius episcopus Constantiæ, dixit: Ex repudij literis, quæ relectæ sunt, certus est reuerend. episc. Athanasius, quia ad iudicium venire noluit, & episcopatum quoque repudiavit. Ioseph episcopus Iulio-polis, dixit: Tertio repudiando reuerend. episcopus Athanasius, & nolendo apud amicum suum beatæ memoriæ Panolbium, qui tunc metropolitanus erat episcopus, occurrere, & causam dicere, & semetipsum ab illatis sibi criminibus liberare, certus est, quoniam conscientia mala sit usus. Timotheus episc.

*quod

TOM. 2.

Dolychis dixit: Oportebat quidem, reuerend. episcopus Athanasium ab exordio euocatum tertio à beatæ memoriæ Panolbio, qui tunc metropolitanus episcopus erat, occurrere, & allegatiõibus suis uti, dum secundum ea, quæ nunc lecta sunt, amicum suum eundem esse definiret. Quia igitur sæpe euocatus repudiavit, reum semetipsum illatis sibi constituit. Paulus episcopus Prolemaidis, dixit: Tertio ad audientiam euocatus reuerend. Athanasius à Panolbio metropolitanus episcopo, & maxime eius amico, sicut ex his, quæ sunt lecta, didicimus, & tertio Parenorum episcopatum repudians, apparet, quoniam non bona conscientia percussus, videtur declinasse iudicium. Sabas episcopus Paltis, dixit: Tertio repudiando reuerend. episcopus Athanasius, & coniurando, alium pro se ordinari debere, quam de reliquo rationem habet de episcopatu Parenorum sanctæ Dei ecclesiæ nunc mouere, & præcipue, dum apud amicum suum beatæ memoriæ Panolbium causam non dixerit? Maras episcopus Anasarthæ, dixit: Integre semetipsum diligenter monstrauit reuerend. episcopus Athanasius à beatæ memoriæ Panolbio metropolitano episcopo, per epistolas repudij ad eum directas. Fugiens itaque; audientiam eius, apparet hoc conscientia maligna fecisse. Domnus episcopus Antiochiæ, dixit: Post hæc repudia ubi degebat reuerend. episcopus Athanasius? Ilacius archidiaconus dixit: Egressus est de prouincia Samosatorum, degebat apud semetipsum in proprio padio, & denuo descendit in ciuitatem Samosatorum. Quoniam autem hæc sunt clerici, rogo sanctum vestrum concilium ingredi eos & dicere, quæ ipsi quoque nouerunt. Domnus episcopus Antiochiæ, dixit: Ingrediantur. Tacianus diaconus dixit: Adfuit reuerendi clerici. Domnus episcopus Antiochiæ, dixit: Stet secudum ordinem reuerend. presbyteri, & reuerend. diaconi. Theodorus episcopus Damasci, dixit vni: Vbi degebat post repudia reuerend. episcopus Athanasius? Qui cum respondisset, Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Quid dicunt & reliqui clerici? Theodorus episcopus Damasci, dixit: Ex illo regressus est Paros. Et post responsum, Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Quot ordinavit? Et facta responsio, Theodorus episcopus Damasci dixit: Istas ordinationes, post repudia à se facta, constituit? Accepto responso, Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Dicat & reliqui clerici, qui nouerunt, quid postea subsequutum sit. Theodorus episcopus Damasci dixit: Vos cuius rei causa estis Hierapolim profecti? Et cum dixissent, Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Noui & ego formidasse reuerend. episcopum Athanasium. Nam detulit mihi literas Deo amantissimorum & sanctissimorum episcoporum, id est, domini Procli & domini Cyrilli. Theodor-

rus

*nec ab episcopatu, sicut ipse docuit, non à clericis est expulsus.

*puerilitas

*Hæc eadē & nos cognouimus, quia mentis est reuerend. episc. Athanasius, & certus

rus reuerend. episcopus Damasci, dixit: Diuina litera per Deo amantissimum episcopum Athanasium deducta sunt sanctissim. archiepiscoporum. Iubeat tua sanctitas, has relegi coram sancto concilio. Domnus episcopus Antiochiæ, dixit: Legantur. Et lectæ sunt. Theodorus episcopus Damasci, dixit: Videtur reuerend. episc. Athanasius nihil verum docuisse sanctiss. & Deo amantiss. archiepiscopos dominum Proclum & dominum Cyrillum, dum etiã apud beatum Panolbium, qui fuit eius metropolitanus & eius amicus, sicut ipse in repudijs à se datis ostendit, à Parenorum episcopatu, & non à clericis est expulsus, sicut edocuit, sed ipse tertio ab eodem Panolbio euocatus, audientiam illatorum sibi criminum refutauit, & propriam ciuitatem reliquit, adiiciens & hoc in repudij sui literis, quoniam & ante duos aut tres annos hoc apud se deliberatum fuisset, ut ab episcopatu recederet. Valerius episcopus Anazarbi, dixit: Perspexi & ego, quoniam reuer. Athanasius falsò docuerit Deo amantiss. & sanctiss. archiepiscopos Proclum & Cyrillum. Nam & propria voluntate ex scripto repudiavit episcopatum, Et tertio à beatiss. memoriæ Panolbio euocatus, audientiam declinauit. Vfus etiã repudio, & propria voluntate ciuitatem deseruit, & non à clericis est expulsus. Polychronius episcopus Epiphaniæ secundæ Ciliciæ, dixit: Manifesta est Deo amantissimi episcopi Athanasij circa causam eius argumentatio, calumniam facientis (quasi de violentia sua) reuerend. clericis, qui dum à semetipso ab ecclesiastic. ministerio discesserit, et antemulta tempora in profectioem longinquam abiit, causam illis ascripsit. Pompeianus episcopus Emisæ, dixit: Certus est Athanasius alia pro alijs docuisse Deo amantiss. & sanctiss. Proclum & Cyrillum. Iamblicus episcopus Chalcedis, dixit: Dati repudij libelli à reuerend. episcopo Athanasio beatæ memoriæ Panolbio, qui tunc metropolitanus episcopus & amicus eius erat, sicut & ipse monstrauit, docent nos, quia inaniter calumniã fecit apud sanctiss. & venerandiss. archiepiscopos Proclum & Cyrillum de reuerendis suis clericis, dum ipse episcopatum reliquerit Parenorum, & coniuauerit alium pro se ordinari episcopum. Timotheus episcopus Dolychis, dixit: Hæc eadē, quæ Deo amantiss. episcopi, & ego perspexi. Daniel episcopus Carrhesium, dixit: Admiratus sum, quod passus sit reuerend. episcopus Athanasius (euocatus à metropolitano episc. beatæ memoriæ Panolbio, ut satisfaceret, & tertio repudians episcopatum) importunus existere Deo amantissimis episcopis Proclo & Cyrillo, & nihil eos veri edocere. Gerontius episcopus Seleuciæ, dixit: Hæc eadē & ego perspexi, quia nihil veritatis edocuit sanctiss. & Deo amantiss. episcopus Proclum & Cyrillum reuerend. episcopus Athanasius. Theodistus episcopus Beroæ, di-

TOM. 2.

xit: Hæc ipsa & ego perspexi, quia falsa docuerit sanctiss. & venerabiliss. archiepiscopos Proclum & Cyrillum reuerend. episcopus Athanasius. Stephanus episcopus Epiphaniæ dixit: Et ego ita perspexi, quia magis mentitus est apud sanctiss. & Deo amantiss. archiepiscopos Proclum & Cyrillum reuerend. episcopus Athanasius. Nam neque à clericis videtur expulsus, sed repudia propria voluntate fecit. Valerius episcopus Laodiceæ Syriæ, dixit: Et ego hæc ipsa perspexi, quæ sanctum concilium Epiphanius episcopus Archæ, dixit: Hæc ipsa & ego cognosco, quæ sanctum concilium Baranis episcopus Alexandriæ, dixit: Et ego consentio sancto concilio Deo amantissimorum episcoporum, & illa constituo, quæ & ipsi bene se habere comprobauerunt. Ioseph episcopus Iulio-polis, dixit: Hæc ipsa & ego perspexi, quæ Deo amantissimi & sanctissimi archiepiscopi decreuerunt. Paulus episcopus Prolemaidis, dixit: Hæc ipsa & ego perspexi, quæ præcedentes sanctissimi patres, & cum eis quoque decerno. Maras episcopus Anazarthæ, dixit: Si quietem diligeret reuerend. episcopus Athanasius, non eum oportuerat post repudium & iusiurandum, in opportunum existere sanctiss. patribus & archiepiscopis Proclo & Cyrillo. Ioannes episcopus Theodosiopolis, dixit: Similiter & ego perspexi. Sophronius Constantiæ episcopus, dixit: Præcedentibus me Deo amantissimis episcopis & ego consentio. Domnus episcopus Antiochiæ, dixit: Quando suscepi literas Deo amantiss. episc. Procli & Cyrilli, memor sum, quia & eum huc euocauimus, & Deo amantiss. episcopos prouincie, ut hæc causa potuisset examinari. Relegite itaque; ambas epistolas. Et lectæ sunt. Domnus episcopus dixit: Quid scribit ad hæc reuerendus episcopus Athanasius? Domnus episcopus dixit: Lege & epistolam, quam scripsit Deo amantissimus Ioannes Hierapolitanorum metropolis episcopus. Et postquam lecta est, Domnus episcopus dixit: Noui, quando suscepi à reuerend. episcopo Athanasio literas, quia mox conuocauimus sanctum hoc concilium secundum eius preces, mittens etiã scripta ad eum, ut adesset in hoc sancto concilio. Relege itaque à me ad eum factam epistolam. Et ea iam lecta iterum, Domnus episcopus dixit: Lege etiã synodicas literas ad eum factas. Quibus lectis, Domnus episcopus dixit: Quæ sunt super hæc ex non scripto dicta à reuerend. episcopo Athanasio? Et iterum Domnus episcopus dixit: Lege & quam habeo conscriptam epistolam sancto concilio. Quæ epistola iam lecta, Tacianus diaconus dixit: Habeo & epistolas reuerendorum episcoporum domini Iosæ, & domini Andree, quas miserunt, euocati tua sanctitate, & occurrere non valentes. Domnus episcopus dixit: Lege & eas per ordinem. Et his quoque

R

epi-

epistolis lectis, Tacianus diaconus dixit: Alios libellos obrulit sancto concilio reuerens. subdiaconus Philippus sanctae Dei Parentis ecclesiae. Et si iubet vestra sanctitas, hos quoque relego. Dominus episcopus dixit: Lege. Cumque fuissent lecti libelli, Theodorus episcopus Damasci, dixit: Ea quae posita sunt in libellis, solus nosti, an & alij simul sciunt? Philippus subdiaconus dixit: Nouit haec etiam reuerend. presbyter ex oeconomio Fronton. Dominus episcopus dixit: Dicat reuerend. Fronton, quid de hac causa nouit. Qui cum dixisset, Dominus episcopus dixit: Haec dominica quae est? Theodorus reuerend. episc. Damasci, dixit: Quis scit haec? Fronton dixit: Theodorus diaconus qui commanebat cum ipso reuerend. episcopo Athanasio. Quo vocato, Theodorus episcopus dixit: Quid nosti in causa columnarum argenteorum? Si uere conscius erat illo tempore reuerend. episcopo Athanasio? Et cum hic dixisset, Dominus episcopus dixit: Dicant etiam isti, quorum memoriam fecit Fronton presbyter, quid nouerunt. Theodorus episcopus dixit: Si hic sunt, quorum memoriam fecit reuerendus Maris presbyter, & ipsi, quae nouerunt, propria uoce testentur. Tacianus diaconus dixit: Adstant Maris & Theophilus diacones. Theodorus episcopus dixit: Quid nostis in causa? Qui postquam libellorum meminerat, Dominus episcopus dixit: Lege eos. At lectis iam libellis, Theodorus episcopus dixit: Nunquid non sufficient nobis, quae iam dicta sunt, atque deposita, scandalis complere ois aures? Dominus episcopus dixit: Quid perspicit vestra sancta synodus fieri oportere? Theodorus episcopus dixit: Si opinionis suae curam habuisset Athanasius reuerendus episcopus, non declinasset examinationem criminum sibi illatorum, & quod maius est, audientiam delegatam a beatae memoriae Panolbio, qui fuit Hierapolitanus episcopus, & eius amicus, & circa eum ualde fauorabilis, sicut ipse Athanasius proprijs literis saepius intimauit. A quo tertio ad audientiam euocatus, non obediuit, sed etiam tertio episcopatum Pari ex scripto repudiavit per ea, quae ad beatae memoriae Panolbium scripsit, in quibus etiam rogauit, dicere se silentium complectendum. Sed hoc non fecit, sed longa itinera aggressus, turbauit auditus sanctissimorum & Deo amatiss. archiepiscoporum, id est, domini Procli & domini Cyrilli, nihil uerum memoratos sanctiss. viros edocens, sed etiam postea saepius euocatus, tam a sanctiss. patre nostro & archiepiscopo, Domo Antiocheno scilicet, quam a praesenti concilio, quatenus semetipsum a criminibus sibi illatis exueret, venire non uoluit. Quid ergo ecclesiasticis sanctionibus placet eum, qui pro quibusdam rebus incogruis euocatus, & tertio euocatus non uenit, cadere honore, quem habet. Videtur autem

*Eras

*Vnde

TOM. 1.

memoratus Athanasius non solum tertio euocatus, sed etiam frequenter, & non obediens, neque illatis uolens criminibus respondere. Huius rei gratia, alienum eum a sacerdotio secundum ecclesiasticas leges esse decerno, & oportere Deo amatissimum episcopum Hierapolitanorum, dominum Ioanem feliciter episcopum, in ecclesia Parenorum regulariter ordinare, ut tandem aliquando in pacifica quiete eadem ciuitas constituatur, libera a fluctuatione atque tumultu, duorum annorum tempore in ea machinato. Valerius episcopus Anazarbi, dixit: Quoniam dudum uidetur examinationem causae repudiasse praedictus Athanasius, & declinando iudicium beatae memoriae Panolbii, insuper etiam & eius successoris metropolitae, & nunc etiam regulariter euocatus a communi patre & archiepiscopo Domo, & sancto concilio, similiter examinationem fugit frequenter differendo, certus est, quoniam debet ad iudicari. Igitur extraneum eum & ego a sacerdotio iudicauit, & ab episcopi dignitate, & debet ab omnibus illic ordinari alter episcopus, tanquam hoc semel alienato, quatenus uel nunc desinat esse sine patre (quod uolenter sustinuit) orbata Parenorum ciuitatis ecclesia. Timotheus reuerend. episcopus Dolychis, dixit: Recta & iusta prolata est sententia a congregato hoc sancto concilio aduersus praedictum Athanasium. Nam toties consequenter & regulariter euocatus a metropolitano suo beatae memoriae Panolbio, & Deo amatissimo & sanctiss. episcopo Ioane metropolitano nostro, & a praesenti sancto concilio, sed & etiam a sanctissimo & Deo amatissimo episcopo Domino, & non obaudiens, diuersis uero dilationibus usus, sibi met omnem sacerdotij priuationem asseribat. Igitur & ego consentio ijs, quae regulariter & legitime sunt decreta a uestro sancto concilio. Et supplico, ut Parenorum sanctissima ecclesia ordinetur episcopus, ut & nos, & eadem sanctissima ecclesia contritione & misericordia liberemur. Maras episcopus Anasarthae, dixit: His eisdem & ego consentio, & alienum esse decerno ab honore episcopatus Athanasium, qui Pari fuit episcopus, quoniam saepe uocatus non obediuit. Et supplico, ut uelociter in Parenorum ecclesia ordinetur episcopus. Pompeianus episcopus Emisa, dixit: His, quae regulariter & ecclesiasticè definita sunt a sanctiss. & Deo amatissimis metropolitano Theodoro & Valerio & ego consentio, quae utique iuste ab eis decreta sunt, approbans. Et ego Athanasium, qui Pari fuit episcopus, ab episcopatu omnimodis alienum, & ab honore pontificatus decerno. Et rogo alium episc. pro eo constitui in eadem ciuitate, ut uel nunc a tumultu & seditionibus eadem Parenorum sancta Dei ecclesia liberetur.

Iamblicus episc. Chalcedis dixit: Simul decerno

*Himerori

cerno & ego ea, quae regulariter & legitime constituta sunt a Deo amatissimo & sanctissimo episc. id est, Theodoro & Valerio metropolitano de Athanasio, qui quondam Parenorum fuit episcopus. Vnde & ego rogo sanctissimum Ioanem episc. huius pridem metropolitae, isto secundum uestram approbationem alieno ab episcopatu facto, alium pontificem constituere sanctiss. Parenorum ecclesiae. Vranus episcopus Himerorum, dixit: Athanasium episc. euocatum, ut satisfaceret de illatis sibi maximis nefarijsq; criminibus, & non obediens citationi canonice Deo amatiss. & sanctiss. archiepiscopi nostri Domni, & praesentis sancti magni concilij, quoniam conscientia mala uidetur alligatus, hunc & ego decerno indignum, & extraneum omni ecclesiastico ministerio, episcopi q; uocabulo. Damianus Sidonis episc. dixit: Oportebat Athanasium, qui Parenorum ecclesiae fuit episc. in quibusdam criminibus accusatum, & euocatum a beatiss. Panolbio suo tunc metropolitano, ut curam eius habenti, obaudire, & suis allegationibus uti: & hoc quidem non fecit, sed per longa itinera profectus est, molestus existens auribus Deo amatiss. episcoporum Procli & Cyrilli, & deferens literas, quarum gratia & iterum euocatus est a sanctissimo archiepiscopo nostro Domino & a sancto concilio, & obaudire contempsit. Hoc ergo non faciente eo, & ego decerno alienum eum existere a dignitate pontificatus, & oportere amatiss. Ioanem episc. Hierapolitanorum metropolis episc. consecrare pro eo Parenorum ecclesiae. Polychronius episc. Epiphanijs secundae Ciliciae, dixit: Luctus & gemitus causa nobis effectus est Athanasius quondam Parenorum episc. Diuersis enim criminibus accusatus, iudicium declinavit, tertio euocatus a beatae memoriae Panolbio Hierapolitanorum episcopo, cum utiq; eius amicus existeret, sicut ipse in repudij sui literis declarauit, & nunc quidem saepius a Deo amatiss. & sanctiss. archiepiscopo Domino, & hoc congregato concilio, obediens citationi non uoluit, sed permansit multo tempore illudens, & fallens ecclesiasticas sanctiones. Huius itaq; rei gratia, semetipsum omni pontificatus ministerio denudauit, episcopi q; uocabulo, & sit quoque depositus etiam meo decreto, & ordinabitur alter episc. sanctae Parentis ecclesiae, qui possit soluere malorum calamitatem. Theodistus episc. Beroae, dixit, Consentio his, quae bene & regulariter definita sunt a sancto concilio, quatenus alienus sit ab honore pontificatus Athanasius, qui Paros fuit episcopus. Et decerno, ut pro eo Parenorum sanctiss. Dei ecclesiae ordinetur episc. Beneti episc. Bybli dixit: His quae regulariter a sancto concilio sunt prolata, consentio etiam ipse, iudicans Athanasium Pari quondam episc. alienum esse a pontificatu, & oportere pro eo pontificem eccle-

*Pari

TOM. 2.

siae Dei constitui. Gerontius episc. Seleucia, dixit: Quoniam saepe uocatus Athanasius Paros quondam episcopus, & a metropolitano suo beatae memoriae Panolbio, & a Ioanne Hierapolitanorum metropolitano episcopo, & ab archiepiscopo nostro Domino, sed & a praesenti sancto concilio, non affuit, hunc & ego alienum esse decerno secundum ecclesiasticas sanctiones ab episcopatu. Et rogo uelociter episcopum ordinari pro eo sanctissimae Parenorum ecclesiae. Stephanus episcopus Epiphanijs, dixit: In maximis criminibus accusatus Athanasius Parenorum quondam episcopus, & saepius euocatus, & nec semel obaudiens, sed longa itinera eligens profectus, & molestus existere auribus Deo amatiss. episcoporum Procli & Cyrilli, & propterea rursus ab exarcho Orientalis dioecesis euocatus, & a congregato sancto concilio, & neq; sic obaudiens, dignus est expelli a pontificatu, alio pro eo praedictae ecclesiae constituto pontifice. Ioseph episcopus Iulio polis, dixit: Oportebat quidem occurrere Athanasium Parenorum ecclesiae quondam episcopum, & ab illatis sibi criminibus semetipsum exuere. Sed quoniam saepius euocatus, hoc non fecit, sanctum praesensq; concilium in eum sententiam protulit secundum ecclesiasticas sanctiones. Vnde & ego consentio omnibus, quae ab eis legaliter definita sunt, iudicans alienum eum esse a pontificatu, oportere autem alium pro eo pontificem Parenorum sanctae Dei ecclesiae ordinari. Phosphorus episcopus Orthosiadis, dixit: Consentio & ego his, quae regulariter definita sunt a sancto concilio, alienum esse iudicans ab episcopatu praedictum Athanasium. Rogo autem, & una decerno, alium pro eo Parenorum sanctissimae Dei ecclesiae ordinari pontificem. Thomas episcopus Mosueltiae, dixit: Accusatoribus Athanasij frequenter olim beatae memoriae Panolbio, qui metropolis fuit episcopus, & sanctiss. archiepiscopo nostro Domino, & nunc etiam sancto concilio, molestis existentibus, & uocationibus saepe factis, ut accusatorum examinatio proueniret, non occurrens Athanasius, semetipsum extraneum ab efficacia pontificatus effecit. Vnde post sententiam sancti concilij, necessarium Parenorum sanctiss. Dei ecclesiae, tanto tempore sine praesule manens, suscipiat pontificem a sanctiss. metropolitano, & religiois episcopis prouinciae regulariter ordinatum. Paulus episcopus Ptolemaeae, dixit: Consentio his, quae decreta sunt ab hoc sancto concilio, & alienum ab episcopatu iudico praedictum Athanasium, atq; decerno, pro eo uelociter Parenorum sanctae Dei ecclesiae ordinandum episcopum. Paulus episcopus Antarae, dixit: His quae ecclesiasticè & regulariter a sancto concilio sunt decreta, particeps sum, alienum iudicans ab honore episcopatus Athanasium Parenorum quondam episc. & decerno alium pro eo celerius eidem sanctiss. Dei

R 2 eccle-

ecclesie constituendum episc. Maras episc. Vrimorum, dixit: Et ego hæc ipsa constituo, & alienum iudico ab honore pontificatus Athanasium Parenorum quondam episcop. quoniam sapiens euocatus non obaudiuit, & decerno alium pro eo Parenorum sancte dei ecclesie ordinari debere. Baranis *Alexandriae episc. dixit: His, quæ regulariter definita sunt à Deo amantiss. episc. consona loquor & ego, alienum iudicans ab omni pontificatus honore & dignitate episcopatus eundem Athanasium, & decerno alium pro eo Parenorum sanctæ Dei ecclesie constituendum. Epiphanius Episc. *Archæ, dixit: His quæ benè & regulariter à sancto concilio sunt decreta, consentio & ipse, alienum iudicans ab honore pontificatus Athanasium Parenorum quondam episc. & decerno celeriter aliū cōstitui eidem Parenorū ecclesie, qui eam possit pro Dei voluntate gubernare. Iordanus episcopus Abilæ, dixit: His, quæ secundum ecclesiasticos canones à sancto concilio benè sunt plata, consentio, alienum iudicans ab honore pontificatus Athanasium Parenorū quondam episc. & decerno alium pro eo Parenorum sanctæ Dei ecclesie ordinandum. Ioannes episc. Theodosiopolis, dixit: Consentio & ego ipse, quæ canonicè & legaliter definita sunt à sancto concilio, & alienum ab episcopatu iudico Athanasium, approbans alterum pontificem constituendum ecclesie Parenorum. Daniel episc. Carrheñ, dixit: Cōsentio omnibus his, quæ regulariter sancto cōcilio placuerunt, & alienum iudico Athanasium ab episcopatu, approbans alterum ꝑ eo Parenorum ciuitati ordinandum episcopum. Sophronius episc. Constantig, dixit: Ea quæ regulariter atq; legaliter à sancto concilio definita sunt, & ipse sequens, alienum iudico Athanasium ab episcopatu, approbans alterum pro eo Parenorum sanctæ DEI ecclesie constituendum episcopum. Sabas episcopus Palti, dixit: Consentio & ego omnibus quæ dicta sunt, & vnà decerno cum sancto concilio, alienum iudicans esse ab honore pontificatus Athanasium, quoniã euocatus ab omni sua prouincia, suisque metropolitibus, & sanctissimo patre nostro atque doctore, & ab omni sancto concilio, nõ obaudiuit. Approbo autem, quatenus pro eo Parenorum sanctæ Dei ecclesie alter ordinetur episcopus. Dominus Antiochię episcopus dixit: Mei quidem voti non fuit, talem aduersus episcopum proferre sententiam. Quia verò sancto concilio dignè complacuit, alienum existere Athanasium secundum ecclesiasticas sanctiones ab episcopatu, tanquam sapiens quidem, & in multis magnisq; criminibus accusatum, semper verò iudicium & examinationem negocij fugientem, confirmo hæc etiã ego, & in his quæ omnibus communiter placuerunt, concurs existo, iudicans eum alienum esse à pontificatu. Et ꝑ-

cipio Deo amantissimo episcopo Ioanni, & ipsis prouinciæ religiosis episc. alium pro eo Parenorum sanctæ Dei ecclesie episcopum ordinare. Et subscriptiones p̄dictorum episc. Gloriosissimi iudices dixerunt: Si qui eorum, qui tunc cū Domino deposuerunt Athanasium reuerend. episcopum, assident sancto concilio, in medium transeant. Et transeuntibus in medio, Theodoro reuerend. episc. Damasci, Theodotisto reuerend. episc. Beroæ, Gerontio reuerend. episc. Seleucię, Damiano reuerend. episc. Sidonis, Ioseph reuerend. episc. Heliopolis, Saba reuerend. episcopo Palti, Sophronio reuerend. episc. Constantig, Gloriosiss. iudices dixerunt: Dicant reu. & sanctiss. episc. ꝑ qua culpa tūc Athanasium reuerend. deposuerunt de episcopatu. Theodorus reuerend. episc. Damasci dixit: Clerici Parenorum Ecclesie accusationes obtulerunt aduersus eū, & euocatus, non assuit, dicens, quosdam se inimicos habere, & secundò euocatus, nõ assuit. Dum verò tres euocationes in eum factæ fuissent, & venire recusasset, secundum canones aduersus eum depositionis eius prolata sententia est. Theodotistis reuerendus episc. Beroæ, dixit: Euocatus religiosissimus episcopus Athanasius à concilio Antiochię congregato tertio, non assuit: & ideo quod non assuit, adiudicatus est. Gerontius reuerend. episcopus Seleucię Syrię, dixit: Nos deposuimus eum, quoniã regulariter euocatus tertio, non occurrit, & secundum regulas depositus est ab omnibus, qui tunc conuenerunt. Graui enim qdam posita erant in libellis, aduersus eum, platis, & euocatus regulariter obaudire cōtempit. Damianus reuerend. episc. Sidonis, dixit: Euocatus Athanasius reuerend. episc. à sancto concilio Antiochię cōgregato tertio, non obaudiuit. Et secundum regulas ab omnibus, qui tunc conuenerunt, condemnatus est. Ioseph reuerend. episc. Heliopolis, dixit: Euocatus à sancto concilio Antiochię congregato in auditorio & semel, & secundò, & tertio reuerend. Athanasius, & nõ adueniens, damnationi submissus est. Sabas reuerend. episc. Palti, dixit: Aderam in iudicio. Detulerat Athanasius sacram, vt non sederet neq; dominus Theodoretus in causa, neq; Ioannes metropolita. Sedebant ambo in causa. Dicebã ad eos: Quia si iudices estis, audite negocium. Si verò nõ subscribitis, egredimini simpliciter. Et contentione facta, subscribere noluerunt. Ad vltimum euocatus est tertio, & non venit. Et propterea depositus eum. Sophronius reuerendus episcopus Constantiæ, dixit: Nihil discussum est corū, quæ aduersus eum erant, & in præsentia eius per probationem nihil examinatum est. Sed ex vna parte accusauerunt illi. Nos autem non credimus vni parti, quoniam accusatores, quęcunq; volunt, dicunt, nec omnino oportet accusatoribus credi. Euocatus est autem propter hæc semel. Dixit causam,

fam, pro qua non adesset, quosdam se inimicos habere in synodo, quæ posita est in gestis. Iterum secundo euocatus est. Rursus tertio euocatus est. Cum autem non obaudisset tertio, deponens eum, plata sententia est. Gloriosiss. iudices dixerunt: Dicat Athanasius reuerend. episc. cur, tertio euocatus à sancto Antiochæno concilio, non occurrit, vt proprijs allegationibus vteretur. Athanasius reuerend. episc. dixit: Quoniã inimicus meus erat ipse, qui iudicabat, Antiochenus. Et rogo hæc relegi, & veritatē pbari. Abierunt tredecim clerici, & ipsi decreuerunt nolentes. Gloriosiss. iudices dixerunt: Saunianus reuerend. episc. quoniam post depositionem Athanasij reuerendi ordinatus est à prouinciali concilio, in Parenorum ciuitatis episcopatu (sicut nos perpicimus) manere debet. Neq; enim ex vna parte remotus, iustus est, vt ꝑ iudicium patiat: quoniam neq; vocatus est, neque contradictio ei seruata est. Athanasius verò depositus, tanquam euocationibus non obaudiens, postea verò ex vna parte à Dioscuro episcopatu obtinere iustus, interim (sicut perpicimus) debet quiescere. Causas verò illatas ei, examinadas esse decernimus apud sanctissimum episc. Antiochiæ Maximum, & cōcilium quod cū eo est: ita tamen, vt intra octo menses, à presenti die numerados, examinatio fiat eorum, qui

dudum accusationem aduersus eum proposuerunt. Aut si alter contra eum quilibet de his ipsis instare voluerit, & si quidem conuictus fuerit omnia præsumpsisse, quæ ei criminaliter seu pecunialiter sunt illata, & gestis inserta, aut vnum eorum, quod damnatione sit dignum, nõ solum eum alienum esse ab ipso episcopatu, sed etiã legibus publicis esse subdendum. Si verò intra hoc tempus non agatur aduersus eum, neq; conuincatur, (sicut prædictum est) Athanasius quidem episcopatum eiusdem recipiat ciuitatis ecclesie per sanctissimum episcopum Antiochiæ Maximum: Saunianus verò reuerend. episc. & dignitate episcopatus habeat, & substitutus sit, & pascatur, donec reuerend. episc. Antiochenorum Maximum, eum secundum virtutem Parenorum sanctiss. disponat ecclesie. Hæc audiens sanctiss. synodus, dicat, si ea, quæ sunt ordinata, decernit, aut aliud quid disponit. Maximus reuerend. episc. Antiochię, dixit: Hoc nihil iustus. Cyprianus reuerend. episc. Anazarbi, dixit: De ꝑ vos locutus est. Sancta synodus dixit: Nihil iustus, nihil integrius. Hæc iusta sententia. Quæ disposita sunt, effectui mancipent, quia cum Deo vos iudicatis. Gloriosiss. iudices dixerunt: Ea quæ nobis quidem approbata sunt, disposita verò à sancto concilio, firma consistant.

CHALCEDONENSIS CONCILII ACTIO XV. CANONES SYNODI EIVS COMPLECTENS.

EDITIO PRIMA.

De Canonibus vniuersisq; que Concilij.

25. q. 1. à sanctis patribus

*pecuniam 2. q. 1. Si quis episcopus ꝑ pecuniam

*is, cui hoc arctatū ꝑ batur

EDITIO II.

De seruandis canonibus synodorum.

Canonis Synodi Chalcedonensis, interpretæ Gentiano Heruero.

Regulas sanctorum patrum, pro singula nunc vsque concilia constitutas, propriū robur obtinere decreuimus.

Quod non oporteat episcopos, aut quemlibet ex clero, per pecunias ordinari.

2 Si quis episcopus ꝑ pecunias fecerit ordinationem, & sub precio redegerit gratiam, quæ non potest vendi, ordinaueritque per pecunias episcopū, aut chorepiscopū, aut presbyterū, aut diaconū, vel quemlibet ex his, qui cōnumerantur in clero, aut ꝑmouerit per pecunias dispensatorem, aut defensorem, vel mansionarium, vel quenquā omnino qui subiectus est regulæ, pro suo turpissimo lucrificōmodo, is, qui hoc attemptasse probatus fuerit, ꝑprij gradus periculo subiacet. Et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione vel ꝑmoti-

Regulas, sanctis patribus in vnaquaque synodo vsque nunc prolatas, teneri statuimus.

Quod premio vel pecunia non ordinentur episcopi.

2 Si quis episcoporum, accepta pecunia, ordinationem fecerit, & sub precium deduxerit imprecabilem gratiã, atq; ordinauerit per pecunias episcopum, siue chorepiscopum, siue presbyterum, siue diaconum, aut quemcunq; aliū, qui connumeratur inter clericos, aut accepta pecunia, ordinauerit economum, id est, defensorem, siue paramonariū: quicunq; ergo hæc meditatus fuerit, si conuictus fuerit, ipse quidem subeat gradus sui periculum, & q sic ordinatus fuerit, nullum habeat fructū ex huiusmodi & creatiōe probrosa & mer-

Qui à sanctis patribus in vnaquaque synodo hucusque expositi sunt, obseruari canones æquum censuimus.

Si quis episcopus propter pecunias ordinationem fecerit, & nõ venalem gratiam in venditionem deduxerit, & propter pecunias ordinauerit episcopum, vel chorepiscopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel aliquem eorum qui in clero annumerantur, vel propter pecunias promouerit economū, vel defensorem, vel paramonarium, vel omnino aliquem ex canone, turpis questus gratia, qui hoc tentasse conuictus fuerit, de proprio gradu in periculum veniat: & q est ordinatus, ex ordinatione vel promotione, quæ instat

tionem, q̄ est p̄ negociationem facta, p̄ficiat, sed sit alieno dignitate vel sollicitudine, *quā pecunijs acq̄sivit. Si q̄s verò mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit, & ipse, si quidē clericus fuerit, p̄prio gradu dēcidat: si verò laicus aut monachus, anathematizetur.

Quòd non oporteat, ep̄scopos, clericos & monachos p̄gria aliena conducere.

86. Peruenit ad sanctam

3 Peruenit ad sanctam synodum, q̄ quidā, qui in clero videntur allecti, p̄pter lucra turpia conductores alienarū possessionum fiāt, & secularia negocia sub cura sua suscipiāt, Dei quidem ministerium parui dependentes, secularium verò discurrētes domos, & propter auaritiā, parimoniorum sollicitudinem fumentes. Decreuit itaq; sanctum hoc magnumq; concilium, nullum deinceps, non ep̄scopum, nō clericum, vel monachum, aut possessiones conducere, aut negocijs secularibus semiscere, prater pupillorū (si fortē leges imponant) inexcusabilem curā, aut ciuitatis ep̄scopus ecclesiasticarū rerum sollicitudinē habere p̄cipiat, aut orphanorum & viduarū, earumq; quæ sine vlla *p̄uisiōe sunt, personarum, quæ maximē ecclesiastico indigent adiutorio, & propter timorem Dñi causa deponat. Si quis autē decaterò transgredi statuta tentauerit, q̄ est huiusmodi, ecclesiasticis increpatiōibus subiacebit.

De honore monachis competente, & vt nullus eorum tenet ecclesiastica aut secularia inquitare negocia, nec alienum seruū prater conscientiam domini eius suscipere.

16. q. 1. qui verè pureq;

4 Qui verè & syncerè singularem sectantur vitam, cōpetenter honorentur. Quoniam verò quidam vtētes habitu *monachali, ecclesiastica negocia ciuiliāq; conturbant, circueuntes indifferenter vrbes, necnō & monasteria sibi instituire tentantes, placuit, nullū q̄dem vsquā edificare, aut cōstituire monasterium, sed sit alieno & dignitatis & sollicitudinis eius, quam per pecunias introuit. Sed & ille, qui instātam turpibus & illicitis datis, intercessor apparuit, si quidē clericus fuerit, de p̄prio gradu dēcidat gradu: si verò laic⁹ siue monachus fuerit, anathema sit.

Ep̄scopi, Clerici, & monachi seculares curas postponant.

3 Peruenit in sanctam synodum, quia de his, qui in clero connumerantur, quidam p̄pter turpis lucra gratiā, alienarum possessionū conductiōes & causas seculares suscipiunt: & seipsos quidem à ministerijs sanctis per deficiam separant, et ad domos autem seculariū concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes auaritiæ causa suscipiūt. Decreuit ergò sancta & magna synodus, neminem deinceps eorū, hoc est, ep̄scopū, siue clericum, aut monachū, cōducere possessiones, aut miseris secularibus procurationib⁹, nisi fortē q̄ legib⁹ ad minorū tutelam ætati, siue curationes inexcusabiles attrahūt, aut cui ipsi⁹ ciuitatis ep̄scopus ecclesiasticarū rerū cōmiserit gubernacula, vel orphanorum, aut viduarū, quæ indefensæ sunt, aut earū personarū, quæ maximē ecclesiastico indigēt ad miniculo, propter timorem Dei. Si quis verò transgressus fuerit statuta, correptioni ecclesiasticæ subiaceat.

Absque voluntate ep̄scopi nec monasterium, nec oratorium quis facere presumat, & de monachis.

18. q. 2. Quidam monachum habitu,

4 Qui verè & pure solitariam eligunt vitā, digni sunt conuenienti honore. Quia tamen quidam monachi habitu vtētes, res communes disturbant, indifferenter ciuitates circueuntes, necnō & monasteria per seipsos p̄pria p̄sumptione cōtentant: placuit, neminem aut edificare, aut cōstituire monasterium, sed sit alieno & dignitatis & sollicitudinis eius, quam per pecunias introuit. Sed & ille, qui instātam turpibus & illicitis datis, intercessor apparuit, si quidē clericus fuerit, de p̄prio gradu dēcidat gradu: si verò laic⁹ siue monachus fuerit, anathema sit.

TOM. 2. na

mercatorum vendat, nihil iuuetur: sed sit à dignitate vel curatione alienus, quam pecunijs adeptus est. Si quis autem turpibus & illicitis datis, intercessor adeò turpibus & nefarijs lucris apparuerit, hic quoq; si sit quidem clericus, proprio gradu excidat: si sit autē laic⁹ vel monach⁹, anathematizet.

Peruenit ad sanctam synodum, quòd eorū qui in clero cooptati sunt, quidam propter turpe lucrum alienas possessiones conducūt, & secularia negocia exercent, diuinum mysterium negligentes, secularium verò domos subeuntes, & eorum facultatum tractationem ac curationem propter auaritiā suscipientes. Definijt ergò sancta Synodus, neminem deinceps nec ep̄scopum, nec clericum, nec monachum vel possessiones conducere, vel secularibus possessiōum administrationibus seipsos in genere: nisi vtq; ex lege ad inexcusabilem impuberum tutelam vocetur, vel ciuitatis ep̄scopus eum rerum ecclesiasticarū curam gerere p̄mittat, vel orphanorum, vel viduarum, quibus prouideri non potest, & p̄sonarū q̄ ecclesiastico auxilio maximē indigent propter timorē domini. Si quis autem quæ statuta sunt, deinceps transgredi aggressus fuerit, is p̄ennis ecclesiasticis subiiciatur.

Qui verè & syncerè monasticam vitam aggrediuntur, digni cōuenienti honore habeantur. Quoniam autē nōnulli monachio p̄textu vtētes, & ecclesias & negocia ciuilia perturbāt, temerè & citra vllam discriminis rationē in vr̄bibus circuncursantes, quietiā monasteria sibi cōstituire studentes, visum est, nullum vsquā edificare, aut cōstituire monasterium, sed sit alieno & dignitatis & sollicitudinis eius, quam per pecunias introuit. Sed & ille, qui instātam turpibus & illicitis datis, intercessor apparuit, si quidē clericus fuerit, de p̄prio gradu dēcidat gradu: si sit autē laic⁹ vel monach⁹, anathematizet.

CANON 3

CANON 4

Seculariter 2. q. 7. Nullus monach. Et 16. q. 1. q. verè pureq;

nastrerū, vel oratorij domū, prater conscientiam ciuitatis Ep̄scopi. Monachos verò per vnamquamque ciuitatem, aut regionem subiectos esse Ep̄scopo, & quietem diligere, & intentos esse tātummodò ieiunio & orationi, in locis, in quibus renūciauerunt seculo, permanentes, nec ecclesiasticis verò nec secularibus negocijs communicent, vel in aliquo sint molesti, propria monasteria deseretes: nisi fortē his p̄cipiatur, propter op⁹ necessarium ab Ep̄scopo ciuitatis. Nullū verò recipere in monasterijs seruū, vt sit cum eis monachus, nisi cum domini conscientia. Trāsgredientem verò hanc definitionem nōstram, excommunicationem esse decreuim⁹, nē nomē Dei blasphemetur. Veruntamen Ep̄scopū conuenit ciuitatis, competētē monasteriorum prouidentiam gerere.

Non transmigrandum de ciuitate ad ciuitatem.

7. q. 1. Propter eos.

5 De his, qui transmigrant de ciuitate in ciuitatem, ep̄scopis aut clericis placuit, vt canones, qui de hac re à sanctis patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem.

Niceni cō. cap. 15.

Quòd non oporteat absolute quoslibet ordinari.

6. q. 1. sine titulo. dist. 70. Neque absol.

6 Nullum absolute ordinari debere presbyterum aut diaconum, nec quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter ecclesiæ, ciuitatis, aut possessionis, aut martyrij, aut monasterij, qui ordinandus est, pronuncietur. Qui verò absolute ordinantur, decreuit sancta synodus, irritam haberi huiusmodi manus impositionem, & nusquam posse ministrare, ad ordinantis iniuriam.

De clericis & monachis, non manentibus in suo proposito.

20. q. 3. Eos qui semel

7 Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorū vitam expetiuerunt, statumus, neq; ad malitiā neq; ad dignitatem, vel oratorij domū, sine conscientia ipsius ciuitatis ep̄scopi. Eos verò, qui per singulas ciuitates seu possessiones, in monasterijs sunt, subiectos esse debere ep̄scopo, & quieti operam dare, atque obseruare ieiunia & orationes, in locis, in quibus semel Deo se deuouerunt, permanentes: & neq; communicare ecclesiasticis, neq; seculares aliquas tractare actiones, relinquētes propria monasteria: nisi fortē iubēatur, propter vr̄gentes necessitates, ab ipsius ciuitatis ep̄scopo. Et neminem seruorū suscipi in monasterium, vt sit cum eis monachus, nisi cum domini proprii conscientia. Prætereuntem verò hæc, decreuimus extra communionem esse, nē nomea Domini blasphemetur. Conuenit verò ciuitatis ep̄scopo, curam sollicitudinēq; necessariam monasterijs exhibere.

De his, qui de ciuitate in ciuitatem vadunt.

5 Propter eos ep̄scopos siue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit, vt definitiones datas à sanctis patribus, habere propriam firmitatem.

Vt in publicis locis fiat ordinatio.

6 Neminem absolute ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in Ecclesia ciuitatis, siue possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, mercatur ordinationis publicatæ vocabulum. Eorum verò, qui absolute ordinantur, decreuit sancta synodus, vacuum haberi manus impositionem, & nullum eius tale factum valere, ad iniuriā ipsius qui eum ordinauit.

Vt monachi ad militiam non redeant.

7 Eos, qui semel in clero taxati fuerint, siue in monasterijs deputati, decreuimus neque ad militiam, neque ad honorem

nullum vsquā edificare, nec construere posse monasterium, vel oratoriam domum prater sententiam ipsius ciuitatis Ep̄scopi: monachos autem, qui sunt in vnaquaque regione & ciuitate, ep̄scopo subiectos esse, & quietem amplecti, & soli ieiunio & orationi vacare, in quibus ordinati sunt locis fortiter perseuerantes, nec Ecclesiasticis nec secularibus negocijs se ingerere vel communicare, propria relinquētes propria monasteria: nisi fortē iubēatur, propter vr̄gentes necessitates, ab ipsius ciuitatis ep̄scopo. Et neminem seruorū suscipi in monasterium, vt sit cum eis monachus, nisi cum domini proprii conscientia. Prætereuntem verò hæc, decreuimus extra communionem esse, nē nomea Domini blasphemetur. Conuenit verò ciuitatis ep̄scopo, curam sollicitudinēq; necessariam monasterijs exhibere.

De ep̄scopis vel clericis, qui à ciuitate in ciuitatem transeunt, placuit eos, qui editi sunt à sanctis patribus, canones vires obtinere.

CANON 5

CANON 6

Nullum absolute ordinari, nec presbyterum, nec diaconum, nec omnino aliquem eorum qui sunt in ordine ecclesiastico, nisi specialiter in Ecclesia ciuitatis, siue possessionis, vel pagi, vel martyrio, aut in monasterio is qui ordinatur, designetur. Eos autem, qui absolute ordinantur, decreuit sancta synodus irritam ac inualidam habere eiusmodi manuum impositionem, & nusquam exercere ac operari posse ad eius qui ordinauit, iniuriam.

Eos qui in clero semel ordinati sunt, & itidem monachos, statumus nec ad militiam expeditionem, nec ad honorem

CANON 7

R 4 secu-

dignitatem aliquam venire mundanam. Aut hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quò minùs redeant ad hoc, quòd propter Deum primitùs elegerunt, anathematizari.

*anathematis. De clericis qui sunt in ptochodochijs, monasterijs, atq; martyrijs, quæ sub potestate episcoporum vniuersisq; ciuitatis existunt.

18. q. 2. qui 8 Clerici, qui præficiuntur ptochodochijs, qui ordinantur in monasterijs & Basilicis martyrum, sub episcoporum, qui in vnaquaque ciuitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones potestate permaneat, nec per contumaciam ab Episcopo suo dissiliant. Qui verò audent euertere huiuscemodi formam quocunque modo, nec proprio subiiciuntur episcopo: si quidem clerici sunt, canonum * correptionibus subiacebunt: si verò laici vel monachi fuerint, communione priuentur.

*excōmunicentur. Quòd non oporteat, clericos habentes aduersus inuicem negocia, proprium Episcopum relinquere, & ad secularia iudicia conuolare.

11. q. 1. Si clericus aduersus clericum habet negocium, non deferat proprium episcopum, & ad secularia percurrat iudicia. Sed prius actio ventiletur apud Episcopum proprium, vel certè concilio eiusdem episcopi, apud quos vtræq; partes voluerint, iudicium obtinebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis correptionibus subiacebit. Quòd si clericus habet causam aduersus episcopum proprium, vel aduersus alterum, apud synodum prouinciæ iudicetur. Quòd si aduersus eiusdem prouinciæ metropolitanum episcopus vel clericus habet querelam, petat aut primatem diœcesis, aut sedem regie vrbs Constantinopolitane, & apud ipsam iudicetur.

Quòd non liceat clerico, in duarum ciuitatum ecclesijs ministrare.

TOM. 2. Non

honores seculares venire: nos autem, qui hoc ausi fuerint facere, & non eius rei pœnitere: maluerint, vt ad hoc id reuertantur, quòd antè obtentu dei proposuerunt sibi, anathematizari.

Et dispensatores pauperum, Episcopo suo obediunt.

8 Clerici in ptochijs, & in monasterijs, aut martyrijs constituti, sub potestate sint episcopi, qui in ea est ciuitate episcopus secundum traditionem sanctorum patrum, nec per præsumptionem recedant à suo episcopo. Eos verò, qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionem quocunque modo, vel si noluerint subiaccere proprio episcopo: si quidem fuerint clerici, personarum ordinatione subiaceant condemnationibus canonum: si verò monachi seu Laici fuerint, * communione priuentur.

Si clericus contra alium canonem habet, ante episcopum suum examinetur.

9 Si clericus aduersus clericum habet negocium, nõ relinquat suum episcopum, & ad secularia iudicia non concurrat: sed prius negocium agitur apud proprium episcopum, vel certè (si fuerit iudiciu ipsius episcopi) apud arbitros, ex vtraq; parte electos, audiatur negocium. Si quis verò contra hæc fecerit, canonu subiaceat correptionibus. Et si clericus aduersus suum vel alium episcopum habet causam, apud audientiam synodi prouinciæ eius conquiratur. Si verò contra ipsius prouinciæ metropolitanum episcopum, episcopus siue clericus habeat controuersiam, pergat ad ipsius diœcesis primatem, aut certè ad Constantinopolitanæ regie ciuitatis sedem, vt eorum ibi proprium negocium exquiratur.

Et non liceat de alia ciuitate in aliam transigrare.

TOM. 2. Non

secularem dignitatem posse venire. Qui autem hoc audent, & non pœnitentia ducti ad id reuertuntur, quòd propter Deum prius elegerant, anathematizari.

Clerici ptochotrophiorum, monasteriorum & templorum martyrum, sub potestate episcoporum, qui sunt in vnaquaque ciuitate, ex sanctorum patrum traditione permaneant, & non per arrogantiam se à proprio episcopo, imperium eius detrectantes, subducant. Qui hanc autem constitutionem euertere ausi fuerint, si sint quidem clerici, canonum pœnis subiiciantur: si autem Monachi vel Laici, sint excommunicati.

CANON 8.

Si quis clericus habet cum clerico litem aut negocium, proprium Episcopum nõ relinquat, & ad secularia iudicia nõ excurrat: sed causam prius apud proprium Episcopum agat, vel de episcopi sententia apud eos, quos vtraque pars elegerit, iudicium agitur. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis pœnis subiiciatur. Si clericus autem cum proprio vel etiam alio Episcopo negocium aut litem habeat, à prouinciæ synodo iudicetur. Si autem cum ipsius prouinciæ metropolitanis episcopis vel clericis controuersiam habeat, diœcesis exarchum adeat, vel imper. vrbs Constantinopolis thronum, & apud eum litiget.

CANON 9.

TOM. 2. Non

10 Non licet clericum conscribi in duabus simul ecclesijs, sed & in qua ab initio ordinatus est, non ad quam confugit, quasi ad potiorem ob inanis gloriæ cupiditatē. Hoc autem faciēs, reuocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinatus est, & ibi tantummodo ministrare. Si verò iā quis translatus est ex alia in aliam ecclesiam, prioris ecclesiæ, vel martyriorum quæ sub ea sunt, aut ptochodochiorum, aut xenodochiorum rebus in nullo communiceat. Eos verò, qui ausi fuerint, post definitionem magnæ & vniuersalis huius synodi, quicquam ex his, quæ sunt prohibita, perpetrare: decreuit sancta synodus, à proprio huiuscemodi gradu recidere.

*debet reuocari ad suam ecclesiam.

21. q. 2. Si quis iam translatus

Quòd oporteat egenis epistolam tribui, honestiores autem commendatitijs literis approbati.

11 Omnes pauperes, & indigentes ecclesiasticis auxilijs, cum proficiuntur, sub probatione epistolij, siue pacificis, quæ dicuntur ecclesiasticæ, tantummodo commendari statuimus, & non commendatitijs literis, propter quod commendatitijs literas honoratoribus tantummodo præstare personis conueniat.

Et nequaquam in duos metropolitanos prouincia diuidatur.

12 Peruenit ad nos, quòd quidam, præter ecclesiastica statuta facientes, conuolauerunt ad potestates, & per pragmaticam formam in duo vnâ prouinciam diuiserunt, ita vt ex hoc facto duo metropolitani esse videantur in vna prouincia. Statuit ergò sancta synodus, de reliquo nihil ab episcopis tale tentari: alioquin, qui hoc adnissus fuerit, amissioni gradus proprii subiacebit. Quæcunq; verò ciuitates iâ literis imperialibus metropolitanis nois honore subnixæ sunt, honore tantummodo fruuantur: & quæ ecclesiæ eius gubernat episcopus, saluis scilicet metropolitani priuilegijs suis.

*metropolitani epi

TOM. 2. Quòd

10 Non licere clericum in Ecclesijs duarum ciuitatum ordinari, sed in ea, in qua ab initio ordinatus est, & cuius expetitio erat ante profugium. Et si propter vanæ gloriæ desiderium contigerit, vt post ad maiorem Ecclesiam confugerit, * eum indubitanter reuocari debere ad eam, in qua ab exordio ordinatus est, & ibi tantummodo ministrare. Si quis verò iā translatus est ab alia in aliam Ecclesiam, nihil habeat commune cum priore ecclesiâ, siue sub hac ecclesia constitutis martyrijs, siue in ptochijs, vel xenodochijs, aut eorum negocijs. Eos verò, qui ausi fuerint post ordinationem huius magnæ vniuersalis synodi agere, quæ prohibita sunt, statuit sancta synodus cadere de proprio gradu.

Egenis epistola tribui debet, honestioribus formata.

11 Omnes pauperes, & indigentes ecclesiasticis auxilijs, cum proficiuntur, sub probatione epistolij, siue pacificis, quæ dicuntur ecclesiasticæ, tantummodo commendari statuimus, & non commendatitijs epistolis: quæ commendatitijs epistolis quas dicimus, eos tantum accipere conuenit, qui in opere sunt clariores.

Et prouincia in duos metropolitanos episcopos non diuidatur.

12 Peruenit ad nos, quòd quidam præter ecclesiasticos ordines affectantes potentiam, per pragmaticam * formam vnâ prouinciam in duas diuiserunt, ita vt ex hoc facto duo metropolitani in eadem prouincia. Statuit ergò sancta synodus, deinceps nihil tale attentari à quolibet episcopo. eos verò, quæ tale aliquid attemptauerint, de proprio gradu cadere. Si quæ verò antea ciuitates pragmaticâ imperialibus metropolitanis nois honore decoratæ sunt, nõ solo pfruantur: & quæ ecclesiæ eius priuilegio * metropolitanis episcopo iure proprio referuato.

Non licere clerico in duarum ciuitatum ecclesijs eodem tempore in catalogum referri, & in ea, in qua à principio ordinatus est, & in ea, in quam tanquam ad maiorem confugit propter inanis gloriæ cupiditatem. Eos autem qui hoc faciunt, proprie Ecclesiæ restitui, in qua ab initio ordinati sunt, vt illic solum ministrent. Sed si iam quispiam ex alia in aliam Ecclesiam translatus est, nihil prioris ecclesiæ vel eorum quæ sub ea sunt martyriorum, vel ptochotrophiorum, vel xenodochiorum rebus communicare. eos autem qui ausi fuerint post magnæ huius & vniuersalis synodi definitionem aliquid eorum, quæ sunt prohibita, facere, statuit sancta synodus eos proprio gradu excidere.

CANON 10.

Omnes pauperes, & qui auxilio indigent, cum examinatione, cum epistolis seu pacificis ecclesiasticis solis viâ ingredi statuimus, & non cum commendatitijs: quoniam literas commendatorias ipsi solis personis, quæ sunt suspectæ, præberi oportet.

CANON 11.

CANON 12.

TOM. 2. Exter-

Quod non oporteat, peregrinos clericos sine commendatijs ministrare.

13 Peregrinos clericos & lectores in alia ciuitate, prater commedatitias literas sui episcopi, nusquam penitus ministrare debere.

Quod non liceat, clericos uxorem sectæ alterius accipere.

14 Quoniam in quibusdā prouincijs concessum est lectoribus & psaltis uxores ducere, statuit sancta synodus, non licere cuiquam ex his accipere sectæ alterius uxorem. Qui verò ex huiusmodi coniugio iam filios susceperunt, si quidem præuenti sunt, vt ex se geniti apud hæreticos baptizarentur, offerre eos Ecclesiæ Catholicæ communioni conueniet: nõ baptizatos autem, non posse vterius apud hæreticos baptizari. Sed neque copulari debet nuptura hæretico, aut Iudæo vel pagano, nisi fortè promittat ad orthodoxam fidem se * per personæ orthodoxæ copulam transferre. Si quis hanc definitionem sanctæ synodi transgressus fuerit, correptioni canonice subiacebit.

De diaconissis mulieribus.

15 Diaconissam non ordinandam ante annum quadragesimum, & hanc cum summo libramine. Si verò suscipiens manus impositionem, & aliquantum temporis in ministerio permanens, semetipsam tradat nuptijs, gratiæ Dei contumeliam faciens, anathematizetur huiusmodi, cum eo qui eidem copulatur.

De virginibus.

16 Virginem quæ se Deo Domino consecrauit, similiter & monachum, non licere nuptialia iura contrahere. Quod si hoc inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur. Cõsentibus autem decernimus, vt habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus, misericordiam humanitatemq; largiri.

TOM. 2. 17 Sin.

Vt peregrini in alia ciuitate non ministrarent.

13 Extraneum clericum & lectorem, extra ciuitatem suam sine commedatitijs literis, ppriij episcopi nusquam penitus liceat ministrare.

Non licet, cum hæreticis aut Iudæis coniungi.

14 Quia in quibusdā prouincijs conceditur psalmistis & lectoribus uxores accipere, statuit sancta synodus, nulli eorum licere cuiquam ex his alterius sectæ accipere uxorem. Si quis verò præuenit, & habet iam de tali connubio filios, si fortè præuenierint eos iam apud hæreticos baptizari, debent eos offerre sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, vt ibi communicet. Qui verò adhuc baptizati non sunt, omnimodò non posse eos in hæretica ecclesia baptizari, nec in matrimonio iungi hæretico, Iudæo, vel pagano, nisi fortè sponderit se venire ad orthodoxam fidem, dum coniungitur personæ orthodoxæ. Si quis verò hanc definitionem sanctæ synodi præterierit, regularum condemnationibus subiaceat.

De diaconissis.

15 Diaconissam non debere ante quadraginta annos ordinari, & hoc cum diligenti probatione. Si verò susceperit ordinationem, & quantum tempore obserauerit ministerium, & postea se nuptijs tradiderit, iniuriā faciens Dei gratiæ, hæc anathema sit, cum eo qui in illius nuptijs conuenit.

Vt nec Deo dicata virgo, nec monachus nubant.

16 Si qua virgo se dedicauerit Deo, similiter & monachus, non licere eis iungi nuptijs. Si verò inuenti fuerint hoc facientes, maneat excommunicati. Statuimus verò, posse in eis facere humanitatem, si ita probauerit loci episcopus.

Singulas prouincias inconuulsas manere.

17 Per

CANON 13.

CANON 14.

CANON 15.

CANON 16.

Quæ

16. q. 3. Per 17. Singularum ecclesiarum rufficas parochias vel in possessionibus manere in cõfessionibus manere immobiles apud eos, qui eas retinent, episcopos, & maximè qui eas sine violentia iam per triginta annos tenentes gubernauerunt. Si verò intra triginta annos etiam facta fuerit, aut fiat altercatio, licere eis, q se læsos afferunt, apud sanctam synodum prouinciæ de his mouere certamen. Quod si quisquam à metropolitano legitur, apud primatem dioceseos, aut apud sanctam Constantinopolitanam sedem iudicetur, sicut superius dictum est: Si qua verò ciuitas potestate imperiali * nouata est, aut si protinus innouetur, ciuiles dispositiones & publicas ecclesiasticarum quoque parochiarum ordines subsequantur.

De coniuuratione vel conpiratione.

18 Coniuurationis vel conpirationis crimen, & a veteribus legibus est omninò prohibitum: multò magis hoc in Dei Ecclesia, nõ fiat, admonere conueniet. Si qui ergo clerici vel monachi reperi fuerint coniuurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis, aut clericis gradu proprio penitus abscindantur.

Quod oporteat, per prouincias bis in anno concilia celebrari.

19 Peruenit ad aures nostras, q in prouincijs statuta episcoporum concilia minimè celebrentur: & ex hoc plurima negligantur ecclesiasticarum causarum, quæ correctionibus indigeant. Decreuit itaq; sancta synodus, secundum canones patrũ bis in anno episcopos i idipsum in vnamquamq; prouinciam conuenire, quò metropolitani * episcopi pbauerit, & corrigere singula, si qua fortassis emerferint. Quicunq; verò nõ aduenerint episcopi, resident autè in suis ciuitatibus, & hoc, si in sua incolunt.

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Quæ sunt in vnaquaque prouincia, rurales vicinasve parochias firmas & inconcussas manere apud eos, qui eas tenent, episcopos: & maximè si triginta annorũ tempore eas sine vi detinentes administrauerint. Si autem intra triginta annos fuit aliqua vel fuerit de ijs controversia, licere ijs qui iniuriam sibi fieri dicunt, de ijs litem mouere apud synodum prouinciæ certamen. Si quis verò putauerit se à proprio metropolitano grauari, apud primatè dioceseos, aut apud Constantinopolitanam ciuitatem agat iudiciũ, sicut dictum est. Si verò quilibet ciuitas per auctoritatem imperatorum renouata est, aut si renouetur in posterum, ciuilibus & publicis ordinationibus etiam ecclesiarum parochiarum sequeat ordinatio.

De his, qui coniuurationem aut calumniam contra episcopum faciunt.

Coniuurationis vel sodalitatatis crimen ab externis etiam legibus est omninò prohibitum: multò magis hoc in Dei Ecclesia fieri prohibere oportet. Si qui ergo clerici vel monachi inuenti fuerint, vel se iactantes, vel sodalitates comparantes, vel aliquid struentes ac molientes aduersus episcopos ac clericos, proprio gradu omninò excident.

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouincijs canonicis constituta episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergò sancta synodus secundum sanctorum Patrum canones, vt bis in anno eundem in locum conueniant vnusquisque prouinciæ episcopi, vbi metropolitani melius esse perspexerit, & singula emergentia corrigant. Episcopi autem qui non conueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab

CANON 17.

CANON 18.

CANON 19.

* dubitatio

id est, nouiter constructa

1. q. 1. coniuurationis & conpirationis

ab exteris

11. q. 1. Si qui vel clerici, &c. & ibi coniu. &c.

* adijciatur.

* antistes

* persona orthodoxe copulanda, transferre.

27. q. 1. Diaconissam nõ

27. q. 1. Si qua virga

lunitate consistunt, omniq; inexcusabili & necessaria occupatione probantur liberi, fraterno cotripiantur affectu.

Quod minime clericos transigrare conueniat.

20 Clericos in ecclesia ministrantes, sicut iam constituimus, in alterius ciuitatis ecclesia statutos fieri non oportet: sed contentos esse, in quibus ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes prouincias, ex necessitate ad aliam ecclesiam transferunt. Si quis autem Episcopus post hanc diffinitionem susceperit clericum, ad alium episcopum pertinentem, placuit, & susceptum, & suscipientem communionem priuari, donec is qui migrauerat, clericus ad propriam fuerit regressus Ecclesiam.

De episcoporum aut clericorum accusatoribus.

*principiu ministrandi meruerant,

71. Clericos in singulis ecclesijs, 2. q. 7. clericos aut laicos.

*cōprobata

21 Clericos aut laicos, accusantes episcopos aut clericos passim & sine probatioe, ad accusationem recipi non debere, nisi prius eorum discutatur existimationis opinio.

Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi, res ad eum pertinentes diripere.

12. q. 2. Non liceat cler.

22 Non licere clericis, post obitum sui episcopi, res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoq; est canonibus constitutum. Quod si hoc facere tetauerint, gradum suorum periculo subiacent.

De clericis & monachis, qui prater voluntatem sui episcopi, ad urbem regiam Constantinopolim uenit.

16. q. 1. Quida monachi

23 Peruenit ad aures sancti concilij, quod quidam clerici & monachi, quibus nihil ab episcopo suo commissum est, aliquando uero & communionem ab eo priuant, peruenientes ad urbem regiam Constantinopolitanam, in ea diutius immoretur, excitantes turbas, & statum ecclesiasticum commouentes, subuertentes etiam quorundam domos. Decreuit itaque san-

TOM. 2.

& ab omni inexcusabili & necessario negotio liberi, licere eos fraternae charitatis admonitionibus corripi.

Eum, qui alium clericum suscipit, a communione suspendi.

20 Clericos in suis ecclesijs constitutos, sicut iam definiuimus, non licere in alterius ciuitatis ecclesijs ordinari: sed ad quietem in ea, in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias ciuitates perdididerunt, & ex necessitate ad alias ecclesias migrauerunt. Si uero quicumque episcopus post diffinitionem istam, ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit: placuit sanctae synodo, & hunc, qui susceperit, & eum qui susceptus est, tam diu excommunicatos manere, quam diu ipse clericus ad propriam reuertatur ecclesiam.

De his qui accusant ecclesiam.

21 Clericos, siue laicos, qui accusauerint episcopum aut clericos temere atq; indifferenter, non debere suscipi in accusationem, nisi eorum opinio fuerit perscrutata.

Clericis non licere diripere bona episcopi.

22 Non licere clericis, post mortem episcopi rapere pertinentes ad eum res, sicut iam praecedentibus regulis statutum habetur. Si uero hoc fecerint, periclitari se nouerint in proprio gradu.

Ut ad loca propria reuertantur clerici.

23 Peruenit ad aures sanctae synodi, quia clerici quidam & monachi nihil sibi habentes iniunctum a proprio episcopo, interdum uero etiam illi, qui ab eo fuerant excommunicati, veniant ad regiam ciuitatem Constantinopolitanam: & multis temporibus in ea consistentes, perturbationes tranquillitati ecclesiasticae inferant, & diuersorum domos corrumpant.

Statuit

Clericos in ecclesijs ministerio fungentes, quemadmodum iam statuimus, non licere in alius ciuitatis ecclesia ordinari, sed illa esse contentos, in qua ab initio ministrarent, digni habiti sunt: praeter illos, qui amissa sua patria, in aliam ecclesiam necessarii transferunt. Si qui autem episcopi, post hoc decretum, clericum qui ad alium episcopum pertinet, susceperint, placuit esse excommunicatos, eumque qui susceptus est, & eum qui suscepit, donec clericus qui migrat, in suam ecclesiam redeat.

CANON 20.

Clericos uel laicos, episcopos aut laicos accusantes, non indifferenter nec citra inquisitionem admittere ad accusationem, nisi eorum existimatio prius examinata fuerit.

CANON 21.

Non licere clericis post mortem proprii episcopi, res quae ad ipsum pertinent rapere, quemadmodum & ijs qui adsumunt, prohibitum est. Eos autem qui hoc faciunt, de proprio gradu periculum venire.

CANON 22.

Peruenit ad aures sanctae Synodi, quod clerici quidam & monachi, quibus nihil a proprio episcopo mandatum est, & sunt etiam nunquam ab ipso communionem segregati, ad Imper. Constantinopolim urbem se conferunt, & in ea diu morantur, turbas excitantes, & statum Ecclesiasticum perturbantes, aliquorum domos subuertunt. Statuit ergo

CANON 23.

gō

Haec synodus, huiusmodi primo quidem per defensorem Constantinopolitanam sanctae ecclesiae commoneo, ut egrediantur ab urbe regia. Quod si iisdem negocijs impudenter insistant, etiam nolentes idem defensor expellat, ut ad propria loca perueniant.

Quod non liceat, monasteria, quae consecrata sunt, diuersoria secularia fieri.

19. q. 3. Quae semel sunt

24 Quae semel ex voluntate episcopi dedicata sunt monasteria, consilio episcoporum perpetuo manere monasteria, & res, quae ad ea pertinent, monasterijs referuari, nec posse ea ultra fieri secularia habitacula. Qui uero hoc fieri permiserint, canonum correptionibus subiacebunt.

Quod non oporteat, ordinationes episcoporum diu differri.

Dist. 57. qm quida met. for. * sibi deserunt

25 Quoniam quidam metropolitanorum (quantum comperimus) commissos sibi greges, & ordinationes episcoporum facere differunt, placuit sanctae synodo, intra tres menses ordinationes episcoporum celebrari, nisi forte necessitas inexcusabilis coegerit tempus dilationis extendi. Quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticae subiacebit: ueruntamen redditus ecclesiae uideat, penes aconomum eiusdem ecclesiae integri referentur.

De dispensatoribus singularum ecclesiarum.

Dist. 89. qm in quibusda. Et 16. q. 7. qm in quibusdam.

26 Quonia in quibusdam ecclesijs (sicut ad nos peruenit) praeter aconomos episcopi facultates ecclesiasticas tractant, placuit, omnem ecclesiam, habentem episcopum, habere aconomum de clero proprio, qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam episcopi proprii, ita ut ecclesiae dispensatio praeter testimonium non sit, & ex hoc dispergant ecclesiasticae facultates, & sacerdotum maledictionis contumelia

* derogatio

Statuit igitur sancta Synodus, hos quidem primo commoneo per defensorem Constantinopolitanam sanctae ecclesiae, ut exeant de regia ciuitate. Si autem in eodem proposito improbe perduraerint, etiam inuitos eos ipse expellat defensor, ut ad sua loca perueniant.

Ut quae Deo sacrata sunt monasteria, canacula secularia non fiant.

24 Quae semel consecrata fuerint monasteria, cum iudicio sui episcopi maneat perpetua: & pertinentes ad ea res, conseruari ipsi monasterijs decreuimus, nec ulterius posse ea fieri secularia habitacula. Qui uero permiserint haec fieri, subiaceant his condemnationibus, quae per canones constitutae sunt.

Quod intra tres menses episcoporum ordinationes fiant.

25 Quoniam quidam metropolitanorum (sicut ad nos perlatum est) negligunt creditum sibi gregem, & differunt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctae synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius prorogari. Si autem quis episcoporum haec non obserauerit, ipsum debere ecclesiasticae condemnationi subiaceere, redditus uero eiusdem uideat ecclesiae integros referuari apud aconomum eiusdem ecclesiae placuit.

Ut episcopi dispensatores habeant.

26 Quia in quibusdam ecclesijs (sicut ad nos peruenit) sine aconomo episcopi res ecclesiasticas tractant, placuit, omnem Ecclesiam episcopum habentem, ex proprio clero aconomum habere: ut nec sine testibus sit ecclesiae administratio, nec ided res eius dispergantur, & probum ac dedecus sacerdotio inuratur. Si autem hoc non fecerit, eum diuinitatem etiam canonibus subiici.

quis

Quoniam nonnulli metropolitani, ut saepe a nobis auditum est, & greges sibi commissos negligunt, & differunt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctae synodo, intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas effecerit, ut dilationis tempus prorogetur. Si autem hoc non fecerint, eos ecclesiasticae poenae subiici. Viduae uero ecclesiae redditum, apud ecclesiae aconomum saluum custodiri.

Quoniam nonnulli metropolitani, ut saepe a nobis auditum est, & greges sibi commissos negligunt, & differunt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctae synodo, intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius prorogari. Si autem quis episcoporum haec non obserauerit, ipsum debere ecclesiasticae condemnationi subiaceere, redditus uero eiusdem uideat ecclesiae integros referuari apud aconomum eiusdem ecclesiae placuit.

Quae semel voluntate episcopi consecrata sunt monasteria, perpetuo manere monasteria, ut res quae ad ea pertinent, seruari, eaque non amplius fieri secularia habitacula. Eos autem qui hoc fieri permittunt, canonum poenae subiici.

Quoniam nonnulli metropolitani, ut saepe a nobis auditum est, & greges sibi commissos negligunt, & differunt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctae synodo, intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius prorogari. Si autem hoc non fecerint, eos ecclesiasticae poenae subiici. Viduae uero ecclesiae redditum, apud ecclesiae aconomum saluum custodiri.

Quoniam in nonnullis ecclesijs, ut saepe a nobis auditum est, episcopi absque aconomo tractant res ecclesiasticas, placuit omnem Ecclesiam episcopum habentem, ex proprio clero aconomum habere: ut nec sine testibus sit ecclesiae administratio, nec ided res eius dispergantur, & probum ac dedecus sacerdotio inuratur. Si autem hoc non fecerit, eum diuinitatem etiam canonibus subiici.

CANON 26.

S Eos

lia procuretur. Quod si hoc
minimè fecerit, diuinis con-
stitutionibus subiacet.

*De his, qui rapiunt
puellas.*

36. q. 2. Eos,
qui rapiunt

27 Eos, qui rapiunt mu-
lieres sub nomine simul ha-
bitandi, aut cooperantes, aut
connuentes raptoribus, de-
creuit sancta synodus, vt si
quidem clerici sunt, decidat
gradu proprio: si verò laici,
anathematizentur.

CANON 28,

Sanctorum Patrum decreta vbiqùe sequentes, & canonem qui nuper lectus est,
centum & quinquaginta Dei amantissimorum episcoporum agnoscentes, eadem quoquè
& nos decernimus ac statuimus de priuilegijs sanctissimæ ecclesiæ Constantinopolis nouæ
Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quod vrbs illa imperaret, iure Patres priuilegia tri-
buere. Et eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi,
sanctissimo nouæ Romæ throno æqualia priuilegia tribuere, rectè iudicantes, vrbs, quæ
& Imperio & Senatu honorata sit, & æqualibus cum antiquissima Regina Roma priuile-
gijs fruatur, etiã in rebus ecclesiasticis, non secùs ac illam, extolli ac magnifici, secundam
post illam existentem: vt & Ponticæ, & Asianæ, & Thraciæ diocesis metropolitani soli, præ-
terea episcopi prædictarum diocesium, quæ sunt inter barbaros, à prædicto throno san-
ctissimæ Constantinopolitanæ ecclesiæ ordinentur: vno quoque scilicet prædictarum dio-
cesum metropolitano cum prouinciæ episcopis prouinciæ episcopos ordinante, quemad-
modum diuinis canonibus est traditum. Ordinari autem, sicut dictum est, prædictarum
diocesium metropolitano à Constantinopolitano archiepiscopo, conuenientibus de mo-
re factis electionibus, & ad ipsum relatis.

CANON 29.

Episcopum in presbyteri gradum deducere, est sacrilegium. Si qua autem iusta cau-
sa illos ab episcopali actione remouet, nec presbyteri debent locum obtinere. Sin autem
absque vilo crimine dignitate moti sunt, ad episcopalem dignitatem redibunt. Anatolius
religiosissimus Constantinopolitanus archiepiscopus dixit: Ij qui dicuntur ab episcopali
dignitate ad presbyteri ordinem descendisse, si iustis quidem de causis condemnantur, iure
nec presbyteri quidem honore digni sunt. Sin autem sine aliqua probabili causa ad infe-
riorem gradum depressi sunt, iure, si quidem nulli sint culpæ affines, episcopatus authorita-
tem & sacerdotium recipient.

CANON 30.

Quoniam religiosissimi Aegypti Episcopi, non vt Catholicæ fidei aduersantes, san-
ctissimi Archiepiscopi Leonis epistolæ subscribere differebant, sed dicentes in Aegyptiaca
diocesi hanc esse consuetudinem, vt præter voluntatem & mandatum episcopi nihil tale
faciant, & petunt concedi sibi vsq; ad ordinationem futuri megalopolis Alexandrinorum
Archiepiscopi, iustum nobis & humanum visum est, vt ipsis in proprio habitu in Imperiali
vrbe manentibus, remissio concedatur, donèc ordinatus fuerit Alexandrinus Archiepisco-
pus. Vndè in proprio habitu manentes, vel fidei iussores dabunt, si hoc ab eis fieri potest, vel
eorum iurcurando fides habeatur.

AD LECTOREM.

*Meminerit candidus Lector, canonem hunc vicesimum octauum de Constantinopolita-
ni Episcopi priuilegijs & eminentia prorsus reiectum esse à Leone sanctissimo Pontifice Roma-
no, vt ex multis eius supra excusis literis perspicue videre licet: & certè coactus est, etiã Ana-
tolius ipse Constantinopolis antistes, qui callide à patribus Chalcedonensis Synodi canonis huius
promulgationem impetrarat, reclamantibus Romani Pontificis Leonis legatis & vicarijs, intra
pristinam se limites tenere, & ab infauis ambitionis consilij animum reuocare.*

Canonum sancti Chalcedonensis concilij, finis.

Bonifacius presbyter sanctæ Ecclesiæ Romanæ, statui & subscripsi, & cæ-
teri episcopi diuersarum prouinciarum vel ciuitatum,
subscriperunt.

Post actionem de beato Theodoro, ista iacet in codice Acumicensium, cum
præfatione hac, Octaua actio Chalcedonens.

TOM. 2.

CHAL-

CHALCEDONEN. CONCILII

Actio 16.

CONSULATU domini nostri Martiani per-
petuò Augusti, & qui fuerit nunciatus,
quinto Kalendas Nouembri, in Chacedo-
na, secundum iussionem diuinissimi & pijs-
simi domini nostri perpetui Augusti, con-
gregatis in sanctissima ecclesia sanctæ mar-
tyris Euphemie, magnificentissimo & glo-
riosissimo magistro militum exconsule &
Patricio Anatolio, & magnificentissimo &
gloriosissimo præfecto sacrorum prætorio-
rum Palladio, & magnificentissimo & glo-
riosissimo magistro sacrorum officiorum
Vincomalo, congregatis etiã & Paschasi-
no & Lucentio reuerendis episcopis, & Bo-
nifacio reuerendo presbytero, habentibus
locum sanctissimi Archiepiscopi senioris
Romæ Leonis, & Anatolio reuerendo ar-
chiepiscopo magni nominis Constantino-
polis, & Maximo reuerendo episcopo An-
tiochiæ Syriæ, & Iuuenali reuerendissimo
Episcopo Hierosolymorum, & Quintillo
reuerendo episcopo Heracleæ Macedoniæ,
habente locum Anastasij reuerendi Thessa-
lonicensis episcopi, & Thalassio reuerendo
episcopo Cæsareæ Cappadociæ, & Step-
hano reuerendo episcopo Ephesi, & Luciano
reuerendo episcopo Byziæ, habente locum
DEO amantissimi Cyriaci episcopi Hera-
clæ Thraciæ, & Eusebio reuerendo episco-
po Ancyra Galatiæ, & Diogene reuerendo
episcopo Cyzici, & Petro reuerendo epi-
scopo Corinthi, & Florentio reuerendo epi-
scopo Sardeorum, & Eunomio reuerendo
episcopo Nicomediæ, & Anastasio reueren-
do episcopo Nicææ, & Iuliano reuerendo
episcopo Coënsi, habente locum sedis Apo-
stolicæ senioris Romæ, & Eleutherio reue-
rendo episcopo Chalcedonensium, & Basi-
lio reuerendo episcopo Seleucia Isauriæ, &
Meletio reuerendo episcopo Larissæ, ha-
bente locum reuerendissimi episcopi Do-
mni Apameæ Syriæ, & Amphilochio reue-
rendo episcopo Sidæ, & Theodoro reue-
rendo episcopo Tarsi, & Cyro reuerendo
episcopo Anazarbi, & Constantino reue-
rendo episcopo Bostrorum Arabiæ, &
Photio reuerendo episcopo Tyri, & Theo-
doro reuerendo Episcopo Damasci, & Ste-
phano reuerendo episcopo Hierapoleos,
& Iba reuerendiss. episcopo Edessæ, & Si-
meone reuerendo episcopo Amidæ, & Epi-
phanio reuerendo episcopo Pergæ, agente
locum reuerendissimi episcopi Olympij
Constantiæ, & Ioanne reuerendo episcopo
Sebastiæ, & Seleuco reuerendo episcopo
Amasiæ, & Constantino reuerendo episco-
po Melitenæ, & Patricio reuerendo episco-
do Tyanorum, & Petro reuerendo episco-
po Gangrorum, & Calogero reuerend. epi-
scopo Claudiupolis, & Apragmonio reue-
rendo episcopo Tij, & Atarbio reuerendo

episcopo Trapezuntis, & habente locum
reuerendissimi episcopi Dorothei Neocæ-
sareæ, & Photino archidiacono, agente lo-
cum Theoctisti reuerendi episcopi Pessi-
nuntis, & Romano reuerendo episcopo
Myrorum, & Critoniano reuerendo epi-
scopo Aphrodisiadis Cariæ, & Nunechio
reuerendo episcopo Laodiceæ Phrygiæ, &
Mariniano reuerendo episcopo Synnado-
rum, & Onesiphoro reuerendo episcopo
Iconij, & Vigilantio reuerendo episcopo
Larissæ Thessaliæ, & Pergamio reuerendo
episcopo Antiochiæ Pisiæ, & Epiphanio
reuerendo episcopo Pergæ, & Attico reue-
rendo episcopo Nicopolis veteris Epiri, &
Martyrio reuerendo episcopo Gortynæ, &
Luca reuerendo episcopo Dyrrhachij, &
Francione reuerendo episcopo Philippo-
polis, & Sebastiano reuerendo episcopo Be-
roæ, & Basilio reuerendo episcopo Trai-
nopolis, & Tryphone reuerendo episcopo
Chij, & Theoctisto reuerendo episcopo Be-
roæ, & Gerontio reuerendo episcopo Se-
leuciæ Syriæ, & Eusebio reuerendo presby-
tero, obtinente locum Macarij episcopi La-
odiceæ Syriæ, & Eusebio reuerendo episco-
po Dorylei, & reliquo sancto & vniuersali
concilio, quod secundum sanctionem diui-
nissimi & pijsissimi domini nostri Imperato-
ris in Chalcedonensium ciuitate collectum
est. Et residentibus omnibus ante altaris
cancellos sanctæ martyris Euphemie, Pa-
schasinus & Lucentius reuerendissimi epi-
scopi vicarij sedis Apostolicæ, dixerunt: Si
imperat magnificentia vestra, habemus
quædam referre vobis. Gloriosissimi iu-
dices dixerunt: Quod vultis, edicite. Pa-
schasinus Deo amantissimus episcopus &
Lucentius sanctissimus episcopus vicarij se-
dis Apostolicæ, dixerunt: Domini totius or-
bis pro catholica & orthodoxa fide decer-
tantes, per quam & augetur eorum & lucet
imperium, sancire dignati sunt, quatenus
vnam fidem teneant omnes ecclesiæ pro bo-
no pacis. Maior autem eorum tranquillita-
ti cura est, in quibus post hæc prouidere di-
gnati sunt, ne qua rursus contentio inter sa-
cerdotes dei, aut schisma, aut aliquod nascatur
scandalum. Hæsterna enim die, postquam
potestas vestra surrexit, & humilitas nostra
vestigia vestra sequuta est, quædam gesta fa-
cta dicuntur, quæ nos & præter canones ec-
clesiasticos & disciplinam æstimamus esse.
Postquam ergo vt vestra magnificentia
relegi hæc præcipiat, vt omnis fraternitas in-
spiciat, vtrum iusta an iniusta sint ea, quæ
gesta sunt. Qua voce Græcè interpretata per
Beronicianum deuotum secretarium diuini
consistorij, gloriosissimi iudices dixerunt:
Si qua gesta post nostrum discessum facta
sunt, relegantur. Et antequam recenserentur,
Aëtius archidiaconus sanctæ ecclesiæ
Constantinopolis, dixit: Confitendum est,
quia

TOM. 2.

S 2 quia

quia formam ea quæ de fide sunt, congruâ suscepunt. Consuetudo autem est in synodis, postquam ea quæ sunt omnium præcipua, fuerint definita, & alia quedam necessaria exerceri atque formari. Habuimus, hoc est, Constantinopolitana sanctissima ecclesia certa quædam, quæ agere deberemus. Rogauimus dominos episcopos de Roma, vt communicarent ijs gestis. Refutauerunt, dicentes: Non, Sed alia se suscepisse mandata. Retulimus & ad vestram magnificentiam, & iustitiam, vt præfens sanctum concilium hoc ipsum inspiceret. Procedente vestra magnificentia, sanctissimi episcopi, qui hîc sunt, tanquam de communi causa *agentes, poposcerunt hæc fieri gesta. Et ad hunc hîc, neque in occulto gestum est, neque modò furtim sunt gesta, consequenter atque canonicè facta. Gloriosissimi iudices dixerunt: Gesta, quæ confecta sunt, relegantur. Et oblata scheda ab Aetio archidiacono Constantinopolitano, Beronicianus vir deuotus, secretarius diuini consistorij, legit: Definitiones sanctorum patrum sequentes vbi quæ & regulam, & quæ nunc relecta sunt centum quinquaginta Deo amantissimorum episcoporum, qui congregati sunt sub pie memorie Imperatore maiore Theodosio, in regia ciuitate Constantinopoli noua Roma, cognoscentes & nos, eadem definiuimus de priuilegijs eiusdem sanctissime Constantinopolitane ecclesie nouæ Romæ. Etenim, sedi senioris Romæ, propter imperium ciuitatis illius, patres consequenter priuilegia reddiderunt. Et eadem intentione permoti centum quinquaginta Deo amantissimi episcopi, quæ sanctissime sedi nouæ Romæ priuilegia tribuerunt, rationabiliter iudicantes, imperio & senatu vrbem ornata, æquis senioris regie Romæ priuilegijs frui: & in ecclesiasticis, sicut illa, maiestatem habere negocijs, & secundam post illam existeret, & vt his, qui de Ponto sunt, & de Asia & Thracia, diocesibus metropolitano solos: rursus autem, & qui inter Barbaros sunt, episcopos præfatarum diocesum ordinari à prædicta sanctissima Constantinopolitana sedis sanctissima ecclesia: quippe vt vnusquisque metropolitana præfatarum diocesum cum episcopis sue prouincie, ordinet suæ regionis episcopos, sicut diuinis canonibus est præceptum: Ordinari autem (sicut dictum est) metropolitana præfatarum diocesum à Constantinopolitano archiepiscopo, decretis confonis secundum morem factis, & ad eum relatis. Anatolius episcopus Constantinopolis, definiens subscripsi. Maximus episcopus Antiochie, definiens subscripsi. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum, definiens subscripsi. Cyriacus episcopus Heracleæ, per Lucianum episcopum Byzantie, definiens subscripsi. Diogenes episcopus Cyzici, simili-

ter. Florentius episcopus Sardeorum Lydie, similiter. Romanus episcopus Myrorum, similiter. Basilius episcopus Seleucie Iliurie, similiter. Cyrus episcopus Anazarbi, similiter. Eleutherius episcopus Chalcedone, similiter. Theodorus episcopus Tarsi, similiter. Calogerus episcopus Claudiopolis Honoriadis, per Stephanum presbyterum, similiter. Seleucus episcopus Amasia, similiter. Petrus episcopus Gangrorum, similiter. Photius episcopus Tyri, similiter. Theodorus episcopus Damasci, similiter. Constantinus episcopus Bostorum, similiter. Meletius episcopus Larissa, sermonem faciens pro Domino episcopo Apameæ, similiter. Stephanus episcopus Hierapoleos, similiter. Basilius episcopus Traianopolis, similiter. Francion episcopus Philippopolis, similiter. Nunechius episcopus Laodiceæ, similiter. Marinianus episcopus Synnadorum, similiter. Onesiphorus episcopus Iconij, similiter. Eutychanus episcopus Epiphania, similiter. Pergamius episcopus Antiochie Pisdie, similiter. Critonianus episcopus Aphrodisiadis, similiter. Meletius episcopus Larissa, similiter. Eusebius episcopus Dorylei, similiter. Lucianus episcopus Byzantie & Archadiopolis, similiter. Ioannes episcopus Rhodi, per Tryphonem episcopum Chij, similiter. Ibas episcopus Edessa, similiter. Abraamius episcopus Circe, similiter. Theodorus episcopus Claudiopolis, similiter. Antiochus episcopus Sinopæ, similiter. Rufinus episcopus Samofatorum, sim. Callinicus episcopus Apameæ, similiter. Vranus episcopus *Himerorum, similiter per Paulum presbyterum. Timotheus episcopus Balaneorum, similiter. Proclus episcopus Adranorum, similiter. Marcus episcopus Arethuse, per timotheum episcopum Balaneorum, similiter. Theodosius episcopus Canothæ, similiter. Hormisda episcopus Philippopolis, similiter. Patrimus chorepiscopus, pro Iordane episcopo Abila, similiter. Meliphthongus episcopus Iuliopolis, similiter. Ioseph episcopus Heliopolis, similiter. Damianus episcopus Sidonis, similiter. Ioannes episcopus Flauiadis, similiter. Indimus episcopus *Herinupolis, similiter. Iulianus episcopus Rhosi, similiter. Aretas episcopus Elufæ, similiter. Beryllus episcopus *Aila, similiter. Olympius episcopus Pandedis, similiter. Vranus episcopus Emisa, sim. Theodorus episcopus Tripolis, sim. Paulus episcopus Aradi, similiter. Daniel episcopus Lampfaci, similiter. Leontius episcopus Afcalonis, similiter. Lucianus episcopus *Ipsæ, similiter. Alexander episcopus Seleucie, similiter. Stephanus episcopus Prymnesæ, similiter. Polycarpus episcopus Gabalorum, similiter. Leucius episcopus templi Apollinis, similiter. *Natiras episcopus Gaze, similiter. Gennadius episcopus *Mosinorum ciuita-

uitatis, similiter. Alphius episcopus Myndi, similiter. Gennadius episcopus Acmoneorum, similiter. Dionysius episcopus Antiochie, sim. Ioannes episcopus Alindorum, similit. Dionysius episcopus Heracleæ Lartmi, similit. Ioannes episcopus Gnidi, similit. Eusebius episcopus Seleucobeli, per Paulum episcopum Mariamniæ, sim. Paulus episcopus Mariamniæ, sim. Polychronius episcopus Epiphania, similit. Romanus episcopus Eudoxiopolis, sim. Aurelius episcopus ex partibus Aphricanis, similit. Patricius episcopus Acamassæ, similit. Bassianus episcopus Mopsuestenus, per Sophroniu chorepiscopum anazarbi, similit. Rhenus episcopus Iunopolis, similit. Zenodotus episcopus. *Telmiffæ & longæ insule, similit. Theodorus episcopus. Antiphelle, similit. Philippus episcopus. Liburnæ, sim. Andreas episcopus. *Eoconum, sim. Romanus episcopus. Buboneorum, sim. Thomas episcopus. *Euronæ, sim. Theodotus episcopus Pessinuntis, similit. per Phorinum archidiaconum. Florentius episcopus. Lesbi Tenedi, per Euelpistum chorepiscopum, similit. Tryphon episcopus Chij, sim. Docimachus episcopus. Maroneæ, sim. Serenus episcopus. Maximianopolis, similit. Euphrasius episcopus. *Laganie, sim. Eustochius episcopus Docime, similit. Basilius episcopus. Nacolia, similit. Pionius episcopus. Troadæ, similit. Petrus episcopus. Dardani, similit. Theosebius episcopus Ilij, similit. Eulalius episcopus. Pioniorum, similit. Eutropius episcopus. Adadorum Pisdie, similit. *Mufianus episcopus. *Lymmerorum, sim. Philippus episcopus. Lyfiadis, sim. Gemellus episcopus Stratonice, similit. Cyrinus episcopus Patarorum, similit. Eulalius episcopus Sebastie, similit. Epiphanius episcopus. *Midaij, similit. Thomas episcopus. Theodosiopolis, similit. Paulus episcopus Aristij, similit. Ioannes episcopus Trapezopolis, similit. Tynchanus episcopus Tyri, similit. pro Petro episcopo Bybli, & pro Heraclio episcopo, & pro Phosphoro episcopo Orthosiadis, & pro Porphyrio episcopo. Botrorum, subscript. Papias episcopus *Eriozorum, similit. Ioannes episcopus Amyzonis, similit. Theodoretus episcopus. Alabandorum, similit. Calandion episcopus Halicarnasi, similit. per Iulianum presbyterum meum. Neoptolemus episcopus Corne pro uincia Lyconia, similit. Plutarchus episcopus Lytre, similit. Eugenius episcopus Cannorum, similit. *Rufinus episcopus hyde, similit. Tyrannus episcopus Homonadorum, similit. Acholius episcopus Larandorum, similit. Thomas episcopus Porphyronis, similit. Euandrus episcopus Dioclie, similit. Ioannes episcopus *Arca, similit. Dardanius episcopus Bargyle, similit. Dionysius episcopus Attalia Lydie, similit. Andreas episcopus

Sectoriorum, similiter, per Dionysium episcopum Attalia Lydie. Sabas episcopus Palti, similit. per Acholium episcopum Larandorum. Mirus episcopus Euladri, similit. *Albertius episcopus Hierapoleos, similit. Cyriacus episcopus Eucarpiorum, similit. Aquilas episcopus Androsiorum, similit. Eulogius episcopus Philadelphia, similit. Alexander episcopus Sebastæ, similit. Philippus episcopus Adanorum, similit. Hypatius episcopus Zephyrij, similit. Theodorus episcopus Augusta, similit. Cyriacus episcopus Trogmadorum, similit. per Chryssippum presbyterum suum. Polychronius episcopus Antipatridis, similit. Ioannes episcopus Carrhorum, similit. Eudoxius episcopus Chomatis Lycie, similit. Stephanus episcopus *Lymirorum, similit. Patricius episcopus Adramyteorum, similit. Hermias episcopus Abydi, similit. Dauid episcopus *Adriana, similit. Heraclius episcopus Azoti, similit. Leontius episcopus Araxorum, similit. Sauinianus episcopus Pari, similit. Daniel episcopus ciuitatis Cadorum, similit. Paulinus episcopus Apameæ, similit. Tyrannus episcopus Germanicopolis, similit. Atticus episcopus Zelorum, similit. Noë episcopus Cephacastelli, similit. Valerius episcopus Laodiceæ, similit. Cyrius episcopus *Siniadi, similit. Bassonas episcopus Hierapolis, similit. Eupythius episcopus Stratonice, similit. Eorticius episcopus Nicopolis Pisdie, similit. Theodoretus episcopus Cyri, similit. Ioannes episcopus Germanice, similit. Timotheus episcopus Dolychis, similit. Thalassius episcopus Parij, similit. Gerontius episcopus Seleucie, similit. Petrus episcopus Gabalæ, similit. Euoltius episcopus Zeugmatis, similit. Leontius episcopus Araxorum, similit. Fonteianus episcopus Sagalassi, similit. Rusticus episcopus Apher, similit. Annianus episcopus Capitoliadis, similit. Zebennus episcopus Pella, similit. Ioannes episcopus Tiberiadis, similit. Menecrates episcopus Cyrafforum, similit. Pancratius episcopus Lybiadis, similit. Cossinius episcopus Hierocæsareæ, similit. Alchimedus episcopus Silandi, similit. Amachus episcopus Septenorum, similit. Aethericus episcopus Pompeiopolis, per Epiphanium presbyterum, similit. Themistius episcopus Amastridis, per Philotimum presbyterum, similit. Paulus episcopus Tripolis, similit. Mufonius episcopus Zoarorum, similit. Messalinus episcopus Laodiceæ, similit. Olympius episcopus Theodosiopolis, similit. Fronton episcopus Phaselidorum, similit. Diogenes episcopus Cyzici, subscripti pro absentibus religiosissimis episcopis, qui sub me sunt, Timotheo Germanæ, Alexandro Ocea, Phi-

Iostorgio Schepfia, Gemello Melitopolis, Eutychiano Baren, Acacio Proconnefi. Stephanus episcopus Hieraspoleos, subscripsi pro absentibus, qui sub me sunt, religiosissimis episcopis, Vranio, Mara, Dauid, Cosma, Marino. Nunechius episcopus Laodiceæ, subscripsi, & pro his, qui sub me sunt, religiosissimis episcopis, Symmacho, Heraclio, Philippo, Philadelphio, Phileto, Taciano, Antiocho, Zosimo, Epiphano, Arabio, Gaio, Euagora, similiter.

*Videt ergo pre alijs via gloria, qua circumuētis sanctis episcopis gestum sit, vt non conscripserunt, subscribere sint coacti. Et interpretata voce per Beronicianum deuotum secretarium diuini consistorij, reuerendi episcopi clamauerunt: Nemo coactus est. Lucentius reuerendus episcopus, vicarius sedis Apostolicæ, dixit: Accedit ad cumulum, quod trecentorum decem & octo constitutionibus postpositis, centum quinquaginta, qui in synodis canonibus non habentur, mentionem tantum fecisse noscuntur, quæ dicunt ante octoginta prope annos constituta fuisse. Si ergo his temporibus hoc beneficio vsi sunt, quid nunc requirunt? Si nunquam vsi sunt, quare requirunt? Qua voce per Constantinum deuotum secretarium diuini consistorij Græcè interpretata, Aëtius archidiaconus sanctissimæ Constantinopolitanæ ecclesiæ, dixit: Si de hoc capitulo aliquod mandatum acceperunt, proferant. Bonifacius presbyter sedis Apostolicæ vicarius, dixit: Beatissimus & Apostolicus vir papa, inter cætera hoc nobis mandauit, & ex chartula recitauit: Sanctorum quoque patrum constitutionem prolatam, nulla patiamini temeritate violari, seruantes omnimodis personæ nostræ in vobis, quos vice nostra tramissimus, dignitate: Ac si q forte, ciuitatum suarum splendore confisi, aliquid sibi tentauerint vsurpare, hoc, qua dignum est constantia, retundatis. Gloriosissimi iudices dixerunt: Vtraque pars canones proponant. Paschasius vir reuerendus episcopus, vicarius sedis Apostolicæ, recitauit: TRECENTORVM DECEM ET OCTO SANCTORVM PATRVM CANON SEXTVS: Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum. Teneat autem & Aegyptus, vt episcopus Alexandriæ, omnium habeat potestatem, quoniam & Romano episcopo hæc est consuetudo. Similiter autem, & qui in Antiochia constitutus est, & in cæteris prouincijs primatus habeant ecclesiæ ciuitatum ampliorum. Per omnia autem manifestum sit, vt si quis præter voluntatem metropolitanæ episcopi fuerit ordinatus, quia hunc statuit hæc sancta synodus, non debere esse episcopum. Sanè si communi consensu &

rationabiliter probato, & secundum ecclesiasticam regulam statuto, duo aliqui aut tres per contentionem suam contradicunt, illa obtineat sententia, in qua plures fuerint numero sacerdotes. Quoniam verò mos antiquus obtinuit & vetusta traditio, vt Aelig, id est, Hierosolymorum episcopo deferatur, habeat consequenter honorem suum. Sed & metropolitano sua dignitas salua sit. Constantinus deuotus secretarius diuini consistorij, ex dato codice ab Aëtio archidiacono Constantinopolitanorum sanctissimæ ecclesiæ, recitauit: REGVLA SEXTA TRECENTORVM DECEM ET OCTO SANCTORVM PATRVM: Antiquæ consuetudines teneant in Aegypto, vt Alexandrinus episcopus omnium habeat potestatem, quoniam & Romano episcopo hæc consuetudo est. Similiter autem & Antiocheno, & in alijs prouincijs primatus habeat ecclesiæ ciuitatum. Vniuersaliter autem illud manifestum est, quia quisquis præter voluntatem metropolitanæ episcopi, hunc sancta synodus diffiniuit, non esse episcopum. Sanè si communi omnium consensu rationabiliter probato, & secundum ecclesiasticam regulam statuto, duo aliqui vel tres per contentionem suam contradicunt, diffinitio obtineat plurimorum. SYNODI CVM PRIMI CONCILII sub Nectario episcopo Constantinopolis, episcoporum centum quinquaginta: Hæc constituerunt episcopi, qui in Constantinopolim Dei gratia conuenerunt ex diuersis prouincijs, secundum euocationem Deo amanti. principis Theodosij, sub Nectario episcopo Constantinopolitano, non recusare fidem, neque regulas trecentorum decem & octo patrum, qui in Nicea Bithyniæ conuenerunt, sed maneat illa propria. Et anathematizentur omnes hæreses, & proprie Eunomianorum, vel dissimilem filium patri creditum, & Arrianorum, seu Eudoxianorum, & semiarrianorum, seu Pneumatomachorum, & Sabellianorum, & Marcionitarum, & Photinianorum, & Apollinarianorum. Episcopi autem super diocesim, quæ trans finem sunt ecclesiarum, non transcendant, neque confundant ecclesias: sed secundum regulas, Alexandriæ quidè episcopus ea solum, quæ sunt in Aegypto, disponat. Orientis autè episcopi, Orientem solum gubernent, seruatis autem primatibus, secundum canones Nicenos, Antiochenæ ecclesiæ, & episcopos Asianæ diocesis, Asianam diocesim tantummodò gubernare, & Ponticos Ponticæ, & Thraciæ, Thraciam solum. In euocatos autè episcopos, super diocesim, neque super ordinationem, vel per alijs ecclesiasticis ordinationibus nullatenus inueniri, seruata autem superscripta de prouincijs vel regionibus regula. Manifestum autè est, quia secundum vnamquamque prouinciã eiusdem synodus prouinciæ gubernatura est, secundum

Niceni concilij cap. 6.

Ibidè ca. 7.

Niceni concilij cap. 6.

Const. cõ. cap. 1.

Const. cõ. cap. 2.

* priuilegij

Const. cõ. cap. 3.

Nic. cõ. ca. 5. Cõ. cõ. cap. 4. & 5. secundum ea quæ in Nicea sunt constituta. Eas autem quæ funt in Barbaricis gentibus, Dei ecclesiis gubernari oportet secundum hæc, quæ per patres consuetudo tenet. Episcopatum tamè Constantinopolitanum habere primatus honorem post Romanum episcopum, propterea quod sit noua Roma. Gloriosissimi iudices dixerunt: Hi, qui relecto tomo subscripserunt Asiani & Ponticissimi episcopi, dicant, si voluntate propria, vel imposta sibi aliqua necessitate coacti, subscripserunt. Et transeuntibus in medio Ponticis & Asianis episcopis, qui subscripserunt, Diogenes reuerend. episcopus Cyzici, dixit: Coram Deo cum voluntate subscripsi. Florentius reuerend. episcopus Sardeorum Lydia, dixit: Nulla mihi illata est necessitas, sed spontè subscripsi. Romanus reuerend. episcopus Myrorum, dixit: Non sum coactus. Ego gratum habeo, sub sede Constantinopolitana esse, quoniam & ipse me honorauit, & ipse ordinauit. Mihi iustum videtur, & voluntate subscripsi. Calogerus reuerend. episcopus Claudiopolis Honoradiæ, dixit: Secundum sententiam sanctorum patrum centum quinquaginta, voluntate propria, non coactus, subscripsi. Seleus episcopus Amasiæ, dixit: Ante me tres sunt ab hac sede ordinati episcopi, & inueniens hæc consequentiã, & ego sequutus sum. Et nunc propria voluntate feci, sub hac sede esse volens, quia & prouidè videtur mihi. Eleutherius episcopus Chalcedonæ, dixit: Sciens quia & per canones, & per consuetudinem præcedentem habet hæc iura Constantinopolitana sedes, cum voluntate subscripsi. Petrus reuerendus episcopus Gangrorum, dixit: Ante me tres sunt ordinati à sede regiæ ciuitatis, & ego post tantos similiter. Et ob hoc consensu his, quæ consuetudo habuit, & spontè subscripsi. Nunechius reuerend. episcopus Laodiceæ Phrygiæ, dixit: Gloria sedis Constantinopolitanæ, gloria nostra est. Huius enim honoris nos sumus quoque participes, quoniam sollicitudines nostras suscepit. Et diligim, vt vniuersi usque; prouinciæ metropolis à sede hac ordinetur. Vnde & spontè subf. Marinianus episcopus Synnadorum, dixit: Sicut & priores mei à sede Constantinopolitanæ sanctæ ecclesiæ ordinati, & ego quoque ipse subscripsi, quoniam & canones primatum præbent Constantinopolitanæ sanctiss. sedi. Pergamius reuerendus episcopus Antiochiæ Pisiæ, dixit: Et propria voluntate subscripsi, & in omnibus sanctiss. archiepiscopu regiæ ciuitatis nouæ Romæ in honore & cura licet patrem præcipuum, habere nos conuenit. Hoc solum rogo, vt si qua aut per eorum sanctitatis ignorantiam, aut per surreptionem inueniantur agi, pro eius gloria, vel pace sanctarum ecclesiarum, & eius ad Deum coram omnibus comprobatiõe, tanquam coram hoc patre discutiantur atque

seruentur. Critonianus reuerend. episcopus Aphrodisiadis, dixit: Ex propria voluntate subscripsi, sequens intentionem sanctorum patrum, & debitor huius sedis existens, quoniam & ego ordinatus sum, & priores mei, & omne patrocinium nostra ecclesia promeretur. Eusebius reuerend. episc. Dorylei, dixit: Spontè subscripsi, quoniam & hæc regulam sanctissimo papæ in vrbe roma ego relegi, præsentibus Clericis Constantinopolitanis, eamque suscepit. Antiochus reuerend. episcopus. Synopis, dixit: Spontè subf. sequens metropolitanum meum, & regulam centum quinquaginta. Cæteri reueren. episc. clamauerunt: Spontè subscripsimus. Gloriosissimi iudices dixerunt: Relectis subscriptionibus, & vniuersi usque subscribentium depositione manifestata, quia nulla necessitate, sed voluntate propria subscripserunt: hi, qui non subscripserunt sanctissimi episcopi, quid edocent? Eusebius reuerend. episc. Ancyræ Galatiæ, dixit: Ego meum dicturus sum verbum, nullum in cõmune iudicium faciens. Quoniã penitus desisto à desiderio ordinationis, rebus ostendi. Petrus etenim episcopus, qui modò testatus est, de Gangris est episc. Ante hunc enim quæ fuit, ego ordinavi. Omnis enim ciuitas ad me venit in Ancyra, decreta portantes. Respondi eis, dicens: Ego non sum ex ijs, qui ordinare desiderat. Commemorabatur verò me priores, qui fuerat ordinati ab episc. Ancyranorum, duos, tres. Ego dixi: Quæcunq; mihi dicatis, ego me ipsum iudicio non submitto. Post hæc veniunt rogantes beatum Proclum. Et cum diceret, Philippus reuerendus presbyter Constantinopolitanæ sanctæ ecclesiæ, dixit: religiositas tua scripsit de Calinico, & post sanctitatem tuam Petrum ordinauit beatus Proclus. Eusebius reuerend. episcopus Ancyræ Galatiæ, dixit: Direxit beatus Proclus ad me scripta. Ordinavi eum. Hoc totum allegatio non est, sed meæ probatio voluntatis, vt post hæc inferam, quod peto, vel id quod contradico. Profectus sum in Gangra, inthronizaui episcopum. Sic euenit, vt moreretur intra paucos dies. Rursus omnes de ciuitate adeuntes, rogabant, vt fieret alter episcopus. Dixi: Dixi hæc ipsa vobis, & nunc respondeo: Ego non desidero ordinare. Respicientes meum ex his rebus fastidium, venerunt ad Constantinopolim, & deduxerunt dominum Petrum, qui nunc confessus est. Hoc ergò sit meum testimonio voluntatis. Et ego ordinare non cupio. Rogo autem, vt ciuitates pro ordinationibus non soluuntur. Si enim non in ciuitatibus ipsis hi, qui eliguntur à ciuitate, ordinantur, à synodo prouinciæ comprobati, soluuntur substantia. Et hoc probatum habeo, qui pro eo, qui ante me fuit, multa reddidi debita. Philippus reuerendus presbyter dixit: Ex regula hoc interruptum est. Hæc legibus & regulis

Aut aufebi- us metitur, aut ad horã sanctu Leo- nē fefellit.

interempta sunt. Altaria munda sunt. Eusebius reuerendusepiscopus An cyræ Galatiæ, dixit: Propter neum opinio clara est sanctissimi Episcopi Anatolij, sed nullus immortalis existit. Anatolius reuerendus episcopus regie Constantinopolis, dixit: A quo ordinatus es ipse? Eusebius reuerendus episcopus An cyræ Galatiæ, dixit: Hic malo meo reuerentus sum, & ordinatus à beato Proclo. Thallassius reuerendus episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Pergimus ad dominum archiepiscopum Anatolium, & ordinamus illud. Gloriosissimi iudices dixerunt: Ex his, quæ gesta sunt, vel ab vnoquoque deposita, perpendimus omnem quidem primatum & honorem præcipuum, secundum canones, antiquæ Romæ Deo amantissimo archiepiscopo cõseruari. Oportere autem sanctissimum archiepiscopum regie Cõstantinopolis noue Romæ, eiusdem primatibus honoris & ipsam dignum esse, & potestatem habere ordinare metropolitans in Asia & Pontica & Thracia diocæsiibus, secundum hunc modum, vt decreto facto à clericis vniuscuiusque metropolitans, & possessoribus, atque clarissimis, super hæc & à reuerendissimis episcopis, puincie omnibus aut plurimis, eligi quemcumque præfati metropolitans ecclesiæ Episcopi dignum esse probauerunt. Referri autem ab omnibus eligentibus sanctissimo archiepiscopo regie Constantinopolis, vt penes eum sit (si velit) hunc, qui electus est, deductum hic ordinari, aut secundum eius permissionem in prouincia episcopatus mereri decretum: vniuscuiusque tamen ciuitatis sanctissimos episcopos, ab omnibus ordinari, aut plurimis prouinciæ reuerendissimis episcopis, potestatem habente metropolitano secundum patrum regulas diffinitam, etiam nihil communitante in illorum ordinationibus sanctissimo archiepiscopo regie Constantinopolis. Hæc à nobis inspecta sunt. Quæ autem videntur, sanctum & vniuersale concilium docere dignetur. Reuerendi episcopi dixerunt: Hæc iusta sententia, hæc omnes dicimus, hæc omnibus placent, hæc omnes dicimus, hoc iustum decretum. Quæ constituta sunt, valent. Hæc iusta sententia. Omnia ordinatè decreta sunt. Supplicamus, dimitte nos. Per salutem Imperatorum, dimitte nos. Omnes in sententia permanemus. Lucentius vir reuerendus episcopus, vicarius sedis Apostolicæ, dixit: Sedes apostolica quæ nobis præcepit, præsentibus humiliari non debet. Et ideò quæcumque in præiudicium canonum vel regularum, hesternæ die gesta sunt nobis absentibus, sublimitatem vestram petimus, vt circumduci iubeatis: sin aliàs, contradicção nostra his gestis inhæreat, vt nouerimus, quid apostolico viro vniuersalis ecclesiæ papæ referre debeamus, vt ipse aut de suæ sedis iniuria, aut de canonum euersione possit ferre sententiam. Ioannes reuerendissimus epi-

Locus obscurus.

scopus Sebastia, dixit: Omnes in sententia vestra magnificentia permanemus. Viri illustrissimi iudices dixerunt: Quod interlocuti sumus, tota synodus approbavit.

RESPONSIO SEV ALLOCVTIO sancti & vniuersalis Chalcedonensis concilij, habita apud Martianum piissimum & amatorem Christi Imperatorem. Quod non in nouas aliquid aduersus Nicenam fidem nunc sanctiss. archiepisc. Leo, scripsit epistolam ad sanctæ memoria Flavianum, Constantinopolitanæ regie vrbis episcopum: sed sanctos patres secutus sit, qui & post magnam synodum Nicenam, hæreses, quæ per vnūquodque tempus exortæ sunt, similiter refutauerunt: & hoc vestrum decebat imperium, vt circa subiectos sibi prouidentia ex his, quæ ad neum pertinent, initium fumeret: & prima contra diabolum pro pietate militia conueniret. Vnde nobis impenetrabilem in omni errore propugnatorem Deus prouidit, & Romanæ ecclesiæ Papam ad victoriam præparauit, doctrinis eum per omnia veritatis adstringens, vt (quemadmodum Petrus) & hic affectu feruentiore decertans, omnem ad Deum sensum, intelligentiamque, perducatur. Sed ne quis fidei eius concordiam vitans, & propriæ seductionis conuictionem celare contentens, quasi peregrinam quãdam & ignoratam regulis, epistolæ eius seriem accuset, asserens, quod non licuerit cuiquam exponere fidem præter patres, qui apud Nicenam concorditer conuenerunt, vnam quidem esse velut principali loco trecentorum decem & octo patrum doctrinæ confessionem: lex nobis ecclesiæ præcepit, quam velut commune sanctorum decretum, ad eorum, qui vocantur in adoptionem filiorum, tradimus firmitatem. Aduersus eos autem, qui veritati resistunt, variè nobis certaminum cause tributæ sunt, à pijs viris congruenter adhibitæ contra ea, quæ ab his fallaciter inferuntur. Et creditibus quidem sufficit ad utilitatem, fidei indiscussa perceptio, ad confessionem pijs dogmatis deuotos pertrahens animos. His autem, qui doctrinam rectam puertere moliantur, ad singula, quæ malè pariunt, oportet occurrere, & eorum obiectis congrua quæque prouidere. Nam si omnes contenti essent fidei constituto, & pietatis semitam nulla in nouatione turbarent, deceret Ecclesiæ filios, nihil amplius excogitare, quàm symbolo constaret esse declaratum. Sed quia multi à recta linea per anfractus erroris exorbitant, nouum quoddam sibi met iter mendacij constructentes: necesse nobis est, veritatis eos inuentione conuertere, commenta quoque eorum deuia salutariibus adiectionibus refutare, non vt nouum ad pietatem (quasi fidei desit) semper aliquid exquirentes, sed vt contra ea, quæ ab idonea illis in nouata sunt, excogitantes quæ salubria iudicantur. & vt mansuetudini vestræ, perio-

ἀρχιερω

συγκατάθεσιν

πρόφορα,

κατά,

quod

quod dicimus, euidenter appareat, ab ipsis fidei sermonibus inchoemus, sanctorum patrum, qualiter quisque de his senserit, decreta subdentes. Dixit fides: CREDO IN VNVM DOMINVM IESVM CHRISTVM FILIVM DEI, CONSVBSTATIALEM PATRI. Hoc verbum perfectum est, atque sufficiens his, qui ad confessionem fidei deuotum animum deferre contendunt, vnam diuinitatis naturam patris filijque significans, ita vt non alterius quidem substantiæ patrem, alterius verò filium sensus excogitet, & Arrij, contra pietatem sentientis, malignitatibus inferatur. Sed quia Photinus atque Marcellus alias aduersus filium blasphemias in nouantes, non eum, prorsus existere, audaciè calumnia negauerunt, sed vnum eundemque, ipsum patrem & filium & spiritum sanctum, appellatum esse firmantes, & vsque ad vocabulorum tantummodò sonum Trinitatis definiuere distantiam: contra eos quoque, trium substantiarum patres intulere doctrinam, non extra scripturam sanctam hanc inuentionem sibi fingentes, nec intelligentia fidei veluti imperfectam penitus transeuntes, sed etiam diuinitus inspiratis explanantes eloquijs, & pro Homouijs, id est, vnius essentia confessione, optimè desudantes, & ostendentes, quæ vnam duarum personarum nobis essentiam fides ediderit, nequaquam filij substantiam denegauerit iterum ait symbolum: CREDO ET IN SPIRITVM SANCTVM, sufficientem intelligentiam, quod spiritus sanctus Deus sit, pijs mentibus tradens. Si enim similiter, vt in patrem & filium, ita etiam & in spiritum sanctum credere censuit: manifestum est, quod quippe vt in Deum spem nos habere præcepit, vnam naturam in sinuans in Trinitate credentibus. Sed quia tunc fidem, simplicemque de spiritu sancto doctrinam protulit, nullo adhuc certamen afferente de eo illi, qui de Arrij stirpe progeniti sunt, apud semetipsos hanc pestilentiam retinentes, veris refutationibus conuicti de filio, & in spiritum sanctum suam blasphemiam transtulerunt, arbitranter calumniam suam non posse detegi, cum temerariè eum inter creaturæ vilia deputarent. Vnde qui defensionem veritati postea detulerunt, pijs renisi argumentationibus, eorum penitus expulere contagia, Dominum eum & Deum ex patre procedentem, secundum fidei documenta audaces aduersus diuinitatem, qui colore pietatis circa fidem, regulam fidei subuebant, ab assertoribus Trinitatis capti atque protriti sunt. Sed quæ etiam illa, quæ hene de dispensatione Dominicæ in carnationis probantur esse disposita, alijs hæretici malignis inuentionibus, subuertere sunt moliti, iterum gratia & contra eorum ferales impetus nobis propugnatores veritatis ostendit, confidentius asserentes, quod integra & diuina de incarnatione

συμπεθεσαι, cõueniat.

* fingentes,

καταγωγενομενοι, decertantes,

Dei verbi, dignaque tantæ clemenciæ symboli intelligentia, comprobetur. Ait enim: DESCENDIT ET INCARNATUS EST, ET INHUMANATUS EST. Quod descendit quidem, hæc dicta sunt, spontaneæ potestatis condescensionem; describentia: dicens verò, Incarnatus est, veram assumptionem nostræ carnis, & ex virgine per veritatem natiuitatis ostendit. Quod verò inhumanatus est, in ipso nostræ naturæ plenitudine ex anima rationali & corpore manifestat. Sed nescio quomodo contra fidem hæc malignè pncipem excogitauit hominibus, tanquam inimicus, arcem diuinæ prouidentie circa nos violare contendens: & illis quidem, iuxta id, quod assumptum est, natiuitatem persuasit ex virgine denegare, velut in honorem atque reuerentiam nostri saluatoris & Domini glorie, vocabulum Dei genitricis ab eius generatione subripiens: illos autem aduersus ipsam eiusdem vniogeniti diuinitatem impie atque impudenter armavit, couertibilem eam atque passibilem, prophanis instigans prædicare sermonibus, distributor planè malarum rerum dignis ministratoribus, quæ sunt blasphemiam sacrilegaque dispersiens, ita vt per illos quidem assumptæ formæ adimerentur indicia, per istos autem tantummodò carnis vnigeniti diceretur. Et illi quidem negarent animæ medicinam, hi verò inesse quidem animam corpori, sed eam præter intelligentiam esse faterentur. Per hos iam hostis antiquus vnitionis nifus est sacramenta diuidere, & purum (tanquam de propheta aliquo) id, quod apparuit pro nobis, asserere: per illos autem, differentiam negare naturarum, & nihil redemptoris nostri diuinitatis, humanitatisque relinquere proprium, simulque fermenti instar dispensationis negocia vniuersa miscere. Verum non latuit indormitabilem oculum, naturæ nostræ communis inimicus: sed tanquam luminaria confestim patres nostros, his quos tenebrarum persuaserat error, ostendit, qui cunctis referrent intelligentiam fidei, & incarnationis diligenter beneficia prædicarent, quomodo dispensationis sacramentum sit ab initio ex vulua dispositum, quomodo & Dei genitrix sit virgo vocitata, propter eum, qui virginitatem eius dignatus est etiam sacrare post partum, vuluamque (vt decebat Deum) integritate signaret: quomodo secundum veritatem mater dicta sit, propter carnem, quam ex se omnium domino ministravit: quomodo de Iesæ radice ortus sit, quomodo seman Abraham mundi conditor apprehenderit, quomodo in seipso nostræ probauerit naturæ primitias, quomodo perfectus Deus, & perfectus homo vniogenitè apparuerit, quomodo in eo sub testimonijs claruit differentia naturarum, quomodo personæ singularitas demonstrata sit: quomodo Iesus Christus heri & hodiè, ipse & in secula: quomodo reces & sem-

καταγο

Esa. 11. a Heb. 2. d

Heb. 13.

& sempiternus, quomodo cælestis atq; terrenus, quomodo visibilis & invisibilis: quomodo consubstantialis patri secundum divinitatem, & consubstantialis idem ipse patri secundum humanitatem: quomodo idem impassibilis ut Deus, & ut homo passibilis sit, probatur. His inimicum patres nostri prastrauere sermonibus, hanc pro simbolo defensionem contra eos, qui calumniam tentauerant struere, protulerunt, non aliud nobis ad confessionem proferentes signaculum fidei, sed quod malè ab hostibus corruptum fuerat, instaurates, atq; obstitentes eis, * qui per illa tempora subreperere nitentur, & custodes singulis eorum, quibus præerant, effecti sunt ad salutem. Sic magnus ille Basilius minister gratiæ, subsidiariorum per epistolam euidentiam mirè declarauit, & sancti spiritus doctrinam diligentius tradidit, confacerdotum suorum eliciens etiã subscriptione consensum. Sic quoq; Damasus Romę Epist. suarum decr. 1. vrbis decus ad iustitiam, literis ad Paulinum datis, dispensationis sacramenta patefecit, admonens, ut his, quæ benè decreta sunt, si qui communionis suæ participes velint esse, consentiant. Itã & qui postmodum vbiq; aduersus varias hæreticorum congregati sunt nouitates, commune de fide decretum vnanimiter ediderunt, eaq; fraterno cõsensu probauerunt, absentibus euidentissimè intimantes. Et illi quidem, qui apud Sardicam contra reliquias Arrii conuenerunt, Orientalibus direxerunt sui cõstituta iudicij. Qui verò in hac vrbe Apollinaris detexerunt pestilentiam, Occidentalibus proprium innotuere decretum, illisque tunc Osius ad profendam sententiam præerat, horum autem Nectarius cum Gregorio susceperat principatum. Sic & apud Ephesum, id quod de dei genitrice iudicatum est, scripto firmatũ est. Et de Deitate atque humanitate Domini testimonia cum propria subscriptione protulerunt, manu & lingua naturarum professionem in vna persona pariter approbantes. Si quis autem censet, hucusquẽ consistere eos, qui fidem pro facultate defendere cupiunt, maximè quidem hoc præceptum hæreticis promulgare debet, illos ab impugnatione remouens, non auertens à protectione pastoris. Omnis enim lex iniustos à delictis cohibet, non iudices à potestate discingit. Alias autem doceantur indociles, quia & nunc licet, ut ambiguitate quæstionis exorta, patrum interpretationibus nostrã confessionem coaptemus, satisficientes, quod in nullo discordem intelligentiã eorum detulerimus animum, sed his vtamur testibus ad nostrã fidei firmitatem. Sic Athanasij ad Epictetũ amplectimur literas, sic tanquam propriam Gregorij ad Celidonium epistolam vbiq; proferimus. Et quid oportet plura dicere? Si enim per epistolas ecclesiasticas dogmata declarari pro vnaquaque quæstione, dignum cul-

pa iudicant, ipsum in primis beatissimum Cyrillum quilibet poterit denotare, qui literis suis Orientalibus, quod sentiebat, expressit: Necnon & magnum Proclum huic vituperationi subiiciet, qui eisdem Orientalibus volumina ad Armenios pro fidei congruentia destinauit. Hic autem confociabitur: ad culpam & sapientissimus Ioannes Antiochenus episcopus, qui hæreticorum maledicta repellens, & Apostolicæ doctrinæ rectissimum dogma declarans, totius Orientis confessionem, velut ex vno ore, sanctissimo Proclo, & ei, qui per idem tempus mundi regerebat gubernacula, destinauit. Non igitur nobis, admirandi Romanæ vrbis præfulis epistolam, velut inuolutionis offendiculum cri minentur: sed, si non est diuinis scripturis coaptata, redarguant: si non præcedentium patrum sententijs adunata, si non impiorum accusationem continet, si non defensionem Nicenæ fidei profert: & si non eorum, qui nouitates appetunt, commenta subruit, si non vaniloquiorum contagia prodigiosa subuertit. Si quis enim patrum deprauat intelligentiam, hic pœnæ transgressionis habetur obnoxius, non qui transgressionem sua cura redarguit. Qui enim sponte sua, nullo contra confligente, professionem verbis proprijs deserit, hic, ut illatus, non immeritò cõprobatur. Qui verò eis, qui praua sentiunt, oblectaturis contra inimicorum adinventiones linguam prudenter exercet, quæ ab illis malè prolata sunt, veritatis nitens ratione dissoluere. Sed o vos Christi amantes, & imperio superno nutu vobis cõcesso dignissimi, compensate ei fidem, qui beneficia tanta concessit, studioque circa purissimam confessionem præstantiam vestræ deuotionis ostendite, malignorum quidem molimina reserantes, omnibus verò piæ confessionis declarantes in vnitatem concordiam, ac velut signaculum sacræ doctrinæ, concilij huius, à vobis congregati, prædicationem, Petri sedis auctoritate roborantes. Confidere namque oportet vestram pietatem, quia nihil præter fidem, quæ olim à sanctis patribus annunciata est, venerabilis Romanus pontifex innouauit, atque ut nulla his, qui apostolicum virum per inuidiam lacerant nituntur, relinquatur occasio, consonantiã epistolæ eius ad sanctorum patrum testimonia, ad certiorum notitiam vestræ pietatis, ex multis pauca subdidimus.

¶ Testimonia sanctorum patrum, qui & duas naturas in Christo confessi sunt, & consubstantiali patri DEVM verbum, etiã nobis secundum carnem ex MARIA consubstantiali factum, veraciter asserentes. Sancti Baslij ex his, quæ contra Eunomium scripsit: Ego enim & hoc, quod est, in forma Dei existere, à si in essentia DEI, æquialere pronuncio. Sicut enim hoc, quod

φιλότητος
μενος
καὶ λίσκοιτο
condenat

Basilius
episcopus

formam serui suscepit, in substantia humana Dominum nostrum factum esse significat, quod dicit, quod in forma Dei est, diuinæ substantiæ proprietatem, sine dubitatione commendat.

Ambrosius episcopus. Beati Ambrosij ex his quæ scripsit ad Gratianum Imperatorem: Seruemus differentiã diuinitatis & carnis. Vnus in vtroque loquitur filius Dei, quia in eo vtraque natura est.

Gregorius Nazianzen. *Cledoniũ. Beati Gregorij Nazianzeni ex epistola ad Celidonium: Naturæ quidem duæ, Deus & homo, quia & anima & corpus, Filij autem non duo, neque duo dij.

Idem. Eiusdem ex secundo sermone de filio: Et hoc est, quod facit hæreticis seductionem, nominum prolata seiunctio. Signum est autem, ut si quandò naturæ secernuntur intelligentijs, simul secernantur & nomina.

Athanasius episcopus. Sancti Athanasij ex his quæ scripsit aduersus hæreses: Et sicut non effemus liberati à peccato atque maledicto, si non caro naturæ esset humanæ, quam induit verbũ: nihil enim commune nobis esset ad alienum) sic nequaquam ille homo Deus fieret, si nõ natura esset ex patre, & verum atque cõsempiternum eius esset verbum, quod factũ est caro. Idcirco nanque talis est facta cõnexio, ut ei, qui iuxta naturam diuinitatis est, illum hominem, qui est humanæ naturæ, coniungeret.

Amphilochius episcopus. Amphilochij episcopi Iconij de explanatione Euangelij secundum Ioannem: Discerne iam naturas tam DEI, quam hominis. Neque enim per amissionem Dei factus est homo, neque secundum prouectum ex hominibus Deus est. Deum enim dico & hominem. Da passides carni, da Deo miracula.

Antiochus episcopus. Flauianus episcopus Antioch. Phil. 105. Antiochi episcopi Ptolemaidis: Non cõfundas has naturas, & non obstupefces circa dispensationem.

Flauiani episcopi Antiocheni in Theophanicon: Quis reuera loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis verbo, collati nobis beneficij magnitudinẽ possit exprimere? Humana natura Deitati cõiungitur, itã tamen, ut in se vtraque natura permaneat.

Io. Chryso. som. episcopus. Beati Ioannis episcopi Cõstantinopolitani, de explanatione Euangelij secundum Ioannem: Quid enim intulit, & habitauit in nobis? Hoc benè dicens, nihil debet incongruũ suspicari, sed hoc quod factum est. Non enim conuersionem dixi illius inconuertibilis naturæ, sed habitationem & commorationem. Id autem quod habitat, non ipsum est quod habitaculum, sed alterum in altero inhabitat. Alioquin iam non erit habitatio. Nihil enim in seipso habitat. Alterum aut dixi iuxta substantiam. Per vnitionem enim & connexionem, vnus est Deus verbum & caro, nequaquã facta confusione vel permixtione harum substantiarum, sed vnitione ineffabili atq; inenarrabili.

Beati Attici Constantinopolitani episcopi ex epistola ad Eupfychium: Quid igitur oportebat operari sapientissimum, mediatiõnem assumptæ carnis, & vnionem Dei verbi ad hominẽ, qui ex Maria est? Nam vtraque facta sunt itã, ut ex vtroque vnitum, Christum quidem fateamur in propria impassibilis naturæ dignitate persistere, mortem gustare simul, ut & sociã sibi naturæ carnis ostenderet per mortem, mortis ipsius contemptum, pariterq; etiã vt noui testamenti per obitum iura firmentur.

Beati Procli ex sermone: Puer natus est nobis, filius datus est nobis: Et naturam ratione diuide, & vnitatem mysterij diuinis extolle præconijs.

Cyrilli: Aduertentes igitur modum inhumanationis, ut dixi, videamus, quod duæ nature p̄ indiuiduã vnitionem inconfusæ atq; inconuertibiliter inuicem sibi conuenerunt. Caro namq; caro est, & non deitas, licet Dei facta sit caro: similiter etiã verbum Deus est, & non caro, licet dispensatoriẽ propriam fecerit carnem.

Beati Ioannis de explanatione Euangelij secundum Matthæum: Et quemadmodum quis in meditullio pugna positus, duobus quibusdam inuicem sibi discordantibus, vtraque manus extendens, sumens vtrinque coniungat: sic etiã Christus fecit, vetus nouo, diuinam naturam humanæ, sua nostris clementer adiungens.

Allocutio seu responsio sancti Chalcedonensis concilij, cum subiectis testimonijs patrum, finit.

SACRA MARTIANI IMPERATORIS CONTRA HÆRETICOS.

Imperator Martianus Augustus, Palladio præfecto prætorij. Licet iam iam quæ sacratissimam constitutione mansuetudinis meæ cautum ac definitum sit, quod in eos seueritas exercenda sit, quæ Eutychetis vel Apollinaris hereticæ peruersitatis secuti, à religione & fide catholica deuiarunt: Alexandrinę tamẽ vrbis ciues atq; habitatores tãtis sunt Apollinaris infecti venenis, ut necessarium fuerit ea, quæ antè sanximus, repetita nunc etiã lege decernere. Oportet enim, ut sit numerosa seueritas sanctionum, vbi est licentia crebra culparum. Custodiendę præterea orthodoxæ fidei cura, tãto à serenitate mea adhiberi impensior debet, quãto res humanas diuinę p̄cedit. Quicquid ergo vel in hac sacra vrbe, vel in Alexandrina ciuitate, vel in omni Aegyptiaca diocesi, diuersisq; alijs puincijs Eutychetis profanã puerilitatem sequuntur, & itã non credunt, ut trecenti decem & octo sancti patres tradiderunt, catholicam fidem in Nicenã ciuitate fundantes, centũ quoq; & quinquaginta alij venerabiles episcopi, qui in hac alma vrbe Cõstantinopolitana postea conuenerunt, & sicut Athanasius & Theophilus & Cyrillus sanctę recordatiõis episcopi Alexandrinę ciuitatis crediderunt, quos etiã

Atticus episcopus Cõstantinop.

Procl. eps.

Cyrill. eps.

Io. Chryso. stomus.

*etiã

L. q. q. C. de hereticis & manicheis.

Ephesina synodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Nestorij error expulsi sunt) in vniuersis secuta est, quos & nupèr venerabilis Chalcedonenſis synodus est secuta, prioribus Concilijs sacerdotum ex omni prorsus parte consentiens, nihilq; adimens sacrosancto symbolo, neq; adiciens, sed Eutychetis dogmata funesta condemnans, sciens se esse hæreticos Apollinaristas: Apollinaris enim facinorosissimam sectam Eutyches & Dioscorus mente sacrilega sunt secuti. Ideoq; omnes hi, qui Apollinaris vel Eutychetis peruersitatem sequuntur, illis pœnis, quæ diuorum retrò principum constitutionibus contra Apollinaristas, vel serenitatis nostræ sanctione postmodum contra Eutychanistas, vel hac ipsa augustissima lege contra eosdem decreta sunt, nouerint se esse plectendos. Idcirco Apollinaristæ, hoc est, Eutychanistæ, quibus etsi est in appellatiõe diuersitas, est tamen in hæresis prauitate coniunctio: & dispar quidem nomen, sed idem sacrilegium, siue in hac alma vrbe, diuersisq; prouincijs, siue in Alexandrina ciuitate, seu in Aegyptiaca diœcesi sunt, neq; ita credunt, vt prædicti venerabiles patres credebant, neq; viro reuerendissimo Alexandrinæ vrbs antistiti Proterio fidem orthodoxam tenenti communicant, secundum sacratissimas diuorum retrò principum constitutiones, quæ de Apollinaristis promulgatæ sunt, non habeant potestatem faciendi testamenti, & cõdendæ vltimæ voluntatis, neque id capiant, quod ipsis ex testamento cuiusquam fuerit derelictum, nihil etiã ex donatione aliqua consequantur: sed si quid in ipsos vel libertate viuientis, vel morientis fuerit voluntate collatum, id fisco nostro protinus addicatur. Ipsi verò in nullos aliquid ex facultatibus suis donationis titulo & iure transfundant. Episcopos quoq; vel presbyteros, aliosque clericos illis creare & habere non liceat, scientibus tam Eutychanistas vel Apollinaristas, qui auli fuerint cuiquã, episcopi vel presbyteri vel clerici nomen imponere, q̄ hos, qui conati fuerint impositum sibi nomen sacerdotale retinere, pœnam exilij & facultatum suarum amissionem subituros. Eos verò qui antehac catholicarum ecclesiarum clerici, vel orthodoxæ fidei monachi fuerunt, & relicto vero & orthodoxo omnipotentis Dei cultu, Apollinaris vel Eutychetis hæresim & dogmata abominanda sectati sunt, vel postea sectabuntur, omnibus pœnis, quæ vel hac, vel prioribus legibus aduersus hæreticos cõstitutæ sunt, iubemus teneri, & extra ipsum quoq; Romani Imperij solum pelli, sicut de Manichæis præceditum legum statuta sanxerunt. Vniuersi præterea Apollinaristæ vel Eutychanistæ, non Ecclesias, non monasteria sibi construunt, parasynaxes & conuenticula tam diurna quam nocturna, non contrahant, neq; ad domum, neq; ad possessionem

cuiusquam, neq; ad monasterium, neque ad quæcunq; alterius locum opatores sectæ funestissimæ congregentur. Quod si fecerint, & hoc factum fuisse nō volente cõstituerit, post rem in examine iudicis approbatam, domus vel possessio in quam conuenerint, fisco sine dilatione societur: monasterium verò, eius ciuitatis orthodoxæ ecclesiæ, in cuius territorio est, iubemus addici. Si verò ignorante domino, sciente verò, qui pensiones domus exigit, vel conductore, vel procuratore, vel actore prædij parasynaxes & conuenticula interdicta collegerint: conductor, vel procurator, siue actor, vel quicumque eos in domum vel in possessionem, vel monasterium receperint, ac passi fuerint illicitas parasynaxes, conuentusq; celebrare, si vilis & abiecte conditionis sint, fustibus publicè, & in pœnam suam, & in aliorum cõerceantur exemplum: Si honeste verò personæ sunt, decem libras auri multæ nomine, fisco nostro cogantur inferre. Nullum præterea Apollinaristam vel Eutychanistam, ad aliquam iubemus adspirare militiam, nisi ad cohortalinam vel limitaneam. Si qui verò extra prædictam militiam inuenti fuerint militare, soluto cingulo, honestorum hoim & palatij communionem priuent. Nec in aliqua q̄ in ea, in qua nati sunt, ciuitate vel vico ac regione, versentur. Si qui verò in hac alma vrbe nati sunt, tam sacratissimo comitatu, q̄ omni per prouincias metropolitana ciuitate pellantur. Nulli in super Eutychanistæ vel Apollinaristæ, publicè vel priuatim aduocandi cœtus, & circulos contrahendi, & hæretico more disputandi, ac peruersitatem facinorosi dogmatis asserendi, sit facultas, nulli etiã contra venerabilè Chalcedonenſem synodum liceat aliquid vel dictare, vel scribere, vel edere atq; emittere, aut aliorum super eadem rescripta pferre: nemo huiusmodi habere libros & sacrilega scriptorum audeat monimeta seruare. Quod si qui in his criminibus fuerint deprehensi, pperua deportatione damnentur. Eos verò, qui discedi studio audierint de infamata hæresi disputantes, decem librarum auri, quæ fisco nostro inferendæ sunt, iubemus subire dispendium. Omnes verò huiusmodi chartæ ac libri, qui funestum Eutychetis, hoc est, Apollinaris, fuerint dogma complexi, incendio concrementur, vt facinorose peruersitatis vestigia ipsa flammis cõbusta depereant. Aequum nanq; est, vt immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat, Palladi pater charissime, atque amantissime. Illustris igitur & magnifica authoritas tua, q̄ hac sacratissima constitutione decreuimus, in hac alma vrbe, diuersisq; prouincijs, ac præcipuè in Alexandrina ciuitate, & p vniuersam Aegyptiacam diœcesim, edictis ex more ppositis, ad omni notitiam faciat peruenire, vt cuncta, quam statuimus, in eos, qui rei fuerint deprehensi, seueritas protinus exerceatur: sciētibus moderate

ratoribus prouinciarum, eorumq; apparitoribus, defensoribus etiã ciuitatum, quod si ea, quæ legis huius religiosissima sanctione custodienda decreuimus, aut neglexerint, aut aliqua permiserint temeritate violari, denarum librarum auri multam fisco nostro cogentur inferre, insuper etiã existimationis suæ periculum sustinebunt. Ea quoque, quæ de Paganis per omne Romanum Imperium æqualiter valitura perennitatis nostræ lege decreuimus, instantissime in eos exerceatur, quos constiterit, prophanos ritus ac simulacrorum impios cultus, & interdicta sibi sacrilegia, celebrare. Data sub die Kalen Augusti, Constantinopoli, diuo Valentiniano octauo, & Anthemio viris clarissimis consilibus.

¶ Exemplar epistolæ Paschasinæ & aliorum, de damnatione Dioscori Alexandrini quondam episcopi.

Paschasinus episcopus Lilybetanus, & Lucentius episcopus Esculanus, & Bonifacius presbyter Ecclesiæ maximæ vrbs Romæ, vicarij sanctissimi ac beatissimi papæ Leonis, Apostolicæ sedis antistitis, pronunciauerunt manifestaruntque, quod Dioscorus Alexandrinæ vrbs antistes, cõtra Canonum disciplinam, regulasq; ecclesiasticas illicita psumptione commisit, sicut præteritorum gestorum seu præfens declarauit asseritio. Is nanq; (vt plura relinquamus) Eutychem consortem perfidię suæ, ad proprio episcopo sanctæ recordationis Flauiano iure damnatum, in gratiam cõmunionis, antequam cum ijs, qui cõgregati fuerat in Ephesina vrbe, episcopis resideret, recepisse cognoscitur: sed illis quidem sedes Apostolica veniam tribuit, quia contra votum gessisse, quæ patrata sunt, approbantur; ita vt nunc vsq; adhæreant & beatissimo papæ, & vniuersali sancto que Concilio, quæ de re sacrosanctæ cõmunionis conseruati sunt medicinam. Prædictus verò, qui malorum perferentia ornari se æstimat, cum debeat summissa fronte vsque ad terram cum gemitu (vt conuenit) inclinari, quoniam nec beatissimi papæ epistolam legi permisit, ad venerandæ memoriæ Flauianum Christi antistitem scriptam: quippe cum ab his petitus, vt legi sine ret, sacramenti satisfactione, quod promiserat, implere contempsit, quatenus prauis dogmatis augetur impietas, & occasio leſiõis vel scandali cunctis generaretur ecclesijs: patris tamen his, volumus his sceleribus indulgere, & veniam, quam ceteris episcopis præstitimus, dignanter impendere, cum nec similem iudicadi reperiantur habuisse fiduciam, & Adiecit etiã accusatorum supplicatio varijs reserta criminibus, quod tertio euocatus per reuerendissimos fratres & coepiscopos nostros, ad monitionem canonicam venire contempsit, conscientia detentus arcano. Episcopos etiã ad prouinciali synodo,

cui subdebatur, iure damnatos, iniqua vsurpatione contra redamnationis sententiã reuocauit, veterum patrum sepius statuta conculcans. Vnde sanctissimus ac beatissimus papa, caput vniuersalis Ecclesiæ Leo, per nos, vt legatos suos, sancta synodo consentiente, Petri apostoli præditus dignitate, qui ecclesiæ fundamentum, & petra fidei, & cælestis regni ianitor nuncupatur, episcopali eum dignitate nudauit, & ab omni sacerdotali opere fecit extorrem: quare super his congregata venerabilis synodus, canonicam contra prædictum Dioscorum proferat, iustitia sua dente, sententiam.

¶ Finit exemplar epistolæ.

NARRATIONIS ORDO DE prauitate Dioscori Alexandrini.

Postquam Dioscorus Alexandrinus episcopus, qui pro facti sui qualitate, id est, quia cõsenserat Eutycheti hæretico, & damnauit Flavianum episcopum catholicum Constantinopolitanum, apud Chalcedonam, tam à principe sanctæ memoriæ Martino, quam ab aulicis potestatis, vel à cuncta synodo damnatus est, Proterius catholicus sit sacerdos. Tunc Timotheus presbyter, cui cognomen erat Aelurus, & Petrus diaconus, sectatores Dioscori, ab Alexandrina Ecclesia se separarunt. Quos cum Proterius episcopus ad ministerium proprium reuocare non posset, vtrunq; damnauit. Mortuo principe Martino, collectis turbis hæreticorum, Timotheus & Petrus veniunt Alexandriam, & ordinatur ab hæreticis Timotheus episcopus. Duo igitur apud Alexandriam episcopi ceperunt esse. Ante tri-duum paschale, quo cœna Domini celebratur, cõductis ab his perditis, occiditur in Ecclesia sanctæ memoriæ Proterius, ad quam se timore contulerat, ibique sacrosancto die in baptisterio occiditur, laniatur, eicitur, & funus incenditur, cineresq; ipsius exparguntur in ventos. Interea Leo sumit imperium, ad quem tanti facinoris rumor catholicorum querela peruenit. Contra quos hæretici supplicarunt, petentes, vt Chalcedonenſis synodus aboleretur. Econtrà illis vindictam sceleris postulantes, considerans Imperator, nimis esse graue, vexari tanto itinere sacerdotes, quorum aut ætas, aut infirmitas, aut paupertas hunc laborem subire prohibebat: dirigit per totum Orientem magistranos, dirigit & Anatolius episcopus Aiclepiadem diaconum suum, per quos omnes illi episcopi, qui Chalcedonam fuerant cõgregati, quid Alexandria gestum sit, agnoscerent. Qui rescribunt, Chalcedonenſem synodum vsque ad sanguinem defendendam esse, quia non alteram fidem teneret, quam synodus Nicena constituit. Timotheum verò non solum inter episcopos nō haberi, sed etiã Christiana appellatione priuari. Quo facto, sit alter

Timotheus episcopus Alexandriae. Vix ille Timotheus depellitur, & mittitur in exilium Gangram: fugit & Petrus hereticus, & quam diu vixit Imperator Leo, Timotheus episcopus Alexandriae vixit quiete. Sed cum Basiliscus occupasset imperium, damnare cepit Chalcedonensem synodum, & fugare catholicos. Tunc ille Timotheus datus, accepta libertate, Constantinopolim venit, & damnatos haereticos locis suis reddidit. vadit Alexandria: fugit Timotheus catholicus, & in monasterio latuit. Petrus ille iterum se Timotheo iunxit, cum quo fuerat ante damnatus. Rediit Zeno Imperator ad regnum, Basiliscus opprimitur, mittitur Alexandria, ut pulso peruersore Timotheo, Timotheus catholicus redderetur ecclesiae. Sed illo Timotheo damnato, morte praevento, Petrus ab vno haeretico Alexandrinus episcopus ordinatur: quem nihilominus deici iussit Imperator, & reduci Timotheum catholicum, sicut etiam Acacii literis continetur. Interea scribit ad sanctae memoriae papae Simplicium Timotheus catholicus, rogans, & dicens Petrum olim in diaconio esse damnatum, nunc etiam a Christiana societate remotum, ut scriberet Imperatori, ut eundem Petrum longius in exilio dirigeret, quia latebat in Alexandria ciuitate, & insidiabatur ecclesiae per ferme triennium & amplius. Sanctae memoriae papa Simplicius nunquam destitit scribere Acacio episcopo, ut fieret de Petro, quod Timotheus episcopus postulabat. Defuncto Timotheo episcopo, a catholicis Ioannes catholicus episcopus ordinatur. Mittit Ioannes episcopus synodicam suam. Superuenit etiam quidam contra Ioannem episcopum, Sacra principis deferendo, ut ab episcopi illius papa se confirmatione suspenderet. Et quia in iisdem Sacris de restituendo Petro, quem ipse damnauerat, fecerat mentionem, haec pars omnino est abnegata. Unde visus est Imperator offensus. Addidit etiam Acacius illo tempore, quod de Petro Alexandrino datus retulit, etiam de Petro & Ioanne Antiocheno sic scribit, Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse: sed hoc propter crimina derelicto, Antiochiam fugisse. Ibi pulso martyrio catholico episcopo, per vilissimum populum & haereticos, sedem ipsius occupasse, continuoque; damnatum, ab episcopo, atque a Leone Imperatore * Oculum deportatum. Qui fugiens, redisse dicitur Constantinopolim, & dedisse fidem, ut pulsus ulterius turbis, nil facere auderet. Sed (sicut superius dictum est) Basilisci temporibus a Timotheo illo datus, qui Constantinopolim venerat ad Antiochiam remissus est, ut iterum illic episcopatum teneret. Quo facto, idem ipse Petrus Ioannem (de quo Acacium diximus retulisse) ordinat Apamenis episcopum: a quibus non receptus, rediit Antiochiam, & Petrum episcopatus sui pellit authorem, & inuadit eius

Simplicius papa.

Hec paulo aliter habetur apud Nicephorum lib. 15. ca. 28.

* Oculum

TOM. 2.

ecclesiam. Quos simul damnatos iterum eiecit Acacius, petens Apostolicam sedem, ut si ad eandem forte confugerent, ne ipso quidem digni haberent ad spectu: & si iam aliquam indulgentiam forsitan impetrassent, irritam esse debere, nec eorum poenitentiam recipendam esse. Quid multa? Hunc ipsum Ioannem, quem Acacius cum Petro damnauerat, & sine poenitentiae remedio fecit ab Apostolica sede damnari, post tot damnationes, Tyriorum militum ecclesiam praefidere. Nam quod dicit Acacius, Petrum illum Alexandrinum, oblata petitione, Eutyrianam haeresim vel Nestorianam damnasse, hoc euidenter probatur esse falsissimum. Nam quae causa fecit, ut in episcopatu suo, synodo Chalcedonensi, vel tomo sanctae memoriae Papae Leonis diceret anathema? Quae causa fecit, ut sublato nomine Proterij vel Timothei catholici, Dioscori & Timothei haeretici nomina adscriberet? Quae causa fecit, si catholicus erat, ut Timothei catholici episcopi corpus de sub terra leuaret, qui inter episcopos catholicos sepultus fuerat, & proijceret foras? Ipse non est Petrus, qui damnato Timotheo haeretico semp adherit? Quomodo postea Acacius miris eum laudibus prosequitur, de quo tanta se crimina ante meminerat retulisse?

Incipit fides Romanorum.
Redimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & in vnigenitum filium eius Iesum Christum, Dominum & saluatorem nostrum, & in spiritum sanctum, Deum: non tres deos, patrem & filium & spiritum sanctum, sed vnum Deum esse confitemur. Non sic vnum Deum, quasi solitarium: nec eundem, qui ipse sibi pater sit, ipse filius, sed patrem verum, qui genuit filium verum, id est, Deus de Deo, lumen de lumine, vita ex vita, perfectum de perfecto, totum a toto, plenum a pleno, non creatum, sed genitum, non ex nihilo, sed ex patre, vnus substantiae cum patre. Spiritum vero sanctum, Deum: non ingentum, neque genitum: non creatum, sed nec factum, sed patris & filij, semper in patre & filio aeternum veneramus, vnum tamen Deum qui ex vno.

ATTICVS EPISCOPVS, QVALITER formata epistola fiat.

Graeca elementa literarum, numeros etiam exprimerent nullus, quod vel tenuiter Graeci sermonis notitia habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas appellat; aliqua fraus falsitatis temere praesumeret, hoc a patribus trecentis decem & octo Niceae congregatis saluberrime inuentum est & constitutum, ut formatae epistolae haec calculatiois seu supputationis habeant rationem, ut assumant in supputatione prima Graeca elementa patris & filij & spiritus sancti, hoc est, α, υ, & c. Quae elementa & octogenarium & quadragesimum, & primum significat numerum. Retri quoque apostoli prima litera, i. n.

Quae

Quae numerus octoginta significat. Eius quoque qui scripsit epistolam, prima litera: cui scribitur, secunda litera: accipietis, tertia litera: ciuitatis quoque, de qua scribit, quarta: & indictionis (quae nunquam est) temporis idem qui fuit, numerus assumatur: atque ita his omnibus Graecis literis, quae (ut diximus) numeros expriment, in vnum ductis, vnam, quae nunquam fuerit collecta, summam epistola teneat. hanc qui suscipit, omni cum caute la requirat expressè. addat praeterea separatim in epistola nonagenarium & nonum numerum, qui secundum Graeca elementa significat, Valet in Domino.

Exemplar hoc Chalcedonensis concilij desumptum est ex bibliotheca monasterij fratrum Ordinis Cruciferorum in ciuitate Aquei. Anno namque Domini 1468. in Aquei passagio, reuerendissimus dominus Petrus Ferrici, legatus Romanus in causa Leonis, postea cardinalis, excipari exemplar disposuit ex vetustissimo codice, eidem monasterio a quodam Aquei decano, dono dato, quod plurimum iudicio, scriptum, non ita longè post huius Chalcedonensis concilij tempora, praesumitur. Tantae quidem vetustatis fuit, ut nisi cum difficultate legeretur, & vnus duntaxat in Colonien' ciuitate excipiare praesumeret. Est vero iam postremò locis non paucis emendatum, idque partim exemplari ab Guilhelmo Sirleto viro doctissimo & lectissimo Cardinale correcto, ad fidem veteris exemplarium, Latini manuscripti, & Graeci bibliothecae Vaticanae.

Finis Concilij Chalcedonensis.

CANDIDO LECTORI F. LAURENTIVS SVRIVS.

Quemadmodum Niceam illam longè sanctissimam Synodum mirè lacerarunt Arriani, Constantinopolitanam primam Macedoniam, Ephesinam Nestorianam, ita Chalcedonensem longè celeberrimam haud mediocriter oppugnarunt Eutyrianam. Non ferunt haeretici quantunvis iustam damnationem sub: facilius vinci possunt, ut ait Hieronymus, quam persuaderi. Non vult cedere perinax error. Vidimus idem in nostra quoque tempestatibus haereticis, qui Synodum Tridentinam, cui multi interfuere doctissimi & sanctissimi viri, prorsus reiiciendam putarunt, eamque conuicij proscindere non dubitarunt. Verum hanc superbiam non a Christo Deo & Domino nostro, humilitatis magistro, sed a Lucifero didicerunt. Sed cum Eutyrianam, ut diximus, amplissimum Chalcedonense Concilium diuexarent, Martiani primum, deinde Leonis Augustorum principum aut horitate repressi sunt. Leonis tempore mirè cumultuarum est Alexandria, caeso Proterio viro sanctissimo, & eius sedem inuadente nefario homine Timotheo Aeluro. Res ad Leonem relata est: noluit ille in causa ecclesiastica aliquid attentare sine episcoporum consilio, quibus nouerat demandatam esse curam rerum ecclesiasticarum. Scripsit ergo ad omnes, & ab omnibus idem tulit responsum. Has epistolas, quod lectu dignae sint, nunc primum in lucem emittimus. Tu illis fruere, lector, simulque ex his discere, quanta sit in religione concordia apud Catholicos, cum apud haereticos, tot sint prope modum religiones, quot homines: tot sententiae, quot capita.

INCIPIUNT

SACRAE EPISTOLAE

VENERANDAE MEMORIAE MARTIANI IMPERATORIS & Pulcheriae Augustae, simul & Iuuenalis sanctissimi Episcopi, Hierosolymorum, tam Alexandrinis quam cunctis Hierosolymitanis monachis, de statutis sancti Chalcedonensis concilij.

EXEMPLAR EPISTOLAE, SCRIPTAE AB IMPERATORE Martiano Alexandrino, per Ioannem Decurionem, & Timothei nefandi personam.



Nullo quolibet modo delinquere, proprium est Dei omnium, dominique; cunctorum: sapientium autem virorum est, quando, dum sint homines, est eis impossibile non peccare, ut dum peccauerint, repente poenitentiam agant, ut poenitendo vitia corrigant. Nam permanere in peccatis, & in eis exerceri, & festinare malo malum accumulare, omnino malignum & valde vesanum est. Quod aliquos

Alexandriam, eique; loca urbi vicina habitantes reuerendissimos monachos passos esse cognouimus, & credentes nos per simplicitatis modum hoc eos pertulisse, diuinis literis visum sumus, declarantibus orthodoxam nostram fidem. Et quia sancta catholicaque synodus, quae Chalcedone facta est, circa apostolicam fidem nihil penitus innouauit: sed per omnia Athanasij & Theophili & Cyrilli, reuerendae memoriae Alexandrinorum pontificum secuta doctrinam, damnauit quidem Eutyichis blasphemiam, nihil aliud quam Apollinaris doctrinam impia sapientem. Abscidit autem & impietatem Nestorij, & venerabile symbolum trecentorum decem & octo sanctorum patrum,

TOM. 2.

T 2 qui

*immunitate

qui in Nicea conuenerunt, integrum per omnia custodiunt, neque immutatio, neque adiectio vexatum. Et credit quidem nostra tranquillitas, sanctas literas nostras, nec non & praecepta, proposita dudum in Alexandrinorum magna ciuitate, sufficere ad persuasionem eorum, qui nescio quomodo adhuc dubitant, eod quod nihil in nouatum sit à sancto catholico concilio, & quatenus nullus de cetero dubitaret, huius rei gratia relinquatur: neque enim quemlibet ita simpliciter esse credimus, ut legens tantas doctrinas, sic clarè pronunciantes fidem orthodoxam, haec tenens in ipso errore permaneat. Si verò fortasse sint aliqui, quod non credimus, in istam nobis clementiam non sequentes, volumus iterum eis per has sacratissimas literas nostras certissime fati fieri: quia sanctorum & venerabilium patrum doctrinas sequens, sanctissima catholicaque synodus, cuncta disposuit, & Eutychem quidem peremit impietatem: quem Dioscorus est secutus, & alij quidam, qui libros Apollinaris non dubitauerunt plebi dispergere, vocabula sanctorum patrum eis attributantes, quatenus ad plenum simplicium mentes sua falsitate deciperent. Confirmavit autem trecentorum decem & octo sanctorum patrum in Nicea conuenientium venerabile symbolum, nihil nec auferens, nec adiciens: secundum quod baptizata nostra tranquillitas, ab aetate adolecentiae sapit, & ut in eo consistat, exoptat, credens Dominum nostrum & saluatorem Christum filium dei unigenitum, coaeternum & consubstantialem patri, propter nos & propter nostram salutem humanatum, natum ex spiritu sancto & Maria virgine dei genitrice, & esse Deum & hominem verè eundem, non alium & alium, absit hoc, sed unum eundemque, nullo modo partitum aut separatum, aut conuertibilem. Eos autem qui dicunt, aut aliquando duos filios, aut duas personas, etiam nos tanquam dei inimicos abominamur & anathematizamus. Haec igitur & nunc agnoscetes, si qui forsitan estis adhuc falsitate decepti, ad veritatem recurrere festinate: nefandis vosmetipsos & canonibus contrariis collectionibus abstinentes, ne super hoc, quod animas vestras perditis, etiam legali castigationi subdamini: vnice verò vos omnes sanctissimae & catholice orthodoxorum Ecclesiae, quae vna est, sicut & venerabiles definitiones patrum nos docent. Hoc enim agentes, animam quidem vestram saluti donabitis, Deo verò cunctorum, quae sunt placita, facietis, sed & etiam nostrae tranquillitati commendantes, eius cura fruamini. Propterea si quidem & Iohannem videlicet Decurionem eligentes misimus, qui certissime valeat ea, quae de fide sunt, explanare. Nam & sanctorum episcoporum vniuersali catholico concilio interfuit, & vniuersa quae gesta sunt, clarè nouit, ut per omnia satisfactione suscepta, hi, qui (quod non credimus) adhuc dubitant,

For. & vos ipsos nra

tandem aliquando ad veram & immaculatam fidem remeare festinent.

Exemplar epistolae sanctae à Martiano sacratissimo Imperatore ad archimandritas monachos, & reliquos habitantes in Helia, & circa eam.

Agnosces nostra maiestas preces, quas ad sacratissimam, piissimamque dominam nostram tranquillitatis coniugem direxistis, rebus ipsis mihi persuasum est, quomodo non quod supplicationes misistis, sed sub schemate precum, impiam, & Dei legibus, Romanisque reip. contrariam existentem, vestram demonstrastis intentionem. Nam cum oportuerit vos geti vacare, & esse sub sacerdotibus, eorumque doctrinis obedire, doctorum potius ordinem audacia vehementi adumere praesumpistis, qui neque à recte docentibus docere patimini, & vobis ipsis stulte persuadetis, quia cunctos oporteat circa aptae fidei scientiam vos potius sequi, quam sanctorum apostolorum, prophetarumque volumina, & sanctae memoriae patrum mandata contradita. Et quasi priorum minorum delinquere vos putastis, si falsis doctrinis vestras praesumptiones obumbrare volentes, nihil veritatis in vestris precibus diceretis, adferentes neque incediorum, neque homicidiorum, neque aliarum incongruarum rerum esse vos auctores, aut monasteria, sed & incolas ciuitatis, & quosdam peregrinos memoratarum rerum originem extitisse. Sed nihil horum, quae testata sunt, nostram latuit pietatem: quod ut monumentorum gestis, & singulorum relationibus nobis apertum est, quomodo & Heliorum ciuitas à vobis, velut hostibus capta sit, quae habitare in monasterijs, & in modis locis obseruare debuit. Insuper & veneranda memoriae diaconi commissa cedes, & quia illius corpus post necè etiam communi sepultura priuatum, insensibiliter tractum subdebatur iniurijs. Quomodo etiam domus incensa, & portae clausae sint ciuitatis, & quasi legibus proprijs ciuitatis custodiebatis muros, & carcere violenter aperto, malorum praesumptoribus remissio poenarum, & periculosa fuga praebatur occasio. Proficiantibus autem ad peiora, postremis minorae fuisse praecedentia demonstrantes, Iuuenalem sanctissimum, & alios reuerendissimos sacerdotes, per quendam ad hoc destinatum interficere voluistis. Cum verò is, qui missus fuerat, fuisset spe sua deceptus, sine effectu suam vesaniam, & eorum à quibus missus fuerat, esse non sinens, Seuerinum sanctae memoriae episcopum gladio percuciens, neque his qui erant cum eo, pepercit. Haec ergo & his peiora delicta, & quomodo praesumpta, & quibus agentibus aut inuitantibus acta sint, manifestant ea, quae frequenter in diuersis iudicijs proprie demonstrata, & sacratissimis nostris auribus intimata sunt, certissimum indicium vestrae voluntatis habentiam, quam

Vide Nicephor. lib. 11. cap. 9. Eccl. Histor.

monachorum feditionis scelera.

Hic Theodosius, hareticorum dux fuit.

*mandatis

Matth. 10.

Galat. 4.

quam propter ad delinquendum decederetis, non dei fidem iudicare vel fouere volentes, sed vestras petulantias & sacerdotia defendentes, quorum vos ostendistis omnimodis alienos, dum in perditionem ciuitatum habetis studium. Nostra siquidem pietas admiratur, qua causa Eutychem equidem anathematizatis, bene tamen facientes, Theodosio verò, qui peior est omnium, vos ipsos contradidistis, sapienti ea quae sunt Eutychem, qui circa Valentini & Apollinaris contra orthodoxam fidem habet zelum vesaniam, sanctissimas quidem conturbat ecclesias, ciuitatibusque verò subuerfionis importabilis & vexationis existit occasio: sed etiam vobis factus est nefandorum & iniquarum causarum princeps. Et impietatis quidem suae delictorumque poenas dignissimas dabit omnium Domino & saluatori Christo, aduersus quem rei excitates originem, non eum patitur sacra potestas, sine supplicio finire ea, quae in eius fide blasphemiam, & in sanctas ecclesias, & in sanctos viros miserandè peremptos, nefandè commissi sunt. Nostra quidem tranquillitas nihil tale fieri contra monachos imperauit, sed ut tantummodo Heliorum sedaretur ciuitas, quatenus decetero quies eius ab omnibus seruetur: Vestra verò procacitas mandatorum contraria monachorum agens, bellum aduersum communem quietem adsumpsit: & multitudinem congregans latronum, & aliorum inique agere solitorum, armaque contra legitime viuentes commouens, causa caedis & deualtationis, aliarumque crudelium rerum, prouinciae habitatoribus fuit. Vnde mota quidem maiestas nostra, ut indignaretur rerum talium commissio, quibus, in ista clementia superata est, ut quatenus caedis & incendiorum replicet: etiam aduersus vos iustum esset, ut nostra indignatio proueniret, relinquentes quidem monasteria, quibus vos semper obseruare mandata precipiunt: praesumetes autè & illa, quae ultimo supplicio digna consistant. Quia verò etiam docere potius quam discere praesumitis, diuina nescientes eloquia, aperte praecipientia, quae non est discipulus super magistrum suum. Quas doctrinas saluatoris animarum nostrarum, aut sanctissimorum apostolorum & patrum secuti estis? Non enim, licet proprias sequentes impietates, dicere praesumitis, quia per cedè aliaque delicta, quae vos egistis, sanctorum eruditio praecedebat. Proinde duas naturas audientes, perturbatas vestras animas fuisse docuistis, veluti quadam nouitate auribus vestris illata. Quapropter scitote, quia vobis quidem harum rerum examinationem facere non congruit, dum subtilitate huius rei intelligere nequitis. Nos autem patrum suscipientes doctrinas, naturam intelligimus veritatem. Hoc enim quod sapimus, simul & dicimus: quia Dominus noster Iesus Christus, Deus verè & homo verè est idem. Sicut & sanctissimus apostolus Paulus veram naturam intelligens, in epistola ad Galatas clarè

docet, ita dicens: Sed tunc quidem nescientes seruiistis eis, qui natura non sunt dii, hoc est, ignorantes verè Deum, eis qui verè non sunt dii. Ex his palam significans, quia natura veritas est. Sed dicitis, quia de naturis in fidei symbolo nihil continetur, à trecentis decem & octo patribus sanctis exposito. Non enim quaedam ob hoc tunc quaestio mota, neque nunc aliqua nouitas aduersus eam fidem excogitata est, sed sanctorum patrum, qui in orthodoxa fide claruerunt, firmata praeccepta sunt. Vos ergo qui dicitis, non oportet naturarum rationes exquiri, vos hoc facere comperimini, aperte in supplicationibus à vobis directis, naturarum memoriam facientes, atque dicentes: Quomodo pariet virgo, & manet virgo? Et quomodo generat per naturam eum, qui super naturam est? Quomodo autem factus est, quomodo separari potest? Factum verò est, non natura mutatum, neque diuinitate conuersum. Videte siquidem, quomodo natura vbi què memoria facitis, qui propter ipsum nomen naturae turbamini. Et vndique vobis ipsis calumniandi ea, quae à sancta synodo, pro fide vera firmata sunt, occasione exquiritis, etiam in hac parte peccantes, quia mentientes adferitis, eod quod diffinitum sit dici debere duos filios, & duos Christos, quod ita non est. Nos enim hoc abdicantes, anathematizamus eos, qui hoc scripserunt aut dixerunt, aut dicere forte praesumunt. Nostra namque tranquillitas symbolum trecentorum decem & octo patrum tempore iam praecedente secuta est, & in futuro: credo Dominum nostrum saluatorem Iesum Christum, ex spiritu sancto & Maria virgine, dei genitrice natum, atque profiteor. Orthodoxam namque fidem sicut accepimus, seruare in perpetuum festinamus. Quemadmodum etiam sancta synodus nuper in Chalcedonensium ciuitate celebrata, credens docet, symbolumque confirmans, & consona sapiens ipsis sanctis patribus Ephesioque concilio, cuius Celestinus & Cyrillus reuerenda memoria praefules fuerunt, errore Nestorij condemnantes. Igitur nostra clementia nulli penitus necessitate praecipit imponi, quatenus aut subscribat, aut consentiat, si noluerit. Non enim terrore aut violentia aliquos volumus ad viam trahere veritatis. Diuerso autem vos super ea, quae dudum praesumpistis gladijs, aliaque crudelitatibus, insuper & iniurijs & tormentis in mulieribus honestis & nobilibus perpetratis, etiam necessitate plurimis non dubitastis inferre, ut consentirent quidem pueris doctrinis, & cum clamoribus atque subscriptionibus anathematizarent eandem sanctam synodum, & sanctissimum patriarcham sedis apostolice maxime romae Leonem, & sanctissimos patres, pro quibus aulibus necessarè reddiduri estis omnium Deo & Domino rationem, in cuius iniuriam, si dici fas est, talia facere praesumpistis, opprobrii & irrisio scelestis paganis & haereticis iustissime constituti, quibus estis

quas poenas in haereticos constituerit idem Martinus, vide sub finem synodi Chalcedonensis, pag. 216.

exemplum confusionis effecti. Quia verò & Samaritas accusastis, tanquam ipsi aduersus sanctas ecclesias crudelia & nefanda commiserint, & cædis partem & alia simul incôgrua fuerint meditati: cognoscite quia sancti uim, ut iniquitatis subtilissima subsecuta, per uirum spectabilem Comitem Dorotheum ea quidem, quæ direpta sunt, sanctis Dei ecclesijs, & eis qui perdiderunt, restituantur. Illi autem, qui harum rerum inueniuntur auctores, legitime ultioni subiaceat: nihilq; uobis in eorum defensione comune sit, quos oportet agnoscentes, quomodo credat nostra potentia, & à nostra pietate pariter inuitatos, à sancta & orthodoxa fide nullatenus deuiare, sed obseruare potius monasterijs, & ad profectum meliorem orationibus vacare: & cõsona paternis mandatis semper efficere, nullamq; turbam omnino celebrare. Sed neque his, quæ ad perditionem animarum à prauis doctoribus proferuntur, incaute consentietes, ab orthodoxa fide & DEI vos separetis ecclesijs. Collectas uerò canonibus contrarias nequaquam facere præsumatis, scientes ea, quæ dudum sancita sunt à diuæ memoriæ priorum temporum principibus, qui sanctam catholicamq; religionem corroborantes, maximis supplicijs extraneas collectas præsumentes facere subditis sanxerunt. Nos autem priorum uos penitentiam habere credentes, clementiam nullatenus denegauimus, multis utique precibus utere sanctissimo Iuuenale, p quas nos exorauit hæc ad uos scripta transmitti. Agnoscentes autem diuersorum precibus, quia à militibus custodire iussis Heliorum ciuitatem, multitudine caballorum atque uirorum uestra monasteria conturbantur, etiam in hoc indignati, Dorotheum uirum spectabilem Comitem ab hac ea molestia liberare sancti uim, licet nec antea iniuriam fieri monasterijs, aut uestra refugia sustinere præciperemus angustias.

Hereticorum
cõuenticula
non ferèda.

¶ Aelia Pulcheria sacratissima & piissima, pp. Augg. Archimandritus & reliquis monachis in Heliæ & circa eam habitantibus.

PReces equidem, quas ad nostram dixistis pietate, indicium uestri erroris ostendunt. Sacratissimus autem & mansuetissimus Imperator, nostram tranquillitatis coniunx, & nostra serenitas pietatem omnibus rebus præponere iudicauimus, & clementiam insitam nobis amplectimur. Quæ autem eius pietas, uestras supplicationes agnoscentes, uobis scripserit, literæ diuinitatis eius ostendunt, quas uobis multis precibus Iuuenalis sanctissimi episcopi, eius exorata tranquillitas destinauit. Nostra uerò serenitas culpam equidem ea, quæ dudum à uobis aduersus venerabilem religionem communemq; disciplinam præsumpta sunt, agentibus illa, quæ uidetur præceptionibus monachorum ualde contraria. Monet autem diuinis syllabis, ut licet tardè,

TOM. 2.

tamen ad meliora respicientes, omnem uestrarum animarum abijciatis errorem, & ueritatem fidei cognoscatis, quam à progenitoribus suscipiens nostra pietas, tempore uniuerso conseruat, sicut etiam tradiderunt sanctæ memoriæ trecenti decem & octo uenerabiles patres, sine contradictione credēs, & Nestorij impietate expulsa ab Ephesino sancto concilio, cui Celestinus & Cyrillus reuerendæ memoriæ præsidebant, tanquam inimicam Dei iustissimè respuit Eutychnis resultationem contra rectam doctrinam: & qui Valentini & Apollinaris aduersus fidem orthodoxam dogmatibus eruditus, religionem ueram studuit conturbare, odio necessariè simul habet: sequitur autem sanctum conciliū, quod nuper Chalcedonæ congregatum est, quando interpretatione cõsona, trecentorum decem & octo patrum symbolū cõfirmauit, & credit omni nostrum & saluatore Iesum Christū ex spiritu sancto & Maria uirgine natū, erudita intelligere naturam esse ueritatem, & Dñm nostrū Iesum Christum deum uerè & hominem, uerè eundem. Sic enim & sanctissimus Paulus apostolus docet in epistola ad Galatas, his uerbis loquens: Sed tunc quidem nescientes Deum, seruistis natura non existētibus dijs: hoc est, nescientes eum, qui uerè Deus est, his qui uerè dii nō sunt, seruistis. His itaq; uerbis clarè nos docet naturam dicere ueritatem. Frustrā uerò uestras animas falsa percussit opinio, quia sancta Chalcedonensis synodus congregata docuerit, aut tranquillitas nostra crediderit duos filios, aut duos Christos per duas naturas intelligendos: sed non ita ueritas habet. Nos enim abdicantes hoc, anathematizamus eos, qui hoc dixerunt, aut scripserunt, aut dicere forte præsumunt. Nostra namq; potestas unum eundemq; filium Iesum Christum Deum perfectū, & hominē perfectū, eundem nullo modo diuisum, saluatorem Christum confiteor, semperq; in ea fide optamus inconcusse persistere. Agnoscentes igitur simplicitatem ueritatemq; nostræ fidei, quam custodire studemus secundum sanctorum patrum uerā traditionem, scientes etiam orthodoxam fidem & clementissimam intentionem tranquillissimi rerū Dñi & pietatis meæ iugalis, & rebus ipsis credentes, per quas solum pietatem respiciens, eos qui sic peccare præsumpserunt, digna castigari ultione præcipiet, in futuro tempore honore, nostrisq; beneficijs cumulari sperantes, deceterò cunctā dubitationē ab animabus uestris auferte, & in uestris monasterijs perdurantes, & solitaria uita reuenter aduētes, à recta fide & unitate ecclesiarū uos nolite se iungere, nè (quod nō sperat nostra clementia) tanquam ueritatis impugnatoribus, nomē adscribat hereseos. Scitote siquidem, quæ tranquillitas eorum, diuinis literis ad Dorotheū uestrum comitem destinatis, iussit subtilissimā inquisitionem fieri de subreptione rerū, quæ à Samaritis dicitur esse præsumpta, quæcumq; diuina mon-

Galat. 4.

Matth. 26.

stratur, à sanctissimis ecclesijs, & quæ eas perdidit, ab eis reddi sancti uim, utq; raptarū rerū auctores pœnas debeant legitimas sustinere. Monasteria uerò & habitacula uestra, impunitate militum, eiusdem uiri sollicitudine, libera & sine molestia conseruari præcipit. Credit enim nobiscum eius tranquillitas, quæ per hanc prouidentiam atque exhortationem, & priorum uos actuum penitebit, ut catholica Ecclesiæ concordia fidei possitis uniri in pace & unanimitate, orthodoxa religio seruata. Et alia manu, Deus uos custodiat multis annis reuerendissimam.

Rescriptum synodicarum literarū Iuuenalis sanctissimi episcopi Hierosolymorum, ad reuerendos presbyteros & archimandritas, & reliquos monachos Palestine, quibus sub eius diecesis constitutus.

Cum summus & primus apostolorum Petrus dixisset, Tu es Christus filius DEI uiui, Dominus intulit, dicens: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Super hanc confessionem roborata est Ecclesia Dei, & fide, quæ nobis sancti tradiderunt apostoli, hanc Ecclesia custodiuit & custodiet usque ad finem mundi. Quæ & sancti quoque, magnumque & uniuersale concilium Nicenum trecentorum decem & octo sanctorum patrum exposuit, quamque sanctum quoque magnumque & uniuersale concilium nuper congregatum Chalcedonæ secutum est: huic neque adijci, neque subtrahi potest. Calumniatores autem & transgressores mandatum dei, quod præcipit, Non falsum testimonium dices aduersus proximum tuum, conuenienter auerfari. Nam si rex David propheta dicebat: Eum, qui derogabat occultè aduersus proximum suum, hunc persequer: superbo oculo & auaro corde, cum eo non edebat cibum: quanto magis nos debemus auerfari eos, qui falsum testimonium dicunt aduersus tantos sanctissimos patres, magis autem aduersus cunctum terrarum orbem? Uestra itaque reuerentia fidem, quam suscepit, teneat. Gratia enim Christi hæc & apostolis data, & à patribus est sanctis exposta, hæc etiam nunc ualeat, & usque ad finem mundi uigebit. Quomodo Galatis scribēs, dicebat Apostolus: Si quis uobis euangelizauerit præter quod accepistis, anathema sit. Deus autem etiam errantes suæ coniungat Ecclesiæ, qui per prophetam dicit: uiuo ego, dicit Dominus, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Iuuenalis Episcopus Hierosolymorum, in domino ualere uos opto. Ireneus Episcopus Casareæ, in Dño ualere uos opto. Paulus episcopus Parali, in Domino ualere uos opto. Et cõsequenter trium Palæstinarum episcopi subscripserunt.

Exod. 20.

Psal. 110.

Galat. 1.

Ezech. 38. & 33.

¶ Incipiunt epistolæ diuæ memoriæ Leonis

TOM. 2.

Impatoris ad diuersos metropolitanos episcopos totius Orientis & Occidentis, de statuto Chalcedonensis concilij, & de Timothei parricidæ nefandissima præsumptione: simul & rescriptum omnium sanctissimorum episcoporum ad eundem principem, quod memoratus Augustus postmodum in Sicilia uoluit memorari.

Post terminum in Chalcedona gestorum, & allocutione facta à piissimis Imperatoribus Martino & Pulcheria, necnon & Iuuenale sanctissimo episcopo, ad monachos qui Hierosolymam conturbabant, quorum exemplaria sunt præposita, quidam in stultitiam peruenerunt, ut ita piam sacerdotum multorumque uirorum hanc synodum atque sententiā non dubitarent accusationi subijcere, & dogmatum repugnantium sanctionibus, quæ Nicæa à sanctis patribus statuta sunt, matrem uocare. Erat itaque qui talia diuulgabat, & diffinitiones omnium molestè ferebat, Alexandrinæ populæ ciuitatis, naturaliter ad iras immensasque turbas acutus, & multitudo simul Palæstinæ, quæ non cum subtilitate dogmatum, monachicæ elegerat uitam, & quicumque alij diuersis modis cum illis, circa reuerentiam fidei claudicabant. Martino autem sacratissimæ memoriæ, qui Chalcedonæ conuentum collegit episcoporum, religiofa uita in imperio terminata, ad Leonem quidem Christianissimum, Dei uoluntate imperialis principatus gubernacula transierunt. Illi autem, qui uniuersalem synodum respuebant, credentes se habere licentiā agendi quæ uellent, turbam repente cogitauerunt uias. Et alij quidem uenientes ad Constantini regiam ciuitatem, infringi imperiali iussione ea, quæ Chalcedonæ bene sunt statuta, poscebant: multi uerò Alexandrinæ populæ ciuitatis Proterij, qui tunc gubernabat ecclesias, iracundè & odiosè ferebant, culpantes eum, quia Diofcori pridem sacerdotis, adiudicato quidem illo & dignitate p̄iecto, & extra terminos degere condemnato, ipse pontificatum eius sedis acceperat: propter hæc itaque contra eum omnes populi impetu uesano irratiõnabiliter utentes, comprehenderunt quidam eum refugientem ad septa sacri baptismatis, crudeli uerò & feroci morte perimētes eum, quendam Timotheū, pro eo sine iudicio in eius constituerunt sedem, nulli Ecclesiasticæ legis ordinem obseruantes, honoratū quidem presbyterij dignitate, sed qui p̄batus fuerat communis fidei nequaquam cõsentire decretis, & propter eam sententiā Proterij ab Ecclesia uidebat expulsi. Hæc igitur sic inordinatā & indispositā nõ ferentes iniuriā sacerdotis, qui in Aegypto rectè sapiebāt, ad Imperatoris auxiliū, quod solum relictū fuerat, cõcurrerunt, & supplicationes porrigētes, patrum uenerabiles sanctiões cõculcatas ab Alexandrinis indisciplinatioibus debere nõ despici, supplicabāt. Cõtigit autem, ut eodē tempore Imperatorē adiret etiam quæ

Vide Nicepho. Eccl. Histor. lib. 15. cap. 16.

Proterius episcopus inmanissimè trucidatus.

T 4 synodi

synodi dogmatibus derogarent, & non eam habere recte, scripta accusatiōe quereretur. Has autē preces utriusq; rei suscipiens fidelissimus imperator, & gubernat⁹ à Christo, velocē simul & irreprehensibilē examinationē causā huius effecit. Et colligere quidem rursus ex omī terra sacerdotes abnuit, tanq̄ laboriosum & tumultuosum: & quod nō medio cre vexationē ecclesijs potuisset adferre: sed literas ad vniuersūsq; provinciarū ciuitatisq; pontifices scribens, & in his, quæ fuerant ei ab vtraq; parte ablata, cōiungens, singulos voluntatē propriam rescribere apertē precepit, vtrum ea quæ apud Chalcedonam synodicē definita sunt, eis placerēt, & Timotheo.

Nicephorus scribit lib. 15. cap. 16. supra mille fuisse hos episcopos.

Hæ literæ Imperatoris vocatur ab alijs circulares,

EXEMPLAR epistolæ Leonis Imperatoris præmi ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum. Hoc modo scriptum est & alijs metropolitanis episcopis.

EDITIO I.

Imperator Cæsar Leo piissimus victor, & triumphator maximus, semper Augustus, Anatolio regiē ciuitatis episcopo. Votū quidē meæ pietatis fuit, vniuersas orthodoxorū sanctas ecclesias, necnō & ciuitates sub Romano imperio constitutas, maxima frui quiete, nihilq; cōtingere, quod possit earū statum, tranquillitatemq; turbare. Qualia verō in Alexandrinorū ciuitate nup̄ euenerint, iam quidē nō esse tuā credimus sanctitatē. Vt tamen perfectiūs cuncta cognoscas, quæ causā tanti tumultūs confusionsq; fuerit, exemplaria precū, quas reuerēdissimi episcopi & clerici à prædicta ciuitate & Aegyptiaca diocesi ad regiā Cōstantinopolim venientes, contra Timotheum meę clementiæ porrexerūt, necnō & exemplaria precū, quas hi q; in sacratissimū nostrum expeditum pro Timotheo ab Alexandrina ciuitate venientes, obtulerūt nostrę tranquillitati, tuę sanctitati direxim⁹, quatenus quod actū est de prædicto Timotheo, quæ Alexandrinorū populus, & honorati & curiales, & naucleri episcopi sibi petunt, alijsq; negocijs, quæ ipsarū precū cōtinet text⁹: ad hæc autem & de Chalcedonensi concilio, cui nullo modo cōsentiūt, clarē possit agnoscere. Tua siquidem reuerentia omēs orthodoxos episcopos, qui in præsentia in hac vrbe regia cōmorantur, necnō & reuerēdissimos clericos ad se repentē faciat cōuenire, & diligenter omnia pertractantes atque discutientes, quoniam Alexandrinorū ciuitas perturbata est, pro cuius disciplina & quiete maxima sollicitudo nobis existit, aut de prædicto Timotheo, aut de Chalcedonensi concilio, quid in commune sapitis, sinē quolibet humano terrore, & absq; gratia cuiuscunque vel odio, solummodō omnipotentis Dei timorem vestris oculis proponentes, (quoniam sicut nōstis, de tali causā intemeratā diuinitati rationem eritis sinē dubio reddituri) cum omī celeritate meā facite cognoscere pietatem, vt ex omnib⁹ vestris literis hæc integre cognoscetes, formam congruam dare possimus, quatenus Aegyptiaca diocesis

thei pontificatū tāquā incompetētē factū reprehenderent: An illum quidē susciperēt, & inter sacerdotes haberēt, & quæ verō synodi erant, nequaquā confiterentur aut saperent. Et hæc quidem in scriptis piissimē & clementissimē cōstituitis, proprijs literis imperauit. Illi verō sacerdotes voluntatē suam singulatim, vt eis placere videbatur, Imperatori, & magnæ Cōstantinopolis præfuli epistolis proprijs indicauerunt. Quæ epistolæ omnes cum integritate veraci ipsi sermonibus in græco positæ, & in latinitatē translatae per dispositionē libri huius propter legentium veram noticiam, consequenter, & sicut ordo habet, penduntur.

EPISTOLA LEONIS IMPERATORIS l. ex 18. capite libri xv. Historiæ Ecclesiast. Nicephori.

EDITIO II.

Imperator Cæsar Leo, pi⁹, victor, triumphator, maximus, semper colēdus Augustus, Anatolio episcopo. In vot⁹; quidem pietatis meæ fuit, vt vniuersæ orthodoxæ recteque sentientes & sanctissimæ ecclesię, necnō vrbes sub Imperio Romano omnes, quiete altissima fruerentur, neque quicquam, quod statum illarum & tranquillitatē turbare posset, intercederet. Quid autem nup̄ admodū apud Alexandrinos accidit, sanctitatem tuā iam nō esse credimus. Vt verō plenius de rebus omnibus, & quæ causā tanti tumultūs & cōfusionis extiterit, certior fias, exemplaria precū, quas religio sissimi episcopi & clerici ex Alexandriæ vrbe & diocesi Aegyptia, aduersus Timotheum in vrbe Cōstantinopolitana pietati meæ obtulere atque eidem supplicum libellorum exempla, quos à Timotheo internuncij eius Alexandria aduenientes serenitati nostræ in comitatu nostro dederunt; ad pietatem tuam misim⁹, vt quid actum sit ab eo, quem diximus, Timotheo, quem sibi populus Alexandrinus, & q; ibi magistratus gerunt, ciuesque & naucleri, seu nauium gubernatores, episcopum petunt, & alijs quoquē de rebus, quas supplicationum complectitur contextus: ad hæc de Synodo Chalcedonensi, cui nequaquā assentiuntur, quemadmodū libelli adiuncti ostendūt, clariūs sanctitas tua cognoscere possit. Itaque pietas tua orthodoxos omnes & sanctos episcopos, qui nūc in vrbe hac imperante degūt, & religio sissimos clericos cōfessim ad se cōuocet, & rebus omnibus cum cura & fide tractatis atque deliberatis, quandoquidem hoc tempore Alexandrina ciuitas turbulenta, & status eius tranquillitas que nobis maximē curæ est, nobis sententiam suam de Timotheo ipso, & Concilio Chalcedo-

Hæc ex Nicphoro huc adscriptim ob cōmodiorē versionem.

Imperator ab episcopis vult doceri, quid in religionis negotio statuendū sit.

& Alexandrinorum ciuitas, pro cuius quiete nos præ omnibus cōuenit cogitare, tranquillitate sanctarum ecclesiarum & disciplina & inconcussa pace potiatur.

Huic subiectę sunt & sequentes preces, & directæ vniuersis metropolitanis episcopis. **EPISTOLA AEGYPTIORVM** Episcoporum & cleri Alexandrini ad Leonē Augustū. Piissimō, & Christianissimō, & diuinitus electo victori, triumphatori, semper Augusto Leoni.

Oblatę preces ab vniuersis episcopis vestre Aegyptiacę diocesis & clericis sanctissimę ecclesię vestre maxime ciuitatis Alexandrinæ. A superna gratia modō diuinitus condonatus, iultē nō cessas pro communitate cogitare, post p̄eum cūctorum venerabilis Imperator. Quapropter etiā omnis fortitudo verborum tuus vincitur actibus, quibus diuinitas exoratur: & verba quidem ad hæc eis necessaria non sunt, quibus opera facere nōscuntur indicium. Nuper enim electus à Deo, & purpura exornat⁹, optimū iudicasti propositum tuum magnum ostendere, quem ipse om̄ium creator elegit, benignis inijs largitorem remunerando bonorum, quādō repentē in ipso principio, voce vestra ex scripto procedente piissima ad sanctissimos metropolitanos episcopos, inerūpibilem Ecclesiæ catholicæ crepidinem roborastis, & priorum omniū piissimorumq; principum constituta, pro orthodoxa religione firmastis. Insuper & ea, quæ nup̄ à sanctæ & beatę memorię Martiano principe nostro sancita sunt, consona decernētes, nihil aliud essis mercati, q; pacem omnium & stabilitatē reipublicæ frenātes, linguas eorū, q; aduersus ecclesiā Christianas confurgunt, & blasphemant Deum, aut in eum quocunque modo delinquant. Iniuria nanque Dei manifesta est, hæreticorum abscondentium semetipfos à recta fidelicentia. Quapropter hanc optimē sciēs venerabilis imperator maligni prolem existere, insidiantis quieti sanctarū Christi semper ecclesiarum, earumque immutilatam pacem consistere non sinentes, rectē prouidentiam tuam studuisti mox adhibere ei per omnia resistētē: quod est optimū principum, pro orthodoxa fide pugnantium, & resistentium primitus malis extrinsec⁹ venientibus, & animabus fidelium aduersantibus. Hunc igitur animum te possidente religiosum & tutorem humani generis, tantumque circa Christum studium demonstrantē adimus & nos, importabilia mala passi, licet peccatores, Christi pōtiffices, quæ neque sermonibus sufficimus p̄sentare, nec lugere dignē valeamus. Quemadmodū autē nostra sit gesta calamitas, enarramus. Catholica siquidē intemerata & apostolica fide in Nicea à sanctis tūc trecētis decē & octo patribus posita, & vbi quē firmata, & apud oēs verbum veritatis rectē prædicant

dere omni literis vestris abundē edocti, congruentem & debitam sententiam ferre possimus.

tes habita, quam etiā vnaquæque per tempora orthodoxorum episcoporum, ad permutationem quidem sepius exortarum contra rectam fidem vanarum quæstionum, custodiam verō rectē cōfidentium patrum firmavit atq; roborauit. Simili quoque modo & Chalcedō sanctū & vniuersale cōcilium congregatū dudum sub pio sanctę memorię principe Martiano hac inuiolatā incontaminatāq; seruauit, abscondēs quidem zizanię pestē, à quibusdā rectis sup̄seminatā dogmatib⁹, cōfirmans autē venerabilis Niconę fidei (sicut dixim⁹) symbolū salutare, & singēs inueneribiles terminos sup̄ eū, sicut gratia spiritus sancti dictabat: formamque constituit, per quam omnē adiectionem, omnem inuentionē aduersus cōfessionem rectā penitētis abnegauit. Quapropter & nostro Aegyptio cōcilio necessarē cum archiepiscopo nostro sanctę memorię Proterio, indubitātē ei cōsentiente, & ea sapiētē & vniuersim cū vniuersis totius orbis Christi sacerdotib⁹, & præ omnib⁹ summis sanctis episcopis, id est, Romano Leone, regiæ Cōstantinopolis Anatolio, & Antiocheno Basilio, & Iuuenali Hierosolymorū, & omnib⁹ orthodoxis episcopis: laborantibus nobis secūdum sanctū apostolum pro euangelicę fidei firmitate, & in Christo sapientibus cum nostris ecclesijs & ciuitatibus, & incommutata pace orthodoxi populi apud nos, & apud Alexandriam consistente, excepto Timotheo, qui semetipsum ab ecclesiæ catholicæ fide disruptit pariter & abscondit, mox post sanctum Chalcedonense Concilium, dum tunc dignitate presbyterij fungeretur, cum quatuor aut quinque solis episcopis & paucis monachis, hæretica Apollinaris & eius similibus secta languentibus, propter quam damnati tunc regulariter à sanctę memorię Proterio, & omni Aegyptiaco concilio, etiā imperiali nutu dignē exiliū sunt experti. nunc Timotheum malignus inuenit arma suę machinationis aptissimā, quem nouimus quidē boni cuiuslibet extorrem, diabolicæ verō mentis solummodō instrumentū opportunum existere. Qui dudum inhians in episcopatū Alexandrię maxime ciuit. sicut rei euentus ostēdit, appetens quod eū oportebat effugisse, si tamē saperet, benē preponens schema, quod vitare se primitus dolosē fingebat, insidiatusq; transitū sanctę memorię principis Martiani, quo migravit ad deū, blasphemis vocibus impudētē aduersus eū insurgēs, & sanctū & vniuersale Chalcedonense conciliū anathematizās inuerecūdē, & vulg⁹ populi seditiosorū & viliū cōgregans, eumq; cōtra sanctas regulas

Timothei Acluri im- pia quædam facinora.

regulas, ecclesiasticam disciplinam, & communem rempublicam legesq; coarctans, irruit in ecclesiam sanctam Dei, habentem pastorem atque doctorem sanctissimum nostrum tunc patrem, archiepiscopumque Proterium, & collectas solitas celebrantem, & orationes fundentem omnium nostrum saluatori Christo pro vestra pietatis imperio, & Christianissimo vestro palatio, congregatis in ipsa ciuitate magnificissimis iudicibus, & curia, & plebe fidei, omniq; clero simul & monachis. Hoc itaque malo procedente, & vix adhuc facta die, dum in episcopio secundum consuetudinem degeret. Deo amabilis Proterius, adsumens secum Timotheus iuste condemnatos duos episcopos, & clericos similiter (sicut diximus) in exilio fuerant habitare damnati, tanquam manus impositionem suscepturus a duobus, nullo penitus orthodoxorum episcoporum ex diocesi Aegyptiaca presente, ut moris est in talibus Alexandrinorum episcoporum ordinationibus interesse, ut credit, adeptus est pontificatus sedem, adulterium aperte presumens in ecclesia, proprium sponsum habente, & agentem in ea diuina mysteria, & sedem propriam regulariter exornantem. Iste optimus odibilem Deo & vniuersi periculo differrit non linens actionem, cum rabie quadam inconueniabili repetit semetipsum in thronizauit, legem & ordinem ecclesiasticum, irrationabilem iram populi permixti esse considerens, & neque regulas patrum, non legem imperialem, aut sanctiones ecclesiasticas, non ordinem, non potestatem imperialem, non iudicalem seueritatem mente percipiens, mox ordinationes effecit episcoporum simul & clericorum, episcopus sine impositione manus existens. Sed neq; priorem habens presbyteratus ordinem, baptisma fecit: & omnes operationes, quae ei nullatenus agere competeabant, exercuit. His ita audacter & nefandè per eum quotidie procedentibus, post aliquot dies dum alibi degeret, magnificè & gloriosissimus dux Dionysius ciuitati adfuit laboranti, & egit quatenus pestifer ecclesiae crudelissimus tyrannus, etiam ab ipsa ciuitate recederet. Quo facto, ecclesiae & ciuitati communem utilitatem consuluit. Sic ergo decursis paucis diebus, dum commotio & irrationabilis ira pro Timotheo meditaretur ab aliquibus contra sanctae memoriae Proterium, nihil aliud erat quod faceret ille beatae memoriae, quam ut locum daret irae, secundum quod scriptum est, ut ad sacrum baptisterium se conferret, inuasionem fugiens contra sua concurrentium necem: In quo scilicet loco, & barbaris & cunctis ferocibus hominibus timor fuit, etiam nefcietibus loci culturam, & exinde gratiam emanantem. Tamè hi verò, qui ab initio intentionem Timothei ad effectum perducere festinabant, neq; in illis intemeratis locis eum saluari volentes, neque

TOM. 2.

cultum loci metuentes, nec tempus, cum esset salutaris Paschae festiuitas, nec ipsum sacerdotium pauferentes, quod est mediatio Dei & hominum: percusserunt inculpabilem virum, eumque crudeliter occiderunt, etiam cum alijs sex, & circumducentes eius ubique cadauer vulneratum, crudeliterq; trahentes per omnia penè ciuitatis loca, insensibile corpus plagis sine misericordia verberabant, diuidentes membratim eum, & neq; interiora more catum gustare parcetes illius viri, quae nuper habere se mediatores Dei & hominum putauerunt, tradentesq; reliquum eius corpus igni, etiam dispergebant eius cineres in ventos, ferocitatem bestiarum omnium transcendentem. Horum siquidem omnium auctor fuit & sapiens (si Deo placet) archiepiscopus Timotheus: primò siquidè adulter, postea etiam homicida, penè manibus proprijs hoc nefas efficiens: & propterea condemnandus, quoad agerit, qui iubet malum fieri, in supplicio proximus est. Adiecit etiam his malis sine timore peiora, dum iniquè contra regulas operatur. Haec tenens agit sacra mysteria, qui neq; laicorum communionem habere sanctis canonibus potest: & gubernat quidem auctoritate sua sanctam Alexandrinorum ecclesiam, res autem eius, ut visum fuerit ei, male deuastat, & habentes alimenta pauperes ab ecclesia, eius solatio priuat omnimodis, alijs haec sceleratissimis expendendo. Et aperte quidè episcopos condemnatos quatuor aut quinque, contrarios orthodoxae fidei, sicut diximus, existentes, alios quidem secum habet, alios verò per ciuitates mittit, ut in eis episcopos orthodoxos persequantur: sed & alios ordinare non cessat. Eos autem, qui regulariter consistunt, velut communicatores sancti & vniuersalis concilij, & sanctae memoriae Proterij, anathematizauit, & sic expulit omnem sanctissimum vrbis Alexandriae clerum communicantem similiter generali concilio, & sanctae memoriae Proterio archiepiscopo: sed etiam clericos qui in nostris ecclesijs & a nobis sunt ordinati, omnes velut haereticos, anathematizando verè monstrauit. Orthodoxos verò senes, & sanctae memoriae Theophilum, Alexandrinorum ciuitatis episcopum, & sanctae memoriae Cyrillum, & beatae memoriae Proterium, omnes antiquitatis ordinatorum, & ut diximus, anathematizauit, & a sacerdotio cuncto prohibuit. Addidit autem istis malis etiam hoc, quod ex venerabilibus diptychis abstulit quidè sanctae memoriae Proterij vocabulum: posuit verò suum nomen, & Dioscori ab vniuersali concilio condemnati, cuius nec ordinationes suscepit. Sic vndique velut ebrius esse varia calliditate conuincitur, & per singulas ciuitates & venerabilia monasteria praecipit, ut nullus communionem suscipiat aut ab episcopis aut clericis, qui communicatores sunt aut fuerunt sancti & vniuersalis Chalcedonenis concilij, & memoriae

vener-

venerandae Proterij, nec putet clericos, qui a nobis sunt ordinati. Sed pro illis iubet alios introduci tam quos ipse ordinat, quos alios facere iubet. Hinc igitur cunctas Aegyptiacae diocesis sanctas ecclesias obtinente caligine atque mœnore, eisq; confusione rerum in eis sic existentium cumulatis coactissimus, contemnentes salubritatem propriam, multo itineris labore suscepto, de ciuitatibus nostris exire, & leporibus atq; ranis formidolosiores agere vitam, propter calumnias à Timotheo eique concordantibus contra nos singulos meditates, & tanquam ad serenissimum & influentabilem portum, id est, ad vestrae tranquillitatis vestigia conuolare, deferentes cōsacerdotes nostros, in quibusdam latentes locis, propter insidias ab his factas, nec valentes nobiscum longa itinera, perperare, expectantesque per nos vestrae pietatis auxilia, & vnam eademque nobiscum simul cum Alexandrinis omnibus clericis habentes fidem. Quia verò sic aperta sunt, quae quotidiè à Timotheo praesumuntur, ut neq; conuictionibus aut laboribus egeant ad probandum, quando eius superbia manifestata est, & contra regulas patrum & contra sanctiones ecclesiarum, contraque ipsam rempublicam, contra omne cingulum & potestatem: praesumimus autem dicere aperte, etiam contra vestrae pietatis imperium, supplicamus & deprecamur vestram Christianissimam potestatem, ut orthodoxam & intemeratam fidem & integrè ubique seruatam, & indubitabiliter consistentem, nulloque nostrorum circa eam discrepante, sed, sicut diximus, concordantibus nobis, cum omnibus totius orbis sacerdotibus, non patiamini tyrannidem rectitudinè fidei sustinere, sed vindicare potius sanctas patrum regulas & ordinem ecclesiasticum, ciuilemque disciplinam, & sanctorum magnorumque conciliorum, diuersis temporibus pro orthodoxae fidei vigore celebratorum iniuriam: & scribere dignamini sanctissimo Romanae ciuitatis archiepiscopo, quatenus haec ei à vestra tranquillitate nota fiant: necnò & Antiocheno, & Hierosolymitano, & Thessalonicensi vrbis episcopo, & Ephesio, alijsque quibus visum vestrae fuerit potestati, (Nam archiepiscopo huius regiae ciuitatis Anatolio declarata est nostris libellis huiusmodi causa) ut eorum sanctitas certissime cognoscens, mala quae prouenerunt contra orthodoxorum ecclesias & episcopos pro Timotheo, vestrae pietati renunciet, quid in tantis malefactis sanctorum patrum regulis sit decretum. Et tunc sanciat quidè vestra potestata, ut quae ita vastauit ecclesiasticas sanctiones, ab Alexandrinorum ecclesia sancta recedat, cui praesederat tyrannico modo, & non legitima dispositione tentauit atq; perfecit, tantarumque praesumptionum peccata subiacet. Dein de iubeat, sicut sancti patrum regulae praecipunt, & antiqua consuetudo tradit, Aegyptiacae diocesis omnem synodum

TOM. 2.

orthodoxam & communicatricem totius orbis episcoporum, quempiam sanctae vitae eligere dignum sacerdotio virum, & communicatorem vniuersalis concilij, & vestrae pariter pietatis, & qui sedi sancti Marci euangelistae irreprehensibilis esse videatur, quiq; possit vita Alexandrinorum populum in sanitate atq; iustitia gubernare, nosque valeat velut propria membra defendere, & sit ad satisfaciendum idoneus verbo simul & doctrina, secundum Apostolum, ut possit erudire re-sultantes, & ad veritatem cum satisfactione reducere. Si verò, quod non credimus, postquam secuta fuerint haec, quae poposcimus supplicantes, opus fuerit etiam synodo, non pro causa fidei, quia (sicut praediximus) nullo modo dubitamus, sed propter Timothei notitates & vanitates, & nefandos actus: neq; hoc enitamus, neq; segnes ad hoc erimus, sed potius confidentes accedimus: quia ipsa nostra iustitia defensionem nobis apporstat, quando nobis nullum sermonem facientibus pro redargutione vel probatione eorum, ipsa quae ab illis iam contra sanctas regulas prae comissa sunt, & haec tenens perpetrantur, penè vocem suam aduersus eos emittunt, nec occultari possunt. Cumque ipse cum suis instaret usque ad praesens, impudenterque derogeret & anathematizet summos archiepiscopos, id est, Romanum Leonem, & Constantinopolitanum Anatolium, & Basilium Antiochenum, cunctumque Chalcedonenae concilium, omnesque totius orbis episcopos, & vndique orthodoxos clericos simul & laicos: hinc itaque vestra tranquillitate suppliciter exoramus, quatenus dum petitiones nostrae perueniant ad effectum, sancire iubeatis vestrae syllabis pietatis, Timotheum ab apposita vesania prohiberi: ut nec ordinationes aliquas tanquam episcoporum faciat episcoporum, seu clericorum, aut quorumlibet aliorum, neque collectas debeat celebrare, aut quodlibet aliud episcopi opus efficere, vel contra nostras ciuitates aut ecclesias, aut aduersus nos aliquid temere vel innouare, quando absolute contrarius apparuit & concilio, & catholicae simul Ecclesiae: sed neque ut res Alexandrinae ecclesiae, ut visum ei fuerit, dispergat, ne sicut male putat, per pecunias suae utilitati prospiciat: sed ut concilio senioris cleri Alexandrinae ciuitatis, praeter eos scilicet, qui ab ipso nunc sine iudicio, & contra regulas ordinati sunt, constituat, qui etiam dudum iudicium diligentiae sanctorumque Ecclesiae temporibus patrum praecedentium praebuerunt: quatenus & prouidere rebus ecclesiae, & custodire eius redditus possit Domino, haec forma à vestra pietate proferatur. Clericos verò vniuersos, honore dignos, & in reuerentia senescentes, qui ab eo sunt, sicut iam diximus, expulsi, sanciri praecipite sine calumnia ad suas ecclesias, in pace celebrantes, pro vestra pietate solennes orationes, cum quiete seruari, vrbemque pariter & in sanctas ecclesias constitutas, ad Christi gloriam

for. incom-
prehensibiliNota hereticorum
audacia & im-
pudentiam.

Rom. 12.

Crudelissimi
ma Proterij
caedes.

Rom. 1.

Tit. 1.

gloriam, & salutem, & perpetuitatem vestrae Christianissimae pietatis: literas dirigentes pro his, quae poscimus, ad magnificentissimum Dionysium ducem, necnon & ad singularum puinciarum iudices: quatenus ea, quae vestra mansuetudine sunt sancita, & seruentur, & effectui contradantur.

Nestor episcopus ciuitatis Flagonitorum, his precibus subscripsi. Athanasius episcopus Toicenae ciuitatis, similiter. Plusaminon episcopus Nicotorum ciuitatis, similiter. Theonas episcopus Vantenae ciuitatis, similiter. Pemen episcopus Elefnatis, similiter. Athanasius episcopus Thoitou, similiter. Apollo episcopus Antithorum, similiter. Harpocras episcopus Gaeorum, similiter. Paulus episcopus Thineos, similiter. Isaias episcopus ciuitatis Naucratenus, similiter. Isaac episcopus Thineos, similiter. Petrus episcopus Scinorum Mandrorum, similiter. Maurion episcopus Cotenopolitanus, similiter. Maximus episcopus Gazulenus, similiter. Ammonius presb. Alexandrinus & oeconomus, similiter. Timotheus presbyter & oeconomus eiusdem ecclesiae, similiter. Aaron presbyter, Macarius presbyter, similiter. Theodorius diaconus, Proterius diaconus similiter.

Epistola Episcoporum Aegyptiacae diocesis, ad archiepiscopum Anatolium Constantinopolitanum.

SANCTISSIMO & DEO AMANTISSIMO ARCHIEPISCOPO CONSTANTINOPOLITANA & CATHOLICAE ECCLESIAE ANATOLIO, EPISCOPI AEGYPTIACAE DIOCESES. Sicut paterni pontificatus & successionis gubernacula retines, sic & illorum integritate imitaris zelum, & omnes quidem diuersis temporibus saeuientes exasperatos contra sacras regulas, & sanctam intereratamque fidem, & haereticos operarios, a sancta & venerabili ecclesia remouisti, liberamque eam omni discordia & haeretico sensu monstrasti: quod etiam nunc credimus & a tua sanctitate fieri, & ab alijs sanctissimis archiepiscopis, qui eiusdem honoris sortiti sunt sedem, magis autem ab omnibus sanctissimis totius orbis archiepiscopis contra Timotheum: qui Alexandrinae ecclesiae pontificalem sedem sibi tyrannico abripuit modo, & contra eos, qui tantae uesaniae cooperatores existunt, eo quod commune sit omnibus Christiani potestibus, bellum aduersus eos adsumere. Iam itaque preces offerentes pijsimo & Christianissimo nostro principi, licet non omnia, quae praesumpta sunt, ualere edicere propter multitudinem iniquitatum ab eo factarum, contra sacras venerabilesque regulas, & aduersus ipsam rempublicam. Veruntamen ut uirtutis nostrae uere humilitatis fuit, haec, tanquam in tabula depingentes, eius pietati narrauimus, poscentes auxilium praebere sanctis ecclesijs in Aegypto constitutis, & correctionem uitijs, quae commissa sunt, ad-

hiberi. Nihilominus autem & tuam sanctitatem adimus per hos libellos & denno suggerimus, quod, narrantes ore proprio dudum effecimus, quae quidem praesumpta sunt aduersus sanctas regulas a memorato Timotheo, quae uero etiam contra sanctam immaculatamque fidem commissa sunt, quemadmodum iura ab eo sint sacerdotij conculcata, & ad quantam derisionem Iudaeis atque gentilibus, & alijs, qui non recte circa orthodoxam Ecclesiam catholicamque consistunt, Christianorum sacramenta perduxerit: & quemadmodum ipsam rempublicam in peiorem statum mutauerit, qui sanctissimas quidem ecclesias in Aegypto positas, earumque orthodoxos pastores, & cum disciplina Christi ouilia gubernantes, expulit ab ecclesijs cum sacerdotibus suis: uenerabilia uero monasteria, & quae olim fide orthodoxa claruerunt, iuuenum, uirginumque subuertit, ut penes omnes Aegyptiacae ecclesiae, uenae cum monasterijs propter praedictas causas, & persecuciones a Timotheo positas, in calamitate sint posita. Obscure loquentes, ne credamur superflua quaedam dicere ueritati, sermone nostro ponentes ordinem, conamur ut possimus breuiter ea, quae aduersus nos, magis autem, quae aduersus ueritatem sunt facta, depromere. Igitur post turbam, quae nuper facta est sanctis ecclesijs a quibusdam haeticis, qui tunc clerici erant, & sanctissimae Alexandrinorum ecclesiae sedis pontificatum desiderabant, cum in sancta pace consisterent Aegyptiacae & Alexandrinae sanctissimae ecclesiae, & concordarent omnes sancto uniuersali Chalcedonensi concilio, eo quod consonet, nihilque mutatum habeat, neque augmentum, nec imminutionem obtineat a sancto concilio: quod certo tempore in Nicaea ciuitate a trecentis decem & octo sanctissimis episcopis celebratum est, praesumpta sunt, religiosissime pater, contra Alexandrinam sanctissimam ecclesiam, quae nec sermo, nec omne seculum quolibet tempore nouit effecta, sed neque tyrannorum quilibet tale malo sui capitis aliquando tractauit. Quidam enim Timotheus Alexandrinae ecclesiae presbyter, malignitate insignis existens, & sub figmento semper continentem ostendens uitam, & opportunum propriae uoluntatis cognomen habens furoris, illo tempore desiderio detentus in sedis Alexandrinae pontificatu, & hoc non adipiscens, praecipue dum sacerdotio fuisset deiectus sententia synodali Dioscorus, nihil mali reliquit, quo molitus non est contra sanctam ecclesiam, donec desiderium proprium adimpleret. Infidiatu ergo mortem, magis autem transitum ad caelos pijs & beate memoriae imperatoris Martiani, & hunc quasi congruum sibi iudicauit, ut suam perficeret uoluntatem, redimens quosdam monachos negligentes, qui in suburbanis habitare noscuntur, & semet ipsos, sicut & ille, ex quo Chalcedonense san-

Euerga monasteria ab haeticis.

Nefarij conat Timothei Aeluri.

*ulterius

Proterij immanis caedes.

Alexandrinorum rabies.

ctum & uniuersale concilium celebratum est, a comunionem generalis Ecclesiae suspenderit, turbisque; gaudetibus semper adhuc superstitibus sanctae memoriae archiepiscopo nostro Proterio, & solennia atque decencia potestice celebratae mysteria, & collectas sine aliqua seditione faciente nobiscum, & cum omni Alexandrinero clero, & concurrente omni curia ad collectas, quae ab eo celebrabantur pro comunionem salute, p. p. i. i. mo atque; Christianissimo principe nostro, & omni palatio & eius exercitu: misit in ciuitatem, ut turbam atque tumultu facerent, tanquam nouitas quaedam, aut permutatio reipublicae & orthodoxae fidei facta fuerit, in trahitu pie memoriae principis Martiani: tantumque; commouit seditionem, totam ut urbem complens simplicium uirorum & seditionis consentientium, & sine iudicio talium uoluntatibus consonantium, ut etiam nefarij clamores fierent, nullusque; posset liberorū, & mansuetē uiuentium illo die procedere. Deinde alia congregata est multitudo permixta atque redempta, eiusdem Timothei molitione collecta in maiorem Alexandrinae ciuitatis ecclesiam, uenae cum praedictis monachis, & fumens duos episcopos consentientes sibi, & propterea sub indignatione factos Ecclesiae a pontificali sede Alexandrinae ecclesiae, nullamque communionem habentes cum sancta catholicaque; Ecclesia, semetipsum in thronizauit, & quasi archiepiscopum demonstrauit, dum uere catholicus archiepiscopus cum omni clero in episcopio consisteret. Et repente quidem accessit baptismata & ordinationes efficere diaconorum atque presbyterorum, necnon & episcoporum: & alia coepit niti, quae cumque facere competet uero pontifici. Et eos quidem quos ordinauit, distribuit in Alexandrinam sanctas, Aegyptiacasque; ecclesias: praecipiens omnes religiosissimos presbyteros ecclesiarum, atque diaconos a praesessoribus, transitum ad caelos habentibus, ordinatos, id est, a Theophilo, & Cyrillo, & Proterio, ab ecclesijs expelli, nullumque; alterius sacerdotij ministerium habituros. Extendens autem suam uesaniam, & quasi incrementum suae superbiae & concupiscentiae operatur, considerans quia non possit aliter studium suae intentionis efficere, nisi ab humanis rebus auferret, quod etiam fecit, eum qui regulariter iure archiepiscopus, & catholicae pastor fuit ecclesiae, sanctae memoriae Proterium, suadens aliquos, sicut rerum euentus ostendit, homicidas ueros contra insurgere, qui eum orantem in baptisterio peremerunt, & per omnem (ut ita dicamus) urbem trahentes, & uelut in pompa eius reliquias deducetes uindicque uulneratas, & membratim incisas, non respuerunt etiam carnis eius & internorum uiscera sancta gustare, ignique tradentes reliquum eius corpus, uentis etiam cinerem dispersebant, omnem bestiarum transcendentes ferocitatem. Non senectutem, non canos, non pon-

tificatum, mediatorum Dei & hominum, non tempus erubesceret. Commiserunt enim homicidium tempore sancto Pascha; quo etiam daemones saluari passione perterriti conuiescunt. Rursum etiam augmentum malorum efficiens per episcopos, qui cum eo dudum fuerunt, & quasi semetipsum in malis exercens, condemnatos quidem in scripto clericos & episcopos, in communionem suscepit, & ministrare praecipit sanctis & uenerabilibus sacrificijs: sanctum uero & uniuersale concilium Chalcedonense celebratum, quod nec augmentum, nec imminutionem, sicut praediximus, habet a sancta Nicena synodo, anathemati subdidit cum omnibus ei communicantibus: nullumque; religiosorum episcoporum ex Aegypto, aut Alexandrinorum clericorum ei communicantium suscepit, nisi qui illi abrenunciare praesumunt, quod haecenus nemo fidelium fecit. Insuper omnes totius urbis episcopos, eorumque uenerabiles clericos anathematizans, parua siquidem haec esse iudicans, & ad fatietatem haereticae suae uesaniae non posse sufficere, etiam in uenerabili diptycho (in quo pie memoriae transitum ad caelos habentium episcoporum uocabula continentur, quae tempore sanctorum mysteriorum secundum sanctas regulas releguntur) posuit suum nomen & proscori, qui sub damnatione anathematis a DEO & uniuersali concilio esse decretus est, & deleuit exinde sanctae memoriae, & secundum DEVM uiuentis Proterij nomen regulariter archiepiscopi constituti. Et ne polluamus ultra sermone, dum ad singula eius uolumus praesumptiones edicere, usque ad ea quae dicta sunt, linguam praecurrentem refrenantes, aliquo modo reticimus. Nolumus enim recordari, quemadmodum conatus est in sanctissimas Aegyptiacae diocesis ecclesias, in quibus Deo amantissimi & orthodoxi episcopi constituti sunt, haereticos episcopos destinare, & in uenerabilibus monasterijs clericos, & quemadmodum concutiat uirginum monasteria, conturbans eas, & terrorem eis suae tyrannidis imponens, uel ad quantam uesaniam infiliuit, ita ut etiam potesticales sedes, in quibus resedit sanctae memoriae Proterius, postquam fregit eas, igni contraderet, aqua marina uenerabilia sancta quae altaria in sanctis ecclesijs, ubi aedificata sunt atque dicata, diluerit, ne audientes in incredulitatem forte ducantur, aut certe rectae fidei inimici latentur: a quo & alia multa ualde praesumpta sunt, quae narrari sermone non possunt. Quia uero terribilia sunt, & omnem uesaniam ualde transcendunt, quae in talibus sanctissimis temporibus sunt ab eo commissa aduersus sanctam intereratamque fidem, & contra sanctas & uenerabiles regulas, communemque disciplinam: magis autem contra sanctarum ecclesiarum statum, & aduersus ipsam rempublicam eiusque leges haec ferre minime pra-

*Taneos, *Naucratenus.

diptychum quid.

uales, neque permittenda censentes, multam itineris fatigationem, marinaque pericula, & incertam vitam ipsius, nostrarumque ecclesiarum curas secundo loco ponentes: ad hanc regiam venimus civitatem, cōsacerdotes in occulto velut in persecutiōe tyrannica dimittentes, & preces pijsimo & Christianissimo principi, & tuæ sanctitati fundētes, atque poscentes, quatenus misericordiam p̄beatis statui communi, & salutis orthodoxæ plebis, ecclesiarū pariter vnitati: necnō & sanctorum & deo amantissimorū patrū nostrorum laboribus feratis auxilium, qui diuersis temporibus pericula sunt peipessi, multaque contra inimicos habuere certamina: quatenus sancta & intemerata fides, immobilis & intētabilis possit ab omni heretica sapiētia custodiri, nostrisque gemitus synodicis literis sanctissimo Ecclesie Romano p̄ticipi Leōi, necnon & Antiocheno, & Hierosolymitano, atque Thessalonicensi, & Ephesino, deo amatissimis episcopis, vel alijs, quibus fuerit visum, ecclesijs indicetis, (quoniam hoc delictum læsio est communis) vt omnes totius orbis episcopi cognoscentes ea, quæ p̄sumpta sunt à Timotheo, & quia nouitates exercuit contra sanctas regulas, & religionem orthodoxam, literis synodicis pijsimo & Christianissimo principi nostro, vestræque sanctitati secundum venerabiles patrum regulas rescribentes, dignam formā, quæ in hoc placuerit, præbere non differant. Si verò prospexeritis oportere fieri vniuersale conciliū pro salute fidelium populorū, & statu sanctarū ecclesiarum, vt terminus debeat regulariter in his, quæ à Timotheo sunt nefandè commissa, p̄ferri, nē malignis alijs viris occasio perpetrādi similia p̄beat, & hoc fieri deprecamur sanctissime & deo amatissime p̄ticipi. Paulō minùs autem nos transierat etiā hoc ad oburgatiōem eorum, quæ à Timotheo sunt p̄sumpta cōtra sanctæ memoriæ Proterij, declarare. Quod facimus, vt nullam ille possit habere in suis delictis excusatiōis occasiōē, & omnes audientes agnoscant, quia nihil contra eum pro inimicitiarum causa suggestimus. Nam cū post mortē sanctæ memoriæ archiepiscopi nostri Proterij tantā rabiē contra eū & vesaniā demonstrauerit, vt etiā pontificalē sedē, in qua ille sedit, igne cremaret, & de venerabili diptycho eius nomē auferret, & qui ab eo fuerant ordinati, ecclesiasticum & sacerdotale ministeriū celebrare prohiberet, eiusque generis proximos valdè persequeretur: substantiam quoque eius, quam à parētibus habuerat, deuastaret, quomodō manifestus non est, quia eadem contra eum ipse commisit, rebus ipsis voluntatem Timothei valdè pandentibus, & quē admodum esse vesanus apparuit contra memoriam illius, qui beatē defunctus est? Supplicamus igitur, vt nulla subreptiō apud animū gelū vestræ sanctitatis obtineat, per eos qui

for, animū gelū vestræ sanctitatis obtineat, per eos qui TOM. 2.

pro eo sermonē videtur efficere, sed res ipsas inspicite, quia nō solum aduersus viuum infestus existit, sed etiā contra defunctum, & sanctis regulis placitam contra eum formam dare dignemini.

Epistola quorundam episcoporum Aegyptiæ diocesis pro Timotheo nefando archiepiscopo Alexandrinæ ecclesie, ad Leonē imperatorem & Augustum.

Pijsimo & Christianissimo imperatori orthodoxo Leoni, victori, triūphatori, semper Augusto, episcopi & clerici Aegyptiæ diocesis ab archiepiscopo Timotheo aeluro destinati. Scriptū est, Om̄i poscētī rationē esse reddēdā de spe, q̄ in nobis est, atque multo magis pijsimo & Christianissimo principi. Nos itaque sanctissimi & deo amatissimi patris nostri & archiepiscopi Timothei literas tranquillitati vestræ detulimus, gratiarū actione plenissimas, & quod Alexandrinorum magna ciuitas (auspice Deo) sub vestræ pietatis imperio pacem habeat, & cū quiete multa tā ipsa ciuitas quā sanctissimæ ecclesie & venerabilia monasteria gubernantur. Quia verò necessariū visum est, etiā spē nostram & fidem breuiter vestræ mansuetudini declarare: suggerimus, nos trecetorum decē & octo sanctorum patrum, qui in Nicena ciuitate collecti sunt, & per sanctum spiritum sunt locuti, symbolum atque fidem tenere & custodire, & neque augmentum aliquod, nec imminutionem recipere. Ea nanque, quæ à sancto spiritu dicta atque cōscripta sunt, fas nō est aliquo modo retractari, nec augmentum aliquod, nec imminutionem eis inferre, sicut scriptum est: Noli trāspōnere terminos æternos, quos posuerunt patres tui: quando neque interpretatiōe eger prædictorum sanctorum patrum fidei symbolum, cū per se interpretatum sit, & clarè prædicet mysteria pietatis. Hanc ergo fidem firmè & incōcusā atque immobiliter detinemus. Hæc ad satisfactiōem perfectam mansuetudini tuæ suggerimus, & itā credimus tam nos, quā meo amantissimus archiepiscopus noster Timotheus. Hoc autem manifestum tuæ facimus pietati de p̄dicto archiepiscopo nostro Timotheo, quia cōfidens de tua pietate, eidem symbolo trecetorum decem & octo sanctorum patrum, in quo baptizati estis, bonamque confessionem confessi credere, & in eo persistere, & spem salutis habere. Et communicauit tuæ pietati, & confitetur orthodoxum itā sapientem atque credentem, vt etiā collectas & sine sanguine sacrificia celebret pro vestra potentia. Quia verò satisfecimus precepto vestræ tranquillitatis, suppliciter exoramus, vt annuatis precibus nostris, & deo amatissimo & sanctissimo archiepiscopo nostro rescribatis, & nos ad eius sanctitatem p̄tinens dirigatis: speramus enim, quoniam Deus qui tuæ serenitati pium hoc donauit imperium, pacēque in Alexandrina ciuitate dispensare

Epistola ab hereticis scripta in defensionē impij Timothei.

1. Pet. 3.

Prou. 22.

fare

fare dignatus est, vestrū corroborauit amplius principatū, maioremque pacem donauit cuncto terrarum orbi & sanctis ecclesijs. Quia verò vestra pietas imperauit, quemadmodum de synodis sapiamus, nostram sententiā facimus manifestam, quoniam communicat ecclesia synodis in Epheso celebratis. Synodum verò centū quinquaginta nescimus: nouim⁹ autem, quia beati patres nostri & archiepiscopi post cōcilium, atque in Cōstantinopolitana ecclesia cōgregati sunt. Synodū enim Chalcedonensem ecclesia maximæ ciuitatis Alexandrinæ non suscipit.

LECTORIB.

Quibuscunque scriptū est à Leone pijsimo principe, simul cum eius literis sunt adnexæ duæ petitiōes Episcoporum Aegypti, & clericorum Alexandrinæ ciuitatis, & eorum qui ex persona Timothei Aeluri preces similiter obtulerunt, necnon & literę Anatolij Constantinopolitanę ciuitatis archiepiscopi: & sic vbique directę sunt metropolitanis totius orbis episcopis. Quorum etiā omnium epistolæ siue relationes per ordinem sunt cōscriptæ, condemnantium quidem Timotheum Aelurum, tanquā adulterum & homicidam pariter & hæreticum, approbantium verò & concordia confitentium Chalcedonensis sancti concilij, cum trecetorum decem & octo, & centum quinquaginta sanctorum iudicio patrum. Scriptum est autem his, qui subter adnexi sunt:

Leoni, reuerendissimo vr̄bis Romæ pontifici. Anatolio, reuerendissimo Constantinopolitanæ ciuitatis episcopo. Basilio, reuerendissimo episcopo Antiochiæ Syriæ. Iuuenali, reuerendissimo episcopo Hierosolymorum. Epiphano, reuerendissimo episcopo Syrię secundæ. Dorotheo, reuerendissimo episcopo Damasci Phœnicia: Libanisia: Pelagiō, reuerendissimo episcopo Tarsi Ciliciæ primæ. Oresto, reuerendissimo episcopo Anazarbi Ciliciæ secundæ. Stephano, reuerendissimo episcopo Hierapoleos. Iba, reuerendissimo episcopo Edessæ Osroēnæ. Simeoni, reuerendissimo episcopo Amidæ Mesopotamiæ. Antipatro, reuerendissimo episcopo Boltrorum Arabiæ. Basilio, reuerendissimo episcopo Seleucię Isauriæ. Olympio, reuerendissimo episcopo Scythopolæos. Suauino reuerendissimo episcopo Constantiæ Cypri. Iohāni, reuerendissimo episcopo Patrensi. Eustathio, reuerendissimo episcopo Beryti. Iacobo, reuerendissimo monacho Nisibeno. Simeōi, reuerendissimo monacho. Varadato, reuerendissimo monacho. Eunomio, reuerendissimo episcopo Nicomedię. Anastasio, reuerendissimo episcopo Ancyra. Theōctisto, reuerendissimo episcopo Pelli-nūti. Alypio, reuerendissimo episcopo Cæsareæ Capadociæ primæ. Patricio reuerendissimo episcopo Tyanēsi. Charterio, reuerendissimo episcopo Claudiopoleos. Petro, reuerendissimo episcopo Gangrēsi. Seleuco, reuerendissimo episcopo Amasæ. Iohanni, reuerendissimo episcopo Sebastię. Ortio, reuerendissimo

TOM. 2.

ep̄o Molitianēsi. Petro, reuerendissimo ep̄o Cæno. Eleutherio, reuerendissimo ep̄o Chalcedonensi. Iuliano, reuerendissimo ep̄o Tabiæ. Adelphio, reuerendissimo ep̄o Arabiysi. Euthio, reuerendissimo ep̄o Cyzici. Iohanni, reuerendissimo ep̄o Ephesi. Eutherio, reuerendissimo ep̄o Sardeni. Agapito, reuerendissimo ep̄o Rhodi. Critoniano, reuerendissimo ep̄o Aphrodisiadis. Petro, reuerendissimo ep̄o Myrēsi. Pergamio, reuerendissimo ep̄o Antiochiæ Pisiadiæ. *Epifanio, reuerendissimo ep̄o Pergæ. Paladio, reuerendissimo ep̄o Iconij. Nonecio, reuerendissimo ep̄o Lauciæ. Mariniāno, reuerendissimo ep̄o Synnadeni. Amphilochio, reuerendissimo ep̄o Sidæ. Aetherico, reuerendissimo ep̄o Fynirna. Philippo, reuerendissimo ep̄o Hierapoleos. Iohanni, reuerendissimo ep̄o Heracleæ Europæ. Basilio, reuerendissimo ep̄o Traianopolis. Gregorio, reuerendissimo ep̄o Adriano-polis. Valeriano, reuerendissimo ep̄o Martiāopolis. Valentino, reuerendissimo ep̄o Philippopolis. Euxitheo, reuerendissimo ep̄o Thessalonicensi. Petro, reuerendissimo ep̄o Corinthi. Eugenio, reuerendissimo ep̄o Nicopolitano. Martyrio, reuerendissimo ep̄o Cortynensi. Vigilantio, reuerendissimo ep̄o Larissæ. Luca, reuerendissimo ep̄o Dyrrhacheno. Ursicino, reuerendissimo ep̄o Scupēsi. Zosimo, reuerendissimo ep̄o Sardiciæ. Iuliano, reuerendissimo ep̄o Luciano, reuerendissimo ep̄o Byzano. Theotimo, reuerendissimo ep̄o Tomizano. Et ceteris episcopis metropolitanis.

Explicit ordo Episcoporum.

Ex Nicephori Historia Ecclesiast. lib. 15. cap. 19. que idcirco hac adscribimus, vt his ep̄stolis certior constet fides.

Ad hunc modum (puta vt supra habetur in literis Leonis Augusti) Leo ad Anatolium & oēs vbique ep̄scopos scripsit. In eandē sententiā quoque literas dedit ad illustres monachos, & qui vniuersæ sanctitate præclari erāt alios, mores suos ad vniuersā spiritualē dirigēs: inter quos celeberrim⁹ omnium fuit Simeones ille, qui primus stationē super colūmā inuenit, cuius antea etiā meminimus: præterea Varadatus, & Iacobus Nisibenus, quorū etiā Theodorius in Dei amantissimi historia mentionē facit. Porro Leo Romanus ep̄scopus primus, Chalcedonensi Synodo cōprobatus, electionē atque consecrationem Timothei vt illegitimā improbauit, cuius ep̄stolā Leo Imperator Timotheo Aeluro per silentiarū mist. Ceterum Aeluro ad Imperatorē rescripsit, Leonis ep̄stolā resellens, & Chalcedonensem Synodū quāmaximè reprehendens. Ep̄scopi reliqui itidem vt papa fecerūt. Solus Amphilochiū Sidites ad Imperatorem scribens, Timothei quidem consecrationem damnauit, Synodi autem Chalcedonensis Decretum nō recepit. Quæ omnia à Zacharia Rhetore in historiam sunt relata, qui Amphilochi etiam ep̄stolam ei inseruit.

V 2 EPI.

EPISTOLA LEONIS PAPAE
ad Leonem Imperatorem.

Leo Episcopus Leoni Augusto. Literas clementiæ tuæ, plenas virtute fidei & lumen veritatis, veneranter accepi: quibus cuperem etiã in eo, quod præsentiam meam pietas vestra necessariam existimat, obedire, ut maiorem fructum, conspectu vestri splendoris adsequeretur: sed magis id vobis arbitror placitum, quod eligendum ratio demonstravit. Nam cum sancto & spiritali studio in uniuerso mundo pacem Ecclesiæ muniat, nihilq; sit cõuenienti fidei defendendæ, quàm his, quæ per omnia instruente spiritali sancto irreprehensibiliter definita sunt, inhærere, ipsi videbimur benè statuta conuelleret, & auctoritates, quas ecclesia uniuersalis amplexa est, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere: atque ita nullum colligendis ecclesijs modum ponere, sed data licentia rebellandi, dilatare magis q̄ sapere certamina. Vndè, quia post illas ephesinæ synodi impietates, quibus Dioscori scelere fides catholica refutata est, peruersitas Eutychniana suscepta est, nihil ad cõseruationem fidei Christianæ vtilius potuit ordinari, quàm ut prædicti facinus sancta synodus Chalcedonensis aboleret, & tanta illic haberetur cælestis cura doctrinæ, ut nihil in cuiusquam opinione resideret, quod à prædicationibus vel prophetis vel Apostolicis dissonaret, ea scilicet moderatione seruata, ut rebellibus tantum ac pertinacibus ab Ecclesiæ vnitate cictis, nulli correctio venia negaretur. Quid probabilius, quid religiosius poterit pietas vestra decernere, quàm ut quæ non tam humanis, quàm diuinis sunt statuta decretis, nullus ultra sinatur impetere, nè verè digni sint tatum Dei munus amittere, qui de veritate ipsius ausi fuerint dubitare. Cum ergo uniuersalis Ecclesiæ per illi principis petreæ adificationem facta sit petra, & primus apostolorum beatissimus Petrus voce Domini dicentis, audierit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: quis est, nisi aut Antichristus, aut diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem firmitatē, qui in malitia sua inconuertibilis perseuerans, per vasa iræ, suæ apta fallaciæ, falso diligentis nomine, dum veritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare? Atque contemnēda & vitanda meritò sibi incõtinens furor, & impietas cæca præscripsit, ut dū diabolico instinctu in sanctā Alexandrinā sequit ecclesiā, quales essent q̄ Chalcedonensem synodū retractari cupiūt, disceretur, in qua nullo modo accidere potuit, ut à nobis cõtra sanctam Nicenā synodū sentiret, quod hæretici mentiunt, qui se fidē Nicenā cõcilij tenere cõfingūt, in quo sancti & venerabiles patres nostri cõtra Arriū cõgregati, nõ carnē Dñi, sed deitatem filij hominon patri esse firmauerūt: in Chalcedonensi aut cõcilio aduersum Euty-

Matth. 16.

Veritatem

TOM. 2.

chianam definitum est, de substantia virginis matris dominum IESVM CHRISTVM sumpsisse nostri corporis veritatem. Apud Christianissimum igitur principem, & inter Christi prædicatores digno honore nuncrandum, vtor catholice fidei libertate, & ad cõsortium te apostolorum ac prophetarum securè exhortor, ut cõstanter despicias ac repellas eos, qui se Christiano nomine priuare: nec patiaris impios parricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos cõstat fidem velle vacuare. Cum em̄ clementiã tuã Dominus tanta sacramenti sui illuminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere, regiam potestatem tibi nõ solum ad mudi regimē, sed maximè ad ecclesiæ p̄sidium esse collatã, ut ausus nefarios comprimendo, & q̄ benè sunt statuta, defendas, & verã pacem his, quæ sunt turbata, restituas: depellendo scilicet peruafores iuris alieni, & antiquæ fidei fedē Alexandrinæ ecclesiæ reformãdo: ut correctionibus tuis DE Iracundia mitigata, regiæ ciuitati nõ retribuat q̄ admissa sūt, sed remittat. Cõstitue ante oculos cordis tui venerabilis Imperator oēs, qui per totū orbē sunt Domini sacerdotes, p̄ ea tibi fide, in qua totius mundi est redemptio, supplicare: in qua te specialiùs ambiūt, qui apostolicæ fidei sectatores, Alexandrinæ ecclesiæ p̄sederunt: agentes apud pietatē tuã, nè homines hæreticos, & meritò p̄ sua pueritate dānatos, ut sua p̄suasione patiamini, cum sūt impietate erroris adspicias, siue opus perpetrati furoris attendas: nõ solum ad sacerdotij honorē admitti nequeat, sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscondi. Nã (quod exorata pietatis v̄q; venia dixerim) quodã cõtagio splendore vestre serenitatis offuscant, cum sacrilegi parricidæ id audeat petere, quod nec innocētes liceat obtinere. Oblatæ sunt gloriosissimæ pietatis vestre preces, quarū exēpla vestris literis subdidistis: sed i his, q̄ catholicorū sūt deploratiū, subscriptio cõtinetur: & quia causa p̄babilis est, fiducialiter nomina singulorum, vel dignitas sui honoris aperit. In illis aut, quas orthodoxo principi hæretica porrigere non formidauit obreptio, sub incerto cõfuso vnuerſitatis vocabulo, idēd certū nomē retractat, nè nõ solum paucitas personarū, sed etiã meritum detegatur. Latere enim sibi vitale existimat eorum quantitas, quorum est qualitas iudicata: nec incongruè, cuius loci homines sint, profiteri metuunt, qui meruere damari. In vna ergo catholicorum supplicatio continetur, in alia hæreticorum cõmenda panduntur, hic sacerdotum Domini, & totius Christiani populi, ac monasteriorum desletur euertio: ibi immānium scelerum continuatio demonstratur, ut quod non licuit audiri, liceat dilatari. Nõne perspicuum est, quibus pietas vestra succurre, & quibus debeat obuiare, nè Alexandrina ecclesia, quæ semper fuit domus orationis,

Nota hæreticorum secula.

tionis, spelunca nunc sit latronum? Manifestum quippe est, per crudelissimam immānissimamque vesaniã, omnē illic cœlestium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificij oblatio, defecit christi sanctificatio, & parricidalibus manibus impiorū omnia se subtraxere mysteria: nec vllomodo ambigi potest, quid de his decernendū sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi sacerdotis effusum, & concremati corporis cinerē in contumeliam aëris calique dispersum, audent sibi ius peruasæ dignitatis expetere, & apostolicæ doctrinæ inuolabilem fidem ad concilia prouocare. magnū ergo vobis est, ut diademati vestro de manu Domini etiã fidei addatur corona, & de hostibus Ecclesiæ triumphetis. Quia si laudabile vobis est, aduersarum gentium arma conterere, quanta erit gloria, ab infansissimo tyranno Alexandrinam ecclesiam (in cuius contritione, omnium Christianorum est iniuria) liberare? Ut autē pietati tuæ literæ meæ colloquium quasi præsentis exhibeāt, quicquid de communi fide fueram suggesturus, scriptis prosequentibus inſinuandū esse perspexi. Ac nè huic epistolæ pagina in nimiam longitudinem tederetur, alijs literis, quæ adfertioni catholice fidei congruunt, comprehendit: vt licet ea, quæ à sede Apostolica sunt prædicata, sufficerent, inſidias tamen hæreticorum etiã hæc q̄ sunt adiecta, referant: sacerdotalem nanque & apostolicū pietatis tuæ animum, etiã hoc malum ad iustitiam vltionis debet accendere, quod Cõstantinopolitanæ ecclesiæ puritate pestilentes obscurant, in qua inueniuntur quidã clerici, hæreticorum sensui consonantes, & intra ipsa catholicorum viscera, adfertionibus suis hæreticos adiuuantes. In quibus deturbādis si frater meus Anatolius, cum nimis benignè parcat, segnior inuenitur: dignamini pro fide vestra etiã istam ecclesiæ præstare medicinã, ut tales non solum ab ordine clericatus, sed etiã ab vrbis habitatione pellantur, nè vltorius sanctus Dei populus, peruerforū hominum contagio polluat. Cultores autē pietatis tuæ, Iulianum episcopum, & Aetium presbyterum mea petitione commendo, ut suggestiones eorum pro catholica defensione fidei, placidè digneris audire: quia verè sunt eiusmodi, ut fidei vestra possint per omnia vitales inueniri. Data Kalendis Decembris, Constantino & Rufo vv. cc. consulibus.

Epistola Anatolij episcopi, ad Leonem Imperatorem.

Pijssimo & Christianissimo Imperatori Augusto, victori ac triumphatori, Leoni, Anatolius Constantinopolitanus episcopus. Orationi siquidē nostræ opus est, Christianissime & fidelissime Imperator, ut non circa meditationem à diabolo peruentiu rerum, contra communem ecclesiarum pacē occupemur. Quia verò, sicut apparet, aduer-

TOM. 2.

sarius non sinit præsentem sine fluctuatione nauigare nos vitam, necesse est supernæ gratiæ gubernaculo vros oportere nos omnes, qui Deo authore sumus in sacerdotio cõstituti, illius certaminibus obuiare. Vndè etiã nunc in his, quæ sunt præsumpta in Alexandrinorum ecclesia, non quiescit, sed sequens vestre Christianæ tranquillitatis intentionē, volentem & sanctorum patrum regulas non sperni, & ciuilia iura seruari, quod me facerē congruebat, scilicet sedem gubernantē huic regiæ ciuitatis, egi: & hæc manifesta vestre pietati fient per ea, quæ scripsi tã Romano sanctissimo & venerando Leoni p̄ticipi, quàm omnibus vniscuiusque diocesis venerabilibus metropolitans episcopis, apud quos ingemui, p̄tulantiam contra sanctorum patrum regulas perpetratã, & facta scelesti Timothei, sicut accusationes aduersus eum vestre pietati & nobis scripte testatur, qui conculcauit Ecclesiasticas sanctiones, legesque ciuiles, quicq; secundum quod scriptum est, malam potius partem libenter elegit, & quæ illis, quæ in rebus decentibus deficiūt, commo datur. Ait enim: Impius dum ceciderit in profundum malorum, spernit. Significatiu nihilominus eis & de sancto beatoq; nostro concilio Chalcedonensi quæ digna sunt. Ergo quoniam alijs hæc cõuenienter exposui, pronior nunc extiti, ut cum fiducia clariùs de rebus præsentibus meam possim publicare sententiam. Notum igitur facio vestre tranquillitati, quod pijsyllimis vestris syllabis à nobis fieri præcepistis, quia constituo Timotheum quidem, quantum ad integritatē sanctorum canonum, aduersum quos semper ea quæ gessit & gerit, hæcenus irritauit, in ordinatione sacerdotij nullatenus esse dignum. Quomodo enim sacerdos erit, qui ita à proprio pontifice, & ab omnibus totius orbis sacerdotibus spontè semetipsum abruptit, & hæreticum per omnia demonstravit, dudum se à sancto & famosissimo Chalcedonensi concilio separando, & reuerendissimos episcopos Aegyptiacæ diocesis, & clericos, nec non & orthodoxorum multitudinem, & monachorum catholicæ fidei, & ipsi uniuersali cõcilio communicantium, veluti hæreticos ab ecclesijs proprijs expellendo in super & aliarū multarū malarumq; rerū author existens, sicut accusationes aduersus eū oblatæ proclamant? De Chalcedonensi verò sancto & uniuersali cõcilio hoc aperte pronuncio, quia tentare omninò retractare aliquid eorū, q̄ ab eo definita sunt, hominum est inſidiantū felix modò catholice ecclesiarū Christi concordia, congaudentiū turbis atq; tumultui: quando apostolica quidē & paterna dogmata, olim nobis tradita, in eo roborata sunt & affirmata: nullū autē dogma, reſtitutioni ecclesiasticæ cõtrarium, illic peregrinè aut nouiter est perbatū. Illa siquidē Deo amabilis ac venerabilis synodus, ex imperiali tunc sanctiōe cele-

Prou. 18.

V 3 bra

brata, ad peremptionem scandalorum, quae tunc contra fidem intemeratam videbantur exorta, non aliam innouavit fidem, non peremit antiquitatem existentem, non adiecit aliquid olim confessioni contrarium, non imminuit eam, quae semper custoditur & saluati sed trecentorum decem & octo sanctorum patrum symbolum, in contaminabile & inuolabile à domesticis fidei custodiri, & eis, qui imbuuntur ab impietate cum terrore, tradi precepit. Nec non & synodos sanctas & orthodoxas, post illam maximam, ei consonas existentes, & pro illius confirmatione diuersis temporibus celebratas, recte probauit, & solummodo, sicut diximus, semenzianorum tunc ortum exterminauit, ne vlla ex hoc malitiae radix per eos, qui in cruditate contendunt, de nouo pullularet, & puram intemeratamque nostram fidem in aliquo noceret, quatenus ab hoc aliqui simplicium fœderetur. Nunc igitur famosissime & fidelissime noster princeps, infert tibi iustitiae congruit sancire, ne quorundam mala voluntas, seu haeretica prauitas, cuncto orbi terrarum & omnibus Christiani sacerdotibus, vnicis secundum Deum, & pacem habentibus, vexationis communis & contritionis fiat occasio, & sacris canonibus suum robur contra Timotheum spernentem eos, per nos demonstrantibus decernere, uti quae necessaria sunt, ut per vestrae pietatis imperium, sicut in illis quoque contra talium rerum praesumpta prouenire sancitum est, haec secundum legum severitatem effectui contradantur, ad vindictam contempnarum ecclesiae sanctionum, & innoxij sanguinis, hoc est, sanctae memoriae Proterij, orthodoxi Alexandrinae ciuitatis episcopi, sicut visum fuerit pietatis vestrae tranquillitati, Christianissime ac fidelissime Imperator Auguste, immaculata & intemerabili dextera.

¶ Epistola episcoporum Europae, ad Leonem Imperatorem.

Proterio, pio & Christianissimo domino totius orbis terrarum, & Imperatori perpetuo Augusto Leoni, Iohannes reuerendissimus Heraclae, Theophronius episcopus Aphrodisiadis, Theotegnus episcopus Cyclensis, & Babulas episcopus nouae Theodosiopolis Europae vestrae. Pietatis vestrae & Christianitatis imperium, clarius purpura atque diademate pro fidei causa lucet. Verè nanque, pijsime & Christianissime imperator, Leo quidem contra hostes existis, circa mites autem & subditos, mansuetissimi Dauid imitator agnosceris, quippe diuinitus adeptus imperium. Eodem nanque modo etiam eos, qui inordinati videntur, & contra sanctas regulas semet ipsos armauerunt, & seditiosas impias & sceleratas arripuit, imperiali auctoritate comprimatis, & de mundi quiete cogitantes, in commotas & sine fluctibus sanctas ubique conseruatis ecclesias. Praestet igitur omnium dominus Christus vestrum imperium, indeclinabiliter confessione

TOM. 2.

fidei conseruantem, longuis annorum curriculum sanctorum intercessionibus permanere. Sacras igitur & Christianissimas literas, à vestra tranquillitate directas, cum multo studio relegentes, in quibus precepistis nobis clarius explanare, quod de sancto magnoque & vniuersali Chalcedonensi concilio sentiamus, & de Timotheo, quae Alexandrinorum populis sibimet ordinavit episcopum, per hanc humilem nostram relationem vestrae pietati significamus, quomodo cunctis sanctissimis orthodoxisque concilijs, & concordamus & consentimus. Primum quidem dogmata & expositionem trecentorum decem & octo sanctorum sequimur patrum, eorumque fidem indeclinabiliter custodimus, in qua etiam baptizati sumus & baptizamus. Post quos centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in regiam Constantinopolim congregati sunt, constituta seruamus. Nec non etiam Ephesum concilium, quod sub beatae memoriae Caelestino, successore sancti & venerandi & custodis clauis regni caelorum Petri, & sub sanctae memoriae Cyrillo Alexandrino pontifice congregatum est, propter haeresim nefandam prophanamque, nestorianam, & propter Dei gratiam Chalcedonae collectum magnum sanctumque, & vniuersale concilium, eodemque praedicta concilia firmauerit, nihilque quod illis bene videatur placuisse, commouerit, nec augmentum quoddam vel detractiorem fecerit, aut quicquam ex his, quae tunc suere definita, commouerit, aut aliquid incongruenter interpretatum sit. Quod concilium velut ancoram cautam firmamque seruamus, quaedam contra omnem haeticam tyrannidem scutum inexpugnabile & arma extitit, quae nequeat superari. Huius igitur formas siue definitiones nullam rectam sapientiam mutilare praesumat: & neque vnum iota aut vnum apicem possit aut commouere, aut violare horum, quae ab ea recte sunt & inculpabiliter definita. Sequimur autem & famosissimorum sanctorum patrum doctrinas rectas, misericordiae regis omnium Christi euangelicum adepti sacerdotium, recte sapimus semper, & sicut sapit Apostolica Romanorum sedis Ecclesia, & sicut sapuerunt beatae memoriae patres & episcopi regiae Constantinopolis, & sicut omnes totius orbis episcopi, recte verbum praedicantes veritatis sapimus, sic regentes populos praedicamus, recta eis proponentes intemeratamque doctrinam. De Timotheo verò, sicut continent preces subditae sacratissimis vestris & Deo amantissimis literis, quae eius immisione sanctae memoriae Proterij orthodoxus, sanctusque, pater & Alexandrinorum episcopus, in sacratissimi baptisterij loco peremptus est, membratumque, concisus, & locis omnibus circumtractus, & post haec igni contraditus, aliaque passus, quae propter sceleris exaggerationem terretur lingua proferre: sanctissimum quidem Proterium in ordine & choro sanctorum martyrum ponimus, & eius intercessionibus misericordem & propitium Deum nobis fieri postulamus: Timotheum verò, quae talia

ta haec petrauit in beatae memoriae Proterio, qui fuit episcopus, cuiusque consilio atque tractatu factum est scelus huiusmodi, quod etiam humanos auditus propter excellentiam crudelitatis obrurat, tanquam tyrannum, & sanguinarium, & propter immensam sui crudelitatem antiquos tyrannos, qui semet ipsos aduersus triumphatores martyres armauerunt, transcendentes, quique episcopatum arripuit, alienum à sacerdotio & episcopatus dignitate & extraneum esse decernimus. Sanctissimos autem & confederatos nostros, qui ab eo contra ecclesiasticas sanctiones excommunicati sunt atque damnati, & confederatos nostros eos, & comministros, & coepiscopos, & communicatores habemus, & optatum sanctis eorum orationibus Dei clementiam promereri. Similiter autem siue archimandrita, siue presbyter, siue diaconus, siue quis alius in clero constitutus, excommunicatus ab eo est propter bonae memoriae Proterij Alexandrinae ciuitatis episcopum, huic communicamus, & esse eum in clericatus dignitate decernimus. Nam lupus, qui pastori non pepercit, nec ouibus parcat. Eos autem, qui in damnatorum locis ab eo sunt constituti, siue episcopi sint, siue archimandrita, siue presbyteri, siue diacones, siue quilibet in clero humiliori consistens, hos indignos graduum, in quibus sunt praeter ecclesiasticam consequentiam ordinati, cum obumbratam velut theatralium dignitatem videantur sortiti esse, decreuimus. Vestra siquidem tranquillitas est, Alexandrini populis curam habere, & à sancta Dei aula lupum expellere, & inuulneratum in consumptumque gregem saluatorum Christi seruare, & concordiam multamque pacem Alexandrinorum ciuitati concedere, ad gloriam Christi, & exaltationem pijsimi vestrae Christianitatis imperij. Iohannes episcopus Incolorem vestram pietatem Deus omnium vobis donet longuis temporibus sanctorum orationibus. Theotegnus episcopus Cyclensis, similiter. Theophronius episcopus Aphrodisiadis, sim. Babulas episcopus nouae Theodosiopolis, sim.

Epistola Luciani episcopi ad Leonem Imperatorem.

Pijsimo & Christianissimo Domino Imperatori, perpetuo Augusto Leoni, Lucianus humilis Byzae metropolitanus episcopus. Datis mihi pijs atque venerabilibus literis vestrae Christianitatis imperij, & relegate messacros apices vestros, ac inueniente in eis feruentissimum circa orthodoxam fidem zelum, & excellentem pietatis intentionem, & quia valde pro sanctorum ecclesiarum pace curatis, nec non & vestras ciuitates sub quiete manere, & omnes subiectos in tranquillitate consistere festinat, & sacerdotes Christi, pro fidei robore ad concordiam inuitatis, & ea quae disceptata sunt in sidijs inimici, voluntate Dei coniungere decernatis: & mea hu-

TOM. 2.

militas suam indicat voluntatem, in quantum intelligere potest, principaliter equidem de Timotheo, quae etiam lectioni subiectae praesces edocuerunt sacerdotij appellatio & operatione nimis indignum, qui secundum sanctorum patrum regulas expellendus, nisi forte propter magnitudinem clementiae sanctis summorum thronorum archiepiscopis quicquam de eo aliud videatur: sed quod & pijsimae vestrae diuinitus factae, clementesque, literae manifestant, valde vos de vrbe Alexandrina cogitare. De sancto verò & vniuersali Chalcedonensi concilio, quod concordat & trecentis decem & octo sanctis patribus, qui in Nicea conuenerunt, & centum quinquaginta, qui post haec in vrbe regia congregati sunt, & eis, qui in Epheso sub Caelestino Romano urbis, & Cyrillo Alexandrinorum sanctis episcopis conuenerunt, etiam animo quaequam sumere, quod sit ei contrarium, impij atque haeretici sensus esse iudicauit.

Epistola Valentini episcopi, ad Leonem Imperatorem.

PER omnia pijsimo & Christianissimo Imperatori, triumphatori & Augusto Leoni, humilis Valentinus in Domino aeternam salutem. Cum & ante imperium virtutibus regnauerit Christianissima vestra tranquillitas, & in imperio supra purpuras & diadema fidei rectitudine decoratur & coronatur, nani compensationem iustitiae potius quam donum à Christo regalia sceptris percipientes, compensationem rursus DEO redditus, vestrum imperium conseruant, dum incessabiliter cogitatis, quatenus securam ab omni haeretica tempestate Ecclesiam eius, & sine fluctuatione seruetis. Quemadmodum gentium bella amarum superbas cogitationes ad terram deponere festinatis, ita & prauos sensus haeticorum aduersus Christum latratium, velut puluerem exuffantes ad nihilum vsque perducitis, & secundum vocabulum vestrum inimicis quidem Dei & vestri imperij, tanquam Leo ferus occurratis: circa eos autem, qui pie Deum colunt, & imperij vestri sceptris obediunt, omnium pastores imitatores & oues simpliciores existitis. Igitur pro ecclesiastica pace & salute filiorum Ecclesiae multam prouidentiam pietas vestra gerens, sacratissimis suis syllabis adorandisque sancit, ut mea paritas sanctissimos, prouinciae episcopos in vnum colligens, quae humilitati nostrae placeret, & regulis conuenirent, & fidei rectae congruerent, iudicarem vestrae Christianitatis imperio: maxime autem de crudelibus malignisque rebus, & omni tragicediae narratione maioribus quae nuper Alexandriae puenerunt, simul & de Chalcedonensi sancto magnoque & vniuersali (gratia Christi) celebrato concilio: cuius termini non ex nobis, sed gratia sancti spiritus sunt coacti, nihil metuentes, neque pro gratia vel inimicitijs decernentes, sed Dei solummodo iudicium iniudicabile formidantes, ad notitiam vestrae Christianissimae

V 4 tran-

tranquillitatis referre deberemus. Quapropter & in vnum, nosq; simul & nostri clerici congregati, habentes timorem Dei præ oculis, sub ea, quæ à vestra sunt pietate sancita, suggerimus vestræ tranquillitati, quoniam & vnitatem colimus, & iniquorum communionem abominamur, & sanctorum patrum concilia complectimur, & ea, quæ ab eis sunt definita atq; decreta, custodire intransgressibiliter exoramus. Timotheum verò, qui totius malitiæ culmen excellit, & inhumanitatis crudelitatem transcendit, homicidam patrisq; necatorem, qui episcopo superflite ecclesiam eius adulteravit, & sponsum eius occidit, & tyrannico modo & impudenter semetipsum in sedē eius imposuit, sicut preces oblatae tranquillitati vestræ declararunt, nõ oportere neq; inter viuos examinari, palam est: nunq; dignitate pontificatus indui, & in sancto altari stare, & diuinitati ministrare credendus est. Quid etiã dicamus de populo indifcreto, qui ab eo ad impietatem armatus est, & amplius quam eorũ stuuius inundauit iniquitatibus, malitiæ turre vltra Pharium, qui apud eos excellenter accenditur, & vsque ad cælos, flammæ impietatis extendit? Victoriã dieam iudicans hãc esse, ad comparationem aliarum rerum, quæ ab eo sine timore commissa sunt, qui etiã vnam naturam negantes, cuncta ferocitate vestiti sunt. De sancto verò & vniuersali Chalcedonensi concilio, cuius princeps nõ homo, sed Christus, qui est super omnia Deus & rex æternus, deinde pastores totius orbis extitere doctores, presentibus eis & sacratissimo vestro senatu, & culmine eminentium potestatum, & diuæ memorię ter beato principe Martiano, omnibus obliquantibus hanc esse pietatis viam, patrumq; fidem impollutam & immutabilem, sanctorumq; apostolorum doctrinam in nullo mutata, neque discordatam exposita fidei à sanctis patribus in Niceno concilio congregatis: cum vtique ea doceat simul & alliget, & apertè ab omni heretica nossecta discernat. In hac ergo perduramus, hãc tenemus, & ea, quæ in ea sunt explanata, intransgressibiliter obseruamus, omnemq; hereticam prauitatem abominamur, Deo semper hymnos pacificos exoluentes, qui nobis custodem rectæ fidei vestram potentiam cõdonauit. Valentinus episcopus Philippopolitanæ metropolis sanctissimæ ecclesiæ, manu mea subscribens, his quæ sunt supra scripta, consentio. Epictetus episcopus Diocletianopolis, similiter. Et reliqui similiter.

Epistola Sebastiani Episcopi ad Leonem Imperatorem.

Post Deum domino totius orbis pijsimo & Christianissimo nostro principi Leoni, in Domino salutem, humilis & vltimus Sebastianus episcopus. Tuum quidem, pijsime Imperator, laudabilem & gloriosissimam

sumum inter homines principatum omnium Dominus Christus quotidianis diebus bonis incrementis, maximũ splendidissimumq; demonstrat, & deceterò demonstrabit, hoc semper efficiens propter fidem rectam, quæ ab infantia est vobis inserta, & propter reuerentiam, quam diuinitati salubriter exhibetis. Quod autem supplicamus, sacratissime Imperator, illud est, nõ patiamini illius venerabilis & inter sanctos habitatus maximi viri Martiani, tanti talisq; principis post mortem opinionem nũc à culcibus lacerari, neq; tuũ ita præcipuum, & vltra gloriam constitutum imperium contemptibile illudere volẽtibus ostendatis: sed veritatis experimentum sumant stulti, scientes quia terribile est incidere in manus Dei viui. Hoc autem in ordine primo pijsime nõsse supplicamus, quia sicut soli ad demonstrandum quia sol est, nihil minus est: ita illi magno sanctoq; & vniuersali Chalcedonensi concilio, bonorum quidem omninò nihil deest: neq; enim eget augmento, neq; detractio, cum sit à sancto spiritu, velut diuino quodam sale conditum. Nam qui in eo illo tempore condemnati, & indigni pontificali statu esse decreti sunt, sententia hoc magni Dei tanquam impij pertulerunt. Qui verò suscepti sunt, velut iniustam & tyrannicam circunuectionem paruo tempore sustinentes, repente decreto sancti spiritus iuste suscepti sunt: inter quos nostrorũ temporum secundus Abel beatus Flavianus exiit. Tanti siquidem & talis prolaticus concilij amplectere iudicium serenissime & orthodoxe Imperator. Taliter nanque sapuisse comperimus omnes, qui verbo, & doctrina, & vita mirabili Deo per diuersa tempora placuerunt, id est, beatum Athanasium, qui sæpius proprijs sancit dogmatibus, quia erat in corpore passibili impassibilis, & in mortali immortalis. Sic & Basilius Magnus, & Gregorius Nazianzenus, & alter Gregorius Nysæ, & post Ioannes Constantinopolitanus, verborum simul & cogitationum pelagus benedictum. Scito siquidem nefandũ Timotheum, & eos, qui similia cum immensa tyrannide sapuerunt ac sapiunt, alienos à nobis factos ab orthodoxorum episcopatu. Benè autem & dignè tuorum temporum Imperator egregie, si preces ab Aegyptiaco concilio tibi datas rationabiles existẽtes, & omni approbatione dignas, tanquam orthodoxas suscipias, & alia cuncta tanquam satanę opera & cogitationes animas corrumpentes effugas, solumq; vobis sufficiat Chalcedonense concilium, cum solum omnia orthodoxorum antiqua concilia, in semetipso spiritus sancti virtute constringat. Incolumem semper consistens atque crescens vestrum imperium, Dominus orbi terrarum longis dignetur seruare temporibus, Imperator sacratissime.

Epistola

Epistola Theotimi episcopi ad Leonem Imperatorem.

*Scythiæ

Domino pijsimo, & Christianissimo Imperatori nostro Leoni, Theotimus humilis *Scutiæ regionis episcopus. Decet tuam pietatem, venerabilis Imperator Auguste, ecclesiarum tranquillitate gaudere, & tribulationes populi conturbati & tempestates, tranquillissimis vestris allocutionibus ad pacis iura transferre. Propterea siquidem vos Deus cælitus diuino nutu suo munivit, vt ea quidem, quæ sana sunt, imperiali potestate integra semper saluaq; custodiatis: quæ verò vexata sunt atq; corrupta, vestræ pietatis medicina curetis. Nihil itaq; Deo amabilius est, nihil acceptius, quam vt illa vos sapiatis, quæ à Dei patris sapientia didicistis, & illa doceatis, quæ ab ipsis fidei vestræ incubulis saluberrimè estis eruditi. Et quoniã sacratissimis vestris syllabis admonuistis, vt quæ sapimus de sancto Chalcedonensi concilio, nostris literis referamus ad vestræ noticiam pietatis, cognoscat vestra serenitas, quoniam nihil amplius, nihil minus, quam quæ in Chalcedonensi concilio à sanctis patribus integrè atq; perfectè definita sunt, credimus aut consentimus: Neque enim aliud nos vltiã sapere, quam ea, quæ tantorum patrum termino sanctus spiritus erudiuit. Vnde mansuetissime Imperator & ego, & omnis Ecclesia Dei sic sapimus, & in consensu nostro sanctorum patrum definitiones fide & deuota confessione firmamus. De Timotheo verò sic sapimus: Quoniam secundum virtutem precti, adhuc viuo & existente episcopo, impudenti intentione ab excommunicatis est ordinatus, exordinatũ & excommunicatum ecclesiastica regula cum esse decernit: Neque manũ impositionem illorum episcoporum in sancta Ecclesia permittit quãdam habere virtutem, qui Christi fidem violãtes, ordinationem impositionem sibi met amiserunt. Nunc igitur nostræ confessionis verbum facientes saluberrimis vestris auribus manifestum, depõscimus dominum nostrum Iesum Christum, vt vestrum imperium catholicæ fidei robore confortatum, & crucis virtute munitum, ab omni suspitione bellorum intactũ, semper custodire dignetur. Optamus vestram tranquillitatem diuina prudentia semper incolumem, & coronã imperij vestri intemeratam & impollutam multis annis nobis diuinitas donare dignetur, Domine sacratissime & venerabilis Imperator.

Epistola in scriptorum episcoporum, ad Leonem Imperatorem.

Domino pijsimo, victori semper Augusto Leoni, Martiano, Martialis, Monophilus, Marcellus, Petrus & Dittas, episcopi secundæ Mæciæ. Tranquillissime principi

TOM. 2.

pum, desiderium habens pij propositi, verbum fidei, quam tenes, tibi fieri manifestum, facris literis hoc à nostra humilitate fieri præcepistis, vt vobis apertè significaret de sancta & incomprehensibili Deitate, quam humana lingua nec comprehendere, nec scribere potest, sed potius cum mundo corde colere debet & adorare. Hoc autem adstruimus, confiteri nos, & perdurare in fide, quam in vrbe nicena trecenti decem & octo patres, condemnata impietate Arrij, traderunt in toto orbe terrarum: nec nõ & quæ à sanctis centum quinquaginta patribus in vrbe Constantinopolitana de sancto spiritu, pro defenda Macedonij persona, prolata est: insuper & quæ in Epheso ad depositionem impietatis Nestorianæ formam accepit: super hæc autem & quæ ad peremptionem Eutychianæ vesaniæ de humanatione saluatoris in Chalcedonensi ciuitate multis sanctis episcopis cõuenientibus, per iussione[m] Leonis Romani põtifici, qui verè caput est episcoporum, & venerabilis sacerdotis & patriarchæ Anatolij cõcilio celebrato, sub duobus Imperatoribus confirmata est. Quod conciliũ nos cum omni clero & populo Christiano vsque ad finem tenentes & possidentes, in eo concupiscimus permanere. Timotheum verò, qui postea per odium atq; crimen, sicut publicis libellis agnoscitur, sceleratissime contra Proterium reuerendissimum virum, Alexandrinæ ciuitatis episcopũ, operatus est, & cõdemnatis viris sibi met per obreptionem indignè episcopatus nomẽ imposuit, hunc cum his qui similia præsumperũt, in ordine sacerdotum nec numerari, sed sub anathemate, & inter simoniacos reputandum esse decernimus. De synodo verò, quam petunt fieri quidã post decretum patrum, qui Chalcedonæ definiẽrunt, nos nec optamus, nec fieri consentimus, nõ maiora scandala generentur, sed magis cõtra principes tanti sceleris vltionem proferri decernimus. Martianus episcopus ciuitatis *Abritiæ, confirmari & subscripsi. Martialis episcopus ciuitatis Apiarensis, similiter. Monophilus episcopus ciuitatis Dorostrij, similiter. Marcellus episcopus ciuitatis Nicopoleos, similiter. Petrus episcopus ciuitatis Nouensis, similiter. Dittas episcopus ciuitatis Odysse Scythiæ, similiter. Et hæc Latine quidem data, est in Græco interpretata, & iterum translata de Græco in Latinum.

Epistola in scriptorum episcoporum, ad Leonem Imperatorem.

Sacratissimo & pijsimo amatori Christi Augusto, & à Deo cõpetenter honorato Impatori Leoni, Basilius, Maximus, Theocistus, Dõnus, Gerotius, Flavianus, Sabacurus & Petrus episcopi primę Syrię. Oibus siquidẽ, sicut lux, vestra potetia ad beneficia pposita equos radios indigetibus velut in mēsurã con-

Papa, capite episcopi.

condonat, præcipuè verò illis, qui amatores rectæ fidei & eandem circa DEVM quam vos, obtinent pietatem: cuius præceptores quidem sunt doctores rectorum dogmatû, & qui diuersis temporibus extiterunt lumina veritatis. Custos autem omnium præcipuus præces, quandò & culturâ à vobis dilata susceptor & fidelissimus conseruator existis. Quapropter non auream in his coronâ vobis offerimus, nec qualem hi qui mundanarum rerum obtinent potestatem, propter beneficia sibi collata, beneficiorum grates exoluunt, sed ex famosissimis actionibus compositam, quas consueverunt studia virtute bonaque vita fulgentia generare. Quarum natura immarcescibilis, non ad breue tempus apud suscipientes manet, sed in æternum benè agentibus præmia & vbertatem epulatio- nis extendit. Quomodo enim repescere possumus ei terrena, qui vtitur cælesti prudentia? Quid de nostris retribuamus illi, cui diuina carere moris est? Transcant ergò paupertatis nostræ negocia ad fauoris culmen, diuina dogmata deducantur ad mediû, quæ etiâ vos amplectentes, æternam vobis gloriam radicâstis. Hæc enim à nobis saluator docenda prædicauit, & spiritûs gratia sancta cõstru- xit, dudum quidem scripturas sanctas legen- tibus hæc prænunciâs, postea verò à Nicenis patribus pro communi vtilitate confirmâs. Non enim tempus aliquod horum fidei sym- bolum permutauit, nec qualibet ars verbo- rum eorû sensus conuertit: sed velut in quâ- dam petram omnis hæreticorum impetus in hæc verba percussus, in spumam repente dis- soluitur. Sine enim creaturam dicat aliquis filium DEI secundum patris naturam, per hanc fidem malè sentire cõiunctur: siue nos- træ formæ veritatem in eo neget, tanquam pietatis inimicus expellitur: siue sancti spiri- tûs diuinam tentauerit permutare substan- tiam, velut fidei alienus abijcitur. Nam hæc quasi vera lux, obumbrationem nullatenus recipit falsitatis. Dum enim dicit, Ex DEO natus est, hoc est, de substantia patris ante se- cula, & non factum, consubstantialitatem con- firmat, & omnem eis, qui aduersa sapiunt, fo- mitem impietatis excludit. Rursus cum di- cit: Qui propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & humanat⁹ est, & natus ex Maria virgine, dispensationis interpretatur omne miraculum. Similiter autem cum in sancto spiritu vnam & eandem, quam in pa- tre & filio, profitetur fidem, impietate per- imit eorum, qui sancto spiritui reluctantur. Ex his itaque sermonibus coarmati, etiâ posteri veritatis propugnatores, consideran- tes verborum virtutem, malis adinuentio- nibus fidem violare tentantibus, linguas oppo- suerunt, non ipsi quicquam nouitatis & per- contentionem inuenientes, sed verbis sym- boli patrum velut in acie repugnantés. His enim, qui diuinitatis vnigeniti naturam pas-

TOM. 2.

sibilem esse calumniantur, respõsionem con- trariam obijciunt, inconuertibilem & im- mutabilem substantiam Dei docentes. Eos, qui primitias nostræ nature in vnigenito res- piciunt, ex eodem similiter arguunt, ex ipsa nuncupatione explanantes, quod ad incar- nationem & humanationem nihil aliud, quam adsumptionem & vnitionem nos- træ naturæ monstrauit. Hos ita centum quinquaginta magni patres, & qui vniuer- sale concilium Chalcedonense sancti spiri- ritûs voluntate celebrare, secuti sunt, vnum eundemque filium, & secundum diuinam, & secundum humanam naturam docentes, eundemque de patre secundum diuinita- tem, eundem de matre secundum humani- tatem, tanquam D.E.V.M. impassibilem, eundem secundum quod sumptum est de nobis, consubstantialem nobis: eundem se- cundum natiuitatem de patre consubstanti- alem genitori, & hoc quod fuit ante secula natura, manifestantem: & quod in se adsum- psit nouissimis diebus, veritate seruantem: non alium & alium per hæc denunciantes, sed eundem filium Dominum & DEVM, & quacunque de eo dicuntur, competenter glorificantes. Hanc synodum, tanquam con- cordem illis, per omnia custodimus, & eos quidè, qui in ea anathematizati sunt, & ana- thematizamus, Eutychem & Nestorium: eos verò, qui in ea claruerunt, valde laudamus, & omnes absoluit, qui paternam sortem nobiscum vnâ custodiunt, tanquam fratres respicimus. Eos autem, qui parentalem recti- tudinem negât, velut extraneos iudicamus, nihil aliud in eis amplius cogitantes. Quos enim alienos fides efficit, quid oportet à no- bis alijs omnino delictorum supplicij? De Timotheo siquidem, qui Alexandrinum pontificatum & Aegyptiacæ diocesis arri- puit potestatem, superuacaneum etiâ ali- quid dicere iudicamus. Quid enim am- pliùs dicamus de eo, qui à confessione pia per ea, quæ dudum & nunc agit & loquitur, sicut ex precibus vestræ maiestati prola- tis ostenditur, semetipsum fecit extraneum? Denique ipse & defensores eius aperte lite- ris, quas vestræ obtulerant tranquillitati, bel- lum se habere contra Ecclesiam monstraue- runt, tanta concilia, hoc est, ceterum quinquaginta, & eorum, qui in Chalcedona colle- cti, abdicantes audacter. Quapropter mul- tis maximisque accusationibus aduersus eum factis, non arbitramur oportere, vt hæc à nobis examinetur, nisi forte etiâ genti- les, qui à pietate segregati sunt, omnino cul- pemus, quomodo non omnes ecclesiæ cu- *quod stodiunt sanctiones. Contra hos enim, qui prima fronte alienigenæ sunt, & in summis rebus nequaquam nobis communicare pro- ponunt, discernere aliquid de reliqua con- uersatione, nullus derelictus est locus, & tanquam legum aliquarum transgressores casti-

castigare, dum vtrique alienatione fidei ab omni corpore sint abscissi, & procùla rebus nostris semetipsos abstraxerint. Si quis em in diuinis causis elegerit, quæ nostra sunt, se- qui, tunc in eum definitiões canonum in re- liquis delictis examinamus. si verò summi- tate concordia cõmunionis nostræ ab eccle- siasticis legibus lógè discordat, iste nimis ex- tranus est. De delictis autem & præsumpti- onibus, quas nefandè commisit, reipublicæ legibus, & earum præfulibus secundum rati- onem iudicio competenti subdetur. Vestra igitur erit clementia, ea quidem, quæ sunt pietatis, extendere & ornare, & ad celsitudi- nē decoris subuehere: ea verò, quæ huic sunt aduersa, resolvere: ostendentes simul ad cle- mentia & malignitatis abiectionem, per quæ in vobis imitatio diuina formatur, ad vtilita- tem subiectorum cuncta disponens, & verâ mansuetudinem & pacem tribuens vniuersis, quæ vestræ pietati repescationē bonorum per ea quæ geritis, pollicetur. Basilus episcopus opto incolumem vestram pietatē multis an- norum curriculis conseruari Dei ecclesijs & Romano imperio, religiosissime & pijsime, & Christo amabilis Imperator. Maximus episcopus Laodiceg, similiter. Theodistus episcopus Berœæ, similiter. Gerontius epi- scopus Seleuciæ, similiter. Flavianus epi- scopus Gabale, similiter. Domnus episcopus Chalcedis, similiter. Cyrus episcopus Ono- sarthæ, similiter. Petrus episcopus Gabbi, si- militer. Sabas episcopus Palti, similiter.

Epistola Varadati monachi, ad Leonem Imperatorem.

TERRA marisq; & totius generis humani domino, orbis terrarum victori & pijs- simo Augusto Leoni Imperatori, pauper Va- radati in Domino salutem. Terribiles lite- ras imperij vestri suscipiens per Eutropium Magistrianum, vestræ diuinitatis famulû, val- de gauisus sum, semper enim gratiã tranquilli- tatis vestræ suscepimus, eò quod possit pote- stas vestra sollicita pro sanctis ecclesijs domi- ni Iesu Christi, cunctisq; pauperibus sub ve- stro imperio constitutis. Propterea enim in omni Imperio Romanorum vestram pietatē Deus elegit, conferens vobis intellectum sapi- entia, sicut scriptum est: Principium sapi- entia timor Domini, quæ sapientes mundi transcendit: quatenus cõterat vestra diuini- tas eos, qui iniquissimè conuersantur, & li- beret iustos de manibus impiorum. Audiui- mus enim, quomodo incedit lupi super gre- ges, & rapiunt oues ab oculibus suis, & nõ me- tuunt à voce pastorum. Quapropter repente amice Leo rugies, fiesq; illis valde terribilis, & pro metu, leonis impetum fugietes, quod abriperunt, de suo redimittunt. Sic ergò ve- stram facere condecet pietatē, vt sicut nomē est imperij vestri, ita prædicetur in toto mun- do terribile pietatis vestræ decerit, sicut scri-

TOM. 2.

ptum est: Secundum nomen tuum Deus, ita ^{Psal. 47.} & laudatio tua. Sed & Salomō, Dauid filius, ait: Similis est ira regis furori leonis. Et De. ^{Prou. 19.} us omnipotens glorificauit nomen Leonis super omnia, quæ in terra sunt, vt subijciat oēs volentes extolli contra timorem Dei. Scri- ptum est enim, quia dixit Deus omnipotens Semei prophete, vt iret ad Hieroboam regē, ^{3. Reg. 13.} & argueret eum in quibus deliquerat: dixitq; Deus prophete, nõ comederet panē, aut bi- beret aquam in illo loco. Et cum locutus fu- isset propheta regi Hieroboam secundum verba Dominica, & audiuit verba mendacij, cumq; comedisset panem, & bibisset aquam in illo loco: iussit leoni Deus, & deposuit de a sino suo propheta, & discerpit eum, & me- bratim in via proiecit, eò quod transgressus est præceptum Domini. Dixerat enim ei, nõ comederet aut biberet: & comedit, & bibit. Et scriptum est, quid fecit leo prophete, vsq; in hodiernum diem. Sic decet nomen pieta- tis vestræ terribilia ferre præcepta in omni terra cõtra omnes qui præsumunt diuina mã- data corrumpere. Isti enim sunt filij Timo- thei, qui latenter egit iniquè, necauit homi- nem, & tulit eius vxorem. Et quidem Deus omnipotens eum facere noluit, sed neq; ve- stra diuinitas hoc peccare præcepit: & cum deberent omnipotenti supplicare Deo, vt q miseretur eis, rogarent vestræ pietatis impe- rium, vt eis cederet de sanguine quem habet in manibus, per diuersa discurrunt, fallacijs volentes, sicut scriptum est, multos à fide re- cta decipere, si potuerint, faciunt etiâ ele- ^{Matth. 24.} ctos errare, sicut scriptum est in sancto euan- gelio. Fides enim hæc recta est & inuisita, vt scriptum est: In principio erat verbû, & ver- ^{Ioan. 1.} bum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et ipsum verbum habitauit in Maria, & sicut legitur, induit corpore de figmento Dei pa- tris & Domini nostri Iesu Christi. Et testis est beatus Paulus, quia Christus Iesus de Ma- ^{Rom. 1.} ria est natus ex semine Dauid in spiritu san- cto, missus à patre qui in cælis est, vt in mun- dum venies & ambulans, renouaret omnem carnem in carne sua, & resurgere nos faceret à morte in carne sua, & omnia in eo nobis ostendit. Nam & protoplastus homo ab eius patre factus est, & propterea postquam perijt, in filij vita quæsitus est. Et iterum propter aduersarium diabolum, qui filius noluit fieri lucis, & propterea debellabat homines, & omnem carnem hominis in con- cupiscentia obligabat. DEVS omnipotens facturam suam deperire non voluit, sed mi- sit spiritum sanctum suum, ad Mariam Gali- læam in corpore, quod ille deceperat, in quo ^{Luc. 1.} etiâ seducebat inimicus, vt per eum deuin- ceretur atque confunderetur.

Corpus enim Domini nostri Iesu Chri- sti omnem carnem viuificauit, vt per corpus proprium ostenderet iustitiæ templum. Per ipsum enim sumus liberati, sicut beatus Galat, ^{5.} Paulus

Paulus ait, & Esaias propheta testatur. Cùm enim vidisset Dominum Deum, ait: Væ mihi in labijs iniquis, & dominum Deum vidi. Et fumens angelus carbonem ignis ab altari per ferrum, posuit in ore prophetæ, dixitq; prophetæ angelus: Tránsijt iniquitas tua. Rogamus vestrum imperiũ, vt ad eos dicere iubeatis, quare per ferrum carbonem sustulit angelus, & Esaias propheta digitis carnis appropinquare non potuit, quoniam vrebantur. Et dicere si nequiuert coram vestro imperio & victoria, etiã nos, quod nobis iussit vestra tranquillitas, dicimus cum veritate, monstrantes sicut in sanctis scripturis de virga ferrea legitur, (est enim virga Christus) sicut scriptũ est, in igne, & fit ignis. Nunquid possunt digiti carnis appropinquare ei, & nõ vri? Sed per forfices ferreas, quæ similes ferro sunt, & dum per eas tenta fuerit virga ferrea, iam tunc teneret carnis digitis, nec vruntur. Sed etiã & ipsi, qui tenent in fundum virgam ferream, & ignem, qui similis est, in aqua, & tunc possunt digiti tenere, & nõ vri.

Itã factum est & in Iohanne, qui secundum similitudinem artificis, tenuit baptizando in aqua Dominum ad similitudinem ignis. Et tunc datum est sanctis sacerdotibus Dei, tenere corpus sanctum filij Dei, & non vruntur communicantes hominibus cibum æternũ.

Legitur, Vita hominis, panis & aqua: non est panis, qualem comedunt Iudæi, & operarij non credentes, quia vita est hominũ: sed corpus, quod intus est filius dei, ex Maria virgine, & est figmentum Dei, qui est filius DEI, panis qui de celo descendit. Non enim aqua, quæ ex multis est fontibus, vita est hominũ: Nam sunt multi aqua nõ habentes: sed aqua, quæ vita hominum est, aqua est baptismatis, quæ est ex D E O. Sicut enim virga ferrea fit ignis, & absq; forcipe ferrea non tenetur, sic & verbum quod erat in principio, teneri nõ poterat & fieri vita hominum, nisi induisset carnem, vt in eo corpore secundum similitudinem teneretur. Non poterat autem sine corpore hominis hoc teneri, sicut nec Esaias illud tenuit digitis carnis, quoniam nõdum indutum carne verbũ Dei. Quomodo enim ostendere poterũt, ex quo est plasmatus Adã, vsq; dum venisset Christus, & indutus fuisset carnem ex Maria virgine, quia potuit quãquam electorum tenere verbum, quod ante luciferum est, sicut multi nunc comedunt? Nunquid non diligebat Deus, sicut diligit nunc eos, qui in hac generatione sunt? Diligebat eos, & in eis valde gaudebat. Sicut enim sapiens artifex massam fermentat, & non rependẽ eam cõspersionem permiscet, sed spatium alicuius momenti quiescit: & tunc sumes cõspersionem, fermentat eam, & itã amicis suis præbet ad comedendum. Itã nunc gestũ est, vt sufficiant hæc exempla non credentibus. Abraham, cùm dixisset Saræ vt faceret fermenti sata tria, nõ dixit ei nõmẽ, eõd q nõ

TOM. 2.

erat fermento conspersum. Et cùm venisset Deus, & donasset gratiam patris, ait: Simile est regnum calorũ hominũ, qui accepit farinã sata tria, & abscondit in eis modicum fermenti. Quis enim prophetarum antiquorum aut nouissimorum dixit, vt misceretur cõspersioni fermentum, nisi ipse Christus, qui venit, vt diuinitas eius voluit, & permiscuit plasma patris secundum voluntatem patris sui, sicut scriptum est: Veni facere voluntatem tuam Deus? Scimus enim, quia verbum in principio erat ante plasma & ante solem, & sic mansit, donec hoc plasmate opus esset: nam & fermentum mundi ante plasma. Quod autem præsumperũt atq; locuti sunt coram vestra serenitate imperio, sicut didicimus ex his quæ conscripta sunt, quoniam dicunt sufficere sibi concilium in Nicena vrbe celebratum, & nequaquam in Chalcedonensi concilio consentire: exprobrat eis vestra diuinitas per sapientiam sanctorum apostolorum, qui dum congregati essent in Hierusalem, præter Paulum apostolum, omnes simul librum Actuum conscripserunt propter fidem Domini Iesu Christi, & permanet in sanctis ecclesijs quod conscripserunt, & post multos annos venerũt ex eis in magnam ciuitatem Antiochenam, & venit simul beatus Paulus ad eos. Et congregatis eis in sancta magnaq; ecclesia, surgens beatus Paulus, sicut scriptum est, arguit beatum Petrum corã omni ecclesia. Sic enim dixit Petro: Si tu, cùm sis Iudæus, in præputio viuas, quomodo cogis gentes Iudæicẽ viuere? Et non contradixit Petrus, & reliqui apostoli Paulo, sed verba Pauli cum gratia susceperunt, permanentes in vera fide, quæ per Paulum eis adiecta est. Et si isti, qui cùm essent lumina mundi, & multo tempore cum Christo Domino conuersati, susceperunt sermonem Pauli, quem in nouissimo Deus elegit: quanto magis debent, qui missi sunt à Timotheo ad vestrum imperium, suscipere doctrinam sancti concilij, & beati, semperq; memorabilis Martiani, & quæcunq; iusta sunt de vera fide Chalcedonensi? Disposita verò nequaquam maligna sua machinatione consentiunt in sancto concilio, & in prophetis aut in Apostolis. Sufficit beatus Dauid exprobrans & cõfundens non sentientes suscipere verbum DEI, quem quotidianis diebus in suis auribus audiunt. Ait enim Dauid: Ante solem fuit nomen eius. Et quandò natus est de sancta virgine Maria, dixit ei denuò Deus omnipotens: Ego hodiẽ genui te. Et metuendum est atq; terribile, putare mentiri Deum in sermonibus suis, quibus ait: Ante solem fuit nomen eius. Et iterũ cùm natus esset de Maria virgine, Ego hodiẽ genui te. Sed rursus ait: In Sion nomen natus est, & ipse fundauit eam. Et ipse Dauid in sancto spiritu ait de seipso: Dixit Dominus Domino meo, sedẽ a dextris meis. Hęc ergò, quæ thesaurizauerunt nobis apo-

Matth. 13.
Luc. 13.

Psalm. 39.

Gal. 2.

Psalm. 71.

Psalm. 24.

Psalm. 71.

Psalm. 2.

Psalm. 86.

Psalm. 109.

apo-

apostoli & propheta, & iusti, habitantes in montibus & in speluncis, qui placuerunt in conspectu Dei, ea scripsimus vestra pietati, ad gloriam Dei & Christi & spiritus sancti. Et dudum quidem sancti & venerabiles archiepiscopi vestra tranquillitati verã fidem scripserunt, & de Chalcedonensi concilio, (similia enim sunt coram Deo) & qualis fuit oblatio Abraham prius, & Iob in medio, & sanctorum nouissimè offerentium: itã suscepit Deus legislationem sancti concilij prioris & posterioris. Vellem autem, vt iuberet vestra diuinitas coram se filijs Timothei: Abraham vnum agnum obtulit, & suscepit Deus & laetatus est: & Iob septem agnas & septẽ boues vnam oblationem Deo, & suscepit Deus, & laetatus est: & sancti apostoli tres panes, qui sunt corpus Christi, & suscepit. Quid putas dicturi sunt Timothei filij, similis est ouis Abraham illis quatuordecim, quas obtulit Iob? An certè dicturi sunt, quia non fuit similis vna ouis Abraham, illis quatuordecim Iob? Iam nos omnes filij Abraham sumus, vocati in vera fide. Sed Abraham & Iob qui placuerunt Deo, minimè hoc baptismã susceperunt. Nũquid nos diuifi sumus ab eis? Absit, sed credimus, quia & ipsi & nos filij sumus omnipotentis. Sic decet credere vestrum imperium, & veram statuere fidem. Deus enim perfectus est, & nõ possunt homines perscrutari diuinitatem eius. Sicut enim solem non potest quilibet minuere aut mutare, sic nec factorem solis poterit in æternum. Hęc cum tremore scripsi vestra pietatis imperio, septima & vicesima die Augusti mensis, anno secundo Imperij, indictione decima. Saluto vestram diuinitatẽ, & omnes diligẽtes tranquillitatem vestram, & deprecor omnipotentem Deum, vt statuere vestrum imperium longæuis in hoc mundo temporibus, & in futuro seculo coram Deo.

Genes. 15.
Iob 1.Rom. 9.
Galat. 3.Epistola inascriptorum episcoporum,
ad Leonem Imperatorem.

Religiosissimo atq; pijsimo, & Christianissimo Augusto, & honorato competentẽ Deo Imperatori Leoni, Epiphanius, Eusebius, Elias, Diogenes, Maximus, Paulus & Magnus episcopi secundæ Syriæ. Ostendit, pijsime principũ, Dominus omnium Christus amorem circa sanctas ecclesias suas eximium, & ad terminum etiã nunc adduxit promissionem, qua in sanctis euangelijs Petro dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portẽ inferi non præualebũt aduersus eam: quandò vestram tranquillitatem pij imperij Augusta veste circumdedit, & mirabile non est. Nam cùm Deus sit, & sine mendacio verba protulit, & firmas suas promissiones semper ostendit. Vnde vos largitorem potestatis optime cognoscẽtes, ea quæ gloriam eius declarare nouerunt, hæc statuere laboratis,

TOM. 2.

confidentes quoniam ex hoc vestra gloria culmen augebitur, dum eum, qui glorificauit, glorificare denuò festinatis. Quapropter nos beneficiorum nostrorum culmẽ experti, pro pietate vestra diuinitati incessabilibus orationibus supplicamus, vt suo decreto terrarum orbi gubernatorem donatum, longo tempore conferuare dignetur ad exaltationem sanctarum ecclesiarum, & æternam constantiam rerum. Confidimus autem, quoniã nostras suscipiet preces, videns nos pro sua gloria cogitantes, & propterea orationes pro vestro facientes imperio. Igitur dignatũ est vestri culmen imperij, pijs syllabis indicare, vt affectum quem circa fidem habemus, aperiamus: Complentes ergò quod scriptũ est, sine aliqua dilatione, vestra sanctioni velociter obedimus. Ait enim: Parati semper ad satisfacionem omni petenti vos rationẽ de spe, quæ in vobis est. Et si vniciq; pijsime principum, iubet sermo diuinus de pietate proferre cum præparatione responsum, quãto magis nobis, qui propter cõmunem utilitatem hoc facere festinamus? Significamus ergò, quam sententiam habemus circa venerabilem confessionem, & quæ concilia vera decernimus, quæ hanc fidem firmam esse per sanctas scripturas adseruerunt. Est itaque prima quidem synodus post Apostolicam foundationẽ, velut crepido quædam immobilis trecentorum decem & octo patrum, qui in Nicæa sub diuæ memoriæ Constantino collecta est, & Arrij vesaniam publicauit, & consubstantialitatis scientiam cunctis aperuit. Post illam verò, centum quinquaginta patrum, quæ in regia Constantinopoli congregata est, quæ Deum sanctum spiritu declarauit apertè, confessionem: & his duabus cõsentire ea, quæ in Epheso sunt prius gesta, didicimus. Post quas sanctas & vniuersales synodos, & eam, quæ Chalcedonæ celebrata est, & cum summa integritate tradi per omnia festinauit, tanquam voluntatem DEI dicimus & congregatam pariter, & firmatam. Rectam enim & immaculatam adseruit fidẽ, nihil vterius dici aut sanciri consentiens, quæ ea, quæ posita sunt in venerabili simbolo trecentorum decem & octo patrum. Hęc autẽ & dudum scripsimus vestra potentia, cum subscriptionibus subditis reuerendissimorum episcoporum prouincię destinantes. Quia verò & de Timotheo, qui Alexandrinorum ecclesiam quadam fluctuatione commouit, nos significare sanxistis, sacratissimas regulas sequentes, & his edocti per Dei gratiam, ecclesiastico tramite nostrum peragere tẽpus, authorem homicidij & adulterij, hęc talem operarium esse decernimus, legentes ea, quæ precibus sanctissimorum episcoporum, vestra maiestati aduentum, continentur. Ex quibus etiã nos extincti super eum decretum tale protulimus, cùm & efficacẽ & penetrantem super omnem gladium bis acutum pro-

1. Petr. 3.

Hebr. 4.

X

ponentes

1. Cor. 4.

ponentes Dei sermonem: & licet neq; ab initio possederit, (Nam quomodo habere potuit, qui, secundum quod scriptum est, non accepit?) tamen alienum eum à cuncta dicimus sacerdotij dignitate. Vestra igitur pietatis est, sanctissimum etiam in hoc agere zelum, & illa sancire, quae legibus & sacris canonibus, & cunctis Dei ecclesijs pacem conferre videntur. Incolumem pietatem vestram multis annorum curriculum conferuari Dei ecclesijs, & Romano principatui deprecamur religiosissime & Christo amabilis Imperator. Epiphanius episcopus Epiphaniae, similiter. Eusebius episcopus Aethiopiae, similiter. Elias episcopus Seleucia, similiter. Diogenes episcopus Larissae, similiter. Magnus episcopus Maritima, Eufratensis, similiter.

Epistola infra scriptorum episcoporum, ad Leonem Imperatorem.

*Ostrogothi

Deo amatissimo & pijsimo, atq; Christianissimo Augusto, dignè à Deo coronato Imperatori Leoni, Nonnus, Damianus, Iohannes, Abrahamus, Iohannes, Petronius, Elias, Basilus, Abrahamus, Episcopi Ostrogothiae. Non est mirabile, & videtur atq; Christianissime principum, ut qui desuper septem potentiam sumpsit, cum consilio Dei, qui haec praebuit, cuncta faciat, atq; immobilia sacerdotij iura custodiat, nihilq; patiat propter multam mansuetudinem rerum sibi competentium praeter eius discernere voluntatem. Et hoc maximum est inter alia nimis indicium, quod designant etiam litterae vestrae, quas nuper nobis dirigere tranquillitas vestra dignata est, per quas ea, quae crudeliter sunt praesumpta contra sanctas regulas à Timotheo, qui tyrannicè sedè diuinitus sacerdotibus condonatas tenuit in Alexandria ciuitate, cognouimus. Omnium enim iniquitatum res plenae sunt, & pia intentioni vestrae tranquillitatis, & immaculate fidei valde contraria. Vos enim, ex quo purpuram & coronam geritis, orthodoxum lumen, ecclesiarum omnium Domini Christi diuersam semper habuistis curam. Quae verò in Alexandria gesta sunt, sicut preces continent eorum, qui eas pietati vestrae apices obtulerunt, omnem transcendunt iniquitatem. Vos fidem orthodoxam custoditis, scientes ab ea optimè commoveri. Timotheus autè ad eius destructionem nihil non praesumpsit, Vos pacis estis auctores, illi nouorum certaminum inuectores: Vos sine sanguine subiectos viuos virtute Dei legibus custoditis: illi nutricem suam pontificali sanguine compleuerunt. Vos cum benedictione competenti ad diuina loca semper acceditis, illi principium sceleris ibidem commiserunt. Quomodo ergo possibile est his ita se habentibus, aut humilibus nobis, aut vobis pie regnantibus inter sacerdotes constituere harum rerum auctorem? Et de Timothei quidem causa hanc

TOM. 2.

sententiam nos habemus. Ut aut correptione in eo fieri debeat, estis vos domini per auctoritatem imperij, quam estis iustitiae suffragio consecuti. De sancto autem concilio Chalcedonae celebrato, ex quo semetipsos penitus absciderunt, id est, Timotheus, & huic similia sapientes, ad peremptionem dogmatum bene expositorum à beatis patribus in Nicea collectis, quae etiam idem sanctum Chalcedonense concilium confirmavit, non infirmavit: conuocavit, non subuertit: laudavit, & non infregit: quid oportet aliquid nos vel dicere, orantes cum his, quae ab illis decreta sunt, quibus etiam praefulget symbolum à sanctis patribus in Nicea vrbe signatum, & viuere & vitam huius seculi terminare? Ab illo enim nos sancto & beato concilio, nullus praeter mortem poterit separare, quomodo & vos tranquillissimi quae ab his sancita sunt, optimè vestris syllabis confirmastis. Nonnus episcopus Edesse metropolis, incolumem vestram pietatem multis annorum curriculum, conferuari Dei ecclesijs, & Romano imperio, Dominus praestet Christus, pijsime & Christianissime amabilis Imperator. Damianus episcopus Callinice, similiter. Abramius episcopus Circisij, similiter. Basilus episcopus Balienis, similiter. Iohannes episcopus Carenis, similiter.

Epistola infra scriptorum episcoporum, ad Leonem Imperatorem.

Religiosissimo, atq; pijsimo, & Christianissimo Aug. & à Deo coronato, & honorato Imperatori Leoni, Maras, Moronius, Noë, Eusebius, Riticius, Valaras, Maras, Abramius, episcopi vestrae Mesopotamiae regionis. Omnium Christus atq; saluator, qui humanum genus tantam salutem propriam miserat, ab impietatis profunditate & ignorantia peccati ad celsitudinem scientiae pietatis euexit, & lumen quidem Ecclesiam suam, id est, corpus fidelium nominavit, inuictam verò eam etiam inferni portis esse constituit, & operationibus eam tanquam Deus vndique roborauit: non solum per piscatores discipulos suos, magnum mysterium veritatis annunciantes, non iam humanae prudentiae verbis, sed caelestis sapientia, & ignea sancti spiritus lingua fundauit & auxit: sed etiam per pios postea principes, & collaborantes piscatoribus, ad praedicationem pietatis euexit. Quorum pijs imperij successorem, & fidei salutaris heredes etiam nunc suis donauit ecclesijs, & omnibus quae sub caelo sunt rebus, tranquillissimam Christianitatis vestrae potentiam, ad confirmationem ecclesiasticae pacis, saluantis vos spe simul & fidei, & constantiam totius orbis terrarum, & pelagi rationalis fidelium populorum. Igitur à Deo propter insertam vobis fidem hanc & pietatem regalia sceptris suscipientes Christianissime principum mansuetudine

Matth. 16.

1. Cor. 21

tudine atque clementiae largitorem remuneratis imperij, quando pro humana salute & ecclesiarum pace cum sacerdotibus Christi curam congruam ante alias cogitationes, & beneficia tanquam pijs principis exhibetis: & ut fideles Christi sacerdotes regalibus vestris & pijs litteris honoratis, eosq; ad hanc utilitatem participes vos habere non piguit. Huic ergo consilio obediens, voluntati ac providentiae vestrae potentiae altam pacem & longam optantes vitam, congregati in vestram Mesopotamiam, ex his quae apud vos pio proposito gesta sunt, nostram sententiam declaramus. Sanciu itaq; Christianitatis vestrae potestas, ut regeles oblatas vobis aduersus Timotheum preces, syllabis pietatis vestrae subiectis, in dicarem vestrae tranquillitatis, quae de eo sententiam habere possumus, cum Dei videlicet hoc timore facientes. Quas preces non sine dolore, non sine lachrymis relegentes, & scelus non modicum, & narrationem auribus terribilem in eis inuenientes, nihil aliud praeter hoc dicimus, Christianissime principum, qui sufficit omni auditui & menti fidelium, in his quae nefandè à Timotheo gesta sunt, cum haec vera probentur, iustam contra eum habere vos indignationem, & pias leges vestras erigere, & ut sacerdotes Christi lugeant eum, qui talium rerum cooperator effectus est, & hoc in schemate sacerdotis, cum vtique neq; possit esse, neq; laicorum vti communi neque fidelium, non qui sacerdotis & hominum sibi debeat nomen imponere. Igitur de rebus tristitia plenis & fletibus, haec à nostra humilitate ad notitiam pietatis vestrae perducta sunt, cum possitis per sapientiam vobis à deo celebrata, quando in manibus eius vestra corda seruantur, & cogitare decenter ecclesias Christi ab huiusmodi scelere liberare. De spe autem & fide, quae in nobis est, in qua nutriti sumus, & in qua ex hac vita oramus abire, confessionem quam habuimus & habemus, mansuetissime principum, sequentes principaliter, & velut super firmissimum fundamentum nostra verba & vitam, super Euangelicam & Apostolicam praedicationem Trinitatis aedificantes, deinde & expositam à sanctis patribus, qui in Nicea collecti sunt, sequimur fidem, reuerenter autem & velut tutamen nostrae vitae, etiam sanctum concilium, quod Chalcedonae celebratum est, obtinemus atq; seruamus: quod nihil in symbolo fidei exposito Niceae à sanctis trecentis decem & octo patribus est adiectum. Sancta siquidem Chalcedonensis synodus impietate hereticorum singulorum temporum abdicauit, & praedicationem Trinitatis confirmare secundum diuinas scripturas, & pijsimorum patrum expositiones atque traditiones per omnia festinauit. Haec & de fide & de spe, quae in nobis pro satisfactione est, etiam cum timore DEI manifesta vestrae facimus potestati, haec tanquam solita saluare defendimus,

TOM. 2.

haec cum sacerdotibus Christi pietas vestra tenens atque confirmans, in pace imperij reatinacula gubernabit, Ecclesiam Christi immobiliter conseruando, regni caelorum arras firmissimas possidebit, & nos sacerdotes & populum fidele cum studio magno clamare faciet ad Dominum Christum: Saluum fac Domine regem tuum, & exalta cornu eius imperij, quod est & erit gloria tuorum Domine sacerdotum, simul & ecclesiarum tuarum. Maras episcopus vestrae Mesopotamiae, incolumem vestram pietatem multis annorum curriculum conferuari ecclesijs Dei, Romano pariter optamus imperio, religiosissime & Christo amabilis Imperator. Zoras episcopus similiter. Maronius episcopus similiter. Noë episcopus similiter. Eusebius episcopus similiter. Riticius episcopus similiter. Valaras episcopus similiter. Maras episcopus similiter. Abramius episcopus similiter.

Epistola infra scriptorum episcoporum ad Leonem Imperatorem.

Domino amatissimo & Christianissimo Dmo, & à Deo decenter honorato Imperatori Leoni, Dorotheus, Eustathius, Meagas, Theodorus, Rufinus, Cassius, Paulus, Heraclitus, Antiochus, Nonnus, Magnus, Thomas, episcopi orae maritimae Phoeniciae in Domino salutem. Glorificat quidem omne genus humanum Dominum Christum, quoniam scriptis vestrae pietatis laetari promeruit: plus autem collaudat Deum chorus sacerdotum, quoniam vestris bonis in communi participatur, & quia rursus ratione praecipua honorem vobis ipsis debitum promeretur: decebat enim eum, qui culmen imperij diuina largitate fortitus est, DEI sanctas ecclesias venerari. Optimè namque confiditis, quoniam his bene dispositis, omnis manus hostium vertitur in timorem: & qui pridem imprudenter resistere didicerant, propter vestrae fidei magnitudinem confusi, venient ad ruinam. Imitatores enim eorum principum constituti, qui iustitia & equitate clauerunt, facillimè rebus praesentibus praeualebitis. Pro Dei siquidem legibus dimicastis, velut integri custodes earum, & sanctorum habentes curam, a quo cum eis honore fruemini, cogitantes vt nullius hominis disciplina minor inueniatur, & pro subiectorum quiete praecipuam studetis habere sollicitudinem. Et haec quidem quantum ad consolationem pertinet corporalem, pro eius utilitate gerere vestra serenitas non quiescit: potior em vt habeat industriam, vt fidei orthodoxae cultus in hominum animabus oriatur: quatenus vestra pietate adducantur regi regum, qui à DEO, vt essent, plasmati sunt. Hanc itaque deuotionem possidens apud Deum, & sanctas Ecclesias multiplicare quotidie studens vestra tranquillitas, sequendo quidem reuerendae memoriae, & in sanctorum

X 2 choro

Locis mendosus.

Prou. 21.

choro laudantem Constantinum, & tenedo vestigia piæ memoriæ Martiani, pro pace ecclesiarum maximam diligentiam gerit vestra religio. Quapropter sancire dignati estis, vt per vniuersos prouinciarum episcopos manifestum vestræ tranquillitati fiat, quam voluntatem habemus de glorioso concilio Chalcedonæ celebrato. Quæ de re nostram apertè sententiã declaramus, quia nulla ratione aut modo discordat ab expositione sanctorũ patrũ Niceę congregatorũ: nec tantum minus habeat doctrina Maiorum, qui in Nicea fuerunt, hoc gestum est, sed vt per Chalcedonense concilium, illorum expositionis reueletur intentio. Quia enim alij aliter, & vt volunt, pijs syllabis violenti sunt, & familiarem malæ sectæ nequitiam immaculatæ fidei superimponere moluntur, huius rei gratia pestiferam eorũ & callidam redarguens voluntatem, & omẽm putatiuam opinionem Dominicæ inhumanationis abdicans, eos qui prodigiosè, non ex Dei genitrice virgine, esse nostrũ fermentum credũt, destruxit, & vesanam rabiẽ figmenta talia cogitatum publicauit. Neq; enim augmentum aut correctionẽ, neq; imminutionẽ aut decisionem fecit Chalcedonense concilium patrum spiritali concordia collectorum. Est enim & ex hoc iudicium sumere manifestũ, eò quòd diuino decreto & approbatiõe cuncti conuenientes, rectæ cõfessionis in his, quę sunt placita, consenserunt, & nulla (Dei gratia) secuta est discordia. Et de his quidem, vt congruit, indicauimus, immobiliter nostram sententiã roborantes, & scientes quia omnipotenti Deo valdè placemus, & vestræ maiestati hoc modo satisfacimus, quandò nihil contrarium nec extraneum à Nicenorum patrum symbolo sectatur Chalcedonense concilium diuinitus inspiratũ, sed magis dictis Maiorum consonat atq; concordat. ita contra maleuolos semper amplectitur. De eo siquidem, qui Episcopalem vocationem Alexandrinæ ciuitatis abripuit, sicut eum preces oblatæ plurima contra patrũ regulas fecisse designant, hoc tantummodò dicimus: quia secundum ea, quæ precibus sunt inserta, mēsuras ecclesiasticæ vindictæ transcendit. Cur enim dicat quilibet, vt ei dignitatis nuditas inferatur, quam neq; primitus habuit, nec illi post hæc accessit? Hic enim, sicut preces de eo edocent, & legum, & ecclesiasticorum canonum pro nihilo habuit sanctiões. Et quæ aures huius seeleris dicta non respuant? quæ lingua ea, quæ scripta sunt in illis precibus, explicare cuncta præualeat? Vestrę siquidem solummodò erit iustitiæ atq; sapientiæ cogitatio, celerem terminum rebus imponere. Quod autem nunc nostram mentem effugerat, non erat reminisci superfluum: quia em̄ quasi gloriates hi, qui pro eo petitiones obtulerunt, dixerunt, eò quòd Timotheus solum trecentorum decem & octo patrum,

TOM. 2.

sicut affirmauerunt, amplectitur, ex hoc apparebit hic simulatione & arrogantia magis vsus. Nam qui præter eorum formam ac terminos inuerecundè omnia perpetravit, & apertè cõtra eos bella suscepit, illos primitus impugnatũ, in quorum minimè constituto permansit. Igitur pijsissime Imperator Leo, vestrum est, vt in eum formam cõgruam deferatis. Extingue armiger Dei, sicut tuæ conuenit religioni, impetus frequentium tempestatum, & sanctis ecclesijs Dei ita dispone pacem, quatenus pro vestra potentia, & omni sacro palatio & victoria fidelis exercitiorationes suas emittat, pro omni vitæ vestræ tempore, quam Deo placeat cõseruare. Dorotheus episcopus Tyri Incolume pium vestrum & Christianum imperium, pro beneficio & pace cunctorum ecclesiarum, sancta Trinitas custodire dignet, pijsissime & Christiano amabilis Imperator. Eustathius episcopus Berytiorum, similiter. Megas episcopus Sidonis, similiter. Theodorus episcopus Tripolis, similiter. Heraclitus episcopus Arcoesi, similiter. Nonnus episcopus Orthosiadis, similiter. Articus episcopus Aradiæ Constantinia, similiter.

Epistola episcoporum infra scriptorum, ad Leonem Imperatorem.

DEo amatissimo, & pijsissimo, atq; Christianissimo domino totius orbis terrarum, & à Deo decenter honorato Imperatori Leoni, Iohannes, Veranius, Petrus, Iohannes, Iohannes, Thomas, Dada, Eusebius, Theodorus, Abramius, Petrus & Eustathius, episcopi Phœnicie secundæ Libanisiæ.

Verè cor regis in manu Dei, & cor Dei in consilio regis: propterea qui ab eo Imperij retinacula sunt fortiti, nunquam decipiuntur, subiectos autem magna sollicitudine gubernant: Dei enim cor habent, vnde possident donum sapientiæ atque solatij, vnde meruerint coronari. Ex illa siquidem manu, rerum domine, adeptus sapientiam, habes immobilem atque robustam in te fidei rectæ crepidinem. Igitur cõsulere nos vestra serenitas pia sanctiõne dignata est de immaculata fide, quę in nobis est, quam videamur habere voluntatem. Hoc enim nos docent apostolicæ sanctiõnes, quod à patribus sanctis cautè percipim, tam ab his qui in Nicea per sanctum spiritum congregati sunt, & quę sunt sancti spiritus, ibi sanxerũt, quam à centum quinquaginta patribus, qui cum eo spiritu, inimicis eiusdẽ spiritus corde pacifico resisterũt. Nec nõ & de beatis patribus Chalcedonæ collectis, qui superiora quidem concilia multitudine transcendunt, nihil autẽ horum, quę ab illis rectè probata sunt, reliquerunt, quod non competenter insinauerunt. Si enim ea, quæ à patribus Chalcedonæ congregatis sancta sunt, infirma iudicauerimus: & ea quæ in Nicea decreta sunt, sinè dubitatione destruimus. Horum nanque

Prou. 21.

for. * cõsili

nanq; illa non peremptio, sed robur existit. Si autem ea, quæ in Nicea constituta sunt, vel vsque ad vnum sermonem referuntur voluerimus, & apostolorum sanctiõnes læsisse videbimur. Vbi enim fundamentum rectę & immobilis fidei posuerunt sapientissimi architecti, illic prædictorum patrum sanctiõnes ædificatę sunt. Quæ gratia nostras animas nõ negamus, neque sanctos patres, aut quæ ab eis noscuntur esse sancta. De sancto quidem Chalcedonensi concilio, & quæ illic piè definita sunt, hæc nos habemus cum vestra pietate sententiam. De impia verò tyrannide Timothei Aegyptij, quæ vsus est, sacerdos equidẽ factus nõ est, sed potius ecclesiæ adulter apparuit. Quid dicam, qui eam, quam saluator proprio sanguine liberauit, ille pontificali sanguine voluit adipisci, & factus est non pastor ouium Christi, sed importabilis lupus: non pater, sed parricida: non sponsus, sed thalami violator? Hæc enim omnia continentur in precibus, tranquillitati vestræ porrectis, quas relegentes, amarè fleuimus. Quomodò enim ingemiscere non poteramus, audientes hæc in canonum subuersiõnem fuisse commissa, & per mutationem ecclesiasticarum sanctiõnum, & disciplinæ digressionem, sacerdotum necem, sacrorum, quantum ad præsumptiones attinet, pollutionem? Nam licet sacra omni violatione sint libera, veruntamè audacium nisus eorumq; cõscientia violata est, secũdũ Apostoli dictum. Hæc itaque de illius præsumptione proferimus, quoniam nõ est fas, vt vestræ fidei tranquillitas hunc dignum debeat iudicare. Qui enim rebus diuinis illufit, magis autem tyrannidem ei intulit, quiq; cuiusmodi malis semina ministravit quidẽ, monstrauit etiã posteris causas scandalis plenas, & suæ malitiæ imitatores effecit, nequaquam nos vocamus sacerdotem, aut suis criminibus innoxium esse decernimus. Nos itaq; ex his quæ agnouimus, omni venia hunc virũ exuimus: vestra Christianissima maiestas de ciuitatis illius emendatione deliberet, quicquid enim vultis mansuetissimi domini, adimplere poteritis. Pio nanq; principi nihil impossibile, quod non possit modo pietatis adimplere. nominus enim vniuersorum gubernat imperium, & ipse autoritate sua imperauit fluuati mari vt quiescat, & tam vobis mudi rectoribus, quam eis, qui regũtur à vobis, suo imperio tranquillitatis pignora condonauit. Iohannes episcopus, incolumem vestram pietatẽ, multis annorum curriculis custodiri ecclesijs dei, & Romano deprecamur imperio, venerabilis & pijsissime, atq; Christianissime Imperator. Vranus episcopus Emeis, similiter. Petrus episcopus Heliopolis, simil. Ioannes episcopus Abilæ, simil. Ioannes episcopus Almirensis, simil. Thomas episcopus Euarius, simil. Dadas episcopus Comarenus, simil. Eusebius episcopus Abyden,

TOM. 2.

simil. Theodorus episcopus Castridanabeni, simil. Abramius episcopus Coradensis, similiter. Eustathius episcopus Saraccenorum, similiter.

Epistola infra scriptorum episcoporum ad Leonem Imperatorem.

Pijsissimo & Christianissimo Imperatori nostro Augusto, & à Deo comperenter honorato principi Leoni, Episcopi Isauriæ, prouinciæ, Basilius, Iohanes, Iulianus, Nonnechius, Epiphanius, Ammonius, Paulus, Cono, Euphronius, Sabbatius, Athanasius, Hermophilus, Iulianus, Theon, Dacianus, Paulus, Orention.

Quem alterum decebat Imperatorem, talia pro talibus percipere, & scribere nobis subiectis, & leges pro reb; diuinis ponere sacerdotibus æquo iudicio puras, præter vestram solummodò pietatem, quã ipse propriè Deus elegit, & ex totius mundi potentia coronauit, & supra reipublicæ retinacula constituit, violentiã tempestatis nullatenus imminente? Quapropter bonam retributionem quæ respicitis, Christo referre desideratis. Abel sacrificiorum puritatẽ fecistis: in quo enim æquale est sacrificium cum veritate fidei & amicitia pacis, Zelatus es actibus tuis, tranquillissime Imperator, Constantinum illum memoriæ immortalem, maximum, piũ, amatorem Christi, & indubitanter apud omnes beatum, qui Abelis viuens imaginem in animabus hominum possedit in eternum: qui cum Dauid quidem sicut rex & propheta stat apud Deum, cum Petro autem & Paulo, & tonitruu filijs, quasi similis eis, in predicationib; veritatis effulget. Ille enim, quadd eum Romanorum sceptris Deus ordinauit, ecclesiæ membris intexuit, multam caliginẽ & tempestatem quandam imminere luci purissimæ dogmatum veritatis inspicies, & creaturarum adoratione imminuta, à falsis simulaculis pietatis denuò eam videns insitui contra Christianam fidem, & sacerdotibus, qui verè filium esse Dei, & de substantia patris ante secula natum credunt & prædicant, semetipsum per sanctum spiritum increatæ Trinitatis Imperio & adorationi subijciens, suum in terra firmavit regnum, & pietatis radios in terra mixtos omni caligine, ex illo tempore vsque ad præsens per omnes (vt ita dixerim) terras explicuit: factus semẽ, & radix, & cultura, & scintilla nobis salutis inextinguibilis. Sed rursũ Christianissima vestra honorabilis Imperator ad illius tendit intentionem. Ecclesię siquidem Alexandrinæ ædificatore nequitia languorem ferente certaminis, & membra corporis vniuersorum fidelium dissipante, quæ pro salute communis debebat alterutris esse sociata: quatenus qui sanæ sunt mentis, in definitionibus Niceni cõcilij permanerent, quas dudum patres congregati Chalcedonæ signantes,

Gen. 4. *eo enim

*deest maiestas, aut aliud quiddã

X 3 tes,

tes, & ouilium rationalium ouiu tradiderunt. Alijs verò quendā Timotheum eligentibus, repugnātem dogmatibus patrum, qui Chalcedonæ collecti sunt, & petētibz eum principem, ouiumq; pastorem, qui illis derogare p̄sumit, quæ admirari magis oportet, & accusat patrū Chalcedonenſi cōstituta, & fratres hæc amplectentes expellit. Itā cūm his rebz odia & persecutiones variæ sint obortæ, sicut oppressorum preces contra opprimentes eos, pietati vestræ oblatae denunciant, tu pijsſime velut mansuetiſſimus pater potius quā regnator, potestate regali interrim quiescendum rebus itā commiſſis decreuisti, & sacerdotibus huius passionis medicinam impartire dignatus es, & spiritalem aduocāſti ſententiam, decreto sacerdotum communi magis volens ad incolumitatem membra languētia reuocare, vt hæc res quādam reuerentiam & memoriam Dei præberet, & asperitatem rerum, & certamen exortum, & feruorem iracūdiæ crescentis egerit, ipse cœpisti. Itaq; pijs vestri imperij sanctiōnibus, vt ſententiam, quam vnusquisque nostrū in suo gerit animo, reuclaret, & aperte vestræ maiestatis imperio declararet, de his quæ à patribz Chalcedonæ sancita sunt, & Timotheo, quem aliqui Alexandria præſidere depoſcunt. Volentes autem examinatione certissima fulgere deo amabile vndique veritatem, etiā timorē nobis propoſuisti futuri iudicij, quatenus neq; inimicitia, neq; circa quosdā gratia faciente, deberemus obumbrare, quod iustum est: seruientes igitur nutui vestræ potestatis, & omnes pariter congregati, & tractantes atq; vniuersa considerantes, vt erant, hoc dicimus: quia Chalcedonenſis concilij intentio est valdē firmissima. Sequitur enim prædicationes Euangelij, & sanctorum patrum, qui dudum in Nicena vrbe collecti sunt, symbolum inuolatum omnidō custodit: omnem quidem dogmatis nequitiam ab impijs adinuentam, p̄cul abijciens, & sensum verborum symboli sanctæ fidei subtiliter inuestigans, & hæc faciens manifesta: nec non & centum quinquaginta patrum, qui olim in regia ciuitate conuenerunt, pijsſimam legem immobilem, inuolatumque custodiens, quam illi vniuersi, de sancti spiritus substantia, eiusq; dominatione posuerūt, blasphemam Macedonij religantes linguam, & vnam naturam esse eandemq; patri, & filio, & sancto spiritui publicē confitentes. Destructæ sunt autem hoc constituto etiā impietates variæ, importabilisq; commenta Manichæorū, quæ sub figm̄to reuerentiæ obumbrata videbantur. Multis etenim rationibus egit illa synodus, multisq; verbis, non quo nouitates aliquas contra definitiōes iam benē fixas introduceret: sed vt interpretatione latiori, conamen contra symbolum mediatum, latronibz veritatis auferret. Quia enim stultitiam sectantes

Eutythis, veram naturam Dominicę carnis, pietatis prædicationi subripiebant, extraneū eum omnidō facientes à nobis, qui ex nobis est, nōminum Iesum Christum, nihil eum de matre sua secundum carnē beata virgine Maria assumpsisse cōfidentes, simulabant autem se patrum in Nicæa conuenientium dogmata sequi, necnō & Cyrilli amplecti nimis & honorare decreta, cū sint valdē callidi, & patrum nostrorum concordiam & amicitias se habere mentiantur, quandō voluerint eorū filijs fraudes ingerere: remoti patres operatione sancti spiritus, pijsſimā beati Cyrilli linguam ad accusationē vesaniæ istorum euocare crediderunt, qui olim dum Alexandrinam gubernaret ecclesiā, & apertē cōtra Nestorij vesaniā dimicaret, & beato Cēlestino incolumis ecclesiæ Romanorū pastori particeps esset, aduersus Nestorij impietatem in priori patrum Ephesi concilio, pro veritatis defensione maximus propugnator emicuit, quandō vno fonte & iisdem syllabis à se cōscriptis, & impietate Nestorij percussit, & contra zizania prauæ sectę Eutythis, quæ iam quidam tunc germinabat, nondum tamen videbatur apertē, falcem sectionis apertissimē præparauit. Propterea nāq; epistolam, ab illo sapientissimo patre cōscriptam, patres illi ad medium deduxerunt, in qua cum omni subtilitate nos docuit dispensationis Dominicę sacramentum: quomodō & incarnatus vni-genitus filius permansit filius vnus existens, demonstrans in eo & humanę naturæ, quam adsumpsit ex virgine, inconuertibile seruari proprietatem, & paternæ substantiæ gloriam, sine aliquo temperamento cōsistere, nequaquam adsumptam à Domino carnem alterū filium in glorificatione Trinitatis introducens, quod Nestorius nouiter adſerebat: sed existentem ante secula filium inuisibilem, in nouissimis diebus reuelatum nobis. Neque secundum Eutythis vnitatem, carnem Domini cognationem docens hominum declinare: propter quod Deus verbum incarnatus, Homo factus est, apprehendens (sicut Paulus ait) semen Abraham, & particeps proximē nobis factus sanguinis & carnis, & formam serui suscipiens, totius Dominus creaturæ, & per omnia similis factus nobis absq; peccato, qui est impermutabilis per figuram paternæ substantiæ. Huic autem etiā illam epistolam, quæ à patribz orientalis ecclesię scripta dinoscitur, patres sanctissimi cōiunxerunt, studentes vndique celsam & tutissimam itineri regio pietatis circumferre macturiam, nē forsā agētes inter pusilli cuiusdam sensus circūuentionē concludi, aut in foueā Nestorij ruerent, aut in alterius præcipitij, profunditatem inciderēt, quam Eutyches postea suffodit, quam tamen iam prius effossam & à diligentibus cultoribus cooperatam, ipse denuō in interitum suæ animæ rursus aperuit. Miramur igit, quomodō hi qui vestræ pietati

Hebr. 2.

Epheſino

pietati preces pro Timotheo porrexerunt, cōfidentur cognoscere & amplecti synodū patrum, qui Ephesi contra Nestorium cōuenerunt, homines qui per ea, que gesserūt, etiā illam vt Chalcedonenſem, penitus denegāt. Nam literæ eiusdem epistolæ ad impium Nestorium à Cyrillo cōscriptæ, in concilio vtroq; florentes, in Epheſino quidem blasphemantem Nestorium arguerunt, in Chalcedonenſi verò Eutythis vesaniam destruxerūt, & propter easdem syllabas in illo quidē concilio, omium laudibus Cyrillus coronatus est, sapiēs Alexandrinorū pater: & rursus in isto concilio post mortē quasi præceptor prædicatus est pietatis, nihil ampliū ex epistolis beatissimi Cyrilli, his qui Chalcedonæ conuenerunt, ad medium deducētibz, nisi illas literas, quas deo amabilis Leo, Romanę pater Ecclesiæ, ad sanctæ memoriæ Flavianū contra Eutythis vesaniam constituens destinauit, in quibz & ipse vocibz beatissimi Cyrilli cōcordare dinoscitur. Et has quidē synodus deduxit ad medium, non quasi validiores eas simbolo patrum, in Nicæa conuenientium esse decernens, (null' hoc putet) sed aperte volēs per ipas arguere eos, qui simulant se quidem symbolum nicenorum patrū amplecti, dum autem nullum volunt proferre sermonē, quo veritas carnis dominicę designatur, pessima semina Manichæorū latenter simpliciorum inserunt animabus, à quibz maiore custodia opus est, quā ab impia caliditate Nestorij. Ille siquidem apertē vnum Christum in duos diuidens filios, patrū simbolo semetipsum pandit inimicum: isti verò vnum quidē eundemq; se venerari, colere, & adorare dicentes, sicut symbolum docet, vniturum verò duarum naturarum proprietates pimentes, & neque passibilitatē carnis Dominicę, neque impassibilitatē diuinitatis ei' esse cōfidentes, dubiā carnis incautos habētes sententiā, maximas lēſiones eis inspirare molitur. Nam aut cōuersionē factam suspicari concedit circa dispensationis sacramentum, aut aliquū putatium, aut phātasiam, aut confusionem, aut transitum falsē per virginem figuratum, & nō gestam verē natiuitatem Domini, dicit. Hæc enim omnia germina sunt dolosæ radicis, quæ mortem animabus his obedientibus afferunt. Propterea siquidem ad peremptionem vesaniæ totius hæreticę, prædictis epistolis eguerunt. Nam & post expositionem subtilissimam harū literarum rursus patres, qui sanctum conciliū Chalcedonenſe celebrauerunt, symbolum patrum Nicenorum pro lapide sumentes, vbiq; hoc solūm circūferri & prædicari ad illuminationem fidelium sancuerunt. Quapropter omnium mansuetissime & venerabilis Imperator, quisquis laudat Chalcedonenſe concilium, & Epheſinum & Nicenum valdē miratur: qui autem hoc respuit, neque illorum legibus acquiescit, sed simulat tantū

modō se colere pietatem. Pro causa verò Timothei, quid ampliū vestræ pietatis potentia nos dicamus? Si enim preces contra eum datas sequuntur vt causa, & omnia, quæ ibi sunt posita, opere (sicut illi afferunt) facta noscuntur, nullus ei per canones sanctorum patrum venia sermo relinquitur. Hęc ergō vobis scribere, vestrā tranquillitate præcipiente, curauimus: Deus autem sapientia vestræ pietatis imperij mēbra Ecclesiæ semper vniat, sitque communium medicus passionum, & mansuetissimum vestrū imperium perpetuō tranquillē & mansuetē custodiat, affectu nos paterno regentem. Basilius Episcopus misericordia dei Seleucię metropolis vestrę Isaurig, incolumem vestrā pietatem multis annorum curriculum, Ecclesiæ Dei & toti orbi terrarum, oro seruari pijsſime & Christianissime triumphalis Imperator: Iulius episcopus Calenderos, similiter. Nonnechi episcopus Latmi & Calendri, similiter. Stephanus episcopus Dalifandi, similiter. Epiphani episcopus Cestri, similiter. Ammonius episcopus Zotapæ, similiter. Paulus episcopus Hicraspoleos, similiter. Conon episcopus Ijbidæ, similiter. Acacius episcopus Antiochiæ, similiter. Sebastianus episcopus Sebastię, similiter. Euphronius episcopus Anemorij, similiter. Athanah episcopus Philadelphię, similiter. Hermophil episcopus Diocæsareæ, similiter. Iulianus episcopus Hermopolis, similiter. Theon episcopus Hellinogij, similiter. Paulus episcopus Olbi, similiter. Orentio episcopus Domitiopolis, similiter. ¶ Epistola sub descriptorum Episcoporum, ad Leōem Imperatorem.

Deo amatissimo atq; pijsſimo, & Christianissimo Augusto, à Deo competenter honorato Imperatori Leoni, Pelagius, Alexander, Philippus, Hypatius, Chryſippus, Seleucus, Eustathius, Titus, episcopi primæ Ciliciæ, in Domino salutem. Christianissima intentio vestræ potentia, & propositum pietatis ex multis quidem rebus nobis innouit, præcipuē autem ex literis vestrę pietatis nup̄ ad nos directis: quibus perugilem circa pietatem laborem suum tranquillitas vestra demonstrauit. Quapropter omnium Deum laudantes, & linguas ad fauorem, & corda ad supplicationes incessabiliter commouētes, pro pio vestrę serenitatis imperio, congregauimus DEO amantissimos Episcopos vniuersæ prouinciæ, pro quibus sancire suis literis pietas vestra dignata est, & concordimēte decreuimus, Timotheū quidē cōtra sanctorum patrum regulas, & ecclesiasticas sanctiones sacerdotiū inuasisse seditione populi pariter & tumultu. Hęc enim nos lectæ contra eum preces edocuerunt, quæ neq; sacerdotem arbitramur, nec omnidō in ordine episcoporum constitui patimur. Magnam etenim synodū sanctorū patrū Chalcedonæ

collectam amplectimur, & salutarem esse decrevimus: & non solum propter multitudinem pontificum ibidem congregatorum, & sententiam sancti & pij Imperatoris Martiani una cum eis prolata: sed quia & sanctorum patrum in Niceno concilio congrua & conuenientia, & in nullo contraria eam sapuisse conspicimus. Hæc quidem per nostram sententiam declaramus. Vestra verò pietate Romano Imperio incolumi permanente, credimus in pace & constantia sanctas Dei ecclesias conseruari Christo, vestrum pium propositum Deo dirigente, ad illa gerenda, quæ eius ecclesijs videatur esse vtilia, & per vestram mansuetudinem eis pacis iura præbente. Pelagius episcopus Tarsi, incolume vestrum imperium tempore longo sanctis ecclesijs, & Romano conseruet imperio, piissime atq; Christianissime. Alexander episcopus, Philippus episcopus, similiter. Hypatius episcopus, Seleucus episcopus, Eustathius episcopus, similiter. Titus episcopus similiter.

¶ Epistola infra scriptorum Episcoporum, ad Leonem Imperatorem.

Per omnia Christianissimo victori atq; triumphatori, & à Deo competenter honorato imperatori Leoni, Pergami episcopus Antiochiæ Pisiæ metropolis, Eutropius episcopus Adandenus, Paulinus episcopus Apamænis, Libanius Paralenus, Alexander Seleuciæ, Mænus Gortonus, Bassus Panaspoleos, Florentius Adrianopolis, Metrophilus Metropolis, Theodorus Theodosiopolis, Martianus Philomeli, Eugenius Synnadorum, Politianus Sozopolis, Attalus Malinopoleos, Castinus Limenopoleos.

Cognoscentes sanctionem vestram zelo diuino esse completam, & placationem Dei voluntate sancta conferentem, & subiectis per fidem inenarrabilem quietem ac disciplinam, quæ ad salutem pertinet, piissime prouideter, per quam precepistis nobis, vt de Timotheo, qui in omni impietate nocit accusatus, necnon & de his, qui pro fide catholica placuerunt sancto & vniuersali concilio Chalcedonense celebrato, quid communiter sentiamus, sine timore cuiusquam hominis, & absq; gra vel inimicitijs indicemus, tamquam reddituri incircumscriptibili Dei iudicio rationem: vestra potentia nostris significamus apicibus, Timotheum quidem, qui iam damnatus ostenditur, sicut plurimi venerabilium Episcoporum Aegyptiacæ diocesis, & reuerendissimi clerici in scriptis affirmantes, vestra clementia suggererunt nouissimè, contra ecclesiasticas sanctiones ad sacerdotij ministeriũ fuisse perductũ: sed etiam eos, qui cum sciret eũ fuisse damnatũ, comunicare illi sine periculo crediderunt, extraneos eos esse à dei Ecclesia iudicamus, secundum consequentiam regulare nulla eis venia nec spe restitutionis vilo modo remanente, sicut tertia & octogesima regula de vtilibus aperte decernit, cuius

TOM. 2.

initiũ est: Si quis Episcopus à synodo depositus, aut presbyter, aut diaconus ab episcopo proprio &c. Nam vt is, qui & illi sententiæ succubuit, & ante tantorum inenarrabilemque; malorum, & multis lachrymis lugendorum author extitit, dignum debeat secundum leges subire supplicium, postquam cognoscitur talia præsumpsisse, nostrum non est edicere, sed probare decet, & iudicare vestra Christianissimam maiestatem: quatenus & pro omnibus cogitetis, & pia quiete placetis neum, & propriũ muniaris imperiũ, & subiectos ab iniqua peste huiusmodi liberetis. Si verò fidem sancti Chalcedonensis vniuersa-

Nō mirum, si hæretici Concilia reijciant.

lisque concilij Timothei negare præsumit, & quicumque nefandorum eius actũ ministri, sociique reperiuntur, nihil mirũ est. Nam quia diuina pace monstrantur extranei, sine dubio & ab ecclesiasticis sanctionibus simul, & æquitate contra Romanũ imperiũ contenti sunt inimici, non est mirandũ, si etiam à sensibus proprijs exciderunt, vesane blasphemantes & anathematizantes saluberrimæ fidei doctores atque custodes sanctissimos, & apostolicos patres, & archiepiscopos, omnesque simul Deo amantissimos episcopos, sequentes sanctiss. episcopos, qui per generationes singulas rectæ fidei lumina fuisse noscuntur, & Deo amantissimos senioris & nouæ Romæ archiepiscopos, quibus concordes existunt. quorum firma & immobilis & inexpugnabilis fides in Christo probata est, apud sancta & vniuersale synodũ Chalcedonense celebratã, cuius pro Dei gratiã comunicatores & fuimus, & vsq; ad vitæ terminũ in Deo permanebimus, secundum centũ quinquaginta sapientes & egregios medicos, qui diuerso modo passionibus & subtiliter perscrutantur, & tunc congruam simul & singularem medicinã offerunt agrotantibus: Cogitantes, pro correctione eorum, quæ in Alexandria contigerunt, diuino zelo feruentis, in memorata sanctione precepistis, quatenus omnia diligenter tractentur, & sanctissimis episcopis comprobentur, quoniam nunc Alexandrina ciuitas conturbatur, pro cuius quiete & disciplina, maximã se habere sollicitudinem significauit vestra clementia. Quapropter edicimus, Timotheo siquid consentientes, & qui pro eo vestrae Christianitati preces proprias obtulerunt, velut epi & clerici Aegyptiacæ diocesis, cum non sapiunt, vt apparet, sapere se cõsident, quando sic aperte mendacio impudenter incumbunt. Videntur enim in predictis precibus, pietatis vestrae sanctioni subiectis, contra literas mansuetudinis vestrae locuti, & contra gloriosam cogitationem, quã pro Alexandrina ciuitate & eius disciplina geritis, tractasse. Affirmantes enim maximam pacem, memoratam ciuitatem, & sanctissimas ecclesias, & monasteria possidere, aperte rebus ipsis capti sunt, & aduersus pietatis vestrae vocem, & cogitationem sine metu locuti. Ple-nam nanque caliginem, & à malis imminetibus nubem,

bè, disciplinã esse dicentes & pacem, & in ecclesia Alexandrinorũ diuinitus attributã, quoniam huiusmodi viri putabantur contra veritatem & vestra optima consilia properantes, pacemque; Dei vocantes persecutiones, & bellum contra orthodoxos sacerdotēs & clericos gestum, nouamque; tyrannidem contra sacras regulas inquirentes, clarè in sacrum illud incurrere videtur eloquium: Non est, inquit, in disciplinationis, sed pacis deus, sicut in sanctorum vniuersis ecclesijs agnoscitur. Hi etenim ad perditionem parati sunt, secundum prophetam, dicentem, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Quomodo autem isti crededi sunt sapere, & tenere causam ab omni mendacio segregatam, & aure diuinã, sapientiam salutarẽ, hoc est, salubrem fidem, quam præcipue seruare promittunt, dicentes in predictis precibus suis, in concussis atque firmè & immobiliter se credere symbolo, in Nicea ciuitate à sanctis trecentis decem & octo patribus explanato, & neque augmentum, neque detractionem hoc posse recipere, neque opus habere qualibet interpretatione, cum per se, vt aiunt, videat interpretatũ: centũ quinquaginta verò sanctorum patrum conciliũ ignorare se profitentes, docentesque; comunicare Alexandrinam ecclesiã Ephesijs concilij. Adijcetes & hoc, quod synodũ Chalcedonense celebratã ecclesia Alexandrina nõ recepit. Per hæc igitur ostenduntur similes esse eorum, qui nescientes exponente optimè salutis remedia medicinã, & passiones prouenientes subtiliter edocentẽ, impudenter totũ se nõse promittunt. Sic enim & isti, neque temporum diuersorum languores hæresim scientes, nec medicinã congruã infirmis opportunè prolatã ab spiritalibus medicis, sanctis scilicet & orthodoxis sacerdotibus, qui per tempora synodos impleuerunt, insipientes, harum rerũ non habentes discretionẽ, superfluos & erroneos in suis precibus posuerunt sermones. Nã si hæc, quæ memorauimus, agnouissent, nõ arbitrarent augmentũ aut detractionem factam in sancto symbolo, à trecentis decem & octo sanctis patribus explanato, nec se diceret illud interpretatũ, quod paucissimis quidem sermonibus, sed perfectis sensibus scripturę diuinę pro viros eius scientię peritissimos videtur esse completum. Quorum veritate ignorantes, & qualis quantaque; hæretico tunc precedente languore plata sit medicina, diuinitus inspirata, in illud incurrisse diuinũ vident eloquiũ, quod ait: Nolite fieri sapientes apud vosmetipsos, propter hæc enim ignorauerunt hæreticos, qui postea per diuersa tempora varijs languoribus sunt exorti, necnon etiam eos, qui opportunè & necessariè eorum infirmitatibus saluberrimã fidei congruam obtulerunt salutaris adiutorij medicinã, sicut sanctiss. centũ quinquaginta pres episcopi infirmitati languoris Macedonij, qui diuinitate sancti spiritus negauit, obtulerunt, aperte firmitatẽ rectę fidei docentes, & diuinitate

1. Cor. 14:

Psal. 5.

¶ aut diuinã

Rom. 11.

TOM. 2.

te vnitatis inseparabiliter adorandã. Rursus igitur alia passione nata circa inhumanationẽ Dei verbi per callidũ erroneumque; Nestoriũ, sancti patres, qui illo tempore Ephesi conuenerunt, suscipientes pariter Orientaliũ episcoporum probatissimã sibi concordiam, perfectè predictum languorem inenarrabili fide curauerunt. Similiter autem Timothei sequaces ignorare videntur, quæ admodum postea Eutyches, cum in profundum phantasiæ praua ignorantia suæ secta corruerit, principatu hæretico suffocatus sit, & quia pro eò duo sint celebrata concilia, prius in Epheso, & postea Chalcedonense, & quia quæ Ephesi quidẽ facta est, nõ sufficit eius agnitionis, vt oportebat, discernere passionem, & offerre quæ erant necessaria medicina. Quæ verò Chalcedonense Dei gratiã congregata est, eius solatio ita pualuit, vt eggritudine aperte cognosceret, & remedium medicinę salutaris offerret. Igitur notũ est sapientibus vniuersis, quia nisi diuersæ, diuersisque; temporibus hæreses exortæ fuissent, nequaquam opus esset consilio spiritaliũ medicorum. Nam ubi infirmitas, illic opus est sine dubio medicina. Et quia nõ sicut defensores Timothei putat, adiectio quædam symbolo trecentorum decem & octo patrum est facta, quando emergentibus varijs eggritudinibus spiritalis & necessaria eis oblata est medicina, simul quæ corpori est eggritudinũ similis incredulitas. Et quæ admodum oculis dudum egrotantibus, & caute atque cõpetenter à medicis, qui tunc inuerti fuerint, curatis, si rursus contingat aliquẽ visceribus forte dolere, quicumque postea reperti fuerint, nõ desinunt adhibere medicinam: ita hæretica infirmitate temporibus diuersis exorta, mirũ nõ est, si à piissimis temporum quorumque principibus, deo amantissimis episcopis, pro imminente cura cõuocati, medicinę vtilia remedia porrexerunt. Quæ cum ita sint, nõne ignorantia manifesta est, & nouissima in Timothei infirmitate atque superbia, quã dõ omnibus quidẽ orthodoxis & religiosissimis episcopis quicumque; nunc sunt, & qui ad Deũ iam migrauerunt, aperte caluniatur, quasi adiectio quãdam in sacro trecentorum decem & octo sanctorum patrum symbolo fecisse videantur? & quasi pro credulitate sua dicant, Quia predicto sacro symbolo nullũ ipsi augmentum, aut detractionem quamcunque recipient, nõne plenum est hoc totius falsitatis iudicium, cum dicant centũ quinquaginta sanctorum patrum se ignorare conciliũ? Vnde magis videntur, quia non solum talium medicorum necessariam curam prorsus ignorant, sed etiam ipsam infirmitatem Macedonij, pro qua videntur esse collecti. Quã scilicet ignorantes, cum sit utique manifesta, & nimis insignis, etiam simplicibus orthodoxis, & in laico ordine constitutis, multo magis varijs Nestorij errorẽ, necnon Eutychis impietates, vesaniã, phantasiãque; nescire pandunt. Et propterea inaniter & in discretè i suis precibus dixerunt, se

De secunda Ephesina synodo dicunt, quę prodatoria vocatur.

Concilia cur celebrata.

for. * defensoribus infirmita

* Quia in

Ephesijs

Ephesijs communicare concilijs, cum prius utique sit sine dubitatione susceptum, secundum verò non solum priori consistat aduersum, sed etiam vniuersis sanctis episcopis, quos olim luminaria fuisse probant Ecclesie, quorum famosissimam & religiosissimam multitudinem dinumerare difficile est. Præcipue tamen aduersarij esse panduntur immortalis & beatæ memoriæ Athanasio, Alexandrinæ ciuitatis episcopo, cui dum inueniantur esse contrarij Timothei sequaces, omnibus indubitanter orthodoxis, & maximè fidelibus Aegyptijs, & DE Izelum habentibus omnibus, omnino videbuntur inimici. Sed hæc equidem dicta sunt de vno quoque capitulo petitionibus eorum inserto, quatum breuiter à nostra dici potuit paritate, ut vestre pietatis imperio, sicut pijs literis imperare dignati estis, indicarem. Religiosissima namque vestra pietas decenter egit, ut se contineret & necessariè discretionè Deo; placenti committeret examinationè horum, qui nullam impietatis speciè reliquerunt, sed super alia mala etiam hoc adiecerunt, ut diabolica inspirati virtute, examinatione non facta, sanctissimos episcopos & religiosissimos clericos, in sanctis orthodoxisque ecclesijs enutritos, expellerent à ministerijs, quæ Christi Domini gratia sunt sortiti. Ut autem vndique diuino lumine veritatis mendacij tenebræ sequacium Timothei destruantur, & à religiosissima pietate vestra simul & æquitate, hæc impietas, iniquissimaque; superbia radicatus euellatur, decet eos aperte conuinci, quia cum sibi rectè credere videatur, multum extra hanc scientiam esse noscunt, nequaquam diuinum intendentes eloquium, & non cognouerunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Ut autem talis omnibus ostendatur, & præcipue populo volenti Timotheum habere potestatem, diuino nobis proposito timore, confidimus & hoc sacræ vestre maiestati suggerere, quatenus valde celerrimè, & sine qualibet obumbratione in sua ignorantia, & prauè sectæ sententia conuincatur Timotheus, & eius sequaces episcopi simul & clerici. Igitur si placet vestre pietatis imperio, sub custodia eos foris Alexandria ciuitate esse præcipite, & seorsum eorum singulos habitare, & diuine scripturæ libros quos voluerint, dato primitus ab eis breue, quos habeat necessarios, accipe, ut intra certos dies arctissime custoditi, ita ut nulli liceat ad eos accedere, & verba eis sensusque; disseminare, iubeantur exponere, quæ virtutè scripturæ diuine respicientes, rectæ fidei symbolum susceperint, & fidè trecentorū decè & octo sanctorū patrū, immobiliter se tenere & custodire polliciti sūt, quæ fuerunt Arrianorū variæ blasphemiarum atque languores, quas nefandè sanctorum scripturarum textu nitebatur adstruere, & quemadmodum hæc à prædicto symbolo sunt exclusæ. Non solum enim Arrianorū, sed & plurimæ

heretici sua
commenta
scriptis di-
uinis adstru-
ere conantur.

TOM. 2.

ante hanc hereses exortæ, in diuine scripturæ proloquijs putatur incumbere. Illi quidem si venerabiliter reminiscuntur omnium sanctæ memoriæ orthodoxorū patrum, & quales quique; fuerunt, agnoscunt inter eos reuerendè memoriæ Athanasium simul & Cyrillum doctrina copiosa pollentes, & pastores Alexandrinæ ciuitatis insignes, quos omnes orthodoxi sequuntur, & præcipue fideles Aegyptiorum. Quæ cum ita sint, in scriptis sequaces Timothei declarare iubeatur, quomodo memorati sancti patres saluberrimè crediderunt, & quomodo horum inueniantur aduersarij, qui cum Arrio fuisse noscuntur heretici, & qui sunt isti, aut qui sapienter à recta fide recesserunt: quo facto, & caligo erroris simul & prauæ sectæ sequentium Timotheum vbiq; protinus aperitur, ipsi insuper, qui non cum discretionè, sed sine quadam probatione puenti sunt, indicatur. Et ex hoc omni veniam monstrantur extranei, qui rectè fidei vniuersale concilium nefandissima voluntate, & scelestissima lingua anathematizare presumunt. Tū etiam præter conciliū Deo amantissimorum episcoporum, sapientissimè & semper memorabiliter, velociter vestra pietas efficiet, ut dum primitus conuicta fuerit atque notata, praua eorum nefandissimaque secta damnetur, & ea, quæ pro recta fide sunt & Deo Christo placent, & diuinæ disciplinæ paci; conueniunt, roborentur. Turpe fatis, & reuerentiæ vestre nimis indignum est, ut diuulgetur generali synodo nunc opus esse, dum hæc aperta sint & valde certissima: quatenus, ut dictum est, plus valere videatur, qui se diabolo tradiderunt, & eius impietate ebriati. Et ut insignis pompa concilij, occasio quidem multi conceptus sacræ fidei, & detractionis existit: frequètia verò multorum indiscretè loquentium, paganorum, aut infidelium, & præcipue hereticorum, plurimi (quod absit) simplicium trahuntur ad lapsum: qui dum illi putentur quidem, de quibus volunt honestè loqui, ad varias autè blasphemias rectæ fidei dogma perducant. Cur enim hoc capitulum eligunt, qui hætenus quod sapiunt, ita nesciunt, ut pro sua fide frequenter egeant conuenire? Pergamius Episcopus Antiochiæ Pisiæ, subscripti, quæ sunt subiecta intercessionibus omnium sanctorum, armatus recta fide, & omnia quæ pietati sunt aduersa, deuincens. Multo tempore à clementia diuina sequeris Christo amabilis, & honorate diuinitus Imperator. Eutropius episcopus Adandenorū ciuitatis, similiter. Paulus episcopus Apamensis, similiter. Libani episcopus Parlaos, similiter. Alexader episcopus Seleuciæ, similiter. Maximus episcopus Tortiloten, similiter. Bassionas episcopus Neapoleos, similiter. Florentius episcopus Adrianopolitanus, similiter. Minophil episcopus Metropolitanorū, similiter. Theodorus episcopus Theodosiopolis, similiter. Martiani episcopus

pus Philomeli, similiter. Eugenius Episcopus Synnadorum, similiter. Politianus Episcopus Sozopolitanus, similiter. Attalus Episcopus Malinopoleos, similiter. Castinus episcopus Limenopoleos, similiter.

¶ EPISTOLA INFRA SCRIPTORUM Episcoporum, ad Leonem Imperatorem.

Domino pijsimo, Christoque; amantissimo Imperatori nostro Leoni, ppetuo Augusto, parua & humilis synodus, congregata in metropoli Sardonorum vestre Lydiæ: Primitus vestre pietatis imperiū nuper adeptæ sanctissimæ Dei ecclesie in Lydia constitutæ, augmentum magnæ tuitiois & zeli circa orthodoxam fidem vestre tranquillitatis agnoscunt. Vnde incessabiliter pro vestre Christianitatis imperio preces offerentes Deo, ut longè & in pace vestra seruetur vita, nonnulli magis aliquam sibi & suis sacerdotibus atque populi quietam negociatur vitam. Pro quibus enim hæc à nostra paruitate suggesta sunt, breuiter indicamus. Quoniam diuina sanctione per Eudoxium virum deuotum magistrianū, religiosissimo nostro metropolitano Eutherio facta, conuocati sumus in ciuitate Sardonorum literis memorati sanctissimi viri metropolitani nostri directis, congregatisque; nobis in vrbe prædicta, vestre pietatis literæ sunt directæ, necnon & preces, quæ videbantur de quibusdam capitulis eis esse subiectæ: quas audientes, de vtroque; capitulo vestre pietati suggerimus. De principali namque capitulo, & quod ad ipsam Christianorum fidei respicit summam, id est, de sancto & vniuersali concilio Chalcedonæ collecto, cui regulariter præfederunt & maxima Romæ sanctissimus & beatissimus archiepiscopus Leo, per venerabiles Episcopos directos & clericos, necnon & regie Constantinopolis sanctissimi & venerabilis archiepiscopus Anatolius, & summi sacerdotes, quæ ei concordēs fuerunt, & similia decreuerunt, necnon & omnes sanctissimi totius orbis episcopi, etiam hoc fatemur, quia necessariè per illorum vestigia gradientes, & reuerentiā eis habentes, eosque venerantes, quæ piè & diuina inspiratione constituta sunt, quæ in prædicto sancto & vniuersali concilio sancita noscuntur, eis concordēs sumus, quædò nihil dissonant à sancto & vniuersali Niceno concilio trecentorum decem & octo sanctorum patrum. Deus enim, qui per illos olim fidè regulariter exposuit, ipse etiam nunc per istos eam denuo, quoniam vnus & idem, secundum beatum Apostolum, spiritus sanctus operatur est vniuersa. De Timotheo namque, qui tyrannicè sicut agnouimus, & contra regulas sedè sanctissimæ ecclesie Alexandrinæ ciuitatis inuasit, dū utique esset ecclesiasticæ correptioni contraditus, relegentes preces quæ syllabis pietatis vestre subiectæ sunt à Deo amantissimo

1. Cor. 12

TOM. 2.

simis episcopis Aegyptiacæ dicecesis, & venerabilibus clericis Alexandrinæ ciuitatis, per eas agnouimus: quia cum adulterio, quod in pontificatu commisit, & homicidio, etiam anathematizare sanctum concilium Chalcedonense non timuit. Quibus auditis, animæ nostræ profundo vulnere sunt peruersæ, defentes quod in tam venerabilibus temporibus ab aduersario pietatis & inimico orthodoxe fidei, tantæ obfessiones nobis insurgunt. Legentes etiam preces, ab aliquibus Timotheo consentientibus mansuetudini vestre pietatis oblatas, amplius desueimus, & nostra mentem excelsimus pro tanta præsumptione. Quia super ea, quæ iam commiserunt, non eos piguit etiam prædicto magno sancto concilio, quantum ad eos attinet, contumelias inferre, & illud prorsus expellere. Tortum tamen hoc vestro iudicio, non personam respicientes, committimus, supplicantes ut omnium totius orbis sanctissimorum Episcoporum post Deum vitam nostram pietas faciat esse securam, & sanctis ecclesijs, quietis & pacis iura concedat. Scimus enim, quia Deus, qui vobis ppetua regni sceptrum donauit, secundum beatum Salomonem, poscentibus sapientiā & prudentiam præbebit etiam in hac causa, quatenus benignitatem imperialem per omnia demonstratis Christianissimi atque pijsissimi Eucherius episcopus Synnadorum: Christus DEVS Christianissimum & inuictissimum vestre pietatis imperium in augmento fidei & pacifica vita sanctorum intercessionibus conseruare dignetur, pijsime & religiosissime & CHRISTO amabilis Imperator. Paulus episcopus Daldi, similiter. Asianus episcopus Philadelphie, similiter. Ioannes Episcopus Hecanidis, similiter. Polycarpus Episcopus Tabanius, similiter. Iulianus Episcopus Mustina, similiter. Ioannes Episcopus Meoni, similiter. Rufinus episcopus Areopolis, similiter. Lucius episcopus Apollinis, similiter. Gemellus Episcopus Stratonicia, similiter. Dionysius episcopus Attalia, similiter. Cyriacus episcopus Apolloniadis, similiter. Theodorus episcopus Gordi, similiter. Anatolius episcopus Hellenorum, similiter. Leonides episcopus Beas, similiter. Heraclidianus episcopus Senus, similiter. Diamonius episcopus Thraterenus, similiter. Onesiphorus episcopus Blandi, similiter. Iulianus episcopus Satalæ, similiter. Iohannes Episcopus Tripolis, similiter.

¶ EPISTOLA SVBSCRIPTORUM Episcoporum, ad Leonem Imperatorem.

Pijsimo & Christianissimo Domino Imperatori Leoni, Epiphanius episcopus Pergensis, & qui cum eo sunt reuerendi episcopi, Ephesus, Porphyrius, Diodotus, Noyfimas, Paulus, Martianus, Auxentius, Pierius, Iohannes, Miceus, Iannocetus,

TOM. 2.

tius, Polemon, Theosebius, episcopi Pamphyliae regionis. Decet quidem DEVM omnium humana laus, & omnis pariter oratio, pium verò principem famosissimus sermo. Nam & ipse cum subiectis adorat imperij largitorem, & pacis prouisorum dominum Christum, qui protegit inuisibiliter, & eos quod aduersus pacem gerunt bella, concidit. Ait enim quodam loco sacra scriptura, dum Aegyptiorum multitudinē populus formidaret: Dominus pugnavit pro vobis, & vos tacebitis: & hoc quidem frequēter operatus est Christus, sub vestra verò pietatis imperio palam gerens feruida, & vehementer expauit. Quae cum esset ad capiendum difficilis, & non crederetur posse subdi, sic potuit repente consumi, ut decetero neque nomen eius valeat inueniri. Ita si quidem Deus protegit ac prouisor existit eorum, qui in eo cordis pietate confidunt, qualē te quoque esse contigit Deo amabilis Imperator, qui non solum extraneorum rerum prouisor esse dinosceris, sed etiā sanctarum Dei ecclesiarum pacem multo labore cōquiris, ut habeas eam tu quoque, qui pro ea decertas, & pro eius vniuersitate cūcta diligenter operaris, quomodo & vno Christi corpore, omnes qui eius sunt, alligantur. Quis itaque sermo dignē possit vestram laudare tranquillitatem, circa vtrumque, sic patē & paterna charitate laborantem, & tuitionē suam summo studio cōferentem? Quapropter competit vobis Psalmistae verbum: Speravit in Dño, & in misericordia altissimi non commonebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, & dextera tua inueniat omnes odientes te. Et haec quidem à nobis humiliter pro gratiarum actione referuntur piissime & Christo amabilis Imperator. Dudum itaque literas ad vestram pietatem dirigens ego humilis, declaravi meam vestrae pietati sententiā, qualis sim circa orthodoxam fidem, necnon & sanctum Chalcedonense concilium. Quia verò etiā nūc diuinis syllabis tranquillitas vestra praecepit, ut vnā cum Deo amantissimis episcopis, qui mecum sunt, conueniēs significare debeam, quid sentiamus de eodem sancto Chalcedonensi concilio, & de Timotheo Alexandrino, sicut aiunt, episcopo: etiā rursus cōmuniter vestrae maiestati significamus, quoniam gratia Dei nulla parte ab eius pietate recedimus, nisi quia laesionē iudicamus, diuisionem simplicium populorum, quam nescio quomodo ignorantiam facientem patiuntur. Sicut enim iam dudum Christianissimis vestris auribus indicaui, nulla alia doctrina tradita est à nobis accedentibus ad salutare sanctumque baptisma, nisi quae à sancto Niceno concilio gratia spiritali prolata est, per quam & nos meruimus peccatorum redemptione saluari, & donum adoptionis adipisci, vnde bona futura percipere sustinemus, & mundus pariter vniuersus. Non enim nos

TOM. 2.

quidem per ea ad Christum accessimus, alios autem eadem nobiscum participari gratia prohibemus, dū omnia cōpleat, & omnibus valdē sufficiat, nullusque respuere potest, quo ipse saluatus est. Non igitur dicant, quia nos hanc solum praedicamus, & non eam colimus: sed & colimus, & veneramur, & praedicamus, & cum ea de presenti vita optamus egredi, & Christo Domino per hanc credimus praesentari. Non ergo mentem simplicium subuertentes haec dicant: Nos enim & Nicenam synodum debito honore veneramus, & Chalcedonensem quoque suscipimus, veluti scutum eam contra haereticos opponentes, & non anathema fidei existentem. Non enim ad populum à Papa Leone, & à sancto Chalcedonensi concilio scripta est, ut ex hoc debeant scandalum sustinere, sed tantummodo sacerdotibus, ut habeant quo possint repugnare contrariis. Duarum namque naturarum siue substantiarum vnitatem, in vno CHRISTO declaratam inuenimus à pluribus apud nos consistentibus sanctis & religiosissimis patribus, & nequaquam veluti mathema, aut symbolum his qui baptizantur, hoc tradimus, sed ad bella hostium referuamus. Si verò propter medelam eorum, qui per simplicitatem scandalizati noscuntur, placuerit vestrae potentiae Christo amabilis Imperator, sanctissimo Leoni Romanae ciuitatis Episcopo, necnon aliorum pariter sanctitati, propter istorum (sicut dixi) condescensionem & satisfactionem, quatenus idem sanctissimus vir literis suis declararet, quoniam non est symbolum, neque mathema epistola, quae tunc ab eo ad sanctae memoriae nostrum archiepiscopum Flavianum directa est, & quod à sancto concilio dictum est, sed haereticae prauitatis potius increpatio, simul & illud, quod ab eis est dictum in duabus naturis, quod fortē eis dubium esse dinoscitur, dum à patre prolatum sit propter eos, qui veram Dei verbi incarnationem negant, his sermonibus apertius indicatum, ita tamen, ut in nullo sanctae synodi fiat iniuria. Nihil enim differt, siue duarum naturarum vnitatem in cōfusa dicatur, siue ex duabus eodem modo referatur. Sed neque si vna dicatur verbi natura, inferatur autē incarnata, aliud quid significat, sed idem honestiori sermone declarat. Nam & inuenimus saepius hoc dixisse sanctos patres. Apud vestrae pietatis imperium, quod significat decenter ago vestra potentia, quia ipsa synodus permanebit, sicut ecclesiae membra discepta copulabunt hoc sermone curata, & ea, quae contra sacerdotes nefandē committuntur, cessabunt, & ora haereticorum contra nos aperta damnabuntur, & omnia reducentur ad pacē, & fiet, sicut scriptum est, vnus grex & vnus pastor. Quoniam & Dominus Christus multa condescensione circa nos usus, humanum saluauit genus: & quia cum diues esset, vti quē diuinitate, pauper factus est pro nobis,

Locus mē-
dosus.

Ioan. 10

2. Cor. 8.

sc.

secundum quod homo fieri voluit, ut nos illa paupertate ditaremur, sicut beatus Paulus edicit. Et iterum quomodo relinquens nonagintanovem oues in caelis, perrexitque quærere perditam, quod constat in nobis. Et quia cum inuenisset, multam nobis tuitionem exhibuit, ita ut eam humeris suis imponeret, & caelestibus ordinibus copularet. in quo & magnum gaudium factum dicit in caelo, & pro eius inuentione, & pro numeri supplemento. His itaque quid sentiamus de Chalcedonensi concilio, nos humiles vestrae pietati suggestimus. De Timotheo verò, quantum nos humiles propterea optuimus, vestra tranquillitati suggerimus: quia si ea, quae de eo continentur in precibus oblati vestrae tranquillitatis imperio, tanta & talia vera comperiuntur, sicut asserunt reuerendissimi episcopi, qui ea suppliciter obtulerunt: extraneus ab omni sacerdotali honore, & pia canonum integritate dinoscitur, sicut nos humiles valemus inspicere. Omnis enim causa eius in iudicio & probatione vestri pendet imperij, & integritate sanctorum summorumque patrum, quibus & nos humiles iustum est obedire propter maximam eorum scientiam ac sapientiam, subtiliter talia iudicare valentium. Nobis autem dari veniam à vestra potestate poscimus, si quid ut homines in his literis incautē suggestimus. Inuitati enim potius aut iulli, & quod maius est, coniuurati, haec scribere vestrae tranquillitati praesumpsimus. Epiphanius Pergenae ciuitatis episcopus, incolumē pietatem vestram Dei ecclesiae, & Romano impio in Christo opto feruari semper, piissime & Christo amabilis Imperator. Ephesus episcopus Comanenus, similiter. Porphyrius episcopus Palaeopoleos, similiter. Diodotus episcopus Clusimensis, similiter. Polemon episcopus Trebenorum, similiter. Miccus episcopus Adrianopolis, similiter. Maras episcopus Codri, similiter. Neon episcopus Gildatenus, similiter. Paulus episcopus Poglensis, similiter. Martinus episcopus Pellenensis, similiter. Hierius episcopus Panemotici, similiter. Iohannes episcopus Arias, similiter. Theosebius episcopus Maximianopolis, similiter. Auxentius episcopus Termisae, similiter. Innocentius episcopus Eudacianus, similiter.

Epistola infra scriptorum Episcoporum ad Leonem Imperatorem.

Christo amantissimo victori atque triumphatori, & à sancta Trinitate seruato Imperatori Leoni: Synodus, quae per sanctionem vestrae maiestatis in Myrenae metropoli vestrae Lyciae prouinciae congregata est: Literas tranquillitatis vestrae suscepimus per Branemundum magistrum, ple-

TOM. 2.

nas fide ac pietate, zeloque iustitiae & agnitionis Dei. Manum itaque tuam commodaturus Christo, sacerdotes cooperarios aduocasti, & pro orthodoxa religione propugnaturus, praesules eius socios tibi in dimicationibus adesse decreuisti, & sanctiones ecclesiasticas regulasque sanctorum patrum contemptas agnoscens, eos qui haec orat inuolabiliter conseruari, ad defensionem concurrere praecipisti, pontificisque necem viciscens sicut Moyses maximus, per syllabas sacras penē clamare visus es: Qui est domini, veniat ad me. Sed & precēs criminibus cummulatas suscipiens, vindictam interim suspēdisti, ut cum iuste reum punire videreris, & iudices ad hoc constituisti orthodoxos totius orbis episcopos, ut apud omnes iudicatus, quasi praesens ab omnibus iustam videretur ferre sententiam, ille qui cunctos in eo, qui iniquē necatus est, vexasse cognoscitur, auditores. Singulos autē à ciuitate propria non traxisti, ne forsitan euocationem quasi violentiam is qui euocabatur, accusaret. Sed permisiisti, tanquam compatiens vniuersis, ut consistentes in prouincia iudicarent, quatenus satisfactione careat, quisquis post haec fortē suam voluerit mutare sententiam. Igitur & nos o Christo amabilis, & qui imperium à Christo sortitus es, in tuis consilijs exultamus, videntes te pro orthodoxa fide ita feruentissimē laborantem. Deum propter perpetuam vestram maiestatem deprecamur, ut longo tempore vestrum nobis conseruet imperium, & nequaquam alij subiecti esse videamur. Suggestimus igitur, quia de singulis, quae in sacris literis vestris continentur, lectio apud nos cum laudibus celebrata est atque letitia: sed precum cognitio, eisdem literis subditarum, nostra gaudia violauit, Christo amabilis & triumphabilis Imperator. Tremor enim & terror rectē singulorum corda commouit, & fontes lacrymarum de pupillis oculorum valdē fluxerunt, sicut etiam genae rigatae sunt, procellaeque malorum, & multa iacula calamitatum subinde reuelata sunt, & amara nuncia alia crudelia praegenerunt. Et donēc audiremus quidem, quia viuente adhuc nostro sacerdote ordinatus est, cognouimus quia velut adulteri filius, sic Abessalon impudenter insurrexit in patrem, & sponfam viui genitoris abripuit, & quia nefandē semetipsum constituit & irregulariter sacerdotem. Quasi pelagi tempestate commota ea, quae à populo inconsiderate fiunt, ad modicum quidem praualent tempore verò supueniente soluuntur. Cum verò audissemus & necem praecedentem lectionem, & in venerabilibus locis factam, & bestiarum modo lacerationem corporis perpetratam, & mortui nefandae iniurias, & membrorum humanorum crudelissimas sectiones, & exusti corporis cinerem, & nullam compassionem Timotheum, aut auersio-

2. Reg. 16.

Y

nema

Esa. 49.

Gen. 49.

Hiere. 9.

Iudic. 19.

Iudic. 20.

Iudic. 21.

I. Cor. 10. & 12. Ephe. 4.

nem aut odium habuisse contra huiusmodi præsumptores, cum oportuerit eum mox dare locum, vt aliena violentia magis quam eius proposito hæc facta monstrarentur: sed potius eum festiuitatem cum eis celebrasse: tunc exiliuimus, & vultum, secundum quod scriptum est, tristem habentes atq; demissum, & vtranque manum ad inuicem cõferentes, atq; dicentes: Oblitus est nostri dominus, reliquit nos dominus. Quid iam nos sacerdotes faciemus? Quomodo pastores, cum mercenarium vidimus greges ita dispergere? Quomodo compatiens, cum hæc examinari minime supplicamus? Quomodo reuerendi, qui cultum sancti baptismatis obscuratum despiciamus? Quomodo ecclesiæ præfules, nefandum adulterium reticentes? Quomodo exemplum fidelium, cum patrum regularum custodes in temporibus pietatis ecclesiæ fluctuantur? Tranquillitas diuinæ scientiæ continet vniuersa, & nauis orthodoxorum duceretur forsitan in profundum, nisi Imperator pius existeret, pro purpura virtutibus fulgens, armis vtens aduersus hostes venerabili cruce: & hac vocatus appellatione, qua per clementiam Christus vocari dignatus est: Recubans, inquit: soporatus est sicut leo. Oportebat tunc secundum prophetæ Hieremiæ vocem, nouissimum querere locum, & die noctuque ea, quæ sunt commissæ, lugere. Non enim vna est mulier, secundum historiam, quæ iniustitiam & vim pertulisse dinoscitur. Breuiter itaque, Christo amabilis Imperator, historiã quoq; audire dignare. Aliquando Leuita vir violentiam passus in coniuge, & contumeliam ferre non valens, & iniuriam sceleris immensam esse conspiciens, dum mulier manè mortuã fuisset inuenta, plurimis contumeliã inferentibus, diuides eam in vndecim partes, vndecim Israel tribubus destinauit: & propterea vndecim, & non duodecim, quia vnã tribum sciebat iniuriosos & luxuriosos habere viros. Tunc omnes vndique ad vltionem velocissimè concurrerunt, pro literis mulieris membra suscipientes, & velut inimicos fratres proprios expugnantes, dum tanti sceleris præsumptio atq; mortis, dilectiõem cognationis excluderet. Insuper etiã anathematizauerunt eos, nè sponsam ab eis sumerent, aut darent sponsum eis, & nisi remedium sapientiæ fuisset post hæc inuentum, etiã nomen tribus Benjamin esset ablatũ. Ea siquidem, quæ nunc gesta sunt, illis comparata, crudelitate maiora sunt. Non enim vna ecclesiã hanc pertulit læsiõem, nec vnus sacerdos occisus est, sed omnis ecclesiã, & omnis pontifex est necatus. (Vnum enim, secundum beati Pauli vocem, omnes pariter sumus, & vnum membrum, & fratres, vnum habemus caput CHRISTVM:) ecclesi-

TOM. 2.

astica sanctiones & constituta conculcata, regulæ sanctorum patrum sprete sunt. Dominus totius orbis terrarum Christus, nutritor pietatis, & orthodoxæ fidei propugnator, occasionem dedit loquendi coram regibus, & non timendi. Antiqui iura loquebantur etiã audire nolentibus. Ipse autem mitissimè atque clemens nostras imbutit aures, vt malum tanquam malum notem. Væ, inquit, qui dicit malum bonum, & amarum dulce. Ad iustam igitur indignatiõem, rogamus, excitamus atque supplicamus, vt baptisteria & altaria, sacerdotiũ, regulas vides patrum, sceleris domino feruentissimè vltio, provideas ecclesijs saluatoris quietem. Quantum enim exlectione precum & scelerum commissorum, quæ illic referuntur, agnouimus, mercenarius, & non pastor, probatus est Timotheus. Occultè nanque latrocinantem, & non regulariter, per ianuam sanctarum regularum ad ouiuũ aulas ingressus est. Adulter Timotheus viuo adhuc sponso, in eius sedem vfanissimus insiliuit. Homicida Timotheus: particeps est enim eorum, qui suum spiritalem patrem, & CHRISTVM implacabiliter lacerarunt. Sacerdotio indignus Timotheus: abripuit enim, non accepit, honorem. Incredulo peior Timotheus: negat enim sanctum Chalcedonense concilium, sicut per eos, quos destinauit, scripsisse dinoscitur, quod nullo modo à decreto sanctorum patrum in Nicea conuenientiũ, Dei vtique & hominum celebrato timore, discordat. Cui enim eorum, qui ibidem congregati sunt, sicut sub Dioscuro in Epheso aduersus bonæ memoriæ Flavianum, terror illatus est, qui, sicut ibi dextera calamum fingens, atque digito demonstrans eos, qui ante ianuam obseruabant, aliquid reclamauit aut plagas fortè sustinuit? Nullus per sellia semetipsum abscondit, fugiens subscriptionis iniquitatem. Hic nouum nil audiuimus: (nam neque consentire poteram?) Quæ tradiderunt nobis ab initio inspectores & ministri verbi, trecenti decem & octo sancti patres, qui in Nicea conuenerunt, & Constantinopoli, aut qui in Epheso venerandè collecti sunt, hæc in nobis ipsis, & dudum in Chalcedone per nos obsignauimus, & non hæc in aërem & inaniter sunt soluta CHRISTO amabilis Imperator. Sed etiã his literis mox ad vestram tranquillitatem vsi sumus, & penè lachrymis nostram supplicationem, non atramento conscripsimus, rogantes & supplicantes, & tanquam prostrati præsentem, vt non sinatis inimicos Ecclesiæ sanctas Dei ecclesias cõturbare: sed & faciatis eas sub quiete consistere, & occasionem fieri symbolum requirere: sed & faciatis eas sub quiete consistere, & occasionem fieri symbolum requirere: sed & faciatis eas sub quiete consistere, & occasionem fieri symbolum requirere. In nullo enim discordamus in rebus, in quibus est nobis satisfactũ, aut

Luca 37.

Esaie 5.

caulas

Gal. 1.

aut de fide saluberrima dubitamus, & si quod annunciauerit nobis, præter quod accepimus, anathema sit. Expellite, secundum quod scriptum est, De concilio pestilentiam, & virum sanguinum auferite de medio, & confacerdotes, qui persecutionem iniuste passi sunt, tanquam pij, vestro more protegente, ecclesijs proprios sponso redonate, & monasteria congregata, & sudores sanctæ memoriæ Athanasij, & Theophili & Cyrilli, qui orthodoxæ fidei principes extiterunt, nequaquam inutiles esse permittite: Et Proterium sanctæ memoriæ, qui mediator Dei fuit & hominum, magna voce clamitantem, clementer audite. Celare enim eius sanguinem, sicut Zachariæ, terra non patitur, nè iterum celans, secunda vice maledicatur. Petrus misericordia Dei episcopus Myrenæ metropolis sanctæ Dei ecclesiæ, subscribens retuli: Incolumem in Christo longo tempore maiestatem vestræ pietatis pro. Eudoxius episcopus Zomatenus, similiter. Cyrinus episcopus Patareus, similiter. Stephanus episcopus Lymerenus, similiter. Eudoxius episcopus Acalandenus, similiter. Leontius episcopus Araxenus, similiter. Andreas episcopus Gleorum, similiter. Nicolaus episcopus Acrasenus, similiter. Athanasius episcopus Xanthenis, similiter. Hypatius episcopus Sidimenis, similiter. Pannitius episcopus Ascandenus, similiter. Anatolius episcopus Olympinensis, similiter. Cyrinus episcopus Oenoandenus, similiter. Nicolaus episcopus Gaunenus, similiter. Aquilinus episcopus Padullenus, similiter. Nicolaus episcopus Balbureus, similiter. Aristodemus episcopus Phalissitenus, similiter.

Epistola Agapiti Episcopi, ad Leonem Imperatorem.

Domino Christo amabili, atque victori Leoni, Agapitus misericordia Dei Christi episcopus vestræ Rhodi. Desuper sceptri regni suscipiens, sacratissime & inuictissime principum, pro munere vestræ pietati collato, Deum caelestem regem primitijs decentibus honorastis. Prima enim oblatio & acceptabile sacrificium est, vt auriga mundi, & princeps totius orbis, qui sub sole consistit, adorandæ Trinitatis fidem seruet incolumem, & doceat ex his, quæ fa-

Imperatoris quod scripuit decaat.

TOM. 2.

cit & colit, timere & homines DEVM, & talia sectari, per quæ nostrum seruatur genus, & cogitare pro communi republica, & totius populi disciplina: quatenus optima causa pacis & nomen vbique præcellat & vigeat, & non instar bestiarum contra suum genus homines singuli rabiem feritatis exerceant. His itaque bonis & alijs multiplicibus dudum, & nunc per vestrum imperium constitutũ diuinitus perfruentes, omnes oramus innumeris vos conseruari temporibus. (Verè nanque sacerdos & natura Imperator existis) sed & omne genus humanum DEO conuenit supplicare pro imperij vestri longeuitate. Nam in principijs vestræ serenitatis imperij, tantam barbarorum multitudinem manu dextera subiugastis, & nimis importabilem destruxistis, vt perpetuũ erigeretis trophæum in omni orbe terrarum, & altam pacem toto præberetis in mundo. Nihilominus autem & nunc pro humano genere cogitatis, saluberrimas has literas et viles animarum sacerdotibus destinantes, his quibus ligare & soluere peccata concessum est, communionis sacræ sollicitudinem committentes. Quapropter corroborati piarum vestræ serenitatis autoritate literarum, ad hoc responsum confidentes accessimus, supplicantes Deo & vestræ serenitatis imperio, vt nostras humiles voces dignemini placanter accipere, & si quid tanquam idiotæ paululum delinquimus, veniam condonare. Sacra siquidem & incomparabiles vestræ syllabæ potestatis, & mala quæ incredibiliter Alexandriae prouenerunt, & Timothei gesta pessima declararunt, qui, sicut aiunt preces oblatae pietati vestræ à quibusdã Deo amatissimis episcopis Aegyptiacæ diocesis, auctor tanti sceleris esse dinoscitur. Super hæc autem & ea, quæ satisfactores Timothei fieri postulant, nostræ paruitati manifestata sunt. Iussistis itaq; considerare concilium vestræ prouincię insularum, quid sentiat de sancto & vniuersali Chalcedonensi concilio: & mihi quidem fuit optabile & nimis vtilissimũ, secundum vestræ pietatis iussionem, cum omnibus episcopis nostrę prouincię præbere responsum. Sed quoniam euocatio quidem, & ante susceptionem sacrarum pietatis vestrę literarum, & rursus postquam susceptæ sunt, à me festinanter effecta est, sed hyemalis temporis qualitas, sicut pietas vestra prospicit, eos venire ad metropolim nõ permisit, dum tribus millibus aut quatuor millibus stadiorum quidam abesse videant: necessarium fuit, nè quod impedimentum fieret Eudoxio viro deuoto magistrano, præcepti pietatis vestrę ministro, ad reliqua responsa prouinciarum & commissã, vt velociter meam sententiam facerem manifestam. Hoc enim etiã ipse videlicet magistranus compulsi adimplere. Gradior itaq; gratia DEI ad narrationem capitulorum

Y 2. præ-

praesentium, atque probationem haereticam qua possum. Memoratus enim Timotheus si talis esse paruerit, qualem eum oblatae preces vestrae pietati Deo amantiss. Aegyptiaca dioecesis atque clericis esse declarauerunt, non solum inter episcopos siue clericos, sed neque inter fideles laicos, iuste constituendus est, qui & piorum canonum disciplinam vastauit, & Romanam rempublicam confusione compleuit. Veruntamen quoniam imperialis lex, & ecclesiasticarum sanctionum consequentia custoditur, si placet, hoc supplico, ut vocetur accusatus sacro vestrae pietatis edicto: quatenus in praesenti conuinci possit coram vestris auribus, quae circumueniri non possunt, aut coram sancta synodo, quae pro qualitate temporis in ciuitate regia poterit inueniri, si tamen placuerit potestati vestrae, & ita dignam suorum actuum suscipiat ultionem. Si vero, quod non credo, in tantis & talibus criminibus accusatus, diuinae iussioni vestrae obedire noluerit, nec ad proprium dominum ita pium, mansuetumque principem concurrere festinabit, non solum ab ordine sacerdotum, sed & a Deo simul & principe, & cunctis hominibus, sicut reus, erit abijciendus. De sancto si quid est vniuersali concilio, Chalcedonae impiali sancti deo collecto, ad confirmationem quae atque cautela orthodoxae & catholice fidei, & damnatione atque destructione prauitatis Eutychie, quid dicamus, quoniam per omnia concordem sensum intemeratae fidei, a trecentis decem & octo patribus, qui in Niceam Christi gratia conuenerunt, & patrum Chalcedonae conuenientium reperimus? Non enim aliud quicquam praeter illam immobilem & fundatam rectae fidei expositionem eos decreuisse, nec aliquid augmentum aut detractum in simbolo sancto fecisse cognouimus: ob quam rem & penam omnes occidentalium partium DEO amabiles Episcopi, consentientes sibi, & pariter decernente sanctissimo atque beatissimo Leone Romanae urbis archiepiscopo, literis propriis & oris sui confessione ea, quae ab ipsis sanctis patribus Chalcedonae collectis interpretata seu explanata sunt de domini nostri Iesu Christi incarnatione, confirmauerunt atque cognouerunt. Vnde vestrae pietatis suppliciter exoramus, ut dum vna sit dominatio patris & filii & spiritus sancti, & eiusdem fidei vniuersi usque baptismatis, & nos vnum atque idem sapimus, & in vna sancta & consubstantiali & adoranda trinitate baptizati sumus, sicut

Matt. 28.

TOM. 2.

à mea paruitate mediocriter, ut potui, dicta sunt: tu vero domine Christo amabilis atque laudabilis, cuius potestas & virtus in manu Domini est, quod tibi reuelauerit Deus, & in tuo corde fuerit consuetè locutus, hoc in omnibus sancire dignare. Nouimus enim & credimus, quoniam qui te vnxit in regem IESVS CHRISTVS Deus & saluator noster, ipse tibi sicut Dauid & Danieli suam sapientiam condonauit, ad robur quidem & augmentum sanctarum Christi ecclesiarum, & ad aedificationem atque constantiam fidelium populorum. Quae tamen acta fuerint apud confacerdotes in concilio apud nos celebrando, secundum sacram vestram & adorabilem sanctionem, post non multum vestrae pietati declarabuntur. Ego Agapitus Episcopus Rhodiorum, orans dominum incolumem valere, & longo seculo conseruari Christo amabilem vestrae serenitatis imperium, manu mea subscripsi.

¶ Epistola Iuliani Episcopi, ad Leonem Imperatorem.

Pijssimo atque fidelissimo victori atque triumphatori, Leoni principi semper Augusto, Iulianus humilis Episcopus Coenensis. Ego domine Christo amabilis Imperator, illam sapientissimam monitionem mente percipiens, qua dictum est, Cognosce te metipsum, volui taciturnitate quiescere, & maiorum patrum iudicium sustinere. Non enim euocationis aequalitas, parem rerum seruat effectum: sed quando coactus cum euocatione rerum, tunc similitudo nominum habet verum quoque impermutabilem veritatem. Veruntamen quoniam consultare nos tranquillitas vestra praecipit, de vnoquoque capitulo, quod continetur in precibus Deo amabilium confacerdotum Aegyptiacae dioecesis, manifestam meam paruitatis facio voluntatem, moestus existens, & lachrymarum imbribus irrigatus, quid loquar ignorans, captiuitatem ac destructionem utique pietatis, illam tamen & pontificis lugens in opinabilem necem: ea siquidem, quae in Alexandrina ciuitate commissa sunt, ex ipsa narratione declarant animi passionem, & ad vindictam tanti facinoris, vestram solummodo prouocant equitatem. Nam constituti, ut orbem debeatis gubernare terrarum, indisciplinationis egritudinem ad interitum perducentem mederi summo studio festinantes, non gladium euaginant ad necem, sed interminationis verbo indisciplinatos regulariter perducentes ad obedientiam voluntatem. Sententiam itaque, quam contra se Timotheus nefandus exegit, sanctiones apertius explanarunt, quas sua tyrannide sepius abnegauit, disciplinam ecclesiasticam confundendo, & iniurias inferendo, inimicus nescio quomodo totius Christianitatis effectus. Captus enim in talibus, vestra iustitia debet experiri solummodo, quam ad magnitudinem

com-

commissorum eius, sicut in precibus continetur, potestas ecclesiasticarum non sufficit sanctionum. Pando si quid est vestrae potentiae, & quid de sancto Chalcedonensi concilio sentire dinoscitur. Hoc etenim nullatenus à veritate discordat, quoniam fidem traditam à sanctis beatisque trecentis decem & octo patribus, consona voluntate diuina inspiratione firmavit, non dogma aliud introduxit, non alterum symbolum, non vanam expositionem, non dualitatem vniuersi filii Dei, neque nouitatem aliquam celebravit: sed per omnia conuenit etiam sacro concilio centum quinquaginta sanctorum patrum, pariter & ephesio, cui praesederunt ter beati & sanctissimi patres Celestinus Romanae pontifex ciuitatis, & Cyrillus Alexandrinus episcopus. Supplicamus igitur vestrae potestati, ut inuiolabiliter conseruetis ea, quae à Christo per ipsum de ipso bene sunt constituta. Vbi enim tantorum erat congregata multitudo pontificum, & sanctorum praesentia euangeliorum, & frequens simul oratio, illic creaturae totiusque officii, inuisibili virtute credimus fuisse praesentem. Terror enim tunc nullus fuit imperialis auctoritatis, quam sancta praesentia memoriae Martiani, amoris diuini diademate coronatus, spiritalis quoque suscipiens curam, festinavit apostolorum dogmata confirmari à praesulibus ecclesiae, desiderio fidei accensus orthodoxae: quae cum vestra pietas imitatur, & victoriae contra barbaros adipiscitur, & veritatis quoque destruit inimicos, Iulianus humilis episcopus, definiens retuli.

¶ Epistola subdescriptorum Episcoporum ad Leonem Imperatorem.

Pijssimo & Christianissimo & iuste à Deo potestatem totius orbis & dominionem sortito, victori semper Augusto Leoni, Concilium humilium Episcoporum, gratia Christi & nutu vestra tranquillitatis in Cyzicorum metropoli celebratum, quod est Hellestontine regionis: Quatum ad fidem tuam, Christo amabilis atque pijsime principum, neque sermo ad fauorem esse valebit aequalis. Claret enim, quam diuina pietas apud vos potius gubernat imperium. Nam propter eius fidei constantiam, voluntatem requiritis sacerdotum, quatenus ex omni concordia venerabilis fidei iura seruentur. Vnde studio vestrae serenitatis Christus ois noster praebet effectum. Igitur sancti vestrae pietatis omni virtute & celeriter ministrantes, ea quae nobis cum magna deliberatione atque concilio placuerunt, per has mediocres literas indicamus. Sacras etenim vestrae mansuetudinis literas relegentes, directas nobis per Eudoxium virum deuorum magistrum, mox in ipsis principibus inuenimus fulgere pietatem, & maximum vestrae serenitatis & fidele certamen. Super haec autem & de morte sacerdotis inquisitionem illic positam, quam homicidae quidam non timuerunt suo iure committere in sanctae memoriae Proterii Alexandrinae ciuitatis episcopus, & sicut positum est in precibus eorum,

TOM. 2.

qui & post mortem eius animam veneratur, ipsum quidem perimere sanctissimo in baptisterio non timuerunt, per totam ciuitatem trahentes. Post haec autem igni eius reliquias contradentes, cinerem in vetos dispergere praesumpserunt: quod peccatum omnium quidem tragedia, & quolibet fabulis aut huiusmodi figmentis verborum poetarum videtur immensus, & nihil horum lamentationi Hieremiae secundum. Quis etenim sensum habens, non clamet, hos praesumptores crudeliores esse quam bestias, quae tamen post mortem se in consanguineis nesciunt vindicare? Quis autem mortuum ita violare praesumes, vel solo nomine sit acceptabilis Christianus? Sacerdotis autem sanguis velocem habuit ultionem à Domino Christo, quem sacerdotum esse constat authorem, sicut in sanctis docemur scripturis: quia sanguis sancti Zachariae Hierusalem non esse pertulit impunitam, quia etsi fuisset aliquid ab eo contra leges factum, quod possit eum facere à dignitate episcopatus alienum, oportebat non homicidis manibus, sed legum iudicio sacrarum & ciuiliu haec finire. Ergo quod in eo praesumptum est, si veritas precibus inest, valde crudelissimum esse dinoscitur: vestra tamen hoc solummodo, maxime principum, vindicta indiget, aut certe clementia. Et praecipue quidem ciuitati Alexandrinae parcendum est, sicut etiam prospicit vestra tranquillitas. Si vero etiam populum, qui indisciplinationem aestimat esse legem, oportet sine emendatione dimitti, & hoc in vestrae praesentis pietatis arbitrio. Timotheus autem, qui nunc Alexandriae est constitutus episcopus, sicut in precibus continetur, in ea sede permanere non potest: Si vero amiserit presbyterii dignitatem, & habuit cum iusta damnatione exilium: quae tamen rursus non ex concilio sanctorum patrum regulariter sunt abolita: deinde cum secundum sacras regulas episcopi consecrati celebraretur, conuenientibus prouinciae cunctis episcopis, & si per egritudinem forte aut pro alijs necessarijs & inuincibilibus causis absentes sint, proprijs tamen literis ordinationi factae consentientibus: si duo homines, & hi quoque damnati, Timotheum ordinauerunt, nequaquam Aegyptiaco consentiente concilio, superfluum est huiusmodi hominem in episcopatus ordine permanere, si tamen, ut diximus, praesentes nequaquam à veritate discedunt. Sed & petitiones pro eo vestrae tranquillitati porrectas legentes, inuenimus gratiarum actionem apud vestram pietatem factam, & post haec propriam fidei expositionem. Dixerunt enim sanctam quidem synodum in Nicea factam suscipere, & secundum eorum expositionem se credere: Centum quinquaginta vero reuerendissimorum episcoporum concilium, & quod pridem Chalcedonae celebratum est, penitus ignorare. Vnde huiusmodi sensus ostendit, quod contrarij cultores sint sanctorum epi-

Matt. 23.

Y 3 sco.

scoporum, qui in toto orbe consistunt. Nam si concilium factum contra hæreses respiciunt, quale est & sub Nectario sanctæ memoriæ in maxima ciuitate regia ex diuersis prouincijs congregatum, palam est quoniam illas hæreses prohibere nolint, sed eas potius amplectuntur, quas sanctissimi patres hæc piè constituentes anathemati subdiderunt: denique prima regula in eis est posita, quæ anathematizat apertis sermonibus hæreses vniuersas. Qui ergo hanc synodum refutat, ita sanctam ac venerandam, quam præ omnibus quidem veritas confirmavit, deinde & tanto tempore robur accepit, certum est, quia non in vno capitulo sustinent scandalum, sed in multis hæresibus languere noscuntur. Nam qui legem veritatis adiutricem refugit, aperti sunt veritatis ipsius inimici, quando hanc synodum, quam se ignorare confingunt, & Timotheus Deo amabilis tunc Alexandrinæ ciuitatis episcopus, vir anima venerandus, vna cum eis præfens & ipse firmavit. Nos autem eorum maximam ignorantiam de ineffabili inhumanatione damnamus, quia dum à Cyrillo sanctæ ac beatæ memoriæ, & ipso Alexandrinæ ciuitatis episcopo, Diuinas literas doceri putentur, aut definitiones ab eo diuina inspiratione de ineffabili humanatione expositas ignorarunt, aut hæc tenens sub pietatis sigmento latuerunt, quando sanctæ memoriæ Cyrillo vsque ad mortem communicaucrunt, & post eius terminum diuersa sentire noscuntur. Nos igitur mox vt syllabas pietatis vestre suscepimus congregati, vestra tranquillitati significamus, quia nouimus Chalcedonense concilium fuisse secutum expositionem trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui in Nicena vrbe conuenerunt, assidente quoque tunc temporis ipsi venerando concilio sanctæ piæque memoriæ Martino, & sacratissimo Christianissimoque senatu. Vnde sanctorum patrum sequimur per omnia voluntatem. Nos ergo vestra pietatis iussionibus omni virtute velociter ministravimus: Dominus autem omnium & protector Christus cõseruet vestra pietatis imperium, vt ad tempora longa procedat: quatenus vestra tranquillitate salua, in pace Dei sanctissime Ecclesiæ & totius orbis terræ consistat. *Euotius

*Euotius

Petrus episcopus Dardani, similiter. Timotheus episcopus Germanis, similiter. Thalastius episcopus Parij, similiter. David episcopus Adrianæ, similiter. Pionius episcopus Troadis, similiter. Alexander episcopus Occæ, similiter. Theofebius episcopus Ilij, similiter. Hermias episcopus Abydi, similiter. Patrius episcopus Adrianotheres, similiter. Sotominius episcopus Meleti, similiter. Polytenus

TOM. 2.

episcopus Scipseos, similiter. Sabas episcopus Piana, similiter. Armonius episcopus Lampaci, similiter. Iohannes episcopus Pæmæneus, similiter. Dominus episcopus Varenus, similiter.

Epistola subdescriptorum Episcoporum ad Leonem Imperatorem.

Pijssimo & Christianissimo Imperatori, Victori semper Augusto Leoni, Iohannes, Gregorius, Auxentius, Eustathius, Epiphanius, episcopi primæ Armenie, in domino salutem. Deus verus Dominus noster Iesus Christus, semper optima naturæ humanæ dona concedens, nullum tempus sine sua prouidentia dereliquit. Qua gratia etiam nunc fidei veræ prospiciens, quæ nostræ salutis spes est, in te pio & Christianiss. principe quodam secundo Dauid, cornu imperij reclinauit: quem sibi nouit religiosè à cunabulis feruiturum, hunc sua sententia in omni orbe terrarum imperare sanciuit: quatenus ex vestro imperio profuerent bona subiectis, & vbi quæ pietatis prædicatio præualeat, vestra vti quæ mansuetudine nihil aliud præter fidem sceptra regalia iudicante. Quorum rerum testis est, & præfens zelus, & studium illa firmandi, vnde firmitas vestri accedat imperij. A DEO namque vnctus in regem, mox ei qui vnxit, ipsa principia commendasti, optimè satis cogitationibus simul & vocibus ei defueris, & vt hæc bene consistenter, præteritis omnibus apud cunctos pro fide orthodoxa decertatus es, omni scilicet mala secta prorsus expulsa atque sublata, in idem conuenientibus & adinuicem concordantibus, qui nupèr, quod fieri non oportuerat, videbantur esse diuisi. Quia vt prospicit vestra pietatis intentio, ad vnam reduxistis Ecclesiam, non solum eos, qui per dissensionem noua passione languebant, sed etiam eos, quorum erat à præcis temporibus mens corrupta, & à recta & regia via recedentes, ad loca praua & spinosa blasphemiarum abièrant: vt secundum Euangelicam vocem, omnes ecclesiæ vnum ouile constituerent, & vnus pastor Dominus Christus esset. Sed hæc quidem omnia proueniant in vestro semper imperio. Quia verò & meæ simul humilitati pijs literis estis iubere dignati, vt quid sentiam de his, quæ in Alexandria facta sunt, manifestè, licet & exaggeratio rerum ibi gestarum neque sententiæ tribuit facultatem, caligine rerum tristitium mentibus obumbrante: hoc tamè vobis insinuo, quia si vera sunt, quæ in precibus religiosissimorum episcoporum & clericorum Aegyptiacæ Diocesis continentur, & auctor Timotheus inuenitur tantorum & talium scelerum, quæ propter nimietatem, vt arbitror, non creduntur, alienus à sacerdotio cum his, qui similia perpetrarunt, apud sanctos canones iudicabitur. Et hæc quidem

Iohan. 10.

dem de his, quæ in Alexandria gesta sunt, cū sancto concilio quod mecum est deliberas, religiositati vestra significauit: Fidem verò solam trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui Dei gratia conuenerunt in Nicena vrbe sub piæ memoriæ principe Constantino, seruamus, qua ab infantia sumus imbuti, & in sacerdotio alios imbueri nouimus, quamque & post hæc episcopi congregati in ciuitate regia firmauerunt, & propriam iudicauerunt, & ipsa sibi cooperatrice vtentes, & doctrina diuinitus inspirata, sancti scilicet spiritus blasphemias & zizania radicibus amputantes, quamque nihilominus & definitio à sancto Chalcedonensi concilio explanata firmavit, præcipue repugnans vesania nefandi Nestorij, & sanctam synodum, quæ Ephesi est celebrata, confirmans, cuius præfules fuerunt Deo amabiles & sanctissimæ memoriæ Romanorum & Alexandrinorum Episcopi, Cælestinus & Cyrillus, qui maximè aduersis sceleratam blasphemiam Nestorij suis responsionibus doctrinisque clarauerunt: quorum epistole aduersus eundem impium Nestorium ad Orientales vniuersos datae, & ab eodem sanctæ memoriæ Cyrillo contra eundem Nestoriū anathematata proposita, sunt firmata atque roborata. Igitur indicamus prolatā definitionem à sancto Chalcedonensi concilio, non sicut fidei symbolum, sed sicut definitionem esse positam, ad preemptionem Nestorianæ vesaniæ, & exclusionem eorum, qui salutem incarnationis Domini nostri IESU CHRISTI denegare noscuntur: & agnoscant omnes, quod hoc scandalum patiuntur, quia neque nos post orthodoxū symbolum, à trecentis decem & octo sanctis patribus traditum, aut augmentū, aut diminutionem in his, quæ sunt perfectè & à sancto spiritu definita, suscipimus, fidè aliā nescimus: quia neque est, nec patimur hoc audire, licet quidam esse dicant. Si verò quibusdā volunt calūniari verbis, etiam hoc vestra serenitati indicare confidimus, quoniam ea, quæ illis videntur esse dubia ad intelligendū, sic respicere noscantur effectum. Sunt enim quædā in definitione, quæ rectè intelligantur orthodoxa: sunt verò aliquid, qui si ea aliter velint adspicere, inuenient hæc sensus dubios parientia. Multi quidè & scripturas diuinas non intelligentes, sicut scriptæ sunt, propriæ blasphemiarum dogmata genuerunt, quos Dominus Christus sua clemetia, vt sacra pietatis vestra prudentia, diligentiaque conuertat, & verè prædicare verbū veritatis edoceat, & hoc sapere, quod sancta dicitur Ecclesia, cuius caput quidè est Christus, vos autè robur ac fundamentum, imitantes immobilè Christi petrā, super quā omnium creator Ecclesiā suā ædificans, omnibus Christianis pietatis requiè condonauit: qui etiam vestra serenitatè semper conseruare dignetur in talibus vigilantè, & infidian-

*Eutychnæ

Matt. 16.

TOM. 2.

tem bestia Christi ouilibus à septis fidei orthodoxæ repellentem. Credimus enim, quia postquam nostris literis hæc indicauimus, cuncta veritatis via & omnis modus vestra panditur pietati: quatenus sopiatur scædala, & ad fidem rectā membra discordantia reducantur, Dño Christo desuper quadam inspiratione vestram tranquillitatem ad bona omnia deducente. Iohannes episcopus misericordia DEI Sebastia metropolis sanctæ Dei ecclesiæ, manu mea subscribens, secundum sanctionem vestra pietatis prædictam epistola meā sententiā nunciaui, quam habeo pro fide trecentorum decem & octo sanctorum patrum in Nicæa conuenientium, quam & sanctum Chalcedonense concilium confirmavit: simul & pro Timotheo, quem preces his aduersarium ostenderunt, & conseruari vestram potestatem temporibus longis exopto. Iohannes episcopus Nicopolitanus, similiter. Gregorius episcopus Sebastopolis, similiter. Maxentius episcopus Barissa, similiter. Eustathius episcopus Colonæ, similiter. Epiphanius episcopus Ataleni, similiter.

EPISTOLA SUBSCRIPTORUM Episcoporum, ad Leonem Imperatorem.

Religiosissimo & pijssimo & Christianissimo Imperatori, semper Augusto Leoni, Otrius, Acacius, Iohannes, Adelfius, Hormisdas, Longinus, secunda Armenie episcopi, in Domino salutem. Deus, qui glorificantes se glorificat, secundum cor suum apicem vestra tranquillitatis inueniens inexpugnabilem palmam & honorè fidei consistentem, placidus præbuit vobis Christianissimi principū super omnes homines sine prohibitione aliqua potestatem. Insurgentes enim inopinabiliter subdidit victorijs atque incomparabilibus triumphis, & vestra pietatem excellentissimis honoribus exornauit, immutata & sine litigio, & ab alijs diuisa præbens sceptra vestri imperij, vt firmas atque claras in vobis diuinas seruantes formas, optima voluntate serueris. Bonū enim circa Dñm Deum fauorè vobis habentibus, mansuetis vocibus, ad legalè & mirabilè vitæ cõuersationemque deducitur, qui quid sub sceptro vestri imperij gubernatur: aqua verò sorte salutis vestra utilitati reliquorū hominum ponens, inconcussam catholicis totius orbis ecclesijs pacè sine tumultuatiōe cõseratis, & dei clemetia imitantes, neque paruulos neque humiles despicitis, quando per cõmodum condescensionis sumitis culmen, ad nos etiam pro fidei causa deponitis, sociosque nos qui pro abiectiōe nostra nihil in terra sumus, inter vestras accipitis curas, non egentes collatiōe nra: & in hoc vti que magnitudinè incomparabilis dei clemetia demōstrates. Quapropter quoniam iussi sumus, vltra nos quoque præsumimus, & quid sentiamus, vestra pietati suggerimus. Nos igitur, venerabilis Imperator,

1. Reg. 2.

Y 4 In

in vltimo mundi loco degimus, multo spatio à regia ciuitate distantes, sed à vestra potentia in nullo diuisi fauore, circa fidem equidè rectam sententiã possidemus, ad sermones verò contentiõnũ linguas habemus segnes. Cohabitam⁹ em̃ circa Armenios barbaros, fideles quidè, sed rectè Romano eloquio nõ vtentes, breui quodã spatio ab eis, magis aut intercisioe Euphratis fluminis separati, & propter frequentè barbarorũ permixtionem, logos nequiuimus proferre sermones. Vitamus autem etiã doctrinas extraneas proferentes, quia eloquia quidè sancti spiritus renuunt, & propria doctrinam in Euangelicis eruditionibus adferre noscuntur. Nos etenim secundam inhabitantes Armeniam, vna & immobili vtimur voluntate, & in vna fide consistimus, communiter omnes, & seorsum singuli pro vestra maiestate ad deum facientes orationem, ab omni hæresi & lingua blasphema separati, vnamq; doctrinam super omnia claram à sanctis trecentis decem & octo patribus percipientes, patrum fidem inuolabilem conseruamus, quæstiones verò de Deo tanquã inutiles & nostra cogitatione superiores effugimus, & aliud quicquam aut dicentes valdè declinamus, & superfluis quæstionibus abstinemus, & lectiones impias refutantes, ab earum prauitate inimica Ecclesiæ sumus extranci, & triticum fidei à zizanij separatum vobis fidelibus imperantibus conseruamus: in traditione patrum doctrinã sufficientiam possidentes, & nihil superuacaneum quenquam loqui sinentes. Superflui nanque persecutores diuinarum rerum, & dogmatum quæsitores, & quasi pietatem suis syllabis comprehendentes, cum loquuntur, aut aliud quicquam de sciẽtia diuina delinquent, cleuantur mox contra Deum, & volens vnus quis aliquid constituere, propriam fidem scribit, à Catholica Ecclesia semetipsum abrumpt, rectis dogmatibus contradicit, fideles & fortiter instantes & manentes in fide vehementer impugnare nititur, & lingua propria debellatur. Vndè nõ sepius aduersitate diaboli diuisi, & in multas discreti sententias, rectam patrum imminuamus fidem, propugnatores vos fidei, quia immensis iam beneficijs Dei imaginem conseruãstis, Deus instituit, quatenus contra operantes scandala vestra obijcientes auxilia, atque solatium laborantibus in Euangelio conferentes, triumphum cum eis pariter habeatis. Sancta siquidem & Catholica Ecclesia, Euangelicam percipiens fidem, in qua tu quoquè vocatus es pijsime principum, & confessus bonam confessionem, in ea consistis, atque traditiones tenes quasunque præcepit, & vocante Iesu Christo, non poteris amoueri: ab iniquis autem comprimatur quidem, non tamen annihilatur, sed floret potiùs, pietatis illustrata dogmatibus, &

TOM. 2.

vestra simul irradiata fide, suscipit bella hostium sibi placentium, & eorum mala consilia nihilominus auersatur, peregrinis & vnanis doctrinis per diuersa non fertur. Omnibus enim blasphemijs impietatis initium est, linguor pessimus, quo se magis amare volunt. Vnusquisque enim horum vocationem Christi ad nomen proprium transferre volens, iniquas blasphemias aduersus Christum eructare dignoscitur, qui ex nobis fuerunt, non manserunt nobiscũ. A recta nanq; & regia digressi via, & redemptorem nostrũ Christum impudenter abnegantes, & ipsi vocatione, qua vocati sunt, facti probantur extorres, & obediẽtes sibi met, impiẽ suum habere vocabulum pro Christiana religione fecerunt, qui non in alia baptizati sunt fide, aut alios Christi discipulos habuerunt, aliam modũ baptismatis introducentes, aut Christum alium prædicantes. Vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptismus. Quidam verò imitantes Iudæ voluntatem, à semetipsis blasphemiam malitiam genuerunt, & Christi vocabulo cum ipsa pietate priuati, eos qui sub eorum nomine crediderunt, suo nomine vocari quadam deceptione fecerunt. Hinc enim trecenti decem & octo patres fidem in diuersis corporibus habentes vnam, confidenter bellum pro pietate gesserunt, & veritatem nimis mansuetissimè defendentes, & mentem vesanam hostium Ecclesiæ reuelantes, eos quoquè, qui & tunc simul erant, & nos qui post multum tempus sumus exorti, symbolo fidei ad veritatis iura perducere non quiescunt. Accedentibus enim ad baptisma, tradimus, quod & accepimus, non augmentum aliquod facientes aut detrimentum hoc. Huic nanque doctrinæ nihil affectione minus est. Contra omnes itaque abominandas hæreses, veritatem confidenter opponimus, nè velut impræparati secundum scripta spiritalia condemnemur. Et eis quidem, qui sacrilegium in diuinas perpe- trant scripturas, & corda sibi met faciunt adharere implicium, nos qua possumus virtute resistimus: nerui verò & arma ecclesiarum & virtus, vos estis Christianissimi principum. Nam & beatæ memoriæ Constantinus, princeps militiæ omnipotentis Christi, trecentos decem & octo sanctos patres habens armigeros, & Dominico bello vincens, maximus quidem apud regem regum apparuit: in omnibus autem Dei ecclesijs tempore longo & obliuione memoriam possedit fortiorem, & ab omni pio ore laudatur. Igitur quasi paternè succedentes hereditati sacratissimi principes, qui scepra illius susceperunt, in synodo centum quinquaginta patrum, & fidem trecentorum, decem & octo patrum, pijs & Deo decibilibus sanctionibus firmauerunt, & inuentorem nouorum dogmatum confuderunt, inanem depellentes ab Ecclesia pestem, æqualem patris

Eph. 4.

Eph. 4.

tris & filij & spiritus sancti substantiam, virtutem atq; diuinitatè annunciantes, in nullo dignitatem, authoritatè aut dominationem penitus imminutam. Rursus ergo diabolus arma suæ malitiæ Nestorij lingua exacuens, in duos filios diuidere, vnũ & solum Christum nefanda voluntate præsumpsit, & rem vnitatis verè dissoluens, seorsum in hominè, & seorsum in Dominũ Christum filium dei viui impia machinatione discreuit. Quo facto, mox beatæ memoriæ Cælestinus Petri sedis sententiãq; successor, & Cyrillus Alexandrinæ ciuitatis episcopus, & Acacius magnus noster pater & doctor, cum multitudine sibi met aggregata sapientes, impetum contra veritatem factum destruentes, inuentorem mendaci, cum ipso mendacio pariter expulerunt, & sanctorum trecentorum decem & octo patrum fidem roborauerunt. Sed neque hac diabolus deuisione confusus, dogma Valentini olim seditum, per Eutychem denuo renouauit, surrexitq; dicens cæleste corpus assumpsisse Dominum Iesum Christum, & ad homines aduenisse. Quem si fas esset callidum verbis, non verò intellectu contententem, vt non dicam, dogmatum numularium, vt cum corpore ad cælos educeretur, ostenderimus ei Dominum gloriæ, figuras clauorum in manibus habentem, & his potiùs quàm inaccessibili luce fulgentem. In carne enim is, qui semper est, apparuit: factus est ex muliere creator omnium, factus sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt filiorum adoptionem reciperemus. Pauper factus est, cum esset diues: & participationem carnis elegit, ex semine Abrahæ factus est, & sanguine & carne participatus, proximè nobis vnians & compaginans in vnum diuinæ naturæ peccatricem nostram ex transgressione naturam. Caro enim & ossa, secundum Euangelistam, DEVM ostenderunt, & DEVS naturæ, in carne & ossibus manifestatus est, vt cum à vita nostra mortalitas sit absorpta, nequaquàm sit iam mors, vita viuente per mortem. Viuus enim DEI sermo in morte semetipsum ostendens, quia vita est, mortem nequaquàm esse declarauit, & robur atque integritatem suæ præsentia demonstrare volens, ad discipulos ait: Palpate me & videte, quia spiritus carnè & ossa non habet, sicut me videtis habere. Factus vtiq; secundum nos homo, qui permansit Deus: mediator effectus dei & hominum, primitiæ dormientium, primogenitus ex mortuis, secundus Adam, caput corporis ecclesiæ. Ait nanq; propheta: Et homo est, & quis agnosceret eum? Quod enim ait, Et homo est, augmentum & assumptionem ostendit, eius qui est, & futuri in secula diuinitatè interpretatur. Cum itaq; adoramus Christũ, qui & dispensatiue pro nostra salute suscepit carnè passionis, & diuinæ nobis impassibili-

TOM. 2.

tatis iura donauit. Sic enim conciliũ sanctorum patrum Chalcedonæ celebratũ sapiens, & trecentorum decem & octo patrum inuolabilem & intentabilem custodiuit fidem, & fortiter in eruditissimis viris fatuitatibus resistens, catholicis Ecclesijs in toto orbe fundatis, contulit bona pacis. Cum quibus nos quoquè in vno corpore congregati per fidem, vestrum imperium immutatum, & ad filiorum filios peruenire, ab omnium domino deprecamur. Si verò quidam decerpentes congruentia syllabarum compositionesque verborum, bella & lites mouere tentant aduersus ecclesias, Deus restitit eis. Nos autem intentionè exponentium fidem, & mentem probantes, nequaquàm à verborum compositione recedimus, sed & propugnatores dogmatum, & perfectos custodes fidei trecentorum decem & octo patrum habemus, & sanctos patres Chalcedonæ collectos, sicut & ipsos trecentos decem & octo patres, honoramus. Nihil enim adijcientes illorum symbolo, os obnoxium multis supplicij damnauerunt. Igitur sanctionem pietatis vestra suscipiens vnã cum sanctissimis episcopis nostræ prouinciæ, relegensq; preces ab Alexandrinis clericis vestra maiestati porrectas priores atq; posteriores, in prioribus quidè inuasiõnẽ ouiu factam contra pastorem fleui, & contra ipsum sacerdotiũ seditionem noui Dathan & Abiron, nimis in-

Num. 16.

Eph. 4.

cum

cum veritate concordant, patrum concilijs obloquitur, & cum ei mala patriæ non sufficiant, omnes conturbare tentat ecclesias: quasi potestatem habens gerendi quæcunq; voluerit, & nequæ viuis neq; mortuis præfulibus parcat Ecclesiæ, sed quasi contra omnes potestatem impietatis adeptus, primum & patrum synodo derogat, quam spiritu diuino statuit sedes Alexandrina. Quod mihi videtur fecisse, vt effugiat homicidij, adulterijque supplicia. Illic nanque in ipsis principijs contra homicidas excommunicationis decreuerunt poenam. Non suscipit autem sanctum & vniuersale Chalcedonense concilium, nesciens quia etiam ante hoc a trecentorum decem & octo sanctorum patrum fide semetipsum fecit extraneum, quæ sanctum vtique Chalcedonense concilium confirmavit ac roborauit. Oportebat enim eum ascendente tyrannicè ad thronum beatæ memoriæ Cyrilli, illius libris incumbere, & doctrinam illius possidere. Sed vos pij, tâquam vniuersos principes optima virtute superantes, fidem defendite tyrannidem sustinentem, patrum sanctionibus conferte virtutem, sacerdotibus donate à periculis libertatem, prohibete eos, qui irregulariter contra Ecclesias nituntur insurgere: quatenus sine seditione & lite atq; bello vestris temporibus sanctæ Dei ecclesiæ constiterit, incessabiliter pro vestra lógauitate atq; salute emittant Domino Christo suas orationes, vt longis pacificisq; temporibus vniuerso orbi terrarum & omnibus sanctis & catholicis dei ecclesijs condoneris, per omnia inuicissimè & Christianissimè triumphator semper Auguste. Trefius, misericordia Dei episcopus Melitenæ metropolis sanctæ & catholice ecclesie, propria manu subscribès, secundum sanctionem vestræ pietatis, meam sententiam per præfatam epistolam protuli, quid sentio in confessione sanctorum patrum in Nicea conuenientium, quam secutum est & Chalcedonense sanctum & vniuersale concilium, simul & quod sapio super Timotheum, quem preces accusauerunt, & custodiri vestram potestatem sanctis ecclesijs, & omni orbi terrarum temporibus longis exoro. Ioannes episcopus Archæ, Adelpus episcopus Arabiæ, similiter.

EPISTOLA INFRASCRIPTORVM
Episcoporum, ad Leonem
Imperatorem.

Religiosissimo & à Deo infulus imperiales adepto, Leoni Augusto, Olympius episcopus Cæsareæ Cappadociæ, in Domino salutem. Maximus omnium Dominus Deus, munus optimum & sanctis dei ecclesijs & toti orbi terrarum vestrum condonauit imperium. Et hoc nos nò aliqua coniectura dicimus, sed ipso rerum experimèto

TOM. 2.

eruditi, proferimus. Nā quādò in ipso principio vestri regni, quod à Deo in omni orbe suscepistis, non aliudè, nisi vndè decebat, imperij fecistis initium, maximum est indicium voluntatis vestræ, quam habetis circa beneficij largitorem. Mox enim vt ad imperium accessistis, benè etiam hoc dispensante pro nobis Domino nostro Iesu Christo, repentè iusta Dei sententia in vestra pietate monstrata est, magis autem in nobis. Nam virtus imperantis commune bonum est, & vtile singulorum, redditusque per vos & à vobis cunctis sanctis Dei ecclesijs honor, literis vbiq; currentibus atq; significantibus, & quam habeatis circa fidem orthodoxam voluntatem, & quia nihil veritati præponitis. Hinc itaque nobis fiducia conceditur, & bonorum omnium spem habere confertur sub tali principe constitutis, qui & subiectorum salutem rebus omnibus superponit. Quia verò contigit turbas atq; tumultus emergere, & in his magis rebus, vbi vobis maximum est studium, id est, circa dei ecclesijs pacis iura conferre, quam bonitatis inimicus diabolus ab eis auferre, & violentiam inferre tentauit: neque in hac causa nostram probaris neglexisse cautelam, inuigilas autè & cuncta consideras secundum bonos pastores, nè lupis liceat oues arripere: aut certè secundum optimos medicorum alligas vulnera, & eis præbes denuò medicinam. Cooperetur itaq; Dominus huic vestræ pietatis intentioni, & modum inueniat, quatenus omnia, quæ diuisa sunt, copulentur, & disrupta totius corporis membra, rursus compingentur, & totum Ecclesiæ corpus salubritati reddatur, vnitumq; seruetur. De his enim, vndè mihi vestris literis præcepistis, id est, de sancto Chalcedonensi concilio, & Alexandrinis malis, quæ cum fieri non oportuerit, facta dicuntur: hoc tantum dico, quia similiter ignorauit, & quæ Chalcedonæ sunt gesta, quia nec in synodo fui, & ea quæ Alexandria facta sunt, nunc vix audiui, simul & quomodò defunctus est sanctæ memoriæ Proterius, & quia eouiuentis, qui nunc episcopus factus dicitur, ordinatus est. Quia verò iussistis de his omnibus ignorantem, meam vobis sententiam declarare, colligere festinaui episcopos sub me constitutos, (sunt enim duo) quorum vnus, sicut præcepistis, aduenit, & ipse mecum fecit sententiam manifestam: alter verò infirmitate detentus, occurrere quidem non valuit, suam verò voluntatem, ad me datis literis indicauit, quas etiam meæ suggestioni coniungens, pariter desinaui. His itaque sic habentibus, vestræ pietati significo, qui ea quidem, quæ particulariter examinata sunt atq; gesta à sanctis episcopis in Chalcedonensi collectis ciuitate, non legi, (neque enim à sanctæ memoriæ tunc episcopo Thalassio, qui interfuit sancto concilio, aliquid hinc amplius est allatum

cx

ex his, quæ gesta noscuntur) sed tantummodò diffinitionem expositam ab illo sancto concilio, ab eo delatam inspexi: quam relegès salubriter, congruenterq; suscipiens atq; intelligens, & (vt reor) mente recta eam vt oportebat examinans, comperi à recta fide non dissonare. Nam & trecentorum decem & octo sanctorum patrum Niceæ conueniètiū laudat fidem, & eam sequi omni intentione festinat, & inuiolabiliter immobiliterque custodit: in qua, gratia Domini nostri Iesu Christi, & baptizati sumus, & credimus, & in qua credere accedentes ex gentibus edocemus. Sed & reliquos omnes sanctos sequitur patres, & eos, qui post illos in regia ciuitate collecti, & rursus qui Ephesi conuenerunt: & vt simpliciter dicitur, omnes qui in fide & recto dogmate sunt præclari, socios asserit & fidei communicatores. Inscribit & sanctæ memoriæ Cælestinum, & maximum Cyrillum, qui vbiq; noscitur approbatus, & maximè in anathematibus prolatis contra Nestorium, & ei similia sapientes: sed etiam eos, qui cum illis pro pietate dimicauerunt atque decertarunt contra Nestorium veritatis inimicum, & qui iniquitatem locutus est in excelsum: necnon aduersus eos, quicumque adulterare vera dogmata cognoscuntur, & quod summum est, Dominum nostrum IESVM Christum non confitentur ex sancta Maria virgine DEI genitrice incarnatum nostra carne, & per omnia seculum nos factum peccatum propter salutem nostram, quod ab omnibus, qui rectè crediderunt & credunt, intelligi & dici omnes agnoscimus, quia hanc gratiam adepti sumus. Ergò quantum ad diffinitionem, quam etiam legi, nihil habeo, in quo sanctum concilium possim de mala secta culpare: Si verò non propter fidem, sed propter alia quædam quasi non secundum regulas à sanctis trecentis decem & octo Patribus in Nicæna vrbe prolata facta sunt, quæstio nunc exorta est, hæc non vniuersalem debent tumultum facere, sed vestræ indigent examinatione pietatis. Vobis nanque hæc inquisitionibus, & sacras regulas relegendibus, benè noui, quia correctionem causa suscipiet. Nullus itaque iudicet, quia supra me, & vltra quàm mihi conuenit, hæc locutus sum: Nam neque hæc ipsa dicerem, nisi coniurationem in vestræ pietatis syllabis positam formidarem, compellentem nos quæ vera sunt cum fiducia declarare. De his autem, quæ in Alexandria ciuitate facta vulgantur, hoc tantummodò dico: quia lamentatione digna sunt, quæ gesta dicuntur, & si vera facta sunt, aut à Timotheo, qui Episcopus dicitur ordinatus, aut à quolibet alio, & sicut conscripta sunt in libellis, pietati vestræ ab accusatoribus eius oblati, ita contigerunt, indignos fa-

TOM. 2.

cerdotio huiusmodi operarios esse dico. Vestrum est autem omnia disponere sapienter, & prouidè huius mali impetum cohibere, nè ulterius possit accidere. Igitur quæ de prædictis causis noui, atque dicere debui, hæc sunt. Quæ verò ipsius negocijs, & omni mundo profutura sint, opto si quid meæ orationes profint, vt Dominus IESVS CHRISTVS cuncta bona sua vestro imperio præstet, & nobis in se sperantibus longis temporibus vestrum custodiat principatum, dispensantem mansuetè atque clementer religiosè quæ nostra sunt. Alypius, misericordia DEI Episcopus metropolis Cæsareæ primæ Cappadociæ, sanctæ DEI ecclesie, obediens his, quæ piè mihi à vestra potestate præcepta sunt, hæc meis scriptis insinuaui. * Vuius Episcopus Nyssenus, similiter.

EPISTOLA EPISCOPORVM
infracriptorum, ad Leonem
Imperatorem.

Pijssimo & Christianissimo, amabili Imperatori, semper Augusto Leoni, Patritius, Eustathius, Nebulius, Theodosius, Aristomachus, Cyrus, Ambrosius, Patrophilus, episcopi secundæ Cappadociæ. Intentio pia & studium, quod circa rectam fidem geritis, munus Romanorum vobis contulit principatum, & sacratissime & Christo amabilis Imperator. Quam fidem in vitroque conseruans, vis equidem sanctas ecclesias esse, & eas augeri, necnon vnumquenque ad fidem rectam, quam à prima iuuentute serenitas vestra seruauit, adducere, quamque etiam vobis nunc tempus est apertè omnibus explanare. Quia verò nostram sententiam, quid sapiamus, sacris literis manifestare sancillitis, & agnoscere voluistis, quid de sancto Chalcedonensi concilio sentiamus, & de his, quæ Alexandria gesta dicuntur, conuocatis in vnum sanctis Episcopis secundæ Cappadociæ hoc egimus. Conuenientes enim in vnum vnà cum clericis, primum quidem pro vita vestræ tranquillitatis orauimus ad custodiam sanctarum Ecclesiarum, necnon ipsius rectæ & venerabilis fidei, & pace vndique per victoriam cunstarum gentium longius propaganda. Relectis autem precibus ex vtraque parte vobis oblati, hoc est, à sanctissimis Episcopis Aegyptiæ diocesis, & ab alijs, indicamus quia & ab initio in his, quæ diffinita sunt à sancto & vniuersali Chalcedonensi concilio, tunc consensus: & nunc in præsentibus subscripsimus, & ea ita seruamus, sicut antiquum sanctum & vniuersale concilium sanctorum trecentorum decem & octo Patrum, in Nicæna vrbe celebratum, secundum quod & bapti-

zati

zati sumus, & nosmetipsos bonæ confessioni tradidimus, sacerdotiumque sortiti clementia Domini nostri saluatoris Christi, ad fidem eius eos qui imbuuntur, adducimus. Necnō & alias synodos, quas p̄ singula tempora congregari necessariæ res exegerunt, sicut in his * iudicatur, p̄ omnia custodim⁹, q̄ à sancto spiritu celebratæ sint, & de his q̄ placuerunt, constitutę noscantur, & arbitramur q̄a quicunq; sancto & vniuersali Chalcedonensi concilio aduersari nituntur, semetipsos non intelligunt, quāddō & sanctorum trecentorum decem & octo patrū Niceno concilio inimici apertissimē comprobantur. Nam si sancta Chalcedonensis synodus hanc synodum suscepit atq; firmavit, tanquā veritatem habentem, & rectæ fidei firmitatem, (Vtraque enim inest in se) quomodō non apertē illi quoq; repugnare noscuntur? Non enim prudentis est animi, in parte quidē suscipere, in parte verō aliquid reprobare, & propria abijcere sentētia, quæ ab illis sunt vtiliter definita. Et de sancto quidem Chalcedonensi concilio hæc dicta sufficiant. De his autem, quæ Alexandriæ non benē gesta sunt, dudūm quidem sufficienter fleuimus, & nunc etiā nequaquam lamentari quiescimus. Qui enim modus nostrarum erit lachrymarum, cum multa & importabilia videantur, quæ in ea vrbe contigerunt, sanctis ecclesijs passis iniurias, licet hoc vel dicere præsumptiuum sit, & neque pudore prohibitis eis, qui sanctum baptisimum inuaserunt, quicq; forsitan & in eo sanctam gratiam adepti sunt, ad redemptionem pristinorum utiq; peccatorum? Cū verō adijcitur, quia & in his locis sacerdotis interfectio perpetrata est, quomodō non erit ita terribile, vt omnem auditum valeat obturare? Dum autem etiā depompatum dicatur omne corpus, iniurijsq; subiectum, cum iam caruerit sensu, & membra diuisa, igniq; contradita, collectusq; cinis, secundū quod illis placuit, dispersus est, quomodō non erit hoc miserandum, & multarū lachrymarum rigatione dignissimum? præcipuē dum quis animo cogitet, quia neq; post mortem, defuncto sacrificij oblationem fieri permiserunt, sed tanquā extra naturæ legem eum puniri festinauerunt, qui iam nequaquam harum iniuriarū videbatur habere sensum. Ea verō, quæ de Timotheo gesta sunt, penitus non laudamus: sacerdotium habere non potest. Primum quidem, quia oportet eum, qui ex quacunq; causa deponitur, sustinere, & neq; ad eum gradum accedere, neque ad maiorem currere dignitatem, antequā iis, qui eum deposuit, soluat sententiam in eo prolatam, aut certē sanctorum Episcoporum synodus, quæ perspexerint iusta, definiant. Depositos autem episcopatu seu clericatu alijs hanc conferre dignitatem, lex ecclesiastica nulla permittit. Si autem etiā si-

TOM. 2.

namus per concessionem, quia duo episcopi fuerant fidei præconio digni, neque hoc modo deficiente numero ordinatio episcopi potuit prouenire, quāddō hoc sacris canonibus inhiheretur. Dum verō habente episcopo in sua ecclesia sacerdotium, & in nulla parte rephænsio, neque remoto, alter in ecclesia dicatur introductus, & culpabile & omni ratione probatur incongruum. Quia verō, sicut precibus indicatur, omnia quæ de Timotheo gesta sunt, sinē venia sunt, & omni consequentia videtur extranea, & sacerdotio dissonantia, non solum si hæc omnia in eo probantur effecta, sed vel si vnum tantummodō horum, quæ prædicta sunt, contigit, neque sic eum subtilitates canonum sacerdotium habere permittunt. Quōd si etiā insidiatus agnosceret sanctæ memoriæ Proterio, aut voluntate, aut opere, palam est, quia & sacris canonibus expellitur, & apud leges benē positas, odibilis inuenitur. Hæc itaque sunt, quæ in vnum conuenientes atque deliberantes pariter approbauimus: vestra verō piissima Christianissimaq; serenitas, quæ super nos prouidē sortita videtur imperium, multis bonisque fruatur temporibus: & sicut oramus, sanctissimas sub quiete seruet ecclesias, & pacem omni conferat mundo, omnesq; gentes vobis, quæ sub sole sunt constitutæ, succumbant, quod dudūm gratia Domini Christi constat esse iam factum, vt rursus ad meliorem statum Romanus peruenerit principatus. Patricius episcopus Tyanorum metropolis, secundū vestræ pietatis sanctionem, meam manifestauit sententiam de Chalcedonensi synodo, quia eam suscipio, nihil contrariū sanctis patribus sapientem. Similiter autem & de Timotheo, sicut supra scriptum est, & manu mea subscripti, & potestatem vestram multis oro custodiri temporibus. Eustathius episcopus Paternus, similiter. Theodosius episcopus Nazialis, similiter. Aristomachus episcopus Colonorum, similiter. Cyrus episcopus Cubistulig, similiter. Ambrosius episcopus * Asunæ, similiter. Patrophilus episcopus Iustinopolis, similiter. Anebrius episcopus Doalæ, similiter.

EPISTOLA SVBTVS ANNE-
xorum episcoporum, ad Leonem Imperatorem.

Piissimo & Christianissimo Imperatori, Cæsari Leoni, triumphatori semper Augusto, Euippus, Petrus, Iohannes, Gracianus, episcopi prouinciæ vestræ Ponti.

Vos equidem inuictissimos atq; Christianissimos principum quis non laudet, terrarum orbem sapientia gubernantes, & principatū fortiter obtinentes, & optimum æquitatis fundamentum, hoc est, amorem quem circa nos geritis, digna ædificatione ponentes? Apertē nanq; per hæc monstratur, quia nulli fuit aliquandō cuiuslibet rei sic

fic feruentissimus amor, sicut vestræ pietatis imperio, vt Christianorum populus possit augeri, & ad maximā gloriam potestatemq; perducī, quem penitus in malis esse nō finitis. Nec vos ab huiusmodi voluntate suspendit, neq; fauor populi, neq; multitudo pecuniarum, nec quæsit gloria, neq; quōd rex regum esse vidēris & nominaris, nec omnia reliqua, quibus agnosceretur humana felicitas. Nihil itaque horum omnium vos ita lætificat, quomodō vt per vestrā maiestatem nos exultemus, & per nos vestrū apud Deum & homines approbetur imperium, & insolubilis apud vos potestas permaneat in æternum. Propterea si quidem alienigenarum quidam populus, qui pridē nostram prouinciā, veluti suam inuaserat, non magno labore subiectus est, sed & omnes circa Romanum imperium gentes inimicæ destructæ sunt. Vos autem hæc omnia secundo loco ponentes, tanquā diuina manu protecti, nostram concordiam valdē requiritis: benē scientes, quia vestrā securitas ecclesiarum pace cōsistit. Nam si fuerit pax incōcussa, immobiliter seruabuntur vniuersa. Nos itaq; quis dignē possit flere, sciens verborum facta cōsiderare, & passiones lamentationibus æquare? Quoniam pacem, quam à patribus percepimus, non seruamus, & eius tantūm nomen audiuimus, hanc nec leuiter venerari cognoscimus. Solutum est enim vinculum charitatis, thesaurorum nostrorum pax direpta est. O quanto sunt mala, protrahimur enim passionibus nostris ad gemitus. Nostra fuit charitas aliquandō, paterina est hæc hæreditas, quam in nobis per discipulos Dominus thesaurizauit, dicens: Mandatum vobis do nouum, vt diligatis adinuicē. Sed hanc hæreditatem priores quidē successores filij à patribus suscipiētes, vsq; ad nostros patres inuolubiler seruauerunt, hæc autem luxuriosa generatio non seruauit. Quomodō lapsæ sunt de manibus nostris, charitate defluente, diuitiæ? Nos charitate pauperes sumus, & inimici de malis nostris locupletatū. Ait enim Psalmista: Zelatus sum super iniquos. Nos paululū transeuntes, quod scriptum est, legamus. Zelati sumus super iniquos, pacem peccatorum videntes. Illi siquidem sunt concordēs alterutris, & sibimet copulantur, & velut funes sua perplexione roborantur. Nos autem nec consentimus adinuicē, neque nostris sententijs concordamus, cū nullus ignoret, quia sanctæ & laudabilis Trinitatis primum bonum, sit pax & indiuisio. Vndē & Deus vnus & est, & esse creditur, non minus propter concordiam aut æqualitatem substantiæ, sed etiā vt nomen hoc vnitatis DEO sit commune cum alijs quibus gaudet. Pax enim, & charitas, & similia vocitatur, per hæc nomina nobis præstans, vt his virtutibus transformemur ad DEVM.

TOM. 2.

Secundā verō post Deum potestates, id est, angelicæ cælestesque virtutes nihil ita libenter habent, quomodō quietem tumultusq; vacationem. Deindē siue leges creaturæ respiciamus, quia cælum & terra & mare, & totus hic mundus, maximum Dei elementum atque mirabile, quod etiā Deus declarat, donē confiterit, & pacem ad semetipsum habuerit, manens in proprijs naturæ terminis, & nihil alterius contingens, neque vincula suæ harmoniæ digrediens, quibus artifex ratio omnia colligauit, mundus est, quod vocatur præcipua pulchritudo, qua nihil poterit quilibet hīc clarius aut magnificentius inuenire. Mox autem vt pacem amiserit, & mandus esse cessauit, & illud pacis bonum quale fuerit, tumultuatione monstratur. Et vt relinquamus populos, & ciuitates, & choros, & militias, & domos, & nauium complementa, & coniugia, atque societates pace quidem creuisse, tumultuatione verō defecisse: ad Israel veniamus, & aliorum flagello corripiamur. Illi nanque donē pacem habuerunt & adinuicē, & ad DEVM, sanctus populus, & pars Domini, & regale sacerdotium vocabantur, & à principibus regebantur gubernatis à Deo, & columnæ eos ignis & nubes nocte dieque deducebant, vt inter eos adstantes, mare verō eos Moyses virga percussit, velut vitrum in aliqua summitatis parte vsque ad finem sectum, ab initio littoris vsque ad terminum alterius probatur esse diuisum, vt & Moyses cum omni populo in fundo constitutus sinē vlla infusione, adustus etiā sole, & pedibus abyssos in siccitate fundi ingrediens, non timuerit repentinum murum ex fluctibus fabricatum, hinc & hinc instar muri conspiciens aquas fuisse coagulatas. Esurientibus autem cibus est cælitus allatus, fontem petra sitientibus ministravit: pugnantibus autem manuum extensio, pro innumeris millibus fuit, & triumphos oratio contulit, itinera præparauit. Ab horum facie flumina recedebant, imitantia mare cognatum. Sol stetit iusti oratione victus, & proprio cursu subsistens, occasionem persequendi * consentit, augmentum quotidianæ mensuræ largitus est. Sed & propter sacerdotum ambitum, turbarumque sonum, murus hostium fortissimus est commotus. At vbi iam mente languere cœperunt, & legem vmbra futurorum sapiūs conculcare, & prophetas clamantes spernere, deindē Euangelica miracula, quæ per Christum sunt facta, respicientes, id est, conceptum sinē permixtione, incorruptam natiuitatem ex virgine, & desuper inuisibiliter testificantes voces ei, cuius supereminet dignitas, & naturalium infirmitatum salubritatem non aliqua medicina, sed puro sermone & iussu voluntatis effectam, & mortuorum regressionem, &

Z timo-

Pax ecclesi-
arū, Imperij
securitas.

Ioan. 13.

Psalm. 72.

Pax, præci-
pium Dei
donum.Deut. 7.
Deut. 32.
Exod. 19.
Exod. 13.
Exod. 14.Exod. 16.
Num. 20.
Exod. 17.Iosu. 3.
Iosu. 10.*concessit,
Iosu. 6.

Matth. 14.

timorem Dæmonum, & potestatem passionum in aëre. Et super maria gressum, non diuiso per vtranque pelago, nec in fundo nudato gradientibus secundum miracula Mosæ, sed ipsa superficie gressibus quasi terræ conspatione substrata, per quam fortitudinem procedente vestigio, & ciborum copiam, quantam ille voluit ministratam, & epulas in deserto largissimas, cum multa millia pascerentur, quibus non cælitus Manna fluebat, neque terra frugifera de sua natura res necessarias dabat, sed de ineffabilibus horreis diuinæ virtutis hæc munificentia procedebat: panisque præparatus ministrorum fructificatus in manibus, & amplificatus satietate comedentium: ita vt reliquæ multis alijs mensis copiam ministrarent, & de panum epulis totidem numero cophini, quot sunt Apostoli, remanerent. Hæc itaque miracula videntes singuli, grauitè valdè respiciebant: sed & piscium epulas, quas maria non præbebant, sed ille, qui etiam mari hoc genus inseruit, pro tantis beneficijs mordacitate concussit, & inuidentes suæ salutis, vt Domini bona paterentur, crimen hoc maximum iudicantes, aduersus Saluatorem & CHRISTVM magis accensi sunt, in multasque diuisi partes, aduersus semetipsos postea sunt conuersi, crucifixo DOMINO eos ad hanc poenam vtiq; compellente. Igitur quanta in oppressione sint passi, non victum porrigentes filijs, sed eos pro victu negantes, & famis remedium charorum pignora facientes, longum est enarrare. Veruntamen vna est horum maxima valdè calamitas, quod in totum mundum dispersi sunt, vt & cultus desieret eorum, & Hierusalem paupimentum vix possit agnosci: ad quam eis ad hoc tantum licet accedere, quantum possunt desolationem eius in die lugere. Sed nos etiam huiusmodi habentes exempla, ad discordiæ malæ procedimus. Heu mihi, quia ditati sumus in malis, & omnia tenebræ conceperunt, & operuerunt vniuersa, multum nouem plagis Aegyptiorum grauiora. Palpabiles tenebras iam timemus, nè fumus expectati illius ignis, hæc præsentia comprehendat, nè in his Antichristus adsit, & * tempus habeat suæ potentia nostra vitia præsentisque labores. Non enim contra benè valentium muros accedit, aut charitate coarmatos aggreditur. Propterea, inquit, Hieremias: Ego defleo in lamentationibus, & quæro oculis meis fontes lachrymarum. Passiones sufficientes & voto sapientes, vt lamentationem operentur, & vtero do-

Vide Iosephum de bello Iudaico.

* id est, occasionem & opportunitatem.

Hierem. 9.

leo, non est quomodo releuetur dolor, aut quibus sermonibus hoc agatur, quia deuctus inimicus, à nobis ipsis, modò destrui mur, tanquam vesani carnes proprias comedentes, nec sentientes quia alterutros iaculamur, & ab alterutris in fugam conuertimur. Nam si preces oblatæ vestrae potentia à religiosissimis Episcopis Aegyptiacæ prouinciæ, & reuerendissimis clericis cum veritate concordant, quæ magnitudo est relicta nequitia? aut vbi sic amarus terminus alicuius Tragediæ poterit inueniri? Quis sine lachrymis in hac narratione grauitatem philosophia non possit excedere, audiens Mediatorem DEI & hominum, qui cum Angelis stetit, qui cum Archangelis choros egit, in venerabili Paschæ tempore, quo etiam latrocinantium collegia requiescunt, arma non mouentur, prætoria nihil agunt, & vnum omnibus Christianis studium est, à rebus alijs vacantibus, CHRISTO per orationis puritatem in passionis atque resurrectionis Sacramento communicare, ab spiritualiter pariente matre fuisse protractum, & ab eis, qui ab ipso in eo fonte nascuntur initiati, pariter & quia Sacerdos sacrificiorum sine sanguine celebratorum necatus est, & manus sacrificia faciens, suo Sanguine violata est, quia in multas partes ferro diuidebatur corpus eius, diuersis contumeliosis fauciatum, & irrationali populo Iulus effectum, Viris atque Mulieribus atque iuuenibus calamitatem hanc pro pompa gerentibus, ignique contraditum, & pyramide tracta in ciuitate Christiana in cinerem dissolutum? Hoc tamen gestum est, vt per omnia Elementa Sacerdos victor existeret, in terra punitus, igne consumptus, in aërem dispersus, & vt assolet, per minutas partes & atomas direptus, ad vicinas aquas vndis effusus, ita vt nec sepulturam sanctam promeretur, quæ etiam impijs non negatur. Quantum credendum est, tunc paganos atque Iudæos, taliter conspicientes nostra mysteria derisisse? Hæc igitur erunt posteris fabulæ incredibiles & amaræ. Sed quis horum malorum author, si tamen accusatores veri sunt? Is vtiq; qui adhuc viuente Pontifice, in Marci sedem prorupit ascendere, & adultero modo thalamos inuolabiles attentare, ad sacrum altare pedibus non lotis accedens, qui suis manibus Pontifex ordinatus est, qui omnes simul patrum terminos commouit, & sententiam in sua damnatione prolata, ipse sicut putauit, absoluit: & alio iudicio Episcoporum non indigens, nefandam atq; imaginariam ordi-

Sacerdos, mediator Dei & hominum.

Inuentum Mille sacrificium.

ordinationem suam à damnatis Episcopis, & hoc duobus, accepit, cum regulæ patrum, sanctam & venerabilem colentium Trinitatem, vel tres Episcopos corporaliter adesse in huiusmodi dispensationibus omnino prospiciant. Hic autem non tali obseruatione proiectus, quoniam non poterat virtute hanc bonitatem præfuls ecclesiæ Alexandrinæ transcendere, alium molitus est modum, per quem conspicuus è contrario videretur, & idem passus, quod prouenit eis, qui furoris immensitate cacantur, & quicquid prius occurrerit eis, irrumpunt, licet sit quoquo modo parcendum: Qui cum tales sint, alios medicare contendunt, neque hoc mansuetè aut mitissimè faciunt, sed velut quidam medicus imperitus, incidere solummodò & incidere præparatus, cui rectè dicendum est, Medice, cura te ipsum. Abstulit itaque de diptychis eum, qui lege & ordine ascensu spiritali honoratus erat, & conscripsit illum, qui dogmate tantorum Episcoporum de Pontificali cathedra proiectus est. His igitur ita gestis, vt dictum est, (non enim nos harum rerum integritatem nouimus, in vltimo quodam loco Ponti degentes) huiusmodi emendatio vestra tranquillitate nunc eget: quia nisi causa languoris ablata fuerit, non poterit sanitas reparari. Quia verò etiam de concilio fecerunt memoriâ hi, qui multa primitus commiserunt, etiam de causa quiduis nos pari cõtingat, pro veritate licet sustinentes pericula non celamus, dum liberam potestatem & fidutiã vtiq; sumperimus: quatenus in nullo dissimilitudinis imago posita, principali figura disungi, & propterea sepius vera sententia supplantari, multis vtiq; propter honoris affectum atq; potentia, qui neq; præsumptionem, neq; fastum, sed vitam deberet sequi, virtutum contraria facientibus, quiq; à veritate propterea diuelluntur, & cum eis abruptur etiam multa pars plebis, cui mos est seditionibus cõgaudere, & cum voluntatibus pariter aduolare. Huiusmodi siquidem conspirationibus amatorum acquiescendum est, dum magis ordo episcopalis per miracula conquiritur. Quid enim de eis, qui

* occidere

Luc. 4.

Dioscorum dicunt.

* volantibus

* Gregorius Neocæsarensis Episcopus is est, ταυματούς γος δίστυς.

cessabit, aut certè si celatus ignis in paleis, nulla respiratione flammæ concessa, neque ea quæ sunt vicina consumit, nec omnino valet extinguere, sed pro flamma vapor quidem per paleas fertur in aëra, si verò quantam respirationem sumit, fumum conuertit in flammam: Sic & nunc agitur, dum adhuc intus sunt querimonias, quæ contra nos machinari noscuntur. Si verò conuenientes contra nos certamen decreuimus excipere, quod neque aures audiant, neque oculi videant aliquandò, pia vestra potentia sceptræ imperij gubernante, metus est, nè forsitan ad impudentissima bella perueniamus, & consilio magna præualeat, & nullam pacem alterutrum expectemus. Vnde considerandum est, quia iam rex cælestis ad ianuam est, nouissima sustineamus, & ipsum Dominum in gloria paterna venturum, iam non sub imagine, sed apertè respiciendum, iudicaturum omnem humanam naturam, timoris & spei futurorum ambiguitatem pendentem, & propter euentum vtriusque rei fortiter inhiantem. Quia verò etiam de his, qui Chalcedone cõgesserunt, consulere nos vestra tranquillitas designata non est, dicimus, quoniam multitudinem illorum virorum respicientes, senectute sapientiaq; pollentium, in cunctis spiritalibus donis admirandorum, super hæc & fidem glorificationum pij numeri, quos in Nicena vrbe sanctus spiritus congregauit, necnon & quos idem spiritus in regia vrbe collegit, cui etiam nos conformati esse dinoscimur, & piè conseruamus, quæ ab eis prouisa sunt, & nunquam tantum concilium denegamus. Hæc ergò breuiter piscatoriè & non Aristotelicè suggestimus. Si quid verò ineruditè dictum est, aut velut ignorantibus compositionem ornatamque sermonis, aut velut à negocijs longè positis, veniam supplicamus vestram tribuere pietatem. Euippus misericordia Dei Episcopus metropolis Neocæsareæ sanctæ Dei ecclesiæ, subscripsi, & oro pacificum vestrae imperij pietatis longis conseruari temporibus, pro sanctarum Dei ecclesiarum & totius orbis statu, pijsime & Deo amabilis Imperator. Petrus episcopus Comanus, similiter. Iohannes episcopus Polimonij, similiter. Gratianus episcopus Cerasuntis, similiter.

EPISTOLA EPISCOPORVM
infra scriptorum, ad Leonem
Imperatorem.

Pijsimo & Christianissimo terræ domino, possidenti cæleste regnum, perpetuo Augusto, Imperatori Leoni, Sclucus, Orantius, Erythetus, Aelianus, Hyperitius, Paulus, humiles Episcopi Helleponti prouinciæ.

Dignè sanctiones actuum vestrorum, qui
Z 2 vobis

vobis imperij retinacula gubernarunt. Secundum fidem namque Apostolicam catholicamque virtutem vobis agentibus Deus potentiam mundi commisit, quam pace Deo placita gubernatis. Sancti itaque provinciae nostrae Deo amabiles Episcopi convenientes in unum, relegere vestrae serenitatis epistolam & preces annexas, ut quod secundum sanctiones Ecclesiasticas placeret, vobis indicaretur. Considerantes ergo praedictas preces, & earum lectiones velut oculis inspicientes, necem sanctissimi sacerdotis in venerabili baptisterij loco praesumptam, in quo etiam his, qui pessima facinora committunt, refugientibus salus est: necnon & peregrinam quandam & ineffabilem, quae neque apud feroces barbaros agitur, in eius corpore factam rabiem, & non solum aduersus eum, sed etiam contra totius ordinem sacerdotij & pietatis pariter perpetrata, horumque scelus, Iudaica vesania atque superbia commissorum, auctorem fuisse Timotheum: lamentatione simul & lachrymis etiam nunc sumus impleti, & neque medium tempus luctu nostrum potuit imminuere: quia temporibus Christianis & vestris, a Christianis quoque talia in sacerdote proprio committuntur, quae a saeculo facta non sunt, nec quilibet sermo haec retulisse cognoscitur. Quae audientes, & vix abstinentes a lachrymis, indicamus, quoniam qui hoc scelus verum gesserunt, nequaquam Episcopatu digni sunt: sed neque is, qui ab eis ordinatus est, sacerdotium poterit obtinere, vel si regulariter provenisset, quando etiam is, qui dicitur ordinatus, ut audiverunt, damnatus erat a sanctissima memoria Episcopo suo Proterio, & concilio sanctorum Episcoporum Aegyptiacae dioecesis, quique a duobus solummodo similiter secum condemnatis, & neque numerum ordinantium complentibus regularem, nefandam ordinationem dicitur suscepisse, vno pontifice, & ea quae sunt sacerdotij celebrante. Et super hoc orthodoxos ac venerabiles Episcopos pendente totius Aegyptiacae dioecesis a proprijs sedibus exclusisse, necnon & clericos & monachos a proprio civitatum suarum ordine repulisse, & irregulares homines & mendaces in locis expulso tentavit euehere. Sed & alia plurima perpetrata dicuntur, quae cuncta sacris canonibus fieri prohibentur, & ea sanctionibus ecclesiasticis excluduntur. Super haec autem, dicit se non suscipere sanctam & vniuersalem synodum Chalcedonensem celebrata, quae per omnia fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrum, in Nicaea convenientium, inuiolabilem custodiuit, simul & quae in reliquis concilijs definita sunt, hoc est, & sanctorum patrum in regia ciuitate congregatorum, & prioris Ephesij, & nascentes haereses, spiritualibus gladijs radicibus ampu-

TOM. 2.

tauit, & ita fidem inuiolatam praedictorum trecentorum decem & octo sanctorum patrum per omnia roborauit, in qua & nati sumus, & baptizati, & baptizamus, & in ea vita finire semper oramus. Si vero lucem caeci, & veritatem mendaces accusant, illi quidem propter caecitatem visus, illi vero eod quod eorum error & malitia pariter arguatur, no- uimus quia omnes haeretici sanctas syno- dos, eorum malas sectas destruentes, accu- sant. Sic enim Arriani & Eunomiani, de tre- centis decem & octo Nicenis patribus agunt: Macedoniani vero de centum quinquaginta, in Constantinopolitana vrbe congregatis, Nestoriani autem Ephesiae synodo, Euty- chianistae vero & Apollinaristae, & caeteri malorum adiuuatores, sexcentis triginta patribus Chalcedonae convenientibus ad- uersantur, inimicas veritati destructiones ex- tendunt, & per suam vesaniam mentiri probantur. Igitur Timotheum, qui Apollina- rista cognoscitur, & propterea semetipsum a sancto concilio facit extraneum, irregula- riter ordinatum, & tanti mali reum, si tamē accusatores veri probantur, nequaquam Episcopum nominamus, aut communica- torem sacerdotij sumimus, qui his ita malis videtur obnoxius: & supplicamus pia vestrae potentiae, quatenus sanctarum ecclesia- rum prouidentiam solenniter habeatis, & disciplinam Aegyptiacae dioecesis dignam vestrae rectitudine teneatis: quatenus fuga quidem persecutionem patientium depel- latur, & eis qui turbati fuerant, pax alta re- uocetur, sanctisque ecclesijs illic positae vni- tates conferatur. Nostrae vero Ecclesiae, DEO gratia, vestra prouidentia pietatis, in pace & vnanimitate & fidei rectae concordia magna consistunt, nostraque voce deposcunt, quatenus resistatur eis, qui synodum fieri quarunt. Nam si sapienter conueniamus, aliud quicquam sapere poterimus praeter ea, quae nobis sunt tradita a sanctis patribus, & san- ctis concilijs explanata. Nihil enim aliud stu- dent, qui optant synodos congregari, nisi ut vasa sacra plurimi sanctorum Episcoporum vendentes, pro sumptibus & expensis & subuectionibus animalium precia vni- uersa consumant, & aliqui eorum in pere- grinatione aut mari vitae huius luce priuati, onus hoc atque peccatum congregantibus concilium prouidere noscantur. Sed iubete potius singulos sacerdotum, in propria Ec- clesia positos, & vbi constituti sunt, permanentes, orationes & preces pro vestrae serenitatis imperio celebrare. Seleucus gratia Dei Episcopus Amasinae metropolis sanctae Christi Ecclesiae, manu mea subscripsi, se- cundum religiosam sanctionem vestrae pie- tatis, meam sententiam per praedictam epi- stolam manifestans, vna cum DEI aman- tissimis Episcopis cunctae provinciae, quid sentiam, & pro recta fide trecentorum de- cem

Haeretici
Synodos
culpant.

cem & octo sanctorum patrum in Nicaea convenientium, quam & Chalcedonense concilium confirmavit: Necnon & de Timotheo qui precibus accusatus est, & multis temporibus a Deo seruari vestrum oramus imperium. Oranius Episcopus Ibo- reae, similiter. Erythrius episcopus Amasi, similiter. Aelianus episcopus Sinopenfis, similiter. Hyperitius episcopus Tili, simi- liter. Paulus episcopus Adratenus, similiter.

EPISTOLA EPISCOPORVM
infra scriptorum, ad Leonem
August. Imperatorem.

Piissimo & Christianissimo, amabili Im- peratori, & regnum caelestium possi- denti Augusto Leoni, Petrus, Aetherius, Olympius, Saturnellus, Hypedius, episco- pi Paphlagoniae regionis. Existis equidem olim Dei sanctas ecclesias, primum hoc ius- tum sacrificium offerentes Domino Christo, quod iura omnia pietatis transcendat, & propria virtutem habeat: & quatenus ea, quae a diuinae memoriae Martino consti- tuta sunt, firma permaneat. Nunc itaque orta nobis est Christo amabilis, & regnum a diuinitate suscipiens vestra tranquillitas, ut magna intentione concordiae & indiuisae rectae pietatis seruetur fides in sanctis DEI vbi que constitutis ecclesijs. Agnouimus etenim vestrae pietatis oraculo, quia pro Alexandrinae ciuitatis pace curam maximam habeat vestra serenitas. Ex precibus autem subiectis inuenimus Proterij quid- em beatae memoriae ab eadem ecclesia facta exclusione, & voluisse Timotheum in eadem ciuitate sumere pontificatus officium, & machinatum ut memoratus vir cum poena de praesenti vita recederet. Ad haec autem confiteri Timothei sectatores, quia trecentorum quidem decem & octo pa- trum, & concilij Ephesi congregati se- quantur fidem: centum vero quinquaginta sanctorum patrum concilium, in regia ci- uitate celebratum, & sanctam & vniuersalem Chalcedonensem synodum denegare noscuntur. Sancientes ergo, quae commu- niter sapimus, Episcopi Paphlagoniae regio- nis, ad notitiam pietatis vestrae deducimus. Praecedente siquidem nostra oratione ac supplicatione, ad Dominum nostrum Ie- sum Christum emissa pro vestrae serenitatis imperio, & vnitae sanctarum ecclesiarum, & cum multa deliberatione diuinas literas intuentes, & preces subiectas eis, vestrae pie- tati suggerimus: quia cuncti ante nos Deo amabiles Episcopi doctrinam sanctorum Euangeliorum & Apostolorum percipientes, & sequentes fidem sanctorum patrum Apostolicam confessionem docentium, tradiderunt nobis vnam cum fideli populo

TOM. 2.

huiusmodi fidem. Vnde Dominum & De- um nostrum orantes, Rempublicam poten- tiamque vestram a DEO nobis concessam longa aetate seruari, nequaquam separamur a traditione decem & octo sanctorum patrum, neque concilium sanctorum centum quinquaginta in regia ciuitate celebratum, neque sanctam & vniuersalem synodum in metro- poli Chalcedonensi factam: sed neque aug- mentum aut imminutionem a traditione sanctorum trecentorum decem & octo pa- trum eas habere dicimus, sed ad peremptio- nem eorum factas, qui quantum ad se, gra- tiam sancti spiritus denegare noscuntur, & in sancti mysterij Christi Domini dispen- satione. Quamobrem repugnant & con- tumelias inferunt etiam illi magno sanctoq; concilio trecentorum decem & octo san- ctorum patrum. Non enim sine periculo esse putauerunt sancti patres, si tacerent ha- reticorum incredulitatem, nitentium sancti illius concilij iura conuere, & non aperta narratione sanctam veramque fidem omni- bus explanarent. Quapropter ostenditur, quia isti, qui nunc sancta concilia dene- gant, non zelo pietatis, sed inconstanti contentiosaque sententia, non solum contume- lias patribus sanctis inferunt, sed etiam vni- uerso ordini sacerdotum. De Timotheo vero, & quae ab eo machinata dicuntur, (si tamen verae preces sunt, quas vestrae sereni- tati porrexerunt reuerendissimi clerici Ale- xandrinae ciuitatis, & sanctissimi Episcopi Aegyptiacae dioecesis) dicimus quia dura videntur & valde crudelia, quae ab eo com- missa sunt, & cunctos iniquitatis terminos tali operatione transcendunt, ita ut non solum sacerdotij gradu probetur indignus, sed etiam ab ordine sit laicorum remouen- dus, praesumens cum multis criminibus, quae gessit, contumelias quoque concilij sanctis inferre, de quo Domini quidem Dei opus est, ut ei remittatur opus quod fecit aduersus sacerdotem, nihil sibi nocentem: vestrum vero triumphator est maxime principum, ut iustum sacrificium offeratis Domino DEO, tantorum scelerum vin- dictam vobis placitam facientes. Depreca- mur autem, & vestram pietatem totis viri- bus exoramus, ut Apostolicam doctrinam, in qua creditis, immobilem conseruetis in pace multa & tranquillitate sub vestrae pie- tatis imperio, & in clero & omni populo in fide saluberrima constituto, & ut eis qui inaniter alia concilia fieri desiderant, resis- tatis, & ut nobis vestra pietate donetis, qua- tenus sub quiete degentes, secundum fidem & traditionem sanctorum patrum confi- tentes, in pace inuiolabili & disciplina ser- uemur, orationi diuinae supplicationique vacantes, & vita atque conuersatione Do- mino CHRISTO placentes ad hono-

Z 3 rem

*deest, er-
rat, vel hui-
usmodi qd.

rem orthodoxæ fidei: & fundentes Domino DEO preces pro vestra serenitate, quatenus Dominus Christus vestræ pietatis imperio suæ infundat dextera claritatem, quæ vos sua pace conferuet, & fortitudinem vobis atque virtutem præstet, simul magnificentissimis maximisque proceribus, & gloriosè sapienti iustissimoque vestro senatui, ad peremptionem ferocitatis malignorum, & vnanimitatem sanctarum Christi ecclesiarum, & totius Romanæ pacis & disciplinæ. Petrus episcopus Gangrenæ metropolis sanctæ Dei ecclesiæ, manu mea subscripti, & secundum sanctionem vestræ pietatis propria sententia declaravi, sicut in hac epistola probatur esse prædictum, vñ cum Deo amantissimis episcopis nostræ prouinciæ, quam habemus voluntatè in orthodoxa fide trecentorū decem & octo sanctorū patrum Nicæ conuenientium, quam & sanctum Chalcedonense concilium confirmavit: necnon & de Timotheo, qui in precibus accusatus est, & oramus orthodoxum & Christi amabilem principatum vestrum multis à Deo Domino conseruari temporibus. Aetherius episcopus Pompeiopolis, similiter. Olympius episcopus Surenfis, similiter. Saturnellus episcopus Amastrenæ ciuitatis, * pro sanctissimo episcopo, eò quod agrotaret, subscripti similiter.

for. * p me & sanctiss. epo Hypedio, cò q

EPISTOLA INFRA SCRIPTORUM EPISCOPORVM, ad Leonem Imperatorem.

Domino pijsimo & inuictissimo atq; Christianissimo, perpetuo Augusto, Imperatori Leoni, Vrsilius, Dalmatius & Maximus, Episcopi vestræ Dardaniæ. Et agnouimus & inuenimus in lectione imperij vestri, saluatoris Dei iudiciū, & quia virtute suæ cunctas regno vestro subdidit barbaras nationes, & per vos eius pietas firma inuolabilisque consistit, & vt nemo præsumat apud pium Imperatorem aliquid iniquum petulantia scelerata suggerere: quæ sicut in sua pace omnia diuina consistunt, ita nihil sacramentorum Dei per fidem tranquillitatis vestræ, humana varietate mutatur. Quid enim ita præceps est, aut sic impiū poterit iudicari, quàm credere pietatè fidei, terminis Apostolicis communitam, innumerabilibus sacerdotibus & omnibus sanctarum scripturarum testimonijs roboratā, necnō & decretis Niceni, Chalcedonensisq; concilij iudicio confirmatam, inanibus & prophanis præsumptionibus posse violari, dum ad omnem perfectionem catholicæ fidei, sapientissimi Salomonis doctrina sufficiat? Ait enim: Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite eum. Quid ergò pessima calliditate nequitia faciet, cui vltra bonitatem nequaquā licet excedere? sed sicut ostenderunt literæ, meæ hu-

Sap. 1.

militati directæ, hæc Timotheus respuisse dinoscitur, qui Episcopatum ambiens Episcopi morte percipit: quapropter aliorum scelus eius ruina factum est, & in fraterno concilio non vocatur, quandò fratris necator esse cognoscitur: vtiq; à reuerendæ memoriæ Proterio, quantum ad fidem eius, in nullo læsus, cuius tali morte hic ordinatus, vestræ tranquillitatis iudicio nullum poterit eius gradus habere robur. Igitur religio vestræ pietati commissa ab æterno Deo, inuictissime principum, conseruetur: eius clementia imperium, quod vobis collatum est, in omni gloria longa ætate muniatur. Et sic ut vestra mansuetudo diuina propitiatione continuis temporibus custoditur, sic & sacra mysteria nullorum scelestis præsumptionibus vulnerentur, sed pietatis vestræ laboribus pax mundo collata, in sua soliditate intransgressibili pietate seruetur. Vrsilius episcopus Dardaniæ, incolumem tranquillitatem tuam pro pace mundi & catholicis ecclesijs, multis annis virtus æterna custodiat, domine pijsime & inuictissime perpetue Auguste. Dalmatius episcopus Nentiniæ, similiter. Maximus episcopus Dicitianiensis, similiter.

EPISTOLA EPISCOPORVM subdescriptorum, ad Leonem Imperatorem.

Pijsimo & inuictissimo domino totius terrarum orbis, & Christianissimo Imperatori Leoni, Petrus episcopus metropolis Corinthi, & reliqui episcopi reuerendissimi sub me constituti, Iohannes, Athanasius, Timotheus, Aphobius, Epictas, Metrius, Zoilus, Plutarchus, Gerontius, Anoxolius, Rufinus, Alexander, Caredimus, Agatherus, Alexâder, Architimus, Cyriacus, Thalialis, Domitius, Osius, Constantinus, Ethesitius, in Domino salutè. In omnibus quidè, quibus propter religiosum imperiū vestrū Respublica benè regitur, omnium Dominus glorificatur Christus: præcipuè autem, in quibus orthodoxæ fidei inconcussa iura seruare studet vestra tranquillitas, pro quibus sancta & adoranda Trinitas intentionè vestram remunerans, & victorias de inimicis, & omnia sicut optatis præbuit, & præbebit vestræ pietatis imperio. Vndè verò dignata est nobis scribere vestra tranquillitas, & apertè iussit nostram manifestare sententiam, hæc pietatis vestræ potentia declaramus, quia ea, quæ à Chalcedonensi sancto & vniuersali concilio definita sunt, tanquam sanctis synodis præcedentibus consona, & in nullo contraria, aut sanctorū trecentorum decem & octo patrum Niceno concilio, aut Constantinopolitano 350. aut Ephesio sub beatæ memoriæ Cyrillo celebrato, omnibus sententijs manere immutata decreuimus. Nihil enim dubium in eadè sancta fide

fide derelictū est, nec conuenit de tali causa sepius fieri tractatus vniuersales, quasi in verborum nouitate, & non in fide inconcussa, rectaque conuersatione, salus humani generis cōstitutā sit. Timotheum verò, sicut ex his, quæ sunt scripta, cognouimus, nec regulariter nec consequenter sacerdotium obtinere prospiciamus. Quo tamen modo oporteat eius causam, & sanctas ecclesias in illa constitutas regione, disponi secundum Deum, in vestræ pietatis & iustitiæ pendet arbitrio, quæ non minus paci ecclesiarum, quàm securitati ciuitatum & subiectorum prouidere dignatur, perfectè sciens quibus imperare diuino iudicio constituta sit, doctæ pariter ecclesiasticas sanctiones & proprias leges, & per vtraq; tam orthodoxam fidem, quàm reipublicæ iura disponēs. Notras igitur orationes, quas pro vestræ serenitatis imperio incessanter offerimus, omnium Deus & Dns placatus accipiat: quatenus & omnis mundus per vos, & sanctæ eius ecclesiæ cum omni pace & tranquillitate & fide orthodoxa gubernentur. Petrus episcopus metropolis Corinthi: sancta & consubstantialis Trinitas, quæ tuum genus ad munimen fidei orthodoxæ & salutem generis humani constituit, pium tranquillitatis tuæ longissimo tempore seruet imperium, venerabilis Imperator. Athanasius episcopus Atheniensis, similiter. Rufinus episcopus Thespisensis, similiter. Alexâder episcopus Patrenus, similiter. Candidus episcopus similiter. Agathemerus episcopus Megarensis, similiter. Alexander episcopus Helatiæ, similiter. Architimus episcopus Thebarum, similiter. Cyriacus episcopus Caristenus, similiter. Thalialis episcopus Argi, similiter. Domitius episcopus similiter. Osius episcopus Lacedæmonis, similiter. Constantinus episcopus Chalcedis, similiter. Istitius episcopus Tanagrensis, similiter. Iohannes episcopus Missinæ, similiter. Athanasius episcopus Proponti, similiter. Timotheus episcopus Megalopoleos, similiter. Fouius episcopus Coronæ, similiter. Zoilus episcopus Carisæ, similiter. Plutarchus Episcopus Platæis, similiter. Georgius episcopus similiter.

*for. Thalies

*Corisæ,

EPISTOLA EPISCOPORVM infra scriptorum, ad Leonē Augustum Imperatorem.

Religiosissimo & Christianiss. amabili Imperatori, Augusto Leoni, Anastasius, Iulianus, Proclianus, Eupharius, Daniel, Armatus & Euphrasius, Episcopi primæ Galatiæ. Qui sermo sufficit ad laudè Domini Christi, tãtam felicitatem humano generi conferentis, & suam prouidentiam in totius vitæ tempore demonstrantis? Eccè cum venerandæ memoriæ principem Mar-

tianum ad Deum proficiscentem, & de gloria ad gloriam demigrantem, & de terrenis sceptris cælesti imperium possidentem, vestram potentiam Deus inuexit in regnum eius, & pietati pariter succedentem: quatenus hæc per Apostolicam vestram religionem in ecclesijs conseruata permaneant. Quapropter mox vt Deus vos ad soliu imperiale perduxit, primitias largitori vestro clarissimas obtulistis, id est, legem hanc erroris dogmatibus resistentem, Ecclesiasticæ veritatis adiutricem. Semper enim diuinarum rerum curam habentes, neque tumultum, qui Alexandria prouenisse dicitur, sine examinatione dignissima reliquistis: sed vestræ pietatis oraculis primæ Galatiæ synodum sanctorum Episcoporum in metropoli Galatiæ conuenire sanctissis, quatenus deliberationem subtilissimam adhibentes, & relegentes vtriusque partis subiectas oraculo vestro preces, oblatas à sancto Aegyptiaco concilio & clericis Alexandrinæ ciuitatis, necnon & Timothei defensoribus, nostram sententiam paderemus, quid de sancto Chalcedonensi concilio, & de his, quæ Alexandria gesta sunt, sentiamus. Quapropter omnibus nobis celeriter cōgregatis, hæc principia, hoc nostrum fuit initium, vt omnium dominū rogaremus: quatenus vobis tantum studium pro Ecclesia eius habentibus, supernam retributionem conferat, pietatemque vestram maxima longuitate custodiat pro dogmatum sacrorū. De deest, defensoris, aut id genus quæpiam, indè considerantes etiã preces, quæ sapimus, vestro imperio declaramus. fidè itaq; habemus atq; seruamus, in qua & nati sumus, & cum qua pgerere ad Dei terribile iudicium omnes oramus, in qua etiã baptizati sumus, & absq; merito ad sacerdotium euocati, ad fidem gratiam accipientes imbuimur. Quã fidè venerabilis euangelistarum numerus, & chorus tradidit gloriosus apostolorum, quibus vtiq; sacramenta cælestia desuper inspirata sunt, sed & numerus trecentorum decem & octo sanctorū episcoporū, collecti in Nicena vrbe sanciuit, apostolicam religionem perfectè & apostolico spiritu conscribens, & diuina ecclesiæ nostræ dogmata cum magnanimitate custodiens: necnon & alię sanctorum Episcoporum Ecclesiæ Catholicę synodi, q̄ necessariò pro insurgentibus hæresibus sunt collectæ, hanc seruari cum integritate iusserunt. Nihilominus & Chalcedonensis, nutu Christianissimi principis congregata, æquam de ea habuit voluntatem, definiens illorum sanctorum patrum dogmata intemerata immobiliaq; seruari: & quasi ex quodã diametro vtranq; redarguens veritatis aduersitatem, quæ duo æqua impietate perducere probantur in præceps. Et destruens Nestorij nefandæ vesaniam, diuisionem & sectionem dispen-

fationis domini Christi pessimè dictantis, necnon & Apollinaris furorem, qui confusionem in eiusdem vnigeniti in humanationem introduxit, & multa alia vanè locutus est à veritate posita. Bonam igitur confessionem fidei trecentorum decem & octo nostrorum patrum, & Chalcedonensis synodus & aliae decreuerunt inuiolabilem permanere, & nos qui ecclesiarum Galatiae prouinciae fortiti sumus Episcopatum, cum omnibus ecclesiarum populis hanc perfectè seruam. Insolubilis enim est firmitas dogmatum Apostolorum patrumque nostrorum, augmento non egēs, imminutione nequaquam suscipiens: sed qualis fuit à patribus cōscripta & tunc predicata, vsque ad finem seculi conferuanda est, & ab omni nouitate manebit extranea. Nullus itaque ad rationem ecclesiasticae veritatis Apostolo Paulo maior est, quia vas electionis esse promeruit. Hic enim doctrinas imbuuit, quarum eruditionem, in tertium caelum ascendens, accepit. Nullus ad ministrandum supernis sacramentis decetior angelo, quoniam pura natura nouit ministrare purissimis. Sed si uel Paulus uoluerit aliquid iubere, quod primitus ipse non docuit, seu angelus, hoc ecclesia Dei non suscipit, sciens quia scriptum est: Ergo si uel angelus praedicet, praeter quod Paulus docuit, & chorus trecentorum decem & octo sanctorum praedicauit Episcoporum, non trememur angelica dignitate, ut aliud doceamus, praeterquam sumus à sanctis patribus eruditi: nec Pauli merito subdimur, qui raptus est in paradysum, eiusque uerba ineffabilia sunt credita. Haec enim lex est: Siue ego, inquit, uel angelus de caelo annunciauerit uobis, praeter quod accepistis, anathema sit. Non quia Paulus erat in suis dogmatibus permittendus, & loquebatur, nec quia angelus de caelo ad ministerium nostrae salutis mittendus erat, ut aliquid extra gratiam sacramentorum praedicare pateretur: sed ut tantorum merito, cunctis aliquid contra ecclesiastica dogmata nitentibus omne conamen nouitatis abrogaretur. Nos itaque omni uirtute seruamus sanctorum patrum dogmata, & sanctum concilium Chalcedonense cognoscimus, quod scilicet paternorum dogmatum diuitias sanctis ecclesijs inuiolabiliter conferuabit. Qui uero ab eo concilio semetipsos abscondunt, ignorant quia nomine Chalcedonense concilium denegantes, rebus autem ipsis à cuncto totius mundi collegio sacerdotum sine dubio segregantur. Illud ab omnibus celebratum est, quod eorum qui ibi collecti sunt, nullus penitus discordauit. Sed & si pauci quidam pro aliquibus necessitatibus per prouincias remanserunt, ad communionem eius attracti sunt, quoniam antiqua Ecclesiae

TOM. 2.

dogmata seruare dinoscitur. Ea siquidem, quae Alexandriae perpetrata diuulgantur, dudum quidem fama ad nos perduxit, sed nunc integritatem insertam precibus agnoscetes, & mensuram nostri gemitus non habentes, fontes requirimus lachrymarum, & luctus Hieremiae lamentationibus pares, scientes utique fletum passionibus adaequare. Quis enim ualeat abstinere, licet animum habeat adamante fortiorem, audiens in sacris locis nullum pudorem fuisse seruatum, sanctumque locum communis redemptionis nostrae, hoc est, uenerabile baptisterium, multorum uirorum, quantum ad eorum attinet uoluntatem, inuasiuone fuisse temeratum, dum diuina omnia nequaquam iniuriarum molli succumbant, & haec perpetrata ab illis forsitan, qui peccatorum redemptionem ibidem susceperunt? Et quid est crudelius, sacerdotis nec etiam auribus ualde terribilem, iram nec usque ad interitum illius habentem finem, sed ultra naturam indisciplinabiliter excedentem? Solet enim contra aduersarios furor insurgere: quem uero quilibet inimicum non habet, hunc honorandum natura docet. Omnis ciuitas scelerum immanitate completa est, & per omnes plateas & omnes porticus secta membra, mysteria sacra celebrantis, tractare feruntur, & ad nouissimum incensa, atque consumpta, & ad cineres usque redacta. Et neque in his solummodo doctorem atque pontificem sistere passi sunt, sed etiam in uentos miserabiliter disperferunt. Haec igitur quantum uirtus fuit ualde desentes, de Timotheo tantorum malorum auctore, sicut preces docuerunt, quas bene se habere credimus, secundum piam sanctionem uestrae potentiae nunciamus, si reuera accusantium uerba cum accusationis ueritate concordant, alienum cum ab omni sacerdotio esse demonstrant. Nam eum, qui ex quacunque causa depositus est, non solum ad maiorem gradum venire lex ecclesiastica non permittit, sed neque in ordine, in quo fuit permanere, nisi deponens propria sententia eum rursus absoluat, aut certe synodus sanctorum Episcoporum aliquid de eo disponat. sed etiam episcopi, qui à sua dignitate depositi uidebantur, sicut edocuerunt, lex non est, ut alium possint ad officium euehere, quod ipsi uidebantur amisisse: & duo solummodo, licet super omnes honorabiles existerent, & omni accusatione liberi essent, ordinatione tamen Episcopi celebrare ecclesiastico ordine prohibetur. Quod autem & uiuo pontifice ecclesiam gubernate, & nullo propter ordinationem regulariter procedente decreto, constitutus dicitur, omnem transcendit iniquitatem. Quod uero & necem ita crude-

de-

delem aggressus est, aut cooperatus, sicut edocuerunt, non solum hoc regulis interdictum, sed etiam legibus & communi iure naturae prohibitum est. Igitur si uerae monstrantur accusantium preces; nihil horum sacerdotio conferre potest sacrarum subtilitas literarum uestrarum. Itaque inuictum & triumphale imperium agnoscens, quae bene se habere decreuimus, aequum ordinem suae prudentiae sanctis seruet ecclesijs, atque dignetur disciplinam communis pietatis custodire collegio, omnique uirtute ac fortitudine bono CHRISTI corporis unanimiter pacemque seruare. Sciatque uestra tranquillitas, & agnoscat, qui nescio quomodo sunt seducti, quia neque Chalcedonense concilium, neque quilibet alius, cui pietatis Ecclesiae Apostolicae participium inest, alienam tenet fidem praeter antiquam illam Euangelicam, quam chorus trecentorum decem & octo patrum, superna gratia inspiratus, Ecclesijs CHRISTI immobili religione dereliquit. Qui uero proprijs quidem passionibus instigati, zeli autem figmentum sibi apponentes, & simpliciores seducetes, Alexandrinam Ecclesiam turbaerunt, ipsi iudicium portabunt, quicumque esse noscuntur. Intantum enim nec recta intentione, nec sermone ueritatis utuntur contra sanctum Chalcedonense concilium, quia non solum ab illo se separant, sed neque sanctorum patrum concilium, in regia ciuitate factum, se suscipere profitentur, cum & ibi dogmata sanctorum trecentorum decem & octo patrum subtiliter reseruari praecipuum sit, & in ipsa sancta synodo inter primos fuerit, cui illo tempore pontificium Alexandriae ciuitatis uidebatur esse commissum, uir Apostolicus, & ab omni macula sermonum aut actuum segregatus. Sed qui donauit uenerabile uestrae pietatis imperium Romano principatui, & Dei sanctis ecclesijs, longa serenitatis uestrae tempora dignetur efficere, pacemque per uos & unitatem oculibus CHRISTI conferre, subiiciatque uobis omnes aduersarias nationes: quatenus undique pace CHRISTI muniti, patrum dogmata inuiolabilia conferuetis, & omnem reipublicam aequitatis ordine disponatis.

Anastasius episcopus Ancyrae metropolis sanctae DEI ecclesiae, manu mea subscribens secundum pietatis uestrae sanctionem, per praedictam epistolam insinuauit, quid sentiam de confessione sanctorum patrum Niceae congregatorum, quam Chalcedonensis sancta synodus secuta esse dinoscitur, & de Timotheo, qui precibus accusatus est, & seruari uos temporibus longis oro.

TOM. 2.

Iulianus episcopus
Proclianus episcopus
Euphаний episcopus
Armatius episcopus
Daniel episcopus
Euphrasius episcopus

similiter.
similiter.
similiter.
similiter.
similiter.
similiter.

EPISTOLA SVBDESCRIPTORUM Episcoporum, ad Leonem Augustum Imperatorem.

DEO amantissimo atque piissimo & Christianissimo, uictori, triumphatori, semper Augusto Leonis, humilis Episcopus Eugenius in Domino salutem.

Nos equidem humilissimi uolumus, & hoc superna gratia promerentes, nostra mente quiescere, & taciturnitatis pelagus in sancti & adorandi spiritus pace retinere, ut sic abstinentes, siue propter humanam inopiam, aut infirmitatem, dicendi timorem tanti delicti apud nos haberemus. Sed quia proprii principatus adulter extollitur, & in sublime semper eleuatur, suisque scintillis multorum corda succendit, ut pulchritudinem sapientissimam solummodo DEI conturbet Ecclesiarum, summa necessitas nobis incubuit mutare propositum, ut à uobis prouocati, per hanc dicendi orationem egrediamur in aërem, DEI fide nosstros obturantes auditus, ut ita Sirenarum mortiferum peccatum, siue earum (secundum Hieremiam) filiarum mortem transeunt, per ipsum pelagus uita tecum sobriè ueniamus. Suscipe igitur hoc piissime, suscipelibenter à nobis munus nostrum omnium sacerdotum, & reliquorum in ministerio diuinae scientiae qui constituti sunt, praedicationem tuae iussionis, quasi ex una curia consensuque scriptam. Fidei nanque fideliterque interroganti principi lucrum est sacerdotibus, immortalis libri sanctam offerre responsum, ut ex te denuo Christianissime & tuae tranquillitatis imperio, in omnem terram & cunctos homines cum mansuetudine pietatis poculum ministreret, uno omnium nostro domino vnigenito Dei filio gubernante, qui solus in omnibus seculis perpetuè regnans, & tibi Imperatori coronam, quando oportuit, latenti, immò magis claro nutu superimposuit. Primum tibi signum regalis dignitatis, beati Dauid fundibulum laudabili uoluntate committens, per deferta discurrens, aptissime bestias iacularis. Nos autem sub arbore pacis positi, sine timore in aura delectabili commoramur. Iaculare ergo, iaculare potentissime, secundum Danielem, etiam Libyae

Dan. 8.

hir.

hircum paternæ fidei iaculo, vt nequaquam perditus ventilet ea, quæ sunt ad Austrum. Ille nanq; paululum exiliis ad vltima Libyæ regionis, illam inmedicabilem Alexandrinorum vrbi influit passionem, vt sacerdotis sui interemptorem, amatorem Dei populo demonstraret, & viro sacrilego sacerdotij priuilegia nefandè committeret, qui nõ solum à sacerdotali voluntate, sicut preces de eo conscriptæ referunt, alienus ostenditur, sed etiã omni affectioni vulgi peregrinus agnosçitur, licet quibuscunq; verbis, gestorum delere nitatur auditus. Nam si ei animo concepti adulterij non imminuerit crimen, hoc solummodò paternæ traditionis destructori possit, quod est, sufficere, vt in eo iustè possit vltio prouenire. Cui nanq; clarũ non est, nisi qui fortè spõrè bona scire despicit, quid per sacratissima sanctissimi & beatissimi, & post Deum patris nostri Leonis scripta sancitum est? Tacemus enim, quæ primitus sub sanctæ memoriæ principe Martiano coram omni populo in ciuitate Chalcedonenfi de fide orthodoxa sunt prolata aq; cõfufionem quidem maleficorum & vesanorum hominum, & commemorationem atq; consolationem piorum & fidelium. Quæ fides & ab illo sancto omnibusq; honorando concilio testimonium bonum promeruit, & definitio scientiæ clarioris vno nutu ab omnibus ob signata est, ipsam formam detinens, quæ dudum in sancto Niceno cõcilio, & Ephesino primo apud rectè sapientes cõstituta dinoscitur. In qua præcipuè æternitas & humanitas (sic enim dicendum est) vnus vnigeniti custoditur, hoc est, in vno Domino nostro Iesu Christo incarnato dei verbo oratione seruata, vt in nomine IESV Christi, sicut ait Apostolus, omne genu flectatur caelestium, terrestrium & infernũ, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Qui escant igitur, quiescant, & hoc per te pijsime, qui modicũ bonum putat munus taciturnitatis existere. Quiescãt confundere, & Dei ecclesiis cõturbare, & curiosis sermõibus auditis personare simpliciu: vel tuam rectam fidem, si metum futuri iudicij nõ habent, erubescant. Cur ventis sermonũ tranquillitatem sanctæ fidei nostræ conturbat? Cur concilia aduersus Deum in omni loco & gente faciunt residere vilissima? Cur tela contra nos dæmonibus subministrant? Cur de morte paruulorum cogitantes, nostræ immortalitatis authorem pascua scõfatur, qui adhuc terrenas causas tractare noscuntur? Cur certant sua scientia secundum Adam fieri velut dei, qui adhuc nec quæ sunt hominum, agunt? Cur lenè nostram mollemq; pacem impugnant pro zelo, simplicitatem sancti nostri & celandi mysterij suffocantes?

TOM. 2.

quo mysterio non solum nos, sed & omnes ministri spiritus superantur. Quapropter gloriamur velut codicillos nos habere creditæ dignitatis huius, qua diuinitas tractatur, & immensæ scientiæ cum mensura congrua ministrare dicatur. Iterum à nobis dicitur & hoc, Domine Deo amatissime, & cum omnibus hominibus in omni loco positus. In hoc enim tibi librum responsionis de confessione & oratione concludimus, quod à sanctis patribus, & ab initio & hactenus dicitur: Pater & filius & spiritus sanctus in æterna trinitate est, vnus principatus virtus, qui est super omnia benedictus: in secula Deus. Eugenius Episcopus Epiri. Ro. 9.
Incolumem vestram pietatem omnium nominus noster IESVS Christus pollentem, magna longæuitate conseruet, & sanctæ nostræ & beatissimæ fidei sanctionibus per omnia DEO amatissime atque pijsime. Valerianus Episcopus Phœnicæ, similiter. Claudius episcopus Anciasmi, similiter. Sotericus Episcopus Corcyræ, similiter. Hypatius Episcopus Adriani, similiter. Didacus episcopus Foticæ, similiter. Eugenius episcopus Eurocæ, similiter. Oranius Episcopus Dodonæ, similiter. Stephanus episcopus Botroti, similiter.

¶ EPISTOLA INFRASCRIPTORVM EPISCOPORVM, AD LEONEM IMPERATOREM.

Pijsimo & Christo amatissimo, à Deo principe constituto victori, triumphatori semper augusto Leoni, Lucas archiepiscopus, Artemius, Antonius, Filocaris, Eusebius, Nazarius & Paulus Episcopi Epiri. Relegentes ea, quæ nobis à vestra tranquillitate sunt scripta, & agnoscentes mox inter ipsa principia non solum pro fide catholica sanctarum Ecclesiarum, sed pro ciuitate, quæ sub vestri imperij sceptro dinumeratur, tantam vos habere sollicitudinem, quantam oportet gerere diuino nutu Romana imperia conscendentem, & tranquillè omnia gubernantem, vt vndique totius orbis terrarum inconcussa & sine fluctu sit nauis, maximas gratias saluatori nostro IESV Christo debere nos conscitemur, orantes pariter, vt Christianum nobis vestrum imperium multis temporibus conseruetur, quod nobis & singulis vtiq; & pariter vniuersis spes maximas & demonstrat, & donat. Decet enim & simul & singulatim vniuersos, quasi de quodam pectoris nostri cubiculo bona vestra proferre, quorum prima & maxima est, pacis vtilitas. Relegentes igitur oblatas nobis preces ab Alexandrinis, in malorum tempestate maxima constitutis, & agnoscentes scelera à dæmo-

ne

ne tibi commissa, amarissimè in his ingemiscetes, & propria membra lugentes, quæ tali calamitate noscuntur afflictæ: paululumque respirantes, & communem de his rebus tractatum habentes omnes Episcopi in vestra Epipro constituti, secundum ea quæ à vestra tranquillitate sancta sunt, hæc vestris pijs auribus indicamus: gratias primitus etiã in hoc agentes, quoniam parcentes nostris infirmitatibus atque laboribus, & maximam propter hyemis vehementiam nostris solenniter curam habentes, præcipitis vt singuli nostrum in regione propria de presentibus rebus suam debeant proferre sententiã. Quapropter dicimus, quod si ea, quæ ab Alexandrinis in accusatione deducta sunt, cum veritate concordant, (non enim ex vna parte verba suscipienda sunt) nec ordinatio Timothei firma consistit, & ab Episcopatu, quem arripuisse dicitur, est penitus alienus. Si autem oportet eum sermonem satisfactionis in presentia vocatum præbere pro his, quæ commisit, sicut & conuenit, & iustum simul & piũ, si etiã vestræ tranquillitati complacet, vt secundum petitiones supplicum nihil ab eo in medio tempore aduersus fidem catholicã penitus innouetur: cum præcipuè Imperator piæ memoriæ Martinus deponendos esse sancierit etiã rectè factos Episcopos, si quid mutilare aut commouere ex his, quæ Chalcedonæ à sancto & vniuersali concilio sunt definita, tentauerit, sicut ipsa monimeta ibi consecuta testantur, in quibus quoddam signaculum definitionibus, memorati principis sanctio supposita est. Ea verò, quæ Chalcedonæ constituta sunt à sancto & vniuersali concilio de fide catholica, in quantum doctrinas & expositiones & interpretationes perfectorum patrum nostrorum sequi valuimus, esse cõsona iudicauimus his, quæ Nicæa à sanctis trecentis decem & octo patribus definita sunt, & postea in regia ciuitate à centum quinquaginta patribus explanata, in quibus etiã perduramus. Et licet plurimis sermonibus extendatur expositio fidei Catholicæ Chalcedonæ celebrata, tamen ad illas respicit, quarum in præcedentibus probatur fuisse memoria, & veluti paucarum illarum est interpretatio syllabarum. Si quis igitur sobriè ac fideliter, & non contentiosè de his voluerit cogitare, in tantorum decretis consentit, quorum etiã multus numerus ad satisfactionis sufficit rationem. Non enim in verbo fidei omnium vnanimiter potuit sententia conuenire, nisi sanctus spiritus illic pro causa veritatis interfuisset. Cum ergo grandia sint hæc, quæ mota noscuntur, & egeant vestræ Christianitatis auxilio, supplicamus tantis malis resistere, & rebus inoptabilibus repugnare. Dignumq;

TOM. 2.

vestra pietate trophæum cum superno solatio contra diabolium confidenter erigite, flammam hanc, antequam in sublime conscendat, extinguite: languoremque, priusquam velut morbus inficiat vniuersa, curate. Nam medicorum ægritudines curantium illos potius admiramur, qui neque ad ægritudinem venire permittunt. Non patiaris horum scelerum cumulum fieri posteris in exemplum: habeant loca sancta proprium cultum, Ecclesiæ inuolabile securitatis ius, pontificisque cautela baptisteria purgentur à nece. Dele jam venerabilis Imperator, impietatis monumenta: doceantur omnis pietatis exercere culturam. Lucas Episcopus Dyrhachenus: Incolumem semper in omnibus modis piũ vestræ serenitatis principatum, multis in pace temporibus Dominus CHRISTVS conseruare dignetur, DEO amabilis victor & triumphator Auguste.

Artemius Episcopus Escampenus, similiter. Antoninus Episcopus Lychnidius, similiter. Hylocaris Episcopus Vallidi, similiter. Eusebius Episcopus Apolloniadis, similiter. Nazarius Episcopus Aulonæ, similiter. Paulus episcopus Prinatenus, similiter.

¶ EPISTOLA SVBDESCRIPTORVM EPISCOPORVM, AD LEONEM IMPERATOREM.

Pijsimo Imperatori & CHRISTO amabili domino, Augusto Leoni Martyrius humilis episcopus vestræ Cortynæ. Tempus nobis est lyræ sumere diuinitus inspirati Psalmistæ David, principatu tranquillitatis vestræ. Ille nanq; solus idoneus est hymnus piæ vestræ magnitudini proferri, in quo ait: Saluum fac nomine regem, & exaudi nos. Et iterum in alijs modulationibus dicit: Domine, in virtute tua lætabitur rex, & in salutari tuo exultabit vehemèter, & reliqua, quæ in ipso Psalmo sunt, pro vestræ potentie ordinatione dicta creduntur. Sciens enim ex illo tempore gestorum talia Prophetarum, quia lus, per quæ confirmatio ea quæ DEI sunt, per ea quoquè vestrum roboratis imperium, de his autem, quæ nos vestra sancit pietas iudicare, ego & mei confacerdotes rectè consistentes insinuauimus, quia sanctum Chalcedonenfè concilium cõcordare credimus expositioni fidei trecentorum decem & octo patrum in Nicæa vrbe cõgregatorum, in qua baptizati & baptizates, & prolatũ exindè omnibus symbolum intemeratũ inuolatumq; seruãtes, vitã in eo cõplere reliquã

DO-

Philip. 2.

Locus mensuræ datus.

Gen. 3.

Concordia fidei ex spirita sancto est.

postea definita sunt à sanctis centum quin-
 quaginta sacerdotibus, in ciuitate regia Cō-
 stantinopoli congregatis: necnō & his, quæ
 in Ephelina synodo priori, q̄ Nestorij dia-
 bolicas blasphemias abscedit, & vesaniã Eu-
 tychis vnã destruxit, & quæcunque inter
 hæc orta est hæretica blasphemia. Et dicim⁹
 trã tranquillitati vestræ, quia ab initio totius he-
 reticæ blasphemie inexperta est vestra Cre-
 ta, decem martyribus prouincialibus pas-
 sionis tempore deprecantibus saluatorem
 Deum, vt libera à tentationibus hæreticis,
 semper ab æstu eorū prouincia seruetur.
 Et secundum magniloquum Apostolum
 Paulum, scribentem fugiendas quæstiones
 legales, quæ lites noscuntur sæpè generare.
 De his enim, q̄ in sanctæ memorię Proteriti
 gesta sunt, nō est qui nō grauitè & absque
 humana natura hæc facta decernat. Vestra
 verò pietatis est, cuius anima, secundum scri-
 pturã diuinã, in manu diuinã cōstitit, secun-
 dum ppriam clementiã ea, q̄ sunt cōmissa,
 corrigere. Timotheus verò, si viduata san-
 ctissima ecclesia Episcop⁹ ordinatus est, de-
 creto ciuili vniuersorū & religiosissimorum
 Episcoporum vniuersæ prouinciæ, aut om̄i
 aut plurimorū cōueniētium vnã, & reliquis
 aut propter senectutem, aut propter egritu-
 dinē aut quamcunq; necessariã causam ab-
 sentibus, à tribus tñ vt parū Episcopis in-
 culpabilibus & communicatoribus regula-
 riter ordinatus atq; cōstitutus est, firmitatē
 eum sedis habere decernimus. Si verò aliqd
 horum defuit, necesse est ordinationē pa-
 riter diiudicare. Martyrius episcopus Cor-
 tynæ: In columem vestram potestatem, tuē-
 tem pacem sanctarum Dei ecclesiarum, san-
 cta & viuificatrix Trinitas omni tempore
 vitæ conferuet, pijsime & Christo amabi-
 lis Imperator. Cyrillus episcopus Sabtuus,
 similiter. Euphroni⁹ Episcopus Hierapinē,
 similiter. Gennadius episc. Gnosii, similiter.
 Prosdocius Episcopus Lappæ, similiter. Eu-
 phrata episc. Cersoniisii, similiter. Nicais episc.
 Catamensis, similiter. Sebon episc.
 Doniæ, similiter.

Explicunt epistolæ Episcoporum, nu-
 mero quingentorum, feliciter. Amen. Nice-

VENETICVM CON-

CILIVM CIRCA TEMPORA LEONIS PAPAE

primi vel Hilarij. Est Prouinciale.

Cum duplex sit Venetia, alia quidem Lugdu-
 nensis Gallia, quæ à Britonibus incolitur in-
 tra Oceanū Gallici littora, vt author est Plinius li.
 4. cap. 18. & Strabo lib. 4. alia verò Italiae vrbs,
 Adriatico mari adposita, multis nominibus longè
 clarissima, cuius incole Veneti à Troianis duxere
 originem, vt ex Plinio lib. 3. cap. 19. author est Ca-
 to, itemq; Strabo lib. 4. probabilis apparet, Syno-
 dum hanc in isthac posteriori celebratam.

TOM. 2.

phorus scribit supra mille fuisse hos episco-
 pos.

Ex Nicephori Callisti Historia Ecclesiast.
 lib. 15. cap. 19.

Non episcopi verò solū, sed & cele-
 bris memoriæ Simeones de his rebus
 epistolas duas dedit, alterã ad Imperatorem
 Leonē, alterã ad Basilium episcopum Antio-
 chenum: quam, q̄ breuior sit, hic apposui,
 verbis hisce conscriptam. Domino meo pi-
 jssimo & sanctissimo, Dei amãti Basilio ar-
 chiepiscopo, peccator & humilis Simeones
 in Domino salutē. In tempore nunc dicere
 possumus, dñe, Benedictus Deus, qui non
 reiecit precationem nostram, & misericor-
 diam suam à nobis peccatoribus nō remo-
 uit. Accepit enim sanctitatis vestræ literis,
 ardorem & veram pietatem Dei amãtissimi
 Imperatoris nostri erga sanctos patres, &
 certam stabilem q; eorum fidem admiratus
 sum, quam pietatem ille & antea exhibuit,
 & etiã nūc exhibet. Atq; hoc quidem do-
 num non ex nobis ipsis, quæadmodum eti-
 am S. Apostolus dixit, sed ex deo est, qui il-
 li eam animi alacritatem propter orationes
 vestras indidit. Et post pauca: Proinde & ego
 humilis & tenuis, atq; ad eò abortiuus mo-
 nachus, imperiali eius celsitudini institutū
 meū de fide sanctorum patrum, qui Chal-
 cedone sexingenti triginta sex cōuenere, in
 qua persisto, & per quam confirmor, vtpote
 q̄ à spiritu sancto manifestata sit, signifi-
 caui. Quod si enim duabus aut tribus in nomine
 eius conuenientibus, medius inter eos est
 Saluator: quò ad tot & tam sanctos patres
 ille aduenisset, nisi ab initio cū eis Spiritus
 sanctus fuisset? Et post alia: Itaq; fortis esto,
 & in vera pietate viriliter age, quemadmo-
 dum & Iesus Nauæ filius, seruus Domini, in
 populo Israëlítico. Clerum religiosum, qui
 sub sanctitate tua est, omnem, & benedictū
 fidelissimum q; populum verbis meis cōso-
 lare. Timotheus Aelurus, vt inquit idē Ni-
 cephorus li. 15. cap. 16. ad hunc modum cō-
 demnatus, & Alexandria eiectus, Gangram,
 quò etiã magister eius Dioscorus depor-
 tatus fuerat, exulatum missus est.

Literæ Si-
 meonis Sty-
 litæ.

Psal. 65.

Ephes. 2.

Matth. 18.

Iosu. 12.

casio congregarit, vt communis ex multorū
 collatione tractatus, consentiēte in Christo
 spiritu, multarum sententiarum autoritate
 firmetur, nē p singularē pro arbitrij sui qua-
 litate definitio aut imperitiã decipiat erro-
 re, aut tumore præsumptionis vel iracun-
 diæ depræctur: & dum vnusquisq; sinē fra-
 trum collatione suo tantum credit arbitrio,
 statuit quod meritò omnibus possit displic-
 ere. Itaque quoniam nos in ecclesia Vene-
 tica causa ordinandi episcopatus congrega-
 uit, rectum esse credidimus, de regula ecclē-
 siastica, quæ nobis donante Domino credi-
 ta est, & de districtione, cuius curam non si-
 nē culpa nostra omittimus, habita cōsul-
 tatione, vt quæ in priorum patrum statutis
 vidimus omissa, & procedente tempore ex
 nimia licentia prolabente seculari libertate
 præsumpta, statutis saluberrimis sanciremus.
 Quod in notitiam beatitudinis vestræ, quia
 præsentia vestra nobis necessitate faciente
 fraudata est, credimus deferendum, vt si pro-
 babile duxeritis, id quoque & vestra autho-
 ritate firmetur, & districtione seruetur.

1 Itaque censemus homicidas, & falsos
 testes à cōmunionē ecclesiastica submouen-
 dos, nisi pœnitentiæ satisfactioe crimina
 admissa diluerint.

2 Eos quoque, qui relictis vxoribus suis,
 sicut in Euangelio dicitur, excepta causa for-
 nicationis, siue adulterij probatione, alias
 duxerint: statim à cōmunionē similiter
 arceandos, nē per indulgentiam nostram
 prætermissa peccata, alios ad licentiam er-
 roris inuitent.

3 Pœnitentes quoque, qui susceptam pu-
 blicè pœnitentiã intermiserint, & ad prio-
 ris erroris consuetudinem reuoluti, vitæ se
 seculari conuersationi que reddiderint, non
 solū à cōmunionē hominiorum sacra-
 mentorum, sed etiã à conuiuijs fidelium
 submouendos.

4 Eas etiã, quæ virginitatem professæ,
 & benedictionem fuerint per manus impo-
 sitionem sub contestatione huius propositi
 consecutæ, si fuerint in adulterio deprehē-
 sæ, cum adulteris ipsarum arcendas à cō-
 munionē censemus.

5 Clericis aut monachis, sinē commen-
 datitijs epistolis episcopi sui, licentia non pa-
 teat ambulandi, aut euagandi, & in omni lo-
 co, ad quem sinē epistolis episcopi sui (vt di-
 ctum est) venerint, à cōmunionē habeantur
 alieni.

6 In monachis quoque par sententiæ for-
 ma seruetur. Quos si verborum increpatio
 non emendauerit, etiã verberibus statui-
 mus coerceri.

7 Seruandum est de monachis, nē eis ad
 solitarias cellulas liceat à congregatione dis-
 cedere, nisi fortè probatis post emeritos la-
 bores, aut propter infirmitatis necessitatem
 asperior ab abbatib⁹ regula remittatur. Quo
 TOM. 2.

itã demum fiet, vt intra eadem monasterij se-
 paratas habere cellulas permittantur.

8 Abbatibus quoque singulis, diuersas
 cellas aut plurima monasteria habere non li-
 ceat, nisi tantum propter incursum hostili-
 tatis intra muros receptacula collocare.

9 Clerico, nisi ex permissu Episcopi sui,
 feruorum suorum secularia iudicia adire nō
 liceat. Sed si fortasē Episcopi sui iudicium
 cœperit habere suspectum, aut ipsi de pro-
 prietate aliqua aduersus ipsum episcopum
 fuerit nata cōtentio, aliorum episcoporum
 audientiam, non secularium potestatum, de-
 bebent ambire. Aliter, à cōmunionē habeantur
 alienus.

10 Clericos quoque ab episcopis ordi-
 natos, sinē permissu eorum à quibus fuerant
 ordinandi, promouere ad superiorum ali-
 quem ordinem non præsumant, nē concor-
 diam fraternam iniuria illata contaminet.

11 Presbyteri, diaconi, atque subdiaconi
 vel deinceps, quibus ducendi vxores licen-
 tia non est, etiã alienarum nuptiarum eui-
 tent cōuiuia, nē his cœtibus misceantur, vbi
 amatoria cantant & turpia, aut obscœni mo-
 tus corporis, choris & saltibus efferuntur, nē
 auditus & obtutus sacris mysterijs deputati,
 turpium spectaculorum atque verborū con-
 tagio polluantur.

12 Omnes deinceps clerici Iudæorum
 conuiuia euitent, nec eos ad cōuiuuium quif-
 quam excipiat: quia sicut apud Christianos
 cibis communibus non vtuntur, indignum
 atque sacrilegum est, eorum cibos à Christi-
 anis sumi, cum ea quæ, Apostolo permitten-
 te, nos sumimus, ab illis iudicentur immunda:
 ac sic inferiores incipiāt esse clerici, quàm
 Iudæi, si nos, quæ ab illis apponuntur, vtamur,
 illi à nobis oblata contemnant.

13 Ante omnia à clericis vitetur ebrietas,
 quæ omnium vitiorum fomes ac nutritrix est.
 Nec quis potest liberum corporis sui ac mē-
 tis habere iudicium, cum caprus vino, à sen-
 su probetur alienus, & procliuus ad vitium,
 mente labefacta, ducatur, ac plerunquē pos-
 sit peccatum aut crimen, dum nescit, incur-
 rere. Sed ignorantia talis non potest nō sub-
 iacere pœnæ, quam ex voluntaria amentia
 manasse constiterit. Itaque eum, quem ebri-
 um esse constiterit, (vt ordo patitur) aut tri-
 ginta dierum spatio à cōmunionē statui-
 mus submouendum, aut corporali subden-
 dum esse supplicio.

14 Clericus, quem intra muros ciuitatis
 suæ manere constiterit, & matutinis hymnis
 sinē probabili excusatione ægritudinis in-
 uentus fuerit defuisse, septem diebus à cō-
 munionē habeatur extraneus: quia ministrū
 sacrorum, eo tempore, quo non potest ab
 officio suo vlla honesta necessitas occupare,
 fas non est à salubri cessare.

15 Rectū quoque duxim⁹, vt vel intra prouin-
 ciam

Agathæ cō-
 ci. cap. 38.

Dist. 34. Pbf.
 diacones
 Et Agat. cō.
 cap. 39.

28. q. 1. Oēs
 deinceps

Tit. 1. d

Dist. 35. Ante
 oia. Et Agat.
 cōcilij ca. 41.

Dist. 35. An-
 te omnia.

for. * opere
 cessare.

AA ciam

ciam nostram sacrorum & ordo psallēdi vna sit consuetudo, vt sicut vnam cum Trinitatis confessione fidem tenemus, vnam & officiorum regulam teneamus, nē, variata obseruatione, in aliquo obseruatio nostra discrepare credatur.

dist. 26. q. 5 Aliquāti. Et in decr. Iuo. lib. 8. Et Agatheō cōcil. cap. 41. 16 At nē fortasē id videatur omissum, quod maximē fidem catholicę religionis infestat, quōd aliquanti Clerici student augu-

TYRONICVM CON- CILIVM PRIMVM CIRCA TEMPORA Leonis Papę primi vel Hilarij.

TYrones, populi sunt inter Celtas, Carnutibus & Andegauensibus finitimi, proximi oceanō. Ciuitas est metropolitana, cuius omnes suffraganei sunt in Celtica. Eam urbem, sicut & Andegauensē, diuus Ludouicus Frācorum rex, Britannię ducatus detraxit.

TYRONENSE CONCILIVM primum, & illius Canones. Estq; prouinciale.

Suerino viro clariss. cōsule, sub die xvij. Kalē Decemb. cū ad sacratissimā festiuitatem, quo domini Martini receptio celebratur, in ciuitate Turonorum beatissimi sacerdotēs, quorum subscriptio subter adiecta est, venissent, necessariō crediderunt, vt quia per longam incuriam in aliquo de reb^o ecclesiasticę disciplinę regula fuisset vitata, diffinitioem suam, quę cum patrum auctoritate concordat, presentis scripturę emanatione firmarent, non quę prius illicitē commissa sunt, reuoluentes, sed in posterum vniuersorū vtilitati prospicientes, vt secundū euangelica p̄cepta & apostolicam doctrinam, patrum statuta seruantes, Ecclesia Domini pura & immaculata permaneat.

Capitulum primum.

¶ Primo ergō loco, sacerdotes vel ministri Ecclesię (de quibus dictum est, Vos estis lux mundi) itā in omni sancta conuersatione à Dei timore actus suos dirigant, vt & diuinę possint placere clementię, & bonum fidelibus p̄beant exemplū: quia sicut vā eis interminatur, per quos nomē Dei blasphematur, itā illi immortalitatis gloriam consequentur, per quorū actū nomē Dei benedicitur. Si enim vniuersis fidelibus, secundū apostolicam doctrinam, castitas custodienda indicitur, vt qui habent vxores, itā sint, quasi non habentes: quanto magis sacerdotes Dei ac Leuitę diuino mancipati altario, custodire debent, vt nō solum cordis, verū etiam corporis puritatē seruantes, pro plebe supplicaturi, p̄ces illorum ad diuinum mereantur introire auditum? quia secundū auctoritatem Apostoli, qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Et iterū: Omnia mun-

Mat. 5. b
Leui. 24. c & Esa. 1. b
1. Cor. 7. e
x. om. 8. b
Tit. 1. d

TOM. 2.

rijs, & sub nomine confictę religionis (quas sanctorum sortes vocāt) diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcūque scripturarum inspectione futura promittūt, in hoc quicunque clericus detectus fuerit vel consulere, vel docere, ab Ecclesiā habeat extra nē. Incolume regnum & cororā vestram, Ecclesię suę deus protegat, domini fratres. FINIS CONCILII VENETICI.

da mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum: sed polluta est eorum & mens & conscientia. Cū ergō laico abstinentia imperetur, vt possit orationi vacās, & DEVM deprecans, exaudiri: quanto magis sacerdotibus vel Leuitis, qui omni momento parati esse debent in omni munditia & puritate, securi, nē aut sacrificium offerre, aut baptizare, si id temporis necessitas poposcerit, cogantur imparati aut immūdi? Qui si contaminati fuerint carnali concupiscentia, qua fronte excusabunt, quo pudore vsurpabunt, qua cōscientia, quo merito exaudiri se credent?

2 Et licet à patribus nostris è commissa auctoritate id fuerit constitutū, vt quicunq; sacerdos vel Leuita, filiorum procreationi operam dare fuisset conuictus, à communione nominica abstineret, nos tamen huic restrictioni moderationem adhibentes, & iusta constitutione molientes, id decreuimus, vt sacerdos vel Leuita coniugali concupiscentiā inhærens, vel à filiorum procreatione nō desinens, ad altiorē gradum non conscendat, neque sacrificia DEO offerre, vel plebi ministrare p̄sumat. Sufficiat his tantū, vt à communione non efficiantur alieni. Sed vt hæc valeant obseruari, fomitem omnium vitiorum oportet abscindi, Apostolo p̄cipiente: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et quā graui ebrietas supplicio expietur, eadem Apostolica manifestat doctrina, inter cetera dicens: Neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque ebriosos regnum Dei possessuros. Si quis verō in omni officio clericali Deo militans, ab ebrietate se non abstinet, secundū statū sui ordinem competens in eum vindicta tribuatur.

3 Et quia nullum diabolo locum dari oportet, hoc p̄cipuē custodiēdum decreuimus, vt nullam clerici cum extraneis sceminis habeant familiaritatem, nē vllam malē loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuant: quia frequenter per hanc indecentem occasionem contingit, vt diabolus, qui insidiatur sicut leo in cubili suo, de ruina seruorū Dei exultet. Si quis clericus post interdictū episcopi sui illicitis familiaritatibus ex-

*obseruari
Eph. 5. d
1. Cor. 6. b
*exerceat
Eph. 4. f

ex-

extranearum scēminarum voluerit inhære- re, à communione habeatur alienus:

4 Et vt clericus, cui datur nubendi licentia, interruptam nō accipiat vxorem. Quod si fecerit, vltimum in officio clericali teneat locum.

5 Si quis verō clericus, relicto officij sui ordine, laicam voluerit agere vitā, vel se militiā tradiderit, excommunicationis pœna feriatur.

6 Qui verō se sacratis virginibus per cōiunctionem nefandam miscuerit, vel propositum professę religionis dereliquerit, vtriq; à communione habeatur alieni, (quia si quis templū Dei violauerit, disperdet illum Deus) donc respicientes à laqueo diaboli, à quo capti tenentur, ab ipsis voluntate ad auxilium penitentię reuertatur.

7 Homicidii penitens non comunicā- dum, donc per confessionem pœnitentię ipso- rum crimina diluantur.

8 Si quis verō post acceptam pœnitenti- am, sicut canis ad vomitum, itā ad seculares illecebras, derelicta, quam professus est, pœnitentiā, fuerit reuersus, à communione ecclesię, vel à conuiuio fidelium extraneus habeatur, quō facilius & ipse compunctionem per hanc confusionem accipiat, & alij eius terreatur exemplo.

9 De p̄sumptoribus etiā placuit obseruari, vt si quis episcopus in ius fratris sui, suam conatus fuerit inferere potestatem, vt aut diocesēs alienas, transgrediendo terminos à patribus constitutos peruadat, aut clericos ab alijs ordinatos, vel sanctimoniales promouere p̄sumat: ab vniuersorum fratrum & sacerdotum suorum communione se alienū efficiendum nō dubitet: quia, Apostolo docente, cognoscimus, nullā nos cum fratribus inordinatē ambulantibus, & non secundū traditionem à patribus constitutam, posse habere participationē.

10 Ordinatioes verō illicitas, irritas & deuocamus, nisi per satisfactionem, quę ad pacem pertinent, componantur.

11 Si quis verō clericus absq; episcopi sui permisso, derelicta ecclesia sua, ad alium se transferre voluerit locum, alienus à communione habeatur.

12 Et vt clerici nō absq; sacerdotū suorū commendatione, ad alias prouincias siue ciuitates ambulare disponant.

13 Illud etiā secundū scripturarum auctoritatem, vel patrum constitutionē addēdū credidimus, vt nē quis clericus qui negociandi studiū habere voluerit, vsuras accipiat: quia scriptum est, Qui pecuniam suam nō dedit ad vsuram. Et alio loco: Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. Manifestum est enim, beatitudinis non posse consequi gloriam, qui à p̄ceptis diuinis deuaerit. Et humilitatis nostrę constitutio, vt adiuuante Domini misericordia valeat cu-

1. Cor. 3. e
ad ipsi⁹ volūtatē, ad
2. Pet. 2.
2. Thess. 3. a
*denunciamus
Psal. 14.
Psal. 54.

TOM. 2.

rodiri, sancti ac beatiss. sacerdotis domini Martini, quę Deo accepta est, obtinebit intercessio. Cōfidimus enim, sacerdotum Domini consensu diffinitionē nostram firmandam, quę cum patrum nostrorum auctoritate concordat.

¶ Perpetuus Turonicę ciuitatis episcop⁹, interfui & subscripsi. Victurius episcopus Cenomannicę ciuitatis, huic diffinitioi interfui & subscripsi. Leo episcopus Bituricę ciuitatis, interfui & subscripsi. Eusebius episcopus Nanneticę ciuitatis, interfui & subf. *Amandus episcopus Cathalaunicę ciuitatis, interfui & subscripsi. Germanus episcopus Rothomagēsis ciuitatis, interfui & subscripsi. *Arthemius episcopus Rhedonicę ciuitatis, huic diffinitioi interfui & subscripsi. Mansuetus episcopus Britannorum, subscripsi. Locundinus presbyter, iussu domini mei venerandi episcopi, quia ipse non cerneret, subscripsi. Thalassius peccator, hanc diffinitioem dominorum meorum, ab ipsis ad me transmissam, in ciuitaticula mea relegi, subscripsi, & consensi.

DECRETA HILARII PAPAE.

Ex libro Pontificali.

Anno Domini 465.

Hilarius natiōe Sardus, ex patre Crispino, sedit annos sex, mēses tres, dies 10. Hic fecit decretalem, & per vniuersum Orientem sparsit, & epistolas de fide catholica, confirmans tres synodos, Nicenam, Ephesinam, & Chalcedonensem, & tomum sancti archiepiscopi Leonis. Et damnauit Eutyche & Nestorium, & omnes eorum sequaces, & omnes hæreses, confirmans dominationem & principatū sanctę sedis catholicę & apostolicę. Hic fecit constitutum de ecclesia in basilica ad sanctam Mariam, consulatu Basilici & Hermenerici, 16. Kalē Decemb. Hic fecit oratoria tria in basilicā Cōstantinianę baptisterio, sancti Ioānis baptistę, & S. Ioannis euāgelistę, & sanctę Crucis, oīa ex argēto & lapidib⁹ preciosis. Cōfessionem autē sancti Ioānis Baptistę fecit ex argēto, p̄santē lib. 100. & crucē aureā. Et cōfessionē S. Ioannis Euāgelistę fecit ex argēto p̄santē lib. 100. & crucem auream. Et in ambobus oratorijs ianuas areas argēto clusas. In oratorio verō S. Crucis fecit cōfessionem, vbi lignum posuit Dominicū, & crucem auream cum gemmis, pensantem pondō librarum 20. In cōfessione fecit ianuas ex argēto, pensantē lib. 50. Supra cōfessionem arcum aureum, qui pensat lib. 4. quem portāt colūne onychingę, & eo loci stat agnus aureus, qui pensat libras duas. Coronam auream ante cōfessionem. Pharū cū delphinis, pensantē libras quinq;. Lampades aureas 4. pensantes libras duas. Nymphēū & triporticū ante oratoriū sanctę Crucis, vbi sunt colūne mirę magnitudinis, quę

AA 2 quę

*perforatis
*cithariaca

quæ dicuntur Hecatonpenta. Lacus & conchas cithariacas duas, cum columnis porphyreticis foratis, aquam fundentes. Et in medio lacum porphyreticum cum cõcha *raita in medio, aquam fundente, circumdata à dextris & à sinistris in medio cancellis æreis & columnis, cum fastigijs & epistylijs, vndique ornatis ex musiuo, & columnis Aquitanicis, & tripolitis, & porphyreticis. Ante confessionem B. Ioannis posuit coronam argenteam, pensantem libras 20. Pharum cantharum, pensantem lib. 25. Item ad sanctum Ioannem intra sanctum fontem lucernam auream cum *nixis luminum 10, pensantem lib. 5. Certos argenteos tres fundentes aquam, pensantes singul. lib. 30. Turrim argenteam cum delphinis, pensantem lib. 60. Columbam auream, pensantem lib. 2. In basilica Constantiniana pharos cantharos argenteos, pendentes ante altare 10, pensantes singul. lib. 20. Scyphum aureum, pensantem lib. 6. Alium scyphum aureum, pensantem lib. 5. Calices aureos 5, pensantes singul. libras singulas. Scyphos argenteos 5, pensantes singul. lib. 10. Calices ministeriales 20, pensantes singul. lib. 2. Amas argenteas 5, pensantes singulæ lib. 10. Ad beatum Petrum apostolum scyphum aureum, pensantem lib. 5. Alium scyphum aureum cum gemmis Prasinis & hyacinthinis, pensantem lib. 4. Calices argenteos ministeriales 10, pensantes singul. lib. 2. Amas argenteas 2, pensantes singul. lib. 8. Pharos cantharos argenteos 14, pensantes singul. lib. 5. Ad beatum apostolum scyphum aureum, pensantem lib. 5. Scyphos argenteos 4, pensantes singul. lib. 6. Calices ministeriales 10, pensantes singul. lib. 2. Amas argenteas 2, pensantes singul. lib. 10. Ad B. Laurentium martyrem scyphum aureum cû

*lychnis

*duas.

gemmis prasinis & hyacinthinis, pensantem lib. 4. Lucernam auream *nixorum 10, pensantem lib. 5. Scyphum aureum purissimum, pensantem lib. 5. Lampades aureas 2, pensantes libras singulas. Pharum cantharum aureum, pensantem lib. 2. Turrim argenteam cum delphinis, pensantem lib. 25. Scyphos argenteos tres, pensantes lib. 24. Calices ministeriales 12, pensantes lib. 2. Altare argenteum, pensans lib. 40. Lampades argenteas 10, pensantes lib. 20. Amas argenteas duas, pensantes singul. lib. 10. In basilica beati Laurentij martyris, pharos cantharos argenteos decem, pensantes lib. 10. Cantharos æreos vigintifex, Ministeria ad baptismum siue ad penitentem argentea, pensantia libras decem. Pharos æreos 50. In vrbe Roma constituit ministeriales, qui circuirent constitutas stationes. Scyphum aureum anatum vel stationarium, pensantem lib. 60. Scyphos per titulos viginti quinq, pensantes lib. 10. Amas argenteas 25, pensantes lib. 10. Calices minister 50, pensantes singul. lib. 2. Hæc omnia in basilica Constantiniana, vel ad sanctam Mariam constituta recondidit. Hic fecit monasteria ad sanctum Laurentium, & balneum, & pratorium sancto Laurentio. Fecit autem oratorij sancti Stephani in baptisterio Lateranensi. Fecit autem & bibliothecas duas in eodẽ loco. Ad Lunam verò monasterium in vrbe construxit. Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros viginti quinq, diacones quinque, episcopos per diuersa loca vigintiduos. Qui etiam sepultus est ad sanctum Laurentium in crypta, iuxta corpus beati Sixti. Et cessauit episcopatus dies decem.

*lychnos

*Volsiniensis
vel Vulsiniensis.

*tempus

25. q. 1. c. Nulli fas sit, *potissimum

Ezech. 3. f & 23. b

Dis. 34. Curandum est

dis. 55. c. Pœnitentes vel inficij

*alio

*illicitus.

quinies, Gaudentio Antiatino, Asterio Gabinati, Proiectio Nepesino, Asterio Forouliensi, Philippo Numanati, Gaudentio Vecconensi, Restituto & Octauio Aphris: Residentibus etiam vniuersis presbyteris, adstantibus quoque diaconibus, Hilario episcopus Ecclesie catholice, vrbs Rome, synodo presidens, dixit:

CAPITVLVM I.

QVonia religiosus, sancto spiritu congregate, conuetus hortatur, vt quacunq; pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt, cura diligentiore tractemus: si placet, fratres, ea, quæ ad ordinationum tenore pertinent, iuxta diuinæ legis præcepta & Nicenorum Canonum constituta, ita adiutate Domino in omne æuum matura solidemus, vt nulli fas sit sine statû sui periculo, vel diuinas constitutiones, vel Apostolicæ sedis decreta temerare: quanos, qui *potissimi sacerdotis administramus officia, taliu transgressionum culpa respiciet, si in causis DEI defides fuerimus inuerti: quia meminimus, quod timere debemus, qualiter comminef Dominus negligentis sacerdotum: si quidem reatu maiore delinquit, q potiori honore perfruitur: & grauiora facit vitia peccatorum, sublimitas dignitatum.

2 Cauendum ergo inprimis est, ne ad *facratos gradus, sicut gestis prioribus antè prescriptum est, quisquam, qui vxorem nõ virginem duxit, adspiret. Repellendus est etiam quisq; qui in secundæ vxoris nuptias cõtra Apostolica præcepta conuenit.

3 Inscij quoq; literarum, necnon & aliqua membroru damna perpessi, & hi qui ex pœnitentibus sunt, ad sacros ordines adspirare non audeant. Quisquis talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissoluet.

4 Sed & quod quis commisit illicitè, aut à decessoribus suis inuenit admissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit. nos enim in nullo volumus seueritatem vltionis exercere. Sed qui in causis Dei vel contumacia, vel in aliquo excessu deliquerit, aut ipse quod perperam fecit, abolere noluerit: in se, quicquid in *alium non refecarit, inueniet. Quod vt deinceps possit tenacius custodiri, si placet, sententias, causas & subscriptiones proprias omnes commodate, vt synodali iudicio aditus claudatur *illicitis. Ab vniuersis episcopis & presbyteris acclamatum est: Exaudi Christe, Hilario vita: dictum est sexies. Hæc & confirmamus, & hæc docemus: dictum est octies. Hæc tenenda sunt, hæc seruanda sunt: dictum est quinquies. Doctrinæ vestræ gratias agimus: dictum est decies. Ista vt in perpetuum seruent, rogamus: dictum est quod decies. Ista p sanctum Petrum, vt in perpetuum seruent, optamus: dictum est octies. Hæc presumptio nunquam fiat: dictum est decies. Qui hæc violauerit, in se inueniet: dictum est septies. Et factò silentio, Hilarius episcopus dixit:

TOM. 2.

5 Præterea fratres, noua & inaudita (sicut ad nos, missis de Hispanijs epistolis, sub certa relatione peruenit) in quibusdã locis peruersitatum semina subinde nascuntur. Denique nonnulli episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non diuinum munus, sed hæreditarium putant esse compendium: & credunt, sicut res caducas atque mortales, ita sacerdotij, velut *legali aut testamentario iure, posse dimitti. Nam pleriq; sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare: vt scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio, pro populi habeatur assensu. Quod quàm graue sit, æstimate. Atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de ecclesijs auferamus, ne (quod turpe dictu est) homini quisquam putet deberi, quod Dei est. Vt autem, quod ad nos prolatum est, ad vestram etiam possit peruenire notitiã, Hispanorum fratrum & cõepiscoporum nostrorum scripta legantur. Paulus notarius recitauit:

*legatorio

8. q. 1. c. Plerique sacerdotes

EPISTOLA TARRACONENSIS
um episcoporum ad Hilarium.

Beatissimo, & Apostolica reuerentia à nobis in Christo colendo patri Hilario, Ascaniensi & vniuersi episcopi Tarraconensis prouinciæ.

Quam curam Apostolatus vester de prouinciarum suarum sacerdotibus gerat, filio nostro illustri Vincetio, duce prouinciæ nostræ, referente cognouimus: cuius impulsu, votum nostrum in ausum scribendi prona deuotione surrexit. Ergo prouinciali literario sermone debita coronæ vestræ obsequia deferentes, his questamus, vt dignatione, qua ceteros, etiam humilitatem nostram in orationibus vestris in mente habere dignemini, beatissime & Apostolica reuerentia in Christo à nobis colende pater: illud specialius deprecantes, vt factum nostrum, quod tam voto penè omnis prouinciæ, quàm exemplo vctustatis in notitiam vestram defertur, perpenis assertionibus nostris, roborare dignemini. Et cum *legeret, ab vniuersis episcopis & presbyteris acclamatum est: Exaudi CHRISTE, Hilario vita: dictum est decies. Hæc presumptio nunquam fiat: dictum est sexies. Quæ DEI sunt, ab homine dari nõ possunt: dictum est sexies. Per dominum Petrum, rogamus, vt in perpetuum seruentur: dictum est sexies. Hæc vt referentur, rogamus. Hilarius episcopus dixit: Lege, Paulus notarius recitauit: Episcopus Barchinonensium ciuitatis sanctus Nundinarius, fortem expleuit conditionis humanæ. Hic episcopo venerabili fratri nostro Irenæo, quem ipse antea in dicecesi sua nobis volentibus constituerat, derelinquens ei, quod potuit habere paupertas, supræ voluntatis arbitrio, in locum suum vt substitueretur,

*legeretur,

AA 3 opta-

ROMANVM CONCILIVM
LIVM TEMPORE HILARII PAPAE.

ROMANI CONCILII AC DECRETORUM Hilarij papæ, tituli. Vt canones Niceni, vel apostolicæ sedis decreta, custodiantur. 1 Vt bigami, aut viduæ, aut corruptæ mariti, ad ecclesiasticos gradus non accedant. 2 Vt pœnitentes, aut inscij literarum, siue defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habentes, ad superiorem ordinem non accedant. 3 Vt ea, quæ illicitè episcopus, vel decessor eius ordinauit, ab eo, qui superest, emendetur. 4 Vt nullus eps sibi eligat successorem. 5 ROMANI CONCILII, ET EPISTOLÆ Hilarij Papæ, capitula.

*basilico

F Lauio *Basilico & Herminero viris clarissimis consulibus, sub die decimo quinto Kalen. Decembriũ, residente viro venerabili Hilario pa-

TOM. 2.

pa in basilica sanctæ Mariæ, & Maximo Taurinensi ciuit. prouinciæ Galliarũ, Ingenuo Ebreundensi, prouinciæ *SS. Mediolanensium prouinciæ *SS. Saturnino Auinionensi, prouinciæ *SS. Petro Portuensi, *Paulino Aquasextiano, Primo Atellano, Palladio Salpinati, Gaudetio Albingensi, Sotere Neapolitano, Tiburtio Capuano, Gaudetio Scyllateno, Felice Lucensi, Eubodio Tifernensi, Eusebio Senensi, Maioriano Astensi, Iusto Fauertino, Felice Sipontino, Cocardio Barino, Verano *Caprario Cassitano, Ianuario Prgnestino, Cõstantino Agnati, Adeodato Cumanõ, Prætextato Interanino, Tiberio Curiũ Sabinorũ, Claudio Puteolano, Gerotio Camerino, Adeodato Veliterno, Lucifero Triũ tabernarũ, Crispiano Subaugustano, romano Albanensi, Seruõ dei Nomætano, Florëtio Clusino, Hilario Amerino, Cãdido Triburtino, paulo Foronõ uano, euseb. Sutrinõ, apuleio Tarracoeni,

*legeretur

optauit: sed defuncti iudicium, in eius meritum non vacillat. Et cum legeret, Probat episcopus de confesso surgens, dixit: Illud licuit, hoc non licuit. Successores meus dat. Auctoritate vestra resistite huic rei per apostolatū vestrum. Hilarius episcopus dixit: Percurre quae coeperas. Paulus notarius recitauit: Si quidem omnis clerus & plebs eiusdem ciuitatis & optimi & plurimi prouinciales, ut idē eius locum obseruaret, à nobis sperauerunt, dato consensu. Nos cogitantes defuncti iudicium, & probantes eius vitam, & eorū nobilitatem atque multitudinem, qui petebāt, simul & utilitatem ecclesiae memoratae, optimum duximus, ut tanto sacerdoti, qui ad diuina migrauerat, non minoris meriti substitueretur antistes, praesertim cum Ecclesia illius municipij, in qua antē fuerat ordinatus, semper huius ciuitatis Ecclesiae fuisse dioecesis constet. Ergo suppliciter precamur Apostolatū vestrum, ut humilitatis nostrae decretum, quod iuste à nobis videtur factum, vestra auctoritate firmetis. Iam dudum sanē questi fueramus literis nostris de praesumptione Syluani episcopi: & miramur, quod nulla apostolatū vestri responsa suscepimus. Nunc haec eadem suggerentes, petimus, ut quod super his rebus obseruandum sit, apostolicis sermonibus nos dignemini informare. Et nē forsitan per negligentiam portitoris, aut per longinquitatem itineris difficultatem, humilitatis nostrae ad vos scripta non potuerint ex hoc negotio peruenire, etiā suggestionem nostram malimus iterare. Et subscriptio: Oramus pro nobis sanctum Apostolatū vestrū, iugi a quo diuina conferuet aeternitas nobis omnibus & Ecclesiae suae, domine uere noster & Apostolice papa. Hilarius episcopus dixit: Alia epistola recitetur. Paulus notarius recitauit:

*venerande

¶ EPISTOLA SECUNDA TARRACONENSIS EPISCOPORUM AD HILARIUM PAPAM.

Domino beatissimo, & Apostolica reuerentia à nobis in Christo colendo papa Hilario, Ascanius episcopus & vniuersi episcopi Tarracoenſis prouinciae. Etiam si nulla extaret necessitas ecclesiasticae disciplinae, expetendum reuera nobis fuerat illud priuilegium sedis vestrae, quo susceptis regni clauibus, post resurrectionem saluatoris per totum orbem beatissimi Petri singularis praedicationis vniuersorum illuminationi prospexit: cuius vicarij principatū sicut eminent, ita metuendus est ab omnibus & amandus. Proinde nos Deum in vobis primitiis adorantes, cui sine querela seruitis, ad fidem recurrimus Apostolico ore laudatam, inde responsa quarentes, vnde nihil errore, nihil praesumptione, sed pontificali torum deliberatione praecipitur. Cum haec ita se habeant, est tamen inter nos saluus frater, cuius praesumptionem sicut diuini tacere non licuit, ita & loqui futuri iudicij necessitas imperauit. Syluanus quidem episcopus Calaguræ, in vltima parte nostrae prouinciae constitutus, diuinationes sibi indebitas usurpando, humilitatē nostram ad hoc vsque perduxit, ut contra eius vanissimam superstitionem sedis vestrae vnicum remediū flagitemus. Hic nāque iam ante septem & octo amplius annos postponens patrum regulas, & vestra instituta despiciens, nullis potentibus populis, episcopum ordinauit: cuius praeproperum factum existimantes fraterna & pacifica posse admonitione sanari, profecit in peius. Denique contra vetustatem Canonū, contra synodi constituta, alteri fratris nostri presbyteri, spiritu tantum praesumptionis accensus, in eodem loco, qui illi fuerat destinatus, cui inuito & repugnantē imposuerat manus, & qui nostro iam castus fuerat adgregatus, episcopum fecit. Hinc factum est, ut de eius miserima temeritate, ad nos Caesaraugustanae urbis episcopus frater noster vniuersa referret, cuius diligentia & sollicitudo admodum prospexerat, si in aliquo profuisset. Si quidem cunctis in vicinia positus episcopis, nē se schismatico adiungeret, frequentissime contradixit: sed obstinatione damnabili, totum, quod erat illicitum, & quod nobis pudor est dicere, nō erubuit solum ille committere. Proinde quia his praesumptiōibus, quae vnitatem diuidunt, quae schisma faciunt, velociter debet occurrī: quāsumus sedem vestram, ut quod super hac parte obseruare vultis, Apostolicis assatibus instruamur, quatenus fraternitate collecta, prolatis in medium veneranda Synodi constitutis, contra rebellionis spiritum vestra auctoritate subnixi, quid oporteat & de ordinatione, & de ordinato fieri, intelligere (DE O IUVANTE) possimus. Erit profectō vester triumphus, si Apostolatū vestri temporibus, quod sancti Petri cathedra obtinet, catholica audiat Ecclesia, si nouella zizaniorum semina fuerint extirpata. Et subscriptio: Oramus pro nobis sanctum Apostolatū vestrum, iugi a quo diuina conferuet aeternitas. Ab vniuersis episcopis & presbyteris acclamatum est: Ut haec emendentur, rogamus dictum est sexies. Ut haec recedantur, rogamus: dictum est septies. Ut disciplina seruetur, rogamus: dictum est octies. Ut antiquitas seruetur, rogamus: dictum est quinquies. Ut canones custodiatur, rogamus: dictum est septies. Ut in praesumptoribus vindicetur, rogamus: dictum est septies. Ordinatio apostolica illibata seruetur: dictum est octies. Exaudi Christe, Hilario vita: dictum est quinquies. Dignus papa, dignus doctor: dictum est octies. Hilarius episcopus dixit: Acceptis, quae recitata sunt, de omnibus nunc fratres speciales sententias, Deo vobis inspirante, depromite. Maximus episcopus Ecclesiae Tauritanae, dixit: In custodia diēdis

*discat

Matth. 16. c

Roma. 1. a

TOM. 2.

omnibus, quae ad sacras ordinationes pertinent, disciplinis, melius sententiae meae professione denūcio, nihil à me vnquam eorū, quae prohibita sunt, esse faciendum. De reliquis cenſeo, ut quisquis talia fecerit, aut deſecta in ecclesijs refecare noluerit, se graues causas in Apostolicae sedis iudicio redditorum, in quo illi necesse erit subire sententiā. Ingenuus episcopus Ebrundensis, dixit: Mihi quoque eadem de omnibus partibus sententia est, quae a ipse cōstringo, nē quid à me vnquam de his, quae sunt interdīta, tentetur: quia noui statum & professionem meam. De ceteris etiā cenſeo, ut quisquis statutorum transgressor extiterit, sciat se ecclesiasticae regulae laqueis innodari, & reatum apostolicae sedis incurere. Paulus episcopus Aquæuiua, dixit: Ego quoque simili me lege cōstringo, & de ceteris, qui transgressores fuerint, pariter cenſeo, nē eis sine periculo sui quicquam tale tentare liceat, quod meritō debeat vindicari. Primus episcopus Ecclesiae Atellanæ, dixit: Hoc & ego cenſeo obseruandum. Palladius episcopus Ecclesiae Salpinatis, dixit: Nihil me cōtra disciplinam ecclesiasticam, vel statuta sanctorum canonū facturum esse polliceor. Tiberius episcopus Ecclesiae Sabinensis, dixit: Proſiteor me statuta sedis Apostolicae in omnibus custodire: & si in Ecclesia mea clericorum aliquem, cōtra praecipua sanctorum Canonum deprahendero aut mulierem duxisse, aut duas habere uxores, ab ecclesiastico officio separari. Ab vniuersis episcopis dictum est: Sententias fratrum omnes sequimur, omnes confirmamus, & obseruandas esse decernimus. Exaudi Christe, Hilario vita: dictum est sexies. Quae male admissa sunt, per te corrigantur: dictum est octies. Quod non licet, non fiat: dictum est octies. Hilarius episcopus Ecclesiae urbis Romae, synodo praesidens, dixit: Quoniam praesentis definitionis formā, quae secundum sanctorum est statuta sententiam, in omnium ecclesiarum notitiam peruenire decernimus, nē cuiquam pro sui possit ignoratione licere, quod non licet, edere gesta notariorum sollicitudo curabit.

for. alteri fratrem nostrum presbyterum

*ordinato

*refecetur

omni-

*sacre ordinationis pertinent disciplinam, definitio

*psium

*Paulinus

omnibus, quae ad sacras ordinationes pertinent, disciplinis, melius sententiae meae professione denūcio, nihil à me vnquam eorū, quae prohibita sunt, esse faciendum. De reliquis cenſeo, ut quisquis talia fecerit, aut deſecta in ecclesijs refecare noluerit, se graues causas in Apostolicae sedis iudicio redditorum, in quo illi necesse erit subire sententiā. Ingenuus episcopus Ebrundensis, dixit: Mihi quoque eadem de omnibus partibus sententia est, quae a ipse cōstringo, nē quid à me vnquam de his, quae sunt interdīta, tentetur: quia noui statum & professionem meam. De ceteris etiā cenſeo, ut quisquis statutorum transgressor extiterit, sciat se ecclesiasticae regulae laqueis innodari, & reatum apostolicae sedis incurere. Paulus episcopus Aquæuiua, dixit: Ego quoque simili me lege cōstringo, & de ceteris, qui transgressores fuerint, pariter cenſeo, nē eis sine periculo sui quicquam tale tentare liceat, quod meritō debeat vindicari. Primus episcopus Ecclesiae Atellanæ, dixit: Hoc & ego cenſeo obseruandum. Palladius episcopus Ecclesiae Salpinatis, dixit: Nihil me cōtra disciplinam ecclesiasticam, vel statuta sanctorum canonū facturum esse polliceor. Tiberius episcopus Ecclesiae Sabinensis, dixit: Proſiteor me statuta sedis Apostolicae in omnibus custodire: & si in Ecclesia mea clericorum aliquem, cōtra praecipua sanctorum Canonum deprahendero aut mulierem duxisse, aut duas habere uxores, ab ecclesiastico officio separari. Ab vniuersis episcopis dictum est: Sententias fratrum omnes sequimur, omnes confirmamus, & obseruandas esse decernimus. Exaudi Christe, Hilario vita: dictum est sexies. Quae male admissa sunt, per te corrigantur: dictum est octies. Quod non licet, non fiat: dictum est octies. Hilarius episcopus Ecclesiae urbis Romae, synodo praesidens, dixit: Quoniam praesentis definitionis formā, quae secundum sanctorum est statuta sententiam, in omnium ecclesiarum notitiam peruenire decernimus, nē cuiquam pro sui possit ignoratione licere, quod non licet, edere gesta notariorum sollicitudo curabit.

CAPITVLA EPISTOLAE SEQVENTIS.
 1. Ut nullus sine consensu episcopi metropolitani, episcopus ordinetur.
 2. Ut nullus episcopus, relicta propria ecclesia, ad aliam transeat.
 3. Ut Irenaeus, remotus à Barcinonensi ecclesia, ad propriam reuertatur.
 4. De remouendis episcopis, qui illicitē ordinati sunt, & nē in vna ecclesia duo episcopi habeantur.
 5. De damnatione Irenaei, si ad suam Ecclesiam non reuertatur.

Hilarius episcopus Ascanius & vniuersi episcopi Tarracoenſis prouinciae. Postquam literas vestrae dilectionis accepimus, quibus praesumptiones Syluani episcopi Calagur-

TOM. 2.

sum Ecclesiae retinendi petistis, & rursum Barcinonensem quæritis nimis illicita vota firmari: honoratorum, & possessorum Turiasonensem, Cascaurenſium, Calaguritanorum, Virgilienſium, Tricienſium, Legionensium, & Ciuitatensium, cum subscriptionibus diuersorum, literas nobis constat ingestas: per quas id, quod de Syluano querela vestra deprompserat, excusabant. Sed reprehensione iustissima, eorum pariter iusta allegatio non carebat: quia praeter conscientiam metropolitani, fratris & coepiscopi nostri Ascanij, nō nullis ciuitatibus ordinatos claruit sacerdotibus. Vnde, quoniam quicquid ab alterutra parte est indicatum, omni videmus peruersitate quicquid confusum, temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere, quod gestum est, ut nihil deinceps contra praecipua beati Apostoli, nihil contra Nicenorum Canonum constituta tentetur.

1. q. 7. c. Qm
 quicquid
 1. Tim. 3. b
 & Heb. 10. b
 Nic. conc.
 4. & 6i

¶ Capitulum primum.

Hoc autem primum, iuxta eorum dē patrum regulas, volumus custodiri, ut nullus praeter notitiam atque consensum fratris Ascanij metropolitani, aliquatenus consecratur antistes: quia hoc & vetus ordo tenet, hoc trecentorum decem & octo sanctorum patrum definiuit auctoritas: cui quisquis obuias tetenderit manus, eorum se confortio fatetur indignum, quorum praecipua onibus resultarit.

2. In quorum contumeliam, à superbō spiritu etiā pars illa contemnitur, qua vetatur, nē quis, relicta Ecclesia sua, ad alteram transire praesumat. Quod nimis improbe conuenientibus, & (vt doleatur grauius) vobis adserentibus, Irenaeus episcopus conatur admittere, qui nostra auctoritate roborari cupitis, quos maximē de rebus illicitis magna indignatione probatis accendi. Lectis ergo in conuentu fratrum, quos natalis mei festiuitas congregarat, literis vestris, quae de ordinandis episcopis secundum statuta Canonum vel praedecessorum meorum decretata sunt, prolata sententia, gestorum, quae pariter direximus, tenore discetis.

Sardic. cōc. cap. 1. & 2.

*quod quae

3. Vnde remoto ab ecclesia Barcinonensi, atque ad sua remisso Irenaeo episcopo, sedatis motu, per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quae per ignorantiam ecclesiasticarum legū desiderant, quod non licet, obtinere: talis primitiis de clero proprio Barcinonensibus episcopus ordinetur, qualem te praecipuē, frater Ascani, oporteat eligere, & deceat consecrare: nē si similiter forte factum fuerit, non si nē obiurgatione tui maximē nominis retentur. dat nostra praecipua, quod in iniuriam Dei, à quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum, didicerimus admissum. Nec episcopalis honor haereditarium ius putetur, quod nobis sola dei nostri benignitate Christi confertur.

*aliter

*retinetur

4. Ordinatos ergo nunc episcopos (qui, A A 4 licet

licet te ignorantem prouentum sunt, cum suis auctoribus meruerunt submoueri) hac ratione firmamus, si nec viduarum maritus fuerit quisquam, & in vni⁹ virginis nuptias ac vota couenerit, sicut & legalia constituta precipiunt, dicendo: Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam, non repudiatam: secundum quod etiam beatus apostolus Paulus, magister gentium, de his, qui fieri desiderant sacerdotes, propria institutione non tacuit, dicens: Vnius uxoris virum. Cuius sane tenore sententiae ita informati esse debetis, fratres charissimi, ut inter cetera, quae cauenda sunt, haec studetis precipue custodire, quae cognoscitis ante vniuersa mādari. In quibus etiam prospiciendum est, ne duo simul sint in vna ecclesia sacerdotes, nec literarū ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, vel etiam ex poenitentibus aliquis ad sacrum ministerium prorsus sinatur accedere. Nec tantū putetis petitiones valere populorum, ut cum his parere cupitis, voluntatem Dei nostri, quae nos peccare prohibet, deseratis. Cuius indignatio ex hoc grauius commouetur: quia benignitas eius, dum fuit illicita per eos, qui sunt interpretes placationis, offenditur.

5. Ut autem omnia, secundum haec quae scripsimus, corrigant, praesentes literas, Traiano subdiacono nostro veniente, direximus. Quod si Irenaeus episcopus ad ecclesiam suam, deposito improbitatis ambitu, redire neglexerit, quod ei non iudicio, sed humanitate praestabitur, remouendum se ab episcopali consortio esse cognoscat. Deus incolumes vos custodiat fratres charissimi. Data 3. Kalen⁹ Ianuarij, Basilico & Herminerico viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA HILARII PAPAE, ad Leontium, Veranum & Victorium episcopos.

Dilectissimis fratribus, Verano, Leontio & Victorio episcopis, Hilarius papa. Mouemur ratione iustitiae, quae licet ab omnibus, qui recta sapiunt, debeat custodiri, tamen praecipue Domini sacerdotibus non est temere negligenda, quorum ceteros informari conuenit institutis. Frater igitur & coepiscopus noster Ingenuus Ebredunensis, Alpium maritimarum provinciae Metropolitanus, semper honore subnixus, in praedictum suum, sicut adnexa declarauit querimonia, quadam nos, petente fratre & coepiscopo nostro Auxamio, statuisse commemorat, quae vniuersis in hac eadem causa defensionibus contraherent. Siquidem relationibus in nostro iudicio recensitis, quas frater & coepiscopus noster Veranus ad sanctae memoriae decessorem meum cum ceteris prouinciae sacerdotibus misit, & Apostolicae sedis, quae tunc directa fuerat, patefacta responsione manifestatum est, nihil postea debuissetari, nec ad iniuriam synodaliū regula-

*nec in secundae coniugis Leuit. 21. c. Ezech. 44. f.

1. Tim. 3. a.

*prospiciendum

*Basilico

*Monemur

rum, quicquam per obreptionem, quae proximè facta est, debere constitui. Nam licet ex hoc etiam, quod à nobis est illicitum, censetur infirmum, quia ex ipso insinuatum est exequi noluisse, qui meruit: tamen ne odio vel gratia moueamur, quae in causarū disceptationibus esse non debet, ita vestrae charitati cognitionem adnexa querimonia delegamus, ut nihil aduersum venerandos canones, nihil contra sanctae memoriae decessoris mei iudiciū valeat, quicquid obreptum nobis esse constiterit. Nolumus nanque, fratres charissimi ecclesiarū priuilegia, quae semper sunt seruanda, confundi: nec in alterius prouincia sacerdotis, alterum ius habere permitimus: quia per hoc non minus in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones, quam in iniuriā ipsius Domini profilitur, cum expectatio fructus nostri ministerij, non in latitudine regionum, sed in acquisitione ponitur animarum. Habeat itaque pontificium frater & coepiscopus noster Ingenuus prouinciae suae, de cuius dudum ab Apostolica sede est illicita cessioe culpato: & custoditis omnibus, quae super ecclesijs Cemeliensis ciuitatis, vel castelli Niceensis, sicut diximus, sanctae memoriae decessoris mei definiuit auctoritas, nihil ecclesiarum iuri noceat, quod in alterum memoratorum, à praedicto fratre, ad excludendam cupiditatem quendam modū prohibuit ambitiois alienae, proximè est episcopus consecratus: sed statuetur correctionis forma permaneat, ut ad vnius antistitis regimen praedicta loca reuertantur, quae in duos diuidi non decuit sacerdotes. Dominus vos incolumes custodiat, fratres dilectissimi.

¶ Epistola Hilarij papae ad Ascanium episcopum.

Dilectissimo fratri Ascario Hilarij episcopus. Diuine circa nos gratiae memores esse debemus, qui nos per dignationis suae misericordiam ob hoc ad fastidium sacerdotale prouexit, ut mandatis ipsius in haerentes, & in quadam sacerdotij eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. Vnde directis per Traianum subdiaconum nostrum literas admonemus, ut quae malè sunt facta, corrigantur. Et miramur admodum dilectionem tuā Barchinonensium petitiones non solum nulla auctoritate retudisse, verum etiam, directis ad nos literis, consummatione prauis desiderij postulasse, adhibendo in epistolarum proemio concilij mentionem: tanquam culpae minuerentur excessus per multitudinem imperitorum, cum si etiam sub significatione vnusquisque sui nominis tecum pariter retulisset, & subscriptiones proprias factas singuli commodaissent, dilectionem tamen tuam rei, de qua displicet, summa tangebatur: quia pro loco & honore tibi debito, ceteri sacerdotes docendi fuerant, non sequendi. Vnde sicut in

*Nicienfe

*sacerdotij

*confessione

*impetitorum

gene-

generalibus literis indicauit, Irenaeus ad priam reuertatur ecclesiam, & Barchinonensibus de suo clero protinus consecretur antistes, cui tamen statuta canonum & Apostolica praecipua concordent. Et licet hi, qui praeter notitiam atque consensum tuae dilectionis ordinati sunt sacerdotes, cum suis debuerint auctoribus submoueri, ne quid tamen in tanta necessitate decernamus austerum, eos, qui episcopi facti sunt, ita volumus permanere, ut in Apostolicis praeciputionibus & statutis sanctorum patrum non reperiantur obnoxij, ac deinceps nihil, quod contra disciplinam ecclesiasticam veniat, sicut haecenus factum est, perpetretur. Tuae sollicitudinis est, frater charissime, omnia debita tibi auctoritate tueri, & illicitis non modò non praebere assensum, sed etiam cuncta, quae contra regulam facta repereris, coercere, atque ante omnia, quae sola vnitatem decernimus, Irenaeum ad ecclesiam suam redire compelle. Ad quam spontè potius redire debet, si à sacerdotali consortio non metuit separari. Nec vnus ecclesiae duo esse permittatur antistites, quod opportunius supra dicti subdiaconi fieri delegamus instantia, quem etiam pro conseruanda ecclesiae disciplina, commear ad Hispanias, dispositionis nostrae fecit auctoritas. Deus autem in columè te custodiat frater charissime.

¶ DECRETVM HILARII PAPAE, IV. xta Gratianum, quod in prioribus non ponitur.

Corpus Christi in singulis portionibus singuli totum accipiunt.

De cōs. di. 2. Vbi pars est

Vbi pars est corporis, est & totum. Eadem ratio est in corpore Domini, quae in manna, quod in eius figura praecessit. De quo dicit: Qui plus collegerat, non habuit amplius: neque qui minus parauerat, habuit minus. Non enim est quantitas visibilis in hoc estimanda mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

¶ ALIVD DECRETVM EIVSDEM, ex codice librorum sexdecim, cap. xix.

De contentiosis.

1. Cor. 11. c.

Si quis videtur contentiosus esse, dicente Apostolo, nos talem consuetudinem non habemus, sed neque Ecclesia DEI: si quis facit, notetur, vsquequod se corrigat.

Finis decretorum Hilarij papae.

DECRETA SIMPLICII PAPAE.

Ex libro pontificali.

Anno Domini 471.

Simplicius natione Tiburtinus, ex patre Castino, sedit annos xv. mensem vni, dies vij. Hic dedicauit basilicam sancti Stephani in Caelio monte in vrbe Romana. Et basilicam beati apostoli Andreae iuxta basilicam sanctae Mariae, & aliam basilicam sancti Stephani iuxta basilicam sancti Laurentij. Et aliam basilicam intra urbem Romam iuxta palatium Licinianum beatae martyris Bibianae, vbi corpus eius requiescit. Hic constituit ad sanctum Petrum apostolum, & ad sanctum Paulum apostolum, & ad sanctum Laurentium martyrem hebdomadas, ut presbyteri manerent ibi, propter poenitentes & baptismum. Regionem tertiam ad sanctum Laurentium, regionem primam ad sanctum Paulum, regionem sextam vel septimam ad sanctum Petrum. Sub huius episcopatu venit relatio de Graecia ab Acacio Constantinopolitano episcopo, & affirmavit Petrum Alexandriae urbis Eutychnianam haereticum, facta petitione ab Acacio episcopo, chirographo constructa. Eodem tempore fuit ecclesia, hoc est, prima sedes apostolica executrix. Tunc Simplicius praesul hoc audiens, damnauit Petrum Alexandrinum, de quo Acacius innumerabilia crimina affirmabat: ita tamen, ut poenitentiae reseruetur tempus. Eodem tempore rescripsit Timotheus catholicus & Acacius, dicentes, quod etiam in mortem Proterij catholici Petrus esset permixtus. Tunc archiepiscopus Simplicius dissimulans, nunquam rescripsit Acacio: sed damnauit Petrum, expectans tempus poenitentiae. Hic fecit in Ecclesia Romana scyphum aureum, pensantes libras v. Cantharos argenteos ad beatum Petrum xvj. pensantes singul. libras xij. Hic fecit ordinationes in vrbe Roma 3. per mensem Decembrem & Februariū, presbyteros lvij. diacones xj. episcopos p diuersa loca numero xxxvj. Hic sepultus est in basilica beati Petri apostoli, vj. Nonas Martij, & cessauit episcopatus dies vj.

EPISTOLA PRIMA SIMPLICII PAPAE, ad Zenonem Spalensem episcopum, de commissa vice Apostolicae sedis.

Dilectissimo fratri Zenoni, Simplicius. Plurimorum relatu comperimus, dilectionem tuam feruore spiritus sancti ita te ecclesiae gubernatorem existere, ut naufragij detrimenta, Deo auctore, non sentiat. Talibus idcirco gloriantes indicijs, congruum duximus, vicaria sedis nostrae te auctoritate fulciri, cuius vigore munitus, Apostolicae institutionis decreta, vel sanctorum terminos patrum, nullo modo transcendendi permittas: quoniam digna honoris remuneratione cumulatus est, per quem in his regionibus diuinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.

¶ Epistola II. Simplicij papae, ad Ioannem Rauennatem episcopum.

Simplicius episcopus Ioanni episcopo Rauennati. Si quis esset intuitus ecclesiasticae disciplinae, vel si quid apud te sacerdotalis modestie teneretur, nunquam plebs perperaretur excessus: à quibus si nullo te paternarum regularum poterat continere praecipito, saltim

T. O. M. 2.

11. q. 3. Priuilegiū omnino. Er est verbū Gregor. in Regillo.

*speciale

*ab

*ibi

*reditus

24. q. 2. Denunciamus autem.

salte sanctae memoriae praedecessoris tui fueras reuocatus exemplo. Qui cum minus deliquisset, faciendo presbyterum inuitu, miserat tamen dignum pro tali usurpatione iudicium. Vbi ista didicisti, quae in fratrem & coepiscopum nostrum Gregorium, non electione, sed inuidia perpetrasti, quem in excusabili violentia pertrahi ad te passus es, atque vexari, ut ei honorem tantum, non per animi tranquillitatem, sed per amentiam (sicut dicendum est) irrogares? Neque enim talia poterant fieri sanitate consilij. Nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod dignum est. Nam priuilegium meretur amittere, qui permessa sibi abutitur potestate. Sed vna nos ratio facit esse sententiae mollioris, quam maluimus te, fratre & coepiscopo nostro Proiecto referere, cognoscere, non nostris literis propter opprobrium publicare. Nam scandalum, cuius auctor cognosceris, ita moderatio nostra compefcuit, ut frater & coepiscopus meus Gregorius (que non prouectum constat esse, sed pullum) nullam causam (sicut petijt) tecum habiturus, Mutinensem gubernet ecclesiam, & contubernium spirituale, quod sortiri non oportebat inuitum, non recuset amplecti. Cui si quid negotij forsitan emerferit, nostrum ex eo vel contra eum petatur examen. Necessitatibus etiam, quas (faciente te) compellitur sustinere, hac definitione consulemus, ut refuso pregibiduo, quod ante annum sibi datum esse commemorat, atque ad ecclesiam Rauennatem reuerso, possessio in Bononiensi xxx. solidorum reddituum liberorum sine dubitatione tradatur in diem vitae eius. saluo proprietatis iure Rauennatis ecclesiae, ad quam post predicti obitum reuertetur. Quod si non fuerit nostris paritum constitutus, quid post transgressionem maneat contumacem, ipse perpendis. Denunciamus autem, quod si posthac quicquam tale praesumpseris, & aliquem seu episcopum seu presbyterum, seu diaconum, inuitum facere forte credideris, ordinationes tibi Rauennatis Ecclesiae vel Aemilienfis noueris auferendas. Data 3. Kalen. Iunij, Seuerino viro clariss. conf.

¶ EPISTOLA TERTIA SIMPLICII PAPAE, AD FLORENTIUM, EQUITIUM & SEUERUM, EPISCOPOS.

Simplicius episcopus, Florentio, Equitio & Seuero episcopis. Relatio nos vestrae dilectionis instruxit, & gestorum series plenius intimaui, Gaudentium Auzinensis ecclesiae sacerdotem, contra statuta canonum ac nostra praeccepta, ordinationes illicitas perpetrasse, quarum illi tota penitus auferri precipimus potestatem. Scripsimus enim ad Seuerum fratrem & coepiscopum nostrum, ut (si necesse fuerit) ipse in supradicta ecclesia, consideratis patrum regulis, hoc fungatur officio, quo ille abusus esse conuictus est, ita ut

TOM. 2.

hi qui illicitè ab eodem sunt prouecti, ab ecclesiasticis ministerijs sint remoti. Simul etiam de redditibus ecclesiae vel oblatione fidelium, quid deceat nescienti, nihil licere permittat, sed sola ei ex his quarta portio remittatur. Duè ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum & pauperum profuturæ, ab Onagro presbytero subpericulo sui ordinis ministrantur: vltima inter se clericis pro singulorum meritis diuidatur. At verò ministeria ecclesiae, quae alienata comperimus, reparare praesumptor, praedicti fratris compellatur instantia, cui etiam hoc specialiter praecipimus imminere, ut tres illas portiones, quas per triennium dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituat. Data xiiij. Kalen. Decembris, post consulatum Leonis Augusti.

¶ Epistola quarta Simplicij ad Acacium.

Dilectissimo fratri Acacio Simplicij. Cogitationum ferias non habemus, nec enim quiescere nos causa permittit, quae si relinquamus, apud Christum Dominum nostrum, cuius interest, inexcusabiles sumus. Et mirum est, dilectionem tuam tot emensis temporibus, & tot opportunitatibus indè venientibus, nihil nos de Alexandrina ecclesia, quae tam grauius quatitur, instruere voluisse, cum monere te nec increpatio nostra destiterit, ut, participata sollicitudine, literas meas apud Christianissimum & clementissimum principem, praesentibus tuae dilectionis prosequeris alioquijs, & instituti veteris memor, in orthodoxorum defensionem nobiscum sic semper incuberes, ne quisquam nostrum, Christiana plebe pereunte, reatum deditiois incurrat, & mercenarius potius videatur esse, quam pastor. Vnde hortamur dilectionem tuam, ut opportunè atque importunè pijs auribus insinuare non desinat, quantum remotis scandalis, quae in Alexandrinam ecclesiam recidiuis ausibus irruerunt, pax optata reddatur, & celeriter vigilantiae tuae profectus, posthabitis difficultatibus, indicetur. Data viij. Idus Nouem. Seuerino consule, directa per Restitutum.

¶ Rescriptum Acacij ad Simplicium vrbis Romae archiepiscopum.

Domino beatissimo sancto patri archiepiscopo Simplicio, Acacius. Sollicitudinem omnium ecclesiarum secundum Apostolum circumferentes, nos indefinenter hortamini, quantum spontè vigilantes ac praecurrerites: sed vos diuinum zelum solito demonstratis, statum Alexandrinae ecclesiae certius requirentes, ut pro paternis canonibus suscipiatis laborem, pijsissimum stillantes sudore pro his, sicut semper est approbatum. Sed Christus Dominus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, & vnam nobis in his mentem, atque eandem pro gloria sua esse cognoscens, oem victoriam ipse perfecit, consortes nos cum tranqui-

2. Cor. 2. g

Rom. 8. e

Marc. 5. d

*externam

*iudicans

traquillissimo principe faciens, & Timotheum quidem decessorem, spirantem procellas, & ecclesiasticam tranquillitatem (sicut apparuit) conturbantem, vitae subduxit humanae, dicens ei: Tace, & obmutesce. Petrum quoque, qui ab Alexandria more similiter procellae surrexerat, dissipauit, atque in aeternam fugam (sancto spiritu flante) conuertit, vnum & ipsum de his, qui olim fuerant damnati. Sicut enim in nostris archiuis inuentum est, & de vestris scrinijs, si dignamini requirere, poteritis agnoscere, quae in tempore de eodè subleuata, ab Alexandrino episcopo Romae ad alterutrum sint relata. Qui Petrus non est existens filius, & operum dei lucentium alienus apparens, omnino de tenebras ad latrocinium peragendum congruas, earum cooperator inueniens media nocte, adhuc iacente cadauere illius, qui paternos canones subuerterat, insepulto, subrepsit in sedem, sicut ipse arbitratè est, vno & solo praesente, & eo, qui consors illius insisterat in sania, ita ut propter hoc maioribus supplicijs subderetur: nec, quod sperabat, effectum est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima vindicatis, nullam penitus omnino comparauit. Timotheus autem paternorum canonum custos, qui Dauidicæ mansuetudinis exemplo subditur, & vsque in finem patiens, atque potestati propriae restitutus à Christo, propriae sedis honore laxatur: & spiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis expectat, multiplicato in se honore à Christo principe sacerdotum: propter quem & tolerantiae coronam sibi met religauit. Attentius igitur oret vestra beatitudo, & pro Christianissimo Imperatore, & pro nobis ipsi. Nihil enim praetermittitur eorum, quae ad custodiam ecclesiasticam respiciunt disciplinae. Vniuersam fraternitatem, quae vobiscum est in Christo, & ego, & qui mecum sunt, salutamus. Et aliam manu: In domino conserueris sanctissime & beatissime pater.

Finis de creti Simplicij papae.

DECRETA FELICIS PAPAE III.

Ex libro pontificali.

Anno Domini 486.



Felix natione romanus, ex patre Felice presbytero de titulo Fasciolae, sedit annos 8. menses 11. dies xvij. Hic fuit temporibus Odoacris regis, vsque ad tempora Theodorici regis. Hic fecit basilicam sancti Agapeti iuxta basilicam sancti Laurentij martyris. Sub huius episcopatu iterum venit relatio de Graecia, Petrum Alexandrinum reuocatum ab Acacio Constantinopolitano. Tunc venerabilis Felix archiepiscopus sedis Apostolicae vrbis Romae, mittens defensorem cum concilio sedis suae, factò concilio, damnauit Acacium cum Pe-

TOM. 2.

tro. Post annos tres iterum venit relatio ab Imperatore Zenone, ut poenitens rediret Acacius. Tunc papa Felix misit duos episcopos, Mesenum & Vitalem, ut si inueniret complicitatem Petri Acacium, iterum damnarent eos, si non offerrent libellum poenitentiae. Qui dum introissent in ciuitatem Heraclae, corrupti sunt pecunia data supra scripti episcopi, & non fecerunt secundum praecceptum Apostolicae sedis. Venientes vero Romam ad sedem Apostolicam, venerabilis Felix papa fecit synodum & facta discussione inuenit ambos episcopos (id est, Mesenum & Vitalem) reos, & eiecit eos à comunione. Tunc Mesenus episcopus non se tacuit corruptum pecunia, cui concilium concessit tempus poenitentiae. Hoc factum est tempore Odoacris regis. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros xxvij, diaconos v, episcopos per diuersa loca xxxj. Hic sepultus est in basilica beati Pauli apostoli. Et cessauit episcopatus dies v. Et post transitum eius factum est à presbyteris & diaconibus constitutum de omni Ecclesia.

¶ TITVLVS CAPITVLORVM SEQUENTIS EPISTOLAE DECRETALIS.

- De his, qui rebaptizati doluerunt, & postea poenitere noluerunt. 1
- De presbyteris vel diaconibus, qui in lapsu, hereticorum sese baptismati dederunt. 2
- De his, qui se rebaptizandos impie dederunt. 3
- De his, qui per ignorantiam aetatis rebaptizati sunt. 4
- De his, qui ab hereticis baptizati, aut rebaptizati sunt, ut ad ecclesiasticam militiam non perueniant. 5
- De poenitentibus, ut ab alijs episcopis non suscipiantur. 6

¶ EXEMPLAR GESTORVM, quibus allegatum est praecceptum papae Felicis.

Flauius Boethio viro clariss. conf. sub die 3. Iduum Martiarum, in basilica Constantiniana, residente venerabili viro papa Felice, vna cum Candido Tiburtino, Paschasio Centumcellesi, Constantio Aquinati, Equitio Mattellicateni, Philippo Numanati, Epiphano Spoleti, Bono Ostiensi, Herennio Portuensi, Constantino Trebiati, Agnelo Torcelino, Constantino Capuano, Urbano Fulginati, Seuero Cassinati, Martiniano Formiano, Martino Amerino, Cresconio Tudertino, Herculo Otriculano, Basilio Tolentini, Maximo Blerano, Proiectio Tarquinie, Petro Subaugustano, Maximino Ferentanensi, Basilio Ferentini, Felice Antiatino, Innocentio meuanate, Felice Anagnino, Benigno Aquaeuulsi, Andrea Gabinati, Decio Triu taberni, Cypriano Nometa, Athanasio Albanensi, Vitale Fundano, Petro

TRO

tro Lorenfi, Conſtatio Sutrino, Feliciffimo Sabinenſi, Gaudentio Forocloidiēſi, Bonifacio Veliterno, Aſterio Foronouano, Romulo Præneſtino, Viſtore, Donato, Ruſtico & Pardalio Aphriſi episcopis: & presbyteris, Ruſtico, Firmino, Caſſino, Simplicio, Laurentio, * Vincomalo, Laurentio, Canuſio, Caſſio, Petro, Leōe, Eugenio, Ianuario, Martiano, Gordiano; Petro, Lepido, Maxentio, Epiphano, * Epiphano, Aſterio, Petro, Iuſtino, Felice, Alexandro, Redempto, Proicitio, Bonifacio, Laurētio, Ioſuino, Epiphano, Bono, Seruo Dei, Petro, Seruādo, Marcellino, Petro, Iuliano, Urbico, Paulino, Petro, Valente, Petro, Aſterio, Sorano, Valentino, Paſchaſio, Aſterio, * Aſterio, Afello, Bonifacio, Petro, Smaragdo, Bonifacio, Sixto, Petro, Paſchaſio, Felice, Petronio, Laurētio, Fulgentio, Calisto, Romano, Ioanne, Valentino, Sebaſtiano, Martiniano, Epiphano, Andrea, Petro, Opilione, Sebaſtiano, Romano, * Domino, Agapeto, & Abundantio, adſtatibus quoq; diaconibus, Felix episcopus eccleſiæ catholicæ vrbis Romanæ, præſidens ſynodo, dixit: Communis dolor, & generalis eſt gemitus, quod intra Aphricam rebaptizatos etiã episcopos, presbyteros, diaconosq; cognouimus, quæ res ſine dubio ad veſtre quoque peruenit notiã ſanctitatis: ne quo quid obſeruari debeat, ordinare nos conuenit. Proinde, vt manifeſta ſit ſuper hoc noſtra ſententia, quæ nobis ſunt viſa, recitent.

Anaſtaſius diaconus recitauit:

Dilectiffimis in Chriſto Ieſu fratribus, vniuerſis episcopis per diuerſas provincias conſtitutis. Qualiter in Aphricanis regionibus aſtutia diaboli ſæuierit in populum Chriſtianum, atque in id multiplice deceptione proruperit, vt nõ modò vulgus incautum, ſed ipſos quoque in mortis profunda demerſerit ſacerdotes, nullus non orbis gemuit, nulla terra neſciuit. Vnde in grandi merore poſiti, diſſimulare non poſſumus peccantium, atque à nobis exigendarum diſcrimen animarum. Quapropter competens adhibenda eſt talibus medicina vulneribus, nõ immatura curandi facilitas mortifera captis peſte nihil proſit, ſed ſegnius * tracta pernicies, reatu non legitime curationis inuoluat pariter ſaucios & medentes.

Capitulum primum.

In primis itaq; venientis ad vos, & remedii poſtulantis, ſolicite diſcutienda eſt, peſſio & perſona decepti, vt medela poſſit cõgruens exhiberi. Et qui, ſatiſfacturus Deo per pœnitentiam, ſe rebaptizatum legitime doluerit: vtrum ad hoc facinus concurrerit, an impuſſus acceſſerit, requiratur: ſciens, qd ſe decipiat ipſe, qui fallit, nihilq; per noſtram facilitatem tribunalis * excelsi iudicio derogari, cui illa ſunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ iuſta ſunt: & aliter neceſſitatis, aliter tractan-

TOM. 2.

da eſt ratio voluntatis. Deterior eſt autem cauſa illius, qui fortè precio ſolicitatus eſt vt periret. Nihil enim intentatum relinquit inimicus, cui nõ de ſua liceat gaudere captura, ſuccurrendum eſt irretitis, & cõterendus eſt venantis laqueus, vt infucatum lamentantibus lapſum, tam iuſtitie moderatione, q̃ compunctione pietatis, ad aulam, quam reliquerant, ſit reſreſſus. Nec pudeat ſoſſitan, aut pigeat indiētis ieiuniorum gemituumq; temporibus obedire, aut alijs obſeruantie ſalubrioris obtemperare præceptis: quia humilibus datur gratia, non ſuperbis. Sit ergo ruina ſua dolore proſtratus, quiſq; in Chriſto fieri quærit erectus, & per diſpoſitionis noſtræ miniſterium quod veſtram ſequi cõuenit charitatem, nec alicui fas eſt velle, vel poſſe tranſcendere cauſas eius, qui contra Apoſtolicam doctrinam, ad iterationem ſe baptiſmatis nimis infaſta dedit: vel eius, qui aliquibus argumentis excuſatum calidè proprium putauerit eſſe conſenſum.

Sacerdotali vigore & humanitate tractem, vt in eis fides, quæ niſi eſt vna, iam nulla eſt, adiutorio Domini iudicis, ad ſalutem ſine noſtræ operationis offentione reparatur: quæ cum peccatoris à nobis ſatiſfactio protrahitur, non præter laudem noſtram atque lætitiã, mens eius ad veniam purgator inuenitur. Et ideò memineritis, hanc ſuper his nos habere ſententiã, vt ſeruata diſcretionis peccantium, non eadem cuncti, qui lapſi ſunt, lance penſentur: quoniam maioris caſtigatiõis exigendus eſt uſura, cui domus Domini commiſſa fuerit diſciplina.

2 Vt ergo ab Eccleſiæ ſummitatibus inchoemus, eos, quos episcopos, presbyteros, vel diaconos fuiſſe conſtiterit, & ſeu optantes forſitan, ſeu coactos lauacri illius vnicũ ſalutarisq; claruerit feciſſe iacturam, & Chriſtum, quem non ſolum dono regeneratiõis, verum etiã gratia percepti honoris induerant, exuiſſe, cum conſtet, neminem ad ſecundam tinctionem venire potuiſſe, niſi ſe palam Chriſtianum negauerit, & profeſſus fuerit ſe eſſe paganum. Quod cum generaliter ſit in omnibus execrandum, multo magis in episcopis, presbyteris, diaconibus auditu ſaltè, dictuq; probatur horrendum. Sed quia idem Dominus atque ſaluator clementiſſimus eſt, & neminem vult perire, vſque ad exitũ ſui diem, in pœnitentia (ſi reſipiſcunt) iacere conueniet: nec orationi non modò fidelium, ſed nec catechumenorum omnimodis intereſſe, quibus communio laica tãtũ in morte reddenda eſt. Quam rem diligentius explorare vel facere probatiſſimi ſacerdotis cura debebit.

3 De clericis autem & monachis, aut puellis Dei, aut ſecularibus, ſeruari precipimus hunc tenorem, quem Nicena ſynodus, circa eos qui lapſi ſunt, vel fuerint, ſeruãdum eſſe conſtituit, vt ſcilicet, qui nulla neceſſitate, nullius

* Vincomalo,

* tractata

* concurrerit vel occurrit

* excelsi

1. Petri. 5.

ne cõf. di. 4. Eos quos episc.

ibi dẽm

* redhibenda

Nic. cõc. ca. 4. De cõf. di. 4. Eos quos.

nullius rei timore aut periculo, ſe, vt rebaptizentur, hæreticis impiè dederunt, ſi tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes ſint: ſeptem autem annis ſubiaceant inter pœnitentes manibus ſacerdotum: duobus autem annis oblationes modis omnibus non ſinantur offerre, ſed tantummodò * ſecularibus in oratione ſocientur. Nec cõfundatur Deo colla ſubmittere, qui non eum timuit abnegare. Quod ſi, vtpote mortales, intra metas præſcripti temporis cõperit vite finis vrgere, ſubiueniendum eſt implorati, & ſeu ab episcopo, qui pœnitentiam dederit, ſeu ab alio, qui tamè datam eſſe probauerit, aut ſimiliter à presbytero viaticum abeunti de ſeculo non negetur.

4 Pueris autè, quibus (quod adhuc imberbes ſunt) à pœnitentia vocabulum eſt, ſeu clericis, ſiue laicis, aut etiã ſimilibus puellis, quibus iguorantia ſuffragatur ætatis, aliquandũ ſub manũ impoſitione detentis, reddenda cõmunio eſt: nec eorum expectanda pœnitentia, quos excipit à cõercitione cenſura. Quod eſt à nobis prouidè conſtitutum, nõ hi, quibus in terreni labis cõtagij plus minusve reſtat ad vitam, dum adhuc in pœnitentia ſunt, pœnitenda committat. Quod ſi ante præſinitum pœnitentiæ tempus deſperatus à medicis, aut euidentibus mortis præſſus indiçijs, recepta quiſquam cõmunionis gratia conualeſcit: ſeruemus in eo, quod Niceni canones ordinauerunt, vt habeatur inter eos, qui in oratione ſola cõmunicant, donec impleatur ſpatium temporis eidem præſtitutũ. Nec catechumenos noſtros, qui ſub tali profeſſione baptizati ſunt, prætermittimus: quia nõ eſt cauſa diſſimilis (ſicut iſdem ſancti canones ordinauerunt) eius, qui quolibet modo Chriſtum, quem ſemel confeſſus, abiurãrit, tribus annis inter audientes ſint, & poſtea cum catechumenis permittantur orare, per manũ impoſitionem cõmunionis catholicæ gratia percepturi, exceptis ſanè tantummodò episcopis, presbyteris, & diaconibus, quos ſolo mortis ſuæ tempore reconciliandos eſſe iam diximus. Cæteros, id eſt, ſeu clericos, ſiue monachos, ſeu laicos vtriuſque ſexus perſonas, quos violentiæ periculis coactos iterationem baptiſmatis ſubiſſe conſtiterit, vel qui aliquo commẽto, huius ſe facinoris piaculo dixerint non teneri, his pœnitentiam per triennium durare decreuimus, & per manũ impoſitionem ad ſocietatem recipi eos ſacramenti.

* inueſtes vel impubes, apuritate ne cõf. di. 4. Eos quos.

4. Pueris autè, quibus (quod adhuc imberbes ſunt) à pœnitentia vocabulum eſt, ſeu clericis, ſiue laicis, aut etiã ſimilibus puellis, quibus iguorantia ſuffragatur ætatis, aliquandũ ſub manũ impoſitione detentis, reddenda cõmunio eſt: nec eorum expectanda pœnitentia, quos excipit à cõercitione cenſura. Quod eſt à nobis prouidè conſtitutum, nõ hi, quibus in terreni labis cõtagij plus minusve reſtat ad vitam, dum adhuc in pœnitentia ſunt, pœnitenda committat. Quod ſi ante præſinitum pœnitentiæ tempus deſperatus à medicis, aut euidentibus mortis præſſus indiçijs, recepta quiſquam cõmunionis gratia conualeſcit: ſeruemus in eo, quod Niceni canones ordinauerunt, vt habeatur inter eos, qui in oratione ſola cõmunicant, donec impleatur ſpatium temporis eidem præſtitutũ. Nec catechumenos noſtros, qui ſub tali profeſſione baptizati ſunt, prætermittimus: quia nõ eſt cauſa diſſimilis (ſicut iſdem ſancti canones ordinauerunt) eius, qui quolibet modo Chriſtum, quem ſemel confeſſus, abiurãrit, tribus annis inter audientes ſint, & poſtea cum catechumenis permittantur orare, per manũ impoſitionem cõmunionis catholicæ gratia percepturi, exceptis ſanè tantummodò episcopis, presbyteris, & diaconibus, quos ſolo mortis ſuæ tempore reconciliandos eſſe iam diximus. Cæteros, id eſt, ſeu clericos, ſiue monachos, ſeu laicos vtriuſque ſexus perſonas, quos violentiæ periculis coactos iterationem baptiſmatis ſubiſſe conſtiterit, vel qui aliquo commẽto, huius ſe facinoris piaculo dixerint non teneri, his pœnitentiam per triennium durare decreuimus, & per manũ impoſitionem ad ſocietatem recipi eos ſacramenti.

* prætermittimus

Locus obſcurus.

1. q. 7. qui in qualibet ætate.

5 Illo per omnia cuſto dito, nõ ex eis vnam, q. in qualibet ætate, alibi quã in Eccleſia catholica aut baptizati, aut rebaptizati ſunt, ad eccleſiaſtica militiam prorsũ permittantur accedere. Quibus ſatis eſſe debet, quod in catholicorum numero ſunt recepti, quoniam de ſuo ordine & cõmunionis viderit ſerre iudiciũ, quiſquis hoc violaerit inſtitutum, vel qui non remouerit eum,

TOM. 2.

quem ex eis ad miniſterium clericale obrepiſſe cognouerit.

6 Curandum verò maximè & omni cautela eſt prouidendum, nõ quis fratrum cõepiſcoporum que noſtro rum, aut etiã presbyterorum, in alterius ciuitate vel diœceſi pœnitentem, vel ſub manu poſitum ſacerdotis, aut eum qui recõciliatum ſe eſſe dixerit, ſine episcopi vel presbyteri teſtimonio & literis, ad cuius pertinet parochiam, presbyter aut episcopus in ciuitate ſuſcipiat. Quod ſi aliqua diſſimulatione negligitur, culpa tangit etiã clericum, qui in locis, in quibus hoc minus curatum fuerit, commemoratur. His itaque ritè diſpoſitis, & ad eccleſiarum veſtrarum notiã noſtra deliberatione perlatis, parere vos conuenit: quibus, licet ad animarũ reparationem nihil deeſſe videatur, tamen ſi cui noui aliquid, & quod præterire nos potuit, fuerit reuelatum, ſecundũ beatũ apoſtolum Paulum, tacente priore, fideliter inſinuet: quia ſpirituſ ſanctus ubi vult ſpirat, maxime cum ſua cauſa tractatur. nec nõs pigebit audire, & ſi quæ ſunt omiſſa, non afrogeter abnuere, ſed rationabiliter ordinare. Deus cuſtodiat vos, dilectiffimi fratres. Data Idibus Martij, * Diuamio & Siſidio viris clariffimis coſſ.

EPÍSTOLA EIVSDEM AD ACACIUM Constantinopolitanum episcopum, qua eum condemnat propter Eutychanorum communionem.

Felix episcopus ſanctæ Eccleſiæ catholicæ vrbis Romæ, Acacio. Multarũ tranſgreſſionum reperis obnoxius, & in venerabili concilio Niceni contumelia ſæpè verſatus, alienarum tibi prouinciarum iura temerariè vindicãſti. Hæreticos peruaſores, atq; ab hæreticis ordinatos, & quos ipſe damnaueras, atq; ab Apoſtolica inſtituti ſede dånari, non modò cõmunioni tuę recipiendos putãſti, verum etiã alijs eccleſijs, quod nec de catholicis fieri poterat, præſidere feciſti: aut etiã honoribus, quos non merebãtur, auxiſti. Teſtatur hoc Ioãnes, quem à catholicis Apameæ non receptum, pulſumque de Antiochia, Tyrijs præſeciſti: & * Humerius, tũc de diaconio deiectus, atq; Chriſtiani nominis appellatiõis priuatus, à te etiã in presbyterij prouectus officium. Et quaſi hæc minora tibi viderentur, in ipſam doctrinã Apoſtolicæ veritatem auſus ſuperbiæ tuę tetendiſti, vt Petrus, quem dånatum à ſanctæ memoriæ deceſſore meo ipſe reuuleras, ſicut teſtantur annexa, beati euãgeliftæ Marci ſedẽ, te cõnuente ruſũs inuaderet, & fugatis orthodoxis episcopis & clericis, ſui procul dubio ſimiles ordinaret, pulſoq; eo, qui illic fuerat regulariter conſtitutus, captiuã teneret eccleſiã. Cuius tibi adeo grata perſona eſt, & miniſtri eius accepti, vt episcopos & clericos

BB plu-

1. Cor. 14. f. Ioan. 3. b

* Dinamio

plurimos orthodoxos, nunc Constantino-
polim venientes, detegaris affligere, & apo-
crisarios eius confouere, atq; anathematizā-
tem eundem Perrum Chalcedonenfis decre-
ta concilij, & violātem sanctæ memoriæ Ti-
mothei sepulturā, sicut ad nos certiores nūc
quoquē nunciij detulerunt, per Mesenum &
Vitalem credideris excusandū: nec eum lau-
dare desieris, & multis efferre præconijs, itā
vt damnationem ipsius, quā antē retuleras,
veram nō fuisse iactāris. Tantūm autem per-
seueras in hominis defensione perueris, vt
quondam episcopos, nunc verō honore &
communione priuatos, Vitalem atque Me-
senum, quos ad eius expulsionem specialiter
miseramus, sublati chartis, custodia passus
fueris mancipari: & ad processionem, que ti-
bi cum hæreticis habetur, exinde productos
sicut eorum professione patefactum est,
ad hæreticorum, tuamq; cōmunionem, con-
tempta, que vel gentium iure seruari debuit,
legatiōe, pertraxeris, præmijq; corruperis,
& in lationem beati Petri apostoli, à cuius
sede profecti fuerant, non solum inefficaces
redire feceris, sed etiā impugnatores omni-
um, quæ fuerant mādāta, mōstrāris. In quo-
rum deceptione tuam nequitiam prodidisti,
& ad libellum fratris & cōepiscopi mei Ioan-
nis, qui te grauissimis obiectionibus impe-
tuit, in Apostolica sede secundūm canones
respondere diffidens, obiecta firmāsti: Felicē
quoquē defensore fidelissimum nobis, ne-
cessitate faciente seriū subsequntum, indig-
num tuis censuisti oculis. Eos quoquē tecū
literis tuis cōmunicare testatus es, quos con-
stat hæreticos. Quid enī sunt aliud, qui post
obitum sanctæ memoriæ Timothei, ad ec-
clesiam sub Petro redeunt, vel qui se ex ca-
tholicis eidem tradiderūt, nisi quod Petrus
ab vniuersa ecclesia, atq; à te fuerat iudica-
tus? Habe ergō cum his, quos libēter ample-
cteris, portionem ex sententia præsentis, quā
per tuā tibi direximus ecclesiæ defensore:
sacerdotali honore, & communione catholi-
ca, nec non etiā à fidelium numero segre-
gatus, sublatum tibi nomen & munus mini-
sterij sacerdotalis agnosce, sancti spiritūs iu-
dicio & Apostolica autoritate damnatus,
nūquamq; anathematis vinculis exuendus.
Cælius Felix episcopus sanctæ Ecclesiæ Ca-
tholicæ vrbis Romæ, subscripsit. Data 5. Ka-
lend. Augusti. Venantio viro clariss. consule.
Simul 67. episcopi absq; Papa, subscripserūt.

FELIX PAPA ZENONI
episcopo.

TARRACONENSE

CONCILIUM TEMPORE FELICIS PAPA III

Est prouinciale.

Tarraco citioris Hispania vrbis opulenti-
ma, que potiori totius Hispanie parti, nomen
dedit: metropolis ipsa, & ciuitatum Hispania ma-
TOM. 2.

ter, ad Pyrenæa iuga posita, Scipionum opus, quem-
admodum Carthago Pænorū: ad excipiendas prin-
cipum peregrinationes egregie nata. Vide Ptolemæi
lib. 2.

Dilectissimo fratri Zenoni, Felix episco-
pus. Filius meus vir clarissimus Teren-
tianus, ad Italiam dudum veniens, dilectio-
nis tuæ singularis extitit predicator, talemq;
te esse vulgavit, *qui ita Christi gratia redū-
dars, vt inter mundi turbines gubernator
ecclesiæ præcipuus appareres. Quapropter
frater charissime, cum ad prouinciam com-
mearet, seduleq; deposceret nostras ad dile-
ctionem tuam literas destinari, gratanter an-
nuimus: *qui & dignum Deo sermone com-
plecti cuperemus antistitem, & per eum ma-
ximè vellemus id fieri, cuius nobis fuerat lau-
dibus intimatus. Quauis ergo sanctis ope-
ribus ex omni parte prædictam fraternitatē
tuam vir præfatus adstruxerit, multumq; fi-
dutiæ de tua benevolentia iam teneret, tamē
æquum est, vt quod desiderabat magnopere,
consequatur: quatenus, qui tuis olim gratus
est animis, contemplatione nostrī reddatur
acceptior, simulque materna & sacerdotali
consolatione foueatur, peregrinationisque
præsidium pastoralis pietate reperiat, vt ve-
stræ dignitatis affectu appareat apud synce-
ritatem tuam, nostrum quoquē non mini-
mum salutantis valuisse colloquium. Deus te
incolumem custodiat frater charissime.

FELICIS PAPA III. DECRE- ta duo desumpta ex Gratiano, quæ non habentur in præmissis.

PRIMUM.

In ecclesiasticis causis regia voluntas sa-
cerdotibus est postponenda.

Certum est hoc rebus vestris esse salutare, dist. 10. Cr
vt cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius con-
stitutionem, regiam voluntatem sacerdoti-
bus Christi studeatis subdere, non præferre:
& sacrosancta per eorum præfules potius di-
scere, quàm docere: ecclesiasticam formam
sequi, non huic, humanitūs obsequendo, iu-
ra præfigere: neque in eius sanctionibus vel-
le dominari, cuius clemētia Deus voluit tuæ
piæ deuotiōis colla submittere: nē, dum mē-
sura celestis dispensationis exceditur, eatur
in contumeliam disponētis.

SECUNDUM.

Non vltra in eum procedere oportet, qui
in hæresim damnatam recidit.

Acacius non fuit noui vel proprii inuen-
tor erroris, vt in eum noua scita prodiret, sed 24. q. 1. Ac-
cius nō fuit
alieno facinori suam cōmunionem miscuit.
Itaque necesse est, vt in illam recideret iusta
lance sententiam, quam cum suis successoribus
per cōnientiam synodalem susceperat
author erroris.

*Antiqui
patres
*perlata

*subtēr an-
nexos

lib. 2. cap. 4. Plin. lib. 3. cap. 1. & 3. itemq; lib. 4. cap.
20. & Strabonem lib. 3.

CAPITVLA CONCILII Tarraconensis.

- Vt etiā ad proximas sanguinis cum testi-
monio clerici vadant. 1
- Vt clericis emendi vilius, vel vendendi cari-
us, non permittatur licentia. 2
- Vt quantum clericus præstiterit, tantum re-
cipiat. 3
- Vt nullus episcopus vel infra positus, die do-
minica causas iudicare præsumat. 4
- Vt, qui in metropolitana ciuitate episcopus
non fuerit ordinatus, post duos menses se
metropolitano præsentet. 5
- Vt episcopus, qui à metropolitano commo-
nitus, ad synodum non venerit, excom-
municetur. 6
- Vt dicecāni clerici septimanas teneant, &
die sabbato omnes in vnum cōueniant. 7
- Vt annis singulis episcopi dicecēsim visitēt,
& nō plus quàm tertiam partem de paro-
chijs accipiant. 8
- De clericis & ostiarijs, qui adulteris mulieribus
admiscentur, vt prohibeantur. 9
- Vt nullus episcopus pro iudicijs munera ac-
cipiat. 10
- Vt monachus missus alicubi, ministeriū cler-
icatus agere non præsumat, nec negocia-
tor existat. 11
- Vt si episcopus intestatus obiērit, inuentari-
um de rebus eius clerici faciant, & nullus
exinde aliquid auferat. 12
- Vt episcopus dicecānos presbyteros, & quos-
dam ex laicis, moneat literis cōuenire. 13

CONCILII TARRACONENSIS decem episcoporum, pro cōmuniū:

In nomine Christi habita synodus Tarracōne,
anno sexto Theodorici regis, cōsula-
tu Petri, sub die octauo Idus Nouēb. *An-
tiquorum patrum statuta de his censuisse vi-
dentur, quæ in tempore aut ad illos *relata
peruenerunt, aut acta certē testimonio pro-
prio comprobauerunt. Cuius rei & nos se-
quentes exemplum, illa, quæ nunc sunt, pla-
cuit obseruāda decernere, vt præterita, absq;
ambage custodiantur: & præsentia, hac ob-
seruatione sint firma. Igitur cum in vnum
pariter conuissimus in vrbem Tarracōnē-
sem, quæ est metropolitana obseruantissimē
fundata, titulos *supra annexos conscrip-
simus obseruandos.

Capitulum primum.

De his, quibus cura pro paratele proximi-
tate haberi permittitur, ea cautela
earum necessitates sustineant, vt pietatis be-
neficia, quæ eis sunt necessaria, à longius præ-
beant. Ipsi verō pro visendis eis, cum ingressi
fuerint, celeri salutatione recurrant, nec ibi
faciant mansionem. Qui tamen cum ad earū
visitationem pergunt, testem solatiij sui, fide
TOM. 2.

& ætate probatum, adhibeant secum. Si quis
hæc à nobis statuta contempserit, si clericus
est, loci sui dignitate priuetur: si verō religi-
osus vel monachus, in cella monasterij inclu-
sus, pœnitentiæ laments incumbat, vbi sin-
gulari afflictiōe panis & aquę victum ex ab-
batis ordinationē percipiat.

2. Canonum statutis firmatum est, vt qui
cunque in clero esse voluerit, emendi vilius,
vel vendendi carius studio non vtatur: Certē
si hæc voluerit exercere, cohibeatur à clero.

3. Si quis clericus solidum in necessitate
præstiterit, hoc de vino vel frumēto accipiat,
quod mercādi causa, tempore statuto decre-
tum fuerit venundari. Cæterum, si speciem
nō habuerit necessariam, ipsum quod dedit,
sinē vilo augmento recipiat.

4. Nullus episcoporum, aut presbytero-
rum, vel clericorum, die Dominico propo-
situm cuiuscunq; causæ negocium audeat iu-
dicare, nisi hoc tantum, vt Deo statuta solen-
nia peragant. Cæteris verō diebus, conueni-
entibus personis, illa, quæ iusta sunt, habeant
licentiam iudicandi, exceptis criminalibus
negocijs.

5. Si quis in metropolitana ciuitate non
fuerit episcopus ordinatus, postea quàm sus-
cepta benedictiōe per metropolitani literas
honorē fuerit episcopi adeptus, id opti-
mum esse decreuimus, vt postmodum, statu-
to tempore, id est impletis duobus mēsi-
bus, se metropolitani sui repræsentet ad spectib;
vt ab illo monitis ecclesiasticis instruat, ple-
nius, quid obseruare debeat, recognoscat.
Quod si fortē hoc implere neglexerit, si syn-
odo increpatus à fratribus, corrigatur. Et si
fortē infirmitate aliqua (nē hoc impleat) fu-
erit præpeditus, hoc suis literis metropoli-
tano indicare procuret.

6. Si quis episcoporum cōmonitus à me-
ropolitano, ad synodum, nulla graui inter-
cedente necessitate corporali, venire cōtem-
pserit, sicut statuta patrum *censuerunt, vsq;
ad futurum concilium, cunctorū episcoporū
charitatis communione priuetur.

7. De dicecānis ecclesijs, vel clero id pla-
cuit diffiniri, vt presbyteri vel diaconi, q; ini-
bi constituti sunt, cū clericis septimanas ob-
seruent, i: vt presbyter vnā faciat hebdoma-
dam: qua expleta, succedat diaconus ei simi-
liter, ea scilicet conditione seruata, vt omnis
clerus die sabbati ad vesperā sit paratus, quō
facilius die Dñico solēntas cum omniū præ-
sentia celebretur: itā tamē, vt omnibus diebus
vesperas & matutinas celebrēt: quia defisten-
te clero, quod est pessimū, cōperimus in ba-
silicis nec luminaria ministrari. Si qui sanē
negligentiæ vitio hæc implere noluerint, no-
uerint, se secūdum statuta canonū, pro mo-
do psonarū, canonicę disciplinę subdēdos.

8. Multorum casuum experientia magi-
strate, reperimus nōnullas dicecānas eccle-
sias esse destitutas. Ob quam rem hac consti-
tutas esse destitutas. Ob quam rem hac consti-
tutas esse destitutas.

BB 2 tu-

tutione decreuimus, vt antiq[ue] consuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus ab episcopo diocesefis visitentur. Et si qua forte basilica reperta fuerit destituta, ordinatio ipsius reparari precipiatur: quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionem, vt accipiatur, ab episcopis nouimus statutum.

9 Si quis lektor, adulteræ mulieris voluerit misceri vel adhærere consortio, aut relinquat adulteram, aut à clero habeatur extraneus. Simili sententia ostiariorum lasciuiua punietur.

88. q. 2. Obseruandum quoque.

10 Obseruandum quoque decreuimus, nè quis sacerdotum vel clericorum, more secularium iudicium audeat accipere pro impensis patrocinijs muneris, nisi forte in ecclesijs oblata gratuito, quæ non fauore muneris videantur accepta, sed collatione deuotionis illata. Quod si quis ista probatur accipere, veluti exactor fœnoris aut vsurarum possessor, secundum statuta patrum se nouerit degradandum.

16. q. 1. Monachi à monastio.

11 Monachi à monasterio foras egredientes, nè aliquod ministeriũ ecclesiasticũ præsumant agere, prohibemus, nisi forte cum abbas imperio. Similiter, vt nullus eorum, id est, monachorum, foras negotij susceptor vel executor existat, nisi quod monasterij exposcit utilitas, abbate sibi nihilominus imperate, canonum ante omnia Gallicanorum de his constitutione seruata.

22. q. 5. Sicubi defuncti breuiter.

12 Sicubi defunctus fuerit episcopus interstus, post defunctionem eius à presbyteris & diaconibus de rebus ipsius inuentarium fideliter conscribatur, à minimo vsq; ad maximum, id est, de vtenilibus vel omni suppellectile: ita tamẽ, vt si quis exinde vel præsumpsisse aliquid, vel occulte fuerit tulisse conuictus, secundum furti tenorem restituat vniuersa.

11.

13 Epistolæ tales per fratres à metropolitano sunt dirigendæ, vt non solum è cathedrali ecclesiæ presbyteris, verum etiam de diocesefanis ad concilium trahant, & aliquos de filijs ecclesiæ secularibus secum adducere debeant. Ioannes in Christi nomine episcopus Tarraconensis ciuitatis, constitutionibus à nobis conscriptis subscripsi. Paulus in Christi nomine episcopus in Tirraconensi ciuitate, subscripsi. Hector episcopus Carthaginensium metropol. subscripsi. Fortunianus subscripsi. Agricus in Christi nomine episcopus Gerundenſis ciuitatis, subscripsi. Oruntius in Christi nomine episcopus Eliberitanæ ciuitatis, subscripsi. Vincentius in Christi nomine Episcopus Casaraugustanæ ciuitatis, subscripsi. Vrsus in Christi nomine episcopus Dertofanæ ciuitatis, subscripsi. Cinidius in Christi nomine episcopus Ausonensium ciuitatis, subscripsi. Nibradius in Christi nomine minimus sacerdotum ecclesiæ & Egerensium minister, constitutioni sanctorum canonum subscripsi.

*Emidius.

*Bigerræ.

TOM. 2.

¶ Decretum eiusdem Tarraconensium concilij, ex Gratiano desumptum, quod scribitur esse cap. 6. nec tamen habetur inter priora capitula, scilicet:

¶ Secundo aut vel tertio nullus confirmetur. De eod. dist. 5. dist. est, & in decret. tuo. lib. 1. & in co. libro. rum 16. li. 4. cap. 6.

¶ Dicitur est nobis, quod quidam de plebe bis vel ter, vel eo amplius episcopis ignorantibus, tamen ab eisdem episcopis confirmantur. Vnde visum est nobis, eandem confirmationem, sicut nec baptismum, iterari minime debere: quia bis vel ter, vel amplius, baptizatos aut confirmatos, non seculo, sed soli Deo, sub habitu regulari vel clericali religiosissime famulari, decretum est.

Finis decretorum Tarraconensium concilij.

DECRETA GELASII PAPA I.

Ex libro pontificali.



Elasius natione Apher, ex Anno Domini 494. patre Valerio, sedit annos 4. menses 8. dies 18. Fuit autem tempore Theodoricus regis, & Zenonis Augusti. Huius temporibus inuenti sunt Manichei in vrbe Roma, quos in exilio deportari precepit, quorum quoque codices ante fores basilicæ sanctæ Mariæ incendio concretauit. Hic sub gesta synodica, cum fletu & sub satisfactioe libelli purgatum Mefenũ episcopum reuocauit, quẽ & ecclesiæ suæ restituit, quẽ peccauerat in causa Acacij & Petri. Hic fuit amator cleri & pauperum, & clerum ampliauit. Hic liberauit à periculo famis ciuitatem Romanam. Hic fecit constitutum de omni Ecclesiæ huius temporibus iterum venit relatio de greçia, eod. quod multa mala & homicidia fieret à Petro & Acacio Constantinopolitano. Eodem tempore fugiens Ioanes Alexandrinus episcopus catholicus, venit Romam ad sedem Apostolicam. Quem B. Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & secundam sedem prebuit. Ipsi temporibus fecit synodum, & misit per tractum Orientis, & iterum damnauit in perpetuum Acacium & Petrum, si non poenitentes, sub satisfactioe libelli postularent poenitentiam, secundum humanitatem primæ sedis Ecclesiæ. Hic dedicauit basilicam sanctæ Euphemie martyris in ciuitate Tiburtina, milliaro 20 ab vrbe. Dedicauit autem & basilicas alias sanctorum Nicadri & Eleutherij & Andree, via Lauicana in fundo in villa pertusa. Fecit autem & basilicam S. Marię via Laurentina in fundo Crispini, milliaro ab vrbe 20. Hic fecit 5. libros aduersus Nestorium & Eutychem, quod hodie in bibliotheca & archiuo Ecclesiæ continentur. Fecit & hymnos in modum B. Ambrosij episcopi. Item duos libros aduersus Arrium. Fecit etiam & sacramentorum præfationes & orationes cauto sermone, & epistolas fidei elimato sermone. Multum sub huius episcopatu clerus creuit. Hic fecit ordinationes duas in vrbe roma per menses Febru-

Febru-

Februarium & Decemb. presbyteros 32, diaconos duos, episcopos per diuersa loca numero 67. Qui etiam sepultus est in basilica B. Petri apostoli xi. Kalen Decemb. Et post obitum eius cessauit episcopatus dies 7.

DECRETALIS SEQUENTIS GELASII PAPA I. tituli.

De institutis ecclesiasticis, moderatè pro temporis qualitate dispositis. 1

Vt, vbi nulla perurget necessitas, constituta patrum inuoluta seruentur. 2

Vt, cum defuerint clerici, de monachis eligantur. 3

Vt, si de laicis eligantur ad clerum, quantum temporis obseruetur. 4

De digamis, alijsq; personis, qui ad ministerium clericatus nullatenus applicantur. 5

Vt ab episcopis sine preceptione Papæ, noua basilica non dedicentur. 6

Vt nulla precia de baptizandis consignandisq; fidelibus exigantur. 7

De presbyteris, vt nihil de his, quæ sunt episcoporum, præsumant. 8

Vt diacones mensuram propriam, iuxta patrum decreta, custodiant. 9

Quod diaconi in presbyterio residere non possunt. 10

Quod Apostolica sedes paternos canones pio studio, deuotèq; custodiat. 11

Vt præter paschale tempus vel pentecostes, nemo baptizare præsumat. 12

De presbyterorum & diaconorum ordinationibus, certis temporibus celebrandis. 13

De virginibus sacris, quando velentur. 14

Vt vidua non velentur. 15

Vt serui, obtentu religionis nõ suscipiantur in clerum, vel in monasterium. 16

Vt clericis nullas negociationes inhonestas & turpia lucra sciantur. 17

Vt nemo literas nesciens, vel aliqua parte corporis imminutus, ad clerum, promoueat. 18

De his, qui seipfos abscondunt. 19

De criminosis, vt ad clerum non prouehantur. 20

*demoniacis.

Quod & demonijs, alijsq; passionibus irretitis, ministeria sacra tractare non liceat. 21

Quod hi, qui sacris virginibus se sociant, & foedera incesta commiserunt, communicare non possunt, nisi publicam poenitentiam gesserint. 22

Quod vidua (vt supra dictum est) non velentur, sed si professam continentiam, proposito mutato, calcauerint, ipsæ pro se rationem Deo reddant. 23

Quod secunda coniugia secularibus non negentur, quibus tamen ad clerum minime venire conceditur. 24

Vt si quis susceperit ecclesiæ propriæ desertorem, & in aliquam prouexerit dignitatem, vterq; subiaceat sententiæ, quam canones præfixerunt. 25

De laicis vel monachis, qui per præmium ordinantur.

De laicis vel monachis, qui per præmium ordinantur.

TOM. 2.

dinantur, vt dantem & accipietem Simonis Magi crimen inuoluat. 26

Vt nulla basilica, sub defunctorum constituta nomine, dedicetur. 27

De fœminis, vt sacris altaribus nõ ministrèt, vel aliquid ex his, quæ virorum sunt officijs deputata, præsumant. 28

De redditibus ecclesiæ vel oblatione fidelium, vt quatuor portiones fieri debeant. 29

Vt episcopus, presbyter, & diaconus, qui contra hæc constituta fecerit, sui honoris periculo subiaceat. 30

EPISTOLA GELASII PAPA I.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis, per Lucaniam & Brutios & Siciliam constitutis, Gelasius:

Capitulum primum.

Necessaria rerum & dispensatione constringimur, & Apostolicæ sedis moderamine conuenimur, sic canonum paternorum decreta librare, & retrò præfulu decessorũq; nostrorum præcepta metiri, vt quæ presentium necessitas temporum restaurandis ecclesijs relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus: quod nec in totum formam veterum videamur excedere regularũ, & reparandis militiæ clericalis officijs, quæ per diuersas Italiae partes, ita belli famisq; consumpsit in curio, vt in multis ecclesijs (sicut fratris & cõepiscopi nostri Ioannis, Rauennatis ecclesiæ sacerdotis, frequenti relatione cõperimus) vsque quæquæ deficiente seruitio ministrorũ, nisi remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus antiquitũs interualla præfixa remaneant (sine quibus administrari nequeat) sacris ordinibus ecclesiæ funditus destituta: atque in plurimis locis, per inopiam competentis auxilij, salutare subsidium redimendum desit animarum: nosq; magno reatu, si tanto coarctante periculo, non aliquatenus consulamus, innocenti.

for. in

*videamur

2 Priscis igitur pro sua reuerentia manentibus constitutis, quæ, vbi nulla vel rerum, vel temporũ perurget angustia, regulariter conuenit custodi, eatenus ecclesijs, quæ vel cunctis sunt priuatè ministris, vel sufficientibus vsque aded despoliatæ seruitijs, vt plebibus ad se pertinentibus diuina munera supplere non valeant, tam instituendi, quàm promouendi clericalis & obsequij sic spatia dispensanda concedimus:

3 Vt si quis etiam de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus, ad clericale munus accedat, in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo grauifacino reprobatur infectus, si secundam non habuit fortassis vxorem, nec à marito relicta fortassis nõ gessit, nec vlla corporis parte vitiatũs apparet: si seruilis aut originariæ nõ est conditioni obnoxius: si curiæ iam probatur

BB 3 next

nexibus absolutus: si affectus est literas, sine quibus vix fortassis ostiarij possit implere ministerium: vt si his omnibus, quae sunt praedicta, fulcitur, continuo lector vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres menses existat acolythus, maxime si huic etas etiam suffragatur: sexto mense subdiaconi nomen accipiat: ac si modesta conuersionis, honestaque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter: cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta doceatur praestitisse deuotio.

4 Si vero de laicis quispiam ecclesiasticis est aggregandus officijs, tanto sollicitius in singulis, quae superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinari personam, quantum inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis: quia utique conuenientia ecclesiae ministeria reparanda sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod sacris aptum possit esse seruitijs, in eorum quaerendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerant haec assequenda, decerpitur: vt mori habere doceatur hoc prohibitum, quod prolixior consuetudo non contulit: ne per occasionem supplende penuriae clericalis, vitia potius diuinis cultibus intulisse, non legitima familiae computemur procurasse compendia: quorum promotionibus, super anni metas, sex menses nihilominus subrogamus: quoniam (sicut dictum est) distare conuenit inter personam diuino cultui deditam, & de laicorum conuersione venientem. Quae tamen eatenus indulgentia credidimus, vt illis ecclesijs, quibus infestatio bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanserunt, ministeria renouentur: quatenus his Deo propicio restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum veteris forma seruetur: nec contra eius vlla ratione praeualeat, quod pro accidentis defectus remedio prouidetur, non aduersus scita Maiorum noua lege proponitur: caeteris ecclesijs ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas, pristinam faciendis ordinationibus conuenit tenere sententiam. Quo magis hac opportunitate commoniti, obseruantiam venerandorum canonum propensius delegamus, singulorum graduu conscientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur excessus.

5 Nec fas esse confidat quisque pontificum, bigamos, aut coniugia fortientes ab alijs derelicta, siue quolibet post penitentiam, vel sine literis, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiae publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discusso, diuinis seruituros applicare mysterijs: neque pro suo libitu iura studeant aliena peruadere, absque sedis Apostolicae iusta dispositione mandante.

TOM. 2.

6 Basilicas nouiter institutas, non petitis ex more praeciputionibus, dedicare non audeant: nec ambiant sibi met vindicare clericos potestatis alienae.

7 Baptizandis, consignandisque fidelibus precia nulla praefigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes: quoniam quod gratis accipimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil a praedictis prorsus exigere moliantur, quod vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione reuocati, redemptionis suae causas adire despiciant, certum habentes, quod qui prohibita depræhensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, pericullu subituri proprij sint honoris.

8 Nec minus etiam presbyteros vltra modum suum tendere prohibemus: nec episcopali fastigio debita, sibi met audacter assumere: non conficiendi chrismatis, non consignationis pontificalis adhibenda sibi met arripere facultatem: non, praesente quolibet antistite, nisi fortassis iubentur, vel orationis, vel actionis sacrae supplendae sibi praesumat esse licentiam: neque sub eius adipectu, nisi iubeantur, aut sedere praesumant, aut veneranda tractare mysteria. Nec sibi meminerint vllam ratione cedere, sine summo pontifice, subdiaconum aut acolythum ius habere faciendi: nec prorsus addubitent, si quicquam ad episcopale ministerium specialiter pertinet, suo motu putauerint exequendum, continuo se presbyterij dignitate & sacra communione priuari. Quod fieri necesse est, censeamus, si eorum praesule deferente, huiusmodi fuerit praeruaricatio comprobata, nec ipso eorum episcopo a culpa conuenientiae & vltione vacaturo, si immoderata facientem dissimulaerit vindicare.

9 Diaconos quoque propriam constitutum seruare mensuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum, quippiam tentare permittimus: nihil eorum penitus suo ministerio applicare, quae primis ordinibus propriè decreuit antiquitas. Absque episcopo vel presbytero baptizare non audeant, nisi praedictis fortasse officijs longius constitutis, necessitas extrema compellat. Quod & laicis Christianis facere plerumque conceditur.

10 Non in presbyterio residere, cum diuina celebrantur, vel ecclesiasticus habetur quicunque, tractatus. Sacri corporis prerogatione, sub conspectu pontificis seu presbyteri, nisi his absentibus, ius non habeat exercendi.

11 Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnoperè custodire nitamur, ac sine eorum dispendio etiam illa, quae pro alicuius utilitatis compendio fortasse videantur laxanda, credamus: cumque nobis contra salutarium reuerentiam regularum cupiamus temerè nihil licere, & cum sedes Apostolica superior his omnibus, fauente Domino, quae paternis canonibus sunt praefixa,

De cōf. dist. 1. Basilicae no.

1. q. 1. Baptizandi

Math. 10. a

dist. 97. Praesbyteros

venerabili

dist. 93. Diaconos

nic. cō. c. 14

De cōf. dist. 1. Basilicae

dicamus

praefixa, pio deuotoque studeat tenere proposito: satis indignum est, quaequam vel pontificum, vel ordinum subsequendum, hanc obseruantiam refutare, quam B. Petri sedem & sequi videat, & docere: satisque conueniens sit, vt totum corpus Ecclesiae in hac sibi met obseruatione concordet, quam illic vigere conspiciat, vbi Dominus Ecclesiae totius posuit principatum, dicente scriptura: Ordinate in me charitatem. Et item: Omnia cum ordine fiant. Atque iterum Psalmista praedicat: Circundate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius: Ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite gradus eius, vt enarretis in progenies alteras: quoniam hic est Deus Deus noster in aeternum, & ipse reget nos in seculum: Hic proculdubio, qui in ecclesiasticarum narratur altitudine dignitatum, & in cuius virtute bonis operibus corda ponenda sunt, gradibus utique distributis, cunctis Deus noster & rector populis praedicandus est Christianis: vbi nemo sibi met aliquid iam existimet imminutum, cum & de vniuscuiusque gradus perfectione nihil deperit, & conuenienter retinendo, quod caelesti dispensatione collatum est, pariter nobis & cognoscibilem Deum fieri, & tributis esse rectorem. Nam & si quid indulgetur de temporum quantitate, moribus aggregata strenuitate praestatur: si vitia iam proposito continetur, quod protelata fuerat aetate curandum, dummodo illa nullatenus dissimulata subrepant, quorum quodlibet si inesse claruerit, merito clericalibus infulis reprobabilem conuincat esse personam. Et si illa nonnunquam sineda sunt, quae, si caeterorum constet integritas, sola nocere non valeant: illa tamen sit magnoperè praecauenda, quae recipi nisi manifesta decoloratione non possint. Ac si ea ipsa, quae nullo detrimento aliquoties indulgentia creduntur, vel rerum temporumque cogit intuirus, vel accelerata prouisione respectu excusant: quanto magis illa nullatenus mutilada sunt, quae nec vlla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas?

Matth. 16. s

Cant. 2. s 1. Cor. 14. g Psal. 47.

1. q. 7. Et si illa.

De cōf. dist. 4. Baptizandi

Di. 75. ca. fi.

20. q. 1. De uotis

aut in apostolorum natalitijs sacrum minime velamen imponant, nisi forsitan (sicut de baptisate dictum est) graui languore correptis, ne sine hoc munere de seculo exeant, implorantibus non negetur.

15 Viduas autem velare, pontificum nullus attetet, quod nec auctoritas diuina delegat, nec canonum forma praestituit. Non est ergo penitus vsurpandum: eisque sic ecclesiastica sunt ferenda praesidia, vt nihil committatur illicitum.

16 Generalis etiam querela vitanda praesumptio est, qua propemodum causantur vniuersi, passim seruos & originarios, dominorum iura possessionumque fugientes, sub religiose conuersionis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conuenientibus quoque praesulibus, in differenter admitti: quae modis omnibus est amouenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum, aut aliena peruadi, aut publica videatur disciplina subuerti, praecipue cum nec ipsam ministerij clericalis haec obligatione suscipi conueniat dignitate, cogaturque pro statu militantium sibi conditioque iurgare, aut videri (quod absit) obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum qui monasterijs praesesse noscuntur, huiusmodi personas apud se tenentes, non restituedas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticae seruituti, vel religiosi congregationibus putauerint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum, sub scripturae testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se honoris proprii non ambigant communionisque subituros, si super hac re cuiusquam verax nos querela pulsauerit. Magnis quippe studijs, secundum beatum Apostolum, praecauendum est, ne fides & disciplina Domini blasphemetur.

Dist. 54. Generalis

1. Tim. 6. a

Dist. 88. cōsequens. In can. apo. ca. 44. Et Nic. cō. ca. 17. ut Laodic. ca. 15. Mar. 2. b

1. Tim. 2. a

Psal. 70.

14. q. 4. Cle.

Luc. 19. g

12 Baptizandi sibi quisquam passim quocunque tempore nulla credat fidutiā, praeter paschale festum & petecostes venerabile sacramentū, excepto dūtaxat grauissimi languoris incursum: in quo verendum est, ne morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortassis aegrotans exitio praeventus abscedat.

13 Ordinationes etiam presbyterorum & diaconorum, nisi certis temporibus & diebus, exercere non audeat, id est, quarti mensis ieiunio, septimi, & decimi, sed & etiam quadragesimalis iniiij, ac mediana quadragesimae die, sabbati ieiunio circa vespere nouerint celebradas. Nec cuiuslibet utilitatis causa, seu presbyterum seu diaconū his praefere, qui ante ipsos fuerint ordinati.

14 Deuotis quoque Deo virginibus, nisi aut in Epiphaniarū die, aut in albis paschalibus,

TOM. 2.

BB 4 18

Dist. 36. Illiteratos.

Leui. 21. c. Deuter. 17.

1. q. 7. Si qui vel propria

Nicene synodi ca. 1. Et in ca. apostoloru, ca. 23.

1. Tim. 5. d.

Niceni concilij ca. 9. & 10.

Dist. 35. V. q. 3. adeo.

Roma. 14. c.

Leui. 21. c.

18 Illiteratos quoque, & nonnulla parte corporis imminutos, sine vlllo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire seruitium. Quod simul antiqua traditio, & Apostolicæ sedis vetus forma non recipit: quia hæc literis carens, sacris esse potest aptus officijs, & vitiosum nihil prorsus DEO offerri legalia præcepta sanxerunt. Itaque decetero modis omnibus hæc vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum. Si qui verò vel temeritate propria, vel incuria præsentium tales ante suscepti sunt, in his, quibus constituti sunt, locis eatenus perseuerent, vt nihil vnquam promotionis accipiant: satisque habeant, hoc ipsum sibi pro nimia miseratione permissum.

19 De his autem, qui seipfos abscondunt, paterni canones euidenter sequenda posuerunt, quorum tenorem sufficiat indidisse. Dicunt enim, talia perpetrantes, mox vt agniti fuerint, à munere clericali debere secludi. Quod modis omnibus custodire nos cõuenit, quia fas esse nulli suppeditat, quicquam pter illa, q̄ memorabilis decreuit forma, censere.

20 Comperimus etiã horrendis quibusdam criminibus implicatos, tota discretionem submota, non solum de factis atrocibus necessariam penitentiam non habere, sed nec aliqua correptione penitus succedente, ad diuinum ministerium honoremq; contendere. Nonnullos autem etiã in ipsis ordinibus constitutos, grauib; delinquentes facinoribus, non repelli, cum & Apostolus clamet, nemini citò manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis: & maiorum veneranda constituta pronunciant, huiusmodi, etiã si fortè subreperint, tam qui ante peccauerunt, detectos oportere repelli, quã sacrę professionis oblitos, præuaricatoresque sancti propositi, proculdubio submouendos.

21 Vsq̄quædò sanè comperimus, illicita quæque prorumpere, vt dæmoniis similibusque passionibus irretitis, ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si in hoc opere positis aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis de sua fidelium salute confidet, vbi ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari? Atque idèò necessariò remouendi sunt; nè quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scâdalum generetur infirmis. Postremò, si corpore sciatur forsatis aut debile, nequaquam sancta contingere lex diuina permittit: quanto magis doni celestis dispensatores esse nõ cõuenit, quod est deterius, mente percussos?

22 Virginibus autè sacris temerè se quoddam sociare cognouimus, & post dicatũ neo propositum, incesta scedera sacra legaque miscere. Quos protinùs equum est à sacra communione detrueri, & nisi per publicam probatamque penitentiam, omninò non recipi: sed tamen his viaticum de seculo transe-

untibus, si tamen penituerint, non negetur.

23 Nam de viduis sub nulla benedictione velandis, superius latius duximus differendum. Quæ si propria voluntate professam pristini coniugij castitatem mutabili mente calcauerint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare, quia (iuxta apostolum) primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum Apostolum, nullatenus nubere vetabantur, sic, habitã fecũ liberatione, promissam deo pudicitia fidem debuerunt custodire. Nos autem talibus nullum laqueum debemus iniicere, sed solum adhortationes premij sempiterni, pœnasque proponere diuini iudicij, vt & nostra sit absoluta cõscientia, & illarum pro se rationem deo reddat intentio. Cauendũ est q̄ de earũ moribus actibusque beatus Paulus apostolus testatur, quod planius exponere præterimus, nè sexus instabilis non tam detererri, quã admoneri videatur.

24 Secundas nuptias sicut secularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale finitur venire collegium. Alia est enim humanæ fragilitati generaliter concessa licentia, alia debet esse vita, diuinarum rerum seruitio dedicata.

25 Quisquis propriæ desertor ecclesiæ, nullis existentibus causis, ad aliam putauerit transeundum, temereque susceptus fuerit & promotus: reuerendorum canonum vel ipse vel receptor eius atque prouector, constituta non effugiet, quæ de huiusmodi præsumptoribus præfixere seruanda.

26 De monachis laicisque, in prima copiosius præceptionis huius parte digestum est, quæ vel quatenus his pro rerum, temporumque necessitate concessa sint, vel quemadmodum, vbi nullius necessitatis interesse probatur, nõ nisi vetus institutio debeat custodiri. Quos verò constiterit indignos meritis, sacrã mercatos esse precio dignitatem, conuictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes: quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, inuoluit.

27 De locorum consecratione sanctoru, quauis superius strictim fuerit comprehensum, nobis quoque patefactum est, quod absque præcepto sedis Apostolicæ, nonnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare præsumant: hoc sumus tamen indicio detestabilis ore permoti, quod in quocunque nomine defunctorum, & (quantum dicitur) nec omninò fidelium, constructiones edificatas sacris processionibus audacter instituire memorantur. Quæ quoniam tam acerba, tam dura sunt, vt eadem vix noster ferre possit audire, si reuerã Christianitatis affectus in illis regionibus certus & fixus est, & districtius ista querantur, & à quibus fuerint gesta, prodantur: quoniam sicut latentibus in hac atrocitate

1. q. 1. De viduis.

1. Tim. 5. b.

1. Cor. 7. b.

*quod

1. Timot. 5. b.

1. Cor. 7. g.

Nic. cõc. ca. 15. & 16. ca. 15. Et Chal. conc. ca. 20. et Antioch. ca. 3. Sup. c. 2. & 3. Et in can. apo. ca. 30. et in Chal. c. 2.

1. q. 1. Quos constiterit

Actio. 8. c.

De cons. di. 1. ne locor. Isti de. c. 66.

Eccle. 19. a.

1. q. 1. Quatuor autem

nomibus, non extat in quem sententia debita proferatur, ita cum manifestis fuerit documentis expositis, quæ tanti sceleris poscit immanitas, non effugiet vllatenus vltionem.

28 Nihilominus impatiens audiuimus, tantũ diuinarũ rerũ subisse despectum, vt fœminæ sacris altaribus ministrare ferantur: & cuncta, quæ non nisi viro rum famulatu deputata sunt, sexum, cui nõ cõpetit, exhibere: viso quod omnium delictorum, quæ sigillatim perstrinximus, noxa omnis & crimẽ eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel cõmittentes minime publicando, prauis excessibus se fauere significant: si tamẽ sacerdotũ iam sint vocabulo nuncupãdi, qui delegatum sibi religionis officij sic prosterne molunt, vt in peruerfa quæq; prophanaq; decliues, sine vlllo respectu regulæ Christianæ, precipita funesta sectentur. Cumq; scriptũ sit, minima qui spernit, paulatim decidit: quid est de talib; existimandũ, q̄ immensis ac multiplicibus prauitatũ molib; occupati, ingentẽ ruinã multimodis impulsio nibus ediderunt, q̄ nõ solum ipsos videatur obruere, sed & ecclesijs vniuersis mortiferã, si non sanentur, inferre perniciẽ? Nec ambigãt, q̄ hæc ausi sunt exercere, sed etiã, q̄ hæc tenus cognita siluerũt, sub honoris proprii se iacere dispendio, si nõ quanta possunt celeritate festinent, vt lætalia vulnera competenti medicatione curentur. Quo em̄ more teneãt iura pontificũ, q̄ pontificalibus excubijs eatenus iniuncta dissimulãt, vt contraria domui dei, cui p̄sident, potius operentur? Qui quantum apud Dñm possent, si non nisi conuenientia procurarẽt, tantum quid merent, adspiciãt, cum execrabili studio sectentur aduersã. Et quasi magis hæc regula sit, qua ecclesię debent gubernari, si quicquid est ecclesiasticis inimicum regulis, perpetratur, cum & si cognitos habuit canones vnusquisque p̄tificum, intemerata debuerit tenere custodia. Et si forsitan nesciebat, cõsulere sidẽter oportuerit scientem. Quo magis ex cufatio nulla succurrit errantibus: quia nesciẽs, proposuit seruare quod nouerat, nec ignorãs curauit nõ esse quod gereret.

29 Quatuor autẽ tam de redditu, quã de oblatiõne fidelium, prout cuiuslibet ecclesię facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, conuenit fieri portiones. Quarum sit vna p̄tificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, sicut sacerdotis intererit, integrã ministris ecclesiæ memoratã depẽdere quantitatem, sic clerus vltra delegatã sibi summã nihil insolenter nouerit expetendum. Ea verò, quæ ecclesiasticis edificijs attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris edibus destitutis, in lucrum suum præful impendia, his designata, cõuertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperi-

bus portionem, quauis diuinis rationibus se dispensasse mōstraturus esse videatur, tamen iuxta quod scriptũ est, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est, oportet etiã præsentis testificatione prædicari, & bonæ famæ præconijs non taceri.

Matth. 5. b.

30 Quapropter nec clericorum quisquã se huius offensæ futurum confidat immunẽ, si in his, quæ salubriter sequẽda deprõplim, siue episcopi, siue presbyterũ, siue diaconũ viderit excedentem, non protinùs ad aures nostras deferre curauerit, probationib; dũtaxãt cõpetenter exhibitis, vt trasgressoris vltio, fiat & ceteris interdictio delinquẽdi. Si verò modis omnibus erit vnusquisque pontificũ ordinis & honoris elisor, si cuiquam clericorum, vel ecclesiæ totiã auditui hæc putauerit suppressẽda, data 5 Idus Martij, Asterio & Præsidio viris clarissimis consulibus, et alia manu, Deus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

2. q. 2. Quapropter. Et in can. apostoloru ca. 40. 41. Et in Antioch. cõp. 25.

EPISTOLA EIVSDEM AD Siculos.

De benè regendis rebus ecclesiæ ab episcopis.

Detricenali præscriptione.

CAPITVLVM I.

Gelasius Romanæ Ecclesiæ episcopus, dilectissimis & in Christi charitate vnanimiter cõnexis fratribus episcopis, qui in Sicilia sunt constituti. Præfulã authoritas nostrorũ emanauit, vt facultates ecclesiæ episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamen, vt viduarum, pupillorum atque pauperum, necnon & clericorum, stipendia distribuere debeant. Hoc eis etiã statimũs dari, quod hæc tenus decretum est. Reliquũ sibi episcopi vindicẽt, vt (sicut antè dixim) peregrinorum atque captiuorum largitores esse possint.

16. q. 3. Præfulã autho.

2 Illud etiã annecti placuit, vt si (quod absit) facultates ecclesiæ, necnõ & dicecẽs, quæ ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vindicent, quod tricenalis lex conclusit, quia & filiorum nostrorum principũ ita emanauit authoritas, vt vltra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tẽpus exclusit. Data Idib; Maij, Asterio & Præsidio viris clarissimis consulibus.

13. q. 2. Facultates eccl. Et 16. q. 3. Præfulã aut. 6. Itẽ Gelasius

TOMVS DE ANATHEMATIS vinculo, Gelasij pape.

NE fortè, quod solent, dicant, quod si synodũ Chalcedonẽ admittit, omnia constare debeant, quæ illic videntur esse deprompta. Aut em̄ ex toto eam admitti oportere, aut si ex parte repudiabilis est, firmam ex toto constare non posse. Cognoscant igit illud secundum scripturas sanctas, traditionemque Maiorum, secundum canones regulasque Ecclesiæ, pro fide communi, & veritate catholica & apostolica, pro qua hanc fieri

Abruptum principium Tomi grauis.

fieri sedes Apostolica delegavit, factamque firmavit, à tota Ecclesia indubitater admitti: alia autem, quæ per incompetetem præsumptionem illi prolata sunt, vel potiùs ventilata, quæ sedes Apostolica gerenda nullatenus delegavit, mox à vicarijs sedis Apostolicæ contradicte, manifestum est, q̄ sedes Apostolica, etiã petete Martiano principe, nullatenus approbavit, quæ præsul ecclesiæ Constantinopolitanæ tunc Anatolius, nec se præsumpsisse professus est, & in Apostolicæ sedis antistitis non negavit posita potestate: quæ id eo (sicut dictum est) sedes Apostolica non recepit, quia quæ priuilegijs vniuersalis Ecclesiæ contraria probantur, nulla ratione sustinet. Quid em̄? Quia in libris sanctis, quos utique veneramur & sequimur, quoniã quorundam illic & prophanitates esse feruntur, & scelera gesta narrantur, id eo nobis pariter aut veneranda sunt, aut sequenda, quia in illis sanctis libris & venerabilibus continetur? Sanctus Petrus primus apostolorum, sic existimans noui testamenti gratiam prædicandam, ut à legis veteris non recederet institutis, quædam per simulationem legitur inter Iudæos Gentilesque gessisse. Nunquid id eo aut illa eius sequenda sunt, quæ meritò & coapostolus eius facta redarguit, & postea consequenter ipse vitauit, pariterque assumenda sunt cum his, quæ (ut potè primus apostolus) salubria prædicauit? Nunquidnam aut eius recta doctrina cum his, quæ humanitùs acciderant, repudianda est, aut illa adhuc imbecillis inficitia, cum perfecta eius suscipienda est doctrina? Nunquidnam in ipsorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatè pertineant, posita releguntur? Nunquidnam id eo veritas refutanda est, quia illorum libri, vbi prauitas inest, refutantur? Aut id eo prauilibri suscipiendi sunt eorum, quia veritas, quæ illic inserta est, non negatur? Aut Apostolus: Omnia probate: quæ bona sunt, tenete. Scimus Apostolum etiã de paganorum libris aliqua posuisse. Nunquid id eo etiã cuncta recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prolata? Ipse Apostolus ait, multos prædicatores aliter atque aliter Christum prædicare, vbi licet quocunque modo, Christum prædicatum oportet admitti, tamen non id eo illum morem, quo non rectè prædicatum est, non admonet euitare. Malos operarios ipse conueritur, quorum alia refutanda, alia docet esse sectada. Hæc & huiusmodi exempla nos edocent, & testimonia diuina confirmant, non omnia passim à quocunque dicta, vel vbiunque scripta, indifferenter accipere: sed retentis bonis, quæ noceant, refutare. Peccatori homini mors illata est, & tamen homini IESV CHRISTO mors illata, reum fecit esse diabolu: quia vbi causa mortis non erat, putà peccatum, nõ debebatur & pœna. Sententia præfigitur, vel præfixa est semp̄ errori. Quæ sententia huic errori præfixa, nunquid

Galat. 2. c

1. Theff. 5. d
Acto. 17. e
1. Cor. 15. d
1. Ti. 1. b

Philip. 1. c

TOM. 2.

omnino resoluetur. Sicut em̄, in quãtũ est ipse error, nunquid error esse desistit, sic à sententia præfixa nõquam resoluetur, quia error, qui agnoscitur esse damnatus, & eadẽ, quãdiũ manet error, probatur adstrictus. Itaque, qui in eo errore sunt, sententia erroris obstricti sunt: & quãdiũ in eo manent, nullatenus absoluti sunt, sicut nec ipse, in quo sunt, error absoluit. Error em̄ ipse nunquam veniã pmeretur: sed qui eo veraciter caruerit, atq; ab ei participatione discedit. Quãdiũ ergo in eis est, error damnationẽ suam tenet, nunquamque resoluitur, quia error semper pœnam meretur. Participes verò eius, aut semper sunt & eius pœnæ participes, si in eodem perfare non desinant: aut si ab eodem recesserint, quã alieni facti sunt ab errore, & ab eius participatione discreti, tam & pœnæ ei erunt consequenter alieni. Cũ erranti pœna pfigitur, quãdiũ manet errans, eadẽ pœna constringitur: quia errans, esse non potest sine pœna errati. Hęc eadẽ pœna perpetua est, nunquamque solucnda, quãdiũ errans esse perstiterit. Qui si erras esse destiterit, pœna, q̄ errati est præfixa perpetua, non errati, id est, alteri effecto, quã cui præfixa est, non solum nõ potest esse perpetua, sed nec esse iã pœna. Non est em̄ ipse, cui præfixa est. Erranti em̄ præfixa est, non, non erranti. Quæ enim erranti præfixa perpetua est, & perpetuò constringit errantẽ: nõ errantẽ, nõ potest iam tenere. Sic errati dicta fore perpetua, sit errati dicta nõquam esse solucnda, manet omnino & verè, certumq; est, quod in ea præfixum est: nec potest prorsus absolui, quãdiũ manet præfixa debet errati. nõ errati aut nec pœna potest esse, quæ nõ errati nõ debetur inferri. Nec mutat illa omnino, nec soluit, q̄ debet errati. In suo ergo tenore illa præfixa est, si suo iure nõ potest omnino resolui: in non suo tenore, q̄ esse non potest, iã docetur esse vacuata: & ius illic penitus nõ habere, vbi causam nõ habet existendi. Plene sunt sanctæ scripturæ tali forma iustitia: Dicitur: Pereat peccatores à terra, ita vt nõ sint: vt nõ sint peccatores, vt desistant esse peccatores. In hoc percant, vt esse deficient peccatores. Cæterum si prorsus peccatores, secunduũ prophetæ sententiã, vsquequaque deperirent, vt substantialiter non subessent: q̄ saluari potuissent à redemptore nostro, qui venit non iustos vocare, sed peccatores? Vel de quibus dicit Apostolus: Christus venit in hũc mundũ peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum? Et, cũ peccatores essem, misit Deo filiũ suũ, & cætera huiusmodi? Hic reuera plurimi, etiã substantialiter, perierũt peccatores, in peccatis suis utique permanentes, veraq; in eis sententiã dicta permanens, nõquamq; resoluta est: & tamẽ eadẽ in talibus, quibus præfixa est, permanente perpetua, quodam genere factũ est, vt in talibus nõ vsquequaque manetibus, id est, in peccatis suis nõ vsquequaque durantibus, sententia tamen præfixa

Psal. 103.

* superesset

Luce 5. f
1. Tim. 1. c
Rom. 5. b
& Galat. 1. a

præfixa talib; permaneret. Nam & ipsi pereunt: sed esse peccatores, (vt dictum est), nõ pœnaliter, sed remediabiliter, quodã & ipsi genere p̄ierunt: quodã genere & in ipsis mansit præfixa sententia, donde permanens eos non esse perferret. Completa est & in eis sententia, nec quo tenore peracto permanes illa sententiã pereuntibus peccatoribus, ita vt nõ essent utique peccatores. At ea iã in non peccatoribus, manere non potuit: quia in eis, quibus inflicta non fuerat, ius manendi penitus nõ habebat. Itã nec in suo iure vel tramite vlatenus sententia resoluta est, & eadem in his, quibus inflicta est, pmanete, ab his quæ ab ei iure discreti sunt, aliena, prorsus effecta est: nec in his, salua sui conditione, fas haberet manedi, quibus inflicta nõ erat. Dixit Dñs, quod in sp̄m sanctũ peccantibus nec hic esset, nec in futuro seculo remittendũ. Quãtos aut cognoscimus in sp̄m sanctũ delinquentes sicut hæreticos diuersos, Arrianos, Eunomianos, Macedonianos, ad fidem catholicam reuertetes, & hic remissionem suã percepisse blasphemiar, & in futurum spem sumpsisse indulgentiæ consequendæ? Nec id eo nõ vera est Domini sententia, aut putabit esse vlatenus resoluta, cũ circa tales, si hoc esse permanent, nunquid soluenda persistat, effectus autẽ nõ talibus, non irrogata. Sicut etiã est consequẽter: & illud beati Ioannis apostoli: Est peccatũ ad mortem: non dico, vt oreur pro eo. Et est peccatũ non ad mortem: dico, vt oreur pro eo: est peccatum ad mortem, in eodem peccato manentibus: est peccatum non ad mortem, ab eodem peccato recedentibus. Nullum est quippe peccatũ, pro quo aut non ore Ecclesia remittendo: aut quod, data sibi diuinitus potestate, desistentibus ab eodem, nõ possit absoluere, vel penitentib; relaxare, cui dicitur: Quæcunq; dimiseritis super terram, dimissa erunt & in cælis: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælis. In quibuscunq; omnia sunt, quantacunque sint, & qualiacunq; sint: veraci nihilominus eorum manente sententia, * nunquam soluenda esse denunciatur: in eorũ tenore consistens, non etiã ab hoc eodem potest recedens. Quod etiã in Acacij sententia rationaliter intuentũ est, in qua etiã si ei dictum est, nunquamque soluendus: non est adiectũ tamen, Etiã si respueris, Etiã si ab errore discesseris, Etiã si p̄uaricator esse destiteris. Quapropter in aperto est ita dictum, nunquam soluendus, sed talis scilicet, qualis est & ligatus, non autem talis effectus, qui sicut ligandus nõ erat, sic absolutus esse docebatur. Sicut carebat obligatione, cũ obligationis causa caruisset: sic utique absolute existeret, quatenus & ipse non necessitate dictę sententię, videretur nõ posse quodammodo iam solui * talis effectus, & obligatione carens, fieret absolutus: & circa

100 obscuro

Matth. 12. c

1. Ioan. 5. d

Mat. 16. 8.

* quæ

* nam

TOM. 2.

tales præfixa sententia, nullo modo insolubilis redderetur. Nunquid enim misit, quæsiuit, expetit, & abiectus est? Itaque ipse in se insolubilem fecit esse sententiam, qui talis permanere delegit, qualis veraciter nõ potest absolui: & noluit talis effici, circa qualẽ, permanente sententia circa tales, effectũ non talem, insolubilis sententiã non maneret, quæ circa effectum non talem, non haberet licentiam permanendi. Quo magis (vt dictum est) exemplo atque periculo admoniti, qui eodẽ tenore sunt cõstricti, festinare debent, vt nõ tales esse permanent, quibus sententia illa non soluenda præfixa est, & esse tales incipient, qualibus, non insolubilis præfixa sententia, possit esse solubilis. Quoniam autem effecto non tali, quali non soluenda præfixa sententia est, effecto (inquam) nõ tali, potest solubilis esse sententia: quia iam Acacio, non volenti non talem esse, sicut tali vsque in finem permanenti, permanit in absoluta sententia: itã iam non tali effici non volenti, solubilis non potest esse sententia. Nõne tantos habebat Acacius, quorum exemplum sequi potuisset, antistites, q̄ in Ephesino lapsi latrocinio, quolibet modo in consentionem reciderant prauitatis? Vtique tamen (& si dictum non erat) & perpetuam damnationẽ ferre potuissent, nisi respicentes & nõ tales effecti, quales illic facti fuerant, damnationemque perpetuam merebantur, resolui circa se damnationem, recedentes à perpetuã damnationis causa, meruissent: quam, qui persistere, circa se insolubilem reddiderunt. Nihil interest igitur, nihil differt, vtrum dicatur, nunquam soluendus, an non dicatur: quæ ecclesiastica sententia reos & prauaricatores obligat: quia sicut ei non potest suffragari, q̄ non est dictus nunquam soluendus, sed, si in errore permanerit, insolubilis modis omnibus p̄cuerat: nec potest inde, nisi non talis effectus, absolui: sic cuiquam præiudicare nõ potest, tamen si dictum est, nunquam esse soluendum, manifesta ratione monstrante, quia nunquam sit omnino soluendus, si talis, qualis ligatus est, esse persistat: vel talis utique nõquam soluendus, qualis est obligatus. Non adiecto autẽ, etiã si respiceat & corrigat, patere prorsus & liberum esse non dubium sit, vt non talis effectus, qualis nunquam dictus est esse soluendus, sed talis, qualis non est dictus, nõquam esse soluendus, id est, correctus & emendatus, cõsequenter correctus & possit solui. Notandum, quod quolibet genere blasphemantib; in sp̄m sanctũ, si respiceat & corrigat, & hic eis & in futuro seculo remittatur: nec inde possit Dñi nutare sententiã, q̄ circa tales, utique permanentes, pmanere dicta est, nõ circa nõ tales effectos. Quãdiũ autẽ hoc manet, tales sunt, quibus nõ remittendũ esse præfixum est. Cũ aut ab hoc recesserint, nõ tales efficiunt, qualib; nõ remittendũ esse prædictũ est. Et id eo nõ talib; effectis potest

* talis

De 2. Ephe. sine synodo dicit, quæ prædatoria appellatur.

* absolutus

potest & hinc & in futuro seculo iam remitti. Alioquin (quod absit) frustra videretur Ecclesia huiusmodi sua reconciliatione suscipere. Quia autem frustrari non potest, hoc intellectu modis omnibus, salva Domini sententia, edicendum est, quantum ad nos pertinet, omnino posse. Talis igitur dicitur est Acaius, qualis ligatus est, nunquam esse soluendus. Talis usque in finem esse permansit, talis esse non destitit. Ita talis est hodie, qualis est dictus. Non talis esse iam non potest: nunquam igitur, talis permanendo, soluendus est: qui si talis esse desisteret, nec in non tali permansisset, & nunquam esse soluendum: quia non talis, qualis dictus est nunquam esse soluendus, posset absolui, & non tali nunquam solui recederet, & ideo, ut solui posset, accederet. Quod sedes Apostolica non consensit, nec Imperator imposuit, nec Anatholius vsurpauit. Totumque (ut dictum est) in sedis Apostolicae positum est potestate. Ita quod firmavit in synodo sedes Apostolica, hoc robur obtinuit: quod resutauit, habere non potuit firmitatem: & sola rescindit, quod praeter ordinem congregatio synodica putauerat vsurpandum, non promulgatrix iteratae sententiae, sed cum Apostolica sede veteris executrix. hoc tamen, quod de vno eodemque homine dictum est, siue tali persistente, qualis sententiam competenter accepit, siue non tali effecto, & ab illa sententia, quae non tali non dicta est, absoluto, & in vna quaque ciuitate legitur similiter esse praefixum, & in populo ac gente simul depromptum potius, quae in toto orbe portio est. Idem enim mundus est, qui & periturus est dictus, & sermo DEI non potest excidere, & in ipso mundo nihilominus a prauis intentionibus recedete non promittitur. Sic Tyrus & Beryton, Gaza & Aegyptus pronuntiate sunt periturae, quas postea per euangelium nouimus esse saluatas. Perierunt itaque duplici modo: aut permanentes in eo, quo talem sententiam susceperunt: aut deficientes ab eo, quo tales fuerant, & incipientes esse, quo non tales fuerant: quibus est illa praefixa sententia, ut consequenter ad non tales non pertineret illa sententia, quae non talibus praefixa non fuerat. sic etiam de gente Iudaeorum a Deo etiam per Esaiam prophetam peremptorie veluti pronuntiatum est: Claude oculos eorum, & obtura aures eorum, & videntes non videant, & audientes non audiant, ne quando intelligant, & obdura cor populi huius, ne vnquam conuertantur, & sanem illos. Hinc etiam correctio & emendatio interdicta monstratur, & respiciendi quoque spes prorsus abscinditur. De quo tamen populo apostolos & ecclesiam primitiuam nouimus processisse, & tot millia hominum vna die baptisate fuisse saluata. Ecce & in persistentibus, qualis est illa sententia promulgata, permansit, nec ad correctionem prorsus venire sanitate admitti

for. a non

Hierc. 47. c
Hic. 44. per totum.
Luc. 10. c

Es. 6. c

Acto 2. g

TOM. 2.

funt, sed adiudicati sunt in sua nequitia deperire, & manente diuina sententia, non per ipsorum propriae emendatione, suoque intellectu vel motu, suaque virtute vel possibilitate conuersi sunt, ut sanarentur, sed per gratiam Dei sanati sunt, ut conuertentur. Ne conuertantur, inquit, & sanem eos, ne sua sponte, ne suis operibus, quibus utique confidebant, ne suam iustitiam sectantes, iustitiae Dei non debeant esse subiecti, de suis viribus confidentes, non diuina se misericordiae illuminationeque subdentes. Et ideo inhibetur eis superbiae praesumptionis effectus, ne conuertantur suis intentionibus, suis nihilibus, ut putarent: & sanem eos, ne eorum quasi meritis ex propria facultate venientibus, saluatrix gratia daretur, atque ita gratia iam non esset gratia, si non gratis data esset immeritis, sed merces tanquam meritis restituta. Non ergo ipsi conuertantur, & sanem eos: sed sanati per gratiam, qualiter ad humilitatem Christi conuertantur, agnoscant. Ita in vtrisque, hoc est, & in eo permanentibus, in quo talem sententiam perceperunt, & in saluatis exinde sententia Domini fixa permansit: & tamen illa permanentes, sic eis miro genere sanitas introducta est, ut illa sententia non mutata videretur: sed eadem perdurante, sanitas non illorum confidentia, sed diuino munere proueniret. Quod si haec tectare formidat, nec ad suam pertinere cognoscunt modulum potestatis, cui tantum de humanis rebus iudicare permittitur, non etiam posse diuinis: quomodo de his, per quos diuina ministrant, iudicare presumunt? Fuerint haec ante aduentum Christi, ut quidam figuratiter, adhuc tamen in carnalibus actionibus constituti, pariter reges existerent, & pariter sacerdotes. Quod sanctum Melchisedech fuisse sacra prodit historia. Quod in suis quoque diabolus imitatus est, ut potest qui semper, quod diuino cultui conueniret, sibi imitator tyrannico spiritu vendicare, contedit, ut pagani Imperatores, iudei & maximi pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est eundem regem atque pontificem, vltra sibi nec Imperator pontificis nomen imposuit, nec pontifex regale fastigium vendicauit. Quamuis enim membra ipsius, id est, veri regis atque pontificis, secundum participationem naturae, magnifice vtrunque in sacra generalitate sumptisse dicantur, ut simul regale genus & sacerdotale subsistant, at tamen Christus memor fragilitatis humanae, quod suorum salutis congrueret, dispensatione magnifice temperans, sic actionibus propriis, dignitatibusque distinctis officia potestatis vtriusque discretiuit, suos volens medicinali humilitate saluari, non humana superbia rursus intercipi, ut & Christiani Imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus vterentur, quatenus spiritualis actio a carnalibus distaret in cursibus: & ideo militans DEI O, minimè se negocijs secularibus im-

Roma. 10. a

Roma. 11. a

Gen. 14. d
& Heb. 7. a

1. Pet. 2. a

2. Timor. 2. a

im-

implicaret: ac vicissim non ille rebus diuinis praesidere videret, qui esset negocijs secularibus implicatus, ut & modestia vtriusque ordinis curaretur, ne extolleretur vtroque suffultus, & cõpetens qualitatibus actiõum specialiter professio aptaretur. quibus omnibus ritè collectis, satis euidenter ostenditur, à seculari potestate nec ligari, prorsus, nec solui posse pontificem. Quo manifestius approbat, Alexandrinum Petrum per Imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus absolui: vbi si pontificum quoque sociatur assensus, quaerimus vtrum pesserit, an fuerit subsecutus. Si subsecutus est, nihilominus ad id redit, ut absolutio seculari potestate praecipua, & principaliter inchoata, valere non possit: pontificumque secutus assensus, adulationis potius fuerit, quam legitimae sanctiõis. Si praecessit, doceatur à quibus, & vbi ille sit gestus, si secundum Ecclesiae regulam celebratus, si paterna traditione profectus, si maiorum more prolatus, si competenti examinatione depromptus. Vbi procul dubio requirendum est, si synodali congregatione celebratus, quod in receptione damnati, & depulsionem catholici, quia noua est causa, fieri debuisset certissimum est: si ad primam sedem, cuius intererat sententia, qua Petrus tenebatur obstrictus, secundum Ecclesiae regulas est relatum: si eadem, quae ligauit, absoluit: si illa, quae ligauerat, non resoluit, immò etiam nesciente, potuisset dissolui: Si haec gesta non sunt, quo more, quo ritu Alexandrinus Petrus praetenditur absolutus, cum nec à pontificibus legitimè & ecclesiasticis legibus fuerit expeditus, nec à seculari potestate potuerit praeter Ecclesiae praeterea potestate absolui? Sed dicatur forsitan, Non imperator absoluit, sed à pontificibus poposcit absolui. Tanto magis poscenti Imperatori à pontificibus fuerat suggerendum, ut si eum legitimè vellet absolui, legitima ecclesiastica tenoris absolutio proueniret, & haec omnia quae superius dicta sunt, secundum Ecclesiae traditionem seruari: praecipue cum de secunda sedis ageretur antistite, nec ab inferiore qualibet, sed à prima sede iure possit absolui. Inferior quippe potiorē absolueret non potest: sola ergo potior inferiorē conuenienter absoluit. Proinde inferioris loci pontifices, qui nullatenus se nouerant potiorē sibi, sine prima sede se posse resolueri, praecipue quem eius sententia nouerant obligatum, prauaricatoria absolutio potius non illum penitus exuerunt, sed se prauaricatione potius nexuerunt. Ita Petri absolutio ex vtroque non constat, quia nec prauaricatoria absolutio rei reum absolueret potuerunt, & depulsis vndique pontificibus catholicis hereticisque suppositis, vel his, qui haereticorum tenebantur communiõne polluti, etiam sacrae religionis in sinceritate polluti, par-

Romana sedes, prima est: secunda, alexandrina: tertia, Antiochena.

TOM. 2.

incipere suum tam absolueret nequiverunt, qui ipsi non erant absoluti. Ac proinde tam ecclesiasticae regulae prauaricatores, quam sacrosanctae communionis integritatem maculantes confortio perfidorum, quod de reo similis potuerunt ferre iudicium? De catholicis enim pontificibus per totum Orientem aut quicumque praesentit, est eiectus: aut ille restitit, qui consensit errori, & se ab errantium contagio non retraxit. Quod igitur eorum potuit de cuiusquam errore esse iudicium, qui nusquam non errasse monstratur, & hereticorum simul catholicorumque confessione permixta, cunctas religionis verae & syncerae sedes turbasse, catholicamque apostolicamque confudisse puritatem? Ecce qui reum absolueret potuerunt, qui rei praeter omnibus docebantur esse facti? Ecce cum quibus de absoluendo reo synodus fuerat in cuncta. Si fides & communio catholica retinebatur, cur catholici pellebantur antistites? Si catholici pellebantur antistites, quomodo non tantummodo heretici seruabantur?

SANCTI GELASII PAPAE
commonitorium ad Faustum magistrum,
fungentem legationis officio
Constantinopoli.

Ego quoque mente percepi Graecos in sua obstinatione mafuros, ne cui velut in speratum videri potest, quod est in ante praecognitum. Quapropter non iam propter religionis causas student dispositionibus publicis obuiare, sed potius per occasionem legationis regiae, catholicam fidem moluntur euertere, & tali commento nituntur sperata praestare. Quid sibi vult autem, quod dixerit Imperator, a nobis se in religione damnatum, cum super hac parte & decessor meus non solum minimè nomen eius attigerit, sed insuper quando principia adeptus regiae potestatis exeruit, in eius se rescriptum perij promotione gaudere: & ego nulla ipsius vnquam scripta percipiens, honorificis (ut notis) eum literis salutare curauerim? Decessores mei, sacerdotes, qui prauaricatoribus se communicasse propria voce confessi sunt, à communionem Apostolica submouerunt. Si isti placet se miscere damnatis, nobis non potest imputari: si ab eis velit abscedere, tanto magis a nobis non potest esse damnatus, sed potius ad gratiam syncerae communionis admissus. Ad senatum verò pertinet Romanum, ut memor fidei, quam à parentibus se suscepisse meminit, contagia vitet communionis externae, ne à communionem huius sedis Apostolicae (quod absit) reddatur externus. Veniam sibi dari proponunt. Legatur, 24. q. 2. l. a. ex quo est religio Christiana, vel certè deus gatur, ex exemplum, in Ecclesia Dei à quibuslibet pontificibus, ab ipsis apostolis, ab ipso denique saluatore, veniam, nisi corrigentibus se, fuisse concessam. Auditum autem sub isto caelo nec legi-

CC

legitur omnino, nec dicitur, quod eorū voce depromitur. Date nobis veniam, dum tū nos in errore duremus. Id quoque pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quove documento, siue à maioribus nostris, siue ab ipsis Apostolis, (quos potiores merito fuisse, non dubium est) seu ab ipso Dño saluatore, qui iudicaturus creditur viuos & mortuos, siue factum est vnq̄, vel faciendū esse mandatur. Mortuos suscitasse legimus Chr̄m, in errore mortuos absoluisse non legimus. Et qui certè hoc faciendi solus habuit potestatem, beato Petro principaliter mādatur apostolo: Quæ ligaueris super terrā, ligata erunt & in cælis: & quæ solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Super terram, inquit: nam in hac ligatiōe defunctum, nusq̄ dixit absolui. Quod ergo nunq̄ factū est, vel mente concipere formidamus, scientes in diuino iudicio nō posse penitens excusari. Si autem, quod nunc p̄tendunt, à Romana ecclesia se sunt diuisuri, id iam dudum fecisse monstrantur. Euphemiū verò miror, si ignorantia suam ipse non p̄spicit, qui dicit Acacium ab vno non potuisse damnari. Itā ne non p̄spicit, secundum formam synodi Chalcedonensis, Acacium fuisse damnatum? nec nouit eam aut se nō esse dissimulat, in qua vtiq; per numerosam sententia sacerdotum, erroris huius authores constat fuisse dānatos, sicut in vnaqua; heresi à principio Christianæ religionis, & factum fuisse, & fieri manifesta rerum ratione monstratur, decessoremq; meum, executorem fuisse veteris constituti, non nouæ cōstitutionis authorem? Quod nō solūm p̄guli Apostolico facere licet, sed cuiuscunque pontifici, vt quoslibet & quemlibet locum, secundum regulam hæreseos ipsius antè damnata, à catholica communiōne discernat.

24. q. 1. Acacius nō fuit uentor erroris, vt in eum noua scita prodirent, sed alieno facinori sua communiōe se miscuit. Itaq; necesse est, vt in illam recideret iusta lance sententiam, quā cum suis successoribus per conuenientiam synodalem susceperat author erroris. Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquātur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ sedis, sana rectaq; suadenti, parere fugiunt. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ, ad huius sedis examen uoluerit deferri. Ab ipsa verò nusq̄, p̄sūs appellari debere, sanxerunt: ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsam ad nullius cōmeare iudiciū, nec de eius vnq̄ p̄ceperunt iudicio iudicari: sententiamq; illius cōstituerūt non oportere dissolui, cuius potius decreta sequenda mandāunt. In hac ipsa causa Timotheus Alexandrinus, & Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, Ioannes, & cæteri nō solūm vnus, sed plures, vti què nomē sacerdotis

Matt. 9. c
& Marc. 5. d
& Luc. 8. d
Ioan. 11. f

Matt. 16. c

24. q. 1. Acacius nō fuit uentor erroris, vt in eum noua scita prodirent, sed alieno facinori sua communiōe se miscuit. Itaq; necesse est, vt in illam recideret iusta lance sententiam, quā cum suis successoribus per conuenientiam synodalem susceperat author erroris. Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquātur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ sedis, sana rectaq; suadenti, parere fugiunt. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ, ad huius sedis examen uoluerit deferri. Ab ipsa verò nusq̄, p̄sūs appellari debere, sanxerunt: ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsam ad nullius cōmeare iudiciū, nec de eius vnq̄ p̄ceperunt iudicio iudicari: sententiamq; illius cōstituerūt non oportere dissolui, cuius potius decreta sequenda mandāunt. In hac ipsa causa Timotheus Alexandrinus, & Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, Ioannes, & cæteri nō solūm vnus, sed plures, vti què nomē sacerdotis

9. q. 3. Ipsi sunt canones.

tij p̄ferentes, sola sedis apostolicæ sunt auctoritate deieci, cuius rei testis etiā ipse docetur Acacius, qui p̄ceptionis huius exitit executor. Quod vtiq; sicut Apostolicā sedē iuxta formā synodicā fecisse manifestū est, sic neminē resutare potuisse, certissimum. Hoc igit modo recidens in consortiū dānatorum, est dānatus Acacius, qui eorū dānationem, anteq̄ puaricator existeret, fuerat executus. Nobis ausi sunt facere canonum mentionē, contra quos semper ambitionibus illicitis fecisse mōstrantur. qua ipsi synodo, vel secundum cuius synodi formam, Alexandrinum Ioannem de ecclesia, cui ordinatus fuerat, expulerunt? qui nullis causis euidentibus, nec antè conuinci, nec postea puocans, etiā in iudicio cōpetenti potuit accusari. Quod si dicunt, Imperator hoc fecit: hoc ipsum quibus canōibus, quibus regulis est p̄ceptū? Cur huic tam prauo facto cōsensit Acacius, cum auctoritas diuina dicat, Non solūm qui faciunt praua, reos esse, sed etiā qui cōsentiunt facientibus? Quibus canonibus, quibusve regulis Calcedion exclusus est, vel primi vrbiū diuersarū catholici sacerdotes? Qua traditiōe maiorum, Apostolicam sedem in iudicium vocant? An secundæ sedis antistites & tertie, ceteriq; bene sibi conscij sacerdotes, depelli debuerūt, & qui religionis exitit inimicus, depelli nō debuit? Viderint ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequant. Cæterum isti, qui sacri, q̄ ecclesiastici, q̄ legitimi celebrantur, sedē Apostolicā ad iudiciū vocare non possunt: & Cōstantinopolitanæ ciuitatis episcopus, q̄ vtiq; p̄ canones inter sedes nullum nomē accepit, in cōmuniōem recidens p̄fidorū, non debuit submoueri? An, q̄ homini mentitus dicitur Imperatori, & qui Imperatorē lēgisse p̄hibentur, depelli debuerunt: & in Deum, qui summus & verus est Impator, Acaciū delinquentē, syncrem q; communionem diuini sacramenti studentē miscere cum p̄fidis, secundum synodū, qua hæc est damnata p̄fidia, non oportebat excludi? Sed velint nolint, ipsius iudicio anti-quæ canonū cōstitutiones firmabūtur. Sed religio si viri atq; p̄fecti, secundum canones concessam sedi Apostolicæ potestatem nimirum conantur eripere, & sibi eam contra canones vsurpare contendunt? O canonum magistros atq; custodes. Nobis nullo fas est inire certamen cum hominibus communionis alienæ, diuina scriptura prædicante, hōsem hęreticum post primā & se. Tit. 3. a

Roma. 1. d

Dist. 22, qua traditiōne.]

Tit. 3. a

Matth. 16. c

bis abundanter instructus est, vt cohortaretur Acacium, depolita obstinatione, respicere, & ad sedis Apostolicæ remeare confortium, quiq; se sub iureiurando magnis cum eodem molitionibus egisse testatur, nec ad ea, quæ recta sunt, potuisse deflecti, sicut rerum probatur effectū. Certè profertur iudicium, quandō miserit, quāddam veniam postulārit, correctionemq; suam nobis promiserit exhibendam: nisi fortè hūc animum gessit, quem successores eius habere perspiciamus, vt tamen si veniam postularet, sic sibi vellet impendi, vt nihilominus in errore persisteret: vbi vtiq; non tam à nobis recipi videretur, q̄ qui nullis in suam traduceret prauitatem. Quem reatum se cōfessuros asserunt ante certamen? Si reatus est, vtiq; corrigendus est. Si corrigendum non putant, fallaciter se reatum perhibent profiteri, nisi quod est infelicis, cum & fatentur reatum, & non æstimant corrigendum. Illud quoque me ridere libuit, quod ait, Si necesse fuerit veniam postulare: existimans nimirum, tunc se peccati veniam necessariò postulare, si ei concedamus, nē peccare desistat, immò etiā (quod absit) cum eodem consentiamus nos quoq; peccare. Nescio, inter quæ mundi prodigia hæc vox possit admitti. Remitti culpa de præterito potest, correctione sinē dubio subsequente. Nam si deinceps finitur mansura perueritas, nō est benignitas remittentis, sed consentientis assensio. Non mirum, si isti sedem B. Petri apostoli blasphemare præsumunt, qui talia portenta vel corde gerunt, vel ore diffundunt, & nos insuper superbos esse pronunciant, cum eis prima sedes, quicquid est pietatis, non desistat offerre, illi eam ipso proteruo spiritu subiugare se posse confidant. Sed captos mente, facere ista nō mirum est. Sic phrenetici solent medicantes quosque, velut hostes putare vel cædere. Quæro tamē ab his, iudicium quod prætendunt, vbi nā possit agitari, an apud ipsos, vt iudē sint inimici, & testes, & iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi negocia, nec diuinę legis integritas. Si quantum ad religionem pertinet, non nisi Apostolicæ sedi iuxta canones debetur summa iudicij totius: si quantum ad seculi potestatem, illa à p̄faticibus, & p̄cipuè à B. Petri vicario, debet cognoscere, q̄ diuina sunt, nō ipsa eadē iudicare: nec sibi hoc quisquā potentissimū seculi (q̄ tñ Christian⁹ est) vindicare p̄sumit, nisi religionē forsitan p̄sequens. Quid tamē dicerent, si non chartis suis in omnibus vincerentur? Ineptias itaq; suas sibi seruēt, nisi respiscant potius, cogitantes Christi vocem nō esse superflua, q̄ confessiōi B. Petri Apostoli inferni portas nunq̄ p̄ualituras asserunt. Quapropter non veremur, nē Apostolica sententia resoluat, quam & vox Christi, & maiorū traditio, & canonū fulsit aucto-

ritas, vt totā potius Ecclesiā semper ipsa iudicet. Sed cogitent magis, si quis in eis religionis est sensus, nē prauitatem suam nullatenus deponēs, apud Deum hominesq; sedis Apostolicę perpetua cōstitutioē damnentur. Sic autem dicitur fuisse definitū, vt deinceps de negocio nihil dicatur, quasi vel nunc eos (quemadmodum nōstis) meo duxerim nomine specialiter alloquendos. Neq; planè cum istis non corrigentibus in eunda congressio, quæ admodum cum aliarum quoq; hæresium sectatoribus dimicatio renuenda. Vos autem saluos & sospites quanto cyus huc reuertit, continuis diuinitatem votis expetimus.

EPISTOLA GELASII AD ANASTASIUM AUGUSTUM.

Amuli vestræ pietatis, filij mei, Faustus magister & Irenæus viri illustres, atque eorum comites publica legatione fungentes, ad vrbe reuersi, clemētiam vestram q̄sisse dixerunt, cur ad vos meæ salutationis scripta non miserim. Non meo (fateor) instituto, sed cum directi dudum de partibus Orientis, vel videndi melicentiā, sibi vestris p̄ceptionibus abnegatam tota vrbe dispreferint, à literis credidi temperādum, nē onerosus potius q̄ officiosus existerem. Videtis igitur nō mea dissimulatiōe prouenisse, sed competentis fuisse cautela, nē respuentibus animis molestias irrogarem. Sed vbi serenitatis tuę beneuolentiam cōperi, p̄fatis indicantibus, humilitatis meę clementer expectasse sermonem, iam reuera perpendi, impudendum non immeritò mihi, si tacerem: quæ gloriose filii, te sicut Romanus natus, romanum principem amo, colo, suscipio: & sicut Christianus, cum eo, qui zelum Dei habet, secundum scientiam veritatis habere desidero: & qualiscunq; Apostolicæ sedis vicarius, quodcunq; plene fidei catholicę deesse comperero, p̄ meo modulo suggestionibus opportunis supplere contendo. Dispensatione etenim mihi diuini sermonis iniūcta, vā mihi est, si non euāgelizauero. Quod cum vas electionis beatus Paulus Apostol⁹ formidet & clamet, multo magis mihi exiguuo metuendum est, si diuinitus inspiratū, & paterna deuotione transmissum, subtraxero ministerium p̄dicandi. Pietatem tuam precor, nē arrogantiam iudices diuinæ rationis officium. Absit (q̄so) à Romano principe, vt intimatam suis sensibus veritatem, arbitretur iniuriam. Duo quippe sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra pontificiū, & regalis potestas. In quibus tantò grauius est pondus sacerdotum, quantò etiā pro ipsis regibus hominum in diuino reddituri sunt examine rationem. Nōsti etenim filii clementissime, q̄ licet p̄fideas humano generi dignitate, rerum tamen præfulibus diuinariū deuotus colla submittis, atq; ab eis

5

1. Cor. 9. c

5

Dist. 96. Duo quippe.

Dist. 96. Duo quip- p.

causas tuæ salutis expetis, inq; sumendis celestibus sacramentis, eisq; (vt competit) disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius, q̄ præesse. Itaque inter hæc, ex illorum te pendere iudicio, nõ illos ad tuam velle redigi voluntatem. Si enim, quantum ad ordinem pertinet publicæ disciplinæ, cognoscens imperium tibi supra dispositione collatum, legibus tuis ipsi quoq; parent religionis antifites, nõ vel in rebus mundanis exclusæ videantur obviare sententia, quo (rogo) te decet affectu eis obedire, qui prerogandis venerabilibus sunt attributi mysterijs? Proinde sicut non leue discrimen incumbit pontificibus, fuisse pro diuinitatis cultu, quod congruit: ita his (quod absit) nõ mediocre periculum est, qui, cum parere debeant, despiciunt. Et si cunctis generaliter sacerdotibus, rectè diuina tractatibus, fidelium cõuenit corda submitti: quanto potius sedis illius præfuli cõsensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus & diuinitas summa voluit præminere, & subsequens Ecclesiæ generalis iugiter pietas celebravit? Vbi pietas tua euidenter aduertit, nunquam quolibet penitus humano consilio cleuare se quenq̄ posse illius privilegio vel cõfessione, quem Christi vox prætulit vniuersis, quem Ecclesia veneranda cõfessa semper est, & habet deuota primatem. Impeti possunt humanis præsumptionibus, quæ diuino sunt iudicio constituta, vinci autem quorumlibet potestate nõ possunt. Atq; vtinam sic contra nitentibus perniciofa non sit audacia, quemadmodum, quod ab ipso sacrae religionis authore præfixum est, non potest vlla virtute conuelli. Firmamentum enim Dei stat. Nunquidnam cum aliquibus infestata religio est, quantacumq; potuit nouitate superari, & non magis hoc inuicta permanit, quo aestimata est posse succumbere? Desinat ergò (quæso te) temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis ecclesiasticæ precipitanter ambire que non licet, nõ & illa, quæ malè appetunt, nullatenus apprehendant, & modum suum apud Deum & homines non teneant. Quapropter sub conspectu dei purè ac syncerè pietatem tuã deprecor, obtestor, & exhortor, vt petitionem meam non indignanter accipias: rogo, inquam, vt me in hac vita potius audias deprecantem, q̄ (quod absit) in diuino iudicio sentias accusantem. Nec melatet, Imperator Auguste, quod pietatis tuę studium fuerit in priuata vita. Optasti semper fieri particeps promissionis eternæ. Quapropter noli precor irasci mihi, si te tantum diligo, vt regnum, quod temporaliter affectus es, velim te habere perpetuum: & qui imperas seculo, possis regnare cū Christo. Tuis certè legib; Imperator pateris nihil p̄ire, Romano nomini nullũ admittis ingeri detrimentũ. Itane verũ est, princeps egregie,

TOM. 2.

q̄ nõ solum p̄sentia Christi bñficia, sed desideras & futura, vt religioni, vt veritati, vt synceritati catholice cõmunionis & fidei, temporibus tuis patiaris quenq̄ inferre dispeditum? Qua fiducia (rogo te) illic eius p̄mia petiturus es, cuius hęc damna nõ p̄hibes? Non sint grauia, q̄so te, q̄ p̄ tue salutis eternitate dicuntur. Scriptũ legisti: Meliora sunt vulnera amici, q̄ oscula inimici. Quæso pietatẽ tuã, vt quo affectu dicuntur a me, eo tuis sensibus intimetur. Nemo pietatẽ tuã fallat. Verũ est, quod figuratim per Prophetã scriptura testatur: Vna est colũba mea, vna est p̄fecta mea, vna est Christiana fides q̄ est catholica. Catholica autẽ veraciter illa est, q̄ ab oĩm p̄fidiorũ, atq; ab eorũ successoribus atq; consortibus, syncera, pura, immaculata cõmunionem diuisa est. Alioquin nõ erit diuinitus mãdata discretio, sed miserãda cõfusio. Nec vlla causa iam supeest, si hoc in quolibet contagio voluerimus admittere, nõ cunctis heresibus aditum, iam uamq̄ue pandamus. Qui enim in vno offenderit, omnium reus est: & qui minima spernit, paulatim decidit. Hoc est quod sedes Apostolica magnoperè cauet, vt quia mundo radix est Apostoli gloriosa confessio, nulla rima prauitatis, nulla prorsus cõtãgiõ maculetur. Nam si (quod Deus auertat, quod fieri non posse confidimus) tale aliqd̄ pueniret, vnde cuiquam resistere auderemus errori? vel vnde correctionem errantibus posceremus? Proinde si pietas tua vnus ciuitatis populũ negat posse pace componi, quid nos de totius orbis terrarũ sumus vniuersitate facturi, si (quod absit) nostra fuerit præuaricatione decepti? Si totus correctus est mundus, prophana patrum suorum traditione despecta, quomodo non corrigatur vnus ciuitatis populus, si p̄dicatio fida succedat? Ergò, gloriose Imperator, nolo ego ecclesiarum pacem, quam etiã si cum mei sanguinis impendio prouenire posset, amplector? Sed (precor te) cuiusmodi debet esse pax ipsa, non vtcunq; sed veraciter Christiana mente libremus. Quomodo em̄ potest esse pax vera, cui charitas intemerata defuerit? Charitas autẽ qualiter esse debeat, nobis euidenter Apostolus prædicat, qui ait: Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Quomodo (quæso te) de corde erit puro, si cõtãgio inficiatur externo? Quomodo de cõscientia bona, si prauis fuerit malisque cõmixta? Quemadmodum fide non ficta, si maneat sociata cum perfidis? Quæ cum a nobis sæpè iam dicta sint, necessè est tamẽ incessabiliter iterari, & tam diũ non taceri, quandiũ nomen pacis obtenditur, vt nostrum non sit (vt inuidiosè iactatur) facere pacem, sed talem velle doceamus, qualis & sola pax esse, & præter quam nulla esse monstrat. Eutychniũ certè dogma, cõtra quod Apostolicę sedis cautela puigilat, si credis salua

Pro. 27. a

Cant. 6. e

Iacob 2. b

Ecc̄i 19. a

1. Tim. 1. b

Ironia.

TOM. 2.

ua fidei, catholice posse veritate constare, promatur; afferatur, & quantilibet viribus adstruatur, vt non solum per seipsum, q̄ inimicum sit fidei Christiana, possit ostendi, sed, quantas & q̄leales hæreses in sua cõtineat colluione, monstrari. Si autem (vt magis cõfidimus) a catholicis iudicatis mentibus excludendum, quæso te, cur non & cõtãgia simul eorum, qui hac probantur esse polluti, decernitis refutãda, cum dicat Apostolus, non solum qui non facienda faciunt, reos videri, sed etiã qui cõfentiant facientibus? Proinde sicut non potest, peruerfitatis communicatore suscepto; non pariter peruerfitas approbari: sic nõ potest refutari peruerfitas, complice sectatore. peruerfitatis admisso. Legibus certè vestris criminũ cõfessij, susceptoresq; latrocinantium, pari iudiciorum pœna constringuntur: nec expers facinoris aestimatur, qui licet ipse non fecerit, facientis tñ familiaritatem, sed usq; receperit. Proinde cum Chalcedonense conciliũ, p̄ fidei Catholice atq; apostolicæ veritate, cõmunioneq; celebratũ, damnauerit Eutychnen detestandi furoris authorem: nõ satis habuit, nisi vt pariter eius quoq; cõsortem Dioscorum, cæterosq; percelleret. Hoc igit̄ modo, sicut in vnaqua; hæresi vel factum semper, vel fieri non habetur ambiguum, successores eorũ Timotheũ, Petrum atq; aliterum. Antiochenum Petrum, non viritim p̄pter singulos quosq; rursus factõ cõcilio, sed synodi semel a cõta regula consequenter elisit. Quemadmodum ergò non euidenter apparet, etiã cõctos simili tenore cõstringi, & qui eorum communicatores & cõplices extiterunt, atq; omnes omninõ a catholica atq; apostolica meritõ cõmunionem discerni: hinc Acacium quoq; iure dicimus a nostro consortio submouendum, qui maluit in sortem transire p̄fidia, q̄ in catholice atq; Apostolicæ cõmunionis synceritate cõstare, cum serè p̄ trienniũ, nõ in id veniret, Apostolicæ sedis epistolis doceatur cõpetenter instructus. Postq̄ verò cõmunionis est factus aliena, non potuit nisi a catholice & Apostolicę mox societate p̄cidi, nõ per eum, si vel paululũ cessaremus, nos quoq; videremur subijisse cõtãgia perfidorũ. Sed reuerã vel tali p̄cussus pœna respuit, correctionem p̄misit, emendauit errorẽ: aut ille tractatus leniũs voluerat cõerceri, q̄ etiã verbera dura non sensit. Quo in sua perfidia & damnatione moriente, tam eius in ecclesiastica recitatione nõ potest nomen affcribi, q̄ externe contagium non debet communicationis admitti. Quapropter aut doceatur ab hæretica participatione syncerus, quorum se ille cõmunioni permisit, aut cū eisdem non potest non repelli. Sic autem susurrant Orientis episcopi, q̄ ad eos sedes Apostolica non ista cõscripserit: quasi vel ipsi de recipiendo legitimè Petro sedẽ Apo-

stolicã suis literis fecerint certiorẽ, vel huius receptionis inconditã nõ iam pariter cõplices extitissent, quẽ sicut verè nõ possunt docere ab hæretica prauitate fuisse purgatũ, itã se hæreticorum nullatenus poterunt excusare consortes. Quod si fortassis adstruxerint, q̄ ad apostolicam sedem de susceptione Petri per Acacium cuncti cõsona voce retulerint, per eũdem sibimet omnes pari voce sentiunt fuisse rescriptum. Apostolicæ verò sedis autoritas, q̄ cõctis seculis Christianis, ecclesię prolata sit vniuersę, & canonum serie paternorũ, & multiplici traditione firmatur. Sed vel hinc, vtrũ sibi quisquã contra Nicenã synodi constituta quippiam valeat vsurpare, collegio potest vnus cõmunionis ostendi, non mentibus externe societatis aperiri. Apud illos si quis cõfidit, egrediatur in medio, & apostolicam sedem de vtraq; parte reuincat & instruat. Tollat ergò nomen è medio, quod ecclesiãrũ discretionem p̄cul a catholica cõmunionem opatur, vt syncera pax fidei cõmunionis que reparatur, & vnitas: & tũ quis nostrã cõtãtra venerandam vel insurrexerit, vel nitatur insurgere vetustatẽ, cõpetenter & legitimè perquiratur. Et illic apparebit, quis modesto, p̄posito custodiat formã, traditionemq; maiorum: quis supra hæc irreuerenter insillens, rapina æqualem posse fieri arbitretur. Quod si mihi populi Cõstãtinopolitani p̄sona proponitur, per quam dicatur nomen scandali, id est, Acacij, non posse remoueri: taceo, quia & hæretico quondã Macedonio pulso, & Nestorio nupèr eiccto, plebs Cõstãtinopolitana catholica permanere delegerit potius, q̄ maiorũ præfulũ damnatorum affectione retineri. Taceo quod qui ab eisdem, ipsis damnatis p̄sulibus, baptizati fuerant, in fide catholica manentes, nulla sint exagitatione turbati. Taceo, q̄ pro rebus ludicris populares tumultus nõ etiã vestra pietatis autoritas refrenãrit: atque id eò multò magis pro salute animarum suarum, necessariõ vobis Cõstãtinopolitana cõmunitatis obtemperat multitudo, si eam ad catholicam & apostolicam cõmunionem vos principes reducat. Etenim, Imperator Auguste, si contra leges publicas aliquid (quod absit) quispiam fortassis tẽtaret, nulla pati id ratione potuisses: ad diuinitatis puram synceramq; deuotionem, vt tibi plebs subdita redigatur, conscientię tuę nõ putas interesse? Postremò, si vnus ciuitatis populi animus nõn putatur offendi, nõ diuina (vt res postulat) corrigantur: quanto magis, nõ diuina offendantur, catholici nominis vniuersi piam fidem ne claudere, debemus omninõ, nec possumus? Et tamen ijdem nostra se poscunt voluntate sanari. Competentibus ergò sinãt curari se posse remedijs: alioquẽ (quod absit) in eorũ transseũdo p̄niciem, cū illis p̄ire possumus, ipsos verò saluare non

* Qui

* vtrinq; reuincat

CC 3 possu-

possimus. Iam hinc quid sit magis sequendum, sub diuino iudicio vestre conscientie derelinquo: vtrum, sicut nos optamus, simul omnes certam redeamus ad vitam: an, sicut illi poscunt, manifestam tendamus ad mortem. Sed adhuc apostolicam sedem, sibi medicinalia suggerentem, superbam vocare arrogantemque contendunt. Habet hoc qualitas sepe languetium, vt accusent magis medicos, congruis obseruationibus ad salubria reuocantes, vt ipsi suos noxios appetitus deponere vel reprobare consentiant. Si nos superbi sumus, qui animarum remedia conuenientia ministramus: quid vocandi sunt, qui reseruat? Si nos superbi sumus, qui obediendum paternis dicimus institutis: qui refragantur, quo appellandi sunt nomine? Si nos elati sumus, qui diuinum cultum puro atque illibato cupimus tenere seruari: qui contra diuinitatem quoque sentiunt, dicant, qualiter nuncupentur. Sic & nos caeteri, qui in errore sunt, aestimant, quod eorum non consentiamus insaniam. Vbi tamen spiritus superbie veraciter consistat & pugnet, veritas ipsa iudicat.

EPISTOLA GELASII PAPAE ad episcopos Dardanie, qua ostenditur, Acacium a sede Apostolica competenter fuisse damnatum.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Dardaniam constitutis, Gelasius. Valde mirati sumus, quod vestra dilectio quasi nouam & veluti difficilem questionem, & adhuc tanquam inauditum quippiam, nos se desiderat, quod Eutylianam pestilentiam communicatores, non habentes, quid pro sua perditionis obstinatione respondeant, frequenti iam ratione conuicti, sola contentione submurmurant, non quia sit alicuius momenti quod garrunt, nec inueniunt penitus quid loquantur. Vbi magis eos qui catholicis sensibus instituti sunt, adhuc herere miramur, quam illos qui a veritate exciderunt, & ab antiqua ecclesie traditione sunt deuij, prophanas vocum nouitates, & ineptias caduceae peruersitatis obtendere, quibus eos retulit vestra dilectio iactitare, ideo Acacium non putare iure damnatum, quod non speciali synodo videatur fuisse deiectus: & insuper dementia sua vanitatis accumulans, pueriliter adijcens, precipue pontificem regie ciuitatis. Quapropter stultitiam respuentes inani querelarum, perquirere vos oportet ab ipsis beatis apostolis, & considerare prudenter, quoniam patres nostri, catholici videlicet, doctique pontifices, in vna quaque heresi quolibet tempore suscitata, quicquid per fide, per veritate, per communionem catholicam atque apostolicam secundum scripturarum tramitem, predicatioremque maiorum facta semel congregacione sanxerunt, inconvulsam voluerint deinceps firmumque consistere: nec in eadem hac

TOM. 2.

causa denud, quae praefixa fuerant, retractari qualibet recenti praesumptione permiserint, sapientissimè peruidentes, quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque, prorsus errores stabile peristeret Ecclesie constitutum, ac semper ipsidem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam praefixis positarum semel synodalium regularum, non cessant elise pestes, resumptis certaminibus, contra fundamentum sese veritatis attollere, & simplicia quaeque corda percutere: quid fieret, si subinde fas esset perfidis inire conciliū, cum, qualibet illa manifesta sit veritas, nunquam desit, quod perniciose depromat falsitas, tamen ratione vel auctoritate deficiens, sola tamen contentione non cedens? Quae maiores nostri diuina inspiratione cernentes, necessarè praecauerunt, vt scilicet quod contra vnamquamque haeresim coacta semel synodus, pro fide, communiōe, & veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sinerent nouis post haec retractationibus mutari, ne prauis occasio praebere, quae medicinaliter fuerant statuta, pulsandi: sed auctore cuiuslibet insaniam ac pariter errore damnato, sufficere iudicarent, vt quisquis aliquando huius erroris communicator existeret, principali sententia damnationis eius esset obstructus, quomodo manifeste quilibet vel professione sua, vel

communione posset agnosci. Et vt breuitatis causa priora taceamus, qua diligens inquisitor facile poterit inuestigare, Sabellium damnauit synodus: nec fuit necessè, vt eius sectatores postea damnarentur, singulas viritum synodos celebrari: sed pro tenore constitutionis antiquae, cunctos, qui vel prauitatis illius vel communionis exitiōe participes, vniuersalis Ecclesia dixit esse resutandos. Sic, propter blasphemias Arrii, forma fidei communionisque catholicae Niceno placito conuentu, Arrianos omnes, vel quisquis in hanc pestem siue sensu, siue comunione deciderit, sine retractatione coeluit. Sic Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condemnans, vterius ad noua concilia venire non sinit: sed vniuersos quocumque modo in has blasphemias recedentes, tradito sibi limite synodali, resutauit Ecclesia: nec vnquam rectè cessasse manifestum est, qualibet necessitate cogente, nouis ausibus, quae fuerant salubriter constituta, temerasse. Non autem nos latet, in tempestate persecutionis Arrianae plurimos pontifices de exilijs, pace reddita, respirantes, per certas prouincias, congregatis secum fratribus, ecclesias composuisse turbatas. Non tamen, vt illius synodi Nicenae, quicquid de fide & comunione catholica definierat, immutaret, nec noua quenquam pro lapsu damnatione percellerent, sed illius tenore decreti, nisi resipuisset, iudicarent damnatum, effectumque consequens, vt nisi

de col. dist. 4. Consi mus.

corri:

Matt. 16. c. 11. q. 3. Cuncta per mundum,

corrigeret, damnationi proculdubio subiaceret: quibus conuenienter (vt dictum est) ex paterna traditione perpensis, confidimus, quod nullus iam veraciter Christianus ignoret, vniuersique synodi constitutum, quod vniuersalis Ecclesiae probauit assensus, nullam magis exequi sedem praeter ceteris oportere, quam primam: quae & vnamquamque synodum & sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit, pro suo scilicet principatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce perceptum, Ecclesia nihilominus subsequente, & tenuit semper, & retinet. Haec dum Acacium certis comperisset indicijs a veritate deuiasse, diutius ista non credens, quippe quem nouerat exequutorem sepe necessariè dispositionis suae contra haereticos extitisse, per triennium ferè literis destinatis eundem monere non destitit, sicut per diuersos missa familiariter scripta testantur. Quibus ille primum tanquam dedito silentio, nihil respondere proponens, tandem aliquando missis literis profertur, se Alexandrino Petro, quae expetita Apostolicae sedis auctoritate, exequutor ipse quoque damnauerat, absque sedis Apostolicae notitia, comunione permixtum. Beati autem Petri sedes Alexandrinum Petrum, quem se tantummodo damnasse, non etiam soluisse nouerat, non recepit: atque ideo non per Acacium in Petri consortium duceretur, ipsum quoque a sua comunione submouit, & multimodis transgressorem, a societate fecit alienum. Hic si examinatio quaeritur, iam iudicio non erat opus, postquam literis suis ipse confessus est. Si auctoritatis potius inquiratur, Chalcedonensi synodi tenore illius diffinitionis exequutio reperitur, quo damnati illic erroris communicator effectus, praefixae nihilominus participes damnationis existeret: quoniam idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in particeps quolibet prauae comunionis effectum & execrationem sui gestat & poenam. Quo tenore Timotheus etiam atque ipse Alexandrinus Petrus, qui secundam certè sedem tenuisse videbantur, non repetita Synodo, sed auctoritate tantummodo sedis Apostolicae, ipso quoque Acacio postulante vel exequente, probantur esse damnati. Quod si, vtrum error vel praeruaricationi communicaret Acacius, forsitan dicatur oportuisse constare, breuiter praebemus ad ista responsum: Aut enim ipsi doceant Petrum legitime veraciterque purgatum, & ab omni contagione haereticorum rite discretum, cum ei communicauit Acacius, si eius communicatorem putant Acacium aliquatenus excusandum: aut si, vt magis est verum, conuenienter atque legitime Petrum non probauerint expiatum, restat vt eius in expiatione fuerit, & qui ei communicauit, infectus. Nec planè taceamus, quod

9. q. 3. Cuncta per mundum

TOM. 2.

cuncta per mundum nouit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententia ligata pontificum, sedes beati Petri Apostoli ius habeat resoluenendi, vtpote quae de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permixtus. Quapropter cum satis constet, Acacium nullum pontificum habuisse, sententia sedis Apostolicae damnatum, sine vlla eius notione soluendi, qua certè synodo hoc ille praesumpsit, quod nec sic abique apostolica sede fas quidem haberet efficere? Cuius sedis episcopus? cuius metropolitane ciuitatis antistes? Nonne parochiae Heraclensis ecclesiae? Si illi certè licuit sine synodo sententiam Apostolicae sedis abrumpere, nulla eius consultatione quaesita: itane verò non licuit primae sedi, Chalcedonensis synodi constituta (sicut decuit) exequenti, huiusmodi praeruaricatoris sua auctoritate detrudere? Sed nec illa praeterimus, quod Apostolica sedes frequenter, vt dictum est, more Maiorum, etiam sine vlla synodo precedente, & soluendi, quos synodus iniquè damnauerat, & damnandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habuerit potestatem. Sanctae memoriae quippe Athanasii synodus Orientalis ad dixerat, quae tamè exceptum sedes apostolica, quae damnationi Graecorum non consentit, absoluit. Sanctae memoriae nihilominus Ioannè Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum praesulum certè damnauerat, quae simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consentit, absoluit. Itemque S. Flavianum, pontificum Graecorum congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola sedes apostolica non consentit, absoluit, potiusque, qui illic receptus fuerat, Dioscorum secundae sedis praesulem sua auctoritate damnauit, & impiam synodum non consentiendo sola submouit, & auctoritate, vt synodus Chalcedonensis fieret, sola decreuit. In qua ergo, vt sola ius habuit absoluendi eos, quos synodica decreta perculerant: sic etiam sine synodo in hac eadem causa, plurimos etiam metropolitanos damnasse cognoscitur. Quod si quis haec ab Apostolica sede secundum synodum acta reprehendit, praeter quod praeterquam prisca rerum probatione conuincitur, internum multo magis Acacio non licuisse fatebitur. Dicat ergo, qua ipse synodo, secunda sedis antistitem qualemcumque, certè catholicum, & a catholicis ordinatum, nec de catholica fide & comunione aliquatenus impetitum, duxerit excludendum, & haereticum manifestum Petrum, sua quoque, exequutione damnatum, Pontifici Catholico permiserit subrogari. Qua synodo tertiae sedis episcopum sanctum Calcedonem fecit expelli, ac nihilominus eidem Petrum tam haereticum manifestum, vt eidem palam nec se commu-

CC 4 nicarq

nicare præterderet, sua passus est dispositione substitui? Qua deniq; per totum Orientem synodo, electis orthodoxis, nullo crimine maculatis, prauos quosq; & criminibus inuolutos, sua prouisione supposuit? Qua synodo tot aliena priuilegia nefandus populator inuasit? Sed libri non sufficient, si tragœdias eius, quas per ecclesias totius Orientis exercuit, sigillatim describere moliamur. An illud ipsius argumentum nobis æstimant opponendum, quo facinora sua in Imperialem nisus est iactare personam? Cur igitur, quãdò voluit, obstitit Basilisco tyranno, certè & hæretico vehementer infesto? Cur ipsi Imperatori Zenoni, quia palam Antiocheno Petro communicare noluit, suam non subdidit voluntatem? Ecce potuit in alijs resultare, sed noluit. An non Apostolus dicit, non solum qui faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus, reatu pariter irerituri? Sed vt ea, quæ latius explicanda sunt, omittamus: quid quòd ipse Zenon Imperator suis literis proficitur, cuncta sese ex Acacij gessisse consilio? nec hoc eam literis suis fallere, ipse quoquè testatur Acacius, qui & cum nihilominus vniuersa recta gessisse conscripsit, & suo consilio hæc eadem gesta non ta cui. Quasi verò tantum in Alexandrini Petri communionem Acacius præuaricator extiterit, & non in omnibus, quos vel fecit, depulsis catholicis pontificibus tanquam tyrannus, ecclesijs quibusque pponi: vel taliter prepositis peruersa communionem permixtus est, qui hoc ipso secundum canones fuerant ab ecclesiastica communionem pellendi, quo se passus sunt successores viuis sacerdotibus adhiberi. Quis autem non perspicat Christianus, quòd catholicis pontificibus propria sede deiectis, non nisi hæretici potuerint introduci? Quibus tamen cunctis vel author fuit Acacius subrogandis, vel subrogatis communicator accessit, his vtique, qui à communionem hæreticorum nullatenus discrepabant. Cur igitur vel cum hæc fieri viderit, non sicut sub Basilisco iam fecerat, ad Apostolicam sedem referre curauit, vt si solus ipse nõ poterat, coniunctis cum eodem consilijs atque tractatibus, apud Imperatorem, quæ religioni competere, allegaret? Nam si Basiliscus (vt dictum est) tyrannus hæreticus, scriptis Apostolicæ sedis vehementer infractus est, & à plurimis reuocatus excessibus: quantò magis legitimus Imperator, qui se catholicum videri volebat, potuit cum Apostolica sede cunctorum quoq; pontificum moderata suggestione mitigari, præcipuè cum eiusdem Acacij esset specialis fautor & amator, & qui literis suis tam ipsum Acacium quam sanctum Papam Simplicium, magnis laudibus extulisset, quòd hæreticis constantissimè resistissent? Cur tanto tempore Acacius inter ista conticuit, nisi

* hæretico

TOM. 2.

quia præpediri nolebat vllatenus, quæ de-fiderabat expleri? Ponamus tamen, etiam si nulla synodus præcessisset, cuius Apostolica sedes rectè fieret exequutrix, cum quibus erat de Acacio synodus in eunda? Nunquid cum his, qui iam participes tenebatur Acacij, & per Orientem totum catholicis sacerdotibus violenter exclusis, & per exilia diuersa relegatis) socij euidenter existebant communionem externæ, prius se ad hæc confortia transferentes, quam sedis Apostolicæ scita consulerent? Cum quibus ergò erat synodus in eunda? Catholicis pontifices fuerant vndique iam depulsi, soli q; remanserant socij perfidorum, cum quibus iam nec licebat habere conuentum, dicente Psalmista: Non sedi in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Nec ecclesiastici moris est, cum his, qui pollutam habent communionem, permixtamque cum perfidis, miscere concilium. Rectè igitur per Chalcedonensis synodi formam, huiusmodi præuaricatio repulsa est, potius q; per concilium, quod nec opus erat post primam synodum, nec cum talibus habere licebat. Nam & quid ageretur de fide catholica, intelligere si vellent, ignorare non poterant, cum viderent catholicos pontifices nulla synodi discussione, nullo concilio, præcipuè cum nouas causas esse perpendere, toto Oriente depelli, & cæteri, quid cauerent, ex illorum discere qualitate potuissent. Restat igitur, vt illius partis illos fuisse sit clarum, cui se post tot experimenta dederunt: meritoq; ab Apostolica sede, cæterisq; catholicis non iam consulendi erant, sed potius notandi. Risimus autem, quòd prærogatiuam volunt Acacio comparari, q; eps fuerit regie ciuitatis. Nunquid apud Mediolanum, apud Rauennam, apud Sirmium, apud Treuiros multis temporibus non constitit Imperator? Nunquid harum urbium sacerdotes, vltra mensuram sibimet antiquitus deputatam, qui ipsa suis dignitatibus usurpauerunt? Nunquid Acacius, vt Ioannem qualemlibet hominem, catholicum tamen, à catholicis ordinatum, de Alexandria excluderet, Petrumque in hæresi iam detectum, atq; damnatum, absq; sedis Apostolicæ consultatione reciperet, aliqua synodo saltem illic habita, hoc audacter arripuit? Vt Calendionem de Antiochia depelleret, hæreticumq; Petrum, què ipse damnauerat, absq; notitia sedis Apostolicæ rursus admitteret, aliqua synodo id fecisse monstratur? Si certè de dignitate agitur ciuitatum, secundæ sedis & tertie maior est dignitas sacerdotum, quam eius ciuitatis, quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter metropolitano iura censetur. Nam quod dicitis, regie ciuitatis: alia potestas est regni secularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum. Sicut enim quantum parua ciuitas præro-

24. q. 3. cum quibus erat

Psal. 25.

* consilium.

prærogatiuam præsentis regni non minuit, sic Imperialis præsentia mensuram dispensationis religiose non mutat. Sit clara vrbs illa potestate præsentis imperij: religio sub eodem tunc firma, tunc libera, tunc prouecta consistit, si potius hoc præsentem propriam teneat sine vlla perturbatione mensuram. Sed dicatur forsitan, de Alexandrino & Antiocheno, certis ex causis principem magis illa, quæ gesta sunt, non Acacium, præcepisse. Sed principi Christiano decuerat suggerere sacerdotem, maxime cuius familiaritate & fauore fructur, saluam fore de eius iniuria contumeliâq; vindictam, tantum vt Ecclesiæ sineret Christianus princeps regulas custodiri: & quia noua in vtroq; pontifice causa esset exorta, & nouam discussionem consequenter inquireret: & sicut semper esset factum, sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia prouenerent, non à seculari viderentur qualescunque pontifices, etsi errore humanitatis accidente, non tamen contra religionem vllatenus excedentes, potestate percelli. An & hæc iusta ratione principi suggerenda non erant? Regie ciuitatis honore sublimis, si factus erat illa regia ciuitate sublimior, tanto magis in his suggerendis debuit esse constantior. Si autem in his, quæ p religione fuerant exerenda, extitit contemptibilis atq; despectus, & aut segnis, aut fiduciam non habens intimandi, in quo per regiam ciuitatem maior effectus est? Nathan Propheta, palam publiceque in faciem regi Dauid & commissum pronunciauit errorem, & ipsum commississe non tacuit, & confessione correctum, consequenter absoluit. Hic autem vir bonus & sacerdos egregius, intantum se & suggerere potuisse monstrauit, & noluisse decompromissit, immò fauisse patefecit, vt & Imperator cuncta se ex eius consilio gessisse non taceret, & ipse Imperatorem magnis præconijs eleuaret ista facientem, sed cõ, Calendionem nomen Imperatoris abstulerit, Ioannes principi mentitus fuisse iactetur: quæ tamè cum noua essent causa, noua debuerit Ecclesiastica prouenire discussio. An qui in hominem Imperatorem peccasse dicebantur, nulla interueniente synodo, deijci debuerunt: & in Deum, qui summus & verus est Imperator, Acacium delinquentem, synceramq; communionem diuini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum synodum, quæ hæc est damnata perfidia, nõ oportebat excludi? Quid per totum Orientem de innumeris urbibus pulsi catholici sacerdotes, & hæretici subrogati? Nouæ certè erant causæ, & his consequenter vna synodus debebatur. Cur tunc non venit in mentem, vt in talibus causis peteretur à principe, saltè qualiscunque synodus celebranda, vt quocun-

TOM. 2.

que vel colorato iudicio traditionis ecclesiasticæ, passim pontifices viderentur exclusi, non solum quarumcunque urbium sacerdotes, sed metropolitani incunctanter antistites? His omnibus cum non restitit suggestione qua potuit, consentit Acacius, communicando cunctis, qui in catholicorum locum hæretici fuerant subrogati. Appostolus autem dicit, Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, reos indubitanter asseribi. An hæc licuit seculari potestati, & actis talibus Acacio consentienti absque vlla synodo, quam ipsa rerum nouitas exigebat, absque sedis Apostolicæ consultatione perficere, & sedi Apostolicæ non licuit, secundum tenorem synodi Chalcedonensis in veteri vtique causa, & veteri cõstituto iusta diffinitione damnatum, inimicis Synodi Chalcedonensis Acacium communicantem, à sua communionem depellere? Sed inquit: Acacius principibus obuiare non potuit. Cur Basilisco, quia voluit, obuiavit? Cur ipsi Zenoni, nè palam Petro Antiocheno, quantum latenter hoc fecerit, communicare videretur, nõ commodaui assensum? Ecce resultanti non restitit Imperator. Ecce vim nolenti non intulit. Ecce refugienti contagia manifesta concessit. Postremò, cur tanto tempore, cum ista gererentur, vel gerenda cognosceret, non ad sedem Apostolicam, à qua sibi curam illarum regionum nouerat delegatam, referre curauit? Sed prius laudator factus est ipse gestorum, quam vel præmoneret talia non esse tentanda, vel nõ tentarentur, obstitit, sicut sub Basilisco iam fecerat. Cur illis cæteris communicare consentit, qui, depulsis catholicis sacerdotibus, indubitanter hæretici singulis urbibus fuerant substituti? Postremò, si ille defuit suis partibus, & quæ sacerdoti catholico competerent, agere non curauit: idè sedes apostolica, quod ad eam pertinebat, vel potuit, vel debuit præterire? Quolibet modo hæreticorum complicom refutauit, & confortem communionem externæ à sua communionem dimouit: nec opus fuit vt hæc facienda episcopis Orientis intimaret, quos & expulsiōne catholicorum, quæ agebantur in causa fidei, non ignorasse manifestum sit, & communicando hæreticis subrogatis, factò tali consentisse non dubium est, etiam externæ communionem effectos: atque idè cum eis iam nec potuisse, nec debuisse sedis Apostolicæ scita tractari. Ecce agnouerunt, in eorum professione qui constantissimè perdurauerunt, quid fidei communionemq; catholicæ debebatur. Ecce agnouerunt, quemadmodum, à talibus recedendo, immò talibus contraria moliendo, à fide & communionem Catholica atque Apostolica deuierit Acacius, sed;

Rom. 1. d

Rom. 1. d

1. Reg. 12. d

seque; cum eodem pariter errori subdiderint. Ecce agnouerunt, quam iustus ex causis pro fide & communione catholica atque Apostolica (cui & illi, qui in ea perstiterunt, congruebant: & illi, qui perstantibus obuiabāt, ab eadem docebantur alieni) sedis Apostolicæ autoritate sit remotus Acacius, eiusque pariter quicumque complices extiterunt, atque ab illa merito cum his communione discretus, à qua se ipse primum cum suis consortibus, à catholicis pontificibus discrepando, cognoscitur separasse: iureque sententiam ille damnationis excepit, cæteris consortibus promulgandam, qui solus pro omnibus suis consortibus in communionem se recidisse perfidiae, ad Apostolicam sedem missis literis est professus. Cui si communicauerant Orientales episcopi, antequam huc referret, pari utique reatu sine dubio probabantur inuolui: iureque per illū transgressionis sententiam susceperunt, tanquam facti cum eodem communionis externæ: qui utique non consuli, tanquam nostræ communionis homines, iam deberent, sed tanquam in contrario positi consortio, refulari. Si verò non communicauerant, antequam Acacius huc referret, & communicantem notare debuerant, & ipsi de eodem potius huc referre, atque Apostolicæ sedis vigore perculsum, merito comprobare, cumque ea sede Apostolica, tantisque illis catholicis pontificibus magis tenere concordiam. Sed quia ab illorum societate desciuerrant, & eorum successoribus communicare delegerant, ideò cum sede Apostolica minime congruebant: quia in fortem reciderant præuaricatoris Acacij, illius se sine dubio peruidebant sententia consequenter adstringi: & ob hoc uideri cum nolebant esse damnatum, quia se cognoscebant in eadem præuaricatione damnatos, in qua hodieque manere persistunt. Sed sicut hi, simili conditione constructi, complices suum non possunt iudicare non iure damnatum, neque reum possunt competenter absolueret: sic illo iuste præuaricatore damnato, isti quoque pari iacent damnatione prostrati: neque nisi respicientes, inde poterunt prorsus absolui: quia sicut per unum scribentem, eorum omnium vulgata transgressio est, qui in eadem perfidiae reciderant actionem: sic in uno eodemque, qui pro omnibus scripserat, vel scribendo omnium prodiderat voluntates, transgressio est punita cunctorum. Hæc ad instructionem vestræ dilectionis, satis abundeque sufficere iudicamus, quanuis eadem latius (si Dominus concesserit facultatem) studeamus exponere, quatenus & fidelium quisque cognoscat, nihil Apostolicam sedem (quod absit) præproperè censuisse. Quæ tamen sententia in Acacium destinata, etsi nomine tantummodò præfulis Apostolici, cuius erat utique potestatis, le-

TOM. 2.

gitimè probatur esse depromptam, præcipue cum secretim dirigenda videretur, nè custodijs ubique præsentis dispositio salutaris quibuslibet difficultatibus impedita, necessarium habere non posset effectum: tamen quia orthodoxis ubique deiectionis, & hæreticis tantummodò, eorumque consortibus iam relictis, in Oriente catholici pontifices, aut residui omnino non essent, aut nullam gererent libertatem, plurimorum in Italia catholicorum congregatio sacerdotum, rationabiliter cognouit in Acacium fuisse prolata. Quæ congregatio facta pontificum, non contra Chalcedonensem, non tanquam noua Synodus, contra veterem primamque conuenit, sed potius secundum tenorem veteris constituti, particeps Apostolicæ executionis effecta est, ut satis appareat, Ecclesiam Catholicam, sedemque Apostolicam, quia alibi iam omnino non posset, ubi potuit, & cum quibus potuit, nihil penitus omisisse, quod ad fraternam pertineret pro intemerata fide & sincera communionem tractatum. * * *

DECRETA DVO, QVÆ (GRACIANO AUCTORE) EX EPISTOLA AD DARDANIÆ EPISCOPOS DESUMPTA SUNT.

PRIMUM.

¶ Repeti non possunt, quæ 30. annis quietè possidentur.

Post quingentos annos, constituta Christi quosdam audio velle subuertere, quum 30. annorum lex hominum non possit abrumpi.

SECUNDUM.

¶ Non oportet ab eorum elemosynis abstineret post mortem, quibus in vita communicare non destitimus.

Nec quisquam vobis omnino persuadeat, Acacio præuaricationis sue crimen fuisse laxatum: quia qui postquam in collegium recidens prauitatis, iure meruit ab Apostolica communionem secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est, absolutio nem, quam superstes non quæsiuit omnino nec meruit, nec mortuus iam potest impetrare. Si quidem ipsis Apostolis Christi voce delegatum est: Quæ ligaueritis super terram, Mat. 18. b Et reliqua. Cæterum de eo, qui in diuino iudicio est constitutus, nobis fas non est aliud decernere, præter id, in quo cum dies supremus inuenit: atque ideò, nisi eius nomine refutato, cæterisque consortibus huius erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis mensæ Dominicæ puritatem, quam maiores nostri semper ab hæretica magnopere seruauerunt pollutione discretam.

In iuxta duo vetusta exemplaria sequitur hæc epistola alia ad Orientales episcopos, cui præponitur talis titulus:

De eadem re ad episcopos Orientales epistola.

stola. Dilectis, fratribus vniuersis episcopis Orientalibus, Gelasius. Quid ergo isti, &c. ut sequitur:

Secundum alia exemplaria, absque medio aliquo continuatur epistola sequens ad præcedentis finem, ubi posita vides cruciularum aliquot aut stellarum signa.

Quid ergo isti prudentes viri, & argutis mentibus totius regionis interna rimantes, in Orientis partibus constituti, si cognouerunt huiusmodi personam in Antiochena ecclesia constitutam, cur communicando talibus præbuere consensum? Cur non ilico reclamauerunt? Cur non se à tali contagio submouerunt, cum iam euidenter aduertent, ideò Calendionem depulsum, ut hæreticis panderetur introitus? Quare hæc nihil de re, nihil de synodo, nihil de fide Christiana, nihil de personarum examinatione tractarunt? Si verò illi se communioni voluntariè subdiderunt, ab Apostolica sede certe separati sunt, cum talibus, & apud tales, etià si esset necesse fieri, nulla posset omnino synodus prouenire. Quod si ignorasse se dixerint, qualis in Antiochia post Calendionem successisset antistes: quid mirum, si, qui in Oriente positi, quæ in regione sua contigerint, scire nequiverunt: ea, quæ apud Apostolicam sedem gesta fuerant, ignorarent? Cur tamen postquam ad eorum notitiam peruenit, qualis esset sacerdos apud Antiochiam constitutus, non eius consortia continuo respuerunt? Cur excusatione de ignorantia colore prætendunt, cum hodieque & manifesta contagia perfidorum, & à nobis sæpius exprobrata, sectentur? Quo satis appareat, quia nec tunc quidem, etià si cognoscerent, refutarent, quando nunc, etià publicata, non veniunt. Prorsus in quamlibet se parte causationemque conuertant, manifesta veritatis ita laqueis suffocantur, ut suis ipsi verbis possint actibusque concludi, nec nisi solam perniciem obstinatæ perfidiae residuam ventilare.

Hæc autem, quæ de Calendione venerabili dicta sunt, & in Ioannis Alexandrini conueniunt certa ratione personam, immò si causa eadem latius inquiratur, tantæ illic tragœdiæ, tanti reperuntur errores, ut si ipsi sint iudices, qui eadem perpetrarunt, cum euidenter fuerint confutati, à sui damnatione non temperent. Palam enim illic aperteque monstratur, nihil aliud quam quæsitam causam, quemadmodum, Catholico qualicumque depulso pontifice, hæretico Petro referretur accessus. Tunc istud nemo discutebat, synodum nemo poscebat, passim omnia licitè fieri à quibuscumque videbantur: nullum discrimen rerum, nulla examinatio postulabatur ecclesie: sed prout vnicuique venisset in mentem, de suis vrbibus catholicus pellebatur episcopus, non solum metropolitani, sed etià tertie & secundæ

TOM. 2.

sedis antistes. In his nulla rerum vestigatio quærebatur, nulla faciendæ consilia iactabantur: subrogabantur hæretici, nemo resultabat: sed velut muta pecora in captiorem ducta, subditis voluntatibus perfidiam sectabantur. Non mirum quidem, si nunc eos defendere moliantur, quorum indisciplinam cæcis mentibus sequuti sunt vilitatem. Sed miramur, cur eos non pudeat, in istorum damnatione de synodo non facta causari, cum sciant tot tantosque pontifices nulla synodo fuisse depulso. In istorum reiectione si de novo inito concilio conqueruntur, cognoscant se, cur non & hoc in aliorum reiectione quæsiuerint accusari. Si verò in cæterorum reiectione concilia necessaria non fuerunt, nec in istis necessaria fuisse cognoscant. An in catholicorum deiectione non fuit opus, & fuit magnopere congregandus in præuaricatoris damnatione confessus? Quid igitur restat, nisi ut dicant hæreticos non fuisse? Non ergo de synodo conquerantur, qui se palam communionis externæ perhibent sectatores. Cur ergo eis synodus necessaria fuisse videatur, qui se contra Chalcedonensem synodum venire cognoscent, qua Eutychanus error cum suis authoribus generalis Ecclesie voce damnatus est? Nec dubium, quod sicut in vna quaque hæresi (quod incessabiliter repetendum est, quia firmum esse nullus ambigit Christianus) omnes complices, sectatores, communicatores damnata semel prauitatis, pari sorte censentur: ideoque sit consequens, ut sicut Timotheus atque Petrus talium sectatores, secundum illius synodi tenorem, nulla recenti facta pontificum congregatione, damnati sunt: sic & qui Petro communicauit Acacius, ut criminis particeps, ita confors sit factus & poenæ. Quid igitur ambagibus & nebulis ista prætexunt, ut impudentiam suam, mentemque vesanam inanibus potius fabulis celare lætaliter, quam prodendo medicinaliter sanare contendant? Nihil enim nobis commune cum hominibus communionis externæ. Ideò vocatur ad iudicium certe quæcumque persona, ut aut fateatur obiecta, aut conuincatur obiectis. Post confessionem porro litetarum tenore depromptam, cur ad iudicium vocaretur Acacius, qui se confessus est Petro, quem petijt à sedis Apostolicæ præceptione damnari, communionem sociasse? Nè ei credi, externæ communionis effecto, vel pro sua, vel pro illorum, vel pro Petri defensione iam posset, cuius se prius miscuerat nefando consortio, feceratque se cum eius causa sine dubitatione communem, cui examinatione præmissa & legitima, si ita esset, purgatione suscepta regulariter misceretur. Sed cum eodem nondum legitime discussio atque purgato, communionem sociatus, quam adhuc reo se miscuit,

scuit,

scuit, tam pro eodem non habuit loquendi fiduciam. Nam Acacius, cum nullo privilegio fulciretur, ut de secunda sede possit ferre iudicium, potuit iure damnari. Simili modo, nisi primae sedis auctoritate percepta, nec examinandi Petri ius habuit, nec recipiendi penitus potestatem: quo regulariter constituto, nec apud nos Petro vlatenus absoluto, quae damnasse nos nouimus, examinasse vel absoluisse nescimus: restat, ut illud etiam demonstramus, eundem Petrum, quae se purgatum communionem recepisse praerendit Acacius, nunquam ab haereticae communionis contagione cessasse, & non solum ipso tempore, quo communicauit ei Acacius, sed etiam post communionem ipsius prauaricatoris Acacij semper Alexandrinum Petrum in haeticorum collegio perdurasse, atque ita & per hunc, Acacium perfidiae communionis suscepisse contagium, & per eandem illis haeticis, quibus Petrus communicabat, eadem peste coniunctum. Qui praesumpsit, non seruato ordine, Petrum suscipere, nec examinatum eum, nec cognoscitur recepisse purgatum: & ideo praeter sedis Apostolicae notitiam, non legitimam sibi eius receptionem usurpare voluisse, ut examinationem eius & purgationem posset, pro sua voluntate metiri, atque eum nec examinatum, nec recipere omnino purgatum. Quae si reuera vellet examinatum purgatumque recipere, ordinem in eius examinatione ac receptione potius custodisset: sed ut videretur magis quam veraciter esset, iure purgari. Sicut ergo ante non prius damnauit, quam & referret, & posceret ab Apostolica potestate damnandum: sic & in recipiendo modo seruare debuisset, ut priusquam se ei communioni misceret, per sedem Apostolicam posceret examinari eum, & legitima ratione purgari, cum nec examinandi, aut recipiendi eum haberet ipse pontificum: & non nisi per illius sedis auctoritatem, consensumque; hoc posset implere, sine cuius auctoritate eum non poterat ipse damnare, & cuius principali diligentia & discussio potuit, & purgari, & ad communionem conuenienter admitti. Cum enim constet, semper auctoritate sedis Apostolicae huiusmodi personas aut discussas, vel esse purgatas, aut sic ab alijs, quibus competeat, episcopis absolutas, ut tamen absolutio earum ex sedis Apostolicae consensione penderet: ubi utrunque defuit, nec discussionem legitimam, nec purgationem firmam, ac per hoc receptionem fuisse constat indebitam. Si tu absque mea communionem Petrum iudicasti esse catholicum, meque despecto, tuo eum iure recepisti: quid cauaris, si illum ego a communionem mea communionem Petrum iudicasti esse catholicum, meque despecto, tuo eum iure recepisti: quid cauaris, si illum ego a

*purgatus.

TOM. 2.

enim mecum non est, contra me est: & qui mecum non colligit, spargit. Quare abs te, Petrum haeticum fuisse putas, an catholicum, an ab haesi postea esse correctum? Si haeticum, nullatenus ei communicare debuisse, & ideo communicando, haetici te manifestum est factum fuisse participem, & eius consequenter, ex synodi tenore veniente, damnatione cōstringi. Si catholicum, palam totius dogmatis est defensor, quod catholicum esse pronuncias, ac nihilominus illius errore censeris. Si haeticum fuisse definias, sed postea correxisse praetendas, eique te purgato communicasse pronuncies, interim in cuius persona me negligendum esse credidisti, cauari non potes, quod in hac eadem te eius persona neglexerim: deinde cum sine me ius non habueris vel absoluedi, vel recipiendi huiusmodi ritē personam, nec purgatam legaliter, nec regulariter constat esse receptam: quam regulariter non receptam, tam legaliter non constat esse purgatam: & ideo non iure purgatam, quia legaliter non receptam. Mea enim in illum, mea manente sententia, te sine me pontificum, ut meam sententiam resolueres, non habente, qua potestate vel discussus est, vel qua auctoritate receptus asseritur? Ecce interim in his causa vestra nutat & labitur, & si haec sola sint, prorsus tota subruitur. Sed adhuc aliud est, quod ad cumulum vestrae conuictionis accedit. Quid enim, si doceatur, non solum priusquam in eius communionem veniretis, neque tantummodum cum ad eius communionem veniretis, sed etiam postea in haeticorum nihilominus eum communicatio durasse? Nonne aut per illum apud vos communicatio perueniebat haetica, aut in haeticam communionem vos eius commercio transiebatis? Doceat igitur, Petrum Alexandrinum ab Antiocheni Petri vnaquam communionem descivisse, & non usque ad diem, cum Antiochenus Petrus in hac luce versatus est, in diuiduum vtriusque fuisse consortium. An dicitur estis, & Antiochenum Petrum fuisse correctum? Cur isti usque in finem se non communicasse gloriabatur Acacius per seipsum? Sed quid profuit, quod illi per seipsum communicare non voluit, cum eidem per Alexandrinum Petrum sine vlla se communicare putaret inuidia? Quid facimus de tot tantisque ciuitatibus, ex quibus catholici pontifices sunt expulsi? Si catholici subrogati sunt, cur catholici sunt reiecti? Sed euidenter apparet, quia cum catholici sunt reiecti, non catholici fuerint subrogati: restat, ut catholici non sint, sed haetici, quicunque, successerunt. Cur eis temere communicastis? Cur non, ut ista noua facies rerum, & tanta tragedia de pontificum successione viuētium, synodo discuteretur, egistis? An de vno dolet Acacius, quod speciali synodo non fuerit consultatus,

tus,

tus, cum proprium crimen literis suis ipse detexerit, nec audiri debuisset iam sponte confessus: & de tantis pontificibus catholicis non dolet, sine vlla discussione seclusis? qui utique si catholicos nossent eos, quorum communionem vitauerant, his potius communicare maluissent, quam non communicantes eis, dura persecutione depelli. Ecce catholici tanti sacerdotes hoc ipso se indicant, quid Apostolica sedes censuerit, cognouisse, constanterque probasse retinendum, quo communionem catholicam reseruantes, & eos, qui Apostolicae sedi communicarent, elegere consortes, & illos, quibus sedes Apostolicae minimē communicaret, usque ad persecutionis incursum reuere consortes. Certē, quae sedes Apostolica decreuerat, Orientalibus episcopis non innotuisse iactatur. Unde ergo tot tantique pontifices, vnum idemque cum sede Apostolica sentientes, eamque probantes, apta religioni sacrosanctae, veraque sanxerunt, quae non solum sequenda sibi iudicauerunt, sed etiam usque ad persecutionem viriliter exercenda? Ecce habuistis, qui Apostolicae constitutionis & notitiam vobis ingererēt, & retinendi constantiam ministrarent. Si Apostolica sedes misisset, vix duos aut tres dirigere potuisset. Ecce tot pontifices Apostolicae sedis scita sectantes, ingerunt vobis notitiam, & praesent seruandae veritatis exempla. Qui contra tantos clausistis oculos ibidem constituto, quomodo duos aut tres audire possitis? Hoc ipso sine dubio cognouistis, illos Apostolicae sedi placere, quos vobis displicere videbatis. Aut illos ergo sectamini, per quos intelligebatis sedis Apostolicae voluntatem: aut nihil est, quod de ignorantia velitis obtendere, cum indicijs tantis & talibus abutentes, sedis Apostolicae constituta, tantis testimonijs praedicatoribus, respuere potius quam recipere maluistis. Nunquid omnes isti, quos memorauimus, episcopi Imperatori mentiti sunt? Nunquid omnes Imperatoris nomen ex diptychis abstulerunt? Cum igitur pellerentur, & viuus pontificibus catholicis successores haetici crearentur, & non de inferioribus quibusque, ciuitatibus, sed etiam metropolitanis pontifices, in catholica communionem iugiter durantes, cur igitur compassi non estis tantis fratribus vestris? cur non ad iustis Imperatorem? cur non ecclesiae causam, & sacerdotij miserabilem decolorationem continuatis vocibus defleuistis, allegantes nunquam de pontificibus, nisi Ecclesiam, iudicasse: non esse humanarum legum, de talibus ferre sententiam, absque Ecclesiae principaliter constitutis pontificibus: obsequi solere principes Christianos decretis Ecclesiae, non suam praeponeere potestatem: episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare: quibus Ecclesiae con-

TOM. 2.

cilijs, qua synodo pellerentur, quid denique commississent, ut sine vlla discussione rerum, tot ecclesiarum praesules pro humano libitu & secularis potestatis arbitrio pellerentur? inauditos, indiscussos, inconvictos non debere percelli, maximē cum nouae causae, & noua rerum facies appareret, ut rectores isti plebium repentinis incurfionibus pro mundanae potentiae voluntate sacris dignitatibus priuarentur, ex nulla veteri causa, ex nullo collegio reatis, nec participatione cuiuslibet erroris iam antē damnati teneri eos, conuincique confortes, ut tanquam ex praeterita definitione iudicarentur obstricti: & ideo quia nullis antē praecedentibus causis retenti essent, cur eijcerentur? incurfus, qui illi essent, debere monstrari, & Ecclesiasticis legibus (ut semper) oportere constare. Saltem vel pro vestro loco, illorum duceretis miseris consulendum, formidantes in vobis, quod in alijs cerneretis, praeter illum morem violenter admitti. Si crimine respergi erant aliquo, Ecclesiastica debuit examinatione cognoscitaceo, & ad sedem Apostolicam ex more referri, ne nostra privilegia curare videamur: satis sit ostendere, quid secundum regulas patrum & canones facere deberetis, praecipue cum etiam ipsae leges publicae ecclesiasticis regulis obsequentes, tales personas non nisi ab episcopis sanxerint iudicari. Si verò de qualibet haesi fuerant impetiti, tanto magis eos decuit ista cognoscere, qui & secundum religionis tenorem possent ista discutere, & haberent pristinum, ex quo est Christiana religio, pontificum iudicandi. Aut catholici enim erant, aut haetici, de quibus passim illa ludibria gerebantur, & atrocina detestanda sauebant. Si haetici, prodi, discuti, & legitime conuincimodis omnibus debuerant, vel suis confessionibus, vel aliorum vocibus confutari. Taceo, quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum: tantumque commoneo, quid fieri Ecclesiastico iure conuenerat. Si verò catholici probabantur, vos, qui non solum in eorum depulsionem cessastis, sed etiam subrogatis communicare delegistis indubitanter haeticis, quibus (depulsis catholicis) succedentibus, non ignorastis causam fidei communionisque catholicae, per tantos antistites toto orbe patefactam: sed plane scientes volentesque, sine vlla discussione rerum, sine vlla synodali examinatione, sine vlla sedis Apostolicae reuerentia, & assensistis haeticis, libenter habentes, patienterque sinentes, catholicos antistites inaudita prius & miserabili forte detrudi: quos si à fide integra communionemque catholica putaretis errare, ad Apostolicam sedem, secundum scita maiorum, & sicut semper factum, referre debuistis, sicut de Petro Alexandrino, vel de Antiocheno Petro, de Ioanne, Paulo quae fe-

D D cisse

cisse monstratur Acacius. Sed quia noueratis eos cum Apostolica sede sentire, & quid sedes Apostolica sua diffinitione censeret, per illos tantos ac tales episcopos constat Orientales antistites nullatenus ignorasse, & per illos catholicam atque Apostolicam communionem prodixisse contrarios, & ab eadem defecisse: cur non illis estis compassione coniuncti, sed potius persecutoribus eorum societate connexi? Hic vobis synodus nunquam venit in mentem, & certe de personis (vt dictum est) nulla veteri lege constrictis. Hic nullo consilio, non vnus vrbis, vel vnus episcopi, sed totius Orientis ecclesiam, subiit animum vestrum, factio sacerdotali consilio debere curari. Sed homines, qui in contrariam partem toto proposito & toto recideratis affectu, consilia potius necessaria etiam studio declinastis, ne per eadem tale aliquid censeretur, quo vobis rebus euidenter ostensis, & legitime confutatis, in haereticorum non liceret venire consortium. Quid ergo de ignorantia pretenditis, cum per totum Orientem catholicam fidem, communionemque synceram sedi Apostolicam congruentem, non solum cognouisse tot pontifices videbatis, sed etiam vsque ad extremum constantissimè defendidisse? Si vos non audieratis, quid de fide & communione catholica atque Apostolica censeremus: illos adspicere debuistis, & aut sequi, si credebatis esse catholicos: aut apud Apostolicam sedem potius accusare, si credebatis errasse quidem illos, aut suo proposito illam tenuisse sententiam, aut cognoscendo quid sedes Apostolica diffiniret. Aut igitur collegas & fratres de proximo in conspectu vestro, vel catholicos sequi debuistis, vel impetere, si credebatis errare: nec illis, à quibus nullo discrimine vexabantur, praebere consensum, donec veritas ex omnibus potestata constaret, & regulariter de eis Ecclesiastici iudicij forma procederet. Sin verò sedis Apostolicæ regulam subsequendo perspiciebatis illos hanc tenere constantiam: consequenter per illos, & quid nostra diffinitio contineret, non habuistis incertum: & illorum persecutoribus annuendo, à sedis vos Apostolicæ, non ignorantes eius sententiam, consortio retraxistis: & adhuc dicitis ignorare vos, quod sedes Apostolica censuisset, cum in illis sacerdotibus catholica fide & communione nolentibus non verbis aut literis, sed personis presentibus didiceritis vniuersa, & ab eadem vos proprio iudicio separasse videamini?

Secundum exemplar admodum vetustum, inter eum locum ubi habetur, separasse videamini? & inter illum, quo dicitur, Et adhuc dicitis, sunt illa intermedia, quae hic inter dictos passus describuntur. Circa quod tamen considerandum est, quod eadem verba in praecedenti epistola, quae est ad Dardaniæ episcopos scripta, praemissa sunt.

Eccè agnouerunt, quam iustis ex causis

τὸμ. 2.

pro fide & communione Catholica atque Apostolica (cui & illi, qui in ea perstiterant, congruebant: & illi, qui perstantibus obuiabant, ab eadem docebantur alieni) sedis Apostolicæ autoritate sit remotus Acacius, eiusque pariter quicumque complices extiterunt, atque ab illa merito, cum his communione discretus, à qua se ipse primum cum suis consortibus à catholicis pontificibus discrepando, cognoscitur separasse: iureque sententiam ille damnationis exceperit, ceteris consortibus promulgandam, qui solus per omnibus suis consortibus in communionem se recidisse perfidiam, ad Apostolicam sedem missis literis est confessus. Cui se communicauerant Orientales episcopi, antequam huc referret, pari utique reatu sine dubio probantur inuolui: iureque per illum transgressio nis sententiam susceperunt, tanquam facti cum eodem communionis externae: qui utique non consuli, tanquam nostrae communionis homines, iam deberent, sed tanquam in contrario positi consortio refutari. Si verò non communicauerant, antequam Acacius huc referret, & communicantem notare debuerant, & ipsi de eodem potius huc referre, atque Apostolicæ sedis vigore percussum merito comprobare, cumque ea sede Apostolica, tantisque illis catholicis pontificibus, magis tenere concordiam. Sed quia ab illorum societate descuerant, & eorum successoribus communicare delegerant, idem cum sede Apostolica minimè congruebant: quia in fortem reciderant prauaricatoris Acacij, illius se sine dubio peruidebant sententia consequenter adstringi: & ob hoc videri cum nolebant esse damnatum, quia se cognoscebant in eadem prauaricatione damnatos, in qua hodieque manere perstiterunt. Sed sicut hi, simili conditione constricti, complices suum non possunt iudicare non iure damnatum, neque rei reum possunt competenter absolueri, sic illo iusto prauaricatore damnato, isti quoque pari iacent damnatione prostrati: neque, nisi resipiscentes, inde poterunt prorsus absolui.

Et adhuc dicitis, synodum in vnus hominis persona debuisse tractari, quam in damnandis tantis pontificibus catholicis non quaesistis? Quibus autem vultis vt de talium causarum relatione credamus? catholicis, an haereticis? ab omni contagione haereticorum discretis, an haereticorum communione pollutis? Quis autem non videat illos esse catholicos, & ab omni haeretica peste prorsus alienos, qui proprijs vrbibus detrusi, & in exilium sunt redacti: & eos, qui superstitibus catholicis successores fieri ausi sunt, catholicos omninò non esse, sed aut Eutybianos manifestos, aut eorum sectatoribus communicantes? Hæc pestis apud eos hodieque perdurat, siquidem & cum Petro Alexandrino, & cum Antiocheno Petro, indifferenter hi, qui catholicis successerant, communione

nione permixti sunt, & successoribus vtriusque Petri hodieque miscetur. His adde etiam illos, qui catholicis licet non successerint, sed cum catholicis pontificibus haberentur, tali se communioni iunxerunt. Hæc illa mixtura, hæc est illa confusio, qua per Orientem totum inter catholicam hæreticamque communionem nulla discretio est: immò qui discerni tentauerit, potius hæreticus habetur, persecutione percellitur, exilijs & afflictione mulcatur.

Restat ergo, vt in hac collusione cunctorum, sicut quisquis ab eadem separatus est, syncerae communionis, & idem catholicus comprobatur: ita quisquis illius detestandi commercij particeps inuenietur, quantum à syncera communiōne, tantum à catholica atque Apostolica sit remotus. Nec præterdat quisquam, quod alicui forsitan euidentiori non communicasset, vel non communicare videatur hæretico. Quid enim iuuat, si illi non comunicet, & his tamen communione iungatur, qui ab illius non sunt communionem diuersi? Quod si eorum nulli communicauit, vel omninò non communicat, hic erit ille syncerae, catholicae, Apostolicæque: communionis & fidei. Alioquin nullo modo poterit in discretam illius mixtionem insyncerum vitare contagium. Hoc modo etiam ille vir bonus Acacius Antiocheno Petro, cui se palam non communicare iactabat, per alios sine ambiguo comunicasse detegitur. Neque enim ab omnium, qui Antiocheno Petro communicabant, semet Acacius communionem suspendit, ac per hoc quid profuit, quod videri volebat illi palam non communicare, cui per suos complices signo subciliuæ communionis nec tebeatur? Alexandrino Petro communicauit Acacius: sed donde aduixit Antiochenus Petrus, qui utique post Acacianum cum Petro Alexandrino foedus in initum defunctus ostenditur, nunquam Antiocheno Petro Alexandrino Petro communicare desinit. Quod catholicorum continet relatio sacerdotum, cæterorumque in catholica fide durantium, nec conscientiam latere potest totius Orientis. Et vt taceam, quod per ipsum Zenonem Imperatorem, & utique Antiocheno Petro, quem introduxerat, & cuius sacerdotium comprobauerat, sine dubio communionem permixtus erat, communicabat Acacius: plurimos diuersarum vrbium praesules possumus demonstrare, quibus, cum Antiocheno Petro communicantibus, nihilominus comunicabat Acacius: & per illos Antiochenos, comunicabat consequenter & Petro. Sed hæc apud Græcos facilis & inculpabilis putatur esse permixtio, apud quos nulla est veri fallique discretio: & dum cum omnibus reprobis voluit esse communes, in nulla monstrantur probitate consistere. Hic autem ille est Petrus Antiochenus, quem nec per penitentiam ad communionem

τὸμ. 2.

catholicam recipi, etiam à sede Apostolica poposcit Acacius: ac per hoc quid queruntur à nobis Acacium fuisse damnatum, cum hac professione praemissa, & per anfractum Antiocheni Petri recepta communione, se doceatur ipse damnasse? Vbi tamen non solum reus tenetur Acacius, sed omnes pontifices Orientis, qui pari modo in hæc recidere contagia, meritoque simili damnatione tenentur obstricti. Nec inde possunt vllatenus expediri, nisi dum superfunt, à talibus abstinendo. Nec nos oportet in talibus causis, nisi illis credere, quod aut omninò se sciant ab huius perfidie nexibus diuino beneficio seruare discretos, aut his, qui à perfidorum consortio recesserunt. Nam in perfidorum contagio constitutis, quam fidem pro syncerae communionis testificatione possumus adhibere, qui in syncera communione sunt positi? nec eorum testimonijs niti pro veritate poterimus, qui impugnare nituntur falsitatibus veritatem. Restat igitur, vt non nisi illis credere debeamus, qui ab omni contagione sunt liberi.

EPISTOLA GELASII PAPAЕ AD EUPHEMIANUM.

Dilectissimo fratri Euphemiano, Gelasius. Quod plenè cupimus atque syncera fidei communionisque catholicae reintegratione firmari, asserit tua dilectio, quod alteri solus non sufficiat auditus, nisi per literas spectauerit significantiam prouocantem de his, quae circa nos dispensatio diuina perfecit, vt sic in secundis vicem salutationis impenderem. Non arbitramur vel dilectionem tuam, vel aliquem sic hoc sperare potuisse, vt putaret nos vel aliquem potiore, quae sunt gesta referentes, debuisset responsa promereri: quia nimis iudicaretur arrogas, si de prima sede taliter existimasset. Quod si, magis opinamur, quasi socijs, quibus praesse Christi munere delegata est, Apostolicam sedem institutum sibi nouiter sacerdotem praesentibus oportuisse dixisti literis indicare: fuit quondam Ecclesiastica vetus hæc regula apud patres nostros, quibus vna catholica, apostolicaque: communio, ab omni prauaricatorum libera pollutione, constabat. Nunc autem cum societatem praeserre malitis extraneam, quam ad beati Petri purum redire, illibatamque consortium, quomodo catabimus caticum Dominum in terra aliena? Quo- Ppal. 136. modò dispositio Apostolicæ antiqua foedera praesentibus hominibus communionis extraneae? Quemadmodum vobis ordinationem renunciatura est, cui vestro etiam testimonio haereticos damnatos praepositis? Dicat forsitan tua dilectio, haereticos damnatos dici Acacium & Petrum. Cur si fas non est, praesentibus saltè literis colloquamur? Quia aliter appellamus Dominicam mensam participes: aliter, qui in eius nobiscum societate dissentiant: quia ipse Dominus alio modo

DD 2 verba

verba faciebat, à sua prædicatione discretis: alio, discipulis regni caelestis secreta pandebat. Consequenter quoque Apostoli non ita, à suo collegio separatis, quæadmodum fidei domesticis, confortibusque loquebantur. Sed ait dilectio tua, tantum circa me se se charitatis habuisse, ut non solum ad scribendum fueris contentus, sed affatu audire. Rom. 10. d. Lege sententiam. Fides ex auditu, auditus autem per verbum DEI: illud scilicet verbum, quod confessioni beati Apostoli Petri portas inferni nunquam præualiturus esse promissit. Atque idè rationabiliter existimasti, quia fidelis Deus in verbis suis, non, nisi aliquid tale promississet instituere, & vnam sponsonis suæ promissionem impleret. Ait denique tua dilectio, nos & diuinæ prouidentiae gratia, quod illi monstrauerit, sanctarum ecclesiarum se non deserere charitatem, quia me in pontificali sede locauerit, non indigentem (sicut ait) doceri, sed intendentem omnia necessaria ad ecclesiastici corporis vnitatem. Ego quidem sum omnium hominum minimus, satis immeritus ad tantæ sedis officium, nisi quæ superna gratia semper operatur magna de paruis. Quid enim de me sentiam, cum hoc ipse de se magister gentium testetur, qui se vltimum, & non vocari dignum Apostolū, profitetur? Veruntamen, ut ad dilectionis tuæ verba redeamus, si veraciter executus es, hæc diuinitus mihi fuisse collata, quæ & profectò quæcunque sunt bona, dona sunt tibi: sequere ergò hortamenta non indigentis doceri, & secundum supernam dispositionem vniuersa cunctaque, insipientis, quæ ad Ecclesiarum pertinent vnitatem, & aduersus diabolū, conturbatorem veræ pacis atque compagis, (ut asseris) fortiter resistentem. Si ergò de me ista pronuncias, aut sectanda tibi sunt, quæ à Christo (ut perhibes) constituta sunt: aut palam te, quod absit, Christi dispositionibus obuiare depromis, aut ad & veniam luxuriæ de me cognosceris ista iactare. Sed consequenter adnectis, condescendibilem me, & optima dispositione reuocare posse concordiam. Proindè, quoniã isto verbo frequenter vtimini, quid sibi velit, explorem. Optima enim illa est Ecclesiæ catholice, atque Apostolicæ dispositio, ad meliora proficiendo conscendere, non ad inferiora descendendo deficere. Cum autè dicis, condescendere nos debere vobiscum, interim iam vos aut descendere, aut descendisse monstratis. Vnde, quæso, vel quod ista descensio est? Vtiq; ex superiori quodam loco ad inferiora quæque deponeas. A catholica Apostolicaque communione ad hereticam damnatamque; prolapsos vos videtis, cognoscitis, non negatis: & non solum vos in infimis iacere delectat, sed etiam in superiore manentes sede, vultis impelli. Condescendere nos vobiscum inuitatis ad ima de summis, nos coascendere vos

TOM. 2.

nobiscum rogamus ad summa de imis. Nunc igitur sub conspectu illius excelste iustitiæ dicet genus humanū, quos nostrum debeat iu alteri obedire. An dicis, ut cætera nunc omittam, descendit Dominus ipse de caelo? Descendit planè, sed ut hominem ab errore liberaret, non ut eius misceretur errori. Nonne ipse præmonuit, ut qui in tecto consisterent, non descenderet nec ad ea, quæ in domo videntur esse, tollenda? Nonne pro omnibus Apostolus clamat vnus, qui plus omnibus laborauit, cum de custodia veritatis ageretur, quibus nec ad horam cessimus subiectionis gratia, ut veritas euangelij permaneret apud vos? Videtis, caelestem magistrum condescendere noxijs recusantem? Postremò, faciamus aliquem corruisse, ad què benignissimè subleuandum, paululum quisquam velit inflecti. Ergò, ut erigatur iacens, miserantem conuenit inclinari, nõ ut cum eodem præcipitetur in foueam. Igitur per literas, quas per Sinditium diaconè destinasti, de his quos baptizauit, quos ordinauit Acacius, maiorum traditione consecram & veram, præcipuè religionum sollicitudini congruam, præbemus sine difficultate medicinam. Quod nos vultis vltra descendere? Quid tacetis? Quid verecundamini verbis exprimere, quod corde gestatis? Ipsa vos saltè verecundia, quod nunquam fit, debuit commouere. An forsitan, ut hereticorum damnatorumque, & his vel eorum successoribus communicantium, nomina consentiamus admittimus? Hoc non est condescendere ad subueniendum, sed euidenter in inferna demergi. Parcite (quæso) & nobis & vobis. Quod si curam vestri aded non habetis, date veniam nobis. Dolere & flere possumus & debemus: in hæc abrupta deduci nec possumus, nec debemus, qui, prestante deo nostro, sinceram puramque paternam traditionis fidem, communionemque; retinere, & ab omni præuaricatorum contagione discretam, etiam in tentato periculo mortis, optamus, eligentes (si velit Deus) quælibet illa perpeti, quam causas incidere damnationis æternæ. Date (inquam) veniam, si cum vos propter amorem cuiuslibet hominis vel timorem hæc libenter incurritis, nos, propter amorem Dei & timorem gehennæ, talia refutamus. Nec vos credatis, dissimulando causas atque personas, cuiuslibet amicitijs posse subripere: quia neque vos ita subtiles estis, qui non possitis intelligi: & nos, præstante Deo nostro, non reperitis incautos. Nonne missis huc sæpè literis indicastis, cum cæteris hereticis vos Eutychem quoque respuere? Hoc si verum est, aut eos, qui communicauerunt Eutychem successoribus, pariter abdicare: aut aliorum quoque hereticorum successoribus communicantes, admittite. Sed Acacius (inquis) nihil contra fidem, sicut Eutychem & successor eius, legitur vbi cunquè dixisse: quasi non

Matth. 24. b

1. Cor. 15. b

Galat. 2. a

fit

Psal. 54. roma. 1. b

fit deterius, & non ignorasse veritatem, & tamen communicasse veritatis inimicis. Si enim, cum aliquis rectè sapiens de fide catholica, comunicet illis hereticis, inter quos Eutychem posuistis, vel successoribus eorum, non est fas eos inter catholicorum altaria nominare: ita ergò nec illius Eutychem successoribus comunicado, simili forte tenetur obnoxius? De talibus quippe conuenienter dicitur, Descendant in infernum viuentes: qui dum illa vita, qua iustus viuunt, vera atque catholica putantur viuere, repente aut in prona prauitatis, aut in hæreticæ communionis inferna pergunt. Ecce quales Christo dicitis esse preponendos, cum ille nec animas nostras sibi met præcipiat anteponi. Immo & adhuc queritis, quando fuerit damnatus Acacius: quasi reuerè, etiam si eum nullus ante damnasset, non habuerit orthodoxæ & Apostolicæ communionis, cuius præuaricator extitit & desertor, participatione secludi: sicut etiam, quilibet, qui fuerit ante catholicus, cuiusque hæresi communicans, merito iudicatur à nostra societate remouendus: aut in tali sorte defunctus, inter catholicorum nomina nullatenus computari. Miramur tamen, quomodo ista profertis, hoc est, ut & synodum Chalcedonensem vos suscipere per fide catholica profiteamini: & eos, quos damnauit, sectantium communicatores, non pariter generaliterque; putetis fuisse damnatos. Ostendite ergò, quæ synodus in vna quaque hæresi cum erroribus successores eorum his communicantes, simulque; omnes non damnent & complices. Itaque ille vester Acacius, qui Eutychem hæresibus detestabili communione factus est particeps, ab eadem synodo sine dubitatione damnatus est, quæ & Eutychem, Dioscorumque cum successoribus eorum hisque; communicantes synodico tenore proftrauit. Sic sequaces quoque; eorum, Timotheum, Petrumque; simili definitione deiecit. Proindè si ea, quæ in synodo Chalcedonensi pro fide & communione catholica, lege Apostolica definita sunt, verè certèque; sectamini, sicut vestra professione multiplici continetur: aut successores ab illa synodo damnatorum, hisque; communicantes abijcite: aut, si istos admittitis, ea quæ in illa synodo, pro fide & communione Catholica & Apostolica, sunt peracta, non solum falsò vos retinere perpenditis, sed insuper labefactare conamini, & in Eutychemiam hæresim sine retractione reciditis, meritoque; à catholicis probamini esse vitandi: quia ut talem pestilentiam perpetuè possemus euadere, ea, quæ contra ipsam ab illa congregatione sanctorum patrum salubriter decreta leguntur, nullatenus mutilanda, nõ solum sedis Apostolicæ præfules, sed etiam Orientalium regionum catholici censuere pontifices. An Petrum dicitis fuisse purgatum, cui com-

TOM. 2.

municauit Acacius? Veris assertioibus edocete, hoc ostendite, hoc probate, quibus ille modis, quibus ille regulis ab Eutychemia fuerit professione vel communione mundatus, ut cum id nihilominus euidenti rerum claruerit demonstratione conuictum, palam aperteque; possitis aduertere, aut vos debere cedere veritati, aut aduersus hanc manifesta dimicatione configere. Nec vobis blandiamini, quia fidem Catholicam profiteamini vos tenere, qui Eutychemis nomen ademitis: quia ea veluti prædicare videmini, quæ orthodoxa prædicauit antiquitas. Clamat enim vobis illa Euangelica sententia: Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos: aut facite arborem malam, & fructus eius malos: à fructibus enim arbor cognoscitur: id est, si voce, si fide, si professione catholica & Apostolica fideliter veraciterque gloriamini, huius & communionem recipite. Si verò hereticorum, scilicet damnatorum, vel his aut successoribus eorum communicantium, communicatio vobis placet: quid statitis? quid circumspicitis? simul & eorum aperte manifesteque, remotis obstraculis, dogma defendite. Quid enim iuuat? immò & satis grauat, dictis polliceri, quod factis negatur, ut non solum ipsa per se hæresis Eutychemia, quæ sit funesta Christiano sacramento, possitis agnoscere, sed quanta & quam grauius hæresis ista in sui definitione contineat. Ecce ad quæ nos præcipit condescendere, prouocatis, atque ad quæ nos vitæ æternæ pericula cupitis inclinare. Hoc descensu saluare est ægrotantem, an cum languente cõsumi? Hæc erit optima dispositio illius, quam memoras, reparandæ concordie, an illa potius, ut reiectis contagijs perfidorum, integra fide, sincera sui communione potiatur communicatio catholica atque; Apostolica, ac hereticorum tabe depulsa, intemperatam suæ fidei confessionem nitatur adstruere, atque inuicem sibi met congruentis orthodoxæ professionis, communionisque; sit vnitas? Hanc (sicut dilectionis tuæ literæ cohortantur) meis quoque; temporibus custodiri, qua valeo, prece deposeo, quæ per tot annos ab illis patribus gloriosis illibata intactaque seruata est. Hæc enim est, sicut ipse dicitis, quam Deus noster de omnibus benè futuram, & secundum suam veritatem & regulam gubernandam, & præscius antè constituit, & singulis quibusque; temporibus sua dispositione conuenienter aptauit. Hæc est voluntas Dei, cuius tu ingeris mentionem, quam ego quoque; pro meo modulo, quæ Dominus donare dignatur, cupio prorsus implere, ut nõ reus de huius talenti celestis diminutione reperiar: sed in hoc talèto (sicut ipse quoque; nos admonet) incrementum Christi gratia postulo consequi, & nullum prorsus incidere detrimentum. Hinc est, quæ prioribus dilectionis tuæ literis, sicut tua quoque; pagina

DD 3 designa-

2. Cor. 7. b

designavit, pro vestra sumpsi salute tristitiam, ubi comperi, quod erat vobis noxium, & quod vera paci contrarium reperi. Contristatur enim Apostolus de errore deviantium, & laetitiam recipit de eisdem sua praedicatione correctis. Si autem tua charitas, ut dixit, nescio quorum necessitate constringitur, quod (pace tua dixerim) sacerdos pro veritate promeda nec facere deberet omnino, nec dicere: ignoscite nobis hominibus timidissimis, si coarctante nos terribili & diuini iudicij grandi necessitate, constringimur, sicut qualescunq; ministros Christi decet, nos animas nostras ponere pro veritate saluandas, quae eas lucrari velle veritatis diminutione perdedas, ut non dicam, contra fidem libitis cuiuslibet abdicandas. Ista mihi sunt (quas dilectio tua commendat) certae fidei perpetuae cum eo, quicumq; voluerit, in Christi visceribus amicitiae. Hinc non tam optamus praeponi alijs, sicut praedicat, quam cum fidelibus cunctis sanctum & deo placitum habere consortium. Haec mihi (quam mandat dilectio tua) pax solida, in conuulsa, & perennis: hoc vnum vinculum (sicut etiam ipse desideras) salutare, quo cuncta vniri possit Ecclesia. Hoc quibus est creditum, (sicut & ipse deprecaris) protectio diuina persiciat. Haec est, quae Deus est, charitas (quam poscis) de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Quomodo ergo de corde puro, si haereticorum fuerit participatione polluta? Quomodo conscientia bona, si malorum fuerit confusione permixta? Quomodo fide non ficta, si fuerit mixta cum perfidis? Quae si prudentia tua (sicut eam precamur) diligenter aduertat, perspicit Apostolicam sedem non vitare pacem, sed haereticorum damnatorumque vitare vestigia. Quae etiam vos rationabiliter intuentes, creditis, componendum populum Constantinopolitanum, non permittere submoueri nomine perfidorum. Quisnam hoc in Ecclesia DEI (quae te) possit audire, cum vtiq; pastorem sequi grex debeat ad pacem salutaria reuocantem, non per deuia gregem pastor errantem? Dic mihi, rogo te, grex pro te, an tu pro grege redditurus es rationem? Certè si vobis hoc placet, multo magis causa est iustior, qui populum Romanum à fide illa sua, laudabili Maiorum traditione percepta, declinare non sinentem nos penitus libenter audiimus, si vos Constantinopolitanam plebem, ab haeretica communione discedere recusantem, non vultis offendere. Sed nos dicitis debere dirigere, qui eam valeant mitigare. Quomodo me auditura est, quem videtur habere suspectum, si praesules suos despicit admonentes? Nonne ipsis Apostolis est praecipuum in aliquibus regionibus verbi praedicatione non vti: his quippe, in quibus non fuerant audiendi? Veniemus, frater Euphe-

1. Ioan. 4. c
1. Timo. 1. b

Agor. 13. g

miane, sine dubitatione, veniemus ad illud pauendum tribunal Christi: ut taceam, quia ex hoc sit metuenda vindicta circumstantibus illis, à quibus fides ipsa defensa est. Non illic inficiationibus, non dilationibus, non inclusionibus est agendum: sed manifestissime comprobandum, vtrum beati Petri gloriosa confessio cuiquam eorum, quos regendos accepit, quicquam subtraxerit ad salutem: an eam auscultare nolens, etiam cum suo periculo rebellis exiterit obstinata pernicies? Ibi certè dilucidabitur, vtrum ego (sicut putatis) acerbe, asper, & nimis durus, difficilisq; sim vobis, qui cum ratione vestram salutem parturio, qui clamo, etiam si aulterum videretur antidotum: Accipite, quae so, bibite, viuite, nolo moriamini: An vos, qui à noxijs prohibiti, medicos ducitis execrandos, immò qui vultis vobiscum medicos aegrotare, quam vos recipere sanitatem. Et alia manu: Dominus te incolumem custodiat.

Finunt Epistolae Gelasij Papae.
ORDO LIBRORVM VETERIS Testamenti, quem sancta & catholica Romana suscipit & veneratur Ecclesia, digestus à Gelasio papa cum Septuaginta episcopis.

Genesis liber vnus, Exodi liber vnus, Leuitici liber vnus, Numeri liber vnus, Deuteronomij liber vnus, Iesu Naue liber vnus, Iudicij liber vnus, Ruth liber vnus, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Psalmorum 150 liber vnus, Salomonis libri tres, Prouerbia, Ecclesiastes, & Cantica canticorum. Item Sapientia liber vnus, Ecclesiasticus liber vnus. Item ordo prophetarum: Esaiæ liber vnus, Hieremiae liber vnus, Cinoth, id est, de lamentationibus suis, Ezechielis liber vnus, Danielis liber vnus, Osee liber vnus, Amos liber vnus, Michea liber vnus, Iohel liber vnus, Abdia liber vnus, Ionae liber vnus, Naum liber vnus, Abacuc liber vnus, Sophoniae liber vnus, Aggae liber vnus, Zachariae liber vnus, Malachiae liber vnus. Item ordo historiarum: Iob liber vnus, Tobiae liber vnus, Esdrae liber vnus, Hester liber vnus, Iudith liber vnus, Machabaeorum liber vnus.

ITEM ORDO SCRIPTURARUM noui & aeterni Testamenti.

Evangeliorum libri quatuor: secundum Mattheum liber vnus, secundum Marcum liber vnus, secundum Lucam liber vnus, secundum Ioannem liber vnus, Actuum Apostolorum liber vnus: Epistolae Pauli Apostoli numero quatuordecim: ad Romanos epistola vna, ad Corinthios epistolae duae, ad Galatas epistola vna, ad thesalonicenses epistolae duae, ad Ephesios epistola vna,

Matth. 16. c

hic appareret Ecclesia Romana non recepit Calceones illos, quibus Constantino polis in secunda & quarta Synodo legitur Romanae ferè comparata.

1. Cor. 3. c

Dist. 15. Sancta Romana

vna, ad Philippi epistola vna, ad Colossenses epistola vna, ad Timothei epistolae duae, ad Titum epistola vna, ad Philemonem epistola vna, ad Hebræos epistola vna. Itè Apocalypsis Ioannis liber vnus. Item Canonicae epistolae numero septem: Iacobi apostoli epistola vna, Petri apostoli epistolae duae, Ioannis apostoli epistolae tres, Iudae Zelotris apostoli epistola vna.

Gelasij Papae decretum, cum Septuaginta episcopis habitum de apocryphis scripturis.

Post propheticas, euangelicas, atq; apostolicas scripturas, quibus Ecclesia catholica per gratiam DEI fundata est, illud etiam intimandum putamus, quod quauis vniuersa per orbem catholicae Ecclesiae vnus thalamus Christi sit, sancta tamen Romana catholica & apostolica Ecclesia, nullis synodicis constitutis caeteris ecclesijs praelata est, sed euangelica voce Domini & saluatoris nostri, primatum obtinuit: Tu es Petrus, inquit, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non praeualebunt aduersus eam, & tibi dabo claus regni caelorum. Et quacumque ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis: & quaecumque solueris super terram, erunt soluta & in caelis. Cui data est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli vasis electionis, qui non diuerso, sicut haeretici garrunt, sed vno tempore, vno eodemq; die, gloriosa morte cum Petro in vrbe Roma, sub Caesare Nerone agonizans, coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecraverunt, talemque omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua praesentia atque venerando triumpho praetulerunt. Est ergo prima Petri Apostoli sedes, Romana Ecclesia, non habens maculam neque rugam, nec aliquid huiusmodi. Secunda autem sedes, apud Alexandriam B. Petri nomine à Marco eius discipulo & euangelista consecrata est. Ipseq; à Petro apostolo in Aegyptum directus, verbum veritatis praedicauit, & gloriosum consummauit martyrium. Tertia verò sedes, apud Antiochia eiusdem beatissimi Petri apostoli nomine habetur honorabilis, eo quod illic priusquam Romana venisset, habitauit, & illic primum nomen Christianorum nouellae gentis exortum est. Et quauis aliud fundamentum nullus possit ponere, praeter id quod possumus, qui est Christus Iesus, tamen ad edificationem nostram eadem sancta Romana Ecclesia post illas veteris vel noui testamenti, quas regulariter suscepimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas, id est, sanctam synodum Nicenam trecentorum decem & octo patrum, mediante maximo Constantino Augusto, in qua Arius haereticus condemnatus est: Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius haereticus debitam damnationem excepit: Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius condemnatus est consensu beatissimi Caestini papae, mediante Cyrillo Alexandrinae sedis antistite, & Archadio, episcopo ab Italia destinato: Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Martino Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo: In qua Nestoriana & Eutyechiana haereses simul cum Dioscoro eiusque complicitibus damnatae sunt. Sed & si qua sunt Concilia à sanctis patribus haecenus instituta, post horum auctoritatem, & custodienda, & recipienda, & decernimus, & mandamus. Item opuscula B. Cypriani martyris & Carthaginensis episcopi. Item opuscula beati Gregorij Nazianzeni episcopi. Item opuscula beati Basilij Cappadociae episcopi. Item opuscula beati Athanasij Alexandrini episcopi. Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi. Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitani episcopi. Item opuscula beati Theophili Alexandrini episcopi. Item opuscula beati Hilarij Pictauiensis episcopi. Item opuscula beati Ambrosij Mediolanensis episcopi. Itè opuscula beati Augustini Hipponensis episcopi. Item opuscula beati Hieronymi presbyteri. Item opuscula Prosperi viri religiosissimi. Item epistolam beati Leonis papae ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinatam. Cuius textum quispiam si vsque ad vnum iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Item opuscula atque tractatus omnium orthodoxorum patrum, qui in nullo à sanctae Ecclesiae Romanae consortio deuiarunt, nec ab eius fide vel praedicatione seiuncti sunt, sed ipsius communionis per gratiam DEI vsque in vltimum diem vitae suae suere participes, legendos decernimus. Item decretales epistolas, quas beatissimi papae diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum patrum consolatione dederunt, venerabiliter recipiendas. Item gesta sanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ista catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpeffos, nec suis viribus, sed gratia Dei & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed idèò secundum antiquam consuetudinem, singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia & eorum qui conscripsere, nomina penitus ignorantur: & ab infidelibus aut diuersis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur, sicut cuiusdam Cyrici & Iulite, sicut Georgij, aliorumq; huiusmodi passiones, quae ab haereticis perhibentur compositae: propter quod, ut dictum est, nè vel leuis

*praetere

*Quicquid

substantiandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum praedicta Ecclesia omnes martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni deuotione veneramur. Item Vitas patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tunc vir beatissimus descripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. Item actus B. Syluestri Apostolicae sedis praesulis, licet eius, qui conscripsit, nomen ignoretur, a multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multae hae imitantur Ecclesiae. Item scripturam de inuentione Crucis Dñicae, & aliam scripturam de inuentione capitis Ioannis Baptistae, nouellae quaedam relationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt. Sed cum haec ad catholicorum manus adueniant, B. Pauli Apostoli praecedat sententia: Omnia probate: quod bonum est, tenete. Item Rufinus vir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam B. Hieronymus eum in aliquibus de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quae praedictum B. Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Rufino, sed etiam de diuersis, quos vir saepius memoratus, zelo Dei & fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuscula, quae vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse reuocanda. Item Chronica Eusebij Caesareensis, & eiusdem Ecclesiasticae historiae libros, quantum in primo narrationis suae libro tepuerit, & postea in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quae ad instructionem pertinent, vsquequaquae non dicimus reuocandos. Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus paganorum calumnias dignam ordinauit historiam, miraque breuitate contextuit. Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, in ligni laude praefereimus. Item Iuueni nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Caetera, quae ab hereticis siue schismaticis conscripta vel praedicata sunt, nullatenus recipit catholica & apostolica Romana Ecclesia, e quibus pauca, quae ad memoriam venerunt, & a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

*scripta
*alia scripta
*puenerint
1. Theff. 5.

Apocrypha habenda q. In primis Ariminensem synodum, a Constantio Caesare, Constantini Augusti filio, congregatam, mediante Tauro praefecto, extunc & nunc, & vsque in aeternum consistemur esse damnatam. Item Itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri decem, apocryphum. Actus non

mine Andreae apostoli, apocryphi. Actus nomine Thomae apostoli, apocryphi. Actus nomine Philippi, apocryphi. Euangelium nomine Thaddaei, apocryphum. Euangelium nomine Matthiae, apocryphum. Euangelium nomine Petri apostoli, apocryphum. Euangelium nomine Iacobi minoris, apocryphum. Euangelium nomine Barnabae, apocryphum. Euangelium nomine Thomae, quo vruntur Manichaei, apocryphum. Euangelium nomine Bartholomaei apostoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreae apostoli, apocryphum. Euangelia quae falsauit Lucianus, apocrypha. Liber de infantia saluatoris, apocryphus. Euangelia quae falsauit Nestorius, apocrypha. Liber de natiuitate saluatoris, & de Maria & obfetrice, apocryphus. Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lucius discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber de filiabus Adae Genesios, apocryphus. Centimetrum de Christo, Virgilianis compaginatum versibus, apocryphum. Liber qui appellatur Actus Teclae & Pauli apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber Proverbiorum, qui ab hereticis conscriptus, & sancti Sixti nomine praenotatus est, apocryphus. Reuelatio, quae appellatur Pauli Apostoli, apocrypha. Reuelatio, quae appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur transitus, id est, Assumptio sanctae Mariae, apocryphus. Liber, qui appellatur poenitentia Adae, apocryphus. Liber Ogiae nomine gigantis, qui ab hereticis cum dracone post diluuium pugnasse perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur testamentum Iob, apocryphus. Liber, qui appellatur poenitentia Origenis, apocryphus. Liber qui appellatur poenitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur poenitentia Iamnis & Mambre, apocryphus. Liber, qui appellatur Sortes apostolorum, apocryphus. Liber, qui appellatur laus apostolorum, apocryphus. Liber Canonum apostolorum, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab hereticis conscriptus est, & beati Ambrosij nomine signatus, apocryphus. Historia Eusebij Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani, apocrypha. Opuscula Lactantij, apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillae & Maximillae, apocrypha. Opuscula omnia Faustii Manichei, apocrypha. Opuscula Commodiani, apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Opuscula Tatij Cypriani, apocrypha. Opuscula Arnobij, apocrypha. Opuscula Tyconij, apocrypha. Opuscula Cassiani, presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauieni, apocrypha. Opuscula

Mirum quod hic non fit ar mentio euangelij Nicodemiani.
*Hefychius
*Leucius
*xyli

Fausti Rhegiensis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumeti Caeci. Epistola Iesu ad Abagarum regem, apocrypha. Epistola Abagari ad IESVM, apocrypha. Passio Cyrici & Iulitae, apocrypha. Passio Georgij, apocrypha. Scriptura quae appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Phylacteria omnia, quae non angelorum, (vt illi consingunt) sed demonum magis arte conscripta sunt, apocrypha. Haec & omnia his similia, quae Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus, & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscenissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, siue Manichaeus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus,

Sabbatius, Caelestius, donatus, Eustathius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus Celanensis, Caelestinus, Maximinus, Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Vnicus, Lampetius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, e quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit. Acacius Constantinopolitanus cum confortibus suis, necnon & omnes haeretici, eorumque discipuli siue schismatici, docuerunt vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana catholica & Apostolica Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in aeternum confitemur esse damnata.

*Persilianus

EPAVNENSE CONCILIUM TEMPORE GELASII PAPAE I. EST PROVINCIALE, & multa habet consimilia illis, quae in synodo Agathensi leguntur.

Epauense conciliū tempore Sigismundi regis celebratum est. Huius autem ciuitatis situm, apud Ptolemaeum, Plinium, Strabonem, & Antoninum non legitur.



for. *pcepionis

Quod praecipientibus tantis dominis meis, ministerium praesferendi sermonis assumo, facio hoc non tam praesumptionis ausu, quam praesumptionis obsequio, dum exequi & implere contendit non audacia temeritatem, sed obedientia iussionem: simulque tanto maior obtemperatis apparebit humilitas, quanto minor comprobatur facultas maiorque praesfecto praecipientium reuerentia prodetur, quoad obedientiam nulla possibilitatis fiducia suffragatur. Sic dominus mediocritatis meae eo amplius honorabit imperitia. Charitas quoque vestra, si nequaquam facundo oblectabitur aut instructur eloquio, aedificetur saltem humilitatis exemplo. Quia ergo (sicut volumus) tacere non sinimur, aliquid (vt possumus) iam loquamur. Deo propicio, ad Epauensem ecclesiam congregati, quid vel de antiquis regulis, vel de nouis ambiguitatibus senserimus, expressis singulatimque discretis constitutionibus, praesentibus titulis, credidimus adnotandum.

Capitulum primum.

Qualiter episcopus ordinetur.

Primum & immutabili constitutione decretum est, vt cum metropolitanus fratres vel comprouinciales suos ad Concilium, aut ad ordinationem cuiuscunque sacerdotis crediderit euocandos, nisi causa euidentis tarditatis extiterit, nullus excuset.

*De ordinationibus clericorum,

- 1. De illicitis clericorum ordinationibus.
- 2. Ne secundae uxoris, aut renuptae maritus.

episcopus aut diaconus ordinetur, absque sufficeret ab Apostolo constitutum: sed quia praecipuum huiusmodi excedi quorundam fratrum simplicitate cognouimus, speciali obseruantia renouamus, sciēte eo, qui contra interdictum ordinauerit, reum fratribus se futurum: illo autem, qui contra fas honorē prohibitae benedictionis ambiērit, nihil se clericalis ministerij praesumpturum.

Episcopi non sint venatores, nec accipitres habeant.

3. Episcopis, presbyteris, atque diaconibus, canes ad venandum, & accipitres ad aucupandum habere non liceat. Quod si quis talium personarum, in hac fuerit voluntate detectus, si episcopus est, tribus mensibus se a communione suspendat: duobus, presbyter abstineatur: vno, diaconus ab omni officio & communione cessabit.

Ne poenitentes ordinentur.

4. Poenitentiam professi, ad clericatum penitus non vocentur.

Ne alterius episcopi clericus, in alia ciuitate constituatur.

5. Ne presbyter territorij alieni, sine conscientia sui episcopi, in alterius ciuitatis territorio praesumat basilicis aut oratorijs inseruire: nisi forte episcopus suus illum concedat episcopo illi, in cuius territorio habitare disposuit. In quo si excessum fuerit, episcopus, cui presbyter fuerit, fratri suo noverit culpabile se futurum, qui clericum iuris sui illicita facientem, sciens ab scandali admissione non reuocat.

De vagis clericis ad communionem non assumendis.

6. Presbytero vel diacono, sine antistitis sui episcopi ambulanti, communionem nullus impendat.

¶ Ne

¶ Nè quid archipresbyter vendat. 7 Quicquid parochiarum presbyter de ecclesiastici iuris possessione distraxerit, inane habeatur & vacuum, in venditorem comparantis actione vertenda.

¶ De archipresbyterorum emptioibus, & abbatum venditionibus.

8 Archipresbyter dum diocesim tenet, de his quæ emerit, aut ecclesiæ nomine scripturam faciat, aut ab eius, quam tenet, ecclesiæ ordinatione discedat. Similis quoque de venditiõibus, quas abbates facere præsumperint, forma seruetur: vt quicquid sine episcoporum notitia veditum fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur. Mancipia verò monachis donata, ab abbate non liceat manumitti. Iniustum enim putamus, vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorũ libertatis ocio potiantur.

¶ Vnius monasterij sit vnus abbas. 9 Vnum abbatem duobus monasterijs interdicius præsidere.

¶ De nouis monasterijs ac cõgregatiõibus. 10 Cellas novas ac cõgregatiõculas monachorum, absque episcopi notitia prohibemus institui.

¶ Qualiter clericus publicum iudicium non interpellet.

11 Clerici sine ordinatione episcopi sui, adire vel interpellare publicum iudiciũ nõ præsumant: sed, & si pulsati fuerint, sequi ad seculari iudicium non præsumant. *moretur.

¶ De venditionibus episcoporum.

12 Nullus episcopus de rebus ecclesiæ suæ, sine conscientia metropolitani sui, vendendi aliquid habeat potestatem, vtili tamen omnibus commutatione permilla.

¶ De falsis testibus 13 Si quis clericus in falso testimonio cõuictus fuerit, re capitalis criminis censetur.

¶ De his, quæ aliquis ante episcopatum de alterius ecclesia possedit.

14 Quisquis clericus aliquid de munificentia ecclesiæ, cui seruierat, adeptus, & ad summum sacerdotium alterius ciuitatis est aut fuerit ordinatus: quod dono accipit, vel acceperit, reddat: & quod suum est ex proprietate, vel secundum instrumenti seriem probatur emisse, possideat.

¶ De hæreticorum & Iudæorum conuiujs.

15 Si superioris loci clericus, hæretici cuiuscunque conuiuio interfuerit, anni spatium pacem ecclesiæ non habebit. Quod si iuniores clerici præsumperint, vapulabunt. A Iudæorum verò conuiujs etiã laicos cõstitutio nostra prohibuit: nec cum vilo clerico nostro panem comedat, quisquis in Iudæorum fuerit conuiuio inquitus.

¶ De hæreticis conuertentibus.

16 Presbytero, propter salutem animarum, quam in cunctis optamus desperatis

& decumbentibus hæreticis, si conuersione subitam petant, chrismate subuenire permitimus. Quod omnes conuersuri, si sani sunt, ab episcopo nouerint expetendum.

¶ De donationibus in testamento.

17 Si episcopus condito testamento, aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit: aliter non valebit, nisi vel tantum de iuris sui propria facultate suppleuerit.

¶ De possessionibus clericorum.

18 Quod clerici etiã sine precatorijs, qualibet diurnitate temporis de ecclesiæ remuneratione possederunt, cum autoritate Domini gloriosissimi principis nostri, in ius proprietatis temporis præscriptione non vocetur: dummodò pateat, ecclesiæ re fuisse, nõ videantur etiã episcopi administrationis prolixæ, aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuisse, aut diu tentas ecclesiæ facultates proprietati suæ posse transcribere.

¶ De correptione abbatis peccantis.

19 Abbas, si in culpa reperiat aut fraude, & innocentem se asserens, ab episcopo suo accipere noluerit: correptionem, ad metropolitani iudicium deducatur. *successor.

¶ Nè illicitis horis clericus ambulet.

20 Episcopo, presbytero, & diacono, vel diuersis clericis horis indebitis, id est, Meridianis vel vespertinis, ad fœminas prohibemus accessum: qui tamen si causa fuerit cum presbytero aut clericorum testimonio videantur.

¶ De benedictione viduarum.

21 Viduarum consecrationem, quas diaconas vocant, ab omni regione nostra penitus abrogamus, solam eis penitentiæ benedictione, si conuerti ambiunt, imponendo.

¶ De criminationibus sacerdotum.

22 Si diaconus, aut presbyter crimen capitale commiserit, ab officij honore depositus, in monasterium retrudatur, ibi tãtummodò, quã diu aduixerit, communionem sumendo.

¶ De penitentibus.

23 Si quis accepta professaq; penitentia, boni immemor, ad secularia reuoluatur, prorsus communicare non poterit, nisi professioni, quã illicitè præmiserat, reformetur.

¶ De propositione laicorum contra Clericos.

24 Laicis contra cuiuslibet gradus clericum, si quid criminale parant obijcere, dummodò vera suggerant, proponendi permitimus potestatem.

¶ De sanctorum reliquijs.

25 Sanctorũ reliquie in oratorijs villarib; nõ ponant, nisi forsan clericos cuiuscũq; parochiæ vicinos esse contingat, q; sacris cineribus psallendi frequentia famulentur.

¶ De altaribus consecrandis.

26 Altaria, nisi lapideã, infusione chrismatis non sacrentur.

¶ De diuino officio per metropolitani ordinando.

27 Ad celebrandum diuina officia, ordinem, quem metropolitani tenent, prouinciales obseruare debent.

¶ De his, quos moriens episcopus excommunicatos relinquit.

28 Si episcopus ante damnati absolutio nem obitu rapiatur, correctum aut penitentem successori licebit absoluer.

¶ De lapsis è catholica fide, ecclesiæ restituendis.

29 Lapsis, id est, qui in catholica baptizati, per uariatione damnabili post in hæresim transierunt, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos annorũ multitudinem breuiata, penitentiam biennij cõditione infra scripte obseruationis imponimus, vt p̄scripto biennio, tertia die sine relaxatione ieiunent, & ecclesiam studeant frequentare, in penitentium locũ standi & orandi humilitatem nouerint obseruandã: ac etiã si ipsi quomodò catechumeni, peccata commouentur, abscedant. Hoc si obseruare voluerint, constituto tempore admittentur ad altariũ, & obseruatio relaxet. Quã si arduã vel durã forte putauerint, statuta p̄teriorũ Canonum cõplere debent.

¶ De incestis coniunctionibus.

30 Incestis iunctionibus nihil prorsus veniã referuamus, nisi cum adulterium separatione sanauerint. Incestos verò, nec villo coniugij nomine p̄uelandos (præter illos quos nominare functum est) hos esse censemus: Si quis relictam fratris, quæ penè prius foror extiterat, carnali cõiunctione violauerit: si quis germanã vxorem acceperit: si quis nouercam duxerit, si quis consobrinã se societ: quod vt à præsentis tempore, prohibemus, ita ea, quæ sunt antè instituta, non soluimus. Si quis relicta auunculi miscetur aut patri, vel priuignæ concubitu polluat: Sanè quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt incundi melioris coniugij libertatem.

¶ De penitentia homicidarum.

31 De penitentia homicidarum, qui seculi leges euaserunt, hoc summa reuerentia de eis inter nos placuit obseruari, quod Anchyritani Canones decreuerunt.

¶ De relictis mulieribus sacerdotum.

32 Relictæ presbyteri siue diaconi, si cuiusq; renupserint, eatenus ab ecclesia elongentur, dondeã coniunctione illicita separantur: maritum quoque eius, simili vsque ad correctionem seueritate plectendum.

¶ De basilicis hæreticorum, diuinis non applicandis.

33 Basilicas hæreticorum, quas tanta execratione habemus exolas, vt pollutionem earum purgabilem nõ putemus, sanctis vsibus applicare despicimus: sanè quas per violentiã nris abstulerant, possim reuocare.

¶ De pena occidentiũ seruos proprios.

34 Si quis seruum proprium sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatione biennij confusionem sanguinis expiabit.

¶ De inuitandis ciuibus ad certas solennitates.

35 Ciues natalium superiorem nocte Paschæ, ac natiuitatis Domini, solennitatem Episcopis nec interest, in quibus ciuitatibus positus accipiendæ benedictionis desiderio non venerint expetendus.

¶ Nullus in desperatione ab ecclesia renouatur.

36 Nè vllus sine remedio aut spe veniã ab ecclesia repellat, nè vlli, si aut penituerit, aut se correxerit, ad veniam redeundi aditus obstruatur: sed si cui forsitan discrimen mortis imminet, damnationis constitutæ tempora relaxentur. Quod si ægrotum, accepto viatico, reualescere fortasè contingit, statuti temporis spatia obseruare conueniet.

¶ De laicis ordinandis.

37 Nè laicus nisi religione promissa, clericus ordinetur.

¶ De monasterijs puellarum.

38 Monasteria puellarum, non nisi probatæ vitæ & ætatis pro uectæ, ad quascũq; earum necessitates vel ministraciones permittantur intrare. Ad faciendas verò Missas qui ingressi fuerint, statim exacto ministerio regredi festinabunt: aliàs autem nec clericus, nec monachus iuuenis vllũ ad puellarum congregationem habebit accessum, nisi hoc aut paterna aut germana necessitudo probetur admittere.

¶ De fugitiuis seruis.

39 Seruus reatu atrocior culpabilis, si ad ecclesiam confugerit, à corporalibus tantum supplicijs excusetur. De peccatis verò vel quocũq; opere, placuit, à dominis iuramenta non exigi.

¶ De confirmatione Canonum.

40 Quocirca hæc superna inspiratione communi consensu placuerunt: Si quis sanctorum antistitum, qui statuta præsentia subscriptiõibus proprijs firmauerunt, nec nõ & quos eorum Deus esse voluerit successores, relicta integritate, obseruatiões excesserit, reum se diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futurum esse cognoscat. Auitus episcopus Viennens, constitutiones nostras, id est, sacerdotum puincie Viennens, relegi & subscripsi. Apollinaris episcopus Valentiens ciuitatis, relegi & subscripsi. Bouleus episcopus ciuitatis Vindones, relegi & subscripsi. Claudius episcopus ciuitatis Vfonti onens, relegi & subsc. Constans episc. ciuitatis Octodores, relegi & subsc. Catulinus episc. ciuitatis Ebredunens, relegi & subsc. Costantius episc. ciuit. Vapens, relegi & subsc. Philagrius episc. ciuitatis Cauellicæ, relegi & subsc. Florentius episc. ciuitatis Trecastrinæ, relegi

Locus omni- no corruptus.

Ancyritani Concilij 21. & 22. capitulis.

relegi & subscripsi. Gemellus episcopus ciuitatis Vafioneſis, relegi & subscripsi. Gregorius episcopus ciuitatis Lingonicae, relegi & subscripsi. Iulianus episcopus ciuitatis Carpentoraſis, relegi & subscripsi. Maximus episcopus ciuitatis Genauſis, relegi & subſcr. Pragmatius episcopus ciuitatis Auguſtundeneſis, relegi & subscripsi. Prætextat episcopus ciuitatis Apteneſis, relegi & subscripsi. Pedalius presbyter iuſſu domini mei Salutaris episcopi, qui huic definitioni interſui & subscripsi. Sylueſter episcopus ciuitatis Cabiloneſis, relegi & subscripsi. Sanctus episcopus ciuitatis Tarataſis, relegi & subscripsi. Secularius episcopus ciuitatis Dieſis, relegi & subscripsi. Tauricianus episcopus ciuitatis Niuerneneſis, relegi & subscripsi. Viuentiolus episcopus Eccleſiæ Lugdunenſis, cū cōprouincialib⁹ meis relegi & subscripsi. Valerius episcopus ciuitatis Segestriceſis, relegi & subscripsi. Viſturius episcopus ciuitatis Gratianopolitaneæ, relegi & subscripsi. Venantius episcopus ciuitatis Albenſis, relegi & subscripsi.

¶ Finis Concilij Epauneſis.

DECRETA ANASTASII PAPAE II.

Ex libro Pontificali.

Anno dñi 498.



4100

* eruerunt, vel eiecerunt.

Nastadius natione Romanus, ex patre Petro, de regione quinta Caput tauri, ſedit anno vno, menſibus vndecim, diebus 24. Hic fuit temporibus Theodorici regis. Hic fecit confessionem beati Laurentij martyris ex argēto, penſante lib. 80. Eodē tempore multi clerici & presbyteri ſe à communione ipſius erexerunt, eodē quod cōmunicāſſet ſine cōſilio episcoporum vel presbyterorum vel cleri cūctæ Eccleſiæ catholice, diacono Theſſaloniceſis, nomine Photino, qui communis erat Acacio, & quæ occultè voluit reuocare Acacium, & non potuit. Qui nutu diuino percuffus eſt. Hic fecit ordinationē vnā in vrbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros duodecim, Episcopos per diuerſa loca numero 16. Qui etiā ſepultus eſt in baſilica beati Petri apoſtoli, decimo tertio Kalē. Decemb. Et ceſſauit episcopatus dies quatuor.

Ad lectorem admonitio.

Quæ hoc loco de Anaſtaſio ſanctiſſimo pontifice, neſcio quo Authore, dicuntur, quaſi fauerit Acacio, ab eius Deceſſoribus damnato, apertam habent & minime ferendam vanitatem. quæ vel ex ſola eiusdem Anaſtaſij ad cognommem ſuum Anaſtaſium Imperatorē epistoſola ſacilimè poſſit coargui. Videat, qui volet,

TOM. 2.

hac de ſententiā doctiſſimi viri Alberti Piſij lib. IIII. Eccleſiaſtica Hierarchia, cap. 8. itemq; Ampliſſimi & erudiſſimi Cardinalis Varmienſis Stanislai HOſII. libro 2. Propugnacionis doctriinæ catholicæ: quibus locis abundè ſatisfit rei huius veritatem noſſe cupienti.

TITVLI EPISTOLAE DECRETALIS SEQUENTIS ANASTASII PAPAE II.

- 1 Quod pro Christo fungatur legatio, dum pro pace precatur Ecclesia.
2 Quod non sit temere iudicandum de his, qui ad Dominum migrauerunt.
3 Ut ſpecialiter in Eccleſia nomen taceatur Acacij.
4 Quod magnoperè contentio ſit cauenda.
5 Ut Alexandrinos Imperator admoneat ad fidem ſynceram, & ad pacem redire catholicam.
6 Admonetur Imperator, vt conſtitutis Apoſtolicæ ſedis obtemperet.
7 Quod eos, quos poſt damnationem ſuam vel baptizauit, vel ordinauit Acacius, nulla portio legionis attingat.
8 Quod mali, bona miniſtrando, ſibi tātummodò noceant, nec Eccleſiæ ſacramenta commaculent.

EPISTOLA ANASTASII PAPAE II. ad Anaſtaſium Auguſtum.

Lorioſiſſimo & clementiſſimo filio Anaſtaſio Auguſto, Anaſtaſius episcopus.

Exordium pontificatus mei, primitiſ obſolata populis pace, pronuncio, & conſequenter pro fide catholica humilis petenti tuæ precator occuro: in quo primum mihi diuinum fauorem propinquāſſe conſido, quod nunc conſonantia in me auguſtiſſimi nominis tui non dubium præſtat auxilium, vt ſicut præceſſum vocabulum ſpietatis tuæ per vniuerſas gentes toto orbe præfulget, ita per miniſterium humilitatis meæ, ſicut ſemper eſt, ſedes Bb. Petri in vniuerſali Eccleſia aſſignatum ſibi à Domino DEO teneat principatum. Nec propter vnū mortuum, diutiſ tunicā illa ſaluatoris, deſupèr contexta per totum, malæ ſortis patiat in certum, quæ ſola in diſciſſionem pro firmitate ſuā venire non potuit, ſerenitate tuā præcipuè rempublicam gubernante. Cui etiā in priuata vita tantum circa ſynceræ religionis ſtudium fuit, vt (ſicut ſama certiffima celebrauit) nemo magis vel inter præcipuos ſacerdotes, præfixas à ſanctis patribus regulas Eccleſiæ cuſtodiffe dicatur. Quod ſanctum ſtudiū cum maiestate imperij creuiſſe conſidimus.

Capitulum primum.

Legatione itaq; fungimur pro Christo, nec eos propter offentionem, vel ſcandalum patiamini publicè nominari, quorum merita vel actus illum iudicem latere non poſ-

poſſunt, in cuius iam ſunt iudicio conſtituti. Nec illic ſe poteſt interſerere in corpore mortali adhuc temeraria præſumptio, in quo non ſolum conſeſſio facit aperta merita ſingulorū, ſed etiā ſilentij ipſius non poteſt latere ſecretū. Nanq; & prædeceſſor noſter papa Felix, & etiā Acacius, illic proculdubio ſunt, vbi vnuiſque ſub tanto iudice non poteſt perdere ſui meriti qualitatem.

Itaq; monente nos beatiff. Paulo apoſtolo, ne quod ſit in hoc offendiculū in Eccleſia, dum, quod facere non poſſumus, de his, qui iam tranſierunt, iudicare conemur, obſeruandum eſſe tranquillitas tua cognofcat. Ait enim de his, qui de rebus ad Deum ſolum pertinentibus iudicare præſumunt: Nemo enim noſtrum ſibi viuūt, & nemo ſibi moritur. Siue enim viuim⁹, Domino viuimus: ſiue morimur, Dño morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus reſurrexit à mortuis, vt & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autē quid iudicas fratrem tuū? aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Scriptū eſt enim: Viuo ego, dicit dominus, quoniā mihi ſelectetur omne genu, & omnis lingua conſitebitur DEO.

Roma, 14. b

2 Cor. 5. b

Eſa. 45. d

Philip. 2. b

* quippiā te merarius

* vt

1. Reg. 16. b

1. Para. 28. b

Ezech. 11. a

* cordis

Mat. 9. a

Ioan. 19. c

mus ad ſerenitatem tuam, de cauſis ſingulis Acacij, qualis fuerit, inſtructionem pleniffimam dedimus, clementiæ veſtræ ſpecialiſſimam recenſendam, ſi hoc pietati tuæ placuerit curioſius indagare, ne in aliquo ſuggeſtionib⁹ noſtris veritas deſuiſſe videatur: vt pro diuina ſapientia veſtra perſpicuè videre poſſitis, non ſuperbia vel elatione, ſedis Apoſtolicæ in Acacium talem proceſſiſſe ſententiam, ſed facinoribus certis, quantum nos extra illud iudicium, quod ſolum falli non poteſt, æſtimamus, zelo magis diuinitatis extortam.

Nos verò humiliter ſupplicantes, controuerſiam in Eccleſia remanere nolumus, cum magis vitanda contentio ſit, ſicut dicitur in Prouerb. Odium ſuſcitat contentio.

* contentiones.

Pro. 10. b

1. Cor. 3. a

Philip. 2. a

* ſolacium

Omnes autem qui non contendunt, protegit amicitia. Nam & Apoſtolus ad Corinthios: Cum enim ſint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominē ambulatis? Item ad Phillippenſes: Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi qua allocutio charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera & miſerationes, implete gaudiū meū, vt idipſum dicatis omnes, eandem charitatem habentes, nihil per contentionem neq; per inanē gloriā, ſed in humilitate mentis inuicem æſtimantes, ſemetipſis ſuperiores, non ſua ſinguli reſpicientes, ſed aliorum.

Hoc tamen præcipuè in ſinuo ſerenitati tuæ, glorioſiſſimæ & clementiſſimæ fili Auguſte, vt cū cauſe Alexandrinorum patuerint piſſimis auribus veſtris, ad catholicam & ſynceram fidem eos autoritate, ſapientia, diuinis que veſtris monitis redire faciatis. Nā quid tenendum ſit in religione catholica, ſecundum diſſinita patrum, & prædicationem omnium ſacerdotum, qui in Eccleſia floruerunt, ſi hoc quoque præceperitis, ſcientibus in memoriam tranſmittendo renouabimus, ignorantibus ad diſcendum pro officio noſtræ inſtructionis offeremus, vt nulla extra hæc ingeniorum iactantia vel prauitatis audiatur.

Illud verò peculiariſſimè pro amore imperij veſtri & beatitudine, que conſequiri poterit regnum, pro Apoſtolicō officio prædicamus, vt (ſicut decet, & ſpirituffanct⁹ dicat) monitis noſtris obedientia præbeat, vt bona omnia veſtram rempublicam conſequantur, ſicut in Exodo promittitur: Si audieris vocem Domini Dei tui, & que placent ei, ſerueris coram ipſo, & obediēris præceptis eius, & cuſtodieris omnem iuſtitiam eius: omnem infirmitatem, quam importauit Aegyptijs, non importabo in te. Ego enim Dominus ſum, qui ſaluam facio te. Et illic iterum tu-

Exo. 15. d

Deut. 10. c

ba potentiſſima canitur: Et nunc Iſtael, quid Dominus DEVS tuus poſtulat à te aliud, quam vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in om̄ibus vijs eius, & diligas eum, & ſeruias Domino DEO tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, cuſtodire præcepta

EE Domi-

TOM. 2.

Luc. 10. c Domini DEI tui, & iustitias eius, quas ego mando tibi? Hæc me suggerentē frequētius, non spernat pietas tua, ante oculos tuos habens Domini in Euāgelio verba: Qui audit vos, me audit: & q̄ vos spernit, me spernit. Et qui me spernit, spernit eum qui me misit. Nā & Apostolus, concinens saluatori nostro, ita loquitur: Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deū, qui dedit spiritū sanctum suum in nobis. Peccus clemētis vestra, sacrarium est publicæ felicitatis, vt per præstantiam vestram, quam velut vicarium Deus præfidere iussit in terris, euangelicis apostolicisque præceptis non dura superbia resistat, sed per obedientiam, quæ sunt salutifera, compleantur.

Dist. 19. Secundum ecclesiam catholicam.
 7 Nam secundum Ecclesiam catholicam cōsuetudinem, sacratissimū serenitatis tuæ peccus agnoscit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundum Canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quod forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur. Nā & baptisimum quod procū sit ab Ecclesia, siue ab adultero, vel à fure fuerit datū, ad percipientē munus peruenit illibatū: quia vox illa, quæ per columbā sonuit, oēm maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: Hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nā si visibilis solis istius radij, cum per loca foetidissima transeunt, nulla contactūs inquinatiōe maculatur, multo magis illius, qui istū visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate cōmissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ferunt, declarate hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribæ (inquit) & pharisæi super cathedrā Moysis sedent: quæ dicit, facite: quæ autē faciūt, nolite facere. Dicit em̄, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominū profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc rotum contineri, & implēte diuinitatis effectu, ita ille per quē Christus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis p̄dicet, sed quē p̄dicet, vt inuidos etiā benē p̄dicare Christum cōfirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare non desinit.

Matt. 23. a
 8 Ided ergo & ipse Acacius, cuius nomen dicimus esse reticendum, malè bona ministrando, sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentum, quod per illum datum est, alijs perfectionem suæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit. Quod cum ita sit, aliorum intantum se extendit curiosa suspicio, vt imaginentur, prolato à papa Felice iudicio, postea ineffaciter in sacramētis, quæ Acacius vsurpauit, egisse: ac perinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptisimate mysteria tradita susceperunt, nè irrita beneficia diuina videantur. Meminerint, in hac quoque parte similiter tractatū præualere superiorē, quia non sine vsurpatione nominis sacerdotij, adiudicatus hoc egit in quo virtutem suam obtinentibus mysterijs, in hoc quoque alijs, rea sibi persona nocuit. Nam ad illum pertinuit, quod tuba Dauidica canitur: Veruntamen Deus con-

Matt. 23. a
 9 Nam secundum Ecclesiam catholicam cōsuetudinem, sacratissimū serenitatis tuæ peccus agnoscit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundum Canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quod forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur. Nā & baptisimum quod procū sit ab Ecclesia, siue ab adultero, vel à fure fuerit datū, ad percipientē munus peruenit illibatū: quia vox illa, quæ per columbā sonuit, oēm maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: Hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nā si visibilis solis istius radij, cum per loca foetidissima transeunt, nulla contactūs inquinatiōe maculatur, multo magis illius, qui istū visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate cōmissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ferunt, declarate hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribæ (inquit) & pharisæi super cathedrā Moysis sedent: quæ dicit, facite: quæ autē faciūt, nolite facere. Dicit em̄, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominū profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc rotum contineri, & implēte diuinitatis effectu, ita ille per quē Christus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis p̄dicet, sed quē p̄dicet, vt inuidos etiā benē p̄dicare Christum cōfirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare non desinit.

Philipp. 1. c
 9 Nam secundum Ecclesiam catholicam cōsuetudinem, sacratissimū serenitatis tuæ peccus agnoscit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundum Canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quod forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur. Nā & baptisimum quod procū sit ab Ecclesia, siue ab adultero, vel à fure fuerit datū, ad percipientē munus peruenit illibatū: quia vox illa, quæ per columbā sonuit, oēm maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: Hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nā si visibilis solis istius radij, cum per loca foetidissima transeunt, nulla contactūs inquinatiōe maculatur, multo magis illius, qui istū visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate cōmissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ferunt, declarate hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribæ (inquit) & pharisæi super cathedrā Moysis sedent: quæ dicit, facite: quæ autē faciūt, nolite facere. Dicit em̄, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominū profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc rotum contineri, & implēte diuinitatis effectu, ita ille per quē Christus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis p̄dicet, sed quē p̄dicet, vt inuidos etiā benē p̄dicare Christum cōfirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare non desinit.

Philipp. 1. c
 9 Nam secundum Ecclesiam catholicam cōsuetudinem, sacratissimū serenitatis tuæ peccus agnoscit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundum Canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quod forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur. Nā & baptisimum quod procū sit ab Ecclesia, siue ab adultero, vel à fure fuerit datū, ad percipientē munus peruenit illibatū: quia vox illa, quæ per columbā sonuit, oēm maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: Hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nā si visibilis solis istius radij, cum per loca foetidissima transeunt, nulla contactūs inquinatiōe maculatur, multo magis illius, qui istū visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate cōmissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ferunt, declarate hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribæ (inquit) & pharisæi super cathedrā Moysis sedent: quæ dicit, facite: quæ autē faciūt, nolite facere. Dicit em̄, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominū profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc rotum contineri, & implēte diuinitatis effectu, ita ille per quē Christus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis p̄dicet, sed quē p̄dicet, vt inuidos etiā benē p̄dicare Christum cōfirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare non desinit.

Luc. 10. c Domini DEI tui, & iustitias eius, quas ego mando tibi? Hæc me suggerentē frequētius, non spernat pietas tua, ante oculos tuos habens Domini in Euāgelio verba: Qui audit vos, me audit: & q̄ vos spernit, me spernit. Et qui me spernit, spernit eum qui me misit. Nā & Apostolus, concinens saluatori nostro, ita loquitur: Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deū, qui dedit spiritū sanctum suum in nobis. Peccus clemētis vestra, sacrarium est publicæ felicitatis, vt per præstantiam vestram, quam velut vicarium Deus præfidere iussit in terris, euangelicis apostolicisque præceptis non dura superbia resistat, sed per obedientiam, quæ sunt salutifera, compleantur.

Dist. 19. Secundum ecclesiam catholicam.
 7 Nam secundum Ecclesiam catholicam cōsuetudinem, sacratissimū serenitatis tuæ peccus agnoscit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundum Canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quod forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur. Nā & baptisimum quod procū sit ab Ecclesia, siue ab adultero, vel à fure fuerit datū, ad percipientē munus peruenit illibatū: quia vox illa, quæ per columbā sonuit, oēm maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: Hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nā si visibilis solis istius radij, cum per loca foetidissima transeunt, nulla contactūs inquinatiōe maculatur, multo magis illius, qui istū visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate cōmissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ferunt, declarate hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribæ (inquit) & pharisæi super cathedrā Moysis sedent: quæ dicit, facite: quæ autē faciūt, nolite facere. Dicit em̄, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominū profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc rotum contineri, & implēte diuinitatis effectu, ita ille per quē Christus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis p̄dicet, sed quē p̄dicet, vt inuidos etiā benē p̄dicare Christum cōfirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare non desinit.

Dist. 19. Secundum ecclesiam catholicam.
 7 Nam secundum Ecclesiam catholicam cōsuetudinem, sacratissimū serenitatis tuæ peccus agnoscit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundum Canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quod forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur. Nā & baptisimum quod procū sit ab Ecclesia, siue ab adultero, vel à fure fuerit datū, ad percipientē munus peruenit illibatū: quia vox illa, quæ per columbā sonuit, oēm maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: Hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nā si visibilis solis istius radij, cum per loca foetidissima transeunt, nulla contactūs inquinatiōe maculatur, multo magis illius, qui istū visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate cōmissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ferunt, declarate hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribæ (inquit) & pharisæi super cathedrā Moysis sedent: quæ dicit, facite: quæ autē faciūt, nolite facere. Dicit em̄, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominū profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc rotum contineri, & implēte diuinitatis effectu, ita ille per quē Christus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis p̄dicet, sed quē p̄dicet, vt inuidos etiā benē p̄dicare Christum cōfirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare non desinit.

Dist. 19. Secundum ecclesiam catholicam.
 7 Nam secundum Ecclesiam catholicam cōsuetudinem, sacratissimū serenitatis tuæ peccus agnoscit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundum Canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quod forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur. Nā & baptisimum quod procū sit ab Ecclesia, siue ab adultero, vel à fure fuerit datū, ad percipientē munus peruenit illibatū: quia vox illa, quæ per columbā sonuit, oēm maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: Hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nā si visibilis solis istius radij, cum per loca foetidissima transeunt, nulla contactūs inquinatiōe maculatur, multo magis illius, qui istū visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate cōmissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ferunt, declarate hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribæ (inquit) & pharisæi super cathedrā Moysis sedent: quæ dicit, facite: quæ autē faciūt, nolite facere. Dicit em̄, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominū profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc rotum contineri, & implēte diuinitatis effectu, ita ille per quē Christus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis p̄dicet, sed quē p̄dicet, vt inuidos etiā benē p̄dicare Christum cōfirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare non desinit.

Dist. 19. Secundum ecclesiam catholicam.
 7 Nam secundum Ecclesiam catholicam cōsuetudinem, sacratissimū serenitatis tuæ peccus agnoscit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundum Canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quod forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur. Nā & baptisimum quod procū sit ab Ecclesia, siue ab adultero, vel à fure fuerit datū, ad percipientē munus peruenit illibatū: quia vox illa, quæ per columbā sonuit, oēm maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: Hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nā si visibilis solis istius radij, cum per loca foetidissima transeunt, nulla contactūs inquinatiōe maculatur, multo magis illius, qui istū visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate cōmissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ferunt, declarate hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribæ (inquit) & pharisæi super cathedrā Moysis sedent: quæ dicit, facite: quæ autē faciūt, nolite facere. Dicit em̄, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominū profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc rotum contineri, & implēte diuinitatis effectu, ita ille per quē Christus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis p̄dicet, sed quē p̄dicet, vt inuidos etiā benē p̄dicare Christum cōfirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare non desinit.

Dist. 19. Secundum ecclesiam catholicam.
 7 Nam secundum Ecclesiam catholicam cōsuetudinem, sacratissimū serenitatis tuæ peccus agnoscit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundum Canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quod forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur. Nā & baptisimum quod procū sit ab Ecclesia, siue ab adultero, vel à fure fuerit datū, ad percipientē munus peruenit illibatū: quia vox illa, quæ per columbā sonuit, oēm maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: Hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nā si visibilis solis istius radij, cum per loca foetidissima transeunt, nulla contactūs inquinatiōe maculatur, multo magis illius, qui istū visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate cōmissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ferunt, declarate hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribæ (inquit) & pharisæi super cathedrā Moysis sedent: quæ dicit, facite: quæ autē faciūt, nolite facere. Dicit em̄, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominū profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc rotum contineri, & implēte diuinitatis effectu, ita ille per quē Christus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis p̄dicet, sed quē p̄dicet, vt inuidos etiā benē p̄dicare Christum cōfirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare non desinit.

DECRETA SYMMACHI PAPAE.

Ex libro pontificali.

Anno Domini 499.



Ymmachus natione Sardinus, ex patre Fortunato, sedit annos 17. mēses 7. dies 27. Hic fuit temporibus Theodorici regis, & Anastasij Augusti, à die 10. Kalēn Decemb. vsque in diē 14. Kalēn Augusti. Hic sub cōtentione ordinatus est vno die cum Laurētio, Symmachus in basilica Cōstantiniana, Laurētius in basilica beatæ Mariæ. Ex qua causā separatus est clerus, & diuisus est senatus. Alij cū Symmacho erant, alij verò cū Laurētio. Et facta cōtentione, hoc cōstruxerunt partes, vt ambo Rauennā pergerēt ad iudiciū regis Theodorici. Qui dum ambo introissent Rauennā, hoc iudiciū equitatis inuenerunt, vt qui primò ordinat⁹ fuisset, vel vbi pars maxima cognosceretur, ipse federet in sede Apostolica. Quod tandē æquitas in Symmacho inuenit, & cognitio veritatis. Et factus est præsul Symmachus. Eodem tempore papa Symmachus congregauit synodū, & constituit Laurentiū in Nucerna ciuitate episcopū intuitu misericordiae. Post annos verò quatuor, aliq; ex clero zelo ducti, & alij qui senatu, maxime Festus & Probinus, in criminauerūt Symmachū. Et subornauerunt falsos testes, quos miserunt Rauennā ad regē Theodoricū, accusantes B. Symmachū, & occultè reuo cauerunt Laurentiū post libellū Romæ factū. Et fecerūt schisma. Et diuisus est iterum clerus. Nam alij cōmunicauerūt Symmacho, & alij Laurentio. Tunc Festus & Probinus senatores miserūt relationē regi, & cōperūt agere, vt visitatorē daret rex sedi Apostolicæ. Tūc rex dedit Petrū Altinæ ciuitatis episcopum, quod Canones prohibent. Eodem tempore B. Symmachus congregauit episcopos 17. & facta synodo, purgat à crimine. Et damnatur Petrus Altinæ inuasor sedis Apostolicæ, & Laurentius Nucernus, quia vno episcopo Symmacho peruasērūt sedem eius. Tunc ab omnibus episcopis, & presbyteris, & diaconibus, & omni clero vel plebe, redintegratē sedi Apostolicæ B. Symmachus cū gloria apud B. Petrū sedere præsul. Eodem tempore Festus caput senatus excōsul, & Probinus excōsul, cōperūt intra urbem Romā pugnare cū alijs senatoribus, & maxime cū Faustō excōsule, & cædes & homicidia in clero ex inuidia fiebant. Qui verò cōmunicabāt B. Symmacho iustè, publicè qui inuenti fuissent intra urbē, gladio occidebant. Etiam & sanctimoniales mulieres, & virgines deponētēs de monasterijs, vel de habitaculis suis, denudātes sexum scēminem, cædibus plagarum afflictas, vulnerabant, & omni die pugnas contra Eccle-

siam in media ciuitate gerebāt. Et multos sacerdotes occiderūt, inter quos Dignissimū & Gordanū presbyteros ad vincula S. Petri, & ad sanctos Ioannē & Paulū fustibus & gladio interfecerunt, & multos Christianos, ita vt nulli esset securitas die vel nocte de clero in ciuitate ambulare. Solus autem Faustus exconsul pro Ecclesia pugnabat. Post hæc omnia B. Symmachus inuenit Manichæos in vrbe Roma, quorū omnia simulacra vel cōdices, ante fores basilicæ Cōstantinianæ in cœdio cōcremauit, & eos ipsos exilio relegauit. Fuit autē à consulatu Paulini vsque ad consulatū Senatoris. Hic fecit basilicā S. Andree apostoli apud B. Petrum, vbi fecit ciboriū ex argento, & cōfessionem, pensantē libras 120. Arcus argenteos tres, pensantes lib. 60. Oratoriū S. Thomæ apostoli ex argento, & cōfessionem, pensantem lib. 20. Arcum argenteum, qui pensat lib. 16. Cōfessionē S. Cassiani, & sanctorū Proti & Iacyncti ex argēto, pensantem lib. 20. Arcum argenteum pensantē lib. 12. Oratoriū S. Apollinaris ex argento, & cōfessionem cum arcu, pensantem lib. 31. Oratorium sancti Sossi ex argento, & cōfessionē, pensantem lib. 20. Item ad fontē in basilica B. Petri apostoli, oratoriū sanctę Crucis ex argēto, cōfessionem & crucē ex auro cum gemmis, vbi inclusit lignum dominicū: ipsa crux aurea pensat lib. 10. Fecit autē oratoria duo, S. Ioannis Euangelistæ, & S. Ioannis Baptistæ, infra quorū cōfessiones fecit arcus argenteos, pensantes lib. 30. Quæ cubacula omnia à fundamento perfectā construxit. Basilicam beati Petri marmoribus ornauit. Et cantharū beati Petri cū quadriporticu ex marmoribus ornauit, & ex musuo agnos & cruces & palmas ornauit. Ipsum verò atrium omne compaginauit. Gradus verò ante fores basilicæ B. Petri ampliavit, & alios gradus sub tigno dextra læuaque construxit. Itē episcopia in eodem loco dextra læuaque fecit. Item sub gradibus in atrio alio cantharū foris in cāpo posuit, & vsum necessitatis humanæ fecit, & alios gradus ascendētibus ad B. Andream fecit, & cantharum posuit. Hic fecit basilicā sanctę martyris Agathę via Aurelia in fundo Lardario, & à fundamēto eā cum fonte cōstruxit, vbi posuit arcus argenteos duos. Eodem tempore fecit basilicā S. Pancratij, vbi & fecit arcum argenteum, qui pensat lib. 15. Fecit autē in eodem loco balneū. Item apud S. Paulū apostolum in basilica renouauit absidam, quæ in ruinā imminebat, & post cōfessionem picturam ornauit, & cameram fecit & matronium. Et super cōfessionem imaginem argenteam cum saluatore, & duodecim apostolos posuit, qui pensant lib. 120. Et ante fores basilicæ gradus fecit in atrio, & cantharum, & post absidam aquam introduxit, vbi & balneum à fundamento fecit. Intra ciuitatem Romanā, basilicam S. Syluestri & Martini à fundamēto con-

TOM. 2.

EE 2 stru-

psal. 87.

psal. 100.

mysterijs

16. q. 7. Sine Thessaloniensi episcopo

23. q. 3. Qui potest obuiare,

DE-

struxit iuxta thermas Traianas, ubi & sup altare ciborium argenteum fecit, quod pensat lib. 120. Arcus argenteos 12, qui pensant singuli lib. 10. Confessionem argenteam, quae pensat lib. 15. Ad B. Iohannem & Paulum, fecit gradus post absidam. Item archageli Michaelis basilicam ampliavit, & gradus fecit, & introduxit aquam. Item ad sanctam Mariam oratorium sanctorum Cosmae & Damiani a fundamento construxit. Item via Tiburtina miliario 27. ab urbe Roma, rogatus ab Albino & Glaphyra, prepositis illustribus, de proprio facientibus, a fundamento basilicam S. Petro in fundo Paciniano dedicavit. Itē ad B. Petrum & B. Paulum apostolos, & ad S. Laurentium pauperibus habitacula construxit. Itē ad B. Petrum viginti canthara argentea fecit, pensantia singula libras 15. Et arcus argenteos 22. pensantes singul. lib. 20. Hic reparavit basilicam sanctae Felicitatis, quae in ruinam imminabat. Hic absidam B. Agnetis, quae in ruinam imminabat, & omnem basilicam renouavit. Hic constituit, ut omni die Dominico, vel natalitijs martyrum, hymnus, Gloria in excelsis, diceretur. Hic fecit coemeterium Iordanorum in melius, propter corpus Alexandri. Hic omni anno per Africam vel Sardiniam episcopis, qui in exilio erant retrusos, pecunias & vestes ministrabat. Hic captivos per Liguriam & Mediolanum, & per diuersas provincias pecunijs redemit, & dona multiplicauit, & dimisit. Hic facit ordinationes quatuor in urbe Roma per mensem Decembrem & Februarii, presbyteros 92. diacones 16. episcopos per diuersa loca numero 117. Qui etiam sepultus est in basilica B. Petri apostoli, 14. Kalendas Augusti. Et cessauit episcopatus dies septē. Qui etiam in pace confessor quieuit.

DECRETALIS EPISTOLAE SYMMACHI PAPAE, CAPITULA.

- Vt res ecclesiae non alienentur, sed clericis vel monachis, aut peregrinis in usum tantummodo largiantur.
- 1 Vt nullus honorem praemij accipiat.
- 2 Vt raptores viduarum vel virginum, ab Ecclesiae communione pellantur.
- 3 Vt viduae vel virgines professae continentiam, ultra non nubant.
- 4 Vt nullus per ambitum ad episcopatum accedat.
- 5

CAPITVLVM I.

16. q. 1. Possessiones igitur, quas vnusquisque Ecclesiae proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis atque distractione

nibus, vel sub quocunque argumento non patimur: nisi forsitan aut clericis honorum meritis, aut monasterijs religionis intuitu, aut certe peregrinis, (si necessitas largiri iusserit) sic tamen, ut haec ipsa non perpetuo, sed temporaliter perfruantur.

1 Illud magnopere commoneo, ut hi qui non Dei gratia, sed promissione rerum ecclesiasticarum praemissa, ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium reprimantur effectus. Qui autem ab huiusmodi intentione non cohibent, vindictis canonum sciant se sine dubitatione subiiciendos, nec facile ad sacerdotium permittantur accedere, quibus & gradus & tempora constituta sunt, per quae ad hanc dignitatem debeant aspirare: quia quicumque sine statuto promouetur, non facile caret offensa, & sine experimento non potest quis electionis obtinere sententiam.

3 Raptores igitur viduarum vel virginum, ob immanitatem tanti facinoris detestamur, illos vehementius persequendo, qui sacras virgines vel volentes, vel inuitas, matrimonio suo sociare tetauerint. Quos, pro tam nefandissimi criminis atrocitate, a communione suspendi praecipimus.

4 Neque viduas ad nuptias transire patimur, quae in religioso proposito diuturna obseruatione permanerunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasterijs aetatem peregisse contigerit.

5 Nullus itaque per ambitum ad episcopatum honorem permittatur accedere. Nam cum hic excessus in laica conuersatione culpetur, quis dubitat, quod in religiosis & DEO seruientibus in cutiat opprobrium? Si quis episcopatum desiderat, data pecunia, potentes plonat minime suffragatrices adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum clericos vel ciues subscribere, adhibito cuiuslibet generis timore compellat, vel praemij aliquibus hortetur. Decretum sine visitatoris praesentia nemo coficiat, cuius testimonio, clericorum ac ciuium possit vnanimitas declarari. Hortamur itaque, ut pro catholicae religionis intuitu, & ecclesiarum pace, haec vniuersi fideles deuota mente custodiant: quia non est dubium, praeuaricatores interdictorum talium iuxta venerandos Canones propriae communionis subire iacturam. Haec tamen ad omnium episcoporum volumus afferri notitiam. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data octauo Idus Ianuarij, Probo viro clarissimo consule.

CAPITVLA PRIMAE SYNODI

Romanae sub Symmacho papa.

Suggestio Fulgentij archidiaconi Ecclesiae Romanae, de congregata synodo ex praeccepto papae Symmachi.

1 Interloquutio Symmachi, ut episcopalis ambitus radicatus amputetur.

2 Sententia synodi, ut si quis Papa superstitite, pro

pro Romano pontificatu cuiquam quolibet modo fauorem prestare conuincitur, loci sui ordine vel communione priuetur.

3 Vt si papa praeventus morte, non potuerit antequam de sui successoris electione decernere, is ordinetur antistes, quem cunctus clerus, aut certe pars maior, elegerit.

4 Vt si quis ambientes, vel fautores ambientum, coniuratoresque prodiderit, non solum purgatus videatur esse, si fuerit particeps, verum etiam remuneratione dignissimus aestimetur.

SYNODVS SECVNDA Romae, sub Symmacho Papa.

Post consulatum Paulini viri clarissimi, Kalendis Martij in basilica beati Petri apostoli, synodo praesidente beatissimo papa Symmacho, Fulgentius archidiaconus dixit:

CAP. I. Beatitudo vestra, directis antehac per prouincias auctoritatibus, frequenter Italiae sacerdotum synodum conuocauit, quorum praesentia in vestris videtur oculis constituta. Nunc beatitudo vestra, quae ad ecclesiasticas indemnitates, vel ad pacem totius Ecclesiae pertinent siue concordiam, dignetur tractabiliter ordinare. Acclamatum est ab omnibus episcopis & presbyteris, exaudi Christe, Symmacho vita. dictum est decies. Cuius sedem & annos. Dictum est nonies. Ut facias, rogamus. Dictum est decies.

2 Symmachus episcopus Ecclesiae catholicae urbis Romae, dixit: Concilium dilectionis vestrae, neglecta hyemis asperitate, sollicitudo nostra pro ecclesiastica indigentia specialiter congregauit, ut episcopalem ambitum, & confusionis incertum vel popularem tumultum, quem per surreptionem diaboli usurpatione aliquorum, tempore ordinationis meae constat exortum, communicato pariter tractatu, in futurum possimus robuste ac viuaciter amputare: atque ided caueamus in posterum, ne subuersio disciplinae, aut audacia praesumentium gestiat tentare similia, & pari adunatione tractemus, expressis scilicet sententijs sancientes, quid circa Romani episcopi ordinationem debeat custodiri. Vniuersi episcopi vel presbyteri dixerunt: Vt fiat, rogamus. Dictum est decies. Ut scandala amputentur, rogamus. Dictum est nonies. Ut ambitus extinguatur, rogamus. Dictum est duo decies. Exaudi Christe, Symmacho vita. Dictum est sexies. Cuius sedem & annos. Dictum est quinquies. Ut de praesenti fiat. Dictum est decies. Symmachus episcopus dixit: Quoniam fraternitas vestra curam prouisionis nostrae suis exhortationibus in citauit, & parilem circa Ecclesiae tranquillitatem Dei nostri contemplatione animum praestit, sicut praefati sumus, deliberatione in praesentia

quod decies

ti habita, quid placeat ex omnibus, vestris informate sententijs, quae in hoc venerabili concilio per ecclesiastica recitentur officia. Cumque surrexissent, & paulo post iterum conledissent, Aemilianus notarius synodi decreta vulgavit.

3 Propter frequentes ambitus quorundam, & Ecclesiae nuditatem, vel populi collisionem, quae molesta & iniqua incompetenter episcopatum desiderantium generauit auiditas, ut extinguat furoris praesumptio tam perniciosa temporibus, constituit sancta synodus, ut si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo incognito, aut subscriptione pro Romano pontificatu commodare, aut praeterea promittere, aut sacramentum praebere tentauerit, aut aliquod certum suffragium polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare atque decernere, loci sui dignitate atque communione priuetur. Vniuersa synodus surgens, Priuetur, acclamauit: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dictum est decies. Hic pax cum Symmacho. Dictum est quinquies. Cuius sedem & annos. Dictum est octies. Pari seueritate feriendo eum, qui hoc viuo (sicut dictum est) potestice, quolibet modo fuerit ambijisse conuictus, aut certe tentasse, omnibus pariter huius culpae reis anathematis poena plectendis. Symmachus episcopus dixit: Ergo vniuersitati placet, & ab omnibus recognoscitur vel probatur ista sententia? Vniuersa synodus dixit: Placet, & quod omnibus placet, fiat.

4 Si (quod absit) transitus Papae inopinatus euenierit, ut de sui electione successoris (ut supra placuit) non possit antequam decernere, siquidem in vnum totius inclinauerit ecclesiastici ordinis electio, cosecretur electus episcopus. Si autem (ut fieri solet) studia ceperint esse diuersa eorum, de quibus certamen emerferit, vincat sententia plurimorum: sic tamen, ut sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto iudicio de electione decreuerit. Synodus dixit: Placet. Dictum est decies.

5 Propter occultas autem fraudes, & conuersionum secretas insidias, quas huius sententia distractionis consequitur, si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc synodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit, particeps actionis huiusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quae non indigna sit, subleuetur. Vniuersa synodus surgens, acclamauit: Placent omnia, Exaudi Christe, Symmacho vita. Dictum est tredecies. Ut ista seruetur, rogamus. Dictum est decies. Ut nullus aliter ad episcopatum Romanum deinceps veniat, precamur. Dictum est decies. Ut decreta nostra confirmes, rogamus. Dictum est decies. Symmachus episcopus catholicae Ecclesiae urbis Romae, dixit: Acclamationes vestras, synodique iudicium praesentia gesta suscipient. Er

Dist. 79. Si quis papa.

*pitacia committere.

Dist. 79. Si transitus

Ibid. Si quis papa super.

adiecit. Ea quae ad sopiendos veterumque pre-
 sumptionis errores, vel infensae rebus eccle-
 siasticis aegritudinis morbos, quibus vniuer-
 salis afficiebatur Ecclesia, deliberatio religi-
 oni congrua pacis; constituit, firmitatem p-
 petetam fortiantur, vt, prestante Deo, quae cu-
 stodem rerum constat esse bonarum, synoda-
 lis ordinatio vigeat, atq; omnes sine perso-
 nae alicuius distinctioe constringat. Contra
 quam si quis sub qualibet occasione venire
 praesumpserit, indicta superius districione
 plectetur. Et subscripserunt episcopi nume-
 ro 73. Caelius Symmachus episcopus sanctae
 Ecclesiae catholicae vrbis Romae, his synoda-
 libus constitutis, a me probatis atq; firma-
 tis, consentiens subscripsi. Caelius Rusticus
 episcopus ciuitatis Minturnae, subscripsi, &
 consensi synodalibus constitutis, atque in
 hac profiteor me manere sententia. Caelius
 Bonifacius episcopus Ecclesiae Veliterne, sub-
 scripsi. & consensi synodalibus constitutis, atq;
 in hac me profiteor manere sententia. Adeo-
 datus Ceruicenis, Aucupius Puteolanus,
 Adeodatus Formisensis, Basilus Tollentinus,
 Benignus Aquaeuuenensis, Bassus Ferentinus,
 Bellator Ostiensis, Cresconius Tudertinus,
 Constantius Otricularius, Candidus Tibur-
 tinus, Clarus Aliphanus, Constantinus Ca-
 puanus, Colonius Forocladien, Constanti-
 us Venafranus, Decius Triumtabernensis,
 Dulcius Sabineus, Epiphanius Beneuentanus,
 Fortunatus Anagninus, Fortunatus Sueffan-
 us, Felicissimus Forosempronien, Florentius
 Peltanus, Fortunatus Fulginatis, Felix Nepe-
 sinus, Gaudentius Tindarinus, Gaudentius
 Vulturnensis, & idem pro Proiectitio episco-
 po Foronouano, Germanus Piflaurensis, Gau-
 detus Salernitanus, Iustus Acherontinus, In-
 nocentius Meuanatis, Ioannes Ariminensis,
 Ioannes Spolitanus, Ioannes Vibonensis, Lau-
 rentius Trebiensis, Lucianus Tarquinien-
 sis, Lampadius vrbis Alben-
 sis, Milenus Cuma-
 nus, Maximus Bleranus, Martyrius Terraci-
 nensis, Maximianus Perusinus, Molensius Cen-
 tumcellensis, Maximianus Subaugustanus, Mer-
 curius Sutrinus, Marius Tiferninus, Pascha-
 sius Vulturnensis, Palladius Sulmontinus,
 Quintus Theatinus, Rufinus Canusinus, Ro-
 farius Surrentinus, & p fratre meo Vrso
 episcopo subscripsi. Stephanus Nursiensis,
 Serenus Numentanus, Sanctulus episcopus Si-
 gninus, quia subscribere non potuit manu
 propria, subscripsit pro eo Fortunatus episco-
 pus ecclesiae Anagninae. Stephanus Neapoli-
 tanus, Salustius Amerinus, Serenus Nolanus,
 Saturninus Terdonitanus, Timotheus Abel-
 linensis, Valentinus Amiterninus, & p Roma-
 no episcopo ecclesiae Pinnanatiensis, Vitalis Fan-
 cularis, Vitalis Narniensis, Vitalis Fidanus, Vi-
 talianus Rufellanus, Vindemius Antiatinus,
 Valerius Calenoranus, Vrso Stabianus. Sub-
 scripserunt presbyteri numero sexaginta se-
 prem. Caelius Laurentius archipresbyter tit.

*Acerrensis

*Mibatanis
*Molensius

*Bithinatis
*Calinensis

TOM. 2.

sanctae Praxedis, his subscripsi & consensi syn-
 odalibus constitutis, atque in hac me profiteor
 manere sententia. Asterius presbyter tituli
 sancti Pudeti, Andreas presbyter tituli san-
 cti Matthaei, Abundantius presbyter tituli
 sanctae Sabinae, Afellus presbyter tituli san-
 ctae Susanna, Agatho presby. tit. f. Susanna,
 Anastasius pres. tit. f. Anastasia, Acontius pres.
 tit. f. Fasciola, Agapetus pres. tit. f. Apostolorum,
 Adeodatus pres. tit. f. Martini, Equitius, Abu-
 dius pres. tit. f. Marci, Bonus pres. tit. f. Crescen-
 tianus, Benedictus pres. tit. f. Gaii, Bonifacius
 pres. tit. f. Caeciliae, Crescētius pres. tit. f. Apo-
 stolorum, Cyprianus pres. tit. f. Marci, Domi-
 nicus pres. tit. f. Crescētianus, Dionysius pres.
 tit. f. Aemilianus, Dominicus pres. tit. f. Prisca,
 Epiphanius pres. tit. f. Cyriaci, Epiphanius pres.
 tituli f. Apostolorum, Epiphanius pres. tit.
 f. Fasciola, Eutyches pres. tit. f. Aemilianus, Fe-
 lix pres. sancti Martini, tit. Equitius, Gordianus
 pres. tit. f. Pammachii, Genesius pres. tit. f. Ni-
 comedis, Hilarius pres. tituli f. Laurentij in
 Lucina, Ianuarius pres. tit. Vestinae, Iustinus
 pres. tit. f. Pudeti, Iouinus pres. tit. f. Aemili-
 anae, Ioannes pres. tit. f. Pammachii, Iulianus
 pres. tituli f. Anastasiae, Laurentius pres. tituli
 f. Laurentij in Lucina, Martianus pres. tit. fan-
 ctae Caeciliae, Martinus pres. tituli sancti Cy-
 riaci in thermis, Marcellinus pres. tituli fan-
 cti Iulij, Marcellus pres. tituli sancti Romani,
 Marcus pres. tituli f. Laurētij in Lucina, Opi-
 lio pres. tit. Vestinae, Petrus pres. tituli f. Cle-
 mentis, Paulinus pres. tituli f. Iulij, Petrus pres.
 tituli f. Chryfogoni, Proiectitius pres. tituli
 sancti Laurentij in Damaso, Paschasius pres.
 tituli sancti Eusebij, Petrus pres. tituli f. Chry-
 fogoni, Paulinus pres. tituli f. Fasciola, Petrus
 presbyter tituli sanctae Praxedis, Paulinus
 pres. tit. f. Laurentij, Redemptus pres. tituli f.
 Chryfogoni, Romanus pres. tit. f. Trigida, Re-
 demptus pres. tit. f. Trigida, Soranus pres. tit.
 Vestinae, Sebastianus presbyter tituli f. Nico-
 medis, Seruus presbyter tit. f. Clementis,
 Sebastianus pres. tit. Martini, tituli Equitij, Se-
 uerus pres. tituli f. Gaii, Stephanus pres. tituli
 sancti Marcelli, Septimius pres. tituli sancti
 Iulij, Stephanus presbyter tituli sancti Euse-
 bij, Timotheus presbyter tituli sancti Mar-
 celli, Vrbus presbyter tituli sancti Clemen-
 tis, Valēs presbyter tituli sanctae Sabinae, Va-
 lentinus presbyter tituli sancti Eusebij, Vi-
 ctorius presbyter tituli sanctae Sabinae, Vin-
 comalus presbyter tituli sanctae Crescentia-
 nae, Venantius presbyter tituli sancti Mar-
 celli. Subscriptio diaconorum: Cyprianus
 diaconus sanctae ecclesiae Romanae, regionis
 7. his subscripsi, & consensi synodalibus con-
 stitutis, atque in hac me profiteor manere sen-
 tentia. Anastasius diaconus regionis primae,
 subscripsi. Ioannes diaconus regionis secun-
 dae, subscripsi. Tarnensis diaconus regionis
 primae, subscripsi. Tertullus diaconus regio-
 nis quartae, subscripsi.

RO.

ROMANA SYNO-
DVS TERTIA, TEMPO-
re Symmachi papae.

Tituli capitulorum sequentis synodij sine
huius synodi videantur.

EXEMPLAR CONSTITVTI,
facti à domino Symmacho papa, de re-
bus ecclesiae conferuandis.

Flauiano Auicno viro clarissimo iunioris co-
 sule, sub die 8. Iduum Nouembrium, in
 basilica beati Petri Apostoli, residente vene-
 rabili viro papa Symmacho, vna cum vene-
 rabilibus viris & episcopis, Laurentio, Ma-
 ximo, Petro, Laurentio, Aemiliano, Tigridio,
 Felice, Bassiano, Cresconio, Pacatiano, Be-
 nigno, Rufentio, Elpidio, Aprile, Innocentio,
 Mercurio, Hilario, Fortunato, Concordio,
 Martiano, Iocundo, Candido, Fortunato, Fe-
 lice, Eutychio, Elpidio, Aprile, Innocentio,
 Mercurio, Hilario, Fortunato, Concordio,
 Aello, Innocentio, Stephano, Gerontio, Pa-
 schasio, Vitale, Memore, Scuerino, Hilario,
 Venerioso, Innocentio, Casto, Colonico, Syl-
 uano, Maximiliano, Aristone, Seuerino, Pro-
 pinquo, Martyrio, Valentino, Sebastiano,
 Romano, Vindemio, Victorio, Dulcitio, Vr-
 so, Mercurio, Aello, Seruo Dei, Adeodato,
 Asterio, Martiniano, Felice, Eusebio, Augu-
 sto, Proiectitio, Chryfogono, Venantio, Ru-
 stico, Salustio, Probo, Amando, Basilio, &
 Florentio. Residentibus etiam presbyteris,
 Proiectitio, Martino, Epiphanio, Sebastia-
 no, Seruo Dei, Epiphanio, Octauiano, Ana-
 stasio, Abundatio, Vincomalo, Paulino, Iu-
 liano, Marcellio, Agathone, Benedicto, Cre-
 scentiano, Paschasio, Iuliano, Seuerio, Pauli-
 no, Adeodato, Ioanne, Timotheo, Laurentio,
 Hilario, Adeodato, Marco, Stephano,
 Venantio, Petro, Chryfogono, Lito-
 rio & Chryfogono, Tinulo vel Maximo,
 Fortunato: adstantibus quoque diaconibus
 Anastasio, Hormisdas, Ioanne, & Agapeto
 Symmachus episcopus Ecclesiae catholicae
 vrbis Romae, dixit:

*Asiste,

*Amantio,

*Maximino

di. 96. Bene
quidem.

*perduxit,

*nos
Lucas 6.

Cap. 1. Bene quidem fraternitas vestra
 ecclesiasticis legibus obsequuta, sub diuini
 timore iudicij quae erant statuenda, definiuit,
 & ad iustitiae cumulum peruenit, dum suf-
 ficienter vniuersa complectitur, nec adiecti-
 one indiget plenitudo, maxime de clericis,
 quos amor dominationis inuasit, & iugum
 disciplinae ecclesiasticae fecit respuere, quos
 propterea schisma fecisse apud vos constat,
 quibus misericordiam tamen, quam Deus
 mandat vniuersis impendi, (sicut oportuit)
 non negastis, si duritia cordis eorum non si-
 bi acquirat poenam, dum contemnit oblata
 remedia, quorum excellentiam enarrare difficile
 est. Vnum tamen, quod occurrit, venerando
 ordini vestro intinere non differo. Dixerunt
 inter alia, scripturam quandam illustris me-

TOM. 2.

moriae Basilii, quasi pro ecclesiasticae amore
 substantiae conscripsisse, in qua nullus Roma-
 nae Ecclesiae nec interfuit, nec subscripsit an-
 tistes, per quem potuisset sortiri legitimam fir-
 mitatem. Ne vero ego inde disputem, sed vt
 possit vestrum iudicare concilium, requira-
 tur & referatur in medium, vt lectione agno-
 scatis, cuiusmodi possit habere substantiam.
 Sancta synodus respondit: Deferatur in me-
 dium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et du
 diceret, Hormisdas diaconus recitauit:

Cum in vnum apud B. Petrum aposto-
 lum resedissent, sublimis & eminentis viri, p-
 sectus priorio atq; patricius, agens etiam vices
 precellentissimi regis Odoacris, Basilio dixit:
 Quaequam studij nostri & religionis interstet,
 vt in episcopatus electione concordia prin-
 cipaliter seruetur Ecclesiae, ne per occasionem
 feditionis, status ciuilitatis vocetur in dubium,
 tamen admonitione beatissimi viri papae no-
 stri Simplicij, qua ante oculos semper habere
 debemus: hoc nobis (meministis) sub obtesta-
 tione fuisse mandatū, vt propter illum strepitū,
 & venerabilis ecclesiae detrimentū, si cum de
 hac luce transire contigerit, non sine nostra co-
 sultatione cuiuslibet celeberrae electionis. Et cum
 legeret, Cresconius episcopus ciuitatis Tu-
 dertinae ecclesiae, surgens & confessus, dixit: Hic
 perpendat sancta synodus, vt praetermissis
 personis religiosis, quibus maxime cura est de
 tanto pontifice, electione laici in sua rede-
 gerint potestatem, quod contra canones esse
 manifestū est. Item Hormisdas diaconus legit:
 Nam & cum quid confusionis atq; dispēditij
 venerabilis ecclesiae sustineret, miramur, pre-
 termittis nobis, quaequam fuisse tentatū: cum
 etiam sacerdote nostro superstitite, nihil sine
 nobis debuisset adsumi. Quare, si amplitu-
 dini vestrae vel sanctitati placet, incolumia
 omnia, quae ad futuri antistitis electionem respi-
 ciunt, religiose & honoratione seruemus, hac
 legem specialiter praefereamus, qua nobis haec
 redibusque nostris, Christianae mentis deuotio-
 ne sancimus: Ne vnquam praedicti, seu ru-
 sticum seu vrbani, vel ornamenta aut mini-
 stria ecclesiarum, quae nunc sunt, vel quae ex
 quibuslibet titulis ad ecclesiarum iura perueniunt,
 ab eo, qui nunc antistes sub electione comu-
 ni fuerit ordinandus, & illis qui futuris secu-
 lis sequetur, quocumque titulo atq; comento
 alienentur. Si quis vero aliquid eorum aliena-
 re voluerit, inefficax atq; irritum iudicetur,
 sitque facienti, vel consentienti, accipientique
 anathema. Maximus episcopus Bleranus ecclesiae,
 dixit: Modò sancta synodus dignetur edicere,
 si licuit laico homini anathema in ordine
 ecclesiastico dictare. Aut si potuit laicus sa-
 cerdoti anathema dicere, & contra canones,
 quod ei non competeat, constituere. Dicite,
 vobis quid videtur? De melicuit laico legem
 dare? Sancta synodus dixit: Non licuit. Et ad-
 iecit: Lege sequentia. Hormisdas diaconus legit:
 Etis, qui praedium rusticum vel vrbani iuris

*deferatur

*ciuitatis

*venerati-
one

EE 4 eccle-

ecclesiastici fuerit cōsequutus, nouerit se nul-
la lege vel præscriptiōe munitum: sed siue is,
qui alienauerit, siue is qui consequenter vo-
luntate contraria prædium huiusmodi alien-
atum reuocare tentauerit, id cum fructibus
restituatur, qui illud fuerit cōsequutus. Et cum
legeret, Stephanus episcopus Venusine ec-
clesiæ, surgens è confesso, dixit: Perlegatur.
Hormisdæ diaconus legit:

3 Quam etiã poenam, placuit accipien-
tis heredes, pro hæredesq; respicere. In qua
re cuiuslibet clericorū contradicendi libera sit
facultas. Iniquū est enim, & sacrilegij instar,
vt quæ vel pro salute, vel pro reque anima-
rum suarum vnusquisq; venerabili ecclesiæ
pauperum causa cōtulerit, aut certè relique-
rit, ab his, quos hæc maximè seruare conue-
nerat, in alienitatē transferantur. Planè que-
cunque in gemmis, vel auro atque argento,
necnon & vestib; minùs apta vñibus vel or-
natui videbūtur ecclesiæ, quæ seruari ac diū
manere non possunt, sub iusta æstimatione
vendantur, & erogationi religiose proficiat.
Cumque lecta fuisset, Laurentius episcopus
Mediolanensis ecclesiæ, dixit: Ista scriptura
nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare
pontificem, quia non licuit laico statueri
in ecclesia, præter papam Romanum, habere
aliquam potestatem, cui obsequendi manet
necessitas, non autoritas imperandi, maxi-
mè, cum nec papa Romanus subscripserit,
nec alicui secūdum canonēs metropolitani
legatur assensus. Petrus episcopus Rauenna-
tis ecclesiæ, dixit: Scriptura, quæ in nostra
cōgregatione vulgata est, nullis eam viribus
subsistere manifestum est: quia nec canoni-
bus conuenit, & à laica persona concepta vi-
detur, maximè quia in ea nullus præsul sedis
Apostolicæ interfuisse, vel propria subscri-
ptione firmasse monstratur. Eulalius episco-
pus Syracusanæ ecclesiæ, dixit: Scriptura que
in sacerdotali concilio recitata est, euidentis-
simis documentis cōstat inualida. Primū,
quod contra patrum regulas à laicis, quāuis
religiosis, quibus nulla de ecclesiasticis fa-
cultatib; aliquid disponēdi legitur vnquam
attributa facultas, facta videtur. Deindè, qd
nullius præsulis Apostolicæ sedis subscrip-
tione firmata docetur. Quod si cuiuslibet p-
uinciarū sacerdotes, intra terminos suos con-
cilio habito, quicquam sine metropolitani
suiue antistitis autoritate tentauerint, irri-
tum esse debere patres sancti sanxerūt: quā-
tō magis, quod in Apostolica sede, non exis-
tente præfule, qui prærogatiua beati meritis
apostoli Petri per vniuersum orbem prima-
tum obtinens sacerdotij, statutis synodali-
bus consuevit tribuere firmitatem, à laicis,
licet consentientibus aliquantibus episcopis,
(qui tamen pontifici, à quo consecrari pro-
bantur, præiudicium inferre non potuerūt)
præsumptum fuisse cognoscitur, viribus ca-
rere non dubium est, nec posse inter ecclesi-

16. q. 7. Non placuit.

Nice. cōc. ca pit. 4. & 6.

16. q. 7. Lai- cis quauis

Nice. cōc. vbi supra.

TOM. 2.

astica vilo modo statuta censerit? Sancta syn-
odus dixit: Liquec secundum prosequutio-
nem venerabilium fratrum nostrorum, Lau-
rentij, Petri, Eulalij, Cresconij, Maximi, vel
Stephani; nec apud nos incertum habetur,
hanc ipsam scripturam nullius esse momen-
ti, quam, etiã si aliqua posset subsistere ra-
tione, modis omnibus in synodali conuen-
tu prouida beatitudinis vestre sententia ener-
uari conueniebat, & in irritum deduci, nē in
exemplum remaneret præsumendi quibusli-
bet laicis, quanuis religiosis vel potentibus,
in quacūq; ciuitate quolibet modo aliquid
decernere de ecclesiasticis facultatibus, qua-
rum solis sacerdotibus disponendi indifus-
sè à Deo cura commissa docetur. Symmach^o
episcopus dixit: Modò, quia Symmach^o præfenti-
am vestram votiuam mihi sub qualibet oc-
casiōe concessit, volo (si placet) rem fieri fir-
mam, quam credo ecclesiasticis facultatibus
conuenire, vt agnoscant omnes, quos in me
vanus furor excitauit, nihil me magis stude-
re, quàm vt saluum esse possit, quod mihi est
à Deo sub dispensatione commissum, sed &
quibuslibet Deum timentibus, gratum esse
debeat, & ad ecclesiastici custodiã patrimo-
nij pertinere. Sancta synodus dixit: Scimus
prouisionem vestram necessarijs studere, &
ideò in vestra est potestate, sequenda dispo-
nere. Symmachus episcopus Ecclesiæ catho-
licæ vrbis Romæ, dixit: Magna quidem ve-
nerando & sacerdotali debetur cultura pro-
posito, cui imminet de studio, q̄ recta sunt,
non de necessitate, disponere. Sed quoniam
in aliquibus aliena postulantes, vitiorum
mater auaritia, repudiatis honestatis repaga-
nis, totum putat expedire quod libet: & ita,
dum prædæ inhiat, patientia supernæ picta-
tis abutitur, expectantibus correctionem cæ-
lo moderante, iudicij se exillimant non te-
neri, cum clarum sit, quod apud certos in oc-
casiōe rapiendi procedat diuinæ mora sen-
tentia. Sed nobis, quos pastoralis cura & ec-
clesiasticæ adstringit, pro dispensatione cre-
dita, ratio reddenda substantia: opus est, vt
solicitudinem nostram non solum ad præ-
sentia, sed etiã ad fecutura secula porriga-
mus: nē ad animæ nostræ detrimenta contin-
gat, si hi, qui possunt statutis debere innocē-
tiam, præsumentes de libertate, deliquerint,
cum religiosa possint & nostra, & successoris
nostri potestate fulciri, legibus ecclesiasticis
seruientes.

4 His ergò perpenſis, mansuro cum Dei
nostri consideratione decreto, sancimus, vt
nulli Apostolicæ sedis præfule, à præfenti die
(donc, disponente Domino, catholicæ fi-
dei manserit doctrina salutaris) liceat præ-
dium rusticum, quantacūq; fuerit vel ma-
gnitudinis, vel exiguitatis, sub perpetua alie-
natione vel commutatione ad cuiuslibet iu-
ra transferre. Nec cuiusquam excusentur ne-
cessitatis obtentu, quippe cum nō sit perso-
nale,

12. q. 2. Non liceat pape.

nale, quod loquimur: nec aliquis clericorū,
vel laicorum sub hac occasiōe accepta tue-
atur. Sed nec in vsufructuario iure aliquibus
dare liceat, nec data retinere, præter clericos,
& captiuos, atq; peregrinos: nē malè tracta-
tionis ministreretur occasio, cum liberalitati
illi alia itinera referentur.

5 Sanè tantum domus in quibuslibet vr-
bibus constituta, quarum statum necesse est
expensa non modica sustentari, acceptis (si
offerri cōtigerit) sub iusta exillimatione red-
ditibus, & diuini timore iudicij, commuten-
tur.

6 Pari etiã ecclesiarum per omnes Ro-
manæ ciuitatis titulos, qui sunt presbyteri,
vel quicūq; fuerint, adstringi volumus lege
custodes: quia nefas dictū est, obligatiōe,
qua sepe charitatem Christi cōnectit sum-
mus pontifex, ea hominem secundi in eccle-
sia ordinis non teneri. Quicūq; tamē obli-
tus Dei, & decreti huius immemor, cuius Ro-
manæ ciuitatis sacerdotes volumus religio-
sis nexibus deuinciri, in cōstitutum præsen-
s committens, quicquam de iure titulorū vel
ecclesiæ superius præfatae quolibet modo,
præter aurum, argentum, vel gemmas, vestes
quoquē, si sunt, vel si accesserint aliqua mo-
bilia, ad ornatum diuinæ minimè pertine-
tia, perpetuo iure, exceptis dūtāt sub præ-
fata conditione domibus, alienare tentaue-
rit, donator, alienator ac venditor, honoris
sui amissione mulctetur.

17. q. 4. Quicūque.

7 Præterea, qui petierit aut acceperit, vel
qui presbyterorū, aut diaconorum, seu de-
fenforum danti subscripserit, quo iratus De-
us animas peccit, anathemate feriatur. Sitq;
accipienti, vel subscribenti de personis supe-
rius compræhensis, id est, quas anathemate
feriri censuimus, (instituta poena contuber-
nialium seruata) quam præmissimus in aliena-
tore vindicta. Nisi forte & alienator sibi, dū
repetit, & qui acceperit, celeri restitutiōe p-
spexerit.

8 Quod si minore animæ suæ cura, quif-
quam remedium oblatum fortè neglexerit,
supra ea poenarum genera, quæ superius te-
nentur adscripta, cōtra fas si quod conceptū
fuerit documentū, vniuersis viribus, quāuis
ab initio nullas habuerit, effctetur. Sed eti-
am liceat quibuscūq; ecclesiasticis personis
vocem contradicōnis afferre, & ecclesiasti-
ca autoritate fulciri, ita vt cum fructibus
possit alienata repossere: nec aliquo se ante
tribunal Christi obstaculo muniat, qui à reli-
giosis animabus ad substantiam pauperum
derelicta, contra fas sine aliqua pietatis con-
sideratione dispergit. Huius autem cōstitu-
tionis legem in Apostolica tantum volumus
sede seruari, vniuersis ecclesijs per prouinci-
as secundum animarum considerationem,
quem proposito religionis cōuenire recto-
res earum viderint, more seruato.

ET SVBSCRIPSERVNT.

TOM. 2.

Cælius Symmachus episcopus Ecclesiæ Ro-
manæ, huic constituto, à nobis factō, subscri-
psi. Cælius Laurentius episcopus sanctæ Me-
diolanensis ecclesiæ, huic constituto, à vene-
rabili papa Symmacho factō, subscripsi. Pe-
trus episcopus catholicæ Rauennatis sanctæ
ecclesiæ, huic constituto, à venerabili papa
Symmacho factō, subscripsi. Eulalius episco-
pus ecclesiæ Syracusanæ, huic constituto, à
venerabili papa Symmacho factō, subscri-
psi. Felix Interamensis, Cresconius Tuder-
tinus, Aemilianus Vercellensis, Iocundus
*Subaugustanus, Tigradius Taurinatis, Vi-
talis Fundanus, *Bassus Mutinensis, Pacatia-
nus Comanensis, Maximus Bleranus, Mar-
tyrius Terracinenis, Rufentius Ignatinus,
Basilus Tolleninās, Martinianus *Orten-
sis, Benignus Aquæuicēsis, Fortunatus Sues-
fanensis, Seuericus Tyndarinēsis, Eucarpus
Messanēsis, Ioānes Spoletanus, Stephan^o Ve-
nusinus, Valentinus Amiterninus, Romulus
Prænestinus, Probus *Carmeianēsis, Vinde-
mius Antiatinus, Candidus Tiburtinus, For-
tunatus Fulginatis, Proculeianus Sepinatis,
Martianus Efinus, Maximianus Perusinus,
Chryfogonus Albanensis, Eutyrius Tra-
nenis, Laurentius Boianensis, Fortunatus
Anagninus, Paschasius Vulturēsis, Marcus
Samninus, Aprilis Nucerinus, Memor Canu-
sinus, Innocētius *Forosimpronienis, Floren-
tius Vestinēsis, Felix Nepeſinus, Concordius
Mesenatis, *Amandus Potentinus, Afellus
*Amantius, Populonienis, Colonius Foro-
clodienis, Elpidius Volaterranus, *Proiectus Forinoui, Vene-
riosus Polensis, Bonifacius Forostaminienis,
Sebastianus Soranus, Rusticus Buxentinus,
Venantius Senogallienis, Victor Lunensis, In-
nocentius Tiferninus, Sylinus Veliterninus,
Iustus Signinensis, *Ariston Ostientis, Augu-
stus *Liparitanus, Felix Nepeſinus pro Vrſo,
Asterius Aquinatis, Propinquus Trebiatis,
Eusebius Fanestrus, & Romanus Nomenta-
nus.

¶ ITEM TITVLI EIVSDEM concilij.

1 De præloquutione papæ Symmachi,
qui synodi statuta collaudans, clericorum
suorum culpæ excessus, quod inter alia eti-
am propter constitutum illustri memoria
Basilij, à sua communione defecuerint.

2 Exemplar ipsius constituti, synodo re-
censetur.

3 Sententia ipsius synodi, qua præfa-
tum constitutum nullius esse momenti de-
cernitur.

4 Vt nulli Apostolicæ sedis præfule pos-
sionem ecclesiæ magnam, vel paruam in
perpetuum liceat alienare, vel commutatio-
nis obtentu ad cuiuslibet iura transuertere.

5 De domibus ecclesiasticis, quæ sunt in
urbibus, commutandis.

6 Vt non liceat presbyteris vrbis Romæ,
titulorum suorum prædia, seu quicquid iu-
ris

ris

ris eorum fuerit, quolibet alienare commen-
to: qui verò hoc agere tentauerit, ordinis sui
amissione plectatur.

7 Vt qui petierit prædium ecclesiæ, & ac-
ceperit, aut si quis presbyterorum, aut diaco-
norum, nec non defensorum, danti subscri-
pserit, anathemate feriatur.

8 Vt si quis anathematis pœnam parui
duxerit, etiã documento, quo se putat ec-
clesiæ prædium possidere, frustretur: liceat q̄;
cuilibet ecclesiasticæ personæ vocem con-
tradictionis adferre, & cum fructibus præ-
teriti temporis, eadem prædia alienata repo-
scere.

ROMANA SYNO-
DVS QVARTA SVB
Symmacho papa.

R Vffo Magno, Fausto Auteno, viris cla-
riss. conf. sub die x. Kalen. Nouembris
sancta synodus apud urbem romam ex præ-
cepto gloriosissimi regis Theodorici diuersis
è regionibus congregata in Christi nomine,
dixit: Cùm ex diuersis prouincijs ad urbem
Romam conuenire sacerdotes regia præcep-
isset authoritas, vt de his, quæ venerabili papæ
Symmacho Apostolicæ sedis præfati, ab ad-
uersarijs ipsius dicebantur impingi, sanctum
côcilium iudicaret legitime, Liguriæ, Aemi-
liæ, vel Venetiarij episcopis (quos ad præsen-
tiam principis ipse itineris ductus attraxit)
confulendi regem incubuit necessitas, qua
hos voluisset ætate fractos, debilitate corpo-
ris inualidos congregari: respondit præfatus
rex pijsimus bonæ conuersationis affectu,
plura ad se de papæ Symmachi actibus hor-
renda fuisse perlata, & in synodi oportere (si
vera esset inimicorum eius obiectio) iudica-
tione constare. Memorati pontifices, quibus
alligandi imminabat occasio, suggererunt,
ipsum, q̄ dicebatur impetitus, debuisse syn-
odum conuocare, scientes quia eius sedi pri-
mum Petri apostoli meritum vel principatus,
deinde sequuta iussione Domini concilio-
rum venerandorum authoritas, singularè in
ecclesijs tradidit potestatem, nec antedictæ
sedis antistite minorum subiacuisse iudicio,
in propositione simili, facile forma aliqua
testaretur. Sed potèntissimus princeps, ipsum
quoque papam in colligenda synodo volutatem
suam literis demonstrasse significauit: vnde
à mansuetudine eius pagine postulatæ sunt,
quas ab eo directas constabat, hasq̄; dari sa-
cerdotibus sine tarditate constituit, & quic-
quid in eodem negotio actum est, scriptis Ro-
mam ex diuersis terrarum vel regionum par-
tibus, Dei prosecutione peruentum est. Et
dum in venerabili collectione de incipiēdo
habere negotio (prout poscebat causa) tra-
ctatus, sanctus papa Symmachus basilicam
Iulij, in qua pontificum erat congregatio,
(put habuit cura cælestis) ingressus est, & de
euocatione synodali clemētissimo regi gra-

TOM. 2.

tias retulit, & rem desiderij sui euenisse testa-
tus est. Causa ergo de sacerdotum animis
(quæ de cōcilio nondum firmato, tristitia
ministrabat) abscissa est: authoritatem ordi-
nis corrigendi, sicut poscebat ecclesiastica
statuta, in omnium qui ibidem conuenerant
episcoporum presentia, se dare professus est,
sperans, vt visitator, qui contra religionem,
contra statuta veterum, vel contra regulas Ma-
iorum, à parte clerici vel aliquibus laicis fue-
rat postulatus, ex ordinatioe antistitum (sic-
ut decebat sanctum propositum) prima fron-
te cederet: & omnia, quæ per suggestiones ini-
micorum suorum amiserat, potestati eius le-
galiter ab honorabili concilio reintegraren-
tur seu redderentur: & tanti loci præful regu-
lariter prius statui pristino redderet, & tunc,
non antè, veniret ad causam: & si ita rectè vi-
deretur, accusantiu propositionibus respon-
deret. Digna res visa est maximo sacerdotu
numero, quæ mereretur effectum, decernere
tamen aliquid synodus sine regia notitia nõ
presumpsit. Sed suggestio iusta, per legato-
rum negligentiam nõ meruit secundum vo-
ta responsum. Iussus est regis præceptionibus
papa Symmachus ante patrimonij vel eccle-
siarum (quas amiserat) receptionem, cum im-
pugnatoribus suis in disceptatione confi-
gere, qui potestatis sue priuilegia, & quæ pro
cōscientiæ (quantum iuste æstimamus) emul-
datione submiserat, nec hac voluit vice re-
sumere. Sed dum visa est synodus in Hierusalē
basilica Sessoriani palatii constituta, aliqui-
bus sacerdotibus visum est, vt libellum, quem
accusatores parauerant, qui quotidie sediti-
onibus appellabant, susciperetur à synodo.
In quo suscepto duo erant, quæ vel veritati
inimica essent, vel ipsi (quantum ostenditur)
ecclesiastico proposito repugnarent. Vnum,
quia dicebant criminosa memorati superius
Symmachi papæ, apud regiam constituisse no-
titiam, quod falsum esse declarauit. Non enim
quali nouam causam audientiam commisis-
set, si eius conscientiam conuictam de erro-
re, solam sciret expectare sententiam. Aliud
quod perferuor de his, quæ obijciabant, se
cum loquebantur posse conuincere, adden-
tes, vt ipse mancipia traderet, quibus (quan-
tum illi asserbant) posset in iudicatione su-
perari. Quæ res canonibus & ipsis publicis
erat legibus inimica, cum patrū statuta san-
xissent, vt quos ad accusationem leges seculi
non admittunt, ijs dicendi in cognitione, vel
accusandi aliquid, deneganda esset licetia.
Et dum inter ista, quæ essent facienda, tra-
ctabatur: præfatus papa, vt causam diceret, oc-
currebat. Qui veniens, ab irruentibus turbis
æmulorum suorum ita tractatus est, vt mul-
tis presbyteris, qui cum ipso erant, per eadē
ipsam mortis fuisset occasio, quod probant
recentium adhuc vestigia vulnerum: nisi il-
lustri vir comes Aligerus & sublimes viri
Gudila & Vedulfus, Maiores domus regie,

Extrã de re-
sili. spoliato-
rum, per to-
tum

* cōscientia
conuicta de
errore, solã
se sciret

3. q. 4. & 5.
per totum

* assequendi

* Aligerus

per-

perspexissent: quos secum, vnde egressus fu-
erat, ad beati Petri apostoli septa cõuexerat.
His ita actis, & rebus varia confusione tur-
batis, iterum nos ad iustitiã contulimus prin-
cipalem, scientes diuinitate propicia regere
Dominum, quem ad Italiæ gubernacula ipse
prouiderat, cuius mansuetudini omnia per
relationis seriem (sicut res poscebat) ingessi-
mus, intimantes etiã, sæpè nominatum Pa-
pam post eadem, cui subiacuerat cum suis, si
voluntatem rursus haberet exeundi ad iudi-
cium, fuisse commonentes: sed allegasse cum
per directos episcopos, mādatis canonibus
sibi concessisse affectu purgationis suæ, cul-
men humilitatis, quantis periculis penè fuisset
oppressus: domini regem habere, quod vel-
let, faciendi, se interim iustitiã remittentem,
statutis canonicis non posse cõpelli. Ad hæc
serenissimus rex taliter (Deo adspirante) re-
spondit, in synodali esse arbitrio, in tãto ne-
gocio sequenda præscribere, nec aliquid ad
se præter reuerentiam de ecclesiasticis nego-
cijs pertinere, committens etiã potestati
pontificum, vt siue propositum vellet au-
dire negotium, siue nollent: quod magis pu-
tarent vtile, deliberarent, dum modò venerã-
di prouisione cōcilij pax in ciuitate Roma-
na Christianis omnibus redderetur. Quæ
cùm iuste offerrentur, Dei mandata complē-
tes, Italiæ suam dedimus rectorem, agnosce-
tes, nullum nobis labore alium remānisse,
nisi vt dissidentes cum humilitate propositi
nostri ad concordiam hortaremur: quia vnũ
tantæ rei restabat, vnde Deo pareremus, s. vt
sancti principis voluntate inuitaremur sena-
tum amplissimum, quali oportuit legatione
designata, monentes & instruetes, causas Dei
ipsius iudicio esse committendas, qui valet
corpus occidere, & animam mittere in gehē-
nam, qui dicit: Mihi vindictam, & ego retribu-
am, apud quem conscientia nuda est, cui
non absconditur occultata. Cogitare pruden-
tes viros oportere, quanta inconuenienter
& præiudicialiter in huius negocij principio
contigissent: & nos viam per hanc, per quam
ipsi vocabant, remissionem peccatis nõ ape-
rire, sed claudere, qui, quod dicebatur, ma-
iori iudici seruamus, instruentes eos, quia
per nos illis Christus innotuit, non esse qui-
um, lupi insidias præuidere, sed pastoris: ma-
ximè, quia in causã præfata multos, quise de-
dignabantur cognoscere, & Deo satisfacere,
error inuoluerat. Et quia non poterant plu-
ra sub hac occasione ecclesiæ mēbra disper-
gi, sed magis per mansuetudinem susineri,
sicut boni nos operis Paulus magister instru-
erat, dicens sanandos esse plurimos per pa-
tientiam & doctrinam. Et quicunq; putan-
tur rei & grauibus peccatis inuoluti, (quan-
uis nullus est qui delictis careat, sicut Ioãnes
testatur Apostolus: Si dicam quia peccatum
non habeo, mendax sum) hos tamen magis

TOM. 2.

pressuris hominum sustentari & perterri,
hasque passiones iudicio diuino suspendi,
maximè cum illa, quæ præmissimus, inter alia
de authoritate sedis obstarent: quia quod
possessor eius quondam beatus Petrus me-
ruit, in nobilitatem possessionis accessit, &
claritatem veterem vobis dat, de Christi do-
te rectoribus clamantes, scriptum esse per
prophetam ex persona DEI: Nunquid non
valet manus mea ad consumendum eos, qui
errauerunt? Hæc eadem sepius (sicut oportuit)
commonentes, vt ab ista intētiōe dis-
cederent, & factum nostrum, quod DEVS
inspirauerat iuxta mandatum principis, non
discuterent, sed sequerentur, sicut decebat
Ecclesiæ filios: nec sub hac intermissione
contenderent, & crescerent Ecclesiæ detri-
menta: quæ res poscebat cum festinatione
succurri, & nobis huius celeritatis, & illis
obedientiæ necessitas imminerebat, maximè
cum omnem penè plebem cernamus eius
cõmunioni indissociabiliter adhæsisse, cuius
nos non modica cura stimulabat, nõ in ali-
quo laberetur errore. Quibus allegatis, cum
DEI nostri obtestatione decernimus, har-
um necessitatum vel religionum confide-
ratione adstricti, & cælesti inspiratione per-
pensis omnibus, quæ in causa erant, secretis:
vt Symmachus papa sedis Apostolicæ præ-
fatus, ab huiusmodi propositionibus impeti-
tus, quantum ad homines respicit, quia to-
tum causis obstantibus superius designa-
tis, constat arbitrio diuino fuisse dimissum,
sit immunis & liber, & Christianæ plebi sine
aliqua de obiectis oblatione, in omnibus
ecclesijs suis, ad ius sedis suæ pertinentibus,
tradat diuina mysteria: quia eum ob impu-
gnatorum suorum impetitionem, propter
superius designatas occasas, obligari non po-
tuisse cognouimus. Vnde secundum prin-
cipalia præcepta, quæ nostræ hoc tribuunt
potestati, ei, quicquid ecclesiastici intra sa-
cram urbem Romam, vel foris iuris est, re-
formamus: totamque causam DEI iudicio
referuantes, vniuersos hortamur, vt sacram
communidem (sicut res postulat) ab eo per-
cipiant, & Dei & animarum suarum memine-
rint, quia ipse & amator pacis est, & ipse pax
est, qui monet: Pacem meam do vobis, pacem
meam relinquo vobis: & in quacunq; ci-
uitate pacem esse confirmandam adfirmans,
beatos esse dicit pacificos. Hæc quicunq;
ex instructione nostra (quod non æstima-
mus) vel non admittit, vel retrahere posse
crediderit, videat, quia in diuino iudicio cõ-
temptus sui rationem est (sicut de Deo con-
fidimus) redditurus. De clericis memorati
Papæ, qui ab episcopo suo ante tempus ali-
quod contra regulas discesserunt, & schisma
fecerunt, hoc fieri decreuimus, vt eos satisfac-
tories episcopo suo, misericordia subsequatur,
& officijs Ecclesiasticis se gaudeant re-
stitui:

Esa. 50. a

Per princ-
cipalia præcepta
notat prin-
cipis volun-
tas, seu ius-
sio.

Ioan. 14. d
Matth. 10. b

Ibidem. 5. a

stitui: quia Dominus & redemptor noster, oues perditas ab errore lætatur inuentas, & super profugum filium paternam liberalitatem cælestis mediator accomodat. Quisquis verò clericorum, post hanc formã à nobis *probatam, quocunque sacro Deo loco in ecclesia Romana Missas celebrare præsumperit, præter conscientiam papæ Symmachi dum viuit, staturis canonicis velut schismaticus percussatur. Ista sufficiat nunc cum Dei notitia nos syncerè protulisse.

SVBSCRIPTIONES Episcoporum.

Laurentius episcopus ecclesiæ Mediolanensis, huic statuto nostro, in quo totã causam Dei iudicio commisimus, subscripsi. Petrus episcopus ecclesiæ Rauennatis, huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsi. * Benignus * Aquileiesi, Felix Interamnensis, * Bonifacius * Aquæuicentis, Maximus Bleranus, Aemilianus Vercellensis, Maximus Ticinensis, Cassianus Mutinensis, Gerontius Fidenensis, Stephanus Venusinus, Laurëtius Boianensis, Fortunatus Fulginatis, Mercurius Sutrinus, Stephanus Neapolitanus, Hilarius Tempfanus, Maximianus Perusinus, Innocentius Ferentinensis, Concordius Misenaensis, Vitalis Fundanus, Castus Pratenensis, Aristus Ostiensis, Martyrius Teracinenensis, Victor Lunensis, Asterius Aquil-

natis, Chrysogonus Albanensis, Amantius Potentinus, Romanius Nomentanus, Virfius Reatinus, Cresconius Tudertinus, Innocentius Meuanaensis, Ioannes Spolitanus, Eufasius Cremonensis, Laurentius Bergomatis, Eucarpus Messanensis, Rufentius, Ignatinus, Serenus Nolanus, Martianus Efinus, Euty-chius Tranensis, Fortunatus Anagninus, Paschasius Vultur-nensis, Innocentius Forosimpronien-sis, Felix Nepefinus, Hilarius Cuperfanensis, Innocentius Tiferinus, Seuerinus Tyndaritanus, Sylvanus Veliterninus, Sebastianus Soranus, Mercurius Gabinatis, Felix Atellanus, Rusticus Buxentinus, Propinquus Trebientis, Adeo datus Formianus, Bonifacius Camerinen-sis, Iustus Signanus, Vindemius Antiati-nus, Augustus Liparitanus, Valentinus Amiter-ninus, Fortunatus Sueflanus, Iocundus Augu-stanus, Tigridius Taurina-nis, Viticanus Callien-sis, Ioanes Ariminensis, Proculianus Sepinais, Candidus Tiburtinus, Aprilis Lateranen-sis, Afellus Populoniensis, Memor Canu-sinus, Callonicus Forocodiensis, Elpidius Volaterranus, Ioannes Thuritanus, Adeodatus Sylua cãdidã, Venerius Polentis, Rogatus Taurominitanus, Seruus Dei Veronensis, Probus Camarine-sis, Dulciti-us sancti Anthimi.

Finunt decreta Symmachi papæ. IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI.

PRAEFATIO ENNODII

DIACONI IN LIBRVM DEFENSIONIS QVARTAE ET quintae synodorum, celebratarum à ducentis triginta episcopis in Laterano Romæ, auctoritate & in præsentia Symmachi papæ, recitatũ ibidem præcepto tam memorati papæ, quam omnium episcoporum, qui in eisdem synodos conuenerunt, scriptum quoque ac approbatum, atque vt laude dignum ab omnibus conclamatum. Compositus est autem aduersus eos, qui contra synodos scribere præsumperant, vt nec de Apostolicæ sedis præfule, aut quouis alio episcopo talia à quocquam præsumantur, qualia de papa Symmacho præsumpta fuerant.



Olet dicendi affectum multarũ rerum ardor exigere. Sicut autẽ auarus laudis animus est, & fauorẽ desiderat sudore mercari, aut per blandimẽta glorię crucem narrãtis ignorat, aut lucra adstrictis compedibus, linguę vendit obsequium: vt dum animus habendi cupidine subiugatus, præsumptum exiltimat iam tenere compendium, sic ingruentia per styli exercitiũ nescit timere discrimina: aut necessitate conclusus, profert eloquium sine quacunq; lima captiuum, & nesciam pudoris frontem monstrat in medium, vt dum intentioni famulatur, diligentiam decoris

*perdat: *abiuret: quia docendi ornãmẽta, non sunt TOM. 2.

intentiones negocij, sed quietis: nec militiæ sunt picta verba, sed ocij. Campus fortẽ potulat, pax profunda redimitum ornat. Qui profutura asserit, loquelã, quę peniculo artis est colorata, cõtemnit. His ergo itã se habentibus, causam narrationis in sinuo, & coactã vocem prauorum latratu, religiosi mentib; commendo, scriptum esse reminiscens, tempus tacendi, & tempus loquendi: vel post fidem prophetici oraculi, cuiusdã oratoris exemplum, qui refert, nisi cum necessarium est, dicendi nimis ineptam esse conditionẽ. Oris ergo ministerium, pro valitudine ingenij, sacerdotibus dedo, aduersus quos sibilatium effusa sunt venena linguarum, licet scuto munita fidei, spiculorum imbrem patientia religiosa non timeat, & ad authorem redeat tela, quæ sine bellandi arte dirigũtur. Quibus enim pro lorica Christus est, vim non metunt, & inimicos longa *expectatione *pster-nunt.

*exercitati- one

nunt. Quisquãne tamen in hac acie præliũ putet esse formidini, in qua Deo & pontificibus infertur sine virum æstimatione certamen? Quisquãne fluxum & laceffentem hostem videat, & præliorum causis aduersarium debile expauescat? Inuidet ipse sibi victoriam, qui cõscientia vulneratum aggredi cessat inimicum. Ad ludicum hostis sui procedit, qui in conflictibus non prius causas, quã aliud expendit. Dat vires iaculis innocentia, & mucronem acunt ex equo venientia vota bellandi. Percutiendi impetum plus iustũ dolorem scimus dedisse, quã brachia. Indẽ paucorum telis multitudine non subsistit. Dicente ergo mecum propheta, Plures nobiscũ sunt, quã cum illis: placiturum bonis, quãtum existimo, opus incipiam.

4. Reg. 6. d

ENNODII DIACONI ROMANI liber, synodorum duarum sub papa Symmacho habitarum, aduersus calumniatores defensorius.



Vfficeret quidẽ, schismaticam imperitiam propositione cecidisse, maximẽ cum secum habeant obiecta respõsum, & mereatur titulus sine lectionis discussione cum auctore dånari, cum in prænotatione ipsa, significãtia operis innotescat immũdi, dicens aduersus synodum absolutionis incongruẽ. Ego tamen nunc sic agã, quasi opus sit, alieno ense perire mala proponentem. Istud præloquiũ potest dementissimi hominum tantũ in scitiã ascribi? Est ne aliquis præter vos, sicut inter oues vlcerosas deputandus & erraticus, qui magnum gregem potuisset lacessere pastorum? dicente propheta: Filios nutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et Domino de apostolis: Qui vos spernit, me spernit. Quos episcopos fuisse propheta testatur, de Iuda dicendo: Et episcopatum eius accipiat alter. Et apostolo æquẽ Paulo proclamante: Obedite prepositis vestris, quoniam ipsi exorabunt pro vobis. Nec hic immoremur, sed redeamus ad grauem & venerabilem, nõ solum ex * alia productam, sed mysticam propositionem. Non omnes (inquiunt) sacerdotes regis ad cõcilium acciuit authoritas, nec omnes in iudicationem consenserunt. Mancipia tartari, & liquidõ fatanę ministri, quoscunq; nõ euocauit scriptum principis, nõ uis nexibus & actuum vestrorum inuolutiõnibus serpẽtib; spiris cauda pertraxit. Nolo dicere, in quo fuerint voto, in qua deliberatione discedentes, quibus tædium illa peperit expectatio, cum viderent venerabilem Papam longas in vita contra fas suum inducias accepisse. Videbant æthera tantũ directis à se iaculis verberari. Nisne liceret infelicibus, in malorum actuum consolatione ferretõ delitescere? Libris vestris nudantur absconditi, & per vos in turpi factõ habere so-

*incõgruã.

Esaie 1. a

Luc. 10. c

Psal. 108.

Hebr. 13.

*ala

*iudicatiõ

TOM. 2.

licitudinem non sinuntur, dicente Domino in euangelio: Omnis malus odit lucem. Post hæc absentes aduersarios Papæ Romani dici non debuisse, qui prædictum prolatis petitionibus accusabãt dolosẽ, videlicet hoc agẽtes, eõ quã aduersarios, suspectosq; canonica synodalibus clamante in decretis autoritate, in suam recipi accusationẽ episcopos minimẽ oportuisse, vos nõlatuisset, ad assertionis fidem iungentes, quã eos isto nomine præcepta regia non vocãssent. O homines omni artis lima compositos, & caminis fabrilibus excoctos, qui ad stipulationem doctorũ defudata inuenẽre testimonia. Amamus reuerendi viri sententiam * veram, & (vt aiunt) in * vestram ipsam pedibus imus. Cognoscimus errata, quã dicitis: Inimicũ vocet aliquis accusantem, & tragico nomine appellet contumeliam nõ merentem. Dehinc subiunctam questionem rhetorica fibula, id est, argumentatione mormordistis, addendo & allegando: Testis est Romana ciuitas, si omnes episcopi, senes & debiles conuenerunt. Ecce orationem veritatis nitentem, & ipsi cepario proferendũ nitori sermonem. Ergo qui se ætate valẽtes, & corpore imbecilles esse dixerunt, ipsi se ineptos iudicio esse testantur, quoniam membrorum se dixerunt iam sustinere dispendia, maximẽ si hoc ingerere clementissimi Domini auribus præsumperunt. Vos putatis ab vnuerfis Dei conspectibus pulsi, illo vestro scurus Locus ob-

Ioan. 3. c

*vestram

scurus

*ordiendã

Virg. verba Aeneid. 4.

Nolo i. tenacem

FF stis:

Psalm. 99. **ffis:** q̄a hōi & ipsos ap̄stolos rectē vocari, quos missos esse nō nescio: Dauid em̄ dicit: Furē vidēbas, & currebas cum eo, & cū ad-
ulteris portionem tuā ponebas. Deindē, q̄s se de illa vestra enodē faciet quāstione, qua dicitis, in criminibus obiectis, quod non excluditur, approbatur? En vocē Romanæ Ecclesiæ militibus cōgruentem, in quā nescies vtrū prius nitorem prædices, an saporem.

Deut. 16, d. Putāsne audistis legi, Quod iustum est, iustē exequēris? Audistis de malefactis hominum, (si tamen aliquandō cōuersatio humana vos tenuit) quicquid non suis ordinibus approbatur, excludi? Vbi est illud prophete, nō minus ad iudicium veniet cum sentibus populi sui? Et de vobis dictum: Peccatum suū quasi Sodoma prædicauerunt. Vē animabus eorū: Sed quid factō op̄s est, quotiēs desperatis nulla medela succurrit, nisi quod implorandus est dominus, qui promisit per prophetā, futurum se super omnem superbū & excelsum, & super arrogantē, vt humilietur? Sed fœtidū op̄s vestigijs insequar, & ferratō (si possum) calce cōtundam. Vt verē dicam, res cum re, causa cum causa, ratio cum ea, quam putant, ratione pugnabit. Obluctatos sacerdotes p̄ceptionibus regijs allegatis, & quoddam sacrilegiū creditis, & mali aliquid (cūm cælestem nesciatis) de terreni domini iussione sentiri, opponendo, quis regi debuit dicere, Papam synodum oportuisse conuocare? Certē, quod in hac parte cōstat exemplū, illum præcipuē, qui criminosis multorū p̄positionibus iam tacebat, quem hoc fuerat damnare, quod arguere: cui prærogatiuā cælitūs ascriptam, hostium suorum iam obliuatio tulisset. Ad hanc vos dementiam, maiorum actuum per gradus suos incrementa traxerunt, vt hoc credatis esse lacessere, quod conuincere: nec apud vos habeant à veritate differentiam odia, quæ plerunquē cōtra meritum impensis studijs, nō rationi, obsequētia vota cōcinnant. Vbi est illud, Priusquā agnoscas, nē adiudices, quēquam? Olim vos accepit grex positus in sinistra collegas, apud quos ex præiudicio excepisse sententiam creditur, qui meruit ad examen adduci: & hoc est reum existerē, quod libram disceptationis intrare. Prælo quotioni tamē optimē diuinum subdidistis exemplum, quod itā quadratis constat eloquijs, vt ipsum in eo Chrysippum tenere lineam putes. Peccatori dicit Deus, Quare tu enarras iustitias meas? Huic dicto conferentes, quasi ad sacerdotis ap̄strophē, (qui beati Petri ap̄stoli vicarius æstimatur) prohibetis archiatrū eius corpori afferre medicinam. Quomodō vos animæ eius curationem exhibere renouitis? Magnum per diuina ridiculū, an maxima lamēta sint, nescio. Vos alienæ febris curā quæritis, vos fatiscenti animę medelā adhibere cupitis, & in lecti proximitate, propositi vestri immemores, de alterius salute tractatis. Quid si illud

verē vobis à propheta dictum sit, Nūquid parūm vobis est, q̄ molesti estis hominibus, quia molesti estis & deo meo? it̄ iterū: Medice, cura te ipsum. Sed hinc aliās nouimus, quia sanari nō potest cōclamatus: & improbus in profundum deueniens, mira temeritate contemnit. Sed credo, viuūt in istis, & in malæ conuersionis suæ morte consilium. Et potest optare quis alteri, quod ipse iam perdidit? Nunc rectē vobis cum propheta dicimus: Omnia quæ loquitur populus iste, ratio est, & timorem eius nē timeatis, neque formidetis. Facessat à nobis, qui in vobis est pruritus iste linguarum, quos verē idem propheta arguit: Scribētes, in iustitiam & scripserunt. Non nos beatum Petrum (sicut dicitis) à domino cum sedis priuilegijs, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentie misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conuersionis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse dubitet, quē apex tæx dignitatis attollit? In quo, si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ à loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur, illustrat. Prænoscit enim, quid ecclesiarū fundamento sit habile, super quod ipsa moles innititur. Sed hinc actibus vestris cælestem potētiam putatis esse suffragio, quod ad præsidium beati Petri ap̄stoli adiutricem (vt dicitis) dexteram commodatis. Nescitis stolidi, solem facibus non adiuuari, nec ad præsidium diurnæ lucis lychnos accēdi? Scriptum est enim: Scrutatur renes & corda Deus. Sed in illa parte quis argumentis audeat vestris respondere, nisi quia sine arte dicitur verum, & fides mēdacio sermonum technis assuitur? Cur (inquiunt) ad principem conuenistis, si audiri non licebat impetuum? Sic vos in stuporem pecualem peccati nebula, aut diuinis horror oblimat, vt verecunda excusatio aut fraude mensuram transeat, aut beluarum pressa hebetudine non agnoscat. An fortē aliud putatis fuisse, quod dictum est, ipsum debuisse synodum conuocare, cuius op̄s erat officio, vt vos videlicet per pōtificale examen diuina sententia percelleret, quos à capitis sui compage in salutis detrimento in sanus furor absciderat? Post hæc argumentationem operi vestro (nescio, verbis, an latratibus) indidistis, comparantes ei antistitem vestrum, qui senioris naturæ beneficium, vnus cibi commutatione perdidit, & primogeniti charam dignitatem amiserit, faucibus obsequendo. At ista quid referā, q̄ ex omni obiectorum parte concludor? Quis, rogo, vestro Symmacho benedictionē, dum patri plūs deferuit, eripuit? Cui tatorum munerum Iacob & vice est collata nobilitas? Quis ex vobis, cæci parentis desiderijs pariturus, occurrat? Quis vestrum deuotione sua geni-

Gen. 27, d

voce

genitorē venerabilem captum oculis, nulla fecit lucis damna sentire? Nonne collatione tenebrarum vestrarum, nox putatur per sudum rutilans iubar distendens? & omnis obsecratur, actibus vestris collata, decorem solis assumit? Præterea tunc Iacob, quauis cōgruentem moribus, filijs benedictiōnem tamen contulit iam promissam. Nam quid his longius immoramur, cū docendi nō sint, qui calces stimulis intulerūt? Credite mihi, pacis inimica sunt: impugnationi non sunt idonea, quę profertis. Sed sequitur vinculū cum enigmatē, quod nescio qua replicatiōis arte soluiamus. Tullianæ enim profunditatis pelagus ingressi, & combulam nostram quæstionū statibus per littorū incerta transmittunt, in qua tamen Christo clauū tenente, portum ingrediā, & sigillatim de turbiniibus vestris vniuersa discutā, habiturus & inducturus illorum facultatē, non meā. Aiunt enim: Si vera episcoporum assertio est, sedis Apostolicę p̄fulem minorū nunquam subiacuisse sententiā, cur ad iudicium districta conuentione perductus est? Multūm quidē annoſa hęc in vobis laborat infantia, cui ille aduocandus est, qui ineluctatē nobiscum semper pondus propositionis exuperat, cū manifestē pro sacerdotibus cum propheta clamitem: Nūquid gloriabitur securis contra eum, q̄ secat in eas? aut exaltabit ferrum contra eum, qui trahit eam? Vt sit mihi illud suffragio diuinum oraculū: quomodō si cessauit exactor, tributum quiescit, itā contriuit? Dñs baculum impiorum. Tribue, Dñe, quod p̄didisti in illis, vt sicut errat ebrius & vomens, itā pereat incredulus, qui infideliter agit. Propter hoc, p̄pheta vobis insultans, vociferat: Audite verbum Domini, viri illusores. Quisquamne caurum ex præcognitione sancti euentum, & rabidis terminum positurus consilijs, sic meti, vt pernix decisio, dum in inquisitione seniori innotescit, anticipet fauorē, cęsentis famā accuset? Nūc paulisper ore, actibus, annis, indignos pōtificali voce vos arguā. Nos, qui statuta vestra nō vna apud vos volumus lance cōstare, quibus de impugnatōrū qualitate lati sunt canones, apud quos nefas est cana patrū definita transcendere, quibus scriptum est in Carthaginēsi cōcilio, quod Apostolicę sedis per Faustinum episcopum, qui tūc ab ea missus interfuit, probauit auctoritas, accusatoribus de inimici domo prodeūtibz non credendū, in quibus odio successa vicinitas, per nutrimēta arida, flammā persequentiū excusitat, & vniuersam doli fabricam, sumptu & machinis cohæretibus, secreta dispositione componit. Istos quæ domus euomeret? q̄ scire potuisset nostra collectio, nisi p̄sentes? Et impugnationis qualitātē, vndē nisi ex scripta propositione didicisset? In quibus sententiā criminum, dum simulatō ferunt persequentiōnem, se debere criminibus agnouisset? Post illa, quæ de accusatoribus

Gen. 48, d

*cymbulam

Esaie 10, d

Ibidem.

Esa. 28, d

Carth. cōc. 7, cap. 4. Et African. cō. cap. 98.

prolata sunt, addidistis: Cur p̄sonę iussę sunt p̄sentiari, quas sæpē Imperialis flagitasset auctoritas? Ad defraudatiōem & ingenij eius pertinere, qui nunc in sede Apostolica, quasi in quadam arce, consilium, verē vobis dicit sapientia: Homo infirmus & exigui temporis, ad intellectum non perueniet: sed laboret, vt sciat quid acceptum sit apud Dominum. Et iterū dicunt prouerbia: Odit se, qui negligit studia. Imperitis enim obuiat mors, quid enim illam, quæ ex viperina scientia descendit, ignorantia fingitis? Quid adhibetis miralatrocinandi arte p̄stigia, simplicitatē fronte monstrando? De vobis verē nunc dictum est: Qui loquitur mēdacium, ex proprijs loquitur. Istam lētitiā faciem ex iudiciorū genera venientem, vasa prouisione sacerdotis vestri oculis abtulistis, vt cum talibus aduersus acies vestras instructū monitionibus, & innocentie in testimonio orbis tela deferentem, ab ipsis iudiciorū adytis pelleretis, prouidentes, vt nec sine impugnatione insons viueret, nec haberet solatium de incorrupta iudicium inquisitione pulsatus. Vos præfatio & dedistis, & inuidistis examē, cū vno eodemq; itinere à vobis disceptationum dubia subire & prohibetur, & cogitur, & per singularem callem, ad causam ardens, euocatur, nē manifestam salutem aut nō lacessitus obtineret, aut subriperet absolutus. Adolescētia meā memini me legisse temporibus de quodam dictum, Exuli exilium imperas, nec das. Vos propheta impetit sentētia: Isti sunt viri, qui conturbauerunt terram, & qui concusserunt regna. Et iterū: Excidentur ramusculi eorum falcibus, & quæ derelicta fuerint, abscedentur. Et rursus: Dum non speratis, veniet cōtritiō vestra, & comminuetur, sicut lagenæ figuli, multitudo vestra. Nec nō propheta, ad hanc causam specialiter loquutus, innotuit: Dominus inclinabit manū suam & corruet, qui fert malis auxilium: & cadet, cui præfatur auxilium, simulq; omnes confumentur. Redeo tamen post multa vetusta exemplorum suffragia ad nouellas canonum definitiōes. Clamat in alio loco Carthaginēse concilium: Quascunq; ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiā submouemus. Et nullæ accusationes à iudicibus audiantur Ecclesiasticis, quæ legibus seculi prohibentur. Quare à vobis, viri, quibus indita est ad vnguē polita perfectio, cuius conditionis fuerint ista mancipia, quæ postulata scriptis principalibus intināstis. Si ea seruilis adhuc in potestate alterius catena retinebat, & nulla ab obscenæ obligationis compedibus vestigia in libertatem missa laxabant, vel vobis disceptantibus fidem aliquam prædictorum verba portassent? Sed credo, replicabitis, veritatem, quam spontē prolata in illis vox habere non poterat, hanc diuersis & crucibus è latebris suis & religiosus & rigorosus

Prou. 8, d

Ioan. 8, f

Esa. 14, d

Esa. 18, c

Esa. 30, c

Esa. 51, b

Carth. 7, cap. 4. African. cap. 96.

* cruciatibz

* rigorosus

tortor exegerit, vt dum pœnis corpora soluerentur, quæ gesta fuisse nouerat, anima nõ celaret. Sed (quæso) primùm ad leges publicas, deindè ad iudices ora cõuertite, qui possunt in defensione sua sic eloqui: Nos, quos dei seruitium pro istarum rerum abiectiõne fecit ingenuos, qui seruulorum insulatiõnem contumelias aut despicimus, aut ridemus, quibus scriptum est de famulis per Apostolum: Memõtote, quia uester & illorum Dominus in cælis est, ad hæc seculi mala reuocabimur? Faciendum à nobis est, quod facientem alterum prophanum esse contendimus? Quod per ministerium iussuõis & manus alienæ incesaret adspicium, nostro peragetur imperio? Nolite hæc ad vniuersas ecclesias mentè, rapacium luporum more & natura, seruare, quia postquam nos maculasset fortè pro desiderijs vestris cruenta discussio, effectum in his, quod tenditis, non haberet. Sed dicente vobis propheta, Ponamus circulum in naribus vestris, & frenum in labijs, & reducamus vos in viam qua venistis: qui eodem propheta afferente impugnamini, qui dicit: Erunt, quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis: hoc etiã nouo aduersum nos subdidistis inuento, ipsum Dominum & redemptorem nostrum, seruorum subisse iudicia, & cæli operatorem, particulæ cuidã spontè subiacuisse terrenæ, dum testatur & loquitur: O Iuda, & qui habitatis Hierusalem, iudicate inter me & inter vineam meam. Hoc etiã beatum Petrum, hoc Paulum apostolum non horruisse narratis, & illam vestram elegantiam ad ius pertrahitis, exemplorum nexibus præcedentè, quasi vobis in hac parte remanserit cum renitente contentio, & validis faciendæ vestræ digitis exigantur oblata. Samuelem etiã prophetam mirificè de conscientia suâ serenitate vulgi dicitis implorasse testimoniũ. Quid enim Samuel dixit? Scire Dominum, quod nullius vnquam substantiam, nullius pecus abegisset, aduersatam se muneribus, & quod est supra hominem, spontè veniẽtia dona vitasse, prouidens scilicet, nõ pro suspitionum præiudicio, opinionis damna pateretur. Postremùm, sub diuina attestatiõne patefecit innocentiam, nõ humanum subiret examẽ. Redemptoris nostri iudicium, quod inter se & vineam suam optat euenire, dum vestra in præsentis negotio mala respicit, magis implorat. S. Athanasius Alexandrinæ vrbis episcopus, dum participum vestrorũ argueretur inuidia, agnoscens, sibi per cõtumeliarum multitudinem exercitium contingere, non timore: ad veræ coronæ precium iunxit, quod de dignitate submisit, & ante cælestem de absolutiõne sententiam, personam rei, innocẽtię bonus estimator impleuit. Sic enim milites Christi, sudore suo honorum sibi incrementa parturunt, dum cõcessa fastigia celsiore humilitate castigant, indè laudũ cumulos mercaturũ, vn-

TOM. 2.

dè indepta culmina sublimi parcitate moderantur. Sed quauis beatum Athanasium Romano antistiti (quantum nõ esse datur) imparum locus ostendat, factio tamen in negotijs cõparantur. Ille p̄st̄o fuit iudicibus, iste (quantum & vos dicitis) aduocauit. Ille intentatam discussiõnem, vt Dei famulus, non refugit: iste triumphum suũ in discussorum collectiõne cõstituit. Sed quid his longius collationibus immoramur? Iudicia & iste voluit, amauit, at traxit, ingressus est, & quod posset fidelium corda doloris iusti aculeis excitare, venerando concilio auctoritatem etiã contra se, si mereret, indulsit. Quis in hac allegatiõis ipsi fronte nesciret sultum ad cõpiscopus puritatis testimonij conuenisse? qui hoc, quod distinctiõne eorũ minis licebat, exhorruit, æstimans, illud magis quolibet modo labefactandum, quod statuisset censor inualidus? Quid præfatum incessitis canina loquacitate? Quid læditis non merentem? Votum eius est, quod vestrum putatis esse terrorem. Sed astutiũs in vobis, q̄ in Athanasij aduersarijs, nouelli virus serpẽtis insibilat. Illi nescierũt, quod vos optimè callētis, qualiter triumphus tolleretur impetito: illi prouocati, nõ audiendus non occurreret, formidabãt. Vos moram, quam habebat examinari non ferentes, venientè iaculis repulsi, & tãdiũ vobis de sententia preparatũ, vtriciũ armorũ assumptione cõmutãtis. O malorum commemoratio, quæ vocẽ & præstat, & subruit, dum illos, quos in clamorẽ cõegerit, eorũ etiã, grauitate facti, verba confundit. Quis patiatur vos æquo animo garrientes? Ergo nos secũdũ assertionem vestram nouellã vtilitatis cõmoda nõ amamus, dũ definitis senioribus præstamus obsequium? Hic tota ingenij vela suspenditis, hic respiciãt: ceruicis ex secessu peccatoris, quicquid habuit spiritus flaminis, ructus euomit. Aiũt em̄: molis à vobis ieiunia, & Helisei miracula, q̄ egit, dum mortuũ suscitauit, si annofa * tamẽ seãtamini, * cõfunduntur. Quid hic rationis inuenit scrutator idoneus. Nõ si auri callidus inquisitor occurrat, in sensibus vestris lætẽtium venarum motus inueniet, & insuetis luce latebris sermonũ forsor admittet. Idcirco ergo cana miracula nõ probamus, si iuuenilibus cõsensum non præbemus excessibus? Si seruum Dño, discipulũ magistro Euangelij memores, subiugamus: quicquid potuit prodesse, negligimus? Alia sunt, improbissimi hominum, q̄ ad vsum recentẽ sinè iniuria vetustatis adhibemus. Nouam deindè culpã, & quam inuestigatio nostra transierat, reclusistis: quare Papa sinè exempli instituto præcedētis, synodum cõuocauit, vt de criminũ eius obiectiõne cognosceret? Post hæc nos falsitatis arguitis, cur à principe, quæ in plato negotio scripta sunt, dicimus postulata. Præsta, Dñe, vt labyrinthi huius sinè errore sinuosos superemus anfractus: dirige semitã, quã flexibilis coluber iuxta

for. quod p

* tantũ
* condẽnant

Matth. 10.6
Luc. 6. f
Ioan. 15. 4

xta fabricã proprij corporis aut mentis operatur, vt verè dicamus: Dominus virtutũ nobiscum, adiutor noster Deus Iacob. Et cum Salomone exultemus, dicente: Equus paratur ad diem belli, apud Dominum autem est omne præsidium. Superuacuum quidem est, absurdus respondere propositionibus, dicente propheta: Nè respõdeas imprudẽti ad imprudentiã eius. Sed si quid cõtemptũ trãserit, vereor, nõ quasi validum putetur non tetigisse formido. Melius nobis est, cum beato Paulo insultationis causas incidere, & plena voce testari: Factus sum in lipiẽs, vos me cõgigistis. Hoc cõne ergo nullo constabat exemplo, vt sacerdotum papa concilium conuocaret, cuius arbitrium est collectio synodalis? aut parua erant, quæ de vestris cum hac multitudine facinoribus damnarẽtur? Nõne directa sunt verba canonum, quicunque clericorum ab episcopo suo ante sententiã tempus pro dubia suspitione discesserit, manifestam eum manere censuram? Ad huius rei ministeriũ deuotum Deo oportuit agmẽ occurrere, vt perditũ & profligatũ gregis vlceribus medicorũ exercitus subueniret: quia quoties morborum violẽtia celeri gressu ad animã secreta festinat, obuias manus afferre non potest salutare consilium, nisi ex collatione multorũ. Nam & hoc à rege vestra poscitur allegatio, vt abscessus clericorum præiudicijs, de accusatorũ papæ merito p manũ os supernum iudicaret imperium. Videamus tamen, si placet, & illas disputatoris didascalici libelli vestri relegamus argutias. Habentibus etiã nobis ante oculos patrum sanctiões, quibus excessum vestrorum sentina ponderetur, lex ecclesiastica pontificem ab alijs accusatum, priusquam sub luce obiecta constiterint, exigui non relinquunt. Vos verò diuini vtrputã iuris memores, qui leuia errata despiciatis, qui peccati nobilitate gaudetis, nõ vna vos ex desertiõne sacerdotis culpa respiceret, accusatis eum incrementis delictorum. Ad hanc vos valetudinem ille, qui est præuius uester, adduxit, vt post desolatum, post imperitum pontificem, sinè vllius rigore sententiã, totius penè Italiã improbandã antistitũ crederetis esse censuram. Quomodo quidam dixit de cohorte vestra, festinantem animã morti credidit vni: potestne mens indocilis, criminum iam ditata successibus, & detestabili proposito, velut effœta feriarũ? Ille vos his locupletes malis effecit, cui elationum copia opes angelicas sustulerunt, & diuinũ censum nocendi, quo exuberat, thesaurus inuidit. Sed promissionis memores, vniuersã, quæ operi ipsorum recolimus inferta, tangamus. Arguitur stylo splendidissimo papa Symmachus, quare conuentiõne præueniens cum populorũ cõtribus examen intrauit, & postea iudicia, cum euocat quãtũ fuisset, spreuerit. Sic à vobis veri discessit affectio, vt mendaciorum nebulis vrbis testif-

TOM. 2.

monium putetis inuolui, & fallacię peniculo depicta verba, plũs virium credatis habere, q̄ veritatem, Roma quam retinet? Ergo ille disceptationẽ vel importunus adijt, vel expectatus aufugit? Ergo illam multitudinem deuotẽ Deo plebis, non pro fidei diligentia, Christiana magis expectatio, q̄ furor euocauit? Quisquamne ad inferendam violentiam currens, lachrymas comites habet, & qui studet esse formidini, vultum timentis ostendit? Multitudo illa iuncta sacerdotis officijs, attulit ad nos lamenta, nõ iacula: nec venit telis minax, sed fletibus miserabilis, vna tãtũ intentionem vestram ostentatione grauatura, quia vberibus oculorum fluminibus demonstrabat, quã esset per acerbitatẽ vestrã cõditio ne dolenda pulsatus, & in sobrietate venerandi examinis, afflictione propria cõmendabat, quem voce non poterat. Sed habetis manifestũ ex hac re, quĩ bilem furor accẽdat: quia penè absolutus ad iudicia venit, pro quo orbis ilachrymat: & dum rebus extraneã in prædictũ inuidiã sermone colligitis, paulisper reuerentiã vestrã diũ ceruix superba submittitur. Sacrà enim congregatiõnem tunc vocatis, quãdõ extinctorẽ nostrũ Symmachũ vultis asserere, & crudeli pietate honori nostro putatis accrescere, quod resistens in ecclesiarum arce, perdidit. Nos itã non solum non sensimus, sed diuersã sentimus. Ad alios magis tutelę vestrę venena cõuertite. Non habet testimoniũ defensoris, q̄ repugnanti impedit oris obsequium. Perdit, quam esse putat, beneficij gratiã, qui aliquid præstat inuito: quia nõ est munus, nisi quod vclis accipere. Nunc longa non opus est admonitione iam perditis: odiũ debemus operi, de cuius iam nõ superest, quod damneretur, authoribus. Mulierum turbas asseritis vrbis coloribus cum præfato ad iudicia conuenisse, & illa vestra subtilitate obtenditur sextus, qui maiorem antistiti debuisset affectũ. Prophanissimi hominum, scriptum retineo: Aliud est maledicere, aliud accusare. Et prophetam dixisse, Reprobãtes verbũ, sperãstis in calumnia & in tumultu, & estis in eo. Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio, quia pro nobis dicit Deus: Eos qui iudicãt vos, ego iudicabo. Et iterum ad seruos suos dicit: Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorũ nõ metuatis. Rursum etiã vobis clamat: Accedite huc semẽ adulterã & fornicariã. Super quem iustitias, super quem dilatãstis os, & eiecistis linguã? Nunquid non vos filij scelesti estis semẽ mēdax? Quæ quibus copulatis, aduertite. Dicitis, Indictã causa, derelictis defensoribus, Papa discessit, fori vobis in præsentis negotio & platearum, quarum estis hypocrite, exempla proponentes. Nobis scriptum est per Paulũ apostolum: Quibus crucifixus est mundus, quid illis cũ foro? Sed ista nescitis, aut (quod est grauius) nota contemnitis. Peregrinum

FF 3 (cre-

Galat. 6. d

(credo) aliquid & à ratione separatum potestulans Papa, discessit. Nonne hoc speravit, pro statu labentis Ecclesie pastoralis cura cōftrictus, quod & religiosa prouidētia, & causae ipsius ordo flagitabat? Quae enim iudiciorum forma praecesserat, ut vobis hostiliter disruptis, etiā per suggestionem vestram, sublatis Ecclesiae opibus, qui diū fuerat cibus esurientium, famis mancipium videretur effectus, dum alimentis distributor egebat, ut fieret in dominatu seruitus, & in seruitute dominatus? Quae hoc qualitas praecedentis aui per memoriam in medium transacta reddebat? Qualis habuit effici ex censura conuictus iudicatio, in quo causam adiudicatio praecedebat? Non fuit priuilegium, quo spoliari potuit iam nudatus. Vnum vobis putastis residere in sacra collectione subsidium, ut ad tuendorum immanitatem criminum, sacerdotes vobis comites iungere, & fieret impunitum facinus pollutione multorum. Nunquam conuenienti tempore censor adsciscitur, qui ad decus penē negocium cōuocatur. Criminosis (& si est) meritum tollit accusator, qui in eo plūs furori suo vult licere, quam iudici. Dicit enim vobis, impetens propheta: Haec est pars eorum qui vastauerūt nos, & fors diripiētium nos. Ite angeli veloces ad gregem conuulsum & dilaceratum, ad populum terribilem. Ad vos angelus missus est, scilicet p̄ sacerdotes, quorum voce & merito perferenda Christo dona suscipiunt, & placato domināte, impetrata à mortalibus vota cōcedunt, per quos vobis oblata sunt munera repudiata concordiae, qui penam merentibus, dilectōis premia detulerunt: qui dum se considerant, in nullo, quod merebamini, respexerunt. Quis eum (inquiunt) vidit cum accusatoribus suis aperta (vt aiunt) pugna conflagrare? Imprudentissimi omnium, quae cum quibus vultis decertare, respicite, & vtriusq; partis, si quid salutis in vobis resedit, loca, tempora, & personas attendite: & si vos nefarie cōgesta cordis adhuc prauis non subegit opulentia, oculos ad Dominum paulisper attollite, & vel breui tempore sinistri monitoris iussa contemnite. Agnoscite, summi regis praecipionibus vos in his, quae meritō plectenda sunt, non muniri: quia quauis responsi qualitate dicent dogmata postulata, & petitio, dum existit praemia, quae sunt sequutura, describat, nunquam tamen castibus vestris libera regnatis verba cepistis, nunquam desideria per auctoria calliditatis Imperialia vobis scripta militauerunt. Quoties vanis hiatibus nocēdi inefficax morsus increpuit, toties de accusato, quicquid spe tenuistis, effugit, & vanos imago praesumptio occupata deseruit. Deo gratias, qui hanc prouidentia indidit ei, cui rerum humanarum summā cōmisit. Spes certa quietis est & salutis, perfecta in gubernatore sapientia. Puppis, cuius magister ad

Esa. 17. d
Esa. 18. a

TOM. 2.

clauis regimen intellectus dote preparat, ubi quae stationem, ubi quae portum habet in fluctibus. Certa generalitatis securitas, quā dō rempublicā nobilibus regit artibus instituit. Scit Imperatoris nostri caelo infusa dispensatio; obuia manū famosis in fallendo ingenijs exhibere. Laborem apud eum nō opus est, quae sortita est olim nuda veritas defensorē. Cessent impia cōmentitia apud illū simplicitate fraude mētiri, quicquid sit, dum iustitia non se aduer- uerit, mox tenetur. Nihil apud predictū tutius iustitia innocentia est. Legatione valida vitur, qui equitati res cōgruentes insinuat. Quae grauis est plerūque principibus impugnatō, minus fidelium blanditijs nō ligatur. Sed haec Deo narrantur meliūs, à quo frugis huius planta descendit. Ad vos me reducit propositi operis nō amica cōditio, qui melioribus hactenus operū volū per nauare sermonibus, dum captiuā orationē exigit imperiosa necessitas. Dixistis enim: quomodo de causa, vel qualitate eius primitus tractabitur, cum necdum haberet synodus firmitatē? O fronte dictionis immunde, & facie libelli, quā nō sola maculauit imperitia. Tractatus nostri prouinciam & narratis, & queritis. Hinc eramus nempe dubij, quia quemadmodum loquimini, non habebat synodus firmitatē. Transibat negocij qualitas audituros, & plūs adhuc remāserat in reuerentia pulsati, quae esset in integritate collegij. neindē post quaestionū torretes, venerabile Laurentiū & Petrū episcopos, à cōmunionē Papae se suspēdisse replicatis: & quicquid prouidit cautio conuocatorū, ducitis ad crimē impetiti. Vllōne ergo tēpore, dum celebraretur ab his sacra Missarum, à nominis eius commemoratione cessatum est? Vnquam pro desiderijs vestris sine ritu catholico & canonico more, semiplenas nominati antistes hostias obtulerūt? Aliquādō quod capiti vestro ascribatur, facta est apud deum offensa per gratiā, & exiit nutrix peccati veniae mater oblatio? Fuerunt quidem corporis tantum conuentione separati, quos loqueris, animarum tamē praesentiam non vitauerunt. Si eos putas à cōsortio mutuo dissociatos, quos sibula religiois pio mordēs dente coniungit, procul te ab estimatiōe catholica culparum duxit affectus. Mandati caelestis obauditio nos aut miscet, aut separat. Nō interest, quae interualla nos sequegent, si vno in superna mansione conclauis retinemur. Verē hinc conuincimus esse seruos vos ventris & corporis, & per hanc sententiae vestre vilitatem, declaratis mancipia vos esse terrena. Scriptum est enim: Animalis homo nō percipit ea, quae sunt spiritūs. Post haec veris in fugam ordinibus, lymphatici more sermonis, addidistis: Ergo concilia sacerdotum, ecclesiasticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia praesentiam papae non habent, vilitudinem perdiderūt? Legite in sanissimi, aliquādō in illis praeter Apostolici apicis sanctionem

*cōiugimus

1. Cor. 2. d

Sardiceni
Concil.
cap. 3.

Prou. 14. b

*venerabilis

ctionem aliquid constitutum, & non de maioribus negocijs, ad collationem (si quid occurrerit) praefate sedis arbitrio fuisse seruatum. Sic enim habet: Si quis episcoporum iudicio prouinciali depositus fuerit, Romanum papam (si placet) rursus appellet, & ipse (si videtur) reparet iudicia in opulentiōe damnati. Ecce enode est, quod ad laqueum praeparastis, nisi forte arctissimis in illa parte nexibus adstringamur, & replicationū nobis itenera non patefcat, dum callis antē peruius, dumetis his nouella interclusione vestitur. His enim nos eloqui vepribus, dum gradimur per plana, retinetis, cum dicitis, laesum principem, quare attributum visitatorē contra ecclesiasticas regulas prima voluim⁹ fronte discedere, & nihil amplius liceret hinc vitijs, nē dureferet lolium, nē prophana messis nulla disciplinae ante maturitatem succisa falce decumberet, & putaretur licere, quod iudices non vetabant. Vnde ex aperto constat, nulla vos extra praesentiam pijsimi regis, quae frustra desideratis noxae copulari, exemplorum auctoritate fulciri. Superest, vt & ipsum doceā in his excessibus, quod bono vniuersitatis contigit, non teneri: quia directū, non occasionem litis, nec fomitem iurgij, sed causam voluit esse concordiae, prauidēs scilicet, quod nisi simplicem iussionū suarum tutela vallaret, citō in eā dissidij toxica vestra surriperēt. Scriptum est enim: Vir simplex credit omni verbo. Idcirco mandati limitem fixit, quem nulla liceret transgressione violari. Praefatum, ad beati Petri basilicam, mox vt Romam fuisset perductus, mandauit occurrere, faciens de sacerdotis voto regis imperium. Quis enim non putaret pontificem spontē pariturum in ea parte, quam licere sibi princeps non credidit, etiā si vetaret? Ibiq; papam ab eo salutatum, suo ore iussit affari, vt traderet cōepiscopis mancipia, nullis subdenda tormentis, seruanda profectō ad disceptationē synodalis examinis. O castitate pcepti, quae dū facie praesentibus praefert temporibus, in vmbra cogitanti quā, quae rapit lumē veteribus inauspicato splendore nouitatis. Quis hoc lingua diues, quam merito pauper, vel opiniois fabricator adiuixit? Quis taliter cōmēdatitijs laudibus locupletauit fama dominū, actuū suorum veritate mendicū? Nō derogat vobis descriptoribus, quorum beneficio cōtigit, ornata ad nos Maiorum gesta perducit: sed Dei beneficia non tacebo, quia princeps noster rebus superat decora sermonū, si obnoxiam linguis gloriā & munerabilis causarum trutinator inspererit, vt cum petitioni vestrae effectus artifex praefaretur, in omnibus tamen iura ecclesiastica custodiret. Quae ad hanc estimationem (quauis acutiora ceteris) corda sufficiunt, vno tempore, vna scriptione, sine aequitatis detrimento, desideria vestra suppleunt, & eadem charta ad ministerium religionis, & vestrum destinatur ad

TOM. 2.

gaudium. Boni enim prauidet principis inquisitio, feruilem assertionem innocenti examine non probadam. In electione enim venandorum iudicium ipse accusantes extrordinem repulit, ipse ad spem retulit accusatum. Videamus tamen, ista si facta sunt, si nei inimici etiā terreni domini nō fuistis, dū Christum & regem parili temeritate despicitis, & vnus vobis ad vtranque contumeliam ductus est criminum destinatus antistes, ab ipso complendae iussionis confinio oris vestri spiris abripitur, & ad incentiuū confusionis aptatur. Qui paci militaturus aduenerat, inuis beati apostoli liminibus, ad vsum furoris vestri iam nescius suū aduocatur: & illud, quod ex omnibus orbis cardinibus deuotos attrahit, positū in vicinitate transitur, ecclesiarum fundamentum adire nō permittit structura mediocris, truncus spem bonorum fructuū perdidit à radice separatus. Dicitis forsitan, Apostoli genio decepi, si putatur caeli ciuis terrarum locis includi. Tamē, quauis benedictio postcētib⁹ ubique praefetur, & exigit praesentiam martyris fides & deuotio supplicantis, negari non potest diligentiae natali solo plus tribui, & maiorem affectū loca impetrare, de quibus ad superna transitur. Quam fidem allegationi curatio-num multitudo iam praestitit, & vitur post obsequiōem diabolicam testibus iam sanatis. Haec licet per redemptorem nostrum in toto orbe celebrentur, est tamen non modica monumenti illius per frequentiam comparata nobilitas, quia per eum, qui hominem mutauit in angelum, illustrari potuit natura teluris. Hanc visitatori vestro inuidis gratiā, aestimātes, quia errorum vestrorum sectator esse desisteret, si reuerendae passionis penetralia contigisset. Ecce non habetis in regia auctoritate subsidium. Ecce post caelestem commotiōem, iuste vos & principis, quam sperni fecistis, censura percellit. Videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio. Visitatores, inquit, & alij episcopis dedit ipse, & iustus est, vt facti sui lege teneat. Non vos in hoc titulo falsitatis incesso, diū medacijs adhaerētia verba nō arguo. Dico tamē latorē iuris, diffinitiois suae, nisi velit, terminis non includi: & nisi princeps fastigij summa modere, frustra ad illud, quod dederit, ius vocat. Lex pbitatis & mētis est, quae hominē viuente sine lege castigat: ppricē moribus impedit, quae necessitati nō debet disciplinā. Aliorū forte hominū causas De⁹ voluit homines terminare: sed sedis istius praesulis, suo firmitate quaestione reseruauit arbitrio. Voluit B. Petri apostoli successores caelo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuolatam exhibere conscientiam. Nolite aestimare, eas animas de inquisitoribus non habere formidinem, quas Deus praeceteris suo reseruauit examini. Nō habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium,

2. q. 3. Aliorū hominū

FF 4 quam

Math. 16.

quandò ipsorum factorum vitur eo teste, quo iudice. Dicas forsitan, omniū animarum talis erit in illa disceptatione conditio.

Esa. 10. a

Replicabo vni dictum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Et rursus sanctorum voce patet, pontificum dignitatem sedis eius, facta toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium est, vbiq; submittitur, dum totius corporis caput esse designatur, de qua mihi videtur dictum per prophetam: Si hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium, & vbi relinqueris gloriam vestram? Quid si intumescit mihi labia habenti, & nullis succensa carbonibus, vt Esaiæ concessum est, vt his ablutis, ipsum ad possessionis suæ tuenda priuilegia Petrum apostolū liceret euocare, & quod ait precibus, humana voce loqueretur? Quæ si audiretis, hæc diceret: Filij hominū, vsque quod graues corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum. Quid stabilita Christi manibus cupitis fundamenta subruere? Quid canum possessionis genium illius, qui per culpas iuuenescit, ariete pulsatis, vt diuulsio ecclesiastici gregis, nouis me & post carnem passionibus subiugatis? Inauditum sacrilegij genus est, quod mentitæ religionis honore coloratis. Dehonestat venerandi reuerentiam nominis, qui adiutorem se in his, quæ in Deum iactat commissa, pollicetur. Contumeliæ genus est, quasi in solatio adesse sublimi, iuxta Apostolū: Tu quis es qui iudicas alienū seruum? Quid auribus imperitis illuditis, & grauiorē vindictæ speciem facitis esse quàm culpæ? Si odium debetis excessibus, vos mundate. Cur liberius condemnatis scelera, quàm vitetis? Sus impugnat est, qui fornicationis officijs vrgit adulteria, & per animarum supra, carnis accusat. Scriptum nempe retinetis: Maledicti omnes qui fornicantur abs te. Ecce ergo à nitore Domini sui obligatione dissoluitur, qui statutis cælestibus minis mera fidei dependit officia. Possessionis nostræ vobis (vt video) claritas mouit inuidiam, quem simulata vt mali possessoris indignatione transferitis, dum defudatis impendijs. Arcem, qua fuitis conspicui, crebris labefactam iactibus, nisi obstitere, propofuistis subruere: & cælo stabilitam machinam, quata sit, ostendere per ruinam. Nolite praestolari de clade vestra victoriā, nolite triumphū superādo perdere, meis laboribus, meo sudore quæsitum. Quicquid ad triumphū ducit, obtinui: quicquid vos illustres faceret in sede, congesti. Vobis tribuit claritatem fax ista, quam viperino liquore putatis extingui. In perniciē propriā acceditur, qui sic seuit in gratiæ suæ germina, vt plātas abscindat. Liberior iusto iracundia, plūs quàm alios, lacescit authorem. Symmachū, quos vocatis, excessus si sunt, illa,

Esa. 6. b

psal. 4.

Rom. 14. a

psal. 72.

qua & vos, expectatione sustineo. nefas est, peccantē patientiā iudicis non amare. Quid nisi vitionem flagitat, qui, dū reus & ipse sit, vindictæ in alterum moras accusat? Hæc illis à me vox debetur studijs, quoniā Deū dixisse teneo, pronū hominem esse in malitiā, & omnem carnē amicā esse peccatis. Nolo occasione personæ, innumeris datura dignitatem, fiat in abiectione possessio: nē, dum homo incessitur, lex diuina frangatur. Mihi credite, si sunt ista quæ dicitis, respicio: quia & in illis, quibus nil tale dicebatur, quid fuisset in spexi. Errat, qui falli Deo proximū credit. Mihi vindictā, ego retribuā, dicit Dominus. Vos potius olim filij, de quibus spiritalis ventrem partus onerabat, ad abiurata concordia redire. Pio vos sinu, sicut habuit hactenus, mater Ecclesia accipiat. Nunquā est fera correctio. Scit diū expectare immo dico labore quæsitos, nescit pro vilibus despiciere magno precio cōparatos, multis gradibus recursus est ad salutē. Præter desperantē, nullus excludit fructus veniæ, proximū est coronæ. Nolite Symmachū papā pressuris vestris iuuare. Si reus est, mihi credite, cū cessauerit humanæ impugnationis ministeriū, diuinum mox succedet arbitriū. Nōne splēdidissimi cognitoris lance p̄dicto aut pœna debet, aut p̄miū? Syllogismos à me sermonū & schemata non gratis. Antiquo adhuc vtor reti, & irrisam à sapiētibus seculi cymbulā nō reliqui. Illa me p̄ mundi freta sustentat. Ditat p̄batum in captionē hominū rete quod cernitis. Redite ergo, quia fuga vos nec dū essetis agrestes, eripuit. Currite ad ouile, ne luporum vos exponatis insidijs, nē per moram amittatis gratiam spontē venientium, quia contemptam inuitationem gehenna subsequitur. Ego, si quid dulcedinis, vt pater, debui: si quid districtionis, vt attributus à Deo magister, impleui: p̄uide, nē diutiūs qualem esse crucis meæ angulum rara Leuitarum corona circundet, nē dolēda etiā extraneis in longū solitudo dominetur, nē labor vteri mei, sterilitatis vice hostilem peperisse familiā, & numerosā proles, per sinistros actus infecunditatem parentis ostendat. Pauca sunt, quæ asserui: sed quata ex eis pendant, estimate. Venite filij, audite me, timorem Dñi docui vos. Romam respicite, quam ab idolorum seruitute, sine auri, sine argenti precio, liberam sanguinis Christi fecit effusio: cui etiā meam seruuli sui mortem iussit impedi, quæ per multa tempora famosis cultum delubris exhibuit, quæ diū venerata est in imaginibus demonū, cui laborante sensu indiderat manus magistra terrorem, quæ suspexit potestatem numinum emptam precio metallorum, cui sublimiores deos peperit exercitator manus artificis: & diuinitatē, quam homo per fabricam cōtulit apud homines, Dei habuit forma maiorem. Ecce iam Christo propicio, ad nouas fornaces simula-

Gen. 6. a

Deut. 32. e

Roma. 12. d

*cymbam

psal. 33.

*demonis

*sola

Esa. 28. d

Matth. 10.

Lucæ 12. a

crā redierunt. Ecce iam de obsoleta superstitione vsus vester accepit, quod lateatur, dum de veteri tonāte noua meritū vascula præparantur. Quid hanc annitimini interrumpere quietem? Quid ludere vanis intentionibus felicitatem? Excusationem non habet furor iste, si creditis. Non interest, quibus itineribus ad mundi principem currat, qui à sancta vnitatem discordat. Pingues hostias litat diabolo, qui contristat Ecclesiam. Vanas ergo repudiate tēdicas, simplicem habet defensionem pacis affectus. Nimis armatus est, qui illa, quæ aduersarius concordia ministrat, tela contemnit. Sufficit contra omnia iacula iurgiorū, fidei nuda oppositio. Quid Eulalij & Bonifacij tempora, dum malorum solatia quaritis, reuocatis in medium? Quid incrementis excessuum præsentatis vetusta cōtagia, & per iniquam voluntatē senectuti in operiendis delictis facitis nil licere? Alia tunc fuit causa discordiæ, & nisi narrādo cogegeret sustinere transacta, ostenderem vobis, nullum euenire solatium de comparatione factorum: quia illos, quos ad pontificale fastigium intentioni obseques feruor euexerat, vtrosquē repuli. Hunc elegi, quia ex illis, teste exitu, nemo mihi placuit. De istis contra regulas nitentem, profugum feci: prouectum legitime, mundo impugnantē seruauit. Scitis ista, nec noua sunt: quia dum ille truditur, iste firmatur, vester mihi ministravit assensus. Neindē cur in p̄ncipem vestrā leditis sacerdotale concilium? Cur laceratis sententiam, in qua inspirante Christo, oracula superna patuerunt, & inter Deum atq; homines interpret extitit lingua p̄tificum? Quid generalis Ecclesiæ dolorem facitis, quanuis in principali, tamen in vna commissum? Illa enī celi curia, variarum dotibus aucta curialiu, & multo redēproris nostri auro, ostroq; decorata, nihil in illa discussione authore se protulit, sed per humanæ linguæ ministerium diuino militauit imperio. Intellexit nō esse suū, quod impulsā cōstituit. Nihil habet in illa sententia, nisi vndē solata deuotione gratuletur. Peregrinum stylus sensit eloquium, indē fumens gloriam solam, quod in sua sibi & seruauit, & coluit. Quid his de exemplis Euangelicis præparastis calumniam, sicut de vobis scriptum est, Errauerunt præbricitate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium? Nam dum prophanis memoratos verbis cæditis, & inficiam proditis, & liuorem. Isti ergo resurrectionem corporis, quam prædicant, nō credentes, hæreticis miscuere contagijs. Isti quæcquid abiurāt linguis, corde sectantur. Ergo quia dixerunt eum timendum esse, qui potest occidere, & animā mittere in gehennam, idēdē à fide aliena texuerūt. Ecce profundam imperitiam. En B. Lucam, cuius potestis assertionē conuincit, quid clamat? Timete eū, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem animā mittere.

rein gehennam. Quis hūc locus erroris, vbi congruentia pari ductu exempli & historiarū verba concurrūt, nec diuersum est ab intellectu catholico & lectio nibus, quod præfertur? Nunquā benē nodus in serpo quaritur, non inuoluit nebula prædicatæ lucis authores. Resurrectionem ergo carnis nō credunt, quia posse constituentur corpus occidī, quia peccatricem animam gehennæ mancipari? Dēsis cor vestrum vepribus suffocatur, & interna vitia alijs certat ascribere. Ioānis etiā apostoli iactatis scripta violari, quia ex eius verbis dictum est: Si dicamus, quia peccatum nō habemus, nō ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. De qua dicti diuersitate nihil queror: in eo ergo corrupta sunt apostoli monita, quia non iunxerunt, nō ipsos decipimus, & quia non iunxerunt, mendaces sumus, non solum diuinā, sed etiā humanæ rationis ignari? Qui veritatem non habet, mendax rectē censetur: nec alia re, nisi falsitate, plenus est, qui integritate vacuus innotescit. Sed hæc in vobis non curanda sunt linguæ oratione, sed gemituum: nec magis sunt vobis exhibēda verba quàm lachrymæ, quia liquidō nocēs est, qui in fontibus aut meritum culpabilis, aut nomē opponit. Reliqua obiectionum vestrarum capita non reuoluam. Præstat silētio damnanda sepeliri. Nobilitatem dat facinorib; qui ventilationem ipsorum multiplici ad aures posteras relatione transmittit. Beati Pauli est sequenda sententia, qui monet per discipulum cunctos, & clamat: Inanes quæstiones cuita. Multa enī sunt in vestris propositionibus, quæ ita faculentis vlnis peccandi amor amplectitur, vt sūt indigna memoratu. Plura leuitas dehonestat, dū subductis euisceratur verba v̄ra ponderibus, & de religionis causis elocutio v̄tosa cōponitur, auris cōgruēter sortita grauitatē, quæ in palcarū abundantia nihil est horreis illatura de tritico, dū infocundam frugibus culmorū parturit vbertatē, & spē de herba: luxuria mētitor agricolis, de quibus nihil lucri v̄tilabra reperit igni debita, incendioq; peritura. De his scriptum est: Dormierunt somnū suū, & nihil inuenērūt. Nihil est, charissimi, pace dulcius: si tamē saporem eius, amaritudine plenū peccus nō excludat. Breuiorem quidem admonitionē debuerā, quam prolixam non parua vestri consideratio, & diū in vobis iurgijs excitata frons, protulit. V̄sus est, multa peccatiū stricta allocutione non corrigi: & effusione plurimi, quam in delictis habuerūt, in monitoris sermonibus hanc requirunt. Me satis est, & diligentia vestra, & iussis cælestibus obsecutum. In his quæ secuta sunt, locū sermonibus non relinquam: quia hæc refero, mūdi caput Romam, per vestras intētionē esse prostratam, & nutrice pontificij cathedram, quasi vltimum videre fedile despectā. Cuius vocē beatus Paulus excepit, & illa, qua sem-

1. Ioan. 1. g

2. Tim. 2. d

psal. 75.

per

Gal. 2. c per vsus est, eloquij inonuit libertate, ap-
 stolorum principē lenitatis incessens, quod
 fluxis & profligatis mentibus, parētis adhuc
 seruaret affectum, nec in profundum ductis
 vlceribus ferro medicatē succurreret, rescin-
 denda docens lamina secreta morborum, &
 manifestā desperationi salutarum esse vul-
 nus adhibēdum: nē, dum manus medici per
 pietatem a sektionē corruptae carnis suspen-
 ditur, de abstinentia teli inuitetur exitium:
 quia parit aegris dextera, curandos interfici-
 cit. Nec grandis est differentia, vtrūm lætū
 inferas, an admittas. Mortem languentibus,
 qui cum possit, non excludit, inflixit. His
 ergo aduersus eos oris ianuam patefecit al-
 loquijs: Omnis qui iudicas, in quo alium iu-
 dicas, te ipsum condemnas. Eadē enim, quae
 iudicas, agis. Scimus enim, quia iudiciū Dei
 est secundum veritatē in eos, qui talia agunt.

Rom. 2. a] Et iterum: Beatus qui nō iudicat semetipsum
 in eo, quod probat seipsum. Quānam est ra-
 tio vt praedicet non furādum, qui furatur, &
 prodigam verecundie frontem, nūc vestiat
 impugnationis alienae? Nemo rectē monito-
 ris personam accipit, nisi qui actibus suis er-
 rata condemnat, & amorem innocentiae, con-
 uerfatione demonstrat. Nam adiacet etiā
 publicanis, amica morib' vitia damnare ser-
 mone, & sceleratoribus linguā officijs pun-
 nire quod diligunt: quasi non quoddā ge-
 nus sit maiorum excessuum, dare rei affectū
 labijs quam mente despicias, & ingenij virus
 colloquij melle vestire. Hæc sic ago, quasi
 vobis esset pudor pudicitia: venustis adspe-
 ctu, liceret accusare doctorem: & aduersus
 electum, oris liuidi morsus aptare, cum antē
 futuri praecius, per epistolam ad vos da-
 tam, plena voce commonuissim: Quis accu-
 sabit aduersus electos Dei? Deus qui iustifi-
 cat. Quis est qui condēnet? Et iterum: O ho-
 mo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis
 illa, putas quoniam effugies iudicium Dei?
 An diuitias bonitatis eius, & patientie, & lō-
 ganimitatis cōtemnis? Accusatis malitiā, re-
 pleti iniquitate, fornicatione, immunditia,
 auaritia, nequitia, inuidia, homicidijs, cōtē-
 tione, dolo, malignitate, superbi, elati, inuē-
 tores malorū, parētibus nō obedientes, infi-
 pientes, incōpositi, sine affectione, sine misē-
 ricordia: docetis fornicatoribus neminē esse
 miscēdū, adulteri Laurētij aut sequaces, aut
 prequij, per quos ille aut exercuit, quæ habe-
 bat toxica, aut effundēs mōstrauit, quæ acce-
 pit: post illā illecebrofā cōmuniōis maculā,
 & pestē toto orbe execrabile, sacerdotes dei,
 quasi obsoleta cōparatos cōmuniōe, cul-
 patis. Reos putatis esse, qui subiere cōfortiū,
 nullo teste conuicti: & sectamini hominem,
 toto ecclesiasticę inscriptionis non dicā sty-
 lo, sed ense perfossum. Quod licet, non licet:
 & quod non licet, licet. Quemadmodum Iam-
 nes & Mābres restiterūt veritati, sic & vos
 mente reprobi circa fidem, proditores, pro-

terui, inflati, amantes voluptatē magis quā
 Deum, habentes speciē quidē pietatis, vir-
 tutem autē ipsiū abnegantes. O vim do-
 loris intēni, qui nōquit expedire, quod cō-
 cepit, qui profundis ingestum visceribus lo-
 quendi affectū, quem imperat, vi irrupit.
 Nihil vobis vtrā plus eloquar: quod de ora-
 tione remanet, lamenta supplebunt. Post hæc
 si inter manus medicorum curatiōe aegresci-
 tis, nec aliqua cepta salutis cōsideratio vos
 reducit, saltem orbis parentem vrbem vestra
 respicite. Ipsa vos, post defensores suos apo-
 stolos, mcerēs aggreditur, ipsa compellat, &
 si quid est pietatis, in reliquum orditur impe-
 tratura sermonem, nē me, quam Dei summi
 templa, repudiatis phanorū cultibus, & no-
 uae lucis nitore gaudentem, fecerunt esse cō-
 spiciam: quam post facella sordentia, & mul-
 to pecudum tabo polluta, ab hostiarum cru-
 ore, Domini & apostolici sanguinis effusi-
 one purgavit: quam reducta post longum
 fanitas febrium fecit delubra contemnere:
 quam à victimis liberavit oblatio, quæ pacē
 Christi post idolorū inimicitias acquisiuit:
 cui non fuerunt penē numerosiora dona, q̄
 numina: quā religio sua reddebat varia de-
 uotione mendicā: quam egestas oppresse-
 rat, frequentia à dijs suis beneficia postulante:
 quæ Curios, Torquatos, Camillos, quos
 ecclesiā nō regenerauit, & reliquos mili pluri-
 mae prolis infœcunda mater ad tartarum,
 dum exhaustis emarcui malē facta viscerib':
 quia Fabios seruata patria non redemit, De-
 cij multo sudore gloria parta nihil prestavit:
 profligata est operum sine fide innocentia:
 criminosis iunctus est æqui obseruantissim⁹,
 quia Christum ignorauit, Scipio. Per totam
 vellem styllum ducere, si orbatæ pectus susti-
 nere pateretur, infantiam. Sed quisquis la-
 mentationis transacta relegit, lachrymarum
 tēpora videtur optare. Nemo creditur o dis-
 se, quorum relatione non laeditur. Qui sicā
 faciem de filiorum funerib' referens seruat,
 certo teste crudelitatis arguitur. Illa posteritas
 plus mceroris attulit perdita, quā iocū-
 ditatis acquisita. Relegamus tamen, quibus
 mutata sunt ista successibus. Ecce iam in illo
 sacrario Libertatis, nihil seruire de idolorum
 cultibus inuenitur: ecce hōnorum corona, ^{bonorum}
 orbis genius, flos Romanus, quæ diū vene-
 rata est, plena sanctitate calcatur: ecce
 iam curia mea ad cælum vocatur, laudatur,
 accipitur. Nec possum dicere, perdidisse me
 sobolem post gratiā baptisimi, quam vel re-
 pentina mors abstulit. Multos trabearum &
 curulium possessores, supremus regnator sine
 dispendio cultūs aut dignitatis amplecti-
 tur. Penē iam terreni manūcentia triumphū
 diuinum mercatur affectum, & hoc ad Chri-
 sti * gloriam proficit, quod mundo studetis * gratiam
 esse venerabiles. Mentior, nisi egena agmi-
 na aduentū consularis vestri in subsidia mi-
 seriarum praestolantur. Etenim purpura ve-
 stra,

* subreptē stra, qua animi vocabulū nobilitatis, * sub-
 ripientem miseris vestimentorum largitate
 * pellit algorem. Propē iam iterum necessi-
 tatibus ferunt auxilium decora factorum, &
 veteri infidelitate deposita, in tali praeparatione
 censū dispendia, efficiuntur lucra animarum.
 Ecce nunc ad gestatoriam sellā Apostolicae
 confessionis, vel admittit limina candidatos, &
 vberibus gaudio exactiore fletibus, collata
 Dei beneficio dona geminatur. Quis tempore,
 quo preciosis siccamus vbera partibus, quo
 prolem nostram aeterna genitrix, rursus paritura,
 nūc suscipit, cui post primam natiuitatem
 grandævis foetibus alius impletur, quæ mihi
 prolem regenerando dulcem facit esse, quam
 peperit, quæ ad se venientes senium facit
 exuere, & ad vitę principia redire contra-
 ctos: quis hanc felicitatē, rogo, interpellatione
 cōmutat? Quis per discordiam viperina mente
 compositam, aurei mihi seculi iubet pira beneficia?
 Quis in renouatione mea occasum clandestinum
 inspiciat, & qui blandē frontis speciem inimi-
 citijs vires acquirat? Generosam in tali negocio
 profapiam non agnosco. Si qui sunt tamen
 summorum, quos vilius tempestatis huius
 procella sociavit, alijs authorib' facinorum
 participatiōe maculantur. Splendor sanguinis,
 etsi cōmuniōem criminum in currit, nescit
 tamen ducem se praebere peccatibus. Habet
 forsitan reatū de neglecta cautione, non habet
 dignum supplicium de scelerum principatu.
 Sub quadam verecundia iungitur delinquentibus,
 qui ad adulta iurgia conuocantur. Non meretur
 desperationem perditū, in quo facilis tantum
 credulitas improbat. Vos potius video truitiorum
 germina. Vos agnosco, in quibus naturæ vilitas
 conueniētes sibi mores peperit, quos degenerasse
 claritas fuerat, qui per mēitæ titulum religionis
 gaudetis impunitate vitiorum: quorum
 labia nunquam aut honorum sapor tetigit,
 aut quietis: qui fas omne origini parēdo
 violatis, quos de latebris & specub' pductos,
 praesens causa monstrat. Quis ante concinnationē
 mali huius, qui essetis, agnouit? Diū fouistis
 secreta, quibus vos non generatiōis abdidit.
 Redite potius ad amicam cecitatem, nobis serenam
 & diurnam lucem relinquite. Concordiā
 Ecclesiæ aut absentia, aut correctione praestate.
 Si tamen vultis vos numerari inter splendidas
 profapias, aetuum emendatione cognoscant.

QVINTA SYNODVS ROMANA, DVCENTORVM
 octodecim episcoporum sub Symmacho papa, tēpore Theodorici regis, indicti-
 one nona.

Post consulatum Auieni, cum in vnum, annuente Domino, ante confessionem b. Petri apostolorum principis resedissemus, sancta synodus dixit Libellus, qui synodali auctoritate contra eos, qui aduersus quartam nostram synodum, quae habita est Romae * Palmari, mutire presumpserunt, ab En-
 nodio conscriptus est, coram omnibus deferatur, & in praesentia omnium legatur atque roboretur. Quo recitato, & ab omnibus consona voce roborato, sancta synodus dixit: Hæc futuris temporibus conferentur, atque ab omnibus teneantur, & in omnibus seruentur. Hic libellus integerrimè synodaliter ab omnibus teneatur, atque inter quartæ & quintæ synodorum nostrarum actiones interponatur, & ita sicut harum synodorum decreta habeatur: quia synodali auctoritate conscriptus est & roboratus. Ad quæ ter beatissimus papa respondit: Iuxta vestram omnium fiat voluntatē, & vt iudicatis, Apostolica habeatur auctoritate, & inter apostolica, quod dicitis, interponat decreta, & sicut cetera Apostolica ab omnibus teneatur decreta. Ad quæ omnes ter vna voce responderunt, dicentes: Vt fiat, rogam⁹. Vt fiat, rogam⁹. Vt fiat, rogam⁹. Post quæ acclamatum est ab omnib' epis & presbyteris: Illi, qui papā Symmachum accusauerunt, & damnationem ei inferre tentauerunt, & illi, qui eum iudicauerunt, aut contra nostram synodum garrire, aut scribere presumpserunt, vt damnentur rogamus. Et paulopost omnes episcopi & presbyteri voce magna clamantes, dixerunt: Exaudi Christe, Symmacho papæ vita. Dictum est octies. Cuius sedem & annos. Dictum est decies. Vt fiat, rogamus. Dictum est duodecies. Quibus cessatis, Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicae vrbis Romae, dixit: Quoniam fraternitas vestra singulari charitatis studio, pio ac vigilanti affectu, indefessis laboribus ac spiritu viuaci studuistis, veneradi patres, tutelam rerum Ecclesiasticarum fouere, sedē Apostolicam (quæ solida Petri confessione stabilita est) tueri viriliter, cui licet indigni, Domino sic disponente, presumus: ac paruitatem nostram iam dudum multis afflictionibus impulsam, virili protectione defendistis, oblocutoribus & susurratibus resistendo, qui nouis semper insidijs semper aliquid aduersum nos & famam nostram moluntur, quos spiritus ille diuisionis continuis exagitat aculeis, quibus est pax inimica, & discordia placens: & quia vestra bonitas eorum prouisionis nostrae suis exhortationibus incitauit, & parilem circa ecclesiæ tranquillitatem Dei nostri cōtemplationē animi * praestaret, flagitamus, vt circa insidiatores & persecutores nostros mitius agatis. Et licet iuste damnent, propter misericordiam tamen cōferentur, vt in nobis illa domini declaretur sententia, qua praecipitur, ita fratribus dimit-

* palam mutire

* etiam praestat,

Matt. 6. b

2. q. 7. Oues
q. Oia vero
q sequitur
vsque ad il-
lud, quid ad
cunq; re alia,
nisi pro sua
iniustitia, ac-
cusat
vobis, reau-
deant: quoniam
pastorum a ctus
gladio &c. ha-
bentur in vit.
dec. Eusebij
pape. Et si
is rebus expoli-
atos, vel a sedi-
bus vi aut do-
miliiter in tra-
lo, aut quocunq;
ingenio pulsos,
sicut & vos
in decr. epi-
stola Ioa. pa-
uincialem, quam
generalem posse
conuocari
pae primi.
2. q. 2. In scri-
pturis

5. q. 1. Redim-
tegrada sit

In de. Iun.
lib. 4

Luc. 19. b
12. q. 2. In le.

* decuplum

Deut. 27. c

si sicut sibi à Domino cupiūt dimitti. Decē-
terò verò, nè vnquam talia non solummodo
in Apostolica sedis præfulē à quòquam præ-
sumatur, sed nec in vilo Christianorum epi-
scopo vsurpentur, non ergò necesse est super
his noua cudere, sed vetera recitare atque fir-
mare. Est enim à multis antecessoribus no-
stris synodali ter decretum atque firmatum,
vt oues, quæ pastori suo commissæ fuerint,
eum nec reprehenderē, nisi a recta fide exor-
bitauerit, præsumant: nec vllatenus pro qua-
bitauerit, nisi pro sua iniustitia, accusa-
re, reau deant: quoniam pastorum a ctus gladio
nō sunt feriendi, quanquam ritè repre-
hendi æstimentur. Nec vllos episcopos su-
per his rebus expoliatos, vel à sedibus vi aut do-
miliiter in tra lo, aut quocunq; ingenio pulsos, sicut & vos
in decr. epi-
stola Ioa. pa-
uincialem, quam
generalem posse
conuocari
pae primi.
2. q. 2. In scri-
pturis

3. q. 5. Accu-
satoribus
verò
sua damnatione. Accusatoribus verò inimi-
cis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui
cum inimicis immorantur, aut suspecti sunt,
nè credatur: nè irati, nocere cupiant: nè læsi,
vltisci se velint.
¶ Quid ad hæc vobis (charissimi fratres) vi-
detur, prudentia vestra pro ecclesiastica qui-
ete vel indemnitate, vniuersi edicite. Vniuer-
sa synodus dixit: episcopalem persecutionē,
& ecclesiarum abscissionem, vel vastationem,
atque seruatorum Dei insectationem, sicuti præ-
dicta auctoritate & omnium sanctorum pa-
trum prohibitione, vestra q; cōsolatione, cō-
muni trāctatu pariter in futurum robuste ac
veraciter amputantes, sanctorumq; patrum
statuta firmantes, expressis sententijs sancim⁹,
nè vnquam talia à quoquam nostris aut fu-
turis temporibus psumantur. Et silentio facto,
Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ vr-
bis Romæ, dixit: Quod si aliq; hæc transgressi
fuerint, & talia psumpserint, quid super his
vobis videtur, pari aduentione manifesta te.
Cumque surrexissent, & paulo post iterum
consedissent, vna voce dixerunt: Si quis hæc,
quæ hodiè in hac sancta synodo prohibi-
ta sunt, infringere præsumpserit, aut volun-
tariè transgredi tentauerit: si clericus est, gra-
du proprio penitus careat: si verò monachus
aut laicus fuerit, communionem priuetur. Et si
non emendauerit vitium, anathemate feriatur.
Secretas verò infidias vel manifestas, pō-
tificibus à quibuscunq; illatas, vel ea, quæ
huius sancte synodi sententia complectitur,
si quis ad Ecclesiæ pertulerit notitiam, po-
tatur honore: & hi, qui aduersa eis molin-
tunt, sicut à sanctis patribus dudum statu-
tum est, & hodiè synodali & Apostolica au-
thoritate firmatur, penitus abijciatur, & exi-
lio, suis omnibus sublati, perpetuo tradan-
tur. Hæc verò, quæ in hac sancta synodo sta-
tuta sunt, & ea, quæ in libello, quem Ennodius
nostra auctoritate cōscripsit, sicut in præ-
sentia nostra relecta sunt, vt proprijs manib⁹
roborentur, rogamus, atq; vt in perpetuum
conseruetur, (sicut p̄dictum est) vestra Apo-
stolica auctoritate firmetur. Symmachus
Ecclesiæ catholicæ vr̄bis Romæ episcopus, di-
xit: Acclamatiōes vestras, synodiq; iudicium
præsentia suscipient gesta. Adiecitq; & dixit:
Ea, quæ ad succidēdos veterinosē præsumptio-
nis errores, vel in fensē pōtificibus præsum-
ptiōis morbos, quibus status affligi solet Ec-
clesiæ, seruatorumq; eius, deliberatio religio-
ni cōgrua paci q; cōstituit, perpetua socien-
tur firmitate: vt annuēte Domino, quem cu-
stodem rerum cōstat esse bonarum, synoda-
lis ordinatio vigeat, atque omnis, qui sine p-
sonæ alicuius distinctione venire præsum-
pserit, imposita superius distinctiōe plectat⁹.
Vniuersa synodus dixit: Vt fiat, rogamus. Di-
ctum est decies: Vt scandala amputentur, &
in sidie atque detractiōes erga episcopos vi-
tetur, rogamus. Dicitum est duodecies. Et fa-
cto

3. q. 5. Accu-
satoribus
verò

* ecclesiasti-
cam

* distinctiōe
* contra-
uenire

* Amantius

* Musonius

* Theodosi-
opolitanus

* Palæspo-
litanus

* Venerios

* Collonic

* Gratianus

* Phœnu-

cto filētio, vniuersi in sancta synodo cōgre-
gati, clamātes, dixerūt: exaudi Christe, Sym-
macho vita. Dicitū est octies. Hic est pax cum
Symmacho. Dicitū est octies. Cuius sedē &
annos. Dicitū est decies. Vt de p̄senti fiat. Di-
ctū est duodecies. Et paulo post, cum resedis-
set, factū filētio, vniuersa synod⁹ dixit: Quis
qs clericorū, aut monachorū, aut laicorū, tā
maioris ordinis, q̄ etiā inferioris, post hæc
formā à nobis prolata, his decretis cōtraire
præsumpserit, statutus canonicis velut schi-
smaticus percellat. Et subscripsit: ¶ Celius
Symmachus episcopus sancte Ecclesiæ catho-
licæ vr̄bis Romæ, huic statuto, à nobis inspi-
rate Domino peracto, subscripsi. Laurentius
episcopus Mediolanensis, huic statu-
to, à nobis inspirate Dño peracto, subscri-
psi. Petrus ecclesiæ Rauennatis ep̄s, huic sta-
tuto à nobis, inspirante Dño, peracto, sub-
scripsi. Eulalius episcopus ecclesiæ Syracu-
sanæ, huic statuto à nobis inspirate Dño per-
acto, subscripsi. Felix episcopus Interammen-
sis, subscripsi. Stephanus episcopus Cordu-
ben⁹, subscripsi. Fortunatus episcopus eccle-
siæ Valeñ, subscripsi. Benignus Aquæuiueñ,
Ioānes Spoletan⁹, Romulus Prænestin⁹, Ste-
phanus Venusin⁹, Cædidus Tiburtinus, Val-
entin⁹ Amiterminus, Fortunatus Fulginatis,
Chrysgon⁹ Albanēsis, eutychi⁹ Tranensis,
* Amadus Potentinus, Laurentius Bobieñ,
Molēsi⁹ Centūcellēñ, Eusebi⁹ Fanestron⁹, ro-
man⁹ Nomētan⁹, Propinqu⁹ Trebian⁹, Aste-
rius Aquinatis, Sylluanus Veliterninus, Epa-
phroditi⁹ Tamassenus, Quin⁹ Phocic⁹, He-
lias Bleādenus, Paulus Tripolitanus, Poly-
carpus Gabalenus, Patrici⁹ Cressēñ, Mene-
crates Carysēñ. Florentius Sardcorū Lydie,
Iulianus Hypēpenus, Paulinus Perperēñ,
* Meonius Nyfēñ, Proteri⁹ Myrrhinc⁹, He-
speri⁹ Pytanēñ, Olympius * Euazonēñ, Ru-
finus Brulitanus, Philippus * Neasulitanus,
Isaac Elearchiæ, Basilic⁹ * Palefcep̄sis, Didy-
mus Lapetēñ, Iustus Firman⁹, Ariston Osti-
cēñ, August⁹ Liparitanus, Rusticus Buxētīn⁹,
Venantius Senogalliēñ, Victor Lunēñ, In-
nocentius Tiferninus, Bonifacius Forofla-
minieñ, Sebastianus Soranus, Asellus Popu-
lonieñ, Elpidius Volaterranus, Proiectitius
Foronouanus, * Veneri⁹ Poleñ, * Colonius
Antiatenus, Proculcian⁹ Sepinat⁹, Fortuna-
r⁹ Anagnin⁹, Paschasi⁹ Vulturneñ, Martian⁹
Efinus, Bassus Mutineñ, Pacatianus Coma-
chleñ, Maras Cordiluseñ, macedō Magideñ,
Marcellin⁹ Isindēñ, Paulus * Plogoneñ, The-
odor⁹ Lysinic⁹, Neon Syluic⁹, Theophilus
Acrasēñ, Epiphani⁹ Pergēsis, Leucius phani
Apollinis, Alcimedes Celandieñ, Eupythi-
us Stratonice, Dionysius Attalieñ, Andreas
Salenus, Amachus Sectorieñ, Croton Per-
teñ, Philippus Balbureñ, Theodorus Anti-
phellenus, Leontius Araxenus, Antipater
Caunenens, Efaias * elcitanus, * Cratinus * Pa-

nemuteñ, Andreas Tioforū, Nicolaus Ariaf-
senus, Roman⁹ Buboneñ, Onēsiphorus Ico-
nieñ, Neoptolemus Cornēñ, Paulus derbeñ,
Plutarchus Lytrefēñ, Eugenius Cañorū, Ru-
fus Hyde, Tyrannus Homonadeñ, Acholi-
us Larandenus, Proclus Argifsenus, Leontius
Magnefiæ Mæandri, Mamās Anēmuri, * Bédotan⁹
Cyriacus * Aegeg, Valerian⁹ * Bastianēñ, Pho-
tinus Chytrenus, Echius Arfinoēñ, Soter⁹
Theodosieñ, Heliodor⁹ Amathūtis, Olym-
pius Constantieñ, Batrachus Naxi insulæ,
Tryphon Chij insulæ, Florentius Mitylene
insulæ, Ioannes Rhodieñ insulæ, Gennadius
Mosineñ, Euandrus Diodia, Ioānes Tra-
pezopolis, Philippus * Aegiritanus, Thomas
Theodosiopolitanus, Gennadi⁹ Acmonieñ,
Charites Dionysiopolitan⁹, Paulus Aristēñ,
Matthias Themisonieñ, Eulali⁹ Sibleñ, Am-
philochius Sideñ, Gaius Syfdreñ, Eudoxius
Itoaneñ, Marcellinus Corydalleñ, Eusebius
* Coryaionum, Obrimus Coraceñ, Roma-
nus Myreñ, Aristocritus Olympēñ, Eudoxi-
us Chomateñ, Palladius Candyeñ, Cyri-
nus Patareñ, Stephanus * Lymireñ, Zenodo-
tus Telmeffī, Maximus * Cimoleñ, * Muso-
nius * Limeneñ, Florentius Adrianopolis,
Bassonas * Neapolitanus, Messalinus Lao-
diceñ, Fonteianus Sagallassenus, Olympius So-
zopolis, Alexander Seleucieñ, Valerianus
Aphrus, Eusebius Clazomenus, Thomas Va-
letinianopolis, Thomas Alalcomenus, Per-
gam⁹ Antiochen⁹, Eutropius Adadeñ, Pau-
lus Philomelic⁹, Strateg⁹ * Polyboteñ, Basi-
* Polydoreñ
Eucarpieñ, Abertius Hierapolis, Epiphani⁹
Mydaieñ, Philippus Lyfiadis, Mocinius He-
phostieñ, * Myrus * Euladreñ, Eusebi⁹ Dory-
lei, marinianus Synnadēsis, Calandion * Ali-
carnassenus, Ioānes Gnidi, Theodoret⁹ Ala-
bandenus, Tynchanus Apollonieñ, Longi-
nus Apamenus, Theotecnus Tyri, Eorticius
Metropolitanus, Cyrus * Siniandēñ, Libani-
us Parilycaonie, Modestus Sebafeñ, Dani-
el * Cadis, Nunechius Laodiceæ Trimitarie,
Aquilas * Aurocyrorum, Ioānes Amyzoneñ,
Eupythius Stratoniceñ, Menander Heracle-
us * Lemnos, Papias Erassoneñ, Place⁹ Iasseñ,
Ioānes Alindeñ, Dionys⁹ Antiochen⁹, Cri-
tonianus Aphrodisus, Aetheric⁹ Smyrneñ,
Stephan⁹ zphelinus, Patricius Adramyteus,
Daniel Lapsacen⁹, Hermias Abydenis, rhe-
osebius Ilij, Stephanus Patauij Asiæ, Pionius
Troadeñ, Eulalius Pionieñ, David Andera-
neñ, Thalassius Parij, Petrus dardaneñ, Dio-
genes Cyzicenus, Olympius Prusiadeñ, The-
ophilus Adrianopolis, Apragmonius Tichēñ,
Theodorus Heracleēñ, Calogerus Claudio-
polis, Theodorus Xoanensis, Polychronius
* Daclis, Rhen⁹ Iulio polis, * Aetherius Pom-
peiopolis, Petrus Gangrenus, Antiochus Si-
nopenus, Atticus Zelenis, Vrani⁹ * Hymero-
rum, Paralys Andraponeñ, Leucadius * Trin-
nieñ, Euphrasius Laganieñ, Mysterius Amo-
rij,

* Phupha-
teñ * Panor-
meñ

* Bédotan⁹

for. * Aegi-
nitanus

* Limireñ
* Zeciloneñ
* Musianus.
* Neapoli-
tanus.

* Polydoreñ

* Mirus
* Blandreñ

* Syniandēñ

* Cadoneñ
* Acroce-
raunorum,
Acroreno-
rum.
* Lemni

* Dablis
* Ethericus

* Himerorū
* Melphiteñ

rij, Aquilas Eudoxiadis, Cyriacus Trogma-
den, Pius Penteniffen.

Quinta synodus Romana finit.

SEXTA SYNODVS

ROMANA, SVB SYMMACHO PAPA
habita tempore Theodorici regis, sub
die Kalen Octob. de inuaforibus
rerum ecclesiasticarum.

Cum in vnum apud B. Petrum apo-
stolū sancta sexta synodus, cano-
nicè à B. Symmacho Romæ con-
gregata, refédisset, Symmach^o p-
dictus episcopus Ecclesiæ catholicæ vrbis
Romæ, eidē synodo p̄sidentis, dixit: Quo-
niam religiosus, sancto spiritu congregante,
conuentus hortatur, vt quæcunq; pro disci-
plina ecclesiastica necessaria sunt, cura dili-
gentiore tractemus: nos enim & Apostolicæ
sedis moderamine compellimur, & ecclesi-
asticarum rerum dispositiōe constringimur,
sic canonum paternorum decreta librare, &
retrō p̄sulum, antecessorumq; nostrorum
decreta metiri, vt quæ p̄sentium necessitas
temporum restaurandis ecclesijs relaxanda
exposcit, adhibita diligenti cōsideratione,
quantū fieri potest, auxiliante Dño, tem-
peremus: quia nos (qui potissimi sacerdotis
administramus officia) transgressionum culpa
respicit, si in causis Dei desides fuerim^o
inuenti: quia meminimus, quod timere de-
bemus, qualiter comminetur Dominus ne-
gligentia sacerdotū. Sanè reatu maiore de-
linquit, qui potiore honore perfruit: & gra-
uiora facit vitia peccaminum, sublimitas di-
gnitatum. Ideo tacere non debemus, sed ea
q̄ necessaria fore agnouerimus, viriliter cor-
rigere & emendare satagamus, & ea quæ no-
cua sunt, extirpare (prouit Dominus dede-
rit) non negligamus. Ab vniuersis episcopis
& presbyteris acclamatum est: Exaudi Chri-
ste, Symmacho papæ vita. Dicitum est sexiès.
Hæc cōfirmamus, & hæc docemus. Dicitum
est octiès. Doctrinæ vestræ gratias agimus
ingentes. Dicitum est decies. Ista teneantur,
& ista obseruetur rogamus. Dicitum est duo-
decies. Dignus papa, dignus doctor.
Et facto silentio, Symmachus episcopus di-
xit: Communis dolor & generalis est gemitus,
quod intra Ecclesiam nostris & retroa-
ctis temporibus de inuafione rerum ecclesi-
asticarum, & vexatione sacerdotum cogno-
uimus, quæ res nō nos solos, sed omnes Do-
mini tangit sacerdotes. Et licet hæc à p̄de-
cessoribus nostris iam prohibita sint, & tales
p̄sumptores damnati, & à sanctis canoni-
bus anathematizati: nē tamē denuō p̄suman-
tur, est etiā super his promenda sententia,
vt qui eorum casum non timent, timeāt sal-
tem eorum perpetuā damnatiōem: & quod
sæpē p̄sumitur, sæpius vt inhibeatur, ne-
cessè est. Sancta synodus dixit: Hęc, nē fiant,

TOM. I.

denuō synodali conuentu, prouida beatitu-
dinis vestræ sententia eneruari conuenit, &
nē in exemplum remaneat p̄sumendi, fun-
ditus extirpari. Symmachus episcopus dixit:
Modò, quia Deus p̄sentiam vestram voti-
uam mihi concessit, necesse est rem fieri fir-
mam, quam credo ecclesiasticis facultatibus
conuenire, vt agnoscat omnes, quos vanus
furore & auaritia excitauit, talia absque vlti-
one non posse p̄sumi. Sancta synodus di-
xit: Scimus prouisionem vestram necessarijs
studere, & ided in vestra est potestate, seque-
da disponere. Symmachus episcopus catho-
lica Ecclesiæ vrbis Romæ, dixit: Magna qui-
dem venerando & sacerdotali debetur cul-
tura proposito, cui imminet de studio, quæ
recta sunt, non de necessitate, disponere. Sed
quoniam in aliquibus, aliena postulatis,
vitiōrum mater auaritia, repudiatis honesta-
tis repagulis, totum putat expedire, quod li-
bet: & ita, dum p̄dē inhjat, patientia super-
næ pietatis abutitur, expectantibus correcti-
onem celo moderante, iudicij se existimāt
non teneri, cum clarum sit, q̄ apud certos in
occasione rapiendi procedat diuinę mora
sententiæ. Sed nobis, quos pastoralis cura &
ecclesiastica adstringit pro dispensatiōe cer-
ta ratio reddenda substantia: opus est, vt soli-
citudinem nostram non solum ad p̄sentia,
sed etiā ad futura secula porrigamus,
nē ad animę nostræ detrimenta contingat, si
hi, qui possunt statuti debere innocentiam,
p̄sumentes de libertate, deliquerint, cum
religiosa possint & nostra & successoris no-
stri potestate fulciri, legibus ecclesiasticis ser-
uantes. Sancta synodus dixit: Scimus Spū Dei
cor vestrū esse succēsum, & instinctu Dei vos
ita loqui. Quapropter omnibus summoperè
conuenit obseruare, vt oblationes fidelium
à nemine p̄sumantur absque consensu &
voluntate episcopi, in cuius dinoscitur esse
parochia & potestate, nec possideri vel dam-
nari tētentur: quoniam nonnulli memo-
res suū, pro remissione peccaminum suorum,
& pro æternæ vitæ mercatione, de facultati-
bus suis tam rerum immobilium quàm & mo-
bilium, quædam verò per scripturas ecclesijs
tradiderunt, & Deo creatori suo perpetuali-
ter habenda dederunt: quæ econtrā à diuer-
sis Deum minus timētibus, eatenus mortife-
ra calliditate tenentur, vt aliorum oblatio il-
lis pertineat ad ruinā. Nec intueri corde pos-
sunt diem iudicij, dum nimie cupiditatis de-
lectatur ardore. Vndē precamur, vt antiquo-
rum patrum regulas, quæ modò, p̄pter incur-
riā quorundā quasi oblitæ habent, renoue-
tis: & tale iudiciū super eis fiat, vt aut mani-
festè hæretici, quia Ecclesiam Dei scindūt, &
anathematizati, atque ab Ecclesia dei extor-
res habeantur: aut per satisfactionem Ecclesię
ad pœnitentiā, & demum iuxta regulas eccle-
siasticas ad reconciliationē, & si digni inuen-
ti fuerint, ad cōmunionem recipiantur. Sym-
machus

Sup. cap. 3.
synodi Ro-
3. sub Sym-

*secutura

*interna
defensare

16. q. 1. In ca-
nonibus,
cang. cōc. c.
7. editiōis 1.

cang. cōc. c.
& cōd. prim.

machus episcopus Ecclesiæ catholicæ vrbis
Romæ, dixit: His ergò ritè perpensis, nē illi
in ruinam incidant, & perpetuo damnentur
exitio, & sancta Ecclesiā, preciofo Christi
sanguine redempta, restauretur, eiq; piē fa-
mulantes non opprimantur, sed releuentur,
mansura cum Dei nostri consideratione vnā
cum vestro iudicio sancimus, vt quicūq; im-
memor aut memor interitū sui, res Ecclesiæ
delegatas & Domino oblatas, absq; proprij
episcopi iussu possidens, p̄sumpserit de-
incēps tenere, quocunq; in loco & veritate
comperta, res Dei seruis suis dissimulauerit,
aut renuerit reformare, liminib; ecclesiæ ab
episcopo eiusdem loci prius arceatur: Indi-
gnè enim ad altare Dei p̄operare permittit,
q̄ res ecclesiasticas au det inuadere, aut iniu-
stè, i. sinè licētia episcopi possidere, aut ini-
qua vel iniusta defensione in eis perdat. Ne-
ciores etiā pauperum iudicandi sunt p̄-
fixo tenore, & si non emendauerint vitium,
extirpandi. Debet tamen esse prouisio, vt
vindictā admonitio manifesta p̄cedat, &
res vsurpatis iniustè qui abstulit, aut iniustè
ablatas retinet, & q̄tate patrocinatē legib; re-
stituat. Quod si neglexerit, & necessitas com-
pulerit, demum p̄donem sacerdotalis di-
strictio maturata percet. Neq; quiscūq; per
*internas res Deum defensare nitatur, quia
Dei potentia cunctorum regnōrū terminos
singulari damnatione cōcludit. quod si p̄-
sumpserit, & ipsius offensam, & p̄dictā da-
mnationis periculum sustinebit. Cōpetito-
ribus etiā huiusmodi frena districtiōis im-
ponimus, qui facultates ecclesiæ sub specie
largitatis regie, vel cuiuscūq; potestatis, im-
proba subreptiōe peruaserint. Sera nanq; de
his reb; pœnitundine cōmouemur, cum iam
transactis temporibus contra huiusmodi p-
sonas, canonum suffulti p̄sidio, se sacerdo-
tes Domini erigere debuissent, vt non man-
fuctudo indulgentiæ, ad fililia perpetrada
improbiorum audaciam adhuc quotidie p-
uocaret. Nunc tardè, iniuriarum mole de-
pressi, damnis quoq; Dominicis compellen-
tib; excitamur. Quod si is, qui res Dei com-
petit, in alijs, quàm vbi res agitur, maximè
solet territorijs commorari, sacerdotem loci
ipsi, vbi habitat huiusmodi prauitate con-
temptus, neglectu personæ episcopus literis
instruētum reddat. Tunc antistes, ipsius fra-
tris anxietate comperta, aut per maiorem re-
rum Dominicarum admonitiōe corrigat,
aut p̄taxata canonica districtiōe conde-
mnet. Vndē & in canonibus, in Gangrēsi ec-
clesia apostolica auctoritate cōditis, de fru-
ctuum oblationibus, quæ ministris Ecclesiæ
debētur, & de his, quæ in vsus pauperū con-
feruntur, scriptum habetur: Si quis oblatio-
nes Ecclesiæ accipere, vel dare voluerit p̄-
ter episcopi conscientiam, vel eius, cui hui-
uscemodi sunt officia cōmissa, nec cum eius
voluerit agere consilio, anathema sit. Et ite-

TOM. 2.

rūm in eodem concilio: Si quis oblata Deo
dederit vel acceperit p̄ter episcopum, vel
eum, qui constitutus est ab eo ad dispensan-
dam misericordiam pauperibus, & qui dat,
& qui accipit, anathema sit. Valdè iniquū er-
gò, & ingens sacrilegium est, vt quæcunq;
vel pro remedio peccatorū, vel salute vel re-
ge animarū suarū vnusquisq; venerabili Ec-
clesiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab his,
quibus hæc maximè seruari cōuenit, id est,
Christianis & Deum timētibus hominibus,
& super omnia à principibus & primis regi-
onum, in aliud transferri vel conuerti. Pro-
pterea, qui hæc nō p̄auerit, & aliter quàm
scriptum est, p̄adia ecclesijs tradita petierit,
vel acceperit, aut possiderit, vel iniustè de-
fenderit, aut retinuerit: nisi citò se correxerit,
quo iratus deus animas percutit, anathe-
mate feriatur: sitq; accipietū & danti & possi-
dētū anathema, & institutū pœnē cōtuberniū
assiduū. Nec aliquo se ante tribunal Christi
obstaculo muniat, q̄ à religiosis animabus
ad substantiam pauperum derelicta, contra
fas sinè aliqua pietatis consideratione di-
spertit. Ab vniuersis episcopis & presbyteris
acclamatum est: Vt hæc penitus abscondan-
tur, rogamus. Dicitum est quinquies. Vt
hæc amputentur, precamur. Dicitum est se-
xiès. Vt res ecclesiæ, quibus traditæ sunt, in-
temerato iure seruentur, rogamus. Dicitum
est septiès. Vt secundum hoc, quod prose-
quuti estis synodali conuentu, per omnia fi-
ant, vnanimiter deprecantes, rogamus. Di-
ctum est octiès. Vt in p̄sumptoribus vin-
dicetur, rogamus. Dicitum est decies. Vt di-
sciplina seruetur, rogamus. Dicitum est vnde-
ciès. Quæ malè admissa sunt, per vos corri-
gantur. Dicitum est duodeciès. Vt illicita fa-
cta amputentur ita, vt deinceps non fiant,
rogamus. Dicitum est tredecies. Vt apostolica
ordinatio illibata seruetur. Dicitum est qua-
tuordecies. Dignus papa, quod nō licet, non
fiat. Dicitum est quindecies. Exaudi Chri-
ste, Symmacho vita. Dicitum est sexdecies.
Vt canones custodiantur, rogamus. Dicitum
est quindeciès. Vt ordinatio Apostolica
seruetur. Dignus papa, dignus doctor. Di-
ctū est nouedeciès. Hęc omnes vnanimiter
confirmamus, & vt vnanimiter seruentur,
rogamus. Dicitum est vigesiès. Hęc tenenda,
hęc seruanda sunt. Dicitum est vigesiès. Per
dominum Petrum, vt perpetuò seruentur,
rogamus. Dicitum est vigesiès. Qui hæc vio-
larit, in se iuxta p̄taxatum modum inue-
niat. Dicitum est vigesiès. Et facto silentio,
Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ
vrbis Romæ, dixit: P̄sentis diffinitionis
formam, quæ iuxta sanctorum patrum est
statuta sententias, in omnium ecclesiarum
notitiā peruenire decernim^o, nē cuiquā pro-
sua possit ignoratione licere, quod non li-
cet. Et qui talia p̄sumpserint, sciant se
p̄taxato condemnatos esse modo. Si-

GG 2 militet

militer & hoc ad omnium ecclesiarum notitiam, vestra cunctorum exhortatione & iudicio cefemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri, quia episcoporum res, Ecclesie no dubitantur esse, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, puafores rerum memoratari, prædicta canonum distinctiōis feriantur vindicta, vt qui moribus proprijs ac nulla cōficiētia castigatione corriguntur, saltē ecclesiastica & canonicē vindictæ perfodiāntur aculeis. Generaliter verō, quicūq; res Ecclesie cōfiscare, aut competere, aut peruadere periculosa, aut sua infestatione psumpserit, nisi se citissimē p Ecclesie, de qua agitur, satisfactiōem correxerit, ppetuo anathemate feriatur. Similiter & hi, q; res ecclesie iussu vel largitione principum, vel quorundam potentum, aut quadam inuasiōne, aut tyrannica potestate retinuerunt, & filijs vel hæredibus suis (vt à quibusdā iam factum audiuius) quasi hæreditarias reliquerint, nisi citò res Dei, admoniti à pontifice, agnita veritate, reddiderint, ppetuo anathemate feriantur. Iniquū enim esse censemus, vt potius custodes chartarum, quàm defensores rerum creditarum (vt præceptum est) iudicemur. Sañandum est ergò hoc celestius, nè longius execrandus animis morbus inserpat, vt si medicus, cūm viderit huius terreni corporis aliquem esse languorē, magnū suæ artis estimat documentū, si citò qs illius interuentu desperatus euadat, vel cūm postea vulnus adspexerit, adhibet fomenta vel cætera, quibus illud posset, quod natum fuerat vulnus, obducia: ac, si id manens sanari non poterit, nè corpus reliquū sua tabe corumpat, ferro amputat, quod nocebat, quò reliquum integrum seruet & intactum. Præcidendū id ergò est, quod velut puro sanoq; nimium corpori vulnus obrepit, nè cūm tardius abstergitur, in ipsis penè viscerib; huius mali non exhaurienda post sentina confidat. Ferro enim abscindenda sunt vulnera q; fomēta non sentiūt. Similiter & illi extorres debēt fieri ab Ecclesia, q; sacerdotali admonitione nō corrigūtur, dicēte Domino: Auferite malū à vobis. Vniuersa synodus surgēs, acclamaui: Vt ista fiant, rogamus. Dicitū est octiēs. Ista seruent precamur. Dicitū est decies. Vt in perpetuū maneat, & vīa auctoritate firmēt. Dicitū est duodeciēs. Exaudi Christe, Symmacho papæ vita. Dicitū est duodeciēs. Et factō silentio, Symmachus episcopus Ecclesie catholice vrbis Romę, synodo præsidēs, dixit: In hoc cognoscim; oēs, quia neū diligam; si mādata ei; faciām. Hęc est charitas Dei, vt mādata ei; custodiam; & mādāta eius graua nō sunt. Iustus est em̄ Domin; & omnia iudicia eius iusta sunt, atq; oēs viæ eius misericordia & veritas & iudiciū. In manu Dei potestas terræ, cui execrabilis est oīs iniqtas. In manu Dei potestas hoīs, & super facie scribæ imponet honorem suum. Perdit TOM.).

18. q. 1. In cano nib; §. 6. vñaliter ve rō

18. q. 1. Fer te absin.

Deut. 13. b

Esa. 1. e Ose. 14. a nità fiat,

1. Ioan. 2. a 1. Ioan. 5. e

Psal. 14. no.

Eccle. 10. a

Deus memoriam superborū, & iniquā gerentium, & relinquit memoriā humilium & bonorum hominum. Hoc autem pro certo habet omnis, qui rectē colit Deum, quia vita eius, si in probatione fuerit coronabitur: & si in tribulatione, liberabitur: si verò in correptione fuerit, ad misericordiam perueniet. Omne enim, quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia. Non licet ergò Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata diuina præsumere, nec quicquam, quod euangelicis, prophetisq; & apostolicis regulis obuiat, agere. In iustum enim iudicium, & definitio iniusta, regio metu vel iussu à iudicib; ordinata, non valet. Nec quicquam, quod contra euangelicam, vel propheticam, aut apostolicā doctrinam, constitutionemq; eorum, siue sanctorum patrum actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus, aut hæreticis factū fuerit, omnino cassabitur. Nocua ergò sancti prædecessores mei damnare confidenter studuerunt, quorum & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamē diuina dignatione ministerio, pedissequa cupit existere. Vā enim erit nobis, qui huius ministerij on; susceptum habemus, si veritatem saluatoris nostri Iesu Christi, quam apostoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Vā erit nobis, si silentio veritate oppresserimus, qui erogare nūmularijs iubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsi; Christi futuro dicturi sumus examine, si sermōnum eius veritatem confundimus prædicare? Quid erit de nobis, cūm de cōmissis nobis animabus, & de officio suscepto rationē iustus iudex Christus Deus noster districte exegerit? Ideo nos oportet semper nocua refecare, & auxiliāte Domino, pfectura erigere. Vndē obiurgādo, hortādo, suadēdo, blandiēdo, consulēdo prodesse, quibus possum; festinemus. Lingua nostra bonis fomētum sit, prauis aculeus, timidos retūdat, iratos mitiget, pigros exacuat, desider hortando succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiat, desperatos cōsoletur, vt, quia doctores dicimur, viā salutis gradientibus ostēdamus. Simus in custodia vigilantes, aditus contra hostis insidias solliciti muniamus: & si quando ouem perdit, de commissis gregibus error abduxerit, toto illam annisu ad caulas reuocare Dominicas contendamus, vt de pastoris nomine, quod habem; nō suppliciu; sed pmiū cōsequamur. Quia ergò in his oīsbus diuine gratiæ adiutorio opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoremus, quatenus ad hęc operāda nobis & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea nos viā cū fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat, vt sinē quo nihil agere possumus, per ipsum omnia implere valeam;. Vniuersa synodus surgens, acclamaui: Placent omnia, vt

Dist. 10. Nā licet imp.

11. q. 3. Iniu. stū iud. at ia decr. lib. 16. lib. 15. ca. 6.

Matth. 25. 4

*consolādo

Ioan. 14. Ioan. 15.

vt perpetua stabilitate firmentur, rogamus. Dicitū est octiēs. Et adiecit, Exaudi Christe, Symmacho vita. Dicitū est octiēs. Vt hæc intemerata seruentur. Dicitū est decies. Vt ista intemerato iure custodiātur, precamur. Dicitū est duodeciēs. Qui hæc spōtē violauerit, ppetuo anathemate feriat; rogamus. Dicitū est quideciēs: Vt decreta nostra confirmes, precamur. Dicitū est decies & octiēs. Et factō silentio, Symmachus episcopus Ecclesie catholice vrbis Romę, dixit: Acclamationes vestras, synodiq; iudiciū presentia gestas suscipiant. Et adiecit: Ea, quæ ad sopiendos veterosā presumptionis errores, vel infensæ rebus ecclesiasticis agritudinis morbos, quibus vniuersalis afficiebatur ecclesia, deliberatio religioni congrua paci; constituit, firmitate perpete societur, vt prestante Deo, quem cultodem rerū constat esse bonarū, synodalis ordinatio vigeat, atq; omnis q; sinē personæ alicuius districione venire psumpserit, indita superiūs districione plectatur. Et subscriperunt: Cælius Symmach; episcopus Ecclesie catholice vrbis Romæ, his cōstitutis synodalib; me probatis atq; firmatis, annuens subscripsi. Petrus episcopus Rauennatis ecclesie, his cōstitutis synodalibus à nobis probatis atq; firmatis, annuens subscripsi. Innocentiū Tiferinus, Felix Interanens, Severinus Tyndaritanus, Bonifacius Aquileiē, Siluan; Veliterninus, Maxim; Bleranus, Sebastianus Soranus, Aemilianus Vercellen; mercurius Gabinatis, Maxim; Ticinens, Felix Atellanus, Cassian; Mutinens, Rustic; Buxētinus, Cerētius Siculo, Propinquus Trebitatis, Stephanus Venusin; Adeodatus Formianus, Laurentius Bobicē, Bonifacius Camerin; Fortunat; Fulginatis, Iustus Signinus, Mercurius Sutrinus, Vindemius Anteatinus, Stephanus neapolitanus, Augustus Liparitanus, Hilarius Tempfanus, Valentinus Amiterninus, Maximian; Perusinus, Fortunatus Sueslanus, Innocentiū Ferentinatis, Lucidus Augustanus, Concordi; Mezenatis, Trigidus Taurinatis, Vitalis Fundanus, Viticanus Celinens, Castus Portuens, Ioannes Ariminen; Arist; Ostiē, Proculcianus Sepinatis, Martyrius Terracinen; Candidus Tiburtinus, Victor Lunen; Aprilis Lateranens, Asterius Aquinatis, Afellus Populonien; Chryzogonus Albanen; Memor Canusinus, Amanus Potentinus, Colonius Potentinus, Romanus numentanus, Elpidius Volaterran; Virus Reatinus, Ioanes Thuritanus, Crescon; Tudertinus, Adeodatus Silue candid; Innocentiū Meuanatis, Venerius Poleen; Ioannes Spoletanus, Rogatus Taurominitanus, Eustathius Cremonen; Seruus Dei Veronen; Laurentius Bergomatis, Probus Camarinens, Eucarpus Messanen; Dulcitiū sancti Antimi, Rufenti; Ignatin; Leucadius melphiten; Seren; Nolanus, Euphrasius Laganicē, Martianus Eginus, Theocti-

stus Pessinuntis, Eutychieus Traneē, Elpidius Thermen; monasterij, Fortunat; Anagninus; Mysterius Amurij, Paschasius Vulturnen; Aglius audoxiadis, Innocentiū Forosimpronien; Cyriacus Trogmaden; Felix Nepesin; Pius Petenissen; Longinus Oresten; Ioannes Nicopolitanus, Thalassius Cesaren; Cōstantinus Melitenens; Meonius Nyfenu; Acaci; Ariarathrenus, Firminus Thermus, Adon; Grauisca; Patricius Tyanen; Ioannes Arcis; Theodosius Nazianzen; Doroth; Neocesaren; Aristomachus Colonens; Cyr; Cyprian; Ioannes Sebastien; Cecropius Sebastopolis, Ioannes Polemonien; Gratidianus Cerasuntis, Atarbius Trapezuntis, Seleucus Amasen; Ioannes Amyzoneē.

Sexta synodus Ro. sub Symmacho, finit. EPISTOLA EIVSDEM AD Laurentium Mediolanens episcopum.

Dilectissimo atq; charissimo fratri Laurentio Mediolanensis ecclesie archiepiscopo, Symmach; episcopus in Dño salutē. Prodit religiose votū cōficienti, mēis laudib; deuota pontificum: assertio ingenij est, Deo obsequentiū mācipare quod loquimur, in quorū præconijs fortē angustus sermo vulget imperitiā, manifestat tamen, si abstineatur, infantia. Quis mendicam narrationē estimet, quam vota locupletant? Sepē in facundię dotibus pauper inuenitur vena prædicantis, & ediuersò thesaurus cordis irradiat in egestate verborum. Qui vice Dei iudicat, nō desiderat picta alloquia, sed que infucatus commendat nitor ingenij: quia in his etiā sinē amore blanditur eloquentia, in illis splendorem suum veritas nuda commendat. Sinē phaleris est omne, quod dicit affectio. ad vnguem fabricantur illa, q; volumus non tam speciem recti habere, quàm similitudinē. Ad te, venerabilis mihi antistes, maximē sermo est, cui cum meritorum testimonio, virtus cepit à vocabulo, in quo act; eloquitur, qui nomē appellat. Proutida parētum diligentia tuorum, prius te eligi voluit, quàm probari. Te olim secularibus inherentem titulis, castrensis sudor excoluit, & ad ecclesia gubernacula pars aduersa solidauit, sicut Dominus loquitur in Euangelio: Qui in minimo fidelis, & in magno fidelis est. Te sacrum iudex & consilij comitem meruit, & laboris. Bendē, venerandis inuitandus altariibus, & in laica conuersatione quod sacrum esset, elegisti. Tu pudicitia in illa ætate cufitos inuentus es, in qua & lex obsequitur desiderijs. Satis enim est, pueritiæ ambitum quæ licentia fulcit, horri. Christus milites suos, quos in personam ducis attollat, inter acies quærit hostiles. Adscitus ecclesie, pōtificem actibus implēsti ante tempora dignitatis. Nō fuit aduena benignitas, quæ naturę innixa radicibus, de cano flore germen GG 3 ostent-

*suscipient.

*districione *contrauenire

*Cuperfanens;

*Subaugustanus;

*Aron

*Amanus *Calonicus

*Sabien; *Athien; *Thinnien;

*Mufontus

*Colacien; vel Chologeni. *Cybitren;

*colloquia

Lucæ 15. 6

*quem

ostendit. Temporale enim est omne, quod fingitur perpetuum, quod cum aetate maturefcit. Non tibi sacerdotium rem doni credimus euenisse, sed premij. Alij vulgari gratia lenocinate commendantur: tibi rigida circa culpabiles restrictio dedit affectum. Manet te singularis sapientia, quae licet generaliter optanda est, tamen existit in magistro necessaria. Frustra monitoris personam suscipit, qui impacti non praeualeat aestimare pondus officij. *Vilissimus comparatus est, nisi praecellat scientia & sanctitate, qui est honore praestantior.* Dedit tibi apicem res iudicij, non fauoris. Dignus pontifice amor est, quem censura conciliat. Deuenustat institutoris genium, qui per solam gratiam vult placere. Tu his eruditus & formatus caeli beneficij, plus agendo populum instituis, quam docendo. Illa monita discipulorum conscientiam erudiunt, quae improbantur exemplo. *Sine pudore inuitat ad innocentiam, qui illam fuerit ipse sectatus.* Te inter secreta penetralium quasi testem metuunt, qui peccare disponit. Nascentibus culpis metus & reuerentia tua negat effectum. Qui inter exordia occurrit vitij, & occasione lapsu adimit, & concupiscentia purgat auctoritate. Haec beatitudini tuae quasi strictum pro lingua meae commendatione dedicaui, si precibus tuis vitae successus arriserit, gestorum tuorum plena meretione consecrabo, ut qui vniuersis nota sunt, marmoris in posterum literis, quatenus gaudeat aetas sequentura, seruentur.

Epistola eiusdem ad Liberium Patricium.
Symmachus episcopus Ecclesiae catholicae urbis Romae, Liberio Patricio salutem.

Cum pro veneranda religione conscientiae verba dirigitis in Aquileiensis electione pontificis, & diuinis initiata lingua cultibus militat consecrando, in ignoti nos diligentia sermonum vincula tenuerit: quia nihil superat iudicij, quotiens aliquid probatus extulerit. Quid enim sententiae sequacium derelinquat, quando iustitiae obsequitur, cuius in examene definitio non vocatur? Agitis bono conscientiae, quod vestro vix negaretur imperio. Exhibuit inter arbitros Marcellini venerabilis collegam Maximus hominum humilitate sublimior, & non potestati fauor obliquos ascriberetur interpretes, quod de proprio descripsit ingenio, laudati iuxta ad precium. Egistis medio crem, non praecellisset suspecta praedicatio: clarissimorum testimonia, ut vires accipiant culmina, castiganter Felix sacerdotium, cui faciem praetulit plena mens luminis. Beata conuersatio, quae idcirco in discussione deducta est, ut tanto viro ad stipulante superaret, quae non didicisset saporem victorie, nisi subiacuisset incertis. Semper innocentibus gloriam aduersa pepereant: prouidet defensores fortissimos medicis impugnatio. Sed quid epistolae terminos loquacitate produxi, coactas lege paginatum.

nas in humana concinnatione transgressus? Iungo & ego amplissimis patribus vestris, pro modulo exiguitatis propriae, vobis caelo obsequente consensus: & quod mirabile inter homines habetur, consideratione vestra attrahor ad amorem. Inspirata mihi per alterum placet affectio, dum manet charitas imis inserta visceribus. Peregrinate persona, comite se tam celestis gratia desiderijs iungat: & dum cupitis datur effectus, aut veniat bonum pontificatus, aut faciat. *Data 18. Kalend. Nouembrium die, indictione octaua.*

EPISTOLA SYMMACHI PAPAE
ad clerum Dardaniae &c.

Presbyteris, diaconibus, archimadritis, & cuncto ordini plebeio, per Illyricum & Dardaniam & Dacia constitutis, Symmachus episcopus Romanus. Nullus stupeat, placatum hactenus nos nunc soluisse silentium, cum prudentissimi Solomonis ista vox personet: *Te tacendi, & tempus loquedi. Quod taciturnitate silentis temporis expugnans, inter ea quae accidunt, nunc silere me fidei stimulis excitatum, magni constat esse fastidij. Quippe ubi religionis reuerentia & summa concutitur, aptum iuxta diuinam scripturam dicere, eos qui mites sunt, debere esse pugnares: si quidem spiritualis, quae est & Deo accepta, congressio vniuersa laudabiliter tolerat, non quicquam ad diuinam charitate separetur. Sed non congruum est, illis religio offerre dogmata disciplinae, a quibus institutionis ipsius expectat plena perfectio. Sed breuiter clara perstringemus. Cui incognitum, Constantinopolitana ecclesia qua Nestorij contagione laborauerit? Nestorij, in qua, quae quasi putre corporis membrum, a societate catholicae communione excisus est. Vbi terrarum praedicat congregatio Chalcedonensis sancta concilij, quae Eutychem, Dioscorum, duo nomina famosa & magne perfidiae, vnius sententiae integritate damnauit, iniquitatis complices, & vno spiritu diuinis dogmatibus aduersarias pestes? Quis Petrum & Timotheum praefatorum vernulas, ignorauit, pro pugnatore intentionis addictae, & auctores ac ministros suos fauore errore vincetes? Illud Timotheum loquimur paricidam, qui sanctae recordationis Proterij supstitit non solum ecclesiam non religionis auctoribus occupauit, verum etiam effusionem pij sanguinis ad crimem persuasionis adiecit: Ipsius nepe donatione vniuersalis est Ecclesiae vox loquuta, dum cum nomine quoque Christiani honoris exuerit. Cuius Petrus sequacem notum fecerunt orthodoxorum plurimae passiones, in quibus ille virtutis animi sui exultauit ostendere. Nouit Ephesus cum tota societate Dioscori, ubi cum proprijs amore peccati, sinem sancti Flauiani operatus innotuit: tacenda sunt Antiochia mala, ubi per alterius Petri nefanda ludibria, reuerendum sacerdotij nomen irruribit, *Quis Apameae & Etyrij gemitus, tragicis criminibus comparandos, vel si solis vacet, digna possit lamentatione deslere? quid de Acacio**

locus obsecratus. cio? quae de bonis suis fascino quodam grauius basilicis coimperate praemisera, non exemplo praenae praesens est, aduersus se ipsum dicens sententiam, illos mutata voluntate defendens, quos prius gloriosum putauit addicere: & laboras sociare fidelibus, quos dudum hereticos manifestae praeruaricationis ostenderat: propter quos maxime fugiendus, & designato superius damnatorum agmini coequandus, illa propter quae fidelis probatus est esse, dissoluens, & permixtus his, per quos Ecclesiae laeso generalis euenit. Aduersum hos si patrum dogmata ratio sua det esse seruanda, cogitate, si possunt maiore transgressione calcari, quam nunc per eos, qui in partibus vestris Eutychetis dogmata recidua resuscitant. Si vero tanquam infirmam constituta sententia, sine periculo negligantur, citra vllum ruborem credulitatis nostrae summa subsistit, semper succedentibus nobis vetera constituta soluentibus. Quando enim patrum regularum despiciuntur inuenta, nec eorum, quae bene instituta sunt, firmitas vindicatur, huiusmodi impietate necesse est fidei semper venire. Nam ubi facilis dissolutio est rationalis constitutionis, ibi omnis sanctitatis forma corrumpitur, Christus impetitur: & quis hoc fidelium patienter accipiat? Instituta patrum reuerenda calcantur: & quis non vitae mortem iusta electione praerponat? Vbi catholice fidei adoranda reuerentia? Vbi multorum ore sanctorum dogmata constituta? Vbi doctorum veterum fidelis auctoritas? Vbi illa religio sanum mentium stупenda patientia, proprijs bonis contenta? nuda videtur spe aeternae hereditatis excidere, quasuis ambiens passiones, non incorruptibilis illius boni iudicaretur indigna. Nam nulla maiora documenta sunt fidei, quam ubi temporis ratio suadet, vitam subdere passio. Et ideo, qui pro ea periculum persecutionis obire meruerit, dignum se caelestis ostendit esse militem. Christus vos pio sanguinis sui precio comparauit, gratiae libertate concessa, nihil inuenientibus humanis operibus, quod

dignum pro tanta mercede tribueret. Atque ideo, ubi religionis iniuria est, amore fidei omnem transcendere oportet affectum. Vnusquisque ergo exilia & peregrinationes tanquam domum patriamque respiciat, non desiderijs retentus humanis, Christi societate priuetur. Ecce tempus, quo repetit fides milites suos, & in clamat ad defensionem sui, feruorem gratiae consequutos. Fidem ipsam dicere iudicemus: Ecce tempus optabile, ecce fructuum congregatio desiderata fidelium, ut paruis passionibus munera magna compenset. Pluribus charitatem vestram, pro dispensatione nobis credita, cuperem hortari: sed quid opus nostrae vocis stimulis, ubi ad tolerandas pro Christo magnanimitate passiones, apostolicis patrum docemur exemplis, quae per damnatum humanarum rerum, caelestium vobis ostendunt augmenta virtutum? Ergo pronunciemus inter alia, & dicamus cum sancto Dauid: Quam bonum & quam iucundum, *Psalm. 132. a* habitare fratres in vnum? *Galat. 3. d* et de vobis apostolus Paulus dixerit, Vos autem fratres in Christo vnum estis. Dum haec enim vanitas ista non reducat, nullus ambigat, eadem nihilominus esse ventura, quae in Constantinopolitana nuper Ecclesia contigerunt, de quibus pariter mihi, ingemiscere necesse est & tacere. Nam qui Apostolicae sedis admonitionem negligendam esse crediderunt, meritò inciderunt in ea, quae venire solent solatio destitutis. Si quis ergo salutem propriam cogitans, seruare cupit Apostolica iudicia, cum se a praefatorum scelere seuerit, nostrae communionis se nouerit sine dubitatione participem. Quia qui se ab eorum, quos Apostolica sedes damnauit, societate non remouerint, sciant, nullo colore, nullo sigmento, nulla calliditate se Ecclesiae custodiam posse subripere: quia sicut illos, qui a supradictorum, hoc est, Eutychetis, Dioscori, Timothei, Petri & Acacij se venenis dissociat, amplectimur: ita nostra circa istos cura & sollicitudo, non subreperere possint, semper inuigilat. Deus vos incolumes custodiat, charissimi fratres.

ILERDENSE CONCILIVM

OCTO EPISCOPORVM, HABITVM ANNO 15. Theodorici regis, octavo Idus Augusti, circa tempora Symmachi papae vel Hormisdæ.

Ilerda, Hispaniae interioris oppidum est iuxta Sycorim fluvium: vulgo Leyda & Leyda dicitur. Vide Ptolemaem lib. 2. cap. 6. Plinium lib. 3. cap. 3.

CAPITVLA CONCILII Ilerdenfis.

- De his, qui altario ministrant, ut a sanguine hominis se abstineant. 1
- De his, qui abortiuum faciunt, vel natos suos extinguunt. 2

- De monachis, ut clerici ordinentur cum voluntate abbatis, & quae monasterio offeruntur, non auferantur, & de basilicis quas laici fecerint. 3
- De incelsis, ut, quando in scelere sunt, inter catechumenos habeantur. 4
- De his, qui altario seruiunt, si subitò in fragilitatem carnis inciderint. 5
- De eo, qui viduae penitentem, vel religiose virginem stuprum intulerit. 6
- De his, qui sacramento se obligant, non ad pacem. 7

cem redeant. 7
 Si clericus seruum vel discipulum de ecclesia traxerit, vt pœnitentiam agat. 8
 De his, qui rebaptizati sunt, quantum pœniteant. 9
 De his, qui iubente episcopo, remissa culpa, ab ecclesia exire contemnunt. 10
 De clericis, qui in mutuam cœdem prorumpunt. 11
 De his, qui contra canones ordinati sunt, vt deponantur. 12
 De catholicis, qui filios suos hæreticorū baptismati tradiderunt. 13
 De catholicis, vt cum rebaptizatis non conuersentur. 14
 Vt clerici cum extraneis mulieribus non habitent. 15
 Cùm sacerdos moritur, quid de rebus ecclesiæ obseruetur. 16

Capitulum primum.

DE his clericis, qui in obfessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, vt qui altario ministrant, & Christi corpus & sanguinem tradunt, vel vasa sacro officio deputata contrectant, vt ab omni humano sanguine, etiã hostili, se abstineant. Quod si in hoc inciderint, duobus annis tam officio, quàm communionem corporis Domini priuentur, ita vt his duobus annis, vigilijs, ieiunijs, orationibus, & elemosynis pro viribus, quas Dominus donauerit, expientur, & ita demùm officio vel communioni reddatur, ea tamen ratione, nẽ vterius ad officia potiora prouehantur. Quod si in definito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint, & proteladati ipsius pœnitentiæ tempus in potestate maneat sacerdotis.

2 Hi verò, qui malè conceptos ex adulterio fetus, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in vtroq; sexu adulteris, post septem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen, vt omni tempore vitæ suæ stetitibus & humilitati insistant. Si verò clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat: attamen in choro psallentium, à tempore receptæ cõmunionis interfint. Ipsis autem veneficis in exitu tantùm, si facinorosa sua omni tempore vitæ suæ desceuerint, cõmunio tribuatur.

3 De monachis id obseruari placuit, quod synodus Agathensis noscitur decreuisse, hoc tantùm modò adijciendo, vt cùm pro ecclesiæ vtilitate aliquos episcopus probauerit in clericatûs officio promouendos, cû abbatibus voluntate debeant ordinari: Ea verò, quæ in iure monasterij de facultatibus offerantur, in nullo diocæsana lege ab Episcopis contingantur. Si aut ex laicis quisquam, à se factam basilicam, consecrari desiderat, nequaquam eam sub monasterij specie, vbi congregatio non colligitur, vel regula ab episcopo nõ cõstituitur, à diocæsana lege audeat segregare.

T O M. 2.

4 De his, qui se incestûs pollutione commaculant, placuit, vt quouisquẽ in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseuerant, vsq; ad Missam tantùm catechumenorum in ecclesia admittantur, cum quibus etiã nec cibum sumere vllum Christianorum (sicut Apostolus iussit) oportet.

5 Hi qui altario Dei deseruiunt, si subito in fœda carnis fragilitate corruerint, & Dño respiciente, dignè pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate pontificis vel veraciter afflictos nõ diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab Ecclesiæ corpore segregare, ita tamen, vt sic officiorum suorum loca recipiant, nẽ possint ad altiora officia vltèrius promoueri. Quod si iteratò, velut canes ad vomitum, reuersi fuerint, & veluti sues in volutabris luti iacuerint, non solum dignitate officij careant, sed etiã sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

6 Qui pœnitenti viduæ, vel virgini religiosæ vim stupri intulerit, si se ab eo sequere noluerit, pariter à communionem Christianorum & consortio segregentur. Si verò illa, quæ vim pertulit, ad sanctam religionem redierit, in illo solo sententia excommunicationis teneatur, quoad usquẽ publicè pœniteat.

7 Qui sacramento se obligauerit, vt litigans cum quolibet, ad pacẽ nullo modo redeat, pro periurio, vno anno à communionem sanguinis & corporis Domini segregatus, reatum suum elemosynis, stetitibus, & quantis potuerit, ieiunijs absoluat. Ad charitatem verò, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.

8 Nullus clericorum, seruum aut discipulum suum ad ecclesiam cõfugientem, extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quod si fecerit, donèc dignè pœniteat, à loco, cui honorem non dedit, segregetur.

9 De his, qui in præuaricatione rebaptizati, sinè aliqua necessitate, vel tormento delapsi sunt, placuit, vt circa eos illa nicenæ synodi odi statuta seruentur, quæ de præuaricatoribus cõstituta esse noscuntur, id est, vt 7. annis inter catechumenos orent, & duobus inter catholicos, & postea, moderatione & clemètia episcopi, fidelibus in oblatione eucharistiæ communicent.

10 Qui, iubente sacerdote, pro quacunq; culpa ecclesiam exire cõtempserit, pro noxia cõtumaciæ tardius recipiatur ad veniam.

11 Si qui clerici in mutuam cœdem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, à pontifice distriktius vindicetur.

12 Qui contra decreta canonum, indiscretè clericos vsq; nunc ordinauerunt, eis Dominus vel sancta & ecclesiastica charitas ignoscatur. Amodò verò si in tali ausu proruperint, decretum

35. q. 2. & 4. De his, qui ince.

1. Cor. 5. d. Dist. 50. Hi qui altario sancto, & 15. q. 8. Hi qui altario Dei.

1. Petr. 2.

22. q. 4. Qui in sacram. to se oblig.

1. Petr. 4. b

17. q. 4. Nullus clericorum seruum. Et in decr. Iuon. lib. 2.

Ca. 11. Nicenæ synodi

* constituta

11. q. 3. Qui iubete sic. cõtumeliæ noxa

decretum canonum, quod circa eorum personas statutum est, id est, vt nullum ordinare iam audeat, obseruetur: vel, qui deinceps ordinati fuerint, deponantur. Hi verò, qui tales hætenus ordinati sunt, nullo tempore promoueantur.

13 Catholicus, qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in Ecclesia nullatenus recipiatur.

14 Cum rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo participent.

15 Familiaritatem extranearum mulierum, licet ex toto sancti patres antiquis monitionibus præceperint ecclesijs euitadam, id nunc tamen nobis visum est, vt qui talis probabitur, si post primam & secundam commonitionem se emendare neglexerit, donèc in vitio perseuerat, officij sui dignitate priuet. Quod si se (Deo iuuante) correxerit, sancto ministerio restauretur.

16 Licet de re huiusmodi, quam constituere salubri ordinatiõe decernimus, prisca autoritas canonum nequaquam siluerit, sed euidenti sanctione præceperit, vt cuiuscunq; ecclesiæ pontifice defuncto, non passim pro libitu suo in earum rerum direptione, quas obiens dereliquit, quisquã irruat, domumq; subuertat: sed sacerdos, qui exequiarum tempore est, ea omnia, quæ ad vtilitatem & cõseruationem pertinent, debeat diligenti circumspectione munire: tamè quia ipsa sanctio (quod prius est) à multis clericis nunc cognoscitur violari, ita vt non iubente sacerdote, expectorato affectu, totaq; discipline feruore posthabita, immaniter, quæ in domo pontificali reperiuntur, inuadit & abradit: idèd nunc hæc huius placiti cõstitutione in-

* cõ obete
 11. q. 2. Hæc huius placiti

ter nos cõsura placuit custodiri, vt defuncto antistite, vel etiã adhuc in supremis agere, nullus clericorum cuiuscunq; ordinis, officij, gradusve sit, quicquam de domo præsumat, vel quod de vtilitate instrumeti domus esse agnoscitur, i. mobilis & immobilis rei ecclesiasticæ conetur inuadere, nihil furto, nihil dolo supprimens, auferens, atq; abscondens: sed is, cui domus commissa est, subiuuetis sibi cum consilio vno vel duobus fidelissimis clericis, omnia vsq; ad tempus potestatis substituendi debeat cõseruare, & his, qui in domo inueniuntur, clericis cõsuetam alimoniam administrare. Substitutus autem antistes susceptæ sedis commoda ordinabit, vel ut Deus imperabit, vt eis vti cū his debeat, quos cognouerit disciplinæ & charitati prædecessoris sui fideliter paruisse. Quod si quisquam post hæc cuiuscunq; ordinis (vt superius dictum est) clericus quacunq; occasione de omni facultate quippiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegij, prolixiori anathemate cõdemnetur, & vix quoquẽ peregrina ei cõmunio concedatur: quia durũ est, vt hi, quos constat in seruitio Dñi cum primæ sedis an-

* imperauit,
 T O M. 2.

tistite desudasse, ab his, qui suarum rerum incubitatores atq; vagantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenus crucient. Sergius in Christi nomine episcopus, has constitutiones, secundum quod nobis cum fratribus, Deo inspirante, complacuit, relegi, & subscripsi. Iustus in Christi nomine episcopus, subf. Ioannes in Christi nomine episcopus, subf. Petrus in Christi nomine episcopus, subf. Marulio in Christi nomine episcopus, subf. Taurus in Christi nomine episcopus, subf. Febrorius in Christi nomine episcopus, subf. Gratus in Christi nomine episcopus, directus à domino meo Stephano episcopo, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

EX GRATIANI DECRETÒ quatuor capitula, desumpta de Illerdensi concilio, & similiter Iuonis.

PRIMUM.

In diebus quadragesimæ nuptias celebrare non licet.

Non oportet à lxx. vsque in octauam Pasche, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem sancti Ioannis Baptistæ, & ab aduetu Domini vsq; post Epiphaniam, nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

SECUNDUM.

Non prohibetur à sacris ordinibus, quibus medicorum incisione claudus efficitur.

Si quis in infirmitate positus clericus, medicorum incisione claudus efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non denegamus.

TERTIUM.

De purgatione clericorum, si conuincii non potuerunt.

Si quis presbyter, à plebe sibi commissa legitimis testibus approbare non potuerit: suspendatur presbyter vsq; ad dignam satisfactionem, nẽ populus fidelium in eo scãdalum patiat. Dignam em̃ satisfactio est, si eis, à quibus reus creditur, post rectam securitatẽ de imposito crimine, innocens esse manifestetur. Quod ita à nobis, & à Maioribus constitutum esse docetur, si sue secundum canones, siue ad arbitrium episcopi, sibi collegas septem adiungat, & iuret in sacro coram posito Euangelio, quod eum sancta Trinitas, & Christus filius Dei, qui illum fecit, & docuit quod Euangelium continet, & sancti quatuor Euangelistæ, qui illud scripserunt, sic adiuuent, quod ille prænominatam actionem ita non perpetrarit, sicut ei de illo oblatum est. Et in hac satisfactio purgatus, securè deinceps suum exerceat ministerium. Quam satisfactio nonnulli precedentium patrum, S. Leonem papam in basilica S. Petri apostoli, coram reuerendissimo Cæsare Carolo, ac clero & plebe, ita fecisse commemorat, atq; ita mox venerandum principem, contra eiusdem sancti papæ aduersarios, dignè vltionis vindictam exercuisse.

QUARTUM.

Ad

* vel vtilitate seruientes, atque vacantes

33. q. 4. Non oportet in lxx. et i dec. Iuonis li. 6.

Dis. 55. Si q. in inh. Et i dec. Iuon. li. 2.

2. q. 4. Presbyter si à plebe, & in dec. Iuon. li. 5.

Ad baptizandi officium, & ad vestimenta altaris lauanda, sacerdos propria debet habere vasa.

Omnis presbyter, qui fontem lapideum habere nequiverit, vas conueniens solummodo ad baptizandi officium habeat, quod extra ecclesiam non deportetur. Similiter ad corporale lauandum & ad pallas altaris, propria habeantur vasa, in quibus nihil aliud fiat.

EX DECR. IVO. LIB. VII. ET ex 7. lib. vetusti codicis librorum sexdecim, numero 5.

Vt duobus vel tribus testibus testimonium dicentibus, consanguinei separentur.

Vt omnis cotrouersia, quæ de ecclesiasticis rebus fit, secundum diuinam legem sub

Deute. 19. d. 17. b.

VALENTINVM HISPA
 PANIAE CONCILIUM, SEX EPISCOPORVM, HABITVM
 anno 15. Theodorici regis, circa tempora Symmachi papæ vel Hormisdæ.

Valentia Hispaniæ citerioris maritima ciuitas, auctore Plinio lib. 3. cap. 3. tribus millibus passuum à mari distans, nunc verò unico millari remota, archiepiscopatus est atque metropolis regni eiusdem nominis, nobilitate non minus, quàm verum variarum libertate ac cali amantate insignis.

CAPITVLA CONCILII
 Valentini.

- 1 Vt euangelium post apostolum legatur.
- 2 Vt defuncto episcopo, de rebus ipsius vel ecclesiæ, nullus quicquam præsumat inuadere.
- 3 Vt propinqui morientis episcopi, de rebus eius nihil usurpent, sine metropolitani & comprovincialium consensu.
- 4 De exequijs morientis episcopi, & qualiter humetur.
- 5 De vagis & inobedientibus clericis.
- 6 Vt clericum alienationi nullus ordinet, nec sit clericus, qui non spondeat locum, ubi sit delegatus.

apud die Nouembri.

ANNO quintodecimo Theodorici regis, sub die secundo Nonas Decembris, in nomine Domini nostri Iesu Christi Valentino in concilio congregati, dum Ecclesiasticas regulas tractarem, antiquos canones relegentes, inter cætera hoc esse censuimus obseruandum, vt sacrosancta Euangelia, ante munus illationem in Missa catechumenorum, in ordine lectionum post Apostolum legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri Iesu Christi, vel sermones sacerdotis, non solum fideles, sed etiam catechumeni ac penitentes, & omnes, qui ediuersò sunt, audire licitum habeant. Sic enim pontificum prædicatione audita, nonnullos attractos ad fidem euidenter scimus.

2 Hoc etiam placuit, vt episcopo ab hoc

TOM. 2.

duobus vel tribus testibus terminetur, testis est Dominus, cum dicit: Non vnus stet contra alium, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.

Math. 18. b. 2. Cor. 13. a.

Decreta duo Ilerdensi concilij, quorum primum desumptum est ex vetusto codice librorum 5. cap. 134. libri secundi.

Episcopi, presbyteri, diaconi relicta, si maritum acceperit, in fine non communicet.

Decretum 2. desumptum ex lib. 9. libri sexdecim librorum, cap. 4.

Vt in Christianorum nuptijs non saltetur. Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias, plaudere vel saltare, sed venerabiliter cenare vel prandere, sicut Christianos decet.

seculo (iubete Domino) accersito, clerici ab omni omnino suppellectili, vel quæcumq; sunt in domo ecclesiæ, vel episcopi, in libris, speciebus, utensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re, rapaces manus abstineant, & nihil latronum more diripiant. Qui si nec canonum auctoritate prohibiti fuerint, omnia quæ peruaserint, metropolitani vel omnium comprouincialium sacerdotum distributione coacti, in pristinum statum reintegrare cogantur, vt nihil antistiti, vel dispensatori futuro necessarium sub hac iusta constitutione deperat. Quod vt confidentius, iustitia manente, seruetur, secundum Regentis synodi constituta, episcopo de corpore recedente, vicinior illi accedat episcopus, qui, ex more exequijs celebratis, statim ecclesiæ ipsius curam districtissimè gerat, ne quid ante ordinationem futuri pontificis remanentium clericorum necessitati in direptione iam liceat, ita vt directis hominibus inspectio certior, & descriptio fidelissima (si fieri potest) intra octauas defuncti, sub diligentia presentis episcopi peragatur, ac dehinc ad metropolitani notitiam habita ordinatè descriptio deferat, vt eius electione talis persona ordinanda domui ecclesiasticæ procuratur, quæ vel consueta clericis stipendia dispenset, & creditarum sibi rerum (si forsitan tarditas in episcopo ordinando successerit) metropolitano congruis temporibus reddere possit rationem, vt sub hac salubri constitutione clerici stipendijs suis omnino contenti, labores non diripiant episcopi decedentis, & in vacuam ecclesiæ domum futurus pontifex non sine dolore succedat: sed magis de prædecessoris sui dimisso, possit & ipse gaudere, & alij ministrare.

Ca. 5. Regl. en. synodi

*hiantium

3 Simili quoque modo parentibus & propinquis decedentis episcopi, si intestatus obierit,

rit,

*immemor definiti moris

rit, denuncietur, vt sine metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum conscientia, nihil de rebus defuncti occupare pertentet, ne forte cum hereditarijs rebus etiam aliqua ad ecclesiam pertinentia vel permixta usurpent, sed vsque ad ordinationem futuri expectent antistitis, aut certe (si longum fuerit) ad metropolitani (vt dictum est) ordinationem recurrant. si quis autem contempserit diuini timoris, contra hæc sancta synodica clericus quisque vel laicus venire improba mente tentauerit, & communionem & consortio priuetur Ecclesiæ: quia durum est, vt ad illam conueniat, quam exprobare non metuit: nisi forte, spiritu meliore correptus, dum à presumptione cessauerit, recuperet indulgentiam. Si autem rationabiliter modestus; vnusquisque repetit, quod sibi iure debetur, ei absque aliqua animaduersione à metropolitano, vel cui iniunxerit, aut res, aut ratio non negetur. Hoc etiam canonem omnes sunt constitrendi, qui tam in præteritum, quam in futurum, res ecclesiæ vel episcopi usurpantes diripuerint.

4 Illud etiam prouido consilio decretum est, vt, quia sæpe sanctorum antistitum per absentiam commendatorum episcopi exequiæ differuntur, ita vt veneranda pontificis membra, dum tardius funerantur, iniuriæ omnino subiaceant: episcopus, qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet inuitatus occurrere, infirmum magis, & adhuc in corpore positum, ad monitum visitare non differat, vt aut de releuatione consacerdotis amplius gaudeat, aut certe de ordinatione domus suæ fratrem admoneat, eiusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedente seculo, post oblatum in eius commendatione sacrificium Deo, mox sepultura tradat diligentissimè, & superius constituta canonice non differat adimplere. Si autem antistes repetito obitu decesserit, & collimitanei sacerdotes (vt fieri solet) de longinquo minimè adesse potuerint, vno die tantum cum sua nocte, exanimatum corpusculum sacerdotis maneat, nec sine fratrum ac religiosorum frequentia, vel psallentium excubatione seruatum, a presbyteris cum omni diligentia in loco conditum seorsum, non statim humetur: sed honorificè commendetur, donec sine mora inuitato vndeque pontifice, sacerdotis corpus ab ipso (vt cõdecet) solentiter tumulet, vt & iniuriæ tollat occasio, & mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus obseruetur.

5 Hoc etiam placuit, vt vagus atque instabilis clericus, siue etiam in diaconi ministerio vel presbyteri officio constitutus, si episcopi, à quo ordinatus est, præceptis non obediuerit, vt in delegata sibi ecclesia officium depedit assiduum, quousque in vitio permanerit, & communionem & honorem priuetur.

6 Vt nullus alienum clericum, secundum decreta canonum, sine consensu episcopi sui audeat ordinare: sed nec vllum sanctorum sacerdotum quispiam ordinet, qui locale se futurum primum non spoponderit, vt per hæc

TOM. 2.

nullus à regula vel disciplina ecclesiastica deuiare permittatur impune. Celsius in Christi nomine episcopus, subscripsi. Setabius episcopus subf. Benagius episcopus subf. Ampelius episcopus subf. Salustius archidiaconus, vicarius domini mei Marcelli episcopi, subf.

Hic desideratur vnus subscriptio, si modò titulus non fallit.

¶ Finit Concilium Valentinum.

HORMISDAE

SDAE PAPAE VITA,
 EX LIBRO PONTIFICALI



Ormisda natione Campanus, ex Anno Domini 514. patre Iusto, de ciuitate Frasinona, sedit annos 8. dies 17. Fuit autem temporibus Theodorici regis & Anastasij Augusti, à consulatu senatoris, vsque ad consulatum Symmachi & Boethij. Hic composuit clerum, & psalmis eruditus. Hic fecit basilicam in territorio Albanensi, in possessione Mesontis. Eodem tempore ex constituto synodi misit in Græciam, humanitatem ostendens sedis Apostolicæ, quia Græci obligati erant sub vinculo anathematis propter Petrum Alexandrinum, & Acacium Constantinopolitanum episcopum. Sub Ioanne episcopo Constantinopolitano, cum consilio Theodorici regis, direxit Ennodium episcopum Ticinensem, & Fortunatum episcopum Catanensem, & Venantium presbyterum vrbis Romæ, & Vitalem diaconum sedis Apostolicæ, & Hilariū notarium, ad Anastasium Augustum: sed nihil egerunt. Item secundò misit Ennodium episcopum, & Peregrinum Mefenatem episcopum, portantes epistolas confortatorias fidei, & contestationes secretas numero xix. & textum libelli. In quo libello noluit assentire Anastasius Augustus, quia & ipse in hæresi Eutychniana communicauerat. Voluit itaque eos legatos per remunerationem corrumpere. Legati verò sedis Apostolicæ, contempto Anastasio Augusto, nullatenus consenserunt accipere pecunias, nisi satisfactionem sedis Apostolicæ operaretur. Tunc Imperator repletus furore, eiecit eos per posterulam, & imposuit eos in nauis periculosa cum militibus, & magistris, & præfectis nomine Heliodoro & Demetrio. Quibus hoc dedit in mandatis Imperator Anastasius, vt nullam ciuitatem ingrederentur. Legati verò sedis Apostolicæ secretius superscriptas epistolas fidei 19. per manus monachorum & orthodoxorum exposuerunt per omnes ciuitates. Quas tamen episcopi ciuitatum, qui erant coplices Anastasij Augusti, omnes eas epistolas timore pro crimine, Constantinopolim direxerunt. Tunc furore repletus Anastasius Augustus contra papam Hormisdam, inter alia facra sua hoc scripsit, dicens: Nos iubere volumus, non nobis iuberi. Eodem tempore nutu diuinitatis, percussus est fulmine diuino Imperator Anastasius, & obiit. Sumpsit itaque imperator Iustinus orthodoxus, & direxit auctoritate

Digna tyranno sententia.

tem

tem suam ad papam Hormisdam sedis apostolicae per Gratum, illustrem nomine, petens a sede Apostolica, ut redintegraretur pax ecclesiarum. Tunc Hormisda episcopus cum consilio regis Theodorici, direxit a sede Apostolica Germanum Capuanum episcopum, & Ioannem & Blandum presbyteros, & Felicem & Dioscorum diaconos sedis Apostolicae, & Petrum notarium, munitos ex omni parte fide & textu libelli penitentiae. Qui venientes iuxta Constantinopolim, tanta gratia fidei illis refulsit, ut multitudo monachorum orthodoxorum, & illustrium virorum maxima multitudo, in quibus Iustinus Imperator & Vitalianus consul, simul occurrerunt ad castellum rotundum, quod dicitur vsq; in ciuitate Constantinopolim: qui cum gloria & laude ingressi vna cum Grato Illustri, suscepti sunt a Iustino orthodoxo Augusto cum gloria. Omnis itaq; clerus vna cum episcopo Ioanne Constantinopolitano, sensit quod gratater suscepti sunt. Sentientes quoque hoc, qui erant complices Acacii, incluserunt se in ecclesiam maiorem, quae vocatur sancta Sophia: & consilio facto, mandauerunt Imperatori, dicentes: Nisi nobis reddita fuerit ratio, quare damnatus est episcopus noster Acacius, nullatenus consentimus sedi Apostolicae. Hic papa Hormisda perrexit ad regem Theodoricum Rauennam, & cum eius consilio misit auctoritatem ad Iustinum, & cum vinculo chirographi, & textum libelli redintegrait ad vnitatem sedis Apostolicae, damnans Petrum & Acacium, vel omnes haereticos. Hic inuenit Manichaeos, quos etiam discipulos cum examinatione plagarum exilio deportauit. Quorum codices ante fores basilicae Constantinianae incendio concremauit. Huius temporibus episcopus in Africa post annos 74. reuocatus est, qui ab haereticis fuerat exterminatus. Eodem tempore venit regium donum cum gemmis preciosis a rege Francorum Clodouico Christiano, beato Petro apostolo. Sub huius episcopatu multa vasa aurea vel argentea venerunt de Graecia, & Euangelia cum tabulis aureis cum gemmis preciosis, pensantibus lib. xv. Patena aurea cum hyacinthis, quae pensat lib. xx. Patena argentea duae, pensantes singulae lib. xxv. Scyphus aureus cum gemmis, pensans lib. 8. Scyphus aureus circumdatus regno, pensans lib. viij. Scyphi argentei deaurati 2. pensantes singuli lib. 5. Gabata electrina, pensans lib. 2. Theca cereae aureae 2. pensantes lib. 6. Palliolium *Oloforum *blatecum cum tabulis auro textis de chlamyde vel de stola Imperiali, subcinctorium super confessionem beati Petri apostoli. Haec omnia a Iustino Augusto orthodoxo, votorum gratia oblata sunt. Eodem tempore Theodorice rex obtulit beato Petro apostolo cerostrata argentea 2. pensantia lib. lxx. Eodem tempore fecit papa Hormisda apud B. Petrum apostolum trabem, quam ex argento cooperuit.

*lxxix. *lxxxiiij.

*blatecum

TOM. 2.

pensantem lib. mille xl. Hic fecit in basilica Constantiana arcum argenteum ante altare, qui pensat lib. 20. Canthara argentea xvi. quae pensant singula lib. 12. Item ad beatum Paulum fecit arcus argenteos duos, pensantes singul. lib. 20. Canthara argentea 16. pensantia singula lib. 15. Amas argenteas 3. pensantes lib. 3. Scyphos argenteos stationales 6. cum ducibus, pensantes singul. lib. 6. Hic fecit ordinationes in vrbe Roma per mensem Decemb. presbyteros 21. episcopos p diuersa loca numero 55. Qui etiam sepultus est in basilica B. Petri apostoli, 8. Idus Augusti, consulatu Maximi. Et cessauit episcopatus dies 7.

¶ Primae epistolae decretalis Hormisdae papae, tituli.

Aduersus Nestorij & Eutychetis blasphemias.

De mysterio Trinitatis, quid personae, quid designent substantiae.

De diuinitate & humanitate Domini nostri Iesu Christi.

Gloriosissimo atq; clementissimo filio Iustino Augusto, Hormisda episcopus. Inter ea, quae ad vnitatem ecclesiae pertinent, propter quam Deus clementiae vestrae elegit Imperium, in literis contulisti, hoc quoq; venerabilis Imperator, cura fidei (cui multipliciter vos studere declarastis) adiecit, ut aliquorum preces, perferendae ad humilitatis meae notitiam, iugerentur: quibus vel quid questionis oriretur, agnoscerem, vel ad submouendum propositae consultationis ambiguum, responsum a me religiose sententiae conueniens adderetur. Legi omnia sollicitudine qua decebat, & licet ad responsi plenitudinem sufficere potuisset, si illa tantum quae ab autoribus sunt definita, rescriberem: tamen vt religiosi propositi vestri remunerarem affectum, non subtrahendum credidi mei quoque sermonis obsequium.

Capitulum primum.

¶ Quid enim est, quod emergentibus Nestorij & Eutychetis venenis, paterna omisit instructio? Pendet omnes impietates cum inuentoribus tam nefandorum dogmatum, conuenientia in vnum synodica decreta presserunt, nec ulterius remansit locus vllus tam diris perfidiae seminibus amputatis, aut Christum nomen nostrum credere sine carnis fuisse veritate, aut eundem non & Deum & hominem, de materni vteri intemerata fecunditate prodijisse, cum alter eorum dispensationem, qua saluati sumus, negando quantum in se est irritam faceret, alter opinione contraria, sed impietate consimili, in eodem Domino nostro Iesu Christo potestatem diuinam a vera humanitate secluderet: neq; ille recordatus, quia palpanda carne sua Christus ostenderit, neque ille Euangelij memor, verbum carnem factum esse dicentis, cui vox Domini indeficienter insonare debuerat, qua dixit

Luc. 24. f

Ioan. 1. b

xit

xit & docuit: Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit filius hominis, qui est in caelo. Saepe haec & multis praecedentium sunt comprehensa sententiae: sed nec clementia vestra (licet iam dicta sint) fastidiosè poterit repetita cognoscere, nec nobis pudor est, ea, quae sunt a praecessoribus nostris praedicata, reuoluere. Neq; enim possibile est, vt sit diuersitas praedicationis, vbi est vna forma veritatis. Nec ab re iudicabitur alienum, si cum his, cum quibus conuenimus fide, congruam & dogmate. Reuoluantur pijs mansuetudinis vestrae auribus decreta synodica, & beati papae Leonis conuenientia sacrae fidei constituta. Eadem inuenietis in illis, qui reuoluerunt in nostris. Quid ergo est? Post illum fontem fidelium statutorum, quid amplius (si tamen fidei terminos seruat) quam libet curiosus scrutator inquirat? Non opus est aut adiectione plenis, aut instructione perfectis, nisi forte mauult quae dubitare quam credere, certare quam nosse, sequi dubia quam seruare decreta.

*instituti-
one

Deut. 6. a

*non

2. Nam si Trinitas Deus, hoc est, pater, & filius, & spiritus sanctus, Deus autem vnus, specialiter legislatore dicente: Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus vnus est: qui aliter habet, necesse est aut diuinitate in multa diuidat, aut specialiter passionem ipsi essentiae Trinitatis impingat: & (quod absit a fidelium mentibus) hoc est aut plures deos more prophanae gentilitatis inducere, aut sensibilem poenam ad eam naturam, quae aliena est ab omni passione, transferre. Vnum est sancta Trinitas: non multiplicatur numero, nec crescit augmento: nec potest aut intelligetia comprehendere, aut hoc, quod Deus est, discretione seungi. Quis ergo illi secreto aeternae impenetrabilisq; substantiae, quod neq; vlla visibilium vel inuisibilium creaturarum potuit inuestigare natura, prophanam diuisionem tentet ingerere, & diuini arcani mysterium reuocare ad calculum moris humani? Adoremus patrem & filium & spiritum sanctum, indistinctam distincte, incomprehensibilem & inenarrabilem substantiam Trinitatis: vbi & si admittit numerum ratio personarum, vnitas tamen non admittit essentiae separationem: ita tamen, vt seruemus diuinae propriae naturae, seruemus propriae vnicuique personae, vt nec personis diuinitatis singularitas denegetur, nec ad essentiam hoc, quod est proprium nominum, transferatur. Magnum est sanctae & incomprehensibile mysterium Trinitatis. Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus, Trinitas indiuisa. Et tamen notum est, quia proprium est patris, vt generet filium: proprium filij Dei, vt ex patre patri nasceretur aequalis: proprium spiritus sancti, vt de patre & filio procederet sub vna substantia deitatis.

1. Pet. 1. a

Ioan. 1. b

TOM. 2.

3. Proprium quoque filij dei, vt iuxta id quod scriptum est, in nouissimis temporibus verbum caro fieret, & habitaret in nobis: ita in

tra viscera sanctae Mariae virginis genitricis Dei, vnitis vtriusq; sine aliqua confusione naturis, vt qui ante tempora erat filius Dei, fieret filius hominis, & nasceretur in tempore, hominis more, matris vuluam natus non aperiens, & virginitate matris, deitatis virtute non soluens. Dignum plane Deo nascente mysterium, vt seruaret partum sine corruptione, qui conceptum fecit esse sine semine, seruans quod ex patre erat, & representans quod ex matre suscepit. Nam iacens in praesepio, videbatur in caelo: inuolutus pannis, adorabatur a Magis: inter animalia editus, ab angelis nunciatur: vix egressus infantiam, annuncians mysticam sine instituentem doctrinam: inter rudimenta annorum puerilium, edens caelestium signa virtutum. Idem enim Deus & homo, non (vt ab infidelibus dicitur) sub quartae introductione personae, sed ipse Dei filius Deus & homo, idem virtus & infirmitas, humilitas & maiestas, redimens & venditus, in cruce positus, & caeli regna largitus: ita nostrae infirmitatis particeps, vt possit interim: ita ingenita potentia Dominus, ne possit morte consumi. Sepultus est, iuxta id quod homo voluit nasci: & iuxta id quod patri erat similis, resurrexit: patiens vulnere, & saluator agrorum, vnus defunctorum, & viuificator obeantium: ad inferna descendens, & a patris gremio non recedens. Vnde & anima, quam pro communi conditione posuit, pro singulari virtute & admirabili potentia mox resumpsit. Haec ita esse, nec vllam dubitationem oportere recipere, id est, ne Dominus noster Iesus Christus aut inter corporis passiones Deus non esse crederetur, aut ne Deus tantum, non etiam homo, inter opera mirabilium stupida virtutum, proposito nos duorum Apostolorum informauit exemplo, Deum esse se Christum Dominum nostrum, Petri fide: hominem, Thomae dubitatione declarans. Quid enim intererat, vt quem se homines dicebant, discipulos suos vellent inquirere, nisi, vt respondente Petro, Tu es Christus filius Dei viui, & faterer, no hoc de carne & sanguine proditum, sed, patre Deo inspirante, reuelatum, vt per testimonium laudatae responsionis, fides pateficeret veritatis? Quid etiam intererat, vt apparere post resurrectionem Domino, Thomas tantum aut abesset ceteris, aut solus ambigeret, nisi vt mundus crederet, quod ambigens discipulus explorasset, vt dum vnus manibus se pateretur tangi, ab vniuersitate fidelium, quis esset, possit agnosci? Non ergo ad explorandum discipulum interposita est dubitatio, sed quae sita posteritatis instructio. An ne aliud expectat, quam se idem Dominus Cleophae cum alio discipulo, cum ad Emmaum tendentes, de se loquerentur, inseruit? Et quamquam de resurrectione Domini mulieres, qui primae ad monumentum conuenerant, agnouissent, tamen vt per eorum dubitationem daret

Luc. 1. a
Matt. 2. a
Luc. 2. g

*idem tantae
Matt. 17. g
Matth. 28. b

*informa-
mur

*informa-
mur

Matt. 16. c
*notum factum
ceret,

Ioan. 20. f

*quid

Luc. 24. c

Matt. 28. a

H H futu-

futuris seculis credendi firmitatem, incipiens à Mose & omnibus Prophetis, oportuisse Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, interpretatus, ostendit & per passionem humanam naturam, & diuinam in eo esse per gloriam, multiplicibus hæc sanctorum scripturarum insinuantur exemplis. Nec apud reiligiosam conscientiam tuam, venerabilis Impator, tanquam ignota dicunt: fides enim ipsa, quæ te constanter asseritur, tibi hoc reddit muneris, ut sensibus tuis & affectu sui in seruat, & scientiam, per quam diligentius asserat, infundat. Et tamen interest dispensationis mihi creditæ, ut ego quoque, vel apud scientes nota non taceam, ut succedente sibi per vices temporum catholicorum prædicatione sensum, quod indeficienter asserit, sine fine credat. Latius hæc, quæ ad deitatem humanitatemque, Domini nostri Iesu Christi pertinent, & in eo unitas duas sine confusione naturas, potui secundum veterum definita differere, si esset aduersus eos, quibus diffidentur, disputandum. Sed cum in manibus omnium sint & synodica constituta, & beati papæ Leonis dogmata, perstrinxisse potius pauca, quam euoluere, credidi convenientius, vniuersa. Nunc verò agnoscere satis est, & cauere, ita proprietate & essentia cogitandam, ut sciatur, quid personæ, quid nos oporteat deferre substantiæ. Quæ qui indecenter ignorant, aut callida impietate dissimulant, dum omitunt, quod sit proprium filij in Trinitate, redunt in insidias unitati. Sed si, quæ prædicata sunt, validis teneantur fixa radicibus, nec à paterna traditione recedunt, & constanter questionibus obuiatur. Datum ix. Kalen. Aprilis, Valerio viro clarissimo.

SACRA IVSTINI IMPERATORIS ad Hormisdam papam.

Sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo alimæ vrbis Romæ, & patriarchæ Hormisdæ, Iustinus Imperator. Scias nobis patet religiosissime, quod diu summis studiis quærebatur, patefactum, & antequam aduenerint, quæ à nobis destinati sunt, quod Ioannes vir beatissimus, antistes nouæ Romæ noster, vna cum clero vobis consentiunt, nullis variantes ambiguitatibus, nullis diuisi discordijs. Scias, libellum ab eo subscriptum, quæ offerendum indicaueras, sanctissimorum patrum concilio congruentem, quod omnes concurrunt alacri opere ad suscipienda vota tam nostræ quam Constantinopolitanæ sedis, quos veritatis coruscus fulgor illuminat. Omnes accelerant libentissimè, quos oblectat via dilucida, ut sequantur scita patrum sanctissima, leges probatissimas, & consilijs quorundam firmatis, qui rectum tenebant tramitem, aliorum correctis, qui vagabantur incerti. In cores colligitur, ut unitatem indiuiduæ Trinitatis, ipsi quoque, in unitate colant mentium. Negatum est, inter diuina mysteria memoria in posterum fieri libelli (quem diximus) Acacij prædicatoris, quondam regis huius vrbis episcopi, necnon & aliorum sacer-

dotum, qui vel primi contra constituta venerunt apostolica, vel successores erroris facti sunt, & nulla usque ad vltimum diem, sunt penitentia & correcti. Et quoniam omnes nostræ religionis admonendi sunt, ut exemplum imitentur ciuitatis regis, destinanda vbique principalia præcepta ediximus. Tanto flagramus religiois officio, tanto affectamus studio pacem catholicæ fidei, per remuneranda celeriter pace nostræ reipublice, per conciliando subiectis meis superno præsidio. Quid enim gratius repiri potest, quid iustius, quid illustrius, quam quos idem regnum continet, idemque fidei cultus irradiat, eos non diuersa contedere, sed & collectis in eisdem sensibus instituta venerari, non humana mente illata, sed in diuine prouidentie spiritu? Oret igitur vestræ religionis sanctitas, ut quod per uigili studio pro concordia ecclesiarum catholice fidei procuratur, diuini muneris opitulatio iugi perpetuitate seruari annuat. Data x. Kalen. Maij, Constantinopoli.

LIBELLVS FIDEI IOANNIS Constantinopolitani episcopi, directus ad sanctum Hormisdam papam, in quo anathematizat Nestorij & Eutychetis, & reliquorum hæreticorum blasphemias.

Redditis mihi literis vestræ sanctitatis, in Christo frater charissime, per Gratum charissimum comitem, & nunc per Germanum & Ioannem reuerendissimos episcopos, & Felicem & Dioscorum sanctissimos diaconos, & Blandum presbyterum, lætatus sum de speciali charitatis vestræ sanctitate, quæ unitatem sanctissimarum Dei ecclesiarum secundum veterum patrum requiris traditionem, & dilaceratores rationabilis regis Christi amore, propulsa festinans. Certus igitur scito, per omnia sanctissime, quia secundum quod vobis scripsi, tecum cum veritate senties, omnes à te repudiatos hæreticos renouo: & ego pacem diligens, sanctissimas Dei ecclesias, id est, superioris vestræ & nouellæ istius Romæ vnam esse accipio, illam sedem apostoli Petri, & istius auguste ciuitatis, vnam esse destino. Omnibus actis à sanctissimis quatuor synodis, id est, Nicenæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ & Chalcedonenis, de confirmatione fidei institutis ecclesie assentio, & nihil titubare de benè iudicatis patior. Sed & conantes, aut nisos, usque ad vnum apicem placitorum perturbare, lapsos esse à sancta Dei generali & Apostolica Ecclesia scio: & tuis verbis rectè dictis euidenter utens, presentia scripta hæc dico: quia prima salus est, rectæ fidei regulam custodire, & à patrum traditione nullatenus deuiare; quia non potest vni nostri prætermitti sententia, dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede

*collectos

*spirituali

*amabilis

25. q. 1. Pri. ma. salus est.

Matth. 16. 4

Apo.

Apostolica inuiolabilis semper catholica custoditur religio. Hanc igitur fidem nequaquam cadere cupientes, sed patrum sequentes in omnibus constituta, anathematizamus omnes hæreses, & præcipuè Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ vrbis fuit episcopus, damnatum in concilio Ephesino à beato Cælestino papa vrbis Romæ, & à venerabili viro Cyrillo episcopo Alexandrinæ ciuitatis, & vna cum illo anathematizamus Eutychem & Dioscorum Alexandrinæ ciuitatis episcopum, damnatum in sancta synodo Chalcedonenis, quam venerantes sequimur & amplectimur, quæ sequens sanctam synodum Nicenam, Apostolicam fidem prædicauit. Ijs coniungentes Timotheum parricidam, Aelurum cognominatum, anathematizamus, & huius discipulum & sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condemnantes. Anathematizamus similiter Acacium quondam Constantinopolitanæ vrbis Episcopum, complice eorum & sequacem factum, necnon & persecuerantem in eorum communione, & participatione. Quorum enim quis communionem amplectitur, eorum similem adiudicationem in condemnatione consequitur. Simili modo & Petrum Antiochenum condemnantes, anathematizamus cum sequacibus suis, & omnibus superscriptis. Vnde præbamus & amplectimur epistolam omnes beati Leonis Papæ vrbis Romæ, quas conscripsit de recta fide. Quapropter (sicut prædicimus) sequentes in omnibus sedem Apostolicam, & prædicamus omnia, quæ ab ipsa decreta sunt, & propterea spero in vna communicatione vobiscum, quam Apostolica sedes prædicat, me futurum, in qua est integra deuotio Christianæ religionis & perfecta soliditas: promittens in sequenti tempore, sequestratos à communione Ecclesie catholice, id est, in omnibus non consentientes sedi Apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo à professione mea deuiare tetauero, his, quos condemnaui, per condemnationem propriam consortem me esse profiteor. Huic verò professioni subscripsi manu mea, & direxi per scriptam tibi Hormisdæ, sancto & beatissimo fratri & papæ magnæ Romæ, per superscriptos Germanum & Ioannem venerabiles episcopos, Felicem & Dioscorum diaconos, & Blandum presbyterum. Et alia manu: Ioannes misericordia Dei episcopus Constantinopolitanæ nouellæ Romæ, huic meæ professioni consentiens, omnibus superscriptis subscripsi, sanus in Domino. Ora pro nobis, sanctissime & beatissime frater.

*per scripta

*xij.

Data mense Martio, die vigesimo octauo, indictione vndecima, Consulibus domino Iustino Imperatore Augusto & Heradio viris clarissimis.

TOM. 2.

EPISTOLA HORMISDAE PAPAE secunda, ad Ioannem episcopum & Melicitanæ ecclesie, vbi de communionem Constantinopolitanæ Ecclesie scribens gratulatur.

*Miletopolitana

Vota nostra charitatem tuam latere nonolumus, ne qui particeps fuit sollicitudinibus, gaudiorum fructu reddatur extorris. Et ideo Constantinopolitanam ecclesiam ad communionem nostram rediisse, Domino propiciante, tradentibus significamus alloquijs, & mandatorum, quæ legatis nostris dedimus, in omnibus feriem fuisse completam. De qua parte ut ad dilectionem tuam plenius perfectum gaudium perueniret, libelli Ioannis fratris & cōsacerdotis nostri episcopi Constantinopolitani, & Iustini clementissimi principis Orientis sacrarum literarum exemplaria pariter credidimus destinanda, indicantes nihilominus per Orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Superest, ut à nobis competentibus precibus Diuinitas exorata cōcedat, quatenus de aliarum quoque ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea verò quæ significare curauimus, in eorum sacerdotum, qui fraternitati tuæ vicini sunt, curabis perferre notitiam, ut & ipsi de effectu tantæ rei, gratias nobiscum cælestis misericordie beneficijs referre non cessent. Deus te in columen curadiat frater charissime.

Epistolam ad Ioannem episcopum, de directis institutis & vice commissa.

Dilectissimo fratri Ioanni, Hormisdæ. Fecit dilectio tua re charitati & fidei congruenter, ut aduentum suum ad Italiam nobis directis literis indicaret, & quæ in te sit summa religiose voluntatis, ostenderet. Atque vnam ad plenioris affectus satisfactionem, presentie tuæ nobis gaudia contigissent, ut gratulemur nos & colloquio & presentia frui, quam sumus antè per scripta complexi. Veruntamen probasti, dilectissime frater, quo Christianam fidem veneraris affectu, dum ea quæ ad regulas patrum pertinent, & ad mandata catholica, sine aliqua cupis transgressionem seruare, sperans, ut prorogatis generalibus ad Hispanienses ecclesias constitutis, quæ aut negligentius aut irreligiosius fiunt, Ecclesiasticis disciplinis congruentia fanciamus: quod amplexi sumus, captata istius desiderij facultate. Quid enim aut nobis dulcius, quam cum fidelibus loqui? aut deo acceptius, quam deuiantes ab errore reuocare? Salutantes igitur charitatem qua iungimur, per Casianum diaconum tuum significamus, nos direxisse generalia constituta, quibus vel ea, quæ iuxta canones seruari debeant, competenter ediximus, vel circa eos, qui ex clero Græcorum veniunt, quam habere oporteat cautionem, sufficienter instruximus. Sed &

HH 2 causæ

causa ipsius ordinem in stru & ionemq; ab u-
 de decretis Ecclesiasticis vos docebunt, vt
 agnoscentes & impiorum transgressionem,
 & Apostolica sedis curam pro patrum re-
 gulis excubantem, ostendatis vos perosos
 damnatorum consortia, & amare fidelium.
 Et quia per insinuationem dilectionis tuae
 huius nobis est via patefacta prouidentia,
 remuneramus sollicitudinem tuam, & ser-
 uatis priuilegijs metropolitanoru, vices vo-
 bis Apostolica sedis eatenus delegamus, vt
 inspectis istis, siue ea quae ad canones perti-
 nent, siue ea, quae a nobis sunt nuper man-
 data, seruentur, siue ea, quae de Ecclesiasticis
 causis tuae reuelationi contigerint, sub tua
 nobis insinuatione pandantur. Erit hoc stu-
 dij ac sollicitudinis tuae, vt talem te in his, q
 iniunguntur, exhibeas, vt fide integritatemq;
 eius, cuius cura suscipis, imiteris. Data quar-
 to nonas Aprilis. Agapeto viro clariss. coll.
 ¶ Epistola Hormisdæ ad episcopos per
 Hispaniam constitutos.
 De sacerdotibus, iuxta instituta canonum,
 ordinandis. **1**
 Vt, p episcopatu præmiu non accipiatur. **2**
 De concilio, p annos singulos celebrando. **3**
Dilectissimis fratribus vniuersis episco-
 pis per Hispaniam constitutis, Hormis-
 da. Benedicta Trinitas Deus noster, q
 per misericordiam suam Romanæ reipubli-
 cæ p vniuersas partes, suæ pacis tranquillita-
 te diffusa, nobis quoq; viam demonstrandę
 circa nos inuicem charitatis indulsit, vt qui
 cohæremus firmitate fidei, iugamur quoq;
 votiua iucunditate colloquij, quod facilius,
 dum per literarum ministeria ad vos vsque
 pertendimus, etiam corda vestra ad religio-
 sum cultum Apostolicis. admonitionibus
 incitemus: & dum dilectionis nostrę pi-
 gnus reddimus velut quoddam debitum,
 plenum circa Deum monstremus affectum.
 Iugamur igitur, dilectissimi fratres, conti-
 nuas & humiles preces, & Dominu nostru
 oris & cordis lachrymis supplicantes, iugi
 deprecatione poscimus, vt & institutione
 & opere illi, cuius esse membra cupimus, hæ-
 reamus: nec vnquam ab illa via, quæ Chris-
 tus est, deuio tramite declinemus, ne ab eo
 iustę, quem nos impie relinquimus, deseramur.
 Quod, cum superni fauoris auxilio, ea
 nobis potest ratione contingere, si Aposto-
 lica dogmata, si patrum mandata seruemus.
 Dicit em Dominus noster: Qui diligit me,
 sermonem meum seruabit: & pater meus di-
 liget eum, & ad eum veniemus, & mansione
 apud eum faciemus. Et licet hæc possint ge-
 neraliter dicta sufficere, vt vel declinemus
 errata, vel custodiamus catholica constitu-
 ta, tamen quia Ioannis fratris & coepiscopi
 nostri nobis insinuatione vulgatum est, cõ-
 tra canonu reuerentiã nonnulla psumi, pi-
 culum, quod doctoribus imminet de taci-
 turnitate, declinans, & prophetica voce cõ-

dilectioni
spei

Ioann. 14.

TOM. 2.

punctus, qua dicitur, Loquere, ne taceas, ge-
 neralibus edicendum credidi constitutis.
 Capitulum primum.
 ¶ Vt in sacerdotibus ordinandis, q sunt a
 patribus præscripta & definita, cogitatis: qa
 sicut est caput ecclesiæ Christus, Christi aut
 vicarij sacerdotes, sic & in eligendis his cura
 oportet esse perspicuam. Irrepræhensibiles
 enim esse conuenit, quos præesse necessẽ est
 corrigendis: nec quicquã illi deesse psonæ,
 penes quam est religiõis summa & substan-
 tia disciplinę. Aestimetur quis precium dñici
 gregis, vt sciat, quod meritum constituendi
 deceat esse pastoris. Hoc ita fiet, si non sa-
 cerdotij gradus, saltu quodam passim laicis
 transferantur. Longa debet vitam suam p-
 batione monstrare, cui gubernacula cõmit-
 tuntur ecclesiæ. Non negamus esse in laicis
 Deo placitos mores, sed milites suos proba-
 tos sibi quærunt instituta fidelia. Discere
 prius quisq; debet, anteq doceat: & exem-
 plum religiosæ conuersationis de se potius
 alijs præstare, q sumere. Emendatiorem esse
 conuenit populo, quem necessẽ est orare p
 populo. Longa obseruatione religiosus cul-
 tus tradatur, vt luceat, & clericalibus obse-
 quijs erudiendus inseruiat, vt ad venerandi
 gradus summa perductus, qui sit fructus hu-
 militatis, ostendat. Nec leue nec vacuum
 fuit, q nec apud veteres quidem, nisi Leu-
 itici generis viri, ad sancta admittebantur al-
 taria, ne pessime, meritis contẽptis, aut pre-
 cio, aut presumptione ad sacros cultus im-
 par accederet. Tunc migrabant, per illam
 progatiuam familiarum, ad instituta cultor-
 um: nunc est doctrina pro genere. Quod il-
 lis fuit nasci, hoc nobis imbui. Illos taber-
 naculo dabat natura, nos altaribus parturit
 disciplina. Nec tantum de laicis consecrari
 inhibem, sed nec de penitentibus quisquã
 quidem ad huiusmodi gradum prophanus
 temeror adspiret. Satis illi postulati sit ve-
 nia, Qua conscientia absoluat reum, qui se
 peccata sua, populo scit teste confessum?
 Quis enim, quem paulõ antè vidit iacentę,
 veneretur antistitem? Preferens miserandi
 criminis labem, nõ habet lucidam sacerdo-
 tij dignitatem.
 2. Hoc quoq; ad pmissa adiungimus, ne
 bñdictionem, q diuina esse creditur per im-
 positionẽ manũ, qd precio cõparet: qm an-
 te oculos esse cõuenit, q Simon spiritũsan-
 ctum volẽs redemptiõẽ mercari, apostoli su-
 erit detestatiõẽ percussus. Tunc deindẽ quis
 non vile putat esse quod venditur? Istam sa-
 cerdotibus ordinandis reuerentiam seruet
 electio, vt in graui murmure populorum,
 diuinum credatur esse iudicium. Ibi enim
 Deus, vbi simplex sine prauitate consensus.
 Veru nec hanc quidẽ partẽ sollicitudinis &
 admonitionis omittimus, ne vel ille se a cul-
 pa estimet alienum, q, & si ipse quidẽ a redẽ-
 ptione liber, initiauerit bñdictione mystica
 sacer-

Dist. 61. In
sacerdotib
Eph. 5. c

1. Tim. 3. a

Dist. Ibid.

Di. 61. Non
negamus.

*Non

Ibid.

Act. 8. d

*esse implo-
radum iud.

sacerdotẽ, & tñ ad alterius redempti volun-
 tatem, vel spõte in hoc vel necessitate cõsen-
 serit. Quid prodest illi suo errore non pol-
 lui, qui consensum pstat erranti? Procul du-
 bio contra mandata cõmittit, & qui habet
 peccatum proprium, & qui peccatum sequit
 alienu. Incassum animus resistit cupiditati,
 si non resistit & timori. Aduersus hæc facili-
 us, Deo adiuuante, pvidebitur, si circa me-
 tropolitanos priuilegia a sanctis patribus cõ-
 stituta, permaneant: si metropolitani circa
 parochias suas ordinẽ suũ ea, qua decet, ve-
 neratione custodiant, vt nec electio presulis
 empta detur precijs, & nec obsequentis sit
 q̄sita operibus: sed ita fixa habeatur in cor-
 dibus, quẽ admodum relegunt in scripturis.
 Si nulla sint in tẽplis emptionũ semina, nul-
 la erunt fometa discordiæ: sed regnante cha-
 ritate, sub illa, quam nobis promisit Deus &
 retribuit, pace viuatur.
 3. Ob hoc patres, prouidentia, qua spiri-
 tus sanctus cultores suos cõpungere digna-
 tus est, in citati, bis in anno p parochias sin-
 gulas concilia haberi debere docuerunt, vt
 in vnum iuxta salubris institutionis dogma-
 ta congregati, p ecclesiasticis causis tractan-
 dis liberẽ conuenirent: vt si iuxta votũ vni-
 uersa cõsistunt, Deum iunctis vocibus, qui
 pstat desiderata, collaudet. Difficile est em,
 vt cuiusquã cor prauis sic cogitatioibus in-
 daretur, vt a se patiatur culpanda fieri, cum
 nouerit se iudicium subiturum esse Concilij.
 Præcinctos ad hanc viã semper lumbos ha-
 beant, scientes rationẽ actũ suorũ esse red-
 dendam. Suspendantur ab illicitis per for-
 midinem, & qui nequiuerint per pudorem.
 De conueniendo bis in anno, notum est, ca-
 nones sanctos constituisse: & p̄fixitum q-
 dem, si possibile est, inuolabiliter conuenit
 custodiri. Sed si aut temporum necessitates,
 aut emergentes causa hoc nõ patiuntur im-
 pleri, semel saltem (quanuis non licuerit) si-
 ne vlla excusatiõẽ p̄cipimus cõuenire. Hæc,
 fratres charissimi, & alia, q patrũ regulis cõ-
 tinentur, in labijs & in cordibus nostris in-
 diuina retractione meditemur: & sicut scri-
 ptum est, narremus ea filijs nostris, vt ea me-
 ditentur in cordibus suis sedentes in domo,
 ambulantes in itinere, dormientes atq; sur-
 gentes: quia beatus in Dño, qui in lege eius
 meditabitur die ac nocte. Hoc & magister gẽ-
 tium, discipulũ suũ secutus instituit, admo-
 nens: Hæc meditare, in his esto. & subijciens
 plenitudinem, Attende tibi & doctrinã, in-
 quit: quia si fidelibus sine intermissione in-
 cumbim⁹ institutis, separamur a vitijs, dum
 impensa cura diuino operi, humano locum
 non relinquit errori. Data 4. nonas Aprilis,
 Agapeto viro clarissimo coll.
 ¶ Epistola Hormisdæ Papæ ad episcopos Hispania,
 in qua eis Ioannis Constantinopolitani episcopi pro-
 fessionem dirigit, propter Orientalis clericos,
 qui eorum cõmunionem poposcerant.
 TOM. 2.

Psal. 77.

Deut. 6. b

Psal. 1.

1. Tim. 4. d

Dilectissimis fratribus vniuersis episco-
 pis p Hispania constitutis, Hormisda.
 Inter ea, quæ notitię nostræ Ioannes frater
 & coepiscopus noster, studio ecclesiasticæ
 vtilitatis ingessit, hoc quoq; pro affectu ca-
 tholicæ fidei & Apostolicæ sedis veneratiõẽ
 consuluit, quo ordine ex clero Græcorũ ve-
 niẽtib⁹ tribui deberet sancta cõmunio, p-
 pter causam scilicet Acacij, à prædecessori-
 bus nostris pro hæreticorum cõmuniõẽ da-
 mnati, in qua, qui se ab eius cõtatione non
 diuidunt, à nostra cõmuniõẽ habeatur ex-
 cepti. Laudõ ppositum viri hoc zelo circa
 fidem & Apostolica instituta feruentis, vt
 nec p ignorantiam quidem quenquam cõ-
 no erroris alieni pateretur immergi. Digna
 hæc cura fidelibus, vt sollicito studio semp
 inuigilent, & inculpatos se ab omni puer-
 tate conseruent. Ipsa est enim fidei innocẽ-
 tia, vt pvideat, ne vel casu possit errare. Satis
 facientes igitur & laudabilibus desiderijs
 memorati viri, & memores nri (sicut oportet)
 officij, documẽta queq; de ecclesię scri-
 nijs assumentes, ad Conciliũ vestrum p ge-
 neralitatis instructione direximus, vt ex il-
 lis plenius, q sunt acta discentes, ab omi vos
 errantium cõmuniõẽ separatis. Neque
 enim est psonalis odij causa, in impios trã-
 gressores dicta (deo inspirante) sententia, in
 qua quidem causa nequaquã a p̄dicatiõẽ cof-
 fauimus, & principi supplicãdo, & sacerdo-
 tes & populos admonendo, vt trãgressores
 absolui, ad rectã se fidem & affectu Dei &
 iudicij timore cõuerterent. Sed obstinatio
 miserãda cõ pduxerat illos, vt nullis modis
 mortifera venena vincatur, sed mala semina
 fixis in deterius pullulent radicibus. Ergõ
 dilectissimi fratres, ad omnia competenter
 instructi, seruate vos & Ecclesiã dei, aposto-
 li exhortatiõẽ cõpuncti. Nos autẽ libellum
 misimus, sub quo, si quis cõmunionẽ vestrã
 de Orientalibus clericis poposcerit, ad eam
 possit admitti, secundum quam & de Thra-
 cię & Scythię, Illyrici; partib⁹, vel Epiri ve-
 teris, sed & secundum quod de Syria multos
 iam constat esse susceptos, gaudetes ad re-
 cta conflucere, & deuia declinãsse. Vndẽ pro
 subreptione mandamus, vt omnis cura & so-
 licitudo omnis inuigilet, & vt iam nullus sit
 ignorantię locus, nullus vtatur simplicita-
 tis excusatione præterita. Scienti peccare,
 necessaria cõfessio est. *Necessẽ est, vt erro-
 rem sibi scribat, qui mōstratur instituisse pra-
 uo itineri. Bonifacius notarius S. Ecclesiæ
 Romanæ, ex scrinio edicti exemplaria libelli
 exequitur.
 Prima salus est, rectę fidei regulam custo-
 dire, & a constitutis patrum nullatenus de-
 uiare, & quia nõ potest nri nostri Iesu Chri-
 p̄mitti sententia, dicẽtis: Tu es Petrus, &
 super hæc petram edificabo Ecclesiam meã.
 Et hæc, q dicta sunt, rerum pbantur effecti-
 bus, quia in sede Apostolica extra maculam
 25. q. 1. Pri-
 ma sal⁹ est.
 Matt. 16. c

contagiõ

*neg

Act. 20. f

*præteritis,
* & necessẽ

HH 3 sem.

semper est catholica seruata religio. De qua spe & fide minimè separari cupientes, & patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes hæreses, & præcipuè Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ fuit vrbs episcopus, damnatū in Concilio Ephesino à beato Cælestino papa vrbs Romæ, & à venerabili viro Cyrillo Alexandrinæ ciuitatis antistite. Similiter & anathematizamus Eutychem, & Dioscorum Alexandrinum in sancta synodo, quam sequimur & amplectimur, Chalcedonensium damnatum, quæ secuta sanctum Concilium Nicenum, fidem Apostolicam prædicauit. Detestamur & Timotheum parricidam, Aelurum cognomento, discipulum quoque ipsius, & sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum condemnamus. Etiam anathematizamus Acacium Constantinopolitanum quondam episcopum ab Apostolica sede damnatum, eorum complicem & sequacem, vel qui in eorum cõmuniõne aut societate permanserint. Qui Acacius quorum se cõmuniõni miscuit, ipsorum similitè habere meruit in dånatione sententiam. Petrum nihilominus Antiochenum dånamus cū sequacibus suis & omnibus superscriptis. Suscipimus autem & probamus epistolam B. Leonis papæ vniuersas, quas de religione Christiana cõscripsit, sicut prædiximus, sequentes in omnibus Apostolicam sedem, & prædicantes eius omnia cõstituta. Et pro omnia spero, vt in vna cõmuniõne vobiscum, quæ sedes apostolica prædicat, esse merear, in qua est integra & vera Christianæ religionis & perfecta soliditas, promittens in sequenti tempore sequestratos à cõmuniõne Ecclesiæ catholicæ, id est, non consentientes sedi Apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo à mea professione deuiare tentauero, his, quos damnaui, cõplicem me mea sententia esse profiteor. Hanc autem professionem meam ego manu mea subscripsi, & Hormisdæ sancto ac venerabili papæ vrbs Romæ dixi.

Epistola Hormisdæ Papæ ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum, de reconciliatione Romanæ & Constantinopolitanæ Ecclesiæ.

Præfens Hormisdæ epistola, sub alia interpretatione inferius ponitur in Actiõne 1. cõc. Constantinop. 5. circa tempora Agapeti, Syluerij & Vigiliij Pap.

Dilectissimo fratri Epiphanio Episcopo, Hormisdæ. Multo gaudio sum repletus, quod circa Ecclesiæ pacem, & sanctissimi Imperatoris & dilectiõis tuæ tale studium literis indicasti, quod legatorum quoque meorum assertione cognoui manifestum. Hinc enim supernæ misericordiæ documentum perdocetur, quod & mūdani principes causas fidei cum Reipublicæ ordinatione coniungunt, & ecclesiarum principes, quod ad dispensationem sui pertinet officij, memores exequuntur. Talibus enim indigebat post diffi-

cordiæ procellas religio Christiana rectoribus, qui compressis prouida dispensatione turbantibus, diu peregrinatam pacem depulsa tempestate reducerent, vt in futura potest secula ad propositi sui exempla tendentes, sibi ad scribendum indubitanter ostenderent, quicquid Deo placitum posteris pro sua imitatioe fecissent. Benedicamus enim, fratres charissimi, hoc diebus nostris fuisse concessum, & totis orationum & curarum viribus adnitamur, vt quæ dei opere bene cepta sunt, ipso adiuuante per omnia cõpleantur. Sperandum enim est, vt ad compagem corporis sui reliqua, quæ adhuc defunt, membra festinent, & à potioribus minora non discrepent. Ad quod me, cum dilectio tua Christianæ studio charitatis hortat, debet, quod inuitat, sequi: & quod amandum suadet, amplecti. Similem enim iam fidei curam gerentes, per religionem patientiam pariter de boni operis speramus affectu. Neque enim difficultatibus est cedendum. Non enim fatigatur asperis fides, nec ad calorum ardua per procliuem contenditur, nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur.

Galat. 6.b

Vnde, ne facientes bona deficiamus, specialiter admonemur, etiam teste Psalmista: Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore: quia non initium laboris, remunerationem præmij cõfuevit inuenire, sed terminus. Ergo studium sollicitudinis assumentes, quibus est vna in cõmuniõne societas & credulitas, quæ admodum de vnitatem sedis Apostolicæ & Constantinopolitanæ ecclesiæ pariter exultamus in domino, ita de reliquorum quoque, (sicut affectioe admones) redintegratione lætemur, & curemus primum, vt fidem integritatemque nostram immaculatam ab omni contagione seruemus. Nostri enim, fratres charissimi ac sanctissimi, quia ecclesiastica seruant vincula concordiam, quæ nos ab hæreticorum tuentur insidijs, per quæ etiam canonum custoditur integritas. His in robore suo omni circumspectione seruatis, remedia sperantibus conferuntur. Habet enim ecclesiasticarum ordo regularum, & ipsius forma iustitiae, vt medicina rationalis benignè & fideliter sperantibus non negetur: nec quicquam ita est ab humanitate discretus, quem non à rigore districtiõis inclinet cauta simplicitas. Sed vt cautè hoc, cæterasque querelas aut errores alicuius meo valeas expedire, dilectissime frater, personam meam te in hoc oportet inducere, scientem in huiusmodi causis (sicut prædictum est) quid cauendum sit, & ita omnia præuidendum, vt non ambigas, à te rationem dispensatiõis huius deo esse reddendam, ita tamen, vt eos, qui vobis fuerint cõmuniõne sociati, vel pro vos sedi Apostolicæ, vel vestra nobis scripta declarent, quibus etiam & qui continetiam libellorum obtulerint, inserant. Sic enim & Seueri vel Sulpitij,

Psal. 109.

*excitare
*separatim

Philip. 2.b

*nō diuisam post vniõnem naturam ab ipso factam in vniua.

tij, vel cõplicum aut similitum absoluemus errores. Nec eorum qui sanari poterunt, dispedia partemur. Quod ideo vobis specialiter credidimus imponendum, ad diligentiam vestram à nostro onere transferentes, quia non parua iam documenta resistentes hæreticis reddidistis: nec debet de eo ambigi, quem bene cõtingit explorari. Simul assumam medelam medicinam, simul accingere auctoritate iustitiae. Et sic circa simplices humanitate mollire, vt in hæreticorum contagione perdurantes, aut eos, qui innocentiam simulat, & cum nostris sola voce consentiunt, ab his, quibus pro Ecclesiæ redintegratione confulit & prouidetur, excludatur. Nec enim expedit circa eos ecclesiasticam temperare censuram. Non enim erunt iam miserationes bonæ, pro eorum, quibus consuli oportet, necessitate collatae, si indiscretè fuerint bonis malisque communes. Et quia Hierosolymitanorum faciendam credidit in literis tua dilectio mentionem, quorum etiam ad nos quædam delata professio est, necessarium duximus respondere, quæ congrua sunt his qui sanctorum patrum constituta custodiunt. Si illa fidei fundamenta venerantur, ab his quoque, quæ per eos spiritus sancto componente, definita sunt, non remoueantur. Aut enim perfecta sunt, & adiectione non indigent: aut bene valida, & ideo non mutanda: quando per ea omnia hæreticorum venena compressa sunt, nec quicquam Chalcedonensis Synodus, quod vtilem quamlibet diligentiam potuisset exercitare, præterijt: quæ præcedentium quoque dogmata vel clarius manifestauit, vel repetita auctoritate firmavit, speciale quoddam aduersus Nestorium & Eutychem aggressa certamen, & alterum, Deitatem Domini nostri Iesu Christi à carne separantem, & ideo sanctam Mariam Dei genitricem pronuntiare vitantem, alterum veritatem carnis in Domino renuentem, quando Dominus noster Iesus Christus, idem filius Dei, idem filius hominis, vna in duabus naturis persona diuinitatis & carnis, nec naturis ad vnitatem confusis, ne velut quarta persona addita Trinitati, sed ipse filius DEI exinanivit semetipsum, formam serui accipiens. Propter quod & vnam nec diuisibilem profiteamur essentiam Trinitatis, & proprietatem tamen suam scimus inesse personis: vnam enim patris profiteamur esse personam, vnam filij DEI cum assumpta carne, vnam spiritus sancti, & personas proprietatibus designantes, & per vnitatem essentiae inseparabile Trinitatis mysterium consentientes. Neque enim ambigi potest, verbum DEI intra virginis viscera per carnem humanam assumptissem naturam, nec ab obstetrice factum intra vuluam naturarum munitione diuisum. Nam sicut non est in eo humanitas sine Deo edita, sic in cruce non est im-

passibilis diuinitas à carnis passione diuisa, quod virginis partus & intemerata fecunditas, & singularis à mortuis resurrectio, & ad caelos declarat assensus. Hæc sic quem admodum à patribus constituta sunt credant, nec definita transcendant: à quo tramite qui declinant, ipsi sibi nebulam dubitationis obtundunt. Nos autem illud Apostolicum contemplantes, contentiosis respondere non necesse est, & nos hanc consuetudinem non habemus, & nec Ecclesia Dei. Hæc ideo breuiter definiui, quia nec ambigi conuenit de rebus ita per fidem definitis sæpius, & penè superuacua est allegatio, quæ adhibetur instructis, cum super hæc ad clementissimum principem non parua iam perstrinxerimus. Et quia de Hierosolymitanorum professione respondimus, hoc quoque exultauimus salutis eorum causa competenter addendum, vt si communio nis Apostolicæ se dederint vnitati, & professionem suam scripto indicent, quam legatis nostris apud Constantinopolim positis offerant, aut per suos ad nos dirigant, aut fraternitati vestræ tradant, eodem tamen (vt diximus) tenore conscriptam, quæ ad nos modis omnibus seu sub nostra ordinatione deferatur. De Thessalonicensibus, quorum ad nos legati per clementissimi & fidelissimi principis filij nostri ordinationem venerunt, ne quid omisisse credamur, nosse vos volumus, secudum quod Domino nostro Iesu Christo inspirante placuerit, omnem causam nostra dispositione tractandam, & sicut oportet impleri, ordinandam. Hæc per fratrem & cõepiscopum nostrum venerabilem virum Ioannem, sed & filios nostros, Heraclium, Probum, & Constantinum diacones ecclesiastico honore dignissimos, ad causam pertinentia rescripsisse contenti, gratulati sumus in viro ordinis nostri, emeritum & religiosum nos inuenisse propositum, & cum legationis mandato sapientia & moribus congruens, votiuam eorum res & plena gaudij est, vt sint iuxta estimationem probabiles, quos sanctæ communionis officij matione contigerit esse consortes.

1. Cor. 11. c

HORMISDAE PAPAE AD SALUSTIUM Hispalensem episcopum, de commissa vice per Beticam & Lusitaniam prouincias.

Charissimo fratri Salustio, Hormisdæ. Suscipientes plena fraternitatis tuæ votiuam gratulatione colloquia, quæ nos gemine salutis tuæ lætificauerunt indicio, (si quidem retulerunt te corporali cum spiritualibus officijs in columitate subnixum) congruum esse perspeximus, hanc ipsam, quam me te gerimus, verbis expedire lætitiã. Edidisti enim boni documenta pontificis, dum & prædicanda facis, & ea suadere non differs,

*operari
*diuina beneficicia

Prærogatiuam de nostri sumptimus electione iudicij, quãdò id te spontè *amplecti didicimus, quod cæteris imperamus. Oramus si quidem *diuinã clementiã cunctos agnoscere, & hæc ad studia ecclesiasticæ pacis instrumenta transmisiimus. Tu vota nostra & fideli intelligentia percepisti, & officij protinus deuotione complèsti, cunctis fratribus innotescens, quæ per cælestem gratiam cunctis profutura cognoueras. Suffragantibus igitur tibi tot meritis piæ sollicitudinis & laboris, certè iam delectat iniungere, quæ ad nostri curam constat officij pertinere, vt prouincijs tanta longinquitate disiuñctis, & nostram possis exhibere personam, & patrum regulis adhibere custodia. Vices itaq; nostras per Bæticam Lusitaniamq; prouincias, saluis priuilegijs, quæ metropolitanis episcopis decreuit antiquitas, præsentis tibi autoritate cõmittimus, augètes tuam huius participatione ministerij dignitatem, releuantes nostras eiusdem remedio dispensationis excubias. Et licèt de singulis non iudigeas edoceri, quem iam probauimus cautius vniuersa seruare, gratius tamen esse solet, si iterum trames ostendatur, & *laboris iniunctio superius formata monstretur. Paternas igitur regulas, & decreta à sanctis definita concilij, omnibus seruanda mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam fraternæ monitu exhortationis extédimus. His ea, qua dignum est reuerentia, custoditis, nullum relinquit culpæ locum, nec sanctæ obseruationis obstaculũ. Ibi fas nefasq; præscriptum est, ibi prohibitum, ad quod nullus audeat aspirare: ibi cõcessum, quid debeat mens Deo placitura psumere. Quotiès vniuersalis poscit religionis causa, ad Concilium te cuncti fratres euocãte conueniant: & si quos eorũ specialis negocij pulsat contentio, iurgia inter eos oborta compescere, discussa sacris legibus determinando certamina. Quicquid autem illis pro fide & veteribus constitutis, vel prouida dispositione præcipies, vel personæ nostræ autoritate *formabis, totum ad sciẽtiam nostram instructæ relationis attestacione perueniat, vt noster animus officij charitate dati, & tuus securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.

*laboratoris

*firmabis,

Rescriptum Hormisdæ papæ ad episcopos Bæticæ prouinciæ, de congratulatione pacis.

Eadẽ epistola, quo ad magnam illius partem, in decre. Marcellini papæ secunda, habita est.

Fratribus dilectissimis vniuersis episcopis per Bæticam prouinciam constitutis, Hormisdæ episcopus. Quid tam dulcere sollicito, quàm quod mihi de vobis innotescunt illa q̄ cupio? Quid tam religiosis conueniẽs institutis, quàm vt inter se sacerdotes pacem, quam eos necesse est alijs pro officio annunciare, conferuent? Planè (fateor) gratulatione suscepi, quod votiuã mihi de cha-

ritate (quæ inter vos est) ecclesiarum & pace, literis indicãstis. Spontè mihi, quicquid hortari poteram, quicquid monere, delatũ est. Confirmet hoc Deus, quod operatus est Psal. 67. in nobis: & quæ præcepit pro animarum salute faciendã, hæc ipse qui præcepit, pro ea, qua nos redemit, pietate faciat, & his tam bonis nuncijs nos quoq; religiosorum vicem reddimus nunciatorum. Quicquid cum Orientalibus, quos ad Ecclesiæ corpus vnitatemq; reuocatos, dudum dei nostri literis significauimus destinatis, denuò, cum aptũ fuerit, repetitis vobiscum *participabimus indicijs. Mox *post nostrorum reditum ab Orientalibus missa legatio est, certa sperauit, certa consuluit. Sed facimus de his, quæ fuerant dicenda, compendium, ipsi potius ad instruendam notitiam vestram, quæ à nobis sunt responsa, dirigentes, nè quid sibi sub spatio prolixiore terrarum, aut opinio vindicet, aut error assumat, cum ad rerum fidẽ, ipsam teneri sufficiat veritatem. Quod autè ad continentiam vestrarum pertinet literarum, oportuit quidem desideria plenius expeditur, vt, æstimatis omnibus, respõsum rationi congruum redderetur. Sed quia priuilegiorum veterum & statutorum patrum indidistis isdem literis mentionem, ad Salutium fratrem & coepiscopum nostrum sub hac parte rescriptum, vobis quoque strictim, quæ dicta sunt illis latius, indicantes, nè priuilegia *nobis indulta conuellerent, & nihil tam conueniens fidei iudicare, quàm vt in honore suo à patribus decreta feruentur. Deus autem vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

Iustinus Imperator Hormisdæ Papæ.

Quo fuimus semper, & quo sumus studio pro conciliandis sententijs catholicam fidem *colentium, vt eodem animo cuncti venerentur lumen indiuiduum Trinitatis, palam fecisse dignoscimur, nunc legatum ad vestram beatitudinem vltra ob hoc ipsum dirigentes Gratium virum spectabilem magistrum serinij, quo remedium tandem reperitur discordijs variè certantium, nunc prono libentique suscipientes affectu viros religiosissimos, quos interuentores vnitatis, vestra sedes Apostolica credidit destinandos. Profectò etenim tantquam ipsam pacem & iocundis eos oculis adspeximus, & extensis manibus duximus amplectendos, quin etiã omni intentione ordinauimus, vt venerabilis Ecclesia Constantinopolitana, necnon complures aliæ vota suscipiant vestra, non solum in cæteris, sed in auferendis etiã nominibus ex sacris diptychis, quæ remouenda maxime *postulãstis. Verùm nonnullæ fuerunt vrbes & Ecclesiæ, tam Ponti, quàm Asiæ, ac præcipuè Orientales, quarum clerici vel populi, omnibus pertentati minis atque persuasi-

locus obsecratus, *participamus, *pro nostro edicto

*nobis

*absentes, *aduersas

*à nobis

*colendo,

*postulãstis

*quo

sonibus, tamen nequaquam flexi sunt, vt tollant antistitum & repellãt nomina, quorum apud eos opinio floruit: sed morte vitam duriorẽ æstimant, si mortuos condemnauerint, quorum gloriabantur vita superstitum. Quid igitur faciamus huiusmodi pertinaciæ, quæ nec dicto audiens existit, & tormenta intantum despicit, vt amplum sibi ac festiuũ iudicet, si corpore prius, quàm religioso desistat cõsilio? Nobis quidem videtur opus esse molliũs agendi & clementiũs, quæ si non in tua sanctitudine, iam nec in alio poterunt inueniri. Nam neque sanguinis & suppliciorum cupidi, (quod dictu etiã graue est) libellũ suscepimus, neq; vt paruo discrimine remaneant imperfecta cõcordiæ desideria, sed ad prorogandam, quo possimus ordine, coniunctionẽ membrorum Ecclesiæ. Vtrum itaque præstantius erit, minorum gratia in totum esse nobis *acceptas tantas multitudines, an concessis exiguis & remissis, maiora & omni ratione quærenda corrigi, vt quæ non licuit per omnia, saltem ex necessarijs partibus alligentur? Veniam itaque non nominum postulamus, non Acacij, non vtriusque Petri, non Dioscori, vel Timothei, quorum vocabula ad nos datæ sanctitatis tuæ epistolæ continebant: sed quos in alijs celebravit ciuitatibus episcopalis reuerentia, & hoc exceptis vrbibus, vbi vestræ beatitudinis libellus iam in plenum admissus est, nisi hanc quoque partem vestra beneuolentia statuerit mitius corrigendam. Verùm nec iudicio caret res sedis Apostolicæ, vt non magis venia dicenda sit, quàm deliberata iam ac perspecta definitio. Anastasius siquidem religiosissimæ memoriæ, vestræ culmen Ecclesiæ, palam aperteque constituit, cum hoc idem scriberet negocium decessori nostro, satis esse pacem affectantibus, si nomen tantum reticetur Acacij. Ergò priora vestræ sedis constituta sequitur, qui non omnes memorias mortuorum iudicat contemnendas: vt indignum habeatur & incongruum, si nõ placidior omnibus non solum defunctis, sed etiã superstitibus, vestra diuulgetur in omni sine terrarũ lenitas. Et hoc quidem non dubitauerimus, itã gratiosum vobis futurum, vt pacifico statim responso lætior mundus reddatur. Retineat autem vestra sanctitas, quod dudum scripsimus, ex Oriente supplicationes nobis esse destinatas, voluntatem ipsorum continentis & arbitrium, in quo sese duraturos ostendunt firmiter, & *quo nulla ratione desistendum æstimant. Hanc itaq; chartulam secundum nostra promissa, per Ioannem virum reuerentissimum episcopum, dirigendam vobis in præsentis meritò credidimus, vt à vestra sede etiã tenore eius admissus, ad colligendas proficiat & adunandas vbiq; venerabiles ecclesias, & Hierosolymitanã præcipuè,

cui tantum omnes fauorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, vt nemo audeat ab ea sese discernere. Cõsensum itaq; proprium tuam sanctitudinem epistolari quoq; pagina conuenit declarare, vt cognito omnibus atq; patefacto, tenore eiusdem chartulæ à vobis etiã laudari, & tenaciter custodiri, lætior mundus existat. Data Idus Septembris, Chalcedone, Rustico cõsule, accepta Prid. Kalen Decemb.

Exemplar Præcumi.

Deo amabili ac pijsimo Imperatori ex DEO Augusto, & principi Iustino Christianissimo: deprecacio & supplicacio ab Hierosolymitanis & Antiochenis, & secundæ Syriæ clericis, & abbatibus, & possessoribus prouinciæ Syriæ. Haurite aquam cum læticia ex fontibus salutis, vociferator Esaias propheta exclamat, fontes salutis * euangelicæ veritatis prædicationes manifestè ostendens, ex quibus B. Apostoli, & eos cas veritarum qui per ordinem fuerunt, discipuli & sapientes Ecclesiæ doctores, salutarem aquã fidei haurientes, omnem sanctam DEI Ecclesiam irrigauerunt, quæ in petra summi apostolorum subnixã, rectam & inflexibilem confessionem custodiens, fiducialiter cum eo ad vnigenitum filium Dei omni tempore exclamat, dicẽs: Tu es Christus filius Dei viui. Hæc salutarem confessionem à sanctis quatuor synodis, quæ euangelicis præceptis sunt honoratæ, suscipientes, nunquam per Christi gratiam à traditis nobis rectis dogmatibus deuiamus, sicut rerum testatur probatio, & tempore necessitatis fidei constantia demonstrat. Si igitur, vt Christiani, rationis fidei sumus participes, domine pijsime, & ad communem pacem, & ad vnitatem festinamus, nostram fidem, quam ab initio suscepimus, per hanc satisfactionem nostram, manifestam vestræ facimus pietati: vt notum sit, quia & paci concurrimus, & à recta cum Dei iuuamine non diuertimus fide, sed omnem ex æquo hæresim execramur, nõ solum Eutychanistas & Acephalos, sed & Nestorianos & hominẽ colentes, toto animo odientes anathematizamus. Nos autè domine Christianissime Imperator, (sicut superius dictum est) in patrem & filium & spiritum sanctum ab initio baptizati quoq; & credẽtes, vnã essentiam Dei in tribus subsistentijs adoramus, secundum sanctorum patrum mathemã & symbolum, credentes in vnũ Deum patrẽ omnipotentẽ, & in vnũ dominũ nostrũ Iesum Christũ, vnigenitum, Deũ verbũ, similiter & in vnũ spiritum sanctum: & secundum hoc diuinũ mathema, definitioẽ à sancta Chalcedonensi synodo promulgatã, intelligimus quoq; & suscipimus, credẽtes & cõsistentes, quia vna substantia vel persona, quod idẽ ipsa sancta synodus in duabus naturis, id est, in Deitate & humanitate indi-

Esai. 12. b

*euangelicæ veritatis

Matt. 16. 9

*verum

Dei indiuisè & inconfusè prædicauit, * Deum verbum, & Dominus noster Iesus Christus vnus est ex sancta & vnus essentia Trinitate. Sic enim vnus deum in tribus subsistentijs (sicut dictum est) accipimus: pater autem non est incarnatus, nec Spiritus sanctus, Deus verbum incarnatus est. Filius verò incarnatus & homo factus, est vnus ex sancta & vnus essentia Trinitate, secundum filiationis proprietatem. Sicutaque secundum prædictas sanctas quatuor synodos credentes, & secundam Dei verbi natiuitatem secundum carnem confiteri non renuimus. Vnde proprie Dei genitrix sancta virgo esse creditur, tanquam quæ natura & veritate, vnus essentia patris filium Deum verbum per naturam immutabilem ex ipsa factum hominem enixa est: & duas naturas in Christo per essentiam vel substantiam vnitas consistentes, sicut in vnus persona vel substantia. Neque harum diuersitatem vel proprietatem post vnitionem auferimus, nec eas diuidere in duabus personis & subsistentijs per vnitionem sumus edoceri: eundemque scimus vnigenitum filium DEI, & ante incarnationem eius, & post, id est, Deum simul & hominem, passibilem carne, impassibilem Deitate: circumscriptum corpore, non circumscriptum spiritu, id est, terrenum & caelestem, quem mundus vt hominè cepit, & vt Deum continere nõ potuit, mortalem & immortalem, nusquam naturarum diuersitate sublata, neque diuidentes per essentiam vnitionem: hoc enim verè magnum pietatis mysterium: quæ vnus ex sancta & vnus essentia Trinitate incarnatus & homo factus Deus verbum, in vtraque natura Deitatis & humanitatis, indiuisè & inconfusè cognoscitur & adoratur, non conuersionem vel mutationem sustinens, sed proprietatem vtriusque naturæ in vna persona in semetipso conseruans. Ob hanc igitur fidem prædictas sanctas synodos suscipientes & custodientes, anathematizamus omnes, qui aduersus eas quocumque tempore vel modo aliquid conscripserunt, præcipue Ioannem * Egotam, qui aduersus memoratam sanctam Chalcedonenem synodum multas, vt Nestorianus, blasphemias euomuit: similiter condemnantes & Timotheum, Aclurum cognominatum, sicut Euty-chianistam, aduersus eam cum suis latrantè sequacibus. Ità ergò cù Dei iuuamine semper sensimus, & iam nunc sentimus. Quapropter hanc satisfactionem vestra obtulimus pietati iubere enim dignata est nos proprium intellectum, & quemadmodum de sana fide sentimus, exponere, quia quidam hæretici, dum suam malam fidem occultare festinãt, nostram in Christo libertatem & rectam fidem detrectare conantur. Supplicamus igitur clementiam vestram, sollicitudinem de perfecta ecclesiarum vnitione sanctarum habere debere, vt vnitas, quæ cù Dei facta fue-

rit iuuamine, nec villo deinceps rationabili aut irrationabili occasione fomite inquietari pax possit. Deus autè omnium vestrarum piæ adimpleat desiderium, in gloriam suam & Reipublicæ disciplinam.

¶ Hormisda presbytericus, diaconibus, & archimandritis secundæ Syriæ.

Lectis literis dilectionis vestrae, quibus inimicorum Dei patefacta vesania est, & infidelium pertinax furor dolenter expressus, qui dum rediuiuo spiritu oderunt Deum, membra illius impiè persequuntur: quantum ad constantiam vestrae agnitionem, benedixi Deum, fidem militum suorum inter aduersa seruauit. Sed rursùm ecclesiæ tantæ, subrum concussionem & seruorum Dei molestias, laboresque considerans propheta.

DECRETA HORMISDAE PAPAE quinque, ex Gratiano desumpta, quæ in prioribus epistolis non habentur.

PRIMUM.

¶ Qui ad penitentiam agendam in monasterio recluditur, presbyter non ordinatur.

Si ille, qui vltro petit penitentiam, quantum ad perfectam agat, non potest episcopus aut presbyter ordinari, ita vt etiam, si per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea conuincitur penitentiam accepisse, deiciatur: ille ergò, qui inuitus ad penitentiam agendam mittitur in monasterium, (qui vti quæ nihil aliud quam penitens dicendus est) qua conscientia ad sacerdotium peruenire permittitur? Nemo mihi talia quælibet contra auctoritatem sedis Apostolicæ, vel contra trecentorum decem & octo episcoporum, & reliquorum canonum constituta obijciat: quia quicquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum sanctum credimus loquutum, dictum fuerit, recipere, non solum temerarium, sed etiam periculosum esse nõ dubito.

SECUNDUM.

¶ Nuptias occultas celebrare non licet.

Nullus fidelis, cuiuscumque conditionis sit, occultè nuptias faciat: sed benedictione accepta à sacerdote, publicè nubat in Domino.

TERTIUM.

PALEA. Idem Eusebio episcopo.

Tua sanctitas requisitum à nobis, frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium contrahere vult, si sine voluntate filij adulti facere potest, ad quod dicimus: Si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem de filio nondum adulto, voluntas cuius nondum discerni potest, pater eum, cui vult, in matrimonium tradere: & postquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino obseruare & adim-

Hec epistola, q̄ hic tr̄scatè habet, circa inuitiõis s. synodi C6. stantinopolitanae, sub alia interpretatione.

Dist. 50. Si ille qui.

31. q. 2. Tu sanctitas.

adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus, sanctum à nobis, tenendum mandamus.

QUARTVM.

¶ Quorum vnus futurum est corpus, vnus debet esse animus: atque idè nulla est inuita copulanda alicui.

¶ Hormisda Sacratio regi Aragonum.

31. q. 2. De nepis tuæ

De nepis tuæ coniugio, quam te cuidam militi daturum necessitatis instante articulo, sub fidei pollicitatione firmasti: hoc, equitate dictante, decernimus, vt si illa virum illum omninò (vt dicitur) renuit, & in eadem voluntatis auctoritate persistit, vt viro illi prorsus se denegat nupturam, nequaquam eam inuitam & renitentem eiusdem viri cogas coniugio sociari. Quorum enim vnus

corpus est, vnus debet esse & animus: nõ fortè virgo cum fuerit alicui inuita copulata, contra Domini Apostolicæ præceptum, aut reatum dissidij, aut crimen fornicationis incurrat, cuius videlicet peccati malum in eum redundare constat, qui coniunxit inuitam. Quod pari tenore de viro etiam est sentiendum.

QUINTVM.

¶ Absque Episcopi permisso, in ecclesia consecrata non erigatur altare.

Nullus presbyter in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo loci fuerit sanctificatum vel permisso, vt sit discretio inter sacrum & nõ sacrum. Nec dedicationem fingat, nisi sit. Quod si fecerit, degradetur, si clericus est: si verò laicus, anathematizetur.

AVRELIANENSE

CONCILIVM PRIMVM TRIGINTATRIVM

Episcoporum, circa tempora Hormisdae papæ. Est Prouinciale.

Aurelia, aliàs, Aurelia, Gallia Celtica vrbis insignis, olim Cenabum, vt quidam putant, dicta, cuius crebra fit mentio in Commentarijs Cesaris.

CAPITVLORVM AVRELIANEN. synodi primæ, Tituli.

- Clodouei Franciæ regis epistola ad synodum. 1
- Rescriptum episcoporum ad regem Franciæ Clodouicum. 2
- De his, qui pro qualibet culpa ad ecclesiam confugerint. 3
- Si raptor cù rapta ad ecclesiã cõfugerit. 4
- Si seruus à dño, de ecclesia excusius vel ductus, iniuriam aut cædem pertulerit. 5
- Vt filij vel nepotes clericorum, in episcopi sint potestate, & de laicis sine voluntate episcopi non ordinandis. 6
- Qualiter ab episcopo facultas ecclesiæ dispensetur. 7
- Eum, qui episcopum proprio iure inuitat, non excommunicandum. 8
- Nullus clericorum sine commedatijs episcopi sui ad regem accedat. 9
- Si nesciente domino, sciens episcopus seruum alienum promouerit. 10
- Si presbyter aut diaconus crimen capitale commiserit. 11
- De clericis, qui purè ad fidem nostram conuersi fuerint ex hæreticis. 12
- De penitentibus, q̄ ad secularia redierint. 13
- De clericis penitentibus. 14
- Si relicta presbyteri aut diaconi, alij se coniunxerit. 15
- De his quæ in altario offeruntur. 16
- De his, quæ à fidelibus parochianis in eccle-

- sijs offeruntur. 17
- Vt episcopus & pauperes, & infirmos tuetur. 18
- Vt basilicæ, in cuius territorio sunt, in eius episcopi maneant potestate. 19
- De incestis, vt excommunicentur. 20
- Vt abbates in potestate episcoporum sint, & de monachis vagis. 21
- Vt monachi oratorio vel zonis non vtantur. 22
- Si monachus vxorem duxerit. 23
- Vt monachus, sine permisso episcopi vel abbatis, cellulas non construat. 24
- Si episcopus cuiquã terrulas præstiterit excolendas, sine præiudicio iudicio iuris ecclesiæ tenebuntur. 25
- Vt ante pascha quadragesima teneatur. 26
- Vt nullus ciuium festiuitates maiores in villa celebret. 27
- Vt populus ante completam Missam, & benedictionem acceptam egredi non præsumat. 28
- Vt litanie ante ascensionem Domini celebrentur. 29
- De clericis, qui ad officium venire contemnunt. 30
- De familiaritate extraneorum mulierum. 31
- De religiosis secularibus, qui diuinationibus attendunt. 32
- Quòd episcopus die Dominica ab ecclesia abesse non debet. 33
- ¶ Epistola Clodouei regis Franciæ ad synodum.

Capitulum primum.

Dominis sanctis & Apostolica sede dignissimis episcopis, Clodoueus rex.

Enun-

Enunciante fama, quid actum fuerit vel præceptum omni exercitui nostro, priusq̄ in patriâ Gothorum ingrederemur, beatitudinem vestram præterire non potuit. In primo quoque de ministerio Ecclesiarum omnium præcepimus, ut nullus ad subripiendum in aliquo conaretur, neq; de sanctimonialibus, neq; de viduis, quæ in religione Domini deuotæ esse probarentur. Simili conditione & de clericis vel filiis supradictorum tam clericorum quàm viduarum, qui cum illis in domo ipsorum consistere videbantur. Idem & de seruis ecclesiarum, quos de ecclesijs tractos per episcoporum sacramenta constitit, præceptum est obseruare, ut nullus ex ipsis aliquam violentiam vel damnum patiat. Quod ita ad integrum est intelligendum, ut ex his supradictis, si aliquis vim captiuitatis pertulisset, siue in ecclesia, siue extra ecclesiam, omnino sine aliqua dilatione præcipiamus esse reddendos. De cæteris quidem captiuis laicis, qui extra pacem sunt captiuati, & fuerint approbati Apostoli, aut cui volueritis, arbitrij vestri est non negandum. Nam de his, qui in pace nostra tã clerici quàm laici subrepti fuerint, si veraciter agnoscitis, vestras epistolas de annulo vestro in frã signatas, sic ad nos omnimodis dirigatis, & a parte nostra præceptionem latam noueritis esse firmam: sic tamen populus noster petit, ut cuicumq; epistolas vestras præstare fueritis dignati, cum sacramento per Deum, & benedictione vestra dicere non tardetis, rem istam, quæ postulat, veram esse, quia multorum varietates vel falsitates inuenta sunt, ut comprehendantur, sicut scriptum est: Perit iustus cum impio. Orate pro me, domini sancti, & Apostolica sede papæ dignissimi.

Rescriptum Episcoporum synodi ad Regem Franciæ. Capitulum secundum.

Domino suo Catholicæ Ecclesiæ filio Clodoueo gloriosiss. regi, omnes sacerdotes quos ad concilium venire iussistis. Quia tanta ad religionis Catholicæ cultû gloriose fidei cura vos excitat, ut sacerdotalis mentis affectu sacerdotes de rebus necessarijs tractaturos in vnum colligi iussistis, secundum vestræ voluntatis consultatorem, & titulos, quos dedistis, ea, quæ nobis visa sunt, definitione respondimus, ita ut si ea, quæ nos statuimus, etiã vestro recta esse iudicio comprobantur, tanti consensus regis ac domini maiori autoritate seruanda, tantorum firmiter sententia sacerdotum.

3. Cum, auctore Deo, in Aurelianensi vrbefuisset Conciliû summorum antistitum congregatum, communi omnium collatione complacuit, ut hoc, quod verbis statuerit, etiã scripturæ testimonio roboraret.

De homicidijs, adulteris, & furibus, si

ad ecclesiam confugerint, id constituimus, obseruandum, quod ecclesiastici Canones decreuerunt, & lex Romana constituit, ut ab Ecclesiæ atrijs vel domo episcopi, reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignare, nisi ad Euangelia datis sacramentis, de morte & debilitate, & omnium pœnarum genere sint securi, ita vt ei, cui reus fuerit criminofus, de satisfactione conueniat. Quod si quis sua sacramenta conuictus fuerit violasse, reus periurij, non solum à communione Ecclesiæ, vel omnium clericorum, verum etiã & à catholicorum conuiuio separetur. Quod si is, cui reus est, noluerit, intentione faciente componi, & ipse reus de ecclesia, actus timore, discesserit, ab ecclesiæ clericis non queratur.

4. De raptoribus autem id constituendum esse cœsumus, vt si ad Ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & sceminã ipsam violentiam pertulisset, statim libertatem pertulisset constitit, statim libertatem de potestate raptoris, & raptor mortis vel pœnarum impunitate concessa, aut feruendi cõditioni subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatē. Si verò, quæ rapitur, patrem habere constitit, & puella raptori cõsenferit: potestati patris excusata reddatur, & raptor patri, superioris conditionis satisfactione, teneatur obnoxius.

5. Seruus qui ad ecclesiam confugerit, p qualibet culpa, si à Domino p admiffa culpa sacramentum susceperit, statim ad seruitium domini sui redire cogatur: & posteaq̄ dato sacramento, domino suo fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa, qua excusatur, probatus fuerit pertulisset: p contemptu ecclesiæ & prauaricatione fidei, à cõmunionem & cõuiuio catholicorum extraneus habeatur. Si verò seruus pro culpa sua ab ecclesia defensus, sacramenta domini, clericis exigentibus, de impunitate perceperit, exire nolentem à domino liceat occupari.

6. De ordinationibus clericorum id obseruandum esse decreuimus, vt nullus secularium ad clericatus officium præsumat accedere, nisi aut cum regis iussione, aut cum iudicis voluntate, ita vt filij clericorum, id est, patrum, a uorum, ac proauorum, quos in supradicto ordine parentum constat obseruationi subiunctos, in episcoporum potestate & districtione consistant.

7. De obligatiõibus vel agris, quos Dominus noster rex, ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus, deo sibi inspirante, contulerit, ipsorum agrorum vel clericorum immunitate concessa, id esse iustissimum definimus, vt in reparationibus ecclesiarum, alimonij sacerdotum, & pauperum refectiõne, vel redemptionibus captiuorum, quicquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & clerici ad adiutorium ecclesiastici operis constringantur.

constringantur. Quod si aliquis sacerdoti, ad hanc curam minus sollicitus ac deuotus extiterit, publicè à comprouincialibus episcopis confundatur. Quod si nec sub tali se confusione correxerit, donec emedet errorem, cõmunionem fratrum habeatur indignus: minores verò (vt dignus est) distringantur.

8. Si quis ab episcopo suo, vel de ecclesia, vel de proprio iure crediderit aliquid repetendum: si nihil conuicij aut criminatiõnis obiecerit, eum pro sola contentione, à cõmunionem ecclesiæ non liceat submoueri.

9. Abbatibus, presbyteris, omniq; clero, vel in religionis professione uiuentibus, sine discussione vel commendatione episcoporum, pro petendis beneficijs ad dominos venire non liceat. Quod si quisquã præsumperit, tam diu loci sui honore & cõmunionem priuetur, donec per pœnitentiã plenam, eius satisfactiõnem sacerdos accipiat.

10. Si seruus absente vel nesciente domino suo, episcopo tamẽ sciente, quod seruus sit, diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, episcopus eum domino duplici satisfactione compenset. Si verò episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicauerint ordinari, simili redhibitioni teneantur obnoxij.

11. Si diaconus aut presbyter crimen capitale cõmiserit, simul & ab officio & cõmunionem pellatur.

12. De hæreticis clericis, qui ad fidem catholicam plena fide & voluntate venerint, vel de basilicis, quas in peruersitate sua Gothi hæcenus habuerunt, id cœsumus obseruari, vt si clerici fideliter conuertantur, & fidem catholicam integrè confiteantur, vel ita dignam vitam morum & actuum probitate custodiãt, officium, quo eos episcopus dignos esse censuerit, cum imposita manûs benedictione suscipiant, & ecclesias simili, quo nostræ innouari solent, placuit ordine consecrari.

13. De his, qui suscepta pœnitentia, religionem suã professionis oblitii, ad secularia relabuntur, placuit, eos & à cõmunionem suspendi, & ab omnium catholicorum conuiuio separari. Quod si post interdictum, cum eis quisquam præsumperit manducare, & ipse cõmunionem priuetur.

14. Si diaconus vel presbyter, pro reatu suo se ab altaris cõmunionem sub pœnitentis professione submouerit, sic quoq; si alij defuerint, & causã certæ necessitatis exoritur, postcentem baptismum liceat baptizare.

15. Si se cuicumq; mulier duplici coniugio, presbyteri vel diaconi relicta, coniunxerit, aut castigati separentur: aut certè, si in criminum intentione persisterint, pari excommunicatione plectantur.

16. Antiquos canones relegendes, priora statuta credimus renouanda, vt de his, quæ

in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem episcopus sibi vendicet, & medietatem sibi dispensandam secundum gradus clerus accipiat, tam de prædijs proprijs, quàm de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus.

17. De his, quæ parochijs in terris, vineis, mæcipijs, atq; peculij quicumq; fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta seruentur, vt omnia in episcopi potestate consistant. De his tamen, quæ in altario accesserint, tertia fideliter episcopis deferatur, duæ clericis. Decimæ autem, secundum quosdã, singulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos sequentes Romanos, singulis annis quartam partem, aut in quarto anno, totam episcopi recipiant.

18. Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum & vestimentum, in quantum possibilitas habuerit, largiatur.

19. Omnes basilicæ, quæ per diuersa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur, placuit, secundum priorum canonum regulam, vt in eis episcopi, in cuius positæ sunt territorio, potestate consistant.

20. Nec superstes frater torum defuncti fratris ascendant, nec se quisquã amissæ uxoris sorori audeat sociare. Quod qui fecerint, ecclesiastica districtione feriantur.

21. Abbates, pro humilitate religionis, in episcoporum potestate cõsistant. Et si quid extra regulam fecerint, ab episcopis corrigantur. Qui semel in anno, in loco ubi episcopus elegerit, accepta uocatione, conueniant. Monachi autē abbatibus omni obedientia & deuotione subiaceant. Quod si quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut p aliqua loca vagari, aut peculiare aliqd habere præsumperit: omnia, quæ acquisierit, ab abbatibus auferatur, secundum regulam monasterio profutura. Ipsi autem, qui fuerant peruagati, ubi inuenti fuerint, cum auxilio episcopi, tanquàm fugaces, sub custodia reuocentur. Et reum se ille abbas futurum esse cognoscat, qui in huiusmodi personis non regulari animaduersione distrinxerit, vel qui susceperit monachum alienum.

22. Monacho orarium in monasterio vel zonas habere non liceat.

23. Monachus in monasterio conuersus, si pellici postea vel uxori fuerit sociatus, tantæ præuaricationis reus, nunquàm ecclesiastici gradus officium fortiat.

24. Nullus monachus, cõgregatione monasterij derelicta, ambitionis & vanitatis impulsu cellula construere, sine epi permissione, vel abbatis sui voluntate, præsumat.

25. Si episcopus humanitatis intuitu, vineolas, vel terrulas clericis vel monachis stiterit excolendas, vel pro tẽpore tenendas, etiã si longa transisse annorum spatia comprobetur, nullum ecclesiæ præiudicium patiat.

*feruãdam:

Gen. 18. c.

6. q. 7. Si q̄ ab ep̄o *cõuenticõ

Dist. 54. Si ser̄ ab cen.

Dist. 81. Si diaconus aut

De pœnitia dist. 5. De his qui

Dist. 81. Si diaconus

*hic

Dist. 18. si se,

*castitate seruata

10. q. 1. Antiquos cano.

10. q. 7. De his q̄ paroc.

Ex dec. luo. li. 2. additio.

Dist. 81. Ep̄s pauperib̄,

6. q. 7. Oēs basilicæ

18. q. 2. Abbates p̄ humilit.

27. q. 1. Monacho orarium

18. q. 2. Nullus monachus *uarietatis

16. q. 3. Si episcopus

tiatur, nec secularis legis præscriptio, quæ ecclesiæ aliquid impediatur, opponatur.

De cõf. dist. 3. Sacerdotibus
26 Id sacerdotibus omnibus est decretum, vt ante paschæ solennitatem, nõ quinquagesima, sed quadragesima teneatur.

De cõf. dist. 3. Nulli ciuili
27 Vt nulli ciuili paschæ, natalis Domini, vel quadragesimæ solennia in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

De cõf. dist. 1. cõ ad celeb.
28 Cùm ad celebrandas Missas in DEI nomine conuenitur, populus non antè discedat, quàm Missæ solennitas compleatur: & vbi episcopus non fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.

De cõf. dist. 3. Rogationes
29 Rogationes, id est, litanias, ante ascensionem Domini placuit celebrari, ita vt præmissum triduanum ieiunium, in Dominicæ Ascensionis solennitate soluantur: per quod triduum serui & ancillæ ab opere relaxentur, quò magis plebs vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vtantur.

Dist. 91. clerici verò,
30 Clerici verò, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium episcopi, Ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

31 De familiaritate extraneorum mulierum tam episcopi, quàm presbyteri, vel diaconi, præteritorum canonum statuta custodiant.

26. q. 5. Si quis clericus
32 Si quis clericus, monachus, vel secularis, diuinationem vel auguria crediderit

obseruanda, vel sortes (quas mentiuntur esse sanctorum) quibuscunq; putauerint intinmandas, cum his qui eis crediderint, ab Ecclesiæ communione pellantur.

33 Episcopus, si infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesiæ, cui proximus fuerit, die Dominico deesse non debet.

¶ Nomina episcoporum, qui in eadem synodo fuerunt, & mecum subscripserunt, numero 33.

Auentinus *Diniens metropolis, Adelpheus Rauracensis, Boethius Cadurcensis, Cyprianus Burdegalaensis metropolis, Cronopius Petragoricensis, Camilianus Trecafinus, Eusebius Aurelianus, Euphrasius Aruernorum, Edibius Ambianensis, Eustochius Andegauensis, Epiphanius Namneticensis, Eraclius Parisiacensis, *Etilius *Vasioneus, *Gildardus Rothomagensis metropolis, Leontianus Constantiensis, Lupicinus Engolismaus, Litharedus Lexouicensis, Lupus Sueffionensis, Leuanianus Siluanectensis, Licinius Turorensis metropolis, Leontius Tolosana metropolis, Maurusius Ebroicensis, Melanius Rhodocensis, Modestus Venetensis, Melanius Viromandensis, Nepos Abrincensis, Petrus *Xanctoneus, Principius Cenomaneus, Quintianus ruthenensis, Sophronius Notiomensis, Theodosius Antistiodoreus, Tetradius Aufciorum, Tetradius Bituricensis metropolis.

*Diniens, *Dignens, *Santons, *Sestilius, *Vasens, *Gildaredus.

¶ Finis concilij I. Auyeliensis.

GERVNDENSE CONCILIVM CIRCA TEMPORA HORMISDÆ PAPÆ. Est Prouinciale.

Gerunda, citerioris Hispaniæ celebre cum primis oppidum est, Latinarum veterum diuisioni subiactens, cuius populi Gervndenses Augustani cognominantur. Vide Plinium lib. 3. cap. 3. & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

¶ Capitula concilij Gervndensis.

Vt vnaquæq; prouincia in officio Ecclesiæ vnum ordinem teneat. 1

Vt litania post pentecosten, à quinta feria vsque in sabbato celebrentur. 2

De secundis litanijis faciendis Kalendis Nouembris. 3

Vt in Pascha tantum & Pentecoste baptismum detur, exceptis his, qui in languore consistunt. 4

Vt vnus dici infans, si in discrimine est, baptizetur. 5

Vt coniugati, ab episcopo vsq; ad subdiaconum, non sine testimonio viuant. 6

Vt qui sine vxoribus ordinantur, extraneas in domo non habeant. 7

Nè laici, qui viduam aut dimissam acceperint, in clero admittantur. 8

De his, q publicè pœnitentiã nõ accipiunt, sed tantum viaticum, vt in clero promoueantur. 9

TOM. 2.

Vt omnibus diebus horis vespertinis & matutinis oratio Dominica dicatur. 10

CONCILIUM GERVNDENSE,

Anno 7. Theodorici regis, 7. Idus Iunij, Agapeto viro clarissimo consule.

¶ Capitulum I.

VT institutio missarum, sicut in metropolitana ecclesia agitur, ita in Dei nomine in omni Tarraconensi prouincia tam ipsius Missæ ordo, quàm psallendo vel ministrando, consuetudo seruetur.

2 Vt expleta solennitate Pentecostes, in sequenti septimana à quinta feria in sabbatum, per hoc triduum abstinentia celebretur.

3 Item secunda litania faciendæ est Kalendis Nouembris, ea tamen cõditione seruata, vt si isdem diebus Dominica intercesserit, in alia hebdomada, secundum prioris abstinentiæ obseruantiam, à quinta feria incipiat, & in sabbati vespere Missa facta finiatur, quibus tamen diebus à carnibus & vino decreuimus abstinendum.

4 De catechumenis baptizandis id statutum est, vt in Paschæ solennitate, vel Pentecostes,

De cõf. dist. 1. Institutio
De cõf. dist. 4. De catech.

tecostes, quãto maioris celebritatis celebritas maior est, tanto magis ad baptizandũ veniant. Cæteris solennitatibus infirmi tantummodò debeant baptizari, quibus quocunq; tempore conuenit baptismum non negari.

5 De paruulis, qui nupèr è materno utero editi sunt, placuit constitui, vt si infirmi (vt assole) fuerint, & lac maternum non appetit, etiã eadem die, qua nati sunt, si oblati fuerint, baptizentur.

6 De conuersatione vitæ id statuere placuit, à pontifice vsque ad subdiaconatum, post suscepti honoris officium, si quis ex coniugatis fuerit ordinatus, vt semper alterius fratris vtatur auxilio, cuius testimonio vita eius debeat clarior apparere.

7 De his, qui sine vxoribus ordinantur, & familias domus habent, habito secum pro vitæ conuersatione fratre in testimonium, non per quamcunq; fœminei sexus personam eorum substantia gubernetur, aut per puerum, sed aut per amicum, domum suam debeant ordinare, nisi matrè, aut sororem

in domo habuerint, vt secundum priorum canonum statuta, per earum personas eorum debeat contumari substantia.

8 Si quis de laicis post vxorem, aliam cuiuscunq; conditionis cognouerit mulierem, in clero nullatenus admittatur.

9 Is verò, qui ægritudinis languore depressus, pœnitentiæ benedictionem, quam verò qui viaticum deputamus, per communionem acceperit, & postmodum reconualescens, caput pœnitentiæ in Ecclesia publicè non subdiderit, si prohibitis vitijs non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

10 Item nobis semper placuit obseruari, vt omnibus diebus post matutinas & vespertinas oratio Dominica à sacerdote profertur. Ioannes in Christi nomine episcopus subscripsi, Fortunianus episcopus subscripsi, Paulus episcopus subscripsi, Agricus episcopus subscripsi, *Emidius episcopus subscripsi, Nibridius episcopus subscripsi, Orontius episcopus subscripsi.

Concilium Gervndense finit.

De cõf. dist. 5. Id semper pla.
*Cinidius

CONCILIUM CASARAUGVSTANVM DVODECIM EPISCOPORVM. Est Prouinciale.

Casaraugusta in Tarraconensi prouincia, vrbs mediterranea imprimis nobilis: Vide Melam lib. 2. cap. 6. Plinium lib. 3. cap. 3. Strabonè lib. 3. Est regni Aragonum ciuitas metropolis, salubertate inter Hispaniæ vrbes commendata.

¶ Capitula Concilij Casaraugustani.

Vt fœminæ fideles à virorum alienorum costibus separentur. 1

Vt diebus Dominicis nullus ieiunet, nec diebus quadragesimæ ab ecclesia se absentet. 2

Vt qui Eucharistiam in ecclesia accipit, & ibi eam non consumit, anathematizetur. 3

Vt tribus hebdomadis, quæ sunt ante epiphaniam, ab ecclesia nemo recedat. 4

Vt qui à suis episcopis communionem priuantur, ab alijs non recipiantur. 5

Vt clericus, qui propter luxum monachus voluerit esse, excommunicetur. 6

Vt doctoris sibi nomen quis non imponat, cui concessum non est. 7

Vt ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur. 8

Varto Nonas Octobris, Casaraugustæ in secretario residetibus episcopis, Siradio, Delphino, Raticio, Ampelio, Augentio, Lucio, Italio, Splendinio, Valerio, Symposio, Ceterio, & Italio, ab vniuersis dictum est: Recitentur sententiæ. Lucius episcopus legit:

TOM. 2.

Capitulum primum.

VT mulieres omnes Ecclesiæ Catholice fideles, à virorum alienorum lectione & costibus separentur, nec ad ipsas legentes alij studio vel docendi, vel discendi conueniant, quoniam & hoc Apostolus iubet. Ab vniuersis episcopis dictum est, anathema futuros, qui hæc Concilij sententiam non obserauerint.

2 Item legit: Nè quis ieiunet die Dominica causa temporis, aut persuasionis, aut superstitionis. Nec quadragesimæ diebus ab ecclesijs fideles desint. Nec habitent in latibulis cubiculorum ac montium, qui in suspicionibus perseuerant, sed exemplum & præceptum custodiant sacerdotum. Et ad alienas villas agendorum conuentuum causa non conueniant. Ab vniuersis episcopis dictum est: Anathema sit, qui hæc commiserit.

3 Item legit: Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam non consumpsisse in ecclesia, anathema sit in perpetuum. Ab vniuersis episcopis dictum est, Placet.

4 Item legit: Vicelimo & primo die, id est, à decimo sexto Kalendas Ianuarij vsque in diem Epiphaniæ, qui est octauo Idus Ianuarij, continuis diebus nulli liceat de Ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad Ecclesiam. Quod qui non obserauerit, de suspectis anathema sit in perpetuum.

II 2 tuum.

tuam. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Anathema sit.

5 Item lectum est: Vt hi, qui per disciplinam aut sententiam episcopi ab ecclesia fuerint separati, ab alijs episcopis non sint recipiendi: Quod si scientes episcopi fecerint, non habeant communionem. Ab vniuersis episcopis dictum est: Qui hoc commiserit, episcoporum non habeat communionem.

6 Item legit: Si quis clericus propter luxum, vanitatisq; praesumptu, de officio suo sponte discesserit, ac velut obseruatore legis, monachu videri se maluerit esse, quam clericum, ita de ecclesia repellendum, vt nisi rogando atq; obsecrando plurimis temporibus satisfecerit, non recipiatur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Ita fiat.

Heb. 5. a

7 Item lectum est: Ne quis doctoris nomen sibi imponat, praeter has personas quibus concessum est, secundum quod scriptum est. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet.

8 Item lectum est: Non velandas esse virgines, quae se DEO vouerunt, nisi quadraginta annorum probata aetate, quam sacerdos comprobauerit. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet.

Concilium Casaraugustanum finit.

DECRETA IOANNIS PAPAE I.

Ex libro Pontificali.

Anno Dni 523.



Ioannes natione Tuscus, ex patre Constantio, sedidit annos duos, menses nouem, dies septendecim. Fuit autem a consulatu Maximiani vsq; ad consulatum Olibrij, temporibus Theodorici regis & Iustini Augusti Christiani. Hic vocatus est a rege Theodorico Rauennam, quem ipse rex rogans misit in Constantinopolim cum legatione ad Iustinum Imperatorem orthodoxum. Eodem quippe tempore Imperator vir religiosissimus summo amore religionis Christianae, voluit haereticos extricare. Nam summo seruore religionis Christianitatis hoc consilio vsus est, vt ecclesias Arrianorum catholicas consecraret. Pro hac causa rex Theodoricus haereticus hoc audiens, exarsit in iram, & totam Italiam voluit gladio extinguere. Eodem tempore Ioannes papa aegrotus egressus, cum fletu ambulauit pergens ad urbem Constantinopolim & senatores cum eo, scilicet Theodorus, Importunus & Agapetus ex consules, & alius Agapetus Patricius, accipientes hoc in madatis legationum ab ipso rege, vt redderentur ecclesiae haereticis in partibus Orientis, quod si non, omnem Italiam gladio perderet. Qui cum ambulasset cum Ioanne papa, occurrerunt

TOM. 2.

B. Ioanni papa, a milliariorum duodecimo, omnis ciuitas cum cereis & crucibus in honorem beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quia veteres Graecorum hoc testificabantur, dicentes, a tempore Constantini & a B. Syluestro sedis Apostolicae episcopo, vsq; ad Iustini tempora, non meruisse partes Graeciarum vicarium B. Petri apostoli suscepisse cum gaudio & gloria. Tunc Iustinus Augustus dans honorem neo, humiliavit se pronus in terram, & adorauit beatissimum Ioannem papam. Eodem tempore B. Ioannes papa cum senatoribus supra scriptis cum grandi fletu rogauerunt Iustinum Augustum, vt legatio acceptabilis esset in conspectu eius. Qui Ioannes papa & senatores viri religiosi omnia meruerunt, & liberata est Italia a Theodorico rege haeretico. Iustinus autem Imperator gaudio repletus est, quia meruit temporibus suis vicarium B. Petri Apostoli videre in regno suo, de cuius manibus cum gloria coronatus est Iustinus Augustus. Eodem autem tempore cum hi supra scripti, id est, papa Ioannes cum senatoribus, Theodoro, Importuno, & Agapeto excelsibus (Agapeto patricio defuncto Thessalonicae) positi Constantinopoli essent, Theodoricus rex haereticus tenuit duos senatores praecarios & excelsus Symmachum & Boethium, & occidit, interficiens gladio. Eodem tempore reuertens papa Ioannes venerabilis, & senatores cum gloria, dum omnia obtinuisent a Iustino Augusto, rex Theodoricus haereticus cum grandi dolo & odio suscepit eos, f. Ioannem papam & senatores, quos etiam gladio voluit occidere, sed metuebat indignationem Iustini Augusti. Tamen in custodia omnes afflictos maceravit, ita vt beatissimus Ioannes episcopus primae sedis, in custodia afflictus, deficiens moreretur. Qui defunctus est Rauenna a duodecimo Kalendas Junij. Post hoc factum, nutu omnipotentis Dei, 98. die postquam defunctus est Ioannes beatus, papa in custodia, Theodoricus rex haereticus subito interijt, & mortuus est. Hic papa Ioannes refecit caemeterium beatorum martyrum Nerci & Achillei, via Ardeatina. Item renouauit caemeterium sanctorum Felicis & Adaucti. Item renouauit caemeterium Priscillae. Eodem tempore positum est ornamentum super confessionem B. Pauli Apostoli de gemmis prasinae & hyacinthinis. Item huius temporibus Iustinus Imperator obtulit patenam auream cum gemmis, pensantem libras viginti. Calicem aureum cum gemmis, pensantem libras quinque; Scyphos argenteos quinque; Pallia auro texta quindecim, quae ipse Ioannes detulit ad beatos Apostolos Petrum & Paulum, & ad sanctam Mariam, & ad sanctum Laurentium. Hic ordinauit episcopos per diuersa loca 15. Cuius corpus translatum est de Rauenna, & sepultum est in basilica beati Petri sub die

sexto

sexto Kalendas Junias, Olibrio consule. Et cessauit episcopatus dies quinquaginta octo.

DECRETA IOANNIS PAPAE I.

De non accusandis Episcopis, Epist. I.



Ioannes urbis Romae episcopus, Zachariae archiepiscopo salutem. Exigit dilectio tua, frater charissime, praecipuum Apostolicae sedis, in quo patrum decreta consentiunt, quod nectibi, nec ulli recte viuentium & credentium sacerdotum, negare fas esse credimus. Et licet tibi pro merito & honore sacerdotij, quo plurimum polles, viuendi & docendi Ecclesiasticae regulae nota sint omnia, tamen quia Romanae Ecclesiae norma atq; auctoritate magno pe postulasti, scriptis tuis breuiter respondere curauimus. De occultis enim cordis alieni temere iudicare, iniquum est: & eum, cuius non videntur opera, nisi bona, peccatum est ex suspicione reprehendere. Oues ergo, quae pastoris suo commissae fuerint, cum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitauerit, debent, & nullatenus accusari possunt: quia facta pastorem oris gladio ferienda non sunt, quamquam recte reprehendenda videatur. Ideo ista dicimus, quia in scriptis vestris reperimus, quosdam episcopos vestris in partibus a proprijs ouibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione, & aliquos ex certa ratione, & idcirco quosdam suis esse rebus expoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Quos scias nec ad synodum comprouincialem, nec ad generalem posse conuocari, nec aliquid diiudicari antequam cuncta, quae eis ablata sunt, legibus potestati eorum redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & ecclesias, quae sibi sublatae sunt, cum omni priuilegio sui restitui, & postmodum non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum conuocentur, & ab omnibus quisq; suae prouinciae episcopis audiatur. Nam nec conuocari ad causam, nec diiudicari potest expoliatus vel expulsus: quia non est priuilegium, quo expoliari possit iam nudatus. Vnde & antiquitus decretum est: Omnes possessiones, & omnia sibi sublata atq; fructus cunctos ante litem contestata, praceptor vel primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: Ille, qui violentiam pertulit, vniuersa in statu, quo fuerant, recipiat, & quae possidet, securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis, & regum

In decret. Iuo. lib. 4.

TOM. 2.

edictis legitur statutum: Redintegranda sunt omnia expoliatis vel eiectis Episcopis praesentialiter ordinatione pontificum, & in eorum, vnde abscesserunt, potestate funditus reuocanda, quacumq; conditione temporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorum, aut per quascumq; iniustas causas, res ecclesiae vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum, & reliqua. Est etiam in antiquis Ecclesiae statutis decretum, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Vnde & in Euangelio scriptum est: Quod si aliquid defraudauit, reddo quadruplum. Et in legibus seculi cautum habetur: qui rem subripit alienam, illi, cuius res direpta est, in vdecuplum, quae sublata sunt, restituat. Et in lege diuina legitur: Male dictus omnis, qui transfert terminos proximi sui. Et dicit omnis populus, Amen.

In decret. Iuo. lib. 4.

Luc. 19. b. 12. q. 2. legibus cautum.

Deut. 27. c

Talia ergo non praesumantur absque vltione, nec exerceatur absque sua damnatione. Tu vero, frater charissime, haec, vide, ne transgrediaris, & reliquos Episcopos, tam tuae curae commissos, quam & alios firmiter tenere doceto, quia transgredi Apostolica statuta absque transgressoris gradus periculo nullatenus possunt. Inimicis vero accusatoribus, vel de inimici domo prodeuntibus, seu qui cum inimicis morantur, non credatur: ne irati, nocere cupiant, ne lesi, se velint vlcisci. Hi quoque reijciendi sunt, non approbandi. Haec (charissime) tene, & prohibita semper caue. Illud adimplere stude, quod benedixit Iesum filium Sirach dictum est: Vsque ad mortem certa pro veritate, & semper Dominus Deus tuus pugnabit pro te. Huius ergo rei gratia vobis & nobis sancta commissa est Ecclesia, vt pro omnibus laboribus & cunctis opem ferre non negligamus: quoniam dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quae possidet. Ideoque tanta virgente necessitate, summo per vestra Apostolicae auctoritate, & reliquos episcopos oportet reprimere infectos, releuare oppressos, vt absque graui (Domino auxiliante) difficultate, ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur illis. Ad vos quoque me reuerti cogit propositi operis amica conditio, qui melioribus hactenus operam volui nauare sermonibus, dum talem rationem exigit toxicata necessitas. Mandati caelestis habitatio nos aut miscet, aut separat. Nec interest, quae interualla nos segregent, si vna in supernae mansionis clauae retinentur. Nec vobis tales nocere valebunt, si inuicem adiutorium ferre non distuleritis. Inauditum autem genus sacrilegij est, quod mentita religionis honorem praefixi aemuli colorant. Dehonestat enim venerandi reuerentiam nominis, qui adiutor se in his, quae in Deum iactat com-

Ecc. 4. d

Luc. 10. c

II 3

*Sublimis Rom. 14. a

emundent

Ioan. 13. d

missa pollicetur. Contumelia genus est, quasi in solatio adesse sublimi, iuxta Apostolum: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Quid auribus imperitis illud ut, & grauiorem vindictae speciem faciunt esse quam culpae? Si odium habent, excessibus emendent. Cur ergo liberius condemnant scelerata, quam vitant? Sui profecto impugnator est omnis, qui patres insequitur, aut detrahere non formidat. Nihil est enim, in quo inimicorum tela (Domino opem ferente) superare non valeatis, si (iuxta veritatis vocem) talem, qualem Dominus praecipit, habueritis dilectionem adiuuicem. Data xv. Kalend. Nouembris, Maximo & Olibrio viris clarissimis consulis.

AD EPISCOPOS ITALIAE de Theodorico Rege.

Epi. 2.

Ioannes episcopus omnibus per prouincias Italiae constitutis episcopis, in Domino salutem.

Sapissimè multo iam experimento didici, sanctum pietatis vestrae studium circa religionem Christianam gloriosè crescere & dilatari augmentis, & fides recta, quae non solum me, sed omnes Domini sacerdotes consolatur & roborat, vestris in mentibus & opibus per sacerdotale agnoscitur opus & dilatur. Quapropter (fratres) hortor vos & moneo, contra Arrianam perfidiam, quae olim non semel, sed saepe damnata est, & modò in quibusdam reuiuiscit, armari gladio spiritus sancti, ut eam ita (admirante diuina gratia) opprimere & extirpare valeamus, ut nec radix eius in posterum inueniatur. Ecclesias verò Arrianorum ubicunque inueneritis, catholicas eas diuinis precibus & operibus absque vlla mora consecrate: quia & nos, quandò fuimus Constantinopoli, tam pro religione catholica, quam & pro regis Theodorici causa negocij, suadente atque hortante, Arrianosque extirpante pijsimo atque Christianissimo Iustino orthodoxo Imperatore, quascunq; illis in partibus eorum ecclesias reperire potuimus, catholicas eas (Domino opem ferente) consecrauimus, Et quanquam praedictus Theodoricus rex, eorum peste tactus intrinsecus, & obuolutus extrinsecus, nos & omnem regionem nostram perdere, & gladio & igne consumere minetur, nolite tamen propterea deficere, sed viriliter in agro Dominico laborare studete, & (iuxta veritatis vocem) nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus mittere in gehennam. Et egregius gentium Apostolus inquit: Non enim nosmetipsos praedicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum: quoniam Deus, qui

Matt. 10. c

1. Co. 4. bcd

TOM. 2.

dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiae claritatis Dei in faciem Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut qui sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulatione patimur, sed non angustiatur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, & non derelinquimus: deijcimus, & non perimus: semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu in corporibus nostris manifestetur. Semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur, propter Iesum, ut & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergò mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur: scientes, quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, ut gratia abundas per multas gratiarum actiones, abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficiamus. Sed licet is, qui foris est, non ster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim, quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemptibus nobis quae videntur, sed quae non videntur. Quae videntur enim, temporalia sunt: quae autem non videntur, aeterna sunt. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ex Deo aedificationem habemus, domum non manu factam, aeternam in caelis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitatione nostram, quae de caelo est, superinducipientes, si tamen vestri, & non nudius inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus spoliari, sed superuolari, ut absorbeatur, quod mortale est, vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audetes igitur semper, & scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino: (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus autem, & bonam voluntate habemus, magis peregrinari à corpore, & praesentes esse ad Deum: & idem contedimus, siue absentes, siue praesentes, placere ei. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Scientes ergò timorè non timi, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs vestris manifestos nos esse. Non iterum nos comendamus vobis, sed occasione damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excidimus, Deo: siue sobrijs

Psal. 117.

Ibidem ca. 5. a b c d

Anno Domini 525.

*Mauriti

Ibi. ca. 6. a b Eia. 49. c 1. Cor. 4. a

1. Cor. 13. d

Anno Domini 525.

brij sumus, vobis. Caritas enim Christi vrget nos, aestimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergò omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei, qui pro illis mortuus est & resurrexit. Itaque nos ex hoc neminem iam nouimus secundum carnem: & si agnouimus secundum carnem Christi, sed nunc iam non nouimus. Si qua ergò in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis: quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergò legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuam gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, Ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in largimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei per arma iustitiae à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: ut seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Deceterò fratres gaude, perfecti estote, exhortamini, pacem habete, ut Deus pacis & dilectionis sit semper vobiscum, Amen. Data iij. Idus Iunij, Maximo & Olibrio viris clariss. cons.

DECRETA FELICIS PAPAE

QUARTI.

Ex libro Pontificali.



Felix natiōe Samnius, ex patre Castorio, sedit annos 4. menses 2. dies 13. Fuit autem temporibus Theodorici regis & Iustiniani Augusti, à consalatu Mauri usque ad consalatum Lampadij & Orestis, à die 4. Iduum Iuliarum, usque in die 4. Idus Octobris. Hic fecit basilicam sanctorum Cosme & Damiani in vrbe Roma, in loco

TOM. 2.

co, qui appellatur Via sacra, iuxta templum vrbs Romae. Huius temporibus consumpra est in cedio basilica sancti Martyris Saturnini, via Salaria, quam à solo refecit. Qui etiam ordinatus est cum quiete, & vixit usque ad tempora Athalarici. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Februarium & Martium, presbyteros 55. diaconos 4. episcopos per diuersa loca, 29. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri Apostoli, 4. Idus Octobris. Et cessauit episcopatus dies 3.

TITVLI CAPITVLORVM sequentis Epistola.

Quòd Missarum celebratio alibi, quam in Deo dicatis locis, non debeat fieri, nisi magna compulerit necessitas. cap. I De ecclesiarum sacrationis dubitatione quid sit agendum. cap. 2



Dilectissimis fratribus omnibus Episcopis per diuersas prouincias constitutis, Felix episcopus in Domino salutem. Magno munere misericordiae Dei, totius Ecclesiae catholicae multiplicata sunt gaudia, cum ecclesiarum status eo vigeret ordine, quo apostolorum successores illi statuerunt. Et cum antiqui hostis astutia eum turbari agnosceremus, non modico contristamur merore. Quam ab causam (fratres) hortamur vos, monemus & flagitamus, ut à tramite Apostolice institutionis nequaquam recedatis, nec à capite dissideatis, sed fide & ordine, quae Apostoli & apostolici viri statuerunt, absque vlla haesitatione teneatis. Nam si colung alicuius magnae domus ruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos, qui columna Ecclesiae estis, si labefacti ceperitis, sancta Ecclesia, quae per vos regitur, tabescit & labitur. Haec (fratres) quae dico, valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda, atque ne fiant cauenda. Ipsa enim per se veritas ait: Vos estis sal terrae. Quòd si sal euauerit, in quo salietur? Ideò (charissimi) vos moneo, quia debitor sum vobis, & valde vos diligo. Et quandò bona audio de vobis, nimis sum gauisus: & e contra quandò mala, nimis conturbatus. Ego verò, quantum à vobis per longa terrarum atque maris interualla disiunctus sum, sum tamè omnino vobis corde coniunctus. Id quae de beatitudine vestra erga me modis omnibus confido, quia cum me vicissim diligitis, à me longè non estis. Vnde gratias referimus illi grano linapis, qui ex modici despicabilisque seminis specie, ita ramis ex eadem radice surgentibus, atque se distendentes, usque quaque diffusis, ut in eis volatilia caeli nidificent, gratiaque sit sermento illi, quod tribus farinae satis totius humani generis mafam in vnitatem conserpsit, atque paruo lapidi, qui abscessus est de monte sine manibus, & occupauit vniuersam faciem orbis terrae, qui ad

Matth. 5. b

Matth. 13. d Lucae 14. d

Daniel. 2. c

II 4 hoc

hoc se vsquequaq; distēdit, vt omni humano genere in vnitatem redacto, totius corpus perficeretur Ecclesie, atq; ita ad totius compagis pertineret commodū, membrorum partialis ista distinctio. Vnde nos quodē à vobis non longē sumus: quia in illo, qui vbiq; est, vnum sumus. Agamus ergo ei gratias, qui solutus inimicitijs in carne sua fecit, vt in omni orbe terrarū vnus esset grex, & vnum ouile sub se vno pastore, semp memores, quid nos egregius p̄dicator admoner, dicens: Soliciti seruate vnitatem spiritūs in vinculo pacis. Sanctitatis vestra scripta, quæ ad sedem Apostolicam misistis sup quibusdam consultis, quasi ad caput, vt inde acciperetis responsa, vnde omnis Ecclesia totius religionis sumpsit exordium, gratanter suscepti, & breuiter vobis respondere curauit.

CAPITVLVM PRIMVM.

De ecclesiarum enim consecratione, & de Missarum celebrationibus, nō alicubi q̄ in sacratis Dño locis, absque magna necessitate fieri debere, liquet omnibus, quibus sunt nota noui ac veteris testamenti p̄cepta. Tabernaculum verō Mosen Domino p̄cipiente fecisse, & sacrasse cum mensa & altari eius, & ceteris vasis vtilibus ad diuinum cultum explendum legimus, & nō solum diuinis p̄ceptis ac precibus, ea sacrasse, sed etiam sancti olei vnctiōe, Domino iubente, perlinisse nouimus. Qualiter autē hæc facta sint, & quomodo ipsa sacra non alij, quàm sacerdotes sacra vnctiōe delibuti, domino q; cum vestibus sanctis sacrati, & Leuitæ tractabant, ferebant, erigebāt, & deponēbant, in ipsis institutionibus, quæ (dño iubente) per Mosen conscriptæ sunt, in lege nō reperitur. Qualiter ergo Dauid regum pijsis amplificauerit cultum Dei, & templum Dñi edificare voluit, sed p̄pter multum sanguinem, quem effuderat, prohibere est, & ipse collegerat expensas, Salomonq; filius eius id ipsum, quod ipse facere optauerat, iubente & auxiliante DEO perfecit, & templum cum altari, & reliqua, ad diuinum cultum peragendū, consecrauit, in lib. Regum inter cetera legitur ita: Aedificans (inquit Salomon Dño) edificauit inhabitaculū tuum, *fortissimum solium tuum in sempiternum. Conuertitq; rex faciē suam, & benedixit omni ecclesie Israel. Omnis enim ecclesia Israel stabat, & ait: Benedictus Dñs Deus Israel, qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius perfecit, dicens: A die, qua eduxi populum meum Israel de Aegypto, non elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israel, vt edificaretur domus, & esset nomen meum ibi, sed elegi Dauid, vt esset super populum meum Israel. Voluitque Dauid pater meus edificare domum nomini Domini Dei Israel, & ait dñs ad Dauid patrem meum. Quod cogitasti in

Ioan. 10.

Ephc. 4.4

In decretis Iuo. lib. 2.

Num. 7.4

*domino

Reg. 8. p totum.

*firmissimi

2. Reg. 7.

TOM. 2.

corde tuo edificare domum nomini meo, benē fecisti, hoc ipsum mente tractans. Veruntamen tu non edificabis domum, sed filius tuus, qui egredietur de renib' tuis, ipse edificabit domum nomini meo. Confirmauit Dñs sermōnem suum, quē loquutus est, steti q; pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus. Et edificauit domum nomini Domini DEI Dei Israel. Et constitui ibi locū arca, in qua fœdus Dñi est, quod percussit cum patribus nostris, qñ egressi sunt de terra Aegypti. Stetit autē Salomon ante altare Dñi in cōspectu Ecclesie Israel, & expandit manus suas in celum, & ait: Domine Deus Israel, non est similis tui in cælo desuper, & super terrā deorsum, qui custodis pactum & misericordiā seruis tuis, qui ambulat corā te in toto corde suo. Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei. Ore loquutus es, & manibus perfecisti, vt hæc dies probat. Nunc igitur Dñs Deus Israel, cōserua Dauid famulo tuo patri meo, quæ loquutus es ei, dicens: Non auferet de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamē, si custodiērint filij tui viam suam, vt ambulēt coram me, sicut tu ambulasti in cōspectu meo. Et nunc Deus Israel firmentur verba tua, q̄ loquutus es Dauid seruo tuo patri meo. Ergone putādum est, q̄ verē Deus habitet super terram? Si enim cælum & cæli cælorum te capere non possunt, quāto magis domus hæc, quam edificauit? Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius, domine Deus meus. Audi Dñe hymnum & orationem, quam seruus tuus orat coram te hodiē, vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte & die, super domum de qua dixisti, Erit nomen meum ibi, vt exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te seruus tuus, vt exaudias deprecationem serui tui, & populi tui Israel, quodcunq; orauerint in loco isto, & exaudias in loco habitaculi tui in cælo, & cum exaudiēris, propici' eris. Si peccauerit homo in proximum suum, & habuerit aliquod iuramētum, quo teneatur adstrictus, & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cælo, & facies, & iudicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput eius, iustificansq; iustum, & retribuēs ei secundum iustitiam suam. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, (quia peccaturus est tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo, venerint & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cælo, & dimitte peccatū populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorū. Si clausum fuerit cælū, & nō pluerit, p̄pter peccatū eorū, & orātes in loco isto pœnitentiā egerint nomini tuo, & à peccatis suis cōuersi fuerint p̄pter afflictionem suam, exaudi eos in cælo, & dimitte peccata seruo-

seruo-

seruorū tuorū, & populi tui Israel, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da plūuiam super terram, quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames, si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obsidens, omnis plaga, vniuersa infirmitas, cunctaque deuotatio & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel: si quis agnouerit plagam cordis sui, & expanderet manus suas in domo hac, tu exaudies in cælo, in loco habitacionis tuæ, & repropiciaberis, & facies, vt des vniciquē secundum omnes vias suas, sicut videris cor eius, (quia tu nōsti solus cor omnium filiorum hominum) vt timeant te cunctis dieb', quibus viuunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Insup & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuū, (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extensum vbiq;) cum venerit ergo, & orauerit in loco hoc, tu exaudies in cælo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, pro quib' inuocauerit te alienigena, vt discant vniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel: & probēt, quia nomen tuum inuocatum est super domum hæc, quam edificauit. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam quodcunq; miseris eos, orabunt te contra viam ciuitatis, quam elegisti, & contra domum quam edificauit nomini tuo, & exaudies in cælo orationem eorum & preces eorum, & facies iudicium eorum. Quod si peccauerint tibi, (non est enim homo, q̄ nō peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longē vel propē, & egerint pœnitentiā in corde suo in loco captiuitatis, & cōuersi deprecati fuerint te in captiuitate sua, dicentes: Peccauimus, iniquē egimus, impiē gessimus, & reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua, in terra inimicorum suorum, ad quam captiui ducti fuerant, & orauerint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis quam elegisti, & templi quod edificauit nomini tuo: exaudies in cælo, in firmamento solij tui, orationem eorum & preces eorum, & facies iudicium eorum, & propiciaberis populo tuo, qui peccauit tibi: & omnibus iniquitatibus eorum, quibus p̄uacati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis, qui eos captiuos habuerint, vt misereantur eis. Populus enim tuus est & hæreditas tua, quos eduxisti de terra Aegypti, de medio fornacis ferreae, vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui & populi tui Israel, & exaudies eos in vniuersis, pro quibus inuocauerint te. Tu enim separasti eos tibi in here-

TOM. 2.

ditatem de vniuersis populis terræ, sicut loquutus es per Mosen seruum tuum, qñ eduxisti patres nostros de terra Aegypti Dñe Aegypto, Deus. Factum est autē, cum complēset Salomon orans Dñm omnem orationē & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini. Vtrunque enim genu in terra fixerat, & manus expanderat ad cælum. Stetit ergo, & benedixit omni Ecclesie Israel, voce magna, dicens: Benedictus Dñs, qui dedit requiem populo suo Israel, iuxta omnia quæ loquutus est: Non cecidit, ne vnus quidem sermo in omnibus, quæ loquutus est bonis, per Mosen seruum suum. Sit Dñs Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquēs nos, neq; projiciens, sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius, & custodiamus mandata eius, & cæmonias, & iudicia, quæcunq; mandauit patribus nostris, & sint sermōnes mei isti, quibus deprecatus sum coram Dño, appropinquantes Dño DEO nostro die ac nocte, vt faciat iudiciū seruo suo, & populo suo Israel p̄ singulos dies, & sciant omēs populi terræ, quia vnus ipse est deus, & non est vltra absq; eo. Sit quoq; cornū p̄fectum cum Dño Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut & hodiē. Igitur rex & omēs Israel cū eo immolabant victimas corā Dño. Mactauitq; Salomō hostias pacificas, quas immolauit dño, bouū vigintiduo millia, & ouium centum viginti millia, & dedicaerunt templum Dñi rex & filij Israel. In die illa sanctificauit rex medium atrij, quod erat ante domum Dñi. Fecit autē ibi holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum: quia altare aneum, quod erat corā Dño, minus erat, & capere non poterat holocaustum & sacrificium & adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omēs Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vsq; ad riuum Aegypti, corā Dño Deo nostro septem diebus, id est, quatuordecim diebus, & in die octaua dimisit populos. Iudæi ergo loca, in quibus Dño sacrificabant, diuinis *habebant supplicationibus consecrationibus cōsecrabant

De cō. di. J. sicut nō (vt p̄dictum est) summa exigēte necessitate, alij q̄. Missas celebrare, nec sacrificia offerre Domino debemus. Et hoc, si summa necessitas agere

*supplicatioibus consecrationibus cōsecrabant

Ioan. 1. b

De cō. di. J. sicut nō (vt p̄dictum est) summa exigēte necessitate, alij q̄.

agere compulerit, non in domibus, quia in sacris canonibus sacrificia in domibus offerri prohibita sunt: sed in tabernaculis, diuinis precibus à pontificibus dicatis, & in mentis Dño sacratis, & sacra vnctione à pontificibus delibutis, pro summa (vt prefixum est) necessitate, & non pro libito cuiusquã & pigritia agatur. *Satius ergo est, Missam non cantare aut non audire, q̃ in illis locis, vbi fieri non oportet: nisi (vt sæpè dictũ est) pro summa contingat necessitate, quoniam necessitas non habet legem. Vndè scriptum est: Vide, nè offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco quem elegerit dñs deus tuus. Et in Exodo legitur: Vos vidistis, quia de celo locutus sum vobis: Nò facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis: Altare de terra facietis mihi, & offeretis super illud holocausta & pacifica vestra: Oues vestras & boues in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. Et sicut non alij, q̃ sacrati Dño sacerdotes, debet Missas cantare, nec sacrificia super altare offerre: sic nec in alijs, q̃ in p̃fatis Dño sacratis locis, Missas cantare aut sacrificia offerre licebit. Si autè, vt legitur in concilio Laodicensi cap. xxvj. q̃ hi, qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesijs, q̃ in domibus *minus exorcizare nò possunt: multo magis maioris gradus ministeria, nisi ab eis, qui ad eos gradus sunt sacrati, quibus fungi debent, officia agi vel sacrificia offerri licet. Quòd autè (vt paulò superius p̃libatum est) oblationes in domibus offerri nò debent, in eodè concilio cap. 58. prohibitum habetur, ita: Non oportet in domibus oblationes celebrari ab episcopis & presbyteris. Solennitates verò dedicationum Ecclesiarum & sacerdotum, per singulos annos solenniter sunt celebranda, ipso Dño exempla dante, qui ad festum dedicationis templi, omnibus, id faciendo, dans formam, cum reliquis populis eandem sc̃tuitatem celebraturus, venit, sicut scriptum est: Facta sunt encaenia in Hierosolymis, & hyems erat: Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Quòd autè octo dierum sint encaenia celebranda, in libro Regum, peracta dedicatione templi, reperies.

2 De ecclesiarum verò cõsecratione quoties dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, à quibus consecratio sciat, absq; vlla dubitatione scitote eas esse cõsecrandas, nè talis trepidatio faciat deteriorationem: quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum. His, fratres, testimonijs scripturarum apostolica auctoritate confirmatis, consultis vestris breuiter respondisse sufficiat. Vobis tamen prauidentum est, & omnibus prædicandum, vt illicita non agantur, & Domini præcepta conferuentur, & fideliter peragantur. Romanus. Thess. 5. c. gamus autem vos, fratres, vt dicta Apostoli replicemus, corripite inquietos, consolami-

ni pusillanimes, suscipite infirmos, patietes estote ad omnes. Videte, nè quis malum pro malo alicui reddat, sed semper, quod bonũ est, sectamini in inuicem & in omnes: Semp̃ gaudete, sinè intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sinè querela in aduentu Dñi nostri Iesu Christi seruetur. Data Kalen Martij, Lampadio & Oreste viris clariss. coss.

¶ Epistola eiusdem exhortatoria ad Sabinam.

Singulare membrum Ecclesie, tuæ religionis amplitudinem existeret, & à nobis reuerentissimè coli, factũ est omnib; manifestũ. In ipso enim apice nobilitatis, multo nobiliorem Ecclesie deuotionem impeditis, & magis læta Christi agnitione præceptis eius obtemperas, & in fide potius exultas, quàm tanti generis flore iactaris. Summa virtus est, vicisse gloriam carnis: & magna est Christi gratia, nobilitatem moribus superasse, domina filia merito illustris. Certa igitur existens, dilectissima, vitæ huius (cunquæ sunt) spatia æternis diuinisq; officijs illustrare contendere, vt qui insignem te præstitit, reddat tibi per secula clariorem. Quapropter tuam hortamur dilectionem, vt bonum, quod cœpisti, semper implere nò differas: quia non laudatur initium, sed finis. Sapientiam enim te hortamur diligere & scrutari, vt rationabiliter & sapienter disponas & iudices ea, quæ tibi commissa sunt, dicente Domino per prophetam: Erudimini, qui iudicatis terram. Time ergo Dominum, & madata eius serua, & dilige eum totis visceribus, & proximum tuum sicut te ipsum. Deus altissimus creauit sapientiam in spiritu sancto, & vidit, & dinuerat ea terræ, & mensus est, & effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem: secundum datum suum præbuit illam diligentibus se. Timor Domini, gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiã & gaudium in longitudinem dierũ. Timenti Dominũ benè erit in extremis, & in die defunctionis sue benedicetur. Dilectio dei honorabilis sapientia: quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum. Initium sapientie, timor Domini: & cũ fidelibus in vulua cõcreatus est, & cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur. Timor Dñi, scientie religiositas. Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti Dominũ benè erit, & in diebus consummationis illius benedicetur.

*libitu

*Statutum

Deut. 12. b

Exod. 20. d

De cõc. dif. 1. Sicut non alij.

*minus

De cõ. di. 1. Sicut non alij.

De cõ. di. 1. Solennitates dedicationum.

Ioan. 10. c

3. Reg. 8. g

1. Thess. 5. c

Plenitudo sapientie est, timere Dominum, & plenitudo à fructibus illius. Omne domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius. Corona sapientie, timor Domini, repletur pacem & salutem fructum: & vidit, & dinumeravit eam. vtraq; autem sunt dona Dei, scientia & intellectus prudentie. Sapientia compartitur, & gloriam tenentium se, exaltat. Radix sapientie, est timere Dominum, & rami illius longæui. In thesauris sapientie, intellectus & scientie religiositas: execratio autem peccatoribus, sapientia. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sinè timore est, nò poterit iustificari. Iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est. Vsq; in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. Bonus sensus vsq; ad tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientie, significatio disciplina: execratio autem peccatori, cultura Dei. Fili, concupiscens sapientiam, serua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & disciplina, timor Domini: & hoc, quod beneplacitũ est illi, fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius. Cõtumax non sis, & incredibilis timori Domini, & nè accesseris ad illum duplici corde. Nè fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris labijs tuis. Attende in illis, nè forte cadas, & ponas scandalum animæ tuæ, & adducas in honorem tuum tibi, & reuelat Deus absconsa tua. Pro fide & iustitia, ac, p̃ salute animæ certa semper, & pro adiutorio fratrum viriliter age, vt à Domino recipias remuneratione. Scriptum est enim: Fili, conserua tempus, & deuota à malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim cõsufio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Nè accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuã mendacium. Non reueraris proximum tuum in casu tuo, nec retineas verbũ in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore eius. In lingua enim agnoscitur sapientia, & sensus, & scientia, & doctrina in verbis veritatis, & firmamētum in operibus iustitie. Non contradicas veritati illo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris cõfiteri peccata tua, & nè subijcias te homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluminis. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iustitia, & DEVS expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatè esse in lingua tua, & inutilis & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, euerrens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Nò sit tibi manus tua porrecta ad accipiendũ, & ad dandũ collecta. His sulta scripturarum auctoritatibus, semper sta recta, & à via ver-

*Sciētia & intellectum prudentiæ sapientia

Ecc 4. c. d

verbo sensu

ratis nè auertaris, vt gratiam Dei acquiras, & bonorum hominum amicitia fruaris: tantoq; tua voluntas facilius ab amore huius seculi exeat, quanto & impellitur, dñi vocatur. nam nos & p̃sentes vos videre cupimus, & absentibus p̃ epistolã saltè colloq; desideramus. Vndè & optamus, vt vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis gratia perfrui vestra præsentia mercamur. Data 12. Kalen Nouembris, Lampadio & Oreste viris clariss. coss.

DECRETA

BONIFACII PAPAE II.

Ex libro Pontificali.



Onifacius natiõ Romani, ex patre Sigibuldo, sedit annos 2, dies 26. Fuit autem tẽporibus Athalarici regis hæretici, & Iustiniani Augusti. Hic cum Dioscuro ordinat sub cõtentione. Qui Dioscuro ordinatur in basilica Cõstantiniana, Bonifacius verò in basilica Iulij. Et fuit dissensio in clero & senatu dies 29. Eodem tempore defunctus est Dioscuro pridie Idus Octobris. Ipsi diebus Bonifacius zelo & dolo ductus, cũ grãdi amaritudine sub vinculo anathematis & chirographi reconciliauit clerum, quẽ chirographum Ecclesie archiuo reclusit, quasi damnans Dioscuro. Et cõgregauit clerũ, cui tamen in episcopatu nullus subscripsit, dum plurima multitudo fuisset cũ Dioscuro. Hic presbyteris & Diaconibus & subdiaconibus & notarijs scutellas de adeptis hæreditatibus obtulit, & alimonijs multis in periculo famis clero subuenit. Hic congregauit synodũ in basilica beati Petri apostoli, & fecit constitutum, vt sibi successorẽ ordinaret. Quo constituto cum chirographis sacerdotum & iureiurando, ante confessionem beati Apostoli Petri in diaconem Vigilium constituit. Eodem tempore facta iterum synodo, hoc censuerunt sacerdotes omnes propter reuerentiam sanctæ sedis, & quia contra canones fuerat hoc factum, & quia culpa eum respiciebat, vt successorem sibi cõstitueret, ipse Bonifacius papa reum se confessus est maiestatis, quòd diaconem Vigilium sua subscriptiõe chirographi antè confessionem B. apostoli Petri cõstituisset, ac ipsum constitutum in præsentia omniũ sacerdotum & cleri & senatus, incendio cõsumpsit. Eodẽ tẽpore venit relatio ab Afris episcopis de constitutione, & vt cum cõstilio sedis Apostolicæ omnia Carthaginensis episcopus faceret. Qui Bonifacius sepultus est in basilica B. Petri Apostoli, sub die 17. mensis Octob. post consularum Lampadij. Et cessauit episcopatus mensis 2, dies 15.

Annũ Dñi 529

EPISTOLA EIVSDEM AD EV-
lialium Alexandrinum episcopum, de
reconciliatione Carthaginensis
ecclesie, directa.



Bonifacius episcopus Eu-
lialio coepiscopo salutē.
Olim & ab initio tantam
percepim⁹ à beato Petro
Apostolorum principe fidu-
tiam, vt habeamus au-
thoritatem vniuersali Ec-
clesiæ (auxiliante Domino) subuenire, &
quicquid nocuum est, autoritate aposto-
lica corrigere & emendare. Ad hoc enim di-
uina dispositionis prouiso gradus diuer-
sos & ordines constituit esse distinctos, vt
dum reuerentiam minores potioribus ex-
hiberent, & potiores minoribus dilectionē
impenderent, vna concordia fieret ex di-
uersitate contextio, & rectē officiorū *ge-
neraretur administratio singulorum. Neq;
enim vniuersitas alia poterit ratione subsi-
stere, nisi huiusmodi magnus eam differen-
tiæ ordo seruaret. Quia verò quæq; creatu-
ra in vna eademq; æqualitate gubernari
vel viuere non potest, caelestium militiarum
exempla nos instruunt: quia dum sint an-
geli, sint archangeli, liquet quia non æqua-
les sunt, sed in potestate & ordine (sicut nō-
stis) differt alter ab altero. Si ergò inter hos,
qui sine peccato sunt, constet istam esse di-
stinctionem: quis hominum abnuat, libeter
illorum se dispositioni submittere? Hinc em̄
pax & charitas mutua se vice complectun-
tur, & manet firma concordia, ac in alterna
& Deo placita dilectione synceritas. Quia
igitur vnumquodq; salubriter tunc com-
pletur officium, cum fuerit vnus, ad quem
possit recurri, præpositus: vota nostra chari-
tatem tuā latere nolumus, nē, qui particeps
fuit solitudinis, gaudiorū fructus redda-
tur extorris. Et idēd Carthaginē ecclesiā
ad communionem nostram redisse (domi-
no propiciante) tradentibus significamus al-
loquijs, & mandatorum, quæ legatis nostris
dedimus, seriem in omnibus fuisse comple-
tam. De qua parte, vt ad dilectionem tuam
plenius perfectē gaudium perueniret, libel-
li Eulali j fratris & confacerdotis nostri Car-
thaginensis episcopi, & Iustini clementissi-
mi principis Orientis sacrarum literarū ex-
emplaria pariter credidimus destināda, in-
dicantes nihilominus, per Orientis partes
plurimos episcopos sic fecisse. Superest, vt à
nobis cōpetentibus precibus diuinitas ex-
orata concedat, quatenus de aliarum quoq;
ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea
verò, quæ significare curauimus, in eorum
sacerdotum, qui fraternitati tuę vicini sunt,
curabis perferre notitiā, vt & ipsi de affectu
tantæ rei gratias nobiscum caelestis miseri-
cordiæ beneficijs referre non cessent. Aure-
lius enim præfatę Carthaginensis ecclesiæ
TOM. 2.

Dist. 89. Ad
hoc dispes.
*dispensa-
tionis

*gereretur

*exemplar
nos instru-
it:

olim episcopus, cum collegis suis (instigan-
te diabolo) superbire temporibus præde-
cessorum nostrorum Bonifacij atq; Cæle-
stini, contra Romanam ecclesiam cepit: sed
videns se * modò * peccatis Aurelij Eulalius * more
à Romanę Ecclesiæ communionē segrega- * peccantis
tum, humiliās recognouit se *, pacem & cō- * peccasse,
munionem Romanę Ecclesiæ petens, sub-
scribendo vnā cum collegis suis, damnauit
Apostolica auctoritate omnes scripturas, q̄
aduersus Romanę Ecclesiæ priuilegia factę
quoquo ingenio fuerunt.

EXEMPLAR PRECVM EIVS,
& Iustini prædicti principis.

Prima salus est, rectę fidei regulam cu-
stodire, & à constitutis patrum nullatenus
deuiare, & quia nō potest Domini nos-
tri Iesu Christi prætermitti sententia, dicē-
tis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædifi-
cabo Ecclesiam meam. Et hæc, quę dicta
sunt, rerum probantur effectibus, quia in
sede Apostolica extra maculam semper est
catholica seruata religio. De qua spe & fide
minimè separari cupientes, & patrum se-
quentes cōstituta, anathematizamus omnes,
qui contra sanctam Romanam & Apostoli-
cam Ecclesiam superbiēdo suas erigunt cer-
uices: sequentes in omnibus Apostolicam
sedem, & prædicantes eius omnia constituta,
& per omnia spero, vt in vna communi-
one vobiscum, quam sedes Apostolica præ-
dicat, esse merear, in qua est integra & vera
Christianę religionis & perfectæ soliditas,
promittens sequestratos à communiōe Ec-
clesię catholicę, id est, non consentientes
sedi Apostolicę, eorum nomina inter sacra
non recitanda esse mysteria. Quòd si in ali-
quo à professione mea deuiare tentauero,
his quos damnauit, complicem mea sentē-
tia me esse p̄fiteor. Hęc autem professionē
meam manu mea subscripsi, & Bonifacio S.
& venerabili papę vr̄bis Romę direxi, dam-
nans & antecessores & successores meos,
& oēs q̄ S. Romanę & Apostolicę Ecclesię
priuilegia cassare nituntur. Hinc enim sup-
nē misericordię documentum perdocetur,
quandò & mundani principes causas fidei
cum reipub. ordinatione coniungunt, & ec-
clesiarum præfules, quod ad dispensationē
suam pertinet, officij memores exequuntur.
Talibus enim indigebat post discordię p-
cellas religio Christiana rectoribus, qui cō-
pressis prouida dispensatione turbinationibus,
diū peregrinatam pacem depulsa tempesta-
te reducerent, vt in futura pōst secula ad p-
positi sui exempla tendentes, sibi ascriben-
dum indubitanter ostenderent, quicquid
Dño placitum posteris pro sua imitatione
fecissent. Benedicamus Dominum, fratres
charissimi, nostris hoc diebus fuisse concessum,
& totis orationum & curarum viribus
adnitamur, vt quę dei ope benè cōpta sunt, ipso

Matth. 16. c

Psalm. 107.

*for. primū,

*rei

ipso adiuuante per oia cōpleantur. Speran-
dum enim est, vt ad compagem corporis sui
reliqua, quæ adhuc diuisa sunt, membra fe-
stinent, & à potioribus minora non discre-
pent. Ad quod, cum me dilectio tua Chris-
tianæ studio charitatis hortat, debet, quod
inuitat, seq, & quod amandū suadet, ample-
cti. Similē enim iam fidei curam gerentes, p
religiosam patientiā, par etiā p̄miū de bo-
ni operis speramus affectu. Neq; enim diffi-
cultatibus est cedendum. Non enim fatigat
asperis fides, nec ad cælorum ardua per p̄cli-
ue tenditur, nec remuneratiōem citra labo-
ris exercitium quis meretur. Vndē, nē faci-
entes bona deficiamus, specialiter admone-
mur etiā testante Psalmista: Beati, qui cus-
todiunt iudicium, & faciūt iustitiā in omni
tempore: quia nō initium laboris, remune-
rationem præmij cōsuevit inuenire, sed ter-
minus. Ergò studium sollicitudinis assūmē-
tes, quibus est vna in communiōe societas
& credulitas, quemadmodum de vnitatis se-
dis Apostolicę & Constantinopolitanę ec-
clesiæ pariter exultamus in Dño, itā de reli-
quorum quoq; (sicut affectione admones)
redintegratione lætemur, & curemus præ-
mium, vt fidem integritatemq; nostram im-
maculatam ab omni contagione seruemus.
Nōsti enim, frater charissime ac sanctissime,
quia ecclesiastica seruant vincula cōcordiā,
quæ nos ab hæreticorum tueatur infidijs, p
quam etiā canonum custoditur integritas.
His in robore suo omni circumspectiōe
seruatis, remedia sperantibus conseruantur.
Habet enim Ecclesiasticarum ordo regula-
rum, & ipsius forma iustitiæ, vt medicina ra-
tionabilis benignē & fideliter sperantibus
non negetur, nec quisquam est itā ab huma-
nitate discretus, quem non à rigore distri-
ctionis inclinet cauta simplicitas. Sed vt cau-
tē hoc, ceterasq; querelas, aut errores alicui⁹
* aui valeas expedire, dilectissime frater, p-
sonam meam te in hoc oportet induere, sci-
entē in huiusmodi causis (sicut prædictum
est) quid cauendum sit, & itā omnia p̄uiden-
dum, vt à te non ambigas rationem dispen-
sationis huius Deo esse reddēdam, itā tamē,
vt eos, qui vobis fuerint communiōe socia-
ti, vel per vos sedi Apostolicę vestra nobis
scripta declarēt, quibus etiā & quā cōtinen-
tiam libellorum obtulerint, inferatur. Sic
quoque humilitatem debemus tenere in
mente, vt indē ordinis nostri dignitatem
seruemus in honore, quatenus in nobis nec
humilitas timida, nec ratio sit supba. Om̄i-
potens Deus, charissime, sua te protectione
custodiat, atq; ad caelestis remunerationem
patriæ multiplici animarum fructu perdu-
cat. Deus te incolumem custodiat, reue-
rendissime frater. Amen. Data 8.
Kalēn Octob. Iustiano 3.
& Oreste viris clariss.
coll.

TOM. 2.

DECRETA
IOANNIS PAPAE II.

Ex libro pontificali.



Ioannes, qui & Mercurius, Anno Dñi
natione Romanus, ex pa- 331
tre Proiecto de Cælio mō-
te, sedit annos duos, mēses
4. dies 6. Fuit autem tem-
poribus Athalarici regis,
& Iustiniani Augusti. Eodē tempore vir re-
ligiosus Augustus Iustinianus summo amo-
re Christianę religiōis misit fidem suā scri-
ptam chirographo proprio ad sedem Apo-
stolicam per episcopos Hypatium & Demet-
rium. Ipsi diebus obtulit Christianissimus
Imperator B. Petro apostolo scyphum au-
reum circūdatum gemmis præfinis & albis,
& alios calices argenteos 2. Scyphum pen-
santē lib. 5. Calices argēteos *, singulos pē-
santes lib. 6. Et alios calices argēteos 2. pen-
santes lib. 15. Palliōla verò auro texta, 4. Hic
fecit ordinationem in vr̄be Roma vnā p
mensē Decembrium, presbyteros 15. epi-
scopos per diuersa loca numero 21. Qui eti-
am sepultus est in basilica beati Petri Apo-
stoli, 6. Kalēn Iulias, post cōsultatum iterum
Lampadij. Et cessauit episcopus dies sex.

EPISTOLA IOANNIS PA-
pe 2. ad Valerium episcopum.



Ruerēdissimo fratri Valerio epi-
scopo, Ioānes. Scripta tuæ san-
ctitatis suscipiens, plena ea fidei
regula, qua plurimum polles, in-
ueni, & Deo gratias retuli, q̄ anima & cor-
pore te benē vigere didici. Sanē ea, q̄ signi-
ficāti quosdam dicere, q̄ nō sit filius equa-
lis patri, & q̄ in euangelio scriptum sit, Pa-
ter maior me est, scias non rectē intelligen-
re tales fidei regulas, nec rectā fidem penēs
se habere. Paulus apostolus non secundum
deitatis naturam Christi creatum insinuat,
sed secundum humanæ naturę substantiam
eundem creatum affirmat, ipso Ephesijs cō-
scribente: Renouamini (inquit) spiritu men-
tis vestrę, & induite nouum hominem, qui
secundum Deum creatus est in iustitia & san-
ctitate veritatis. Et ad Hebræos: In eo em̄,
in quo passus est ille & tētatus, etiā potest
his qui tētantur, auxiliari. Vndē fratres san-
cti, vocationis caelestis participes, conside-
rate apostolum & pontificem confessionis
nostrę Iesum, fidelem existentem ei qui cre-
auit eum. Et ad Coloss. Nunc autem depo-
nite & vos vniuersa, iram, indignationē, ma-
litiā, blasphemiam, turpiāq; ex ore vestro
non procedant. Nolite mentiri inuicē, ex-
polliantes vos veterem hominē cum actibus
suis, & induentes nouum eum, qui renouat
in agnitionē secundum imaginem eius, qui
creauit eum. Nūquid is, qui vniuersam cre-
aturam,
K.K

aturā, visibilia & inuisibilia, propria potestatis virtute procreavit ac fecit, seipsum antea vel postmodum (quod dicere nefas est) creavit, vel facere potuit? Filius minor est patre in assumpti hominis forma, æqualis vero patri est in deitatis naturæ substantia, eodem protestante: Ego & pater: vnum sumus.

Ioann. 10. f. Et iterum: Qui me videt, videt & patrem. Et iterum: Qui me odit, odit & patrem. Et iterum: Ut omnes glorificent filium, sicut honorificant patrem. Et iterum: Ut sint in nobis vnum, sicut & nos sumus vnum. Et iterum: Tu in me, & ego in eis. Et iterum: Omnia tua mea sunt. Et iterum: Ego in patre, & pater in me. Et iterum: Pater in me manens, facit opera hæc. & Ioannes Evangelista ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et iterum ipse ad Parthos: Tres sunt, inquit, qui testimonium perhibent in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & tres vnum sunt. Et tres sunt, qui testimonium perhibent in cælo, pater, verbum, & spiritus: & hi tres vnum sunt. Nos itaq; in natura deitatis, quia vnum sunt pater & filius, nec patrem credimus aliquo tempore præcessisse, nè maior sit filio: nec filium postea natum esse, vt deitate patris minoretur. Si æqualis patri filius non est, cur ita de illo Ioannes Evangelista testatus est? Propterea (inquit) persequerentur Iudæi Iesum,

Ioann. 14. b
Ioann. 15. d
Ioan. 5. d
Ios. 17. b. c. d
Ioann. 14. b
Ioann. 1. a
1. Ioan. 5. a
Ioan. 5. c

& quarebant eum occidere, quia nõ solum solvebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens DEO. Et Paulus Apostolus: Hoc sentite in vobis, Philip. 2. quod & in Christo IESV: qui cũ in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Et in Salomone: Qui genuit me, requieuit in tabernaculo meo. Et Ecclesiast. Sicut est ab initio, ita vsq; in seculum: neq; adiectum est ei, neq; minuetur illi. Ipse est enim Dominus creaturæ suæ, qui nihil eguit ab aliquo. Et in Psalm. 72. Quid enim mihi est in cælo? & te quid volui super terram? Hæc omnia filium non inferiorem natura demonstrant, sed & æqualitatem deitatis annunciant: quoniam qui vtraque loquutus est, verum dixit, quia veritas mentiri non potuit. Taliter, frater charissime, semper age, ceterosq; omnes agere mone, vt abolito hoc, qui natus videbatur, errore, in laudem & gloriam Dei per totum mundum vna fides sit, & vna eademq; confessio, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESVS CHRISTVS in gloria est Dei patris. Data Nonis Augusti, Iustiniano & Athalarico viris clariss. cons.

Eccf. 24. a
Eccf. 42. d
Philip. 2. a

TOLETANVM CONCILIVM SECVNDVM, HABITVM ANNO QVINTO

Amalrici regis, circa tempora Ioannis Papæ secundi.

CAPITVLA CONCILII SECVNDI TOLETANI.

De his quos parentes ab infantia in clericatus officio mancipauerunt, si postea voluntatem habeant nubendi. 1

De clerico, qui ad aliam transit Ecclesiam, & qui eum receperit. 2

Vt nullus à subdiaconatu & supra, extraneam habeat mulierem. 3

Vt quicquid de iure Ecclesiæ clericus tenuerunt, post obitum eorum ad ecclesiam reuertatur. 4

De his, qui se proximis suis copulant, vt à communione Christi separentur. 5

PRÆFATIO.



Vm in voluntate Domini apud Toletanā urbē sanctorum episcoporum presentia cōuenisset, & de institutis sanctorum patrum canonumq; decretis commemoratio haberetur, nobis in vnum positus, placuit, vt si qua in antiquis canonibus minimè cōmemorata sunt, salubri tractatu ac diligenti consideratione instituantur. Si qua verò in anterioribus sunt neglecta, rediuiuā ordinationis censurā obtineant, quatenus dum hisq; in cōcilijs sunt

TOM. 2.

decreta, sed abusione temporum hætenus dimissa, & ad cultum fidei pertinent) studiū religiosæ impendimus obseruationis, DEI misericordiam facilius impetremus.

CAPITVLVM PRIMVM.

¶ De his, quos voluntas parentum à primis infantia annis in clericatus officio vel monachali posuit, pariter statuimus obseruandum, vt mox cum detōsi vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo ecclesiæ sub episcopali presentia à proposito sibi debeant erudiri. At vbi octauumdecimū ætatis suæ compleuerit annum, coram totius cleri plebisq; conspectu, voluntas eorum de expetendo coniugio ab episcopo pscrutetur, quibus si gratia castitatis (Deo inspirate) placuerit, & promissione castimonie suæ absque coniugali necessitate responderint seruatuos, hi tanq; appetitores arctissimæ viæ, leuissimo Domini iugo subdantur: ac primò subdiaconatus ministerium, probatione habita professionis suæ, à 20. anno suscipiāt. Quod si inculpabiliter ac inoffensè 20 & 5. annum ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium (si scientes implere posse ab episcopo comprobent) pmoueri debent. Cauendum tamen est his, nè quandò suę sponsiōis immemores ad terrenas nuptias, aut abortiuos

con-

concubitus vltra recurrant. Quod si forte fecerint, vt sacrilegij rei, ab Ecclesia habeatur extranei. His autem, quibus voluntas propria interrogatiōis tempore desiderium nubendi persuaserit, cōcessam ab Apostolo sententiam, auferre non possumus, ita vt cum proeclatæ statis, in coniugio positi, renunciaturos se pari consensu operibus carnis spopderint, ad sacros gradus adspirēt.

2. Similiter placuit custodire, nè quis ex eis, qui tali educatione imbuuntur, qualibet occasione cogente, propriam relinquēs ecclesiam, ad aliam transire psumat. Episcopus verò, qui eum suscipere abiq; conscientia proprij sacerdotis fortasè psumperit, totius fraternitatis se reum esse nouerit: quod durum est, vt eum, quem alius rurali sensu à squalore infantia exiit, alius suscipere ac vendicare psumat.

3. Illud verò pterea speciali ordinatione decreuimus, quod nec antiqua concilia in vniuersis canonibus siluerunt, vt nullus clericorum à gradu subdiaconatus & supra, in consortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam: sed si sunt ei huiusmodi seruitia, matri, vel forori, vel alij propinqua cōtradat: & quicquid suis manibus pfecterit, proprio domino deferatur. Aut si propinquitatis memoria deest, alterius domus adhaerentis habitaculum requiratur, dummodo nulla occasio introeundi domum clerici, fœminæ permittatur, vnde aut laqueū possit incurrere, aut noxialis fama innocenti fortasè possit iniuri. Sanè deinceps post datam hanc admonitionem, quicquid carum cōsortio frui voluerit, nouerit se nõ solum à clericatus officio retrahi, vel ecclesiæ foribus expelli, sed etiā omnium Catholicorum, clericorum vel laicorum, cōmunionem priuari, nulla prorsus vel colloquij consolatione relicta, quatenus male consuetudinis abrasa rubigo, in posteris radicis suæ veneno serpe nõ possit.

4. Si quis sanè clericorum agellos, vel vineolas, seu alia edificia in terris Ecclesiæ sibi fecisse probatur, sustentandæ vitæ suæ causa, vsq; ad diem obitus sui possideat. Post suū verò de hac luce decessum, iuxta priorum canonum constitutiones, ius suum Ecclesiæ sanctæ restituat: nec testamentario ac successorio iure cuiquam hæredum, aut p hæredum relinquat, nisi forsitan cui episcopus pro seruitijs ac præstatione ecclesiæ largiri voluerit.

5. Nam & hæc p̄cauenda salubriter fancimus, nè quis fidelium propinquam sanguinis sui, vsquequod affinitatis lineamenta generis successiōe cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari: quoniam scriptum est, Ois homo ad proximam sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius. Nec sine denunciationse sit sententiæ. nam paulopòst infert, & dicit: Anima, quæ fecerit de abo-

1. Cor. 7. a
licentiam
p̄fecerint
propinquitatis memoria
ori.

minatiōibus istis quippiam, peribit de medio populi sui.

Si quis ergo huius decreti temerator extiterit, ac vetitum violare psumperit, tanto grauiori sententia mulcendū se recognoscit, quanto eam propinquorem, cui copulari se maluit, serie originis esse non ambigit, tantoq; anno fori excommunicatiōis tempore à Christi corpore & fraternitatis consortio sequestretur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagione pollutus. Huius institutionis regulam, qui subscripsimus, irrefragabili autoritate nos spondemus seruatuos. Si quis autè tam nostrum, q̄ vel eorum, qui nūc sanctæ synodo ex hac prouincia defuerunt, huic tam salubri ordinationi obuiare psumperit, vel solerter adimplere neglexerit: conuictus, totius fraternæ charitatis aliquandiu habeatur extraneus. Sanè iuxta priorum canonum decreta, concilium apud fratrem nostrum Montanū episcopum (si dñs voluerit) futurum pronunciamus. Itaq; statuim, vt frater & cōepiscopus noster Montanus, qui in metropoli est, ad comprouinciales nostros Domini sacerdotes literas, de congreganda synodo adueniente tempore, debeat destinare. Nunc ergò in nomine Domini, finitis his, quę in cōsultationem venerunt, gratias agimus omnipotenti DEO, deinde domino nostro glorioso Amalrico regi, diuinam clementiam postulantes, vt innumeris annis regni eius ea, quę ad cultum fidei proueniunt, peragendi nobis licentiā præstet. Montanus in Christi nomine episcopus, his constitutiōibus acquiescit, relegi, & subscripsi, die & anno quo supra. Pancarius episcopus his cōstitutionibus acquiescit & relegi, & subscripsi. Canoni episcopus subscripsi. Paulus episc. subsc. Domitianus episcopus subsc. Marracinus episc. subsc. Nibridius in Christi nomine Ecclesiæ Catholice Agragensis episcopus, hanc constitutionem consecratorum meorum in Toletana vrbe habitam, cum post aliquantum temporis aduenissem, salua autoritate canonum, relegi, probaui, atque subscripsi. Iustus in Christi nomine Ecclesiæ Catholice Vrgellitanæ episcopus, hanc constitutionem consecratorum meorum, in Toletana vrbe habitam, cum post aliquantum temporis aduenissem, salua autoritate priorum canonum, relegi, probaui, & subscripsi.

*Panacrius
*Cantom
*Virgilita.

EDICTVM PISSIMI IMPERATORIS IUSTINIANI, FIDEI CONFESSIōEM CONTINENS & REFUTATIONEM HÆRESIUM, QUÆ ADVERSANTUR CATHOLICÆ DEI ECCLESIE, IOANNI PAPÆ SECUNDO TRANSMISSVM, VT PATEt IN VITA EIUSDEM PAPÆ EX LIBRO PONTIFICALI.

Confessio
Iustiniani
Imperatoris,
erudito, pio
& catholi-
co Impato-
re digna.



Ciētes q̄ nihil aliud sic po-
test misericordem Deum
placare, q̄ vt omēs Christi-
ani vnum idemq; sapiāt in
recta & immaculata fide,
nec sint dissensioēs in san-
cta Dei ecclesia: necessariū

putauimus, omnem occasionem interimē-
tes eis, qui scandalizant, vel q̄ scandalizant,
recte fidei confessionē, q̄ in sancta DEI ec-
clesia p̄dicatur, p̄senti edicto facere manife-
stam: vt & illi, q̄ rectā fidē confitent, firmiter
eam custodiant: & illi, qui aduersus eam cō-
tendunt, discēntes veritatē, festinent semet-
ipsos vnire sanctae Dei Ecclesiae.

Confitemur igitur credere in patre, &
filium, & spiritum sanctū, Trinitatem
contubstantialem, vnam deitatem, siue na-
turam & substantiam & virtutem & potesta-
tem in tribus subsistentijs siue personis ado-
rantes, in quibus baptizati sumus, in quas
credimus, & quibus confessionem dedim⁹,
proprietas quidem separantes, deitatem
autem vnientes. Vnitatem enim in Trinita-
te, & Trinitatem in vnitatem adoramus, mira-
bilem habentem & diuisionem & vnitatem.
Vnitatem quidem, secundum rationem substā-
tiae seu deitatis: Trinitatem autem, secundum
proprietas, vel subsistentias, siue personas.
Diuiditur enim sine diuisione, (vt sic dica-
mus) & coniungitur diuisē. Vnum enim est
deitas in tribus, & tria vnum, in quibus dei-
tas est. Aut (vt subtilius dicamus) ipsa tria est
deitas, Deus pater, Deus filius, Deus spiritus
sanctus, cum vnaqueq; persona solum intel-
ligitur, mente separante inseparabilia. Et tria
vnus Deus, cum simul intelligitur propter
eamdem virtutem, eandemq; naturā, quam
oportet & vnum Deum cōfiteri, & tres sub-
sistentias p̄dicare seu tres p̄sonas, & vnam
quāq; cum sua proprietate. Et vnitatem
confitentes, confusione nō facimus, secun-
dum Sabellium, dicentem, Trinitatem vnā
esse personam, trinomium eundem patrem,
& filium, & spiritum sanctum, nec diuiden-
tes proprietates, alienamus à Dei patris sub-
stantia filium aut spiritum sanctum, secun-
dum Arii furorem, in tres diuersas naturas
incidentes deitatem. Vnus igitur Deus pa-
ter, ex quo omnia: & vnus vnigenitus filius,
p̄ quē oīa: & vnus spiritus sanct⁹, in quo oīa.

*diuisa.

*in

*Confite-
mur

*Credimus autem ipsum vnigenitum fi-
lium Dei, Deū verbū, ante secula & sine tem-
pore ex patre natum, nō factū, in vltimis die-
bus, p̄pter nos & p̄pter nostrā salutē descē-
disse de caelis, & incarnatum esse ex spiritu
sancto, & sancta gloriosa Dei genitrice sem-
per virgine Maria, & natum ex ipsa, qui est
Dñs Iesus Christus, vnus de sancta Trinita-
te, consubstantialis Deo patri secundum dei-
tatem, & consubstantialis nobis idem ipse
secundum humanitatē, passibilis carne, im-
passibilis idem ipse deitate. Non enim alius

TOM. 2.

*quidem est p̄ter Deum verbum, qui passi-
onem & mortem suscepit: sed ipse impassibilis
& sempiternus Deus verbum, genera-
tionem carnis humanae sustinere dignatus
impleuit omnia. Ideo nō alium Deū verbū
esse, qui miracula operatus est, & alium Chris-
tum, qui passus est, cognoscimus: sed vnum
eundemq; Dominum nostrum Iesum Chris-
tum, Dei verbum, incarnatum & hominem
factum, & eiusdem ipsius miracula & passi-
ones, quas carne voluntariē sustinuit, con-
fitemur. Non enim homo aliquis pro nobis
semetipsum dedit, sed ipse Deus verbum, su-
um corpus pro nobis dedit, nē in hominem
fides & spes sit nostra, sed in ipsum Deum
verbum nostram fidem habeamus. Et Deū
igitur eum confitētes, nō abnegamus ipsum
esse & hominem: & hominem dicētes eum,
non abnegamus ipsum esse & Deum. Si enī
Deus tantummodō esset, quomodō patie-
batur? quomodō crucifigebatur & morie-
batur? Aliena enim ista sunt Deo. Sin autem
homo solum, quomodō per passionem viu-
ficabat? quomodō saluos faciebat, quō viu-
ficabat? Hęc enim supra hominis naturam
erant. Nunc autem idem ipse patitur, & sal-
uos facit, & per passionem vincit, idem ipse
Deus, diem ipse homo: vtrunque tanq̄ vnū,
vtrunq; tanq̄ solum. Vndē ex vtraq; natura,
id est, ex deitate & humanitate vnum Chris-
tum cōpositum dicentes, confusione vni-
tioni non introducimus. Et in vtraq; autem
natura, id est, in diuinitate & humanitate
vnum Dominum nostrum Iesum Christum
Dei verbum incarnatum, & hominem factū
cognoscētes, diuisionem quidem p̄ partes,
vel incisionem non ferimus vni eius substā-
tiae. Differentiam autem naturarū, ex
quibus cōpositus est, significamus non
interemptam, p̄pter vnitatem, qm̄ vtraq; na-
tura in ipso est. Cū enim compositionem
dicamus, necessē est cōfiteri & partes in to-
to esse, & totum in partibus cognosci. Nec
enim diuina natura in humanam transmu-
tata est, nec humana natura in diuinam cō-
uersa est. Magis autem intelligitur, q̄ vtraq;
in proprietate & ratioe suae naturae manen-
te, facta est vnitas secundum subsistentiam.
Vnitas autem secundum subsistentiam signi-
ficat, q̄ Deus verbum, id est, vna subsisten-
tia ex tribus deitatis subsistentijs, non ante
plasmato homini vnitus est, sed in vtero san-
ctae virginis creauit sibi ex ipsa in sua substā-
tiae carnē, animatam anima rationali &
intellectuali, quod est natura humana. Hęc
autem secundum subsistentiam vnitatem Dei
verbi ad carnē, docens nos & diuinus Apo-
stolus, dicit: Qui cū in forma Dei esset, nō
rapinam arbitratus est, æqualem se esse deo:
sed semetipsum exinaniuit, formā serui ac-
cipiens. Per hoc enī quod dixit, qui cū in
forma Dei esset, verbi subsistentiā in natura
Dei esse ostēdit. Per hoc autem quod dixit,
For-

Philip. 2.

Ioan. 1. b

Formam serui accepit, naturae hominis, &
non substantiae siue personae, vnitus esse
verbum significauit. Nec enim dixit, quod
eum, qui in forma serui erat, accepit: nē an-
tē plasmato homini vnitus esse Deum ver-
bum ostenderet, sicut Theodorus & Nesto-
rius impij blasphemauerūt, affectualem di-
centes vnitatem. Nos autem sequentes diui-
nas scripturas & sanctos patres, confitemur
quod Deus verbum caro factus est, quod
est secundum subsistentiam sibi vnire na-
turam humanam. Ideo & vnus est Dominus
noster Iesus Christus, habens in semetipso
perfectiōem diuinæ naturae, & perfectiōem
naturae humanae. Et est vnigenitus quidem
& verbū, vtpotē ex Deo patre natus, & pri-
mogenitus autem in multis fratribus, idem
ipse cū factus homo: filius enim Dei, filius
hominis factus est: & manens quod erat, nō
transmutauit quod factus est. Vndē & duas
natiuitates eiusdē ipsius vnigeniti dei verbi
confitemur. Ante secula quidem ex patre
incorporaliter nati, in vltimis autem diebus
eiusdē ipsius incarnati, & nati de sancta
gloriosa Dei genitrice & semp̄ virgine Ma-
ria. Qui enim de patre splenduit supra intel-
lectum, ex matre ortus est supra rationem.
Et cū Deus verus esset, factus est verē ho-
mo. Ideo propriē & verē Dei genitricē san-
ctam, gloriosam & semper virginem Mariā
confitemur: non quia deus verbum initium
ex ipsa accepit, sed quod in vltimis diebus
vnigenitus Deus verbum, qui ante secula
erat, incarnatus ex ipsa, immutabiliter ho-
mo factus est: & cū inuisibilis in suis esset,
visibilis factus est in nostris: & cū impas-
sibilis Deus esset, non dedignatus est passi-
bilis esse homo, & immortalis, mortis legi-
bus subiacere. Istū qui in Bethlehē defen-
dite Dauid natus est secundum carnem, &
similis factus hominibus, & crucifixus est
pro hominibus sub Pontio Pilato, prædica-
uerunt sancti Apostoli ipsum esse Deum,
ipsum hominem, ipsum filium DEI, ipsum
filium hominis, ipsum de caelo, ipsum de
terra, ipsum impassibile, ipsum passibilem.
Deus enim verbum, qui natus est deorsum
ex patre ineffabiliter, inenarrabiliter, incō-
prehensibiliter, sempiternē, ipse in tempo-
re nascitur deorsum de virgine Maria, vt il-
li, qui deorsum prius nati sunt, deorsum se-
cundō nascerentur, id est, ex Deo. Ipse igitur
matrem tantummodō habet super terram,
& nos tantummodō patrem habemus in ce-
lo. Cū enim accepisset mortalem patrem
hominū Adam, dedit hominibus suum pa-
trem immortalem, secundum hoc quod di-
citur: Dedit eis potestatem filios Dei fieri.
Vndē & mortē secundum carnem gustat fi-
lius Dei, propter carnalem suum patrem, vt
filius hominis, vitae eius participes fierent, p̄-
pter suum secundum spiritum patrem Deū.
Ipse igitur secundū naturā filius est Dei, nos

Ioan. 1. b

TOM. 2.

autē secundum gratiā: & iterum ipse secundū
dispensationē & p̄pter nos filius fuit Adā,
nos autē secundum naturā sumus filij Adā.
Pater enī est eius Deus secundum naturam,
noster autē secundum gratiā. Et Deus ei
fuit secundum dispensationē, eō q̄ homo fa-
ctus est: noster autem secundum naturā do-
minus est & Deus, & ideō deus verbum, qui
est filius patris, vnitus carni, factus est caro,
vt homines vniti spiritui, fierēt vnus spiritus.
Ipse igitur verus filius dei, omnes nos indu-
tus est, vt omnes in duamur vnum Deum, &
est post incarnationē vnus de sancta Trini-
tate, vnigenitus filius dei dñs noster IESVS
Christus, cōpositus ex vtraq; natura. Cōpo-
situm autē Ch̄m confitemur, sanctorū patrū
doctrinā sequentes. In mysterio enī Christi
vnitas secundum cōpositionē, confusiōem
& diuisionē rejicit, & seruat quidē vtriusq;
naturae p̄prietatem. Vnā autē substantiā seu
p̄sonam dei verbi, & cum carne ostendit, &
est vnus idemq; p̄fectus in deitate, & p̄fect⁹
in humanitate, nō tanq̄ in duab⁹ substā-
tijs siue personis, sed in diuina natura & hu-
mana cognoscendus, vt vnus sit vtraq; per-
fectus deus & p̄fectus homo. Idem ipse dñs
noster Iesus Christus, vnus de sancta Trini-
tate cōglorificandus patri & sancto spiritui.
Nec enim quartae p̄sonae adiectionem susce-
pit sancta Trinitas, & in carnato vno de san-
cta Trinitate Deo verbo. Istam igitur bonā
traditionem, quam à sanctis patribus acce-
pim⁹, custodim⁹, in qua viuimus & conuer-
samur, & quā, ab hac vita proficiscētes, ora-
mus nobiscū habere, q̄ est in patrem & Chri-
stum filiū dei viui, & sanctū spiritū cōfessio.
Hęc itaq; cōfidentes super alias S. Cyrilli de
fide recta doctrinas, & hoc, quod dictū est fide recta,
ab ipso, vnam naturam dei verbi incarnatā,
suscipientes: cōfitemur, q̄ ex diuina natura
& humana vnus Christus effectus est, & nō
vna natura, p̄t quidam malē intelligentes
dictionem, conantur dicere. Vndē & ipse pa-
ter, quotiēs vnam naturam dixit verbi in-
carnatam, in hoc, naturae nomine pro sub-
sistentia vsus est. Et in quibus libris dixit
hanc dictionem, in sequentibus sæpius in-
tulit. Est quādō filium, est quādō verbum
aut vnigenitum, quae non naturam, sed sub-
sistentiam seu personam significant. Subsi-
stentia igitur verbi incarnata, non vnam na-
turam, sed vnum Christum cōpositum, ef-
fecit eundem ipsum deū & hominem. Eos
autem qui deum & hominem Christum cō-
fitemur, vnam naturam siue substantiam
ipsius dicere, impium est. Impossibile est
enim, dominum nostrum IESVM Chri-
stum, secundum vnam eandemque naturā
seu substantiam, & ante secula esse & in tem-
pore, aut impassibilem & passibilem: Quod
in vna substantia siue persona eius rectē
confitemur: ex ipsis autem dictis eiusdem
sancti Cyrilli, ostendemus de memorata di-
citione.

KK 3 ctione

1. Cor. 3. d

Gregorius
Nysenus

1. Tim. 2. a

Rom. 9. a
Titi 2. c
1. Cor. 1. d

sunt, secundum intellectum discernere, ita scribit: Cum naturæ intellectu distant, simul diuiduntur etiam nomina. Paulum dicentem audi, vt Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, Christi quidem Deus, gloriæ autem pater. Nam et si vtrunq; vnum est, tamen non natura, sed conuentu. Et sanctus autem Gregorius Nysenus in 4. libro contra Eunomium, eadem nos docens, ita scribit: Et nē aliquis in corruptibili naturæ, crucis passionem applicaret, per alia manifesti- us talem emēdat errorem, mediatorē ipsum Dei & hominum, & hominem & deū ipsum nominans: vt cum duo de vno dicatur, congruum intelligatur circa vtrunq;, circa Deitatem quidem impassibilitas, circa humanitatem autem dispensatio passionis. Intellectu igitur diuidente hoc, quod per misericordiam quidem vnitum est, ratione autem discernitur, cum hoc quidem, quod superpositum est & supereminens, omne sensum prædicat: aliorib; vtitur nominibus, super omnia Deum, & magnum Deum, & virtutem Dei, & sapientiam, & talia vocans. Cum autem passionum experimētum, necessariū propter nostram infirmitatem acceptū, verbis significat, ex nostro nominans vtrunq; hominem ipsum appellat, non communicās per vocem ad ceteram naturam eum, qui significatur, sed vt circa vtrunq; pietas cōseruaretur. His ita demonstratis per sanctorū patrum doctrinam, cessent, qui numerum naturarum, quæ in Christo sunt, occasionē sui erroris faciunt, & earum differentiā numeri recusatione negando, cōfusionem inducere conantur. Quomodo enim non est necessarius numerus, quo ad significandam differentiam naturarum, quæ in vnam substantiam vnitæ sunt, & non ad diuisionem per partes earum, vbi sunt patres? Demonstrato igitur vndiq; (quod impium est dicere) vnam naturam siue substantiā Deitatis & carnis Christi, & illud dicimus, quia nec secundum quod vnam substantiam dicimus Deitatis & humanitatis Christi, sic possibile est & vnam naturam Christi dicere: quoniā non idem est natura & substantia. Omnes enim sancti patres consonanter nos docent, aliud esse naturam siue substantiam & formam, & aliud substantiam siue personam: & naturam quidem vel substantiam & formam, hoc quod est commune, significare: substantiam autem siue personā, hoc quod est speciale. Sin verò dixerint quidam, quod sicut vna substantia composita dicitur Christi, sic oportet & vnam naturam compositam dicere: ostēdemus, & hoc alie- num esse pietatis: vnam esse naturā siue substantiam Deitatis dicentes, tres ipsius confitemur substantias, in vnaquaque substantia eandem naturam siue substantiam cognoscentes, & rectē ex tribus substantiis vnam substantiam verbi ad carnem

TOM. 2.

compositam esse dicimus. Nemo enim vquam ausus est in catholica Ecclesia dicere, quod sicut tres substantiæ, sic & tres naturæ sunt sanctæ Trinitatis: vt possibile sit dicere, vnam naturam ex tribus naturis compositam esse ad carnem. Tres enim naturas in sancta Trinitate solus Arrius ausus dicere, tanquam blasphemus condemnatus est. Ideo igitur secundum rectam rationē, duarum naturarum dicimus vnitatem & vnam substantiam: quoniam Dei filius, cum esset secundum substantiam alter præter patrem, eandem autem habet patris in sua substantia, plasmauit sibi carnem animatam anima rationali & intellectu: quod significat, humanæ naturæ vnitum esse Deum verbū, & non substantiā seu personā cuiusdam. Est igitur Deus verbum & incarnatus, vna substantia in vtraq; natura cognoscendus, in diuina, in qua erat, prout dictum est, qui cum in forma Dei esset, & in humana secundum hoc, quod est in similitudine hominis factus: & idē rectius dicat aliquis vnam substantiam Dei verbi compositam, quæ vna naturam compositam: quoniam cum per se absolutē natura dicitur, non adiecta cōspeciali cuiusdā persona, infinitum & non subsistens aliquid significat: infinitum autem, ad nihil potest componi. Sin autem aliquis & post tales rationes ad contentionem solam respiciens, opponere conetur, dicens, quod secundum redditam naturæ rationē, oportet & humanam naturam Christi suam substantiam seu personam propriam habere: manifestus est talis, quod antē substantiæ homini vnitum esse dicit Deum verbum, & affectualem factam esse vnitatem. Dux enim substantiæ seu personæ, secundum substantiam vniui non possunt. Qui igitur hæc dicit, Dei potentiam verbis humanæ sapientiæ euacuare festinans, ignorat magnum pietatis mysterium, quod corde quidem creditur ad iustitiam, ore autem confessio sit in salutem. Neq; enim humana Christi natura per se absolutē vquam dicitur, sed nec suam substantiam seu personam habuit: sed in substantia DEI verbi, natura humana initium, vt esset, habuit: vnde ipsum DEVM verbum, immutabiliter hominem factum esse confitemur, & non in hominem quandam venisse: & eiusdem DEI verbi incarnati esse natiuitatem ex virgine, & propter hoc DEI genitricem sanctam, gloriosam semper virginem Mariam esse. Ideo & ante incarnationem DEI verbi, & post eius incarnationem, tres substantias dicimus Patris & Filij & Spiritus sancti. Non enim sancta Trinitas quartæ substantiæ vel personæ adiectionem suscepit. Ex his igitur omnibus conuincuntur, qui dicunt ante vnitatem duas naturas esse, quod antē plasmauit dicunt hominem, & sic vnitum esse DEO verbo,

Philip. 2. a

Rom. 10. d

verbo, secundum insaniam Theodori & Nestorij impiorum. Qui autem dicunt, quod non oportet post vnitatem duas naturas in Christo, sed vnam dicere, confusionem & phantasmam introducunt, secundum Apollinarium & Eutychem impios. Sed isti quidem hæc. Sancti verò patres, post Dei verbi incarnationem considerantes ea, ex quibus Christus est, & quod inconfusam manserunt naturæ, rectissime duas naturas, diuinam & humanam, in Christo esse dixerunt. Nec enim ante incarnationem duæ naturæ erant Domini, nec post incarnationem duæ naturæ vna factæ sunt, licet in vna substantia cognoscantur. Hæc autem & ex diuinis scripturis, & patrum doctrina edocti, ad refutandos eos, qui confundunt & diuidunt diuinæ dispensationis mysterium, merito scripsimus, & non eō, quod declaramus ea, ex quibus est, & in quibus cognoscitur Christus, confusionē vel diuisionem diuinæ dispensationi facimus. Itaq; glorificationem & vnitatis rationem proferentes, vnum Christum & filium & Dominum, verbum Dei incarnatum, & hominem factum confitemur, & adoramus cum patre & spiritu sancto. Hæc ita cum vniuersali Dei Ecclesia confitentes, scire volumus omnes Christianos, quod sicut vnum Deum & Dominum habemus, ita & vnam fidem. Vna enim definitio fidei est, cōfiteri & rectē glorificare patrem, & Christum filium Dei, & spiritum sanctum. Istam confessionem conseruamus, in qua & baptizati sumus, donatam quidem à magno Deo & saluatore nostro Iesu Christo sanctis suis discipulis & apostolis, ab eis autem prædicatam in toto mundo. Trecenti autem decem & octo sancti patres, collecti in Nicea aduersus Arrium, illo cum sua impietate condemnato, eandem confessionem, id est, sanctum mathema & symbolum fidei tradiderunt sanctæ Dei Ecclesiæ, & post illos, centum quinquaginta sancti patres Constantinopolim collecti aduersus Macedonium, sancto spiritui repugnantem, & Magnum Apollinaristam, illis condemnatis cum sua perfidia, secuti per omnia idem sanctum symbolum traditum à trecentis decem & octo sanctis patribus, explanauerunt de Deitate sancti spiritus. Insuper autem & qui in Epheso prius collecti sunt sancti patres aduersus Nestorium impium, & qui in Chalcedone conuenerunt sancti patres aduersus Eutychem impium, secuti per omnia prædictum sanctum symbolum siue mathema fidei, condemnauerunt prædictos hæreticos vna cum eorum impietate, & hos qui similia illis sapuerunt, vel sapiunt. Et super hæc anathematizauerunt eos, qui aliam definitionem, siue symbolum, siue mathema tradunt accedentibus ad sanctum baptismum, vel ex quacunque hæresi conuersis, præter traditum (sicut dictum est) à trecentis

TOM. 2.

tis decem & octo sanctis patribus, & explanatum à centum quinquaginta sanctis patribus. His ita se habentibus, perspeximus & capitula supponere, quibus tam rectæ fidei compendiosa confessio, quam hæreticorum condemnatio continetur.

Si quis non confitetur patrem & filium & spiritum sanctum Trinitatē confubstantialem, vnam Deitatem seu naturam & substantialem, & vnam virtutem & potestatem in tribus substantiis seu personis adorandam, talis anathema sit.

Si quis autē non confitetur eum, qui ante secula & sine tempore ex patre natus est, Deum verbum in vltimis diebus descendisse de cælis, & incarnatum esse de sancta gloriola dei genitrice & semper virgine Maria, & hominem factū, natum esse ex ipsa, & propter hoc eiusdem Dei verbi duas esse natiuitates, quæ est ante secula incorporaliter, & quæ est in vltimis diebus secundum carnem, talis anathema sit.

Si quis dicit alium esse Deum verbū, qui miracula operatus est, & alium Christum, qui passus est, aut Deum verbum cum Christo esse nascente ex muliere, vel in ipso esse tanquam alterum in altero, sed non vnum eundemq; Dominum nostrum Iesum Christū, Deum verbum incarnatum, & hominem factum, & eius ipsius miracula & passiones, quas carne spontē sustinuit, talis anathema sit.

Si quis dicit secundum gratiā, vel secundum operationem, vel secundum dignitatē honoris, vel secundum auctoritatem, vel relationem, vel affectum, vel virtutem, vnitatem Dei verbi ad hominem factam esse, vel secundum homoniam, per quam Nestoriani & Deum verbum vocantes Christum & hominem, separatim Christum nominantes, solo vocabulo vnum Christum dicunt, aut si quis per bonam voluntatem dicit vnitatem factam esse, sicut Theodorus hæreticus ipsis verbis dicit, quasi quod placuit Deo verbo homo, eō quod bene visum est ei de ipso, sed non secundum substantiam Dei verbi ad carnem animatam anima rationali & intellectu vnitatem confitetur, & idē vnam eius substantiam compositam esse, talis anathema sit.

Si quis per relationem aut abusiue, DEI genitricem sanctam, gloriosam semper virginem Mariam, dicit aut hominis genitricē, aut Christotocon, tanquam Christo Deo non existente, sed non propriē & verē Dei genitricem ipsam confitetur, eō quod ipse, qui ante secula ex patre natus est Deus verbum, in vltimis ex ipsa incarnatus & natus est, talis anathema sit.

Si quis non confitetur dominū nostrum Iesum Christum, qui carne crucifixus est, Deum esse verum & Dominum gloriæ, & vnum de sancta Trinitate, talis anathema sit.

Si

De his capitulis vide in quinta synodo œcumenica, Constantinopolitana, vbi sub alia translatione leguntur.

*homoniam

Si quis in duabus naturis dicens non tantum in Deitate & humanitate, vnum Dominum nostrum Iesum Christum, Deum verbum incarnatum confitetur, nec ad significandam differentiam naturarum, ex quibus compositus est, sed pro diuisione per partem, talem excipit vocem in mysterio Christi, quasi separatim vnaquaque natura suam habente substantiam, sicut Theodorus & Nestorius blasphemauerunt, talis anathema sit.

Si quis in vno Domino Iesu Christo, hoc est, Deo verbo incarnato, numerum confitens naturarum, non intellectu differentiam earum, ex quibus & compositus est, excipit, utpote non interemptam propter vnitatem, sed pro diuisione per partem numero vtitur, talis anathema sit.

Si quis dicens vnam naturam Dei verbi incarnatam, non sic hoc intelligit, quod ex diuina natura & humana vnus Christus effectus est, consubstantialis patri secundum Deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse secundum humanitatem, sed quod Deitatis & carnis Christi vna natura siue substantia effecta est, secundum Apollinarij & Eutychetis perfidiam, talis anathema sit.

Aequaliter enim & eos, qui per partem incidunt vel diuidunt, & eos qui confundunt diuinam dispensationis mysterium Christi, reijcit & condemnat vniuersalis Dei Ecclesia.

Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, & Eutychem, & eos, qui similia eis sapuerunt vel sapiunt, talis anathema sit.

Si quis defendit Theodorum mopsuestenum, qui dixit alium esse Deum verbum, & alium Christum, a passionibus animae & desiderijs carnis molestias patientem, & ex profectu operum melioratum, & baptizatum in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & per baptismam gratiam sancti spiritus accepisse, & affiliationem meruisse, & ad similitudinem imperialis imaginis in personam Dei verbi adorari, & post resurrectionem, immutabilem cogitationibus, & impeccabilem omnino factum fuisse: & iterum dixit talem factam esse vnitatem Dei verbi ad Christum, qualem dixit Apostolus de viro & muliere, Erunt duo in carne vna: & super alias suas innumerabiles blasphemias ausus est dicere, quod post resurrectionem, cum in sufflasset Dominus discipulis suis, & dixisset, Accipite spiritum sanctum: non dedit eis spiritum sanctum, sed figuratim tantummodo insufflauit: sed etiam confessionem, quam fecit Thomas cum palpasset manus & latus Domini post resurrectionem, dicens, Dominus meus & Deus meus, inquit non esse dictum à Thoma de Christo, (nec enim dixit Theodorus Deum esse Christum) sed ad miraculum resurrectionis stupefactum Thomam, glorificasse Deum, qui Christum resuscitauit:

Eph. 5. g

Ioan. 20. c

Ibidem g

TOM. 2.

& quod peius est, etiam in interpretatione, quam in Actus Apostolorum scripsit Theodorus, simile fecit Christum Platoni & Manichæo, & Epicuro, & Marcioni, dicens quod sicut illorum vnusquisque, ex dogmate, quod inuenit, suos discipulos fecit vocari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Marcionistas, simili modo, & cum Christus dogma inuenisset, ex ipso Christianos vocari. Si quis igitur defendit eundem Theodorum, qui talia blasphemauit, & non anathematizat eum & eius conscripta, & eos, qui similia illi sapuerunt vel sapiunt, talis anathema sit.

Si quis defendit conscripta Theodoretus, quae exposuit pro Nestorio haeretico aduersus rectam fidem, & Ephesinam primam sanctam synodum, & sanctum Cyrillum, & duodecim eius capitula, in quibus sceleratis conscriptis idem Theodoretus affectualem dicit vnitatem Dei verbi ad hominem quendam, de quo blasphemans dixit, quod palpauit Thomas eum qui resurrexit, & adorauit eum qui resuscitauit, & propter hoc impios vocat doctores Ecclesiae, qui vnitatem secundum substantiam Dei verbi ad carnem confitentur, & super hac Dei genitricem abnegant sanctam & gloriosam semper virginem Mariam. Si quis igitur memorata conscripta Theodoretus defendit, & non anathematizat ea, talis anathema sit.

Propter tales eius blasphemias ab episcopatu deiectus est, & postea in sancto Chalcedonensi concilio compulsus est omnia contraria memoratis suis conscriptis facere, & rectam fidem confiteri.

Si quis defendit impiam epistolam, quam ad Mariam Perfam haeretico Ibas scripsisse dicitur, quae abnegat Deum verbum hominem factum esse, & dicit non Deum verbum ex virgine incarnatum esse, sed purum hominem ex ipsa esse natum, quem templum vocat, ut alius sit Deus verbum, & alius homo. Et super hoc iniuriat Ephesinam primam synodum, quasi sine inquisitione & examinatione ab ipsa Nestorio condemnato, & sanctum Cyrillum vocat haeticum, & duodecim eius capitula impia dicit, Nestorium autem & Theodorum cum impijs eorum conscriptis, collaudat & defendit. Si quis igitur (sicut dictum est) eandem ipsam epistolam vindicat, vel rectam esse dicit ipsam vel partem ipsius, sed non anathematizat eam, anathema sit.

Tali ergo impia epistola iuste anathematizata, propter insertas ei blasphemias, Theodori & Nestorij impiorum sequaces conantur dicere, susceptam esse eam à sancto Chalcedonensi concilio: hoc autem dicunt, sanctam quidem Chalcedonensem synodum calumniantes, nomine autem eius festinantes debita condemnatione liberare Theodorum & Nestorium, & impiam epistolam, pro qua Ibas saepius accusatus, non est ausus eam suam dicere

cere

propter insertas ei blasphemias: & haec demonstramus ex his, quae diuersè de ista causa mota sunt. In his autem, quae apud Photium & Eustathium Tyriacta sunt, cum accusaretur praedictus Ibas de iniurijs sancti Cyrilli, manifestè confessus est, post vnitatem Orientalem, quae ad sanctae memoriae Cyrilli facta est, nihil iniuriosum de eo dixisse. Epistola autem plena praedictis blasphemijs, pro quibus accusabatur Ibas, multas contra sanctum Cyrillum iniurias continens, facta esse ostenditur post vnitatem ad Orientales factam, ex quo demonstratur Ibas eam abnegasse. Vnde praedicti Photius & Eustathius fatiscientes accusatoribus, in scriptis definiunt, praedictum Ibas omnia contraria epistolae peragere, sicut iudicium ab eis datum significat. Sed cum Ibas non adimpleret ea, quae illi iudicauerunt, eiectus est ab episcopatu propter blasphemias praedictae epistolae, & Nonnus pro illo ordinatus est, qui & confedit sancto Chalcedonensi concilio. De eisdem igitur etiam in Chalcedone accusatus memoratus Ibas, post lectionem impiae epistolae non est ausus eam suam esse confiteri, sed statim ipsis verbis intulit alienum se esse eorum, quae ei inferebantur. Vnde sancta synodus, cum ei non sufficeret abnegatio Ibas, quae facta est de epistola, compulit eum contraria ei peragere, id est, reprobata in ea rectam fidem confiteri, & Ephesinam primam sanctam synodum suscipere, & sanctum Cyrillum patrem & doctorem ascribere, quae in eadem impia epistola iniuriantur, & Nestorium & impij eius dogma anathematizare, quae impia epistola defendit & collaudat. Si igitur & ipse Ibas propter impiam epistolam saepius accusatus, non est ausus eam suam dicere, sed etiam Chalcedonense sanctum concilium omnia ei contraria compulit eum peragere: quomodo eadem sancta synodus memoratam epistolam susciperet, & condemnationi impietatis, quae in ea continetur, sese subijceret, à qua Ibas liberare festinauit? Quoniam autem omnes blasphemias epistolae praetermittentes haeretici, hoc solum ex ipsa proferunt, quod ad decipiendos simpliciores scriptor epistolae dixit, hoc est, duas naturas, vnam virtutem, vnam personam, (quod ipsum & nos demonstramus) in hoc sua commiscuit impietatem. Cuius enim dicit duas naturas & vnam personam, qui abnegat verbum, incarnatum de sancta & gloriosa Dei genitrice & semper virgine Maria, natum esse ex ipsa? Sed certum est, quod vniciquisque naturam suam personam attribuit, sicut Theodorus & Nestorius in suis libris blasphemantes exposuerunt, quos defendit scriptor epistolae cum eorum impietate. Illi enim aperte dicentes duas naturas Dei verbi & Christi, quem purum hominem vocant per affectuale coniunctionem, & per eandem dignitatem &

honorem, vnam personam apparere dicunt sed & duarum naturarum vnam virtutem siue potentiam dicens scriptor epistolae, manifestus est, quod & in hoc memoratos haeticos sequitur, Theodorum quidem, dicentem in diuersis libris de incarnatione impie expositis, Nestorium autem in multis quidem scriptis, & maxime in epistola scripta ad Alexandrum Hieropolitanum haeticum, quod duarum naturarum vna est autoritas, & vna virtus siue potentia, & vna persona per dignitatem eundemque honorem: ex quo ostenditur, qui scripsit epistolam, secundum illorum perfidiam pro personis vsus vocabulo naturarum. Vna enim autoritas, & vna virtus siue potentia, & vna dignitas & idem honor, non in diuersis naturis, sed in diuersis personis eiusdem substantiae dicitur, quod in sancta Trinitate confitemur. Vnde & sancti patres anathematizauerunt eos, qui per autoritatem, aut virtutem, siue potentiam, aut dignitatem, aut aequalitatem honoris, dicunt Deum verbum vnitum esse Christo: quem purum hominem vocant Theodori & Nestorij sequaces, sed non secundum substantiam DEI verbi ad carnem animatam anima rationali & intellectuali, vnitatem factam esse confitentur. Et haec quidem sufficiebant ad conuincendam impietatem eorum, qui sceleratam epistolam vindicant: tamen & in sine scriptor eiusdem epistolae ostendit suam perfidiam, dicendo, quod oportet credere in templum; & in eum qui habitat in templo, per quae aperte duas introducit personas. Sed istam impietatem à Theodoro & Nestorio scriptor epistolae edoctus est. Catholica autem Ecclesia talem condemnans perfidiam, non in templum, & in eum qui habitat in templo, sed in vnum Dominum nostrum Iesum Christum, Dei verbum, incarnatum & hominem factum confitetur, & credere tradit. Nihil autem mirandum est, si vocabulo naturarum vsus est scriptor illius impiae epistolae. Solent enim haeretici, ut simpliciores deciperent, vocibus quidem uti, quae ab orthodoxis pie dicuntur, rectum autem earum intellectum & expositionem, ad suam impietatem transferre. Quoniam autem eadem voces, quando bene exponuntur, & intelliguntur, cum pietate sunt: quando autem male ab haeticis intelliguntur & proferuntur, impietatem habent: itaque Nestorium duas quidem naturas & vnam personam dicentem, non confitentem autem earum vnitatem secundum substantiam, Ephesina prima synodus, cuius auctores erant Caestinus & Cyrillus sanctae memoriae, non suscepit, sed condemnauit. Nos autem sanctorum patrum doctrinam per omnia sequentes, & vnitatem duarum naturarum, ex quibus Dominus noster Iesus Christus vnus sanctae Trinitatis, Deus verbum, incarnatus compositus est, & quod earum

for. credere se confitentur, & tradit.

TOM. 2.

earum differentia non interempta est propter unitatem, in superioribus apertius demonstrauimus: & sufficiebant quidem, quæ prædiximus, satisficere eis, qui nolunt contendere. Sed quoniam illi, qui semel ad impietatem declinauerunt, & alia proponere conantur, necessariò nos & tales eorum occasiones vanas ostendemus. Dicunt enim nõ oportere vituperare impiam epistolam, eò quòd in aliquantis fertur codicibus. Sed si hoc aliquis secundum eorum dementiam suscipiat, oportet & Nestorium & Eutychen suscipi, quoniam plurima & de his in gestis continentur, quæ apud synodum acta sunt. Sed nemo sapiens dictis eorum animum intender. Quæ enim de hæreticis proferuntur in synodis, & pars gestorum sunt, non ad liberationem inferuntur, sed ad maiorem condemnationem eorum, & qui eis similia sapiunt. Oportet autem etiã illud attendere eos, qui veritatem perscrutantur, quòd forsitan in concilijs quædam à certis ibi conuenientibus dicuntur, aut per fauorem, aut per contrarietatem, aut per ignorantiam. Nemo autem attendit ea, quæ per partem à quibusdam dicuntur: sed sola illa, quæ ab omnibus communi consensu definiuntur. Si enim aliquis secundum illos voluerit attendere eiusmodi contrarietates, vnaquæq; synodus inuenietur semetipsam destrues. Propter hæc igitur oportebat eos, si sanctum conciliũ rectè susciperent, nõ tales blasphemias ei applicare, sed sequi doctores catholicæ Ecclesiæ, & maximè sanctũ Athanasium, qui fuit Alexandriæ episcopus, & plurimos & magnos labores suscepit pro recta Christianorum fide aduersus omnem hæresim, & maximè contra impijssimos Arrianos. Ipsis enim Arrianis ad decipiendos populos suo errori cõiungentibus Dionysium, & qui ante multos annos Athanasij fuit Alexandriæ episcopus, & dicentibus, qd & ipse Dionysij similia eis sapuit, Athanasius magnus Ecclesiæ doctor multis modis ostendit in scriptis, rectam fidem Dionysium ab initio prædicasse, nulloq; modo participem Arrianæ impietatis fuisse. Isti autem hæretici sapientes, suam impietatem eidem synodo applicare festinant. Qualis autè est condemnatio, & qualis imminet maledictio eis, qui in patres peccat, docet nos & diuina scriptura. Si enim Cham filius Noë cum vidisset nudum suum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalem nuditatem, sed egressus nunciavit eam fratribus, & illi vestimento eã cooperuerunt, ipse quidè Cham, & illi, qui ex ipso nati sunt, sub maledictioe facti sunt: qui autem cooperuerunt, magnã benedictionem meruerunt: multo magis isti maiore & ampliore condemnatione digni sunt, qui ad synodum minimè pertinentem infamiam, festinant per impietatem epistolæ & Theodori, eidem sanctæ synodò ap-

Athanasius Alexandrinus.

* qui multis annis ante Athanasium

Vide in Pannoplia Euthymij, parte 1. Titulo xj.

Gene. 9. c d

TOM. 2.

plicare. Sed non ideo impia epistola, vel defendentes eam, condemnatione suã impietatis effugient: sed neq; Theodorus, qui paganos & Iudæos, & omnes hæreticos impietate superat. Impio enim Theodoro nõ sufficit, super alias eius blasphemias ad suum errorem malè interpretari symbolum trecentorum decem & octo sanctorum patrum: sed etiã contempto eo, aliud symbolum exposuit omni impietate plenum, in quo anathematizare ausus est eos, qui aliter sapiunt vel tradunt, vt quantum ad illius infamiam pertinet, omnes sancti Apostoli & patres condemnarentur. Hoc autem Theodori impium symbolum & in Ephesina prima synodo prolatum, & in Chalcedonensi recitatum, ab vtraque synodo cum eius expositore, & eis, qui illud suscipiunt, condemnatum est. Quoniam autem quidam, verba pro Theodoro facientes, cum proferuntur impia eius conscripta, propter insertam eis blasphemiam confingunt quidè dicere, quòd impia sunt, ipsum autè, qui talem impietatem euomuit, recusant anathematizare: miramur eorum dementiam, quòd diuina scripturæ contraria agunt, euidenter dicenti, quia æqualiter horribilia sunt apud Deum impius & impietas eius. Actio enim cum auctore punietur. Si autem similiter impietati horribilis est deo ille qui impiè agit, certè separatus est talis à Deo, & anathemati iustè subijcitur. Anathema enim nihil aliud significat, nisi à Deo separationem, sicut in veteri & nouo testamento iudicium de anathemate significat. Quòd autem & Dominus eos, qui non permanent in verbo veritatis ipsius, separatos esse ab ecclesia dicit, in Euangelio secundum Ioannem Iudæos alloquens, sic ait: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternũ, filius autem permanet in æternũ. Quòd autem, quã Dominus nominat domum, diuina scriptura Ecclesiam dei viui vocat, Apostolus testatur in epistola prima ad timotheum. Si verò quidam dicunt, non oportere Theodorum post mortem anathematizari, sciãt qui talem hæreticum defendunt, qd omnis hæreticus, vsq; ad finè vitæ in suo errore permanens, iustè perpetuo anathemati & post mortè subijcitur, & hoc in multis hæreticis & antiquioribus, & propioribus, factum est, id est, Valentino, Basilide, Marcione, Cerintho, Manichæo, Eunomio, & Bonoso. Hoc autem idem & in Theodoro factum est, & in vita accusato, & post mortem anathematizato à sanctis patribus, quibus si credere noluerint, vt hæretici eius defensores, vel impia epistolæ, quã ipsi defendunt, credant. Quæ licèt Theodorum collaudet, manifestè tamen dicit, quòd in Ecclesia à sanctis patribus anathematizatus est, & ex illo plurima inquisitio facta est de eius conscriptis, vt potè plenè impetra-

Sap. 14. a

Anathema quid.

Ioan. 8. d

1. Tim. 3. d

Ioan. 20. f

Acto. 1.

Matth. 8. c

Matth. 22. c

pietate. Hoc autem tunc faciebant catholice Ecclesiæ doctores, nè simpliciores legetes illius impia cõscripta, à recta fide declinarèt. Quòd autem impij licèt non in vita in suam personã anathema susceperint, tamè & post mortem anathematizatur à catholica Ecclesia, ostèditur à sanctis synodis. Nicena enim synodus eos, qui impij Arrij sectam colunt, sinè nomine anathematizauit. Quæ autem in Constantinopoli congregata est, impiam Macedonij hæresim similiter condemnauit, sed tamè Dei sancta Ecclesia & post mortè Arrii & Macedoniũ nominatim anathematizatur. Cum autè ex multis probationibus conuincuntur, quòd superuacue & impiè agunt, qui Theodorum & impietatem eius defendunt, ad aliam vanam occasione confugiunt, dicentes non oportere eum anathematizari, eò quòd in cõmunicatione ecclesiarum mortuus est. Oportebat autem scire eos, quòd illi moriuntur in cõmunicatione ecclesiarum, qui commune pietatis dogma, quod in vniuersali Ecclesia prædicatur, vsq; ad finem seruaerunt. Ille autem vsque ad mortem in sua permanens impietate, ab omni Ecclesia eiectus est. Itaque & omnis plenitudo Mopsuestenæ ecclesiæ, in qua episcopus dicitur fuisse, cum inuenisset, quòd Paganis & Iudæis & Sodomitanis à sanctis patribus connumeratus est, deleuerunt ipsi ex illo à sacris ecclesiæ diptychis eius nomè, sicut gesta in eadem ciuitate apud concilium episcoporum illius prouincie confecta ostendunt. Miramur igitur Theodori sequaces, qui eum & impietate eius tanquam suam defendunt, cum ecclesia, in qua fuit episcopus, vt potè hæreticum ex multis temporibus eum eiecit. Quòd autem ad cõdemnationem suam talem occasionem proponunt defensores Theodori, scire licet & ex ipso aduersus Iudam factò tremendo iudicio. Ille enim cum putasset latere eũ, qui occulta hominum cognoscit, sacramentis communicauit cum apostolis: sed tamen nihil ei profuit, quod cum dolo cõmunicauit. Sed licèt post mortem eius duodecim nominati sint discipuli, sicut Ioannes euangelista dicit, Thomas autem, qui Didymus dicebatur, vnus ex duodecim, non erat cum ipsis, quandò venerat Iesus: tamen hoc non liberat Iudam à condemnatione, aut connumerari facit apostolis. Vndè post ascensionem Domini, apostoli suam sententiam eundem Iudam etiã post mortem condemnauerunt, & alium pro illo introduxerunt. Quòd autem vanam occasionem proponunt, dicentes nõ oportere hæreticos mortuos anathematizari, & ex ipsis Domini verbis ostendimus. Impios enim, & adhuc viuos, mortuos nominat, dicens: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: sicut iustos & iam defunctos, viuos nominat. Dicit enim de Abraham & Isaac & Iacob, quòd Deus non est mortuorum, sed viuorum. Si

TOM. 2.

ergò secundum verba illorum non oportet hæreticos mortuos anathematizari, nec viui hæretici anathematizabuntur, quos Dominus mortuos vocat, quia separati sunt ab ipso, qui dixit: Ego sum vita. & secidum eos iam nec viui, nec mortui hæretici anathematizabuntur: & sinè causa, secundum illos, Apostolica doctrina tradit anathematizari eos, qui tradit præter quod accepimus: sinè causa sanctæ synodi hæreticos condemnauerunt, sinè causa & alij sancti patres & doctores Ecclesiæ hæreticos anathematizauerunt. Inculpent autem & Hieremiã prophetam, dicentem: Excradus, qui opera Domini facit negligenter. & Dauid prophetam, dicentem: Excrandi, qui declinant à mandatis tuis. & vt compendiosè dicamus, omnem diuinam scripturam in diuersis locis tales condemnationes impijs inferentem. Sin autem illi, qui negligenter opera DEI faciunt, & peccant in mandatis eius, talibus cõdemnationibus subijciuntur: quãto magis impius Theodorus, qui talia aduersus ipsum magnum Deum, & saluatorem nostrum Iesum Christum blasphemauit, iustè condemnatus est & anathematizatus? Et hæc quidè sufficiebant, sup memoratas & alijs nostris libris insertas probationes, quas protulimus, ostendentes, quòd oportet etiã post mortem hæreticos condemnari, confundere eos, qui Theodorum defendunt, & compescere à tali impietate. Quoniam autem contentiosè in iisdem permanent, etiã quod est amplius, dicemus, quia quidam ex ipsis, qui in Nicena sancta synodo conuenerunt, & exposita ab ea fidei definitioni vel symbolo subscripserunt, quoniam postea contraria sapientes apparuerunt, alij quidem viui, alij autem post mortè anathematizati sunt à Damaso sanctæ memorie papa antiquioris Romæ, & ab vniuersali Sardinensi synodo, prout testatur sanctus Athanasius. sed & Chalcedonensis sancta synodus Dominum Antiochiæ factum episcopum, post mortem condemnauit, quòd ausus est scribere, oportere solum taceri duodecim capitula sancti Cyrilli. Quoniã autem Theodori defensores hæretici, omni proposito & conatu excidentes, præsumunt dicere ad deceptionem ignorantium, quòd sanctæ memorie Cyrillus in aliqua parte epistolæ illum collaudauit, ex multis ostèditur, quòd non conuenit eorum conamen dictis à sancto Cyrillo in diuersis eius libris contra impium Theodorum, in quibus magis impium omnibus alijs hæreticis eum ostendens, deindè non sustinens plurimas & maximas eius blasphemias cõtra magnum Deum & saluatorem nostrum Iesum Christum dictas, exclamauit, ita dicens: Expauit cælum super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Dominus: O intolerabilem malignitatem, ò linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & mætè in altitudinem

L. L. cornu

De morte hæreticorũ legitur in de. ca. 24. q. 2. Sanè profectur. Io. 11. 14. a

Hiere. 48. b

Psal. 118.

Athanasius Alexandrinus.

Chalcedonensis synodus.

* excedentes

cornu extollentem. Et iteque: Impone homo tuæ linguæ ostium & seram, cessa cornu in altitudinem extollens, & loquens iniquitatem aduersus Deum. Quousq; insultas patienti Christo? In mente habes scriptum à diuino Paulo: Sic autem peccates in fratres, & percutientes eorum infirmam consciētiam, in Christum peccatis. Et ut aliquid etiā ex prophetis loquar codicibus, iustificata est Sodoma ex te, superasti paganorum verborum sitates, quas contra Christum fecerūt, stultitiā existimantes crucem, nihil esse ostendisti Iudaicæ superbię crimina. His igitur ad condemnationem Theodori, sic à sancto Cyrillo dictis, licet aliquis concedat, secundum illorum verba, sanctum Cyrillum aliquid, pro Theodoro dixisse, neq; hoc liberat illum à cōdemnatione. Inuenimus enim, quod multi sanctorū patrum quosdam hæreticos collaudauerūt, sicut & sancti Damasus & Athanasius & Basilius Apollinarius, & sanctus Leo Eutychem: & tamē, cognita eorū impietate, non propter hoc euaserūt hæretici condemnationē & anathema, quod postea contra eorum personam & impietatem factum est. Tantus autem est furor defendentium Theodorum, quia præsumunt aduersus Gregorium Theologum, & Ioannem Constantinopolitanum mentiri, dicentes epistolas ad eundem Theodorum plenas laudis eos direxisse: quod falsum est. Gregorius enim, cum in Constantinopoli pro veritate laborans, conuersis per eum ab Arriana infamia ad catholicam fidem populis; ad suam patriam reuersus, epistolas, quas hæretici dolose proferunt, non ad Theodorum Mopsuestenum scripsit, sed ad Theodorum episcopum Tyanon, quæ est secundæ Cappadocię metropolis. Eiusdem autem prouincię sunt & Nazianzus ciuitas, cuius fuerat episcopus sanctę memorię Gregorius, & Arriazus prædium, vnde ortus fuerat. Hoc enim & ipsæ epistolæ aperte significant, memoriam facientes consuetudinum & collectionum & eiusdem prædij Arriazi, & aliorum prædiorum eiusdē prouincię, & mēsis lingua Cappadocum nominati, & Bosphorij episcopi sub eodē Theodoro cōstituti, quæ tūc tēporis Colone ciuitatis eiusdē prouincię epus erat, & aliorū episcoporū, & chorepiscoporū, & monasteriorum, quæ sub Theodori iurisdictione erant, quorum vsq; nunc eadem nomina seruantur. Qualis enim esset communio Cappadocibus ad secundam Ciliciam, vel tunc, vel modò diuisa earum prouinciarum gubernatione? Et quos episcopos sub se habere poterat Mopsuestenus episcopus, cum ipse sub metropolitanano secundæ Cilicię constitutus esset? Ioannes autē Constantinopolitanus scripsit quidem epistolam ad Theodorum Mopsuestenum, nō tamen laudibus, sed querimonijs & increpationibus

TOM. 2.

plenā, ut potē illo à bona cōuersatione lapsos. Quoniā enim cum eo monachicam vitam in vno eodemq; monasterio exercuit, conuersationis ibi factæ eum admonuit, & pro his testimonijs præbent Zozomenus & Hesy chius, & Socrates & Theodoretus, quæ multas pro Theodoro laudes fecit. Si autem testimonia proferunt Ioannis Antiocheni, & Orientalis concilij sub eo constituti, facta pro Theodoro & eius impietate, necesse est eos & illa suscipere, quæ (quantum ad illos pertinet) ad condemnationem sancti Cyrilli, & reprobationem rectæ fidei fecerunt Ioannes, & qui cum illo erant, necnon etiā quæ scripserunt, Nestorium & eius perfidiam diutius defendentes. Et hoc ostenditur ex diuersis eorum libris & epistolis, quas ad Theodosium piæ recordationis, & ad alios diuersos scripserunt. Et ut hæc quidem, sicut nihil subtilitatis habentia, prætermitamus, necessarium putauimus memorare etiā illa, quæ ab Augustino sanctæ memorię Aphricano episcopo scripta sunt. Quæstione enim aliqua post mortem Cæciliani de eo mota, quod ab ecclesiastica traditione declinasse dicebatur, & propter hoc quibusdam à catholica Ecclesia separatis, scribit ad Bonifacium idem Augustinus sanctus, quod non oportebat, aliquis ideo separare sese à catholica Ecclesia. Si enim vera essent ea, quæ Cæciliano inferebantur, & manifestatus esset contrarium aliquod ecclesiastico statui sapuisse, etiā post mortem eum anathemati subijcerem. Sed & regula sanctę synodi Aphricanæ statuit, episcopos, quæ suas facultates in testamento, vel ex intestato hæretico relinquunt, oportere & post mortem anathematizari. Super hæc autem omnia, quis ignorat ea, quæ nostris temporibus in Ecclesia antiquioris Romæ contra Dioscorum acta sunt? Qui cum nihil in fidem peccasset, tamen propter solum ecclesiasticum ordinem post mortem ab eadem sancta Ecclesia Romana anathematizatus est. Si igitur nihil in fidem peccantes episcopi, propter solum ecclesiasticum ordinem, & propter causam pecuniariam anathemati & post mortem subijciuntur: quanto magis Theodorus, qui in ipsum DEVM peccauit? Quantum autem ad insipientiam dicentium, non oportere anathematizari post mortem eos, qui in sua impietate mortui sunt: oportebat nec eos, qui iniuste condemnati sunt patres, post mortem reuocari, quale contigit in Ioanne sanctæ recordationis episcopo Constantinopolitanæ ciuitatis, ab vniuersali Ecclesia post mortem reuocato, & in Flauiano sanctæ memorię & ipso episcopo Constantinopolitanæ ciuitatis, iniuste quidem in vita condemnato, iuste autem post mortem reuocato tam à sanctæ memorię papa LEONE, quàm à sancta Chalcedonen-

fi

si synodo. Ex hoc autem contingit secundum illorum verba, hæreticos quidem sanctis patribus connumerari, ut potē liberatos debita eis condemnatione, sanctos autem patres iniuste condemnatos, hæreticis coniungi, ut potē nō soluta contra eos facta iniqua damnatio. Omnibus autem magis credendus est doctor Dominus Deus noster Iesus Christus, de se dicens: Sic enim dilexit Deus mundum, ut filium suum vnigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Et spiritus autem sanctus per prophetam David dicit, impios non resurrecturos in iudicio. Tali igitur nomini sententia prolata aduersus omnem impium, & nihil discernēte inter viuos & mortuos hæreticos, quomodo audent resistere tali sententię, & eos, qui semel impie egerunt, & propter hoc iam à Domino condemnati sunt, dicere, nō oportere post mortem condemnari? Et diuinus autem Apostolus, qui Christum in semetipso habet loquentem, non solum aduersus homines, sed etiā aduersus angelos talem protulit sententiam, dicens in epistola ad Galatas: Sed licet nos aut angelus de celo euangelizauerit, præter quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Et quæ ita impius est, ut presumat dicere, quod Theodori impia scripta, vel pars eorum, tradita est aliquando sanctæ Ecclesię Dei, & nō statim, qui ausus est aliquid tale loqui, anathemati subiectus est à sanctis patribus? Si quis igitur post eiusmodi rectam confessionem, & hæreticorum condemnationē, saluo manente pio intellectu, de nominibus vel syllabis vel dictionibus contendens, separat se à sancta Dei Ecclesia, tanquam nō in rebus, sed in nominibus solis & dictionibus posita nobis pietate: talis, ut potē dissensioib; gaudens, rationem pro semetipso, & pro deceptis & decipiendis ab eo, reddet magno Deo & saluatori nostro Iesu Christo in die iudicij.

EPISTOLA PONTIANI EPISCOPI ad Iustinianum Imperatorem de tribus Capitulis.

Clementissimo atq; pijsimo filio Iustiniano Imperatori, Pōtianus episcopus in Domino salutem. Principaliter nomen ab ipsis cunabulis iustitię suscepisti, & iustus Dominus, qui ita præsciuit, ut nomen antè iustitię tribueret, cui imperij postmodum gubernacula contulisset. Adunata est igitur gratia creatoris nō solum in nomine, verum etiā & merito, cuius vita exaltata est imperando, & imperium iuste viuendo. Dignatus es nos in Aphricanis partibus commanētes literis admonere, qualē fidem teneas & defendas. Cognouimus, quod Dominus B. Petro

TOM. 2.

statuit, dicens: Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauēs regni celorū. Exultauit spūs noster, hoc firmiter te pijsime esse Imperatorem, quod Apostolica fides prædicat, credentes, quod à rectæ credulitatis tramite nō declines. Talē enim decet esse Imperatorem, piū, iustum, fidelem, qualē te nos esse cognouimus. In extremo itaq; epistolę vestrę cognouimus, quod nos non mediocriter remordet, debere nos Theodorum, & scripta Theodori, & epistolam Ibeæ damnare. Eorum dicta ad nos vsq; nunc minime peruenerunt. Quod si & peruenerint, & aliqua ibi apocrypha, quæ cōtra fidei regulā dicta sint, legerimus: dicta possūmus respicere, nō authores dictorum iam mortuos, præcepti condēnatione dānare. Quod si adhuc uiuerent, & correpti errorem suū nō condemnarent, iustissime damnarentur. Nunc autē quibus recitabit sententia damnationis nostrę? Quod in eis recorrigatur, non est. Sed timeo, pijsime Imperator, nē sub obtentu damnationis istorū, Eutychiāna hæresis erigatur: & dum minima iudicia non spernimus, ad maiorem hæresim collisionemq; ueniamus. Et quid nobis cum mortuis inire bellum, ubi nulla inuenitur in congressione victoria? Apud iudicē verum iam tenetur, ad quem nullus appellat. Per ipsum, in quo nos honoratis & diligitis, supplicamus clemētiā tuam, ut pax permaneat temporib; tuis, nē, dum quæris sūmnare iam mortuos, multos in obediētes interficias viuos, & exinde cōpellaris reddere rationem ei, qui venturus est iudicare viuos & mortuos.

DECRETA AGAPETI PAPAE.

Ex libro pontificali.



Agapetus natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero, clericus ad sanctos Ioannem & Paulū, sedit mensis 11. dies 18. hic in ortu episcopatus sui libellos anathematis, quos inuidig do-

Io extorserat Bonifaci presbyteris & episcopis contra canones & contra Dioscorum, in medio ecclesię congregatis omnibus, incendio cōsumpsit, & absoluit totā Ecclesiam ab inuidia perfidorū. hic missus est à Theodato rege Gotthorum, ad dñm Iustinianū Augustū in legatione: quia eodē tempore Imperator dñs Iustinianus Augustus indignatus est Theodato regi, eō quod occidisset reginā Amalasantham filiam Theodorici regis, cōmendatam sibi, qui eum regem fecerat. Qui Agapetus pergens Constantinopolim, 10. Kalen Maij ingressus, susceptus est cum gloria. Et primum cœpit habere altercationē cū pijsi-

LL 2 mo

Matth. 16. c

Anno Domini 533.

mō p̄ncipe Imperatore domino Iustinia-
no Augusto de religione. Cui beatiss. Aga-
petus episcopus cōstantissimē fidei aposto-
licae rēsonsum reddidit de Dño Iesu Chri-
sto, Deo & homine, hoc est, de duabus natu-
ris in Christo. Et dum contentio versaretur,
itā Dominus adfuit, vt episcopum Cōstan-
tinopolitanum, nomine Anthimum, inue-
niret Agapetus papa hēreticū. Cumq; con-
tentio verteretur cum Augusto & Agapeto
papa, dixit ei Imperator Iustinianus: Aut cō-
fenti nobis, aut exilio deportari te faciam.
Tunc beatiss. papa Agapetus respondit cum
gaudio, dicēs ad Imperatorem: Ego quidem
peccator ad Iustinianum Imperatorem Chri-
stianissimum venire desideravi, nunc autem
Diocletianum inveni. Qui tamen minas tu-
as non p̄timeo. Et dixit ei iterum Agapetus
venerabilis papa: Tamē, vt scias tu eum ido-
neum non esse religioni Christianae, episco-
pus tuus cōfiteatur duas naturas in Christo.
Tunc accersito ex p̄cepto Augusti episco-
po Constantinopolitano, nomine Anthi-
mo, & discussione facta, nūquā voluit con-
fiteri in doctrina catholicae rēsonis ad
interrogationem B. papae Agapeti duas na-
turas in vno Domno Iesu Christo. Quem
eām vicisset S. papa Agapetus, glorificat⁹ est
ab omnibus Christianis. Tunc pijsissimus Au-
gustus Iustinianus gaudio repletus humili-
avit se sedi apostolice, & adoravit beatiss. Aga-
petum papam. eodem tempore eiecit Anthi-
mum à communionē, & expulit in exilium.
Tunc pijsissimus Augustus Iustinianus roga-
vit beatiss. papam Agapetum, vt in locū An-
thimi, episcopum catholicū consecraret no-
mine Mennam. Qui Agapetus papa omnia
obtinuit, pro quibus missus fuerat. Post dies
verò aliquantos aegritudine correptus, de-
functus est Constantino poli. Cuius corpus
in loculo plumbeo translatum est Romam,
vsque in basilicā B. Petri apostoli, vbi & se-
pultus est 12. Kalē Octobris. Hic fecit ordi-
nationem in vrbe Roma, diacones 4. episco-
pos per diuersa loca numero 11. Et cessauit
episcopatus mensē vnum, dies 28.

de cō. dif. i.
Agapetus

EPISTOLA AGAPETI PA-
pae ad Anthimum Constantino-
politānum episcopum, de
duabus naturis in
vno Christo.

A G A P E T V S Anthimo episcopo
salutem. Multo gaudio essem re-
pletus, si te talem circa Ecclesie pa-
cem & gloriosissimi Imperatoris
atque populi doctrinam reperissem, qua-
lem te in primordio esse audiui. Sed nunc,
TOM. 2.

ga didicimus à reuerendissimis fratribus, te
contra statuta patrum, Imperatorem & reli-
quos populos docere, itā vt negata humanae
carnis atque animae veritate, tantūm Domi-
num nostrum Iesum Christum vnus asseras
esse naturā, tanquā verbi Deitas ipsa se in
carnem animamque verterit, & tanquā
concipi ac nasci, nutrirī & crescere, crucifigi
ac mori, sepeliiri ac resurgere, & ascendere in
cælum, sedere ad dexteram patris, venire ad
iudicandos viuos & mortuos, diuinā tan-
tūm voluntatis fuerit, quae nihil horum in se
sine carnē recipit veritate: quae natura, vni-
ta naturae patris, natura est spiritus sancti, si-
mulque impassibilis, simulque incommuta-
bilis, sempiternae Trinitatis indiuisa vnitas,
& vnus voluntatis aequalitas. Vnde si ali-
quis malae voluntatis homo, aut infidelis
quisque desciscit, nē conuincatur Deitate
passibilem sentire atque mortalem, & tamen
verbi incarnati, id est, verbi & carnē, vnā
ausus fuerit pronunciare naturam, manifestē
in apertam & Deo odibilem trāsīt insaniam,
qui mediatorem Dei & hominum, hominē
Iesum Christum, simulatoriē credit omnia
egisse, nec verū in ipso corpus, sed phantasti-
cam eius corporis speciem, oculis apparuisse
cernentium. Quae impietatis mendacia quo-
niam olim fides catholica detestatur, & talia
assertionum sacrilegia concordibus per to-
tum mundum beatorum patrum dudū sunt
damnata sententijs, nō dubium est, eam nos
fidem predicare atque defendere, quam san-
cti apostoli docuerunt, & haec tenēs eorum,
suorumque successorum sequens sancta haec
Romana & apostolica Ecclesia doctrinam,
tenuit ac tenet, docuit & docet. Si quidam
enim ita sunt obcecati, & à lumine veritatis
alieni, vt verbi Dei à tempore incarnationis
denegent veritatem: ostendant, in quo sibi
Christianum nomen vsurpēt, & cum euange-
lio veritatis, qua ratione cōcordēt, si per vir-
ginis partum aut caro sine deitate, aut deitas
est orta sine carne. Sicut enim negari non
potest, (Euangelista dicente) quod verbum
caro factum est, & habitauit in nobis: itā ne-
gari non potest, (beato Apostolo Paulo pre-
dicante) quod DEVS erat in CHRISTO, 2. Cor. 5. d
Qua verò ratione veritatem mediatoris im-
plet, nisi quia, qui in forma DEI aequalis est
patri, in forma serui particeps esset & nostrī,
vt mortis vinculū, vnus prænariatione con-
tractum, vnus morte, qui solus morti nihil
debut, solueretur? Effusio enim iusti sangui-
nis Christi, tam fuit diues ad precium, vt si
vniuersitas captiuorum in redemptorem su-
um crederet, nullum diaboli vinculum reti-
neret. Quoniam (sicut Apostolus ait) Vbi abū-
dauit peccatum, superabūdauit & gratia. Et
cūm

Ioan. 1. b

2. Cor. 5. d

Rom. 5. d

cūm

cūm sub peccati praedicio nati, postquam
acceperint ad iustitiam renascendi, validius
factum est donum libertatis, quam debitum
seruitutis. Quam itaq; sibi in huius sacramē-
ti praedicio spem relinquant, qui in saluatore
nostro negant humani corporis veritatem?
Dicant, quo sacrificio reconciliati, quo san-
guine sunt redempti? Quis est (vt Apostolus
ait) qui tradidit semetipsum pro nobis ob-
lationem & hostiam Deo in odorem suauitatis?
aut quod vnquam sacrificiū fuit sacra-
tatis, quā quod verus & aeternus pontifex
altaris crucis per immolationē suae carnē im-
posuit? In conspectu Domini preciosa mors
iustorum fuit: nullius tamē in fontis occisio,
redemptio fuit mundi. Acceperūt iusti, non
dederunt, coronas. De fortitudine fidelium
exempla nata sunt patientiae, nō dona iusti-
tiae. Singulares quippe in singulis mortes fu-
erunt, nec alterius quisquam debitū suo sine
perfoluit, cūm filius hominis, vn⁹ solus Do-
minus noster IESVS CHRISTVS, qui
verē agnus erat immaculatus, extiterit, in
quo omnes crucifigi, omnes mortui, omnes
sepulti, omnes sunt etiā suscitati. De qui-
bus ipse dicebat: Cūm exaltatus fuero à
terra, omnia traham ad meipsum. Fides
etenim iustificans impios, & creans iustos,
ad humilitatis retracta participium, in illo
acquirat salutem, in quo solo homo se inue-
nit innocenter, liberum habens per gratiam
D E I de eius potentia gloriari, qui con-
tra hostem humani generis in carnē nostrae
humilitate congressus, his victoriam suā tri-
buit, in quorum corpore triumphauit. Licet
ergo in vno Domino nostro Iesu Christo
vero dei atque hominis filio, verbi & carnē
vna persona sit, quae inseparabiliter atque in-
diuisē habeat actiones communes, intelli-
gendae tamen sunt ipsorum operum quali-
tates. Et sic verē fidei contēplatione cernen-
dum est, ad quae prouehatur humilitas car-
nis, & ad quae inclinatur altitudo Deitatis:
quid sit, quod caro sine verbo non agit: &
quid sit quod verbum sine carne nō efficit.
Sine verbi enim potentia nec conciperet vir-
go, nec pareret, & sine veritate carnē obtu-
luta pannis infantia non iaceret. Sine verbi
potentia non adorarent Magi puerum stella
indice declaratum, sine veritate carnē non
iuberetur transferri in Aegyptum puer, &
ab Herodis persecutione subduci. Sine verbi
potentia non diceret vox patris missa de
cælo, Hic est filius meus dilectus, in quo mi-
hi benē complacui, ipsum audite: & sine ve-
ritate carnē non protestaretur Ioannes: Ec-
cē agnus DEI, ecce qui tollit peccata mun-
di. Sine verbi potentia redintegratio non
fieret debiliū, & viuificatio mortuorum,
& sine veritate carnē, nec cibus ieiunio, nec
somnia esset necessarius fatigato. Postre-
mō sine verbi potentia non se Dominus pa-
tri profiteretur aequalem, & sine veritate car-
TOM. 2.

Ephes. 5. a

Plal. 115.

Ioan. 12. c

Luc. 1. c

Luc. 2. a

Matth. 2. c

Matth. 3. d

Matth. 17. a

Ioan. 1. d


Ioan. 10. f

Ioan. 14. b

nis, non idem diceret patre se esse minorem,
cūm Catholica fides vtrunque suscipiat,
vtrunque defendat, quae secundūm confes-
sionem beati Petri Apostoli, vnum CHRIS-
TVM DEI viui filium, & hominem cre-
dit & verbum. CHRISTVS verò DE-
VS noster itā inter DEVM & hominem
mediator apparuit, vt in vnitate personae co-
pulsans vtrunque naturam, & solita sublima-
ret insolitis, & insolita solitis temperaret.
Quid igitur? Cūm CHRISTVS sit DEVS
& homo, loquitur homo, & calūniaris Deo?
Ille in se naturam commendat humanam, tu
in illo audes deformare diuinam? Gemina
ergo est substantia CHRISTI, diuina scilicet,
qua aequalis est patri: humana verò, qua
minor est patre. Vtrunque autem simul non
duo, sed vnus CHRISTVS, nē sit quaterni-
tas, non Trinitas, DEVS. Sicut enim vnus
est homo in anima rationali & carne, sic vn⁹
est CHRISTVS DEVS & homo: ac per hoc
CHRISTVS DEVS, anima rationalis & ca-
ro. CHRISTVM in his omnibus, CHRIS-
TVM in singulis confitemur, Deus te con-
uertat in bonum, frater, & rectae fidei nor-
mam te in omnibus tenere, & docere
concedat. Amen. Data Kalē
Maij, Iustiano 4. &
Theodato viris cla-
riss. coff.

DECRETA
SILVERII PAPA E.

Ex libro pontificali.



SILVERIVS natione Cam-
panus, ex patre Hormisdā
Episcopo Romano, sedit
annum vnū, menses quinq;,
dies 11. Hic leuatus est à ty-
ranno Theodato sine deli-
beratione decreti. Qui The-
odatus corruptus pecuniae dato, talem timo-
rem indixit clero, vt qui non consentirent in
eius ordinatione, gladio punirentur. Sacer-
dotes quidam non subscripserunt in eum,
secundūm morem antiquum, neque decre-
tum confirmauerunt ante ordinationem.
Iam autem ordinato Silverio sub vi & metu,
propter adunationem ecclesiae & religionis,
postmodū subscripserunt presbyteri. Post
menses verò duos, nutu diuino extinguitur
Theodatus tyrannus, & leuatur rex Vitti-
gis. Eodem tempore Vittigis ambulauit Ra-
uennam, & cum vi tulit filiam Amalafunthae
reginae sibi vxorem. Ob hoc indignatus do-
minus Imperator Iustinian⁹ Augustus, quia
reginam sibi cōmendatam occidisset Theo-
datus, misit Belissarium patricium cum exer-
citu, vt liberaret omnem Italiam à captiuitate
Gotthorum. Tunc veniens Patricius su-
LL 3 praescri-

Anno Do-
mini 534.

prascriptus in partes Siciliae, fuit ibi aliquantum temporis. Audiens autem, quod Gotthi sibi fecissent regem contra votum domini Iustiniani Augusti, venit in partes Campaniae iuxta ciuitatem Neapolim, & cepit obfidere eam cum exercitu suo, quia noluerunt ciues Neapolitani aperire ei. Eodem tempore pugnando Patricius contra ciuitatem, introiuit, & ductus furore, interfecit Gothos, & omnes ciues Neapolitanos, & misit praedam, vnde ecclesijs parceret praedado, ita vt vxoribus presentibus, maritos earum gladio interficeret, & captiuos filios & vxores nobilium exterminaret, nullis parcens nec sacerdotibus, nec seruis Dei, nec virginibus sanctimonialibus. Eodem tempore bellum fuit maximum, veniente Vittige contra Belissarium Patricium, & contra urbem Romam. Ingressus autem Belissarius Patricius in urbem Romam 4. Iduum Decemb. custodijs & munitionibus, vel fabricis murorum, ac reparatione fossati, circumdedit ciuitatem Romanam & muniuit. Nocte ipsa, qua introiuit Belissarius Patricius, Gotthi, qui erant in ciuitate, vel foras muros, fugerunt, & omnes portas apertas dimiserunt, & fugerunt Rauennam. Et post colligens Vittigis rex multitudinem Gothorum, regressus est contra Romam, ix. Kalend. Martias. Et fixit castra ad portem Milium, & coeperunt obfidere ciuitatem Romanam. Tunc Patricius Belissarius, qui p nomine Romano erat, inclusit se Romae intra ciuitatem. His diebus obfessa est ciuitas, vt nulli esset facultas exeundi, vel introcundi. Tunc omnes successiones priuatae vel fisci, vel ecclesiae, incendio consumptae sunt; homines vero gladio intercepti sunt. Quos gladius, gladius: quos fames, fames: quos morbus, morbus interfecit. Nam & ecclesiae, & corpora sanctorum martyrum, exterminata sunt a Gotthis. Intra ciuitatem autem grandis fames erat, vt aqua vendideretur precio, nisi Nympharum remedium subuenisset. Pugnae autem maximae erat contra ciuitatem. His diebus Belissarius Patricius repugnando contra regem Vittigem vel multitudinem Gothorum, protexit Romanos, vel ciuitatem custodia sua liberauit & nomen Romanum. Tunc obfessa est ciuitas annu vnū & portus Romanus a Gotthis. Patricius vero Belissarius pugnando vicit Gothos. Et postmodum fugerunt Gotthi Rauennam post annum vnū. Eodem tempore tanta fames fuit p vniuersum mundum, vt Datus Episcopus ciuitatis Mediolanensis, relatione sua hoc euidenter narrauerit, eo qd in partibus Liguriae mulieres filios suos comedissent penuria famis, de quibus retulit ex ecclesia sua fuisse familia. Eodem tempore ambulauit Patricius Belissarius Neapolim, & ordinauit ea, & postmodum venit Romam, quae suscepta est a domino Siluerio benignè. Et abiit Belissarius Patricius in palatium Pincianum 6. Idus Maias, in diebus xv. Tunc erat Vigilius diaconus apocrypharius in Constantinopoli. **DOM. 2.**

les autem Augustus pro Anthimo patriarcha quod depositus fuisset a sancto Agapeto papa, quia haereticum eum reperisset, & in loco eius constituit Mennam seruum Dei, consilio vsa cum Vigilio diacono, misit Epistolam Romam ad Syluerium papam, rogans & obsecrans, ne pigriteris ad nos venire, aut certe reuoca Anthimum in locum suum. Et cum legisset beatus Siluerius literas, ingemuit & dixit: Modò scio, quia causa haec finem vitae meae adducit. Sed beatissimus Siluerius fiduciam habens in Domino & beato Petro, rescripsit, dicens: Domine Auguste, ego rem istam nunquam ero facturus, vt reuocem hominem haereticum in sua nequitia damnatum. Tunc indignata Augusta, misit iussiones suas ad Belissarium patricium per Vigilium diaconem, ita continentes: Vide aliquas occasiones in Siluerium papam, & depone illum de episcopatu, aut festinus certe transmiste eum ad nos. Ecce ibi habes Vigilium archidiaconem & apocrypharium nostrum charissimum, qui nobis pollicitus est reuocare Anthimum patriarcham. Tunc suscipiens iussione Belissarius patricius, dixit: Ego quidem iussione facio: sed is, qui interest in necè Siluerij papae, ipse reddet rationem de factis suis Domino Iesu Christo. Et virgè iussione, exierunt quidam falsi testes, qui dixerunt: Quia nos multis vicibus inuenimus Siluerium papam scripta huiusmodi mittentem ad regem Gothorum: Veni ad portam, quae vocatur Asinaria, iuxta Lateranas, & ciuitatem tibi trado & Belissarium patricium. Quod audiens Belissarius, primo non credebat: sciebat enim, quod per inuidiam haec de eo dicebantur. Sed dum multi in eadem accusatione persisterent, pertimuit, tunc fecit Belissarius patricius beatum Siluerium papam venire ad se in palatium Pincis, & ad primum & secundum velum retinuit omnem clerum. Ingressus itaque Siluerio cum Vigilio solis in mausoleo, Antonina patricia sedebat in lecto, & Belissarius patricius sedebat ad pedes eius. Et dum vidisset eum Antonina patricia, dixit ad eum: Dic domine Siluerij papa, quid fecim tibi & Romanis, vt tu velles nos in manus Gothorum tradere? Et adhuc ea loquente, ingressus subdiaconus regionalis regionis primae, tulit pallium de collo eius, & duxit eum in cubiculum: & expulians eum, induit eum monachicam vestem, & abscondit eum. Tunc Sixtus subdiaconus regionis sextae, videns eum iam monachum, egressus foras, nunciauit ad clerum, dicens, quia dominus papa depositus est, & factus est monachus. Quod audientes fugerunt omnes. Quem suscepit Vigilus archidiaconus in sua quali fide, & misit eum in exilium ad Pétianas, & sustulit eum pane tribulationis & aqua angustiae. Qui deficiens, mortuus est, confessor factus. Qui etiam sepultus est in eodem loco, XII. Kalend. Iunij, ibique occurrit multitudo male habitum, & saluantur. **Hic fecit ordinationem**

Calumnia
in Siluerij
papam.

3. Reg. 22.

23. q. 4. Belissarius pat.

nostrum,

3. Reg. 22, d

nem vnam per mensem Decembris, presbyteros 13, diacones quinque, Episcopos per diuersa loca numero 19. Et cessauit episcopatus dies sex.

EPISTOLA AMATORIS

Episcopi ad eundem.

Beatissimo Siluerio Amator Episcopus. **B**A quibusdam, pater dilectissime, illis a partibus aduentantibus audiimus, vos a sede sancti Petri iniuste pulsus, exilio destinatum. Quod nimis graue ferentes, misimus parua munuscula, id est, argenti libras XXX, ad vestram vestrorumque sustentationem: quae petimus, vt ita grato animo suscipiatis, sicut grata mittuntur intentione. Precamur quoque, vt per vestram epistolam nobis remanere non dedignemini, qualiter circa vos sit actum, vel modò agitur, vt certam rationem de vobis scire, & fratribus valeam nunciare. Quid enim putas de nobis fieri, pater summe, cum de summo pastore, & vicario sancti Petri talia fiunt? Vos tamen nolite multum tristari, sed confortamini semper in Domino: quoniam potens est diuinitas immensa tempestatis incerta bono serenitatis amouere. **Ora pro nobis beatissime papa.**

Rescriptum eiusdem ad Amator Episcopum.

Dilectissimo atque amantissimo Amatori Episcopo, Siluerius. **O** quam bona est charitas, quae absentia per imaginem, praesentia sibi immetipsum exhibet per amorem. Diuisa tangit, confusa ordinat, inaequalia sociat, imperfecta perficit. Quae rectè praedicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidem cetera perfectionem generant, sed tamè eas charitas ligat, vt ab amantis mente dissolui iam nequeant. Hac itaque virtute, frater charissime, plenum te reperio, dum non solum de me sciscitando, & visitando curam habes, sed etiam bonis tuis me succurrere & sustentare non desinis. Quanta autem mala in me peracta sunt, nec enarrare, nec scribere tibi per omnia possum. Ante omnia vero Patricia infesta mihi erat, eo quod non restituebam Anthimum dudum patriarcham Constantinopolitanum, quae sanctae memoriae Agapetus praedecessor meus suis meritis damnauit. Virgè quoque eius iussione, exierunt quidam falsi testes dicentes aduersum me crimina, quorum nunquam particeps fui. Sed dum multi in eadem accusatione persisterent, timuit Belissarius patricius noster, & madauit me ad se venire pacifice pro quibusdam Ecclesiasticis dispositionibus in palatium Pincis, & ad primum & secundum velum retinuit omnem clerum & populum, qui mecum veniebat, & nullum permisit introire nisi me solum, & Vigilium diaconem meum. Me vero vi retento, & ante praedictam Patriciam deducto, miserunt in exilium, in quo modò sustetor pane tribulationis & aqua angustiae.

TOM. 2.

Ego tamè propterea non dimisi, nec dimitto officium meum sed cum Episcopis, quos congregare potui, eos qui talia erga me egerunt, anathematizavi, & vna cum illis Apostolica & synodali auctoritate statui, nullum vnquam taliter decipiendum, sicut deceptus sum: & si aliquis deinceps vllum vnquam episcoporum ita deciperet, anathema maranatha fieret in conspectu Dei & sanctorum angelorum. Similiter sanctorum patrum roborantes decreta, statuius (licet sapissime iam statutum fuerit) nec falsos, nec inimicos suspectos accusatores vel testes vnquam super episcopos suscipi, eisque nocere nullatenus posse: quia falsam, aut suspectam, aut odiosam vocem, aut fonestam, potius interdici, quam audiri sanctis patribus placuit. Summo perè, charissime, tales cauendi sunt, & auertendi atque reijciendi, si nocentes apparerint: quia non solum Ecclesiasticae, sed etiam seculi leges tales non suscipiunt, sed repellunt. Vnde scriptum est: **O** impiorum deuorat iniquitatem. Et Dominus per prophetam loquitur, dicens: **Cum** sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocenter ages. Cum electo electus eris, & cum puero puertus. Et Apostolus inquit: **Peruertite** mores bonos colloqua mala. Idcirco (vt iam prelibatum est) mali semper cauendi, & bonis atque beneuolis est inherendum, vt periculum deficiat, quatum possumus, deuitemus: & ne pestis hec latius diuulgetur, seueritate (qua possumus) abscindamus, quoniam non temeritas interuenit praesumptiois, vbi est diligentia pietatis. Agat semper vnusquisque vestrum hac informatione, Apostolica fultus auctoritate iuxta vires suas, & fraterna dilectione ac sancta religione mores proprios conseruare, & in comuni alterutrum adiuuare, & in charitate permanere, & Dei voluntati indefinenter studeat inherere, vt simul laudates Deum, indefessas illi gratias semper agamus. Vale in Christo charissime semper, & praedicta (put melius poteris) Domino opere ferente, adimplere, & reliquos fratres apostolica auctoritate informare studeo. **Data 9. Kalend. Decembris, Iustiniano 5. & Belissario viris clariss. coll.**

EPISTOLA SILVERII

Papae ad Vigilium.

Siluerius episcopus Vigilio. **M**ultis te transgressioibus irretitum sacerdotalis iam dudum nouit generalitas. Et quia cruentis humano sanguine manibus decessoribus nostris peruecacia tua subripiens, Leuiticis praesumptis excubare ministerijs, plerique nouerunt fidelium. Nam quia contra iura canonica temporibus sanctae memoriae Bonifacii papae, ipso viuente, successor eius designari conabar, nisi tibi amplissimi senatus obuiaffet iustitia, tunc prouidentia pastoralis ac pontificali auctoritate tua execranda iam debuerat auspicia detruncari. Sed dum paruum vulnus in te neglectum est, insanabile accreuit apocryphum.

LL 4 stema:

Matth. 16. c

23. q. 4. Belisarius patricius.

25. q. 2. Sic decet quidē

stema: quod nisi ferro altius abscindatur, fo-
 mentorum sentire non potest medicinam:
 quippe qui nequissimi spiritus audacia, am-
 bitionis phrenesim concipiens, in illius apo-
 stolici medici, cui animas ligandi soluendiq;
 collata & concessa potestas est, versaris con-
 tumeliam, nouumq; scelus erroris in Apo-
 stolica sede rursus niteris inducere & in mo-
 rem Simonis, cuius discipulum te ostendis
 operibus, data pecunia, meq; repulso, qui (sa-
 uente Dño) tribus iam iugiter emensis tem-
 poribus ei presideo, tempora mea nitaris in-
 uadere. Habeto ergo cum his, qui tibi con-
 sentiunt, pœnæ damnationis sententiã: sub-
 latumq; tibi nomen & munus ministerij sa-
 cerdotalis agnosce, sancti spiritus iudicio &
 Apostolica à nobis autoritate damnatus.
 Sic enim decet fidē sanctorum patrū in Ec-
 clesia seruari catholica, vt, quod habuit, amit-
 tat, qui improbabiliter temeritate, quod nō ac-
 cepit, assumpserit. Data octaua Kalend. Iulij,
 principe Basilio. Cælius Siluerius papa vrbis
 Romæ, huic decreto anathematis in Vigilio
 peruasore factio, ad omnia statuta cōsensum
 præbens, subscripsi, pariter & quatuor epi-
 scopi subscriperunt, id est, Terracinenis,
 Fundanus, Firmanus, & Minturnens. Data ista
 chartula per Anastasium subdiaconum.

DECRETA
VIGILII PAPAE.

Ex libro pontificali.

Anno Do-
mini 535.



Vigilius natione Romanus,
 ex patre Ioanne consule, se-
 dit annos 17. menses 6. dies
 26. Eodem tempore Belis-
 farius patricius cōmisit bel-
 lum cum Vittrige rege Got-
 thorum. Quem fugientem
 noctū, insecutus est Ioānes magister militū,
 cognomēto Sanguinarius, & tenuit eum, &
 adduxit ad Belisarium, & ad Vigilium Ro-
 mam. Tunc dederunt ei sacramenta in basi-
 lica Iulij, vt saluum illum perducerent ad Iu-
 stinianum Imperatorem. Quem cum addu-
 xissent in Constantinopolim, gauisus est Im-
 perator, & fecit eum patricium, & comitē, &
 trāsmisit eum iuxta fines Persarum, & ibi vi-
 tam finiuit. Belisariū verò interrogauit Im-
 perator, quomodo se haberet cum Roma-
 nis, vel quomodo in loco Siluerij statuisset
 Vigilium. Tunc gratias ei egerūt Imperator
 & Augusta, & data ei dignitate, iterum misit
 eum in Africam. Qui veniens in fines Africę,
 sub dolo pacis interfecit Gontharidem regē
 Vandalorum, & redacta est Africa sub repu-
 blica. Tunc Belisarius patricius veniēs Ro-
 mam, de spolijs Vandalorum obrulit beato
 Petro Apostolo per manus Vigilij papæ, cru-
 cem auream cum gemmis, pensantem libras
 centum, in qua scripsit victorias suas. Cero-
 strata argentea deaurata maiora duo, quæ stāt

TOM. 2.

vsq; hodiē ante corpus beati Petri Apostoli.
 Sed & alia multa dona & elemosynas pau-
 perum largitus est. Fecit etiã Belisarius pa-
 tricius xenodochiū in via Lata, & in via Fla-
 minea iuxta ciuitatem. Ortas monasterium
 sancti Iuuenalis, vbi possessiōes & dona mul-
 ta largitus est. Eodem tēpore Theodora Au-
 gusta scripsit ad Vigilium papam: Veni, ad-
 imple nobis, quę prona volūtate tua promi-
 sisti de patre nostro Anthimo, & reuoca eum
 in officio suo. Ad hęc rescripsit Vigilius: Ab-
 sit hoc à me, domina Augusta. Prius loquē-
 sum malē & insipienter, modò autem nullo
 modo tibi consentio, vt reuocem hominem
 hæreticum & anathematizati. & si indignus
 vicarius sum B. Petri Apostoli, quomodo fu-
 erunt antecessores mei sanctissimi Agapetus
 & Siluerius, qui eum damnauerūt? Tunc Ro-
 mani fecerunt suggestiones suas cōtra Vigi-
 lium, eō qd cum consilio eius depositus fuis-
 set Siluerius beatissimus papa. Sugerimus,
 inquit, pietati tuę, quia malē agit cum ser-
 uis tuis Romanis & cum ipsa plebe sua, & qd
 homicidam illum accusamus. Sic est in furo-
 rem versus, vt daret alapam notario suo. Qui
 mox ad pedes eius cadēs, expirauit. Item de-
 dit nepotem suum Vigilium Asterio consuli
 filium mulieris viduę, quocasu faciente, fe-
 cit eum teneri nocte, & tam diū cædi quādiū
 vitam finiret. Quo audito, Augusta misit An-
 themium Scribonē cum iussione sua, & cum
 virtute maiore ad Romam, dicens: Exceptis
 omnibus in basilica sancti Petri, parce: nam
 si in Lateranis, aut in palatio, aut in qualibet
 Ecclesia inuenieris Vigilium, mox impositū
 in nauim, perduc eum vsque ad nos. Nam per-
 viuentem in secula excoriari te faciam. Qui
 Anthemius Scribon veniens Romam, inue-
 nit eum in Ecclesia sanctæ Cæcilie, x. Kalēn
 Decembris, (erat enim dies natalis eius) iu-
 nera eum erogantem ad populum. Tenētes
 ergo eum, deposuerunt ad Tiberim, & mise-
 runt eum in nauim. Plebs autem & populus
 sequebatur eum, acclamantes, vt orationem
 ab eo acciperent. Dataq; oratione, respondit
 omnis populus, Amen, & mota est nauis. Vi-
 dētes romani, quōd mota esset nauis, in qua
 sedebat Vigilius, cœpit populus inflare post
 eum lapides, fustes, cacabos, & dicere: Fa-
 mes tua tecum. Mortalitas tecum. Malē feci-
 sti Romanis, malē inuenias vbi vadis. Et qui-
 dam amatores eius secuti sunt eum de Eccle-
 sia. Qui ingressus Siciliam in ciuitatem Cat-
 tanēsem, permissus est facere ordinationem
 per mēsem Decembrem presbyteros & dia-
 cones, in quibus retrāsmisit Romæ Ampli-
 atum presbyterum, & vicedominum suum,
 & Valentinum Episcopum ad sanctas Rufi-
 nam & Secundam, ad custodiēdum Latera-
 nas, & gubernandum clerum, & valesaciens
 omnibus, ingressus est Constantinopolim in
 vigilia natalis Dñi nostri Iesu Christi. Tunc
 obuius est ei Imperator, & osculantes se, cœ-
 perunt

cum calcibus, &

perunt

perunt flere, & plebs illa psallebat ante eum
 vsque ad Ecclesiã sanctæ Sophiæ, dicens: Ec-
 cē aduenit dominator Dominus, &c. Per bi-
 ennium verò fuerunt contentiones de An-
 thimo patriarcha, quomodo promississet re-
 uocare & remittere eum in locum suum, &
 cautionem manūs suę ostendebant, cum p-
 miserat eum in ordine suo reuocare. Sed Vi-
 gilium nullatenus eis voluit cōsentire: sed tā-
 ta roborat virtute, magis mori desiderabat,
 quàm viuere. Tunc Vigilius Papa dixit: Vt
 video, non me fecerunt venire ad se Iustina-
 nus & Theodora pijsissimi principes, sed ho-
 diē scio, quōd Diocletianum & Eleutheriam
 inueni. Facite vt vultis, digna enim factis re-
 cipio. Tunc dedit alapam in faciem eius qui-
 dam, dicens: Homicida, nescis, quibus loque-
 ris? Nescis, quia Siluerium papam occidisti?
 & filiū mulieris viduę, ad calces & fustes in-
 terfecisti? Tunc fugiens in basilicam sanctæ
 Euphemie, tenuit columnā altaris. Qui tra-
 ctus ab ea, eiectus est foras Ecclesiã. Fecit
 autem mitti funem in collum eius, & traxe-
 runt eum per totam ciuitatem vsq; ad vespe-
 ram. Tunc misso in custodia dabatur ei mo-
 dicum panis & aquę. Clerus autem Roma-
 nus, qui cum eo erat, missus est in exilium ad
 diuersa metalla incidenda. Tunc Gotthi fe-
 cerūt sibi regem Badiullam, qui Totila nū-
 cupabatur, qui descendens Romam obsedit
 eā. Et facta est fames in ciuitate Romana ta-
 lis, vt etiã natos suos vellēt comedere. Qua-
 dam die intrauit Romā a porta sancti Pauli,
 indictione 13. Tota enim nocte fecit buccinā
 clangi, vsque dum cunctus populus fugeret,
 aut per ecclesias se celaret, nē gladio Roma-
 ni vitam finirent. Habitauit rex cum Roma-
 nis, quasi pater cum filijs. Tunc quidam de
 senatoribus fugientes, Citheus, Albinus, &
 Basilius patricius & cōsul, ingressi sunt Cō-
 stantinopolim, presentati ante Imperatorem
 afflicti & desolati. Tunc consolatus est eos
 Imperator & ditauit eos, sicut digni erāt, tā-
 quàm consules Romani. Eodem tempore
 Imperator Iustinianus misit Narsetem eunu-
 chum & cubicularium suum in Italiam, cui,
 data pugna cum Gotthis, donauit Deus vi-
 ctoriam, & occisus est rex, & multitudo Got-
 thorum interfecta est. Tunc adunatus clerus
 rogauerunt Narsetem, vt vnā cum eius sug-
 gestionem rogarent principem, vt si adhuc vi-
 ueret Vigilij papa, aut presbyteri, seu diacono-
 ni, vel clerus, qui cum eodem Vigilio fuerāt
 exilio deportati, reuerterentur. Suscepta re-
 latione Narsetis, vel cūcti cleri Romani, letus
 effectus est Imperator, & omnes in clyti eius,
 eō qd requiem donasset Deus Romanis. Mox
 misit iussiones suas per diuersa loca, vbi fue-
 rant in exilio deportati in Gyssa & Procon-
 neso, & adduxit eos ante se Imperator, dicēs
 eis: Vultis recipere Vigilium, vt fuit Papa ve-
 ster? Gratias ago. Minus enim habetis archi-
 diaconum vestrum Pelagium, & manus mea

Vide Nice-
phorū Hist.
Ecd. lib. 17.
cap. 13.

TOM. 2.

erit vobiscum. Responderunt omnes: Impe-
 ret Deus pietati tuę. Restitue nobis modò
 Vigilium, & quandò eum voluerit Deus tran-
 sire de hoc seculo, tuñc vestra pceptioe no-
 bis donetur Pelagius archidiaconus noster.
 Tunc dimisit omnes cum Vigilio. Veniunt
 itaq; in Siciliam in ciuitatem Syracusas, vbi
 Vigilium afflicto, calculi dolorem habens,
 mortuus est. Cuius corpus ductum Romam,
 sepultum est ad sanctum Marcellū via Sala-
 ria. Hic fecit ordinationes duas per mensem
 Decembrē, presbyteros 46, diacones 16, epi-
 scopos per diuersa loca numero 81. Et cessa-
 uit episcopatus menses tres, dies 3.

**CAPITVLORVM SEQVEN-
 TIS EPISTOLÆ, TITULI.**

- De Priscillianistis, qui ab esu carniū se sub-
 trahunt. 1
- De trina renascentium mersione. 2
- De his, qui ab Arrianis iterum baptizantur. 3
- De ecclesiarum restauratione in fabricis vel
 dedicatione, quid sit obseruandum. 4
- De paschæ festiuitate, & precum ordine, ac
 Missarum solennijs. 5
- Quòd in nosse Trinitatis debeat baptizari. 6
- Quòd beati apostoli Petri, Romanę scilicet
 Ecclesię sedes, sacerdotalis mater sit digni-
 tatis, atq; ecclesiasticę magistra rationis. 7

Dilectissimo fratri * Eutherio Vigilij. * Eleutherio
 Directas ad nos tuę charitatis episto-
 las, plenas catholice inquisitionis sollicitudi-
 ne, granter accepimus, benedicētes Dei no-
 stri clementiam, quia tales in extremis mun-
 di partibus dignatur suis ouibus prouidere
 pastores, per quos & pasuis valeant saluta-
 ribus abundare, & ab antiqui hostis rapaci-
 tate seruari, vt in sidias nequeant eius subre-
 ptionis incurrere. Vndē certū est, quia pro-
 missa vos beatitudinis gratia subsequatur,
 quandò à vobis celestium perfectio doctri-
 narum tam votiuā sciscitatione perquiritur.
 Scriprum est enim: beati qui scrutantur testi-
 monia eius, in toto corde exquirunt eum. Psalm. 118.
 Hoc igitur, frater charissime, propositū tuę
 consultationis tota mente tractantes, de te
 quoquē prouenire contendimus, qui regu-
 lam catholice fidei ipsi dem studebunt tenere ve-
 stigijs, quibus eā in Apostolica fide cognos-
 scis esse fundatam. Et quantum sonus eorum
 toto orbe diffusus, & vsq; ad fines orbis ter-
 ræ verba eorum distēsa, dilectionis tuę cor-
 da Christo probauerint esse fidelia: tamen si
 qd ex his in ecclesia, q tuę gubernatiōi (Deo
 auxiliante) commissa est, necdū plena luce
 claruerit, ad eundem fontem, de quo illa sa-
 lutaris manārat lympa, recurritis, quod de-
 bita charitate sumus amplexi, qd fiducialiter
 de his: vndē apud eos obseruantia esse dixi-
 stis ambiguā, nostra voluistis respōsione fir-
 mari. Quapropter dilectionē tuam in Dño
 salutātes, de lingulis, quid iuxta catholicam
 disciplinā teneat Apostolicę sedis authori-
 tas,

iniqui lupi

* cōfidimus

* sede

Psalm. 118, a

tas,

tas, subiectis aliquibus etiam sanctarum capitulis regularum, te credimus instruendum.

Capitulum primum.

Ac primum de his, quos Priscillianus hereticis indicasti vitij inquinari, sancta & conueniente religioni catholice eos detestatione iudicas arguendos, qui ita se sub abstinentia simulatę prętextu, ab ecclis videtur carniū submouere, vt hoc execrationis potius animo, quam deuotionis probentur efficere: in qua re quę nefandissimis Manicheis esse consimiles approbantur, iuste patrum venerabilium constitutis ab hac superstitione sub anathematis sunt interminatione prohibiti, quando aliquid ciborum, cõtatione carniū credunt esse pollutum, quia de his omnibus, quę ad humanum victum misericordia Dei contulit, nihil catholicis esse iudicatur immundum. Sic enim Titum doctor gentium Paulus monet Apostolus, dicens: Omnia munda mundis, coïnquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum mens & conscientia. Deum confitentur se nōsse, factis autem negāt, abominabiles & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Similiter & alio in loco ad Timotheum de huiusmodi cauēdis erroribus predicauit, dicens: In nouissimis tēporibus discedent quidā a fide, attēdentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocritico loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientia, prohibentes nūbere, & abstinentes a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem, quia omnis creatura dei bona est, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Hęc igitur sequētia patrum venerabilium constituta, specialiter eos censuerūt esse damnandos, qui cum carniū abstinent, ea quoquē credebant esse vitanda, quę carniū fuisse videbantur admixta. Nam & ipse Dominus noster Iesus Christus ita pręmonuit, dicens: Nō, quod intrat in os, coïnquinat hominem: sed quę procedūt de ore, hęc sunt quę coïnquinant hominem. Quapropter nec abstinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos qui execrantur Domini creaturam, recipimus in nostra societate.

2. De baptismo quoquē solēniter adimplēdo, similiter quid apostolica vel sanxerit, vel obseruet auctoritas, in subiectis tua charitas euidenter agnoscat. Illud autem noueli esse iudicamus erroris, quod cum in fine psalmodum ab omnibus catholicis ex more dicatur, GLORIA PATRI, ET FILIO, ET SPIRITUI SANCTO: aliqui, sicut indicas, subducta vna syllaba cōiunctiua, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, dicendo: Gloria patri, & filio spiritui sancto. Quauis ergo ipsa nos ratio euidenter edoceat, quia subducta vna syllaba, personā filij & spiritus sancti, vnam quodam-

modō esse designent, tamē ad errorem talium conuincendū sufficit, quod Dñs Iesus Christus, designans in inuocatione Trinitatis credentium debere baptismum celebrari, dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ergo cum non dixerit, in nomine patris, & filij, spiritus sancti: sed æqualibus distinctionibus, patrem, & filium, & spiritum sanctum iusserit nominari, constat illos omnino ad doctrinam Dominicam deuare, qui aliqd huic voluerint confessioni derogare. Qui si in errore permanserint, socij nobis esse non possunt.

3. De his etiam, qui baptismatis gratia salutaris accepta, apud Arrianos iterum baptizati, profundę voraginis sunt morte demersi, quid per singulos ordines, vel ætates antecessorum nostrorum decreta cęsuerunt, quę multiplici sunt digesta ratione, è nostro scrinio releuata capitula his subiecta direximus. In quibus tamen illud speciali charitate etiam conuenit obseruari, vt quia pro peccatis plurimis in gētibus iniquitas ipsa surrexit, in æstimatione fraternitatis tuę aliorum quę pontificum per suas diæceses relinquatur, vt si qualitas & pœnitētis deuotio fuerit approbata, indulgētia quoquē remedio fit vicina. Quorum tamen reconciliatio non per illam impositionem manūs, quę per inuocationē sancti spiritus fit, operatur: sed per illam, quę pœnitentię fructus acquiritur, & sanctę communionis restitutio perficitur.

4. De fabrica verō cuiuslibet ecclesie, si diruta fuerit, instauranda, & si in eo loco cōsecrationis solēnitas debeat iterari, in quo sanctuaria nō fuerint, nihil iudicamus officere, si per eam minimē aqua benedicta iacetur: quia cōsecrationem cuiuslibet ecclesie, in qua spiritus sancti ara nō ponitur, celebritatem tantum scimus esse Missarum. Et ideō, si qua sanctorum basilica à fundamētis etiam fuerit in nouata, sinē aliqua dubitatione, cum in ea Missarum fuerit celebrata solēnitas, totius sanctificatio cōsecrationis implebitur. Si verō sanctuaria, quę habebat, ablata sunt, rursus earum repositione, & Missarū solēnitate, reuerentiam sanctificationis accipiet.

5. Pascha verō futurū nos (si Deus voluerit) xj. Kalēn Maiarum die celebraturos esse cognoscite. Ordinem quoquē precum in celebritate Missarum nullo nos tempore, nulla festiuitate significare habere diuisum, sed semper eodem tenore oblata Deo munera cōsecrare. Quoties verō paschalis, aut ascensionis Domini, vel Pentecostes & Epiphanię, sanctorumq; Dei fuerit agenda festiuitas, singula capitula diebus apta subiungimus, quibus commemorationem sanctę solennitatis, aut eorum faciamus, quorum natalitia celebramus: cetera verō ordine consueto prosequimur. Quapropter & ipsius canonice precis textū direximus subter adiectum, quē (Deo propicio) ex apostolica traditione susceperimus. Et vt charitas tua cognoscat, quibus locis aliqua festiuitatibus apta cōnectes, paschalis diei preces similiter adiecimus. His igitur fraternitatis tuę inquisitioni responsis, Deum nostrum, quātum possumus, exoramus, vt omnibus catholice religionis ecclesijs circa vniuersos, quos fideles sibi efficit, gratia suę dona multiplicet, & ab omnibus insidijs spiritualis hostijs atq; carnalis cunctos populos suos redigere dignetur immunes. Significatur etiam beatorum apostolorum vel martyrum (sicut speramus) sancto nos affectui tuo direxisse reliquias, psumētes fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adiuuandam.

6. Si quis Episcopus, aut presbyter iuxta preceptum Domini non baptizauerit in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, sed in vna persona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus patribus, aut in tribus filijs, aut in tribus paracletis, projiciatur de Ecclesia Dei.

7. Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod Ecclesia Romana fundamentum & forma sit ecclesiarum, à quo omnes ecclesias principium sumpsisse nemo rectē credentium ignorat. Quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est, vt ceteris pręmineret: vnde & Cephas vocatur, quia caput est & primus omnium Apostolorum. Et quod in capite pręcessit, in membris sequi necesse est. Quamobrem sancta Romana Ecclesia eius merito Domini voce consecrata, & sanctorum patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium ecclesiarum: ad quam tam summa episcoporum negocia, & iudicia atq; querelę, quàm & maiores ecclesiarum quęstiones, quasi ad caput, semper referenda sunt. Nam & qui se scit alijs esse prepositum, non molestē ferat aliquem esse sibi pręlatum. Ipsa nanque Ecclesia, quę prima est, ita reliquis ecclesijs vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vocatę sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium Apostolicam sedem Episcoporum iudicia, & cunctarum maiorū negocia causarum, eidem sanctę sedi reseruata esse liquet, pręsertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consultū, cuius tramiti si quis obuiare tetauerit sacerdotum, causas se non sinē honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem nouerit redditurum. Data Kalēn Martij, Vuisiliano & Ioanne viris clarissimis consulibus.

Theodori episcopi Casareę Cappadocię damnationis, à Vigilio papa factę, fragmentum.

Vigilius Episcopus sanctę Ecclesie catholice vrbis Rome, dixit: Res est quidem diuine conueniens iussioni, patientiam præbere peccantibus, quam non tamen ad usque decet extendi, vt spe continuę impu-

nitatis, iugiter sinē correptione peccet. Quoniam igitur tu Theodore Casareę Cappadocię ciuitatis episcopo, qui haclenus ab ordinationis tuę tempore, vnius anni spatio in ecclesia, cuius gubernacula susceperas, nō passus es residere, sed auctoritate nominis episcopalis abusus, vniuersalis Ecclesie scandalam generare nō cessas, & à nobis modō familiariter obiurgatus, modō precibus obsecratus, nonnunquam verō fraternam increpatione correptus, sæpē etiam diuinarum scripturarum auctoritate commonitus, vel ecclesiasticę consuetudinis cōiunctis exemplis, semper emendationem sermone promittēs, quā factis nequissimis respuebas, nunquam à praua intentione cessasti. Nos verō longanimitatem nostram, diuina largitate concessam, tam circa te quā ceteros seductos abs te, penē hoc quinquēnio elapso monstrauimus. Primum quidem in eo, quod pro scādalo refrenando cōdescendentes quorundā animis, quos aliqua dissipatiōe credimus temperādos, quatuor iam eos pluribus annis in quietissimis stimulatorum acedēdas, quādā pro tempore medicinaliter existimauimus ordinanda, tali conditione, vt omni in posterum perturbatione sopita, nihil vltra nec verbo, nec literis quisquam facere ex eadē causa præsumeret. At tu praua consuetudinis tractus audacia, neq; tunc cessare à conscribendis vel prædicandis nouitatibus voluisti, ita vt sapius libellis episcoporum redditis, & consensum tuum cum eis propria confessione condēnans, eorum vel tuis excessibus sapius à nobis concedi veniam postulasses. Post hæc autē cum te à præsumptione solita, nec pudor humane verecundia, nec sacerdotij pondus, nec timor diuini iudicij cohiberet, dum amplius, quā iustum fuerat, patientiam tuis facinoribus præberem: ad hoc est causa perducta, quatenus semotis omnibus, quę de trium capitulorum à quibuslibet dicto scriptorū fuerant ordinata, quid de ipsa re factū opus esset, cum Africanarū, Illyricianarum, seu Vualiarū partium cōgregata synodo tractaremus, eorū maxime præsentia requirentes, quorū fuerat scandalizata fraternitas. Illud quoquē magnopere nobis cum clementissimo principe, presentibus etiam Menna Constantinopolitanę ciuitatis, & Datio Mediolanēsis vrbis antistite, alijsq; tam Græcis, quā Latinis episcopis cum quibus omnibus etiam tu Theodore pariter affuisti, necnō & presentibus iudicibus atq; proceribus, vniuersoq; senatu, conuenit, nē vsq; ad memoratā Cōcilij diffinitionē quicquam de præfatis tribus capitulis ab aliquo fieri intēteretur. Ac deinde tuis ex consuetudine incitamenti liber cōdemnationem capitulorum ipsorum continens, in palatio te assistente & instrūte corā quibusdam Græcis episcopis est relectus, à quibus assentationum fauorem tuis vocibus exigebas. ex quo facto tam tu quàm tibi cōsentientes episcopi-

Tom. 2.

Tit. 1. d

1. Tim. 4. x

Matth. 15. b

Matth. vlt. d

ingentibus

De cō. dist. De fabrica.

exorcizata

x.

diuersum,

ditione

ditione susceperimus. Et vt charitas tua cognoscat, quibus locis aliqua festiuitatibus apta cōnectes, paschalis diei preces similiter adiecimus. His igitur fraternitatis tuę inquisitioni responsis, Deum nostrum, quātum possumus, exoramus, vt omnibus catholice religionis ecclesijs circa vniuersos, quos fideles sibi efficit, gratia suę dona multiplicet, & ab omnibus insidijs spiritualis hostijs atq; carnalis cunctos populos suos redigere dignetur immunes. Significatur etiam beatorum apostolorum vel martyrum (sicut speramus) sancto nos affectui tuo direxisse reliquias, psumētes fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adiuuandam.

6. Si quis Episcopus, aut presbyter iuxta preceptum Domini non baptizauerit in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, sed in vna persona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus patribus, aut in tribus filijs, aut in tribus paracletis, projiciatur de Ecclesia Dei.

7. Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod Ecclesia Romana fundamentum & forma sit ecclesiarum, à quo omnes ecclesias principium sumpsisse nemo rectē credentium ignorat. Quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est, vt ceteris pręmineret: vnde & Cephas vocatur, quia caput est & primus omnium Apostolorum. Et quod in capite pręcessit, in membris sequi necesse est. Quamobrem sancta Romana Ecclesia eius merito Domini voce consecrata, & sanctorum patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium ecclesiarum: ad quam tam summa episcoporum negocia, & iudicia atq; querelę, quàm & maiores ecclesiarum quęstiones, quasi ad caput, semper referenda sunt. Nam & qui se scit alijs esse prepositum, non molestē ferat aliquem esse sibi pręlatum. Ipsa nanque Ecclesia, quę prima est, ita reliquis ecclesijs vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vocatę sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium Apostolicam sedem Episcoporum iudicia, & cunctarum maiorū negocia causarum, eidem sanctę sedi reseruata esse liquet, pręsertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consultū, cuius tramiti si quis obuiare tetauerit sacerdotum, causas se non sinē honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem nouerit redditurum. Data Kalēn Martij, Vuisiliano & Ioanne viris clarissimis consulibus.

Theodori episcopi Casareę Cappadocię damnationis, à Vigilio papa factę, fragmentum.

Vigilius Episcopus sanctę Ecclesie catholice vrbis Rome, dixit: Res est quidem diuine conueniens iussioni, patientiam præbere peccantibus, quam non tamen ad usque decet extendi, vt spe continuę impu-

nitatis, iugiter sinē correptione peccet. Quoniam igitur tu Theodore Casareę Cappadocię ciuitatis episcopo, qui haclenus ab ordinationis tuę tempore, vnius anni spatio in ecclesia, cuius gubernacula susceperas, nō passus es residere, sed auctoritate nominis episcopalis abusus, vniuersalis Ecclesie scandalam generare nō cessas, & à nobis modō familiariter obiurgatus, modō precibus obsecratus, nonnunquam verō fraternam increpatione correptus, sæpē etiam diuinarum scripturarum auctoritate commonitus, vel ecclesiasticę consuetudinis cōiunctis exemplis, semper emendationem sermone promittēs, quā factis nequissimis respuebas, nunquam à praua intentione cessasti. Nos verō longanimitatem nostram, diuina largitate concessam, tam circa te quā ceteros seductos abs te, penē hoc quinquēnio elapso monstrauimus. Primum quidem in eo, quod pro scādalo refrenando cōdescendentes quorundā animis, quos aliqua dissipatiōe credimus temperādos, quatuor iam eos pluribus annis in quietissimis stimulatorum acedēdas, quādā pro tempore medicinaliter existimauimus ordinanda, tali conditione, vt omni in posterum perturbatione sopita, nihil vltra nec verbo, nec literis quisquam facere ex eadē causa præsumeret. At tu praua consuetudinis tractus audacia, neq; tunc cessare à conscribendis vel prædicandis nouitatibus voluisti, ita vt sapius libellis episcoporum redditis, & consensum tuum cum eis propria confessione condēnans, eorum vel tuis excessibus sapius à nobis concedi veniam postulasses. Post hæc autē cum te à præsumptione solita, nec pudor humane verecundia, nec timor diuini iudicij cohiberet, dum amplius, quā iustum fuerat, patientiam tuis facinoribus præberem: ad hoc est causa perducta, quatenus semotis omnibus, quę de trium capitulorum à quibuslibet dicto scriptorū fuerant ordinata, quid de ipsa re factū opus esset, cum Africanarū, Illyricianarum, seu Vualiarū partium cōgregata synodo tractaremus, eorū maxime præsentia requirentes, quorū fuerat scandalizata fraternitas. Illud quoquē magnopere nobis cum clementissimo principe, presentibus etiam Menna Constantinopolitanę ciuitatis, & Datio Mediolanēsis vrbis antistite, alijsq; tam Græcis, quā Latinis episcopis cum quibus omnibus etiam tu Theodore pariter affuisti, necnō & presentibus iudicibus atq; proceribus, vniuersoq; senatu, conuenit, nē vsq; ad memoratā Cōcilij diffinitionē quicquam de præfatis tribus capitulis ab aliquo fieri intēteretur. Ac deinde tuis ex consuetudine incitamenti liber cōdemnationem capitulorum ipsorum continens, in palatio te assistente & instrūte corā quibusdam Græcis episcopis est relectus, à quibus assentationum fauorem tuis vocibus exigebas. ex quo facto tam tu quàm tibi cōsentientes episcopi-

Tom. 2.

for. Galliarum, aut aliarum

p.

for. *condu
cens

pi, mitius licet, a nobis, quam oportuit increpati, ad promerendam facta satisfactione veniam conuolastis. Quis autem commemorare sufficiat, quae te incitante atque exequente, mala commissa sunt? Nam ut de magnis excessibus tuis parua narremus, totius scadali incitamentum fuisti atque seditio. Qui domi tuae sedens, antiquanos precio charo conductos, ea, quae iurata te voce non esse facturum usque, ad constitutum tempus, frequenter firmaueras, conscripsisti: & sub praetextu religionis, ea quae Dei ecclesiam diuiderent, sicut etiam rebus ipsis agnoscentur, perpetrasti. Nam usque, ad hoc animu Christianissimi principis falsis suggestionibus perduxisti, ut clementia eius, quae in suis hostibus pia semper apparuit, contra nos grauer moueretur. Sed haec omnia bona desideria nostra, quae pro pace Ecclesiae proculdubio militabant, ita animus tuus quietis impatiens, dissipauit, ut illa, quae fraterna collatione & tranquilla, episcoporum fuerant seruanda iudicio, subito contra ecclesiasticum morem, & contra paternas traditiones, contraque omnem autoritate euangelicae apostolicaeque doctrinae edictis propositis, secundum tuum damnarentur arbitriu, dum fidelium nullus ignoret, per quos Dominus ac Deus noster doctrinis caelestibus plebem sua iusserit erudiri, vel quibus ligandi soluendique, super terram dederit potestatem. Deinde in domo Placidiana cum Graeciarum vel Latinaru partium episcopis, qui in urbe regia aderant, & presbyteris ac diaconibus Constantinopolitanae ecclesiae conuenisti: ibique, sub magna uociferationis contestatione, tam nos quam frater noster Mediolanensis episcopus prohibuimus, ne aliquis uestrum, praeruaricationi communis constituti, contempta fraternitate, praerberet assensum. Tu autem, sedis Apostolicae interdicentis per nos autoritate despecta, ad ecclesiam, in qua edicta ipsa pendebat, reliquos tecum attrahens, perrexisti, ibique, alijs adiectis praeruaricationibus, Missarum solennia celebrasti: & quasi nihil tibi esset, primae sedis antistitem praesentem & contradicentem contempnisti, pontificem etiam Alexandrinae ecclesiae sacerdotem fratrem nostru Zoilum, cuius nomen usque, ad memoratum diem communicatu uobis fuerat, diptychis eximetes, Apollinarem quendam peruersore, atque ecclesiae ipsius adueteru uobis sociastis, ut uestra iniquitas non solum in remouendo simplicissimo sacerdote, sed etiam in recipiendo patens peruersore. Reticemus interim alia, quae eodem die a uobis in Apostolicae sedis & in canonum perpetrata probantur iniuria, ne de terti enumeratioe culparu, quaru inuentor ostenderis, quod tibi competit, diutius differamus. Et licet ante triginta dies pro memoratis excessibus uestris ab Apostolicae uos communionis remouissemus consortio, credentes, quod d sacerdotali, pposito facilius, quae male

T O M. 2.

gesta fuerant, satisfactione congrua curaretis: ideoque, ex persona & auctoritate B. Petri apostoli, cuius (licet exigui) nos locu gerimus, cum Datio Mediolanensi, Ioanne Maricano, Zachaero Scyllaceno, Valentinio Sylua candide, Floratio Matellitate, Iuliano Sighino, Romano Numariate, Dnico de Calliopolis, Pri-
 *Amiteni.
 *Lucei,
 *Aretino

masio Adrumetino, Verecido Lunensi, Stephano Arimineni, Paschasio Aletrino, atque Iordane Cortonensi, fratribus & coepiscopis nostris, hac Theodoru, Cesaere Cappadociae ciuitatis quondam episcopum, sententiae promulgatione, tam sacerdotali honore & communione catholica, quam vel omni officio episcopali seu potestate spoliatu esse decernimus, nullis te vacare ulterius rebus, nisi poenitentiae lachrymis, consentes: quibus percepta remissione culpae, locu communionemque, tua aut a me, aut post obitu meu a successore meo (si merueris) indulgentiae recipias. Teque; Mennam Constantinopolitanae ciuitatis episcopum, qui non dissimili culpa costringeris, cum omnibus metropolitanis & micropolitaneis episcopis, ad tuam diocesim pertinentibus, sed & tuos Orientales, vel diuersarum prouinciarum maiorum minorumque, ciuitatum episcopos, quae his excessibus, pro quibus Theodoru Cesaere Cappadociae quondam episcopum condemnauimus, prebuisstis assensum, humaniore pro Dei consideratione, tam diu a sacra comunione suspendimus, donec uniusquisque uestrum erroris suae praeruaricationis agnosces, culpa apud nos propria competenti satisfactione diluerit. Hec est subscriptio sancti papae, Deo iuuante & ipsius gratia. Vigilii episcopus sanctae ecclesiae catholicae urbis Romae, huic damnationi atque excommunicationi Theodori Cesaere Cappadociae, & huic communicantis Mennae Constantinopolitanae urbis episcopi, vel aliorum praefectorum, subscripsi. Data 19. Kalen Septemb. imperante domino Iustiano perpe tuo Augusto. Anno 25. post consulatum *Ba
 for. *sententia pro
 for. *Belisarij

Vigilij papa epistola ad uniuersos.

Vigilius episcopus ecclesiae catholicae uniuerso populo Dei. Dum in S. Euphemiae basilica graui laborates aegritudine tene remur, pijs, atque clementiss. Impator Dnico rum die, id est, Kalen Februarij, gloriosos iudices suos ad nos destinare dignat est, id est, Belisarium & Cethegum exconsule, atque patricos, necnon & Petru exconsule patricium atque magistrum, sed & Iustinum excosulem, & cura palatij, & Marcellinu excosulem, & comite excubitoru, sed & gloriosum virum Constantinu quastore, qui nobis dicerent, ut sacramenta percipere deberemus, & de sanctae Euphemiae ecclesia ad ciuitate regia remeare. Quibus tale dedimus (Deo adiuuante) respodsum, dicentes: Nos quide in hac basilicam, pro nulla pecuniaria vel priuata causa, cofugimus: sed pro ecclesiae tato scadalo, quod

for. *excubitoria

for. *mace
vos

for. *nono

quod iam toti mudo pro peccatis innotuit. Et ideo, si causa ecclesiae ordinatur, ut pacem eius, quam ab auctori sui pijsimus princeps fecit temporibus, & modo restituat, ego sacramentis opus non habeo, sed statim egredior: si causa finita non fuerit, iisdem sacramentis opus non habeo: quia nunquam de S. Euphemie ecclesia exire dispono, nisi scadalu ab ecclesia Dei fuerit amputatu. Nam posteaquam edicta sua pijsim princeps iussit appendi, omnibus episcopis diuersarum partium, & presbyteris atque diaconibus, necnon & clericis Constantinopolitanae ecclesiae ad nos uenientibus in Placidiana domo, antequam ad S. Petri confugeremus basilicam, facie ad faciem ita loquuti sumus: Rogo te pijsimum principem, ut edicta sua, quae precepit appendi, remouere dignetur, & constitutum commune expectare, id est, ut scandalizati episcopi Latinae linguae, ad synodu ueniant: aut certe, remota omni uolentia, suas scripto declarant sententias. Quod si forte preces uestras audire noluerit, vos nulli rei praebatis assensum, quae ad diuisionem tendit, nec contra constitutum combinatione aliqua ueniat. Quod si hoc forsitan (quod non credimus) fecerit, non ueritis ex praesenti die, ut praeruaricatores apostoli Petri, per ministeriu uocis meae haberi suspensos. Et quonia his actis, non solum ea, quae commissa fuerant, nullo modo sunt correpta, sed etiam ex alijs causis die ipso in regularum ecclesiasticaru prauidicium, vel iniuriam sedis Apostolicae, peiora praesumpta sunt, nec ulterius eos communionis nostrae permisisse esse participes, nec ad spectus eorum post tot praeruaricationes nostri oculi receperunt. Ea enim, quae uerbo de memorata excommunicatione cunctis episcopis vel presbyteris, & diaconibus, aliisque clericis Constantinopolitanae ecclesiae, uoce publica dixeram, postea etiam die nono

narum Kalen Septembriu nuper praeritarum, in B. Petri basilica scripto firmauimus: in quo etiam illu, qui sub habitu episcopali, lupi rapacis dominico gregi tendit insidias, & assumens torius ducatum scandali, uniuersalem perturbauit ac perturbat ecclesiam, de episcopatu ordine deponentes, damnauimus: alios uero, qui superius memorati sunt, a communioe suspendimus. Sed haec haec tenens. Paginam ipsius damnationis proferre nolumus, quoniam & clementissimum principem pro tali ac tanto scadalo, quae facta diuini consideratione iudicij, reuocare cofidimus, omnibus oportebat nos spatiu forte transitus de hac luce cotingeret, mox eam in celeberrimis locis proponeret, quatenus eius notitia Christianis omnibus patefacta, seruetur in posterum. Dum haec autem praefatis iudicibus dicerem, rogauimus eos, in uocato omnipotentis Dei iudicio, ut clementissimo Imperatori, hoc quoque ex nomine nostro suggererent: quia illis qui a nobis excommunicati sunt, in quibus & is, quem praediximus, est damnatus, communicare non debet, ne graue (quod absit) peccatum incurrat. His ita se habentibus, per magnificu viru Petrum referendarium, die pridie Kalen Februarij, quaedam charta nobis allata est, quam a clementissimo principe nullo modo credimus destinatum, quia nec fuerat pietatis eius manu scripta. Et dum memorato referendario dicerem, ut in ea scriberet diem, & quomodo ab ipso fuerat ablata, pariter signaret.

for. *ol ea

fort. * & nos

for. *nulla

se modo

CONSTANTINOPOLITANA SYNODVS QVINTA, CIRCA TEMPORA Agapeti, Siluerij, & Vigilij.

EX HISTOR. ECCLESIAST. Nicephorij lib. 17. cap. 9. quid senserit ille de his, quae haecenus sub nomine V. Synodi Constantinopolitane edita fuere.



Illud notare conuenit, eum quem diximus Anthimum Epiphanijs successoru, uerbo quidem sanctam quartam synodum recepisse, reuera autem abominatum esse atque damnasse. Et cum comprobare eam, atque anathemate eos iugulare, quos illa reijceret, adigeretur, & id ipsum facere differret, alias ex alijs causis mora confingens, interea accidit, ut Agapetu

us ueteris Romae hierarcha Constantinopolim ueniret. Qui cum de Anthimi rebus inquireret, multosque ab archimandritis eius urbis, & ab alijs libellos oblatos acciperet, illi ne in conspectum quidem admisso, episcopatum abrogauit. Cuius calculum monasteria etiam Palaestinae, & Petrus Hierosolymitanus antistes, necnon reliqui ecclesiarum praefati comprobauerunt. Hunc Anthimum post Agapeti obitu Synodus Constantinopoli coacta, atque ipse etiam Agathon, Agapeti in ecclesia Romana successor atque superstes, cohortati sunt, ut poenitentiae libellum exhiberet, eaque quae in illum dicta essent, falsa esse probaret, atque ita ad prioru episcopatum suum Trapezuntem rediret.

T O M. 2.

MM Porro

Porro cum ille latitaret, & Synodus iterum atque tertio illum comparere, & causam dicere, obiectaque sibi crimina confutare, & priorem sedem Trapezunte recipere propalam iuberet, atque ipse propter timorem se occultans, copiam sui non faceret, Synodus, sententia contra illum publicata, dignitate sacerdotali omnium eum priuauit. Post Anthimum autem * Menas ad thronum episcopalem ascendit, sicuti dictum est, cui * Agatho papa, quod antea nunquam factum est, manus imposuit. Cum Agathon adhuc in rebus humanis esset, altera Constantinopoli prouincialis synodus coacta est, cui Agathon & * Menas praesuit. In hac Seueri Antiochia, & Petri Apamea Syriae episcoporum, nec non * Zooram monachi Syri res in quaestione deductae sunt. Aduersus quos Palaestina, vrbis Constantinopolitanae, & secundae prouinciae Syriae monasteria libellos obtulerunt. Sed enim postea quam deprehensi sunt rebus illicitis inuoluti esse, & quod maximu est, Synodum Chalcedonensem anathemate configere, praeterea anabaptismos, aliaque nefandae obscenitatis plena facinora peragere, & naturam in Christo vnam docere, & ipsi & quicunq; cum eis in eadem erant sententia, explosi sunt atque reiecti. Lata quoque lex, Seueri scripta conseruari non debere, atque sicubi reperirentur, vt igni comburentur: sin minus, vt capitis supplicio in eum animaduernerentur, qui scripta talia sibi seruanda esse statuisset. Hoc idem Hormisdas quoque, qui ante Agapetum & Agathonem Episcopatum gessit, celebrata Romae Synodo decreuit: cuius etiam Aetorum epistola circumferuntur. Ad haec Synodus sanxit, vt sancta quatuor oecumenica Concilia, & diuus Leo, eiusdemque Tomus per vniuersum orbem praedicarentur. Insuper, vt Euphemius & Macedonius Constantinopolitani, & Hauianus Antiochenus, episcopi in integrum restituerentur, atque in sacrarum tabularum album referrentur: quippe qui egregie pro veritate decertassent, rebus omnibus, quae aduersus illos ceptae actaeque essent, abolendis. Quae aliarum quoque prouinciarum atq; ecclesiarum * ephori approbantes confirmarunt. Atque e quidem quae in vrbe imperante aduersus Anthimum, Seuerum, Petrum & * Zooram, ante sanctam magnam vniuersalem quintam Synodum gesta sunt, sic habent. Haec Nicephorus: ex quibus apparet ea ferè omnia, quae haecenus sub nomine Quintae oecumenicae synodi edita fuere, ad prouinciales duas Constantinopoli habitas Synodos referenda videri: quae tamen pondus & auctoritatem habebunt, quod ijs Romanorum quoque pontificum calculus accesserit. Est verò obseruandum, Nicephorum facere Agathonem Agapeti successorem, quod vel lapsu memoriae à Nicephoro, vel vitio quodam à librario factum

*Agapetus

Constit. 42. Nouel.

*id est, episcopi

TOM. 2.

est. Nam Agapetus successorem habuit Siluerium, non Agathonem.

Expositio fidei secundum reuelationem Gregorij episcopi Neocaesarensis.

VNUS DEVS pater verbi viuentis, sapientiae subsistentis & potentiae ac characteris sempiterni, perfectus perfecti genitor, pater filij vnigeniti. Vnus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, character & imago Deitatis, verbum operatum, sapientia consistentiae omnium comprehensiu, & virtus totius creaturae factiua, filius verus veri patris, inuisibilis inuisibilis, ineffabilis ineffabilis, & immortalis immortalis, & sempiternus sempiterni. Vnus spiritus sanctus ex Deo subsistentiam habens, & per filium existens scilicet hominibus imago filij perfecti, perfecta vita, viuentium causa, sanctificatio, sanctificationis donatiuus, in quo apparet Deus pater, qui est super omnia in omnibus, & Deus filius, qui per omnia est. Trinitas perfecta, gloria & aeternitate, ac regno & imperio non partita, id est, distributa, neque ab alienata. Non ergo creatum quid vel seruitiu in Trinitate, neq; aduentitium, taquam prius non existens, & posterius adueniens. Non ergo defuit aliquando filius patri, neque filio spiritus, sed in coeurtibus & immutabilis semper ipsa Trinitas.

¶ Basilij episcopi Caesarensis Cappadociae, ex sermone de fide: In creata natura & incomprehensibilis substantia, suprema potentia, naturalis bonitas, dignitas praedominatiua, pater, & filius, & spiritus sanctus.

¶ Sancta, magna, & oecumenica synodus &c.

Quarantur haec superius actione tertia Chalcedonensi Concilij, pag. 116.

Dominus noster & saluator CHRISTVS &c. q sub quadruplici interpretatione actioe qnta Chalcedonensis Concilij pag. 150. conscripta sunt, quapropter hic ea praescindimus, lector eò remittentes.

¶ Nicenum atque Constantinopolitanum symbola, quia ad plenum habentur actione secunda Chalcedonensis Concilij, pag. 104. pro illis lector ad illum locum recurrat. hic enim breuitatis gratia duntaxat adnotantur locari debere, prout exemplaria habent.

¶ Similiter fidei expositionem hoc loco inferendam, cuius initium est, Sufficiebat quidem &c. quia sub quatuor interpretationibus ipsa est in actione Concilij Chalcedonensis quinta, habita pag. 152. hoc loco illam duntaxat adnotamus. & superfluitatem vitantes, ad eum locum remittimus lectorem.

¶ Antheonis episcopi * Arsinois epistola ad * Artinorum Petrum episcopum Antiochia, quoniam non oportet additionem crucis in trisagio adiungere, illam scilicet, qui crucifixus est propter nos, quam haeretici apposuerunt.

Multum valde sum angustatus, frater honorandissime, quoniam per te magnum oritur scandalum, praemputante me scandala. Etenim cum in hoc volo lachrymas

mas compescere, prohibeor à tua peruersa excogitata haerese, quoniam Euangelia à te fauciantur, Aetiusque & Apostolus. Visus es i. sapere, enim vltra ipsos *enim vltra ipsos* *enim vltra ipsos* *enim vltra ipsos* dum non Christum crucifixum pure confiteris, sed trisagio crucem coadunas, sicut prima tua scripta ad Acacium Constantinopolitanae vrbis pastorem, ostendunt. Ex quo autem in impietatem incidisti, opinionem à te iniuste prolatam, differenter peruertis, quatenus iniquitatem & stabilem ipsam apud omnes confirmes. Neque enim diuinum dicimus passibilem, sicut tu dicis: neque nudum verbum dicimus crucifixum, sed Christum Iesum. In trisagio autem, vbi non est corporis significatio, quem locum crucis appellatio accipiet? Dicis enim, Sanctus Deus. Et quis nescit, quoniam primus pater sit secundum ordinem opinionis omnibus conuictus, licet non secundum eminentiam diuinam dignitatis? Postea dicit, Sanctus fortis. Et quis nescit secundum prophetam Isaiam, natum nobis Christum Iesum puerum, cuius principium fuit simul cum ipso, & vocatur, & est magni consilij angelus, Deus fortis? Si enim crucifixus est, ex infirmitate, infirmum nostrum assumens corpus, hoc passus est. Fortis autem DEVS existens, voluntarie ad crucem proprium exhibuit corpus, sicut dicit propheta: Ipse infirmitates nostras assumpsit. Deus autem & homo, ab omnibus simul confitetur Christus, tu solam fortitudinem Christi, Deitatis dicis: Et percurrans hoc, venisti ad spiritum sanctum, & confessus fuisti (sicut est verè) immortalem. Quem ergo inferens crucifixum, propter nos, propter Christum, dicis? Nonne ergo manifestus factus es quaternitatem sapere, alium praeter sortem DEVM, Christum nominans, dum spiritum sanctum, crucifixum fuisse dicis? Et quid magis impium isto factum vnquam fuit? Sed phantasiam dicis, passionis dispensationem. Nonne ergo phantasia, secundum impios Manichaeos, & saluatio nostra est? Vides quomodo vndique praecipitaris, & ignorans vel sciens voluntarie malefacis? Ecce nunc recordatus verècudare de tua incruditione, & scito (sicut à Propheta recepisti) glorificare trisagium. Incorporaliter enim nominatur. Nullo carnis aenigmate ipsum praedices. Vnigenitus pure debet glorificari, nulla crucis additioe inducta. Sic enim, si quis sophista sit, è recta opinione praecipitur. Christum autem assumo, propter nos filium Dei crucifixum, secundum beatum Paulum dicentem: Nos autem praedicamus Christum Iesum, & hunc crucifixum. Noli negare istius nomen & passionem. Sic autem nos praecuiens ille, dixit: Si quis vobis euangelizet, praeter quod accepistis, anathema sit. Ego enim (inquit) non iudicavi me aliquid scire in vobis, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Si autem istum negas crucifixum, & trisagio passionem

Esa. 9. b

Esa. 53. b

Esa. 6. a

1. Cor. 1. d

Galat. 2. a 1. Cor. 2. a

TOM. 2.

adiungis, quomodo non subintrasti anathematizationem? Paulus est, qui anathematizat, vas electionis. Praecipias, id est, assumes Christum, & crucem noli negare. Non alterum pro altero. Plurimi enim sunt crucifixi, vnus autem qui propter nos. Porta ergo in crucem istius nomen, vt non alium suspicaris dicere crucifixum, quoniam scis, quod multae sunt insidiae dolosi. Propter hoc trecenti decem & octo, & centum quinquaginta patres, vnum Dominum Iesum Christum crucifixum tradiderunt, & non trisagium. Qui autem iudicant se ipsos esse meliores legislatores quam isti patres, quomodo non ostendunt se ab istis alienos?

Epistola Faustij episcopi Apolloniae, ad eundem Petrum.

Quoniam iam * permixtum est, primos * pronum pungi ab his, quibus postremo mystrium DEI reuelatum est, illos autem silentium docere, à mala doctrina tanquam pessimos dogmatistas effectos: audiui à multis coepiscopis, dilectissime, te à recta opinione deuiare, & hoc vbi que circumstrepitur. Propter quod necessarium putavi, querere à te, si haec ita se habent. Ostendere enim visum est, non ita te sapere debere, vt trisagio crucem adiugas, & passioni & morti impassibile submittas: sed pure, sicut ea, quae sunt Seraphim, & pie gloriam dicere. Quomodo Christianizant gentes, si nomen Saluatoris non inferatur Christo? Quomodo autem & ipsi Christiani fideles esse possunt, non superponentes cruci nomen Christi? Audientes enim infideles Deum immortalem propter nos crucifixum, dicent scandalum esse, credere in Christum, auertentes & dicentes, Dij nostri, qui apud Christianos populos adulteri sunt, immortales à nobis appellantur. Et quomodo ipsorum Deus, immortalis existens, mortuus est? Manifestum quod falsum est dictio ipsa. Si enim mortuus est, non est immortalis. Adhuc neq; fortis, sed infirmus mortalitate tetatus. Non isti solum, sed & Dei cultores, & nobis confideles, dicent: Vti que isti * Deipassionarij sunt, & non Christiani: Manichaei, & non orthodoxi: quia Trinitatem tenentes non Trinitatem, Eutychianistae sunt, non recte sentientes: Nestoriani, non Christianizantes. Si quis autem in cruce appesum audierit Christum Iesum esse, qui mortalem carnem nostram sua clemetia *Christus* proprie vocatur, propter quod & crucifixus est ipsum, quem speramus, quoniam ipse est venturus redimere Israel, tunc cadens in facie, dicet: Et ego Christianus sum. Credo, in quem & isti crediderunt. Et credentur esse & passionis, & mortalitas corporis ipsius. Et propter hoc enim plurimis deliramentis iaculata est ab infidelibus fides orthodoxa sexcentorum triginta

Acto. 9. c

Ecc. 11. a

Esa. 6. a

Theopaschici haeretici.

1. vultus;

MM 2 patrum

patrum in Chalcedona, quoniam dixerunt, duas naturas esse in Christo, vnam passibilem, mortalem, visibilem & tractabilem, quae est caro nostra: & vna impassibilem, immortalem, inuisibilem, intractabilem, quae est Dei inuisibilis natura. Vtrumque ergo in Christo oportet nos confiteri, quorum vniioni non des distantiam: neque scindas Deum a carne, & non vociferaberis Nestorianus: neque differentiationem Christi naturarum negabis, & non suspicaberis esse Eutycheianista: & non confundas Deum passionibus carnis, & non dicaris Apollinarista: neque impassibili & immortali superbe addas Christum crucifixum, & non assereres quadrifidum Deum, & non eris habitus Manichaeus. Neque in trisagio post Deum patrem, & fortem ipsius filium, & immortalem spiritum, addas Christum crucifixum, & non habebis Samosatani haeresim. Et non redarguaris quaternitatem sapiens, non Trinitatem, neque Trinitatem in Christum induplices, ipsum patrem & filium & spiritum sanctum dicens, & non subibis Sabellij poenam, id est, causam. Non velis vocari praceptor, & non sequator, doctrinae Christi: & non inuouabis vanam gloriae haeresim, & non contaminabis animam tuam: quoniam scis, Apostolos non fuisse praepceptores in uitate, sed indagantes solum praepceptorem & legillatorem Christum. Videas charissime, non in sinem ducas diffamationem tuam, ne derisus fias, tanquam Deum passibilem, vel quaternitatem asserens. Si autem apprehendisti hos sermones in instinctu sensus, cito declina a malo, & fac bonum, & (ut optamus) rectum facias verbum veritatis, Christum simul confitendo secundum carnem propter nos passum, filium DEI uiuentis: & simul sic confitendo, non supplantaberis ab haereticis: Multi enim erronei exierunt in mundum, qui non confitentur Christum lesum in carne uenisse.

*impassibile & immortalem

Psalm. 33.

2. Ioan. d

Epistola Pamphili episcopi Abydarium, ad eundem Petrum.

Florum meorum dilectissime, amarum excitas me luctum emanare. Si enim cum in aliqua domo quis moritur, ibidem fletus abundat: quomodo non lachrymabor, & dolebo mortem filiorum meorum, tuis suis perniciosae delatam, quos oportebat te, tanquam cofratrem, studere vna mecum ad Deum adducere? Contrarium autem a te factum est, Deo amantissime. Fuisti enim ipsum corruptor, non vita: amaritudo, non dulcedo: vna amara, non dulcis botrus: zizania, non frumentum: stipula, non aurum: spina, non flos: conturbatio, non serenitas, id est, tranquillitas. Quid enim? Praecedentium nostrorum coepiscoporum attendens symbola, non sciuisi non fuisse additam Trinitati quaternitatem, dum trisagium diceris in ad-

T O M. 2.

ditione crucis? Ipsa enim est draconica, & venenosarum haeresum vox, & porta inferni, & sempiternus ianitor mortis, & Christianorum laqueus, innocentium captio, orthodoxorum anomus, id est, contaminatio, fidei um prolapsus, sapietium titubatio, industriorum scandalum, quibus suspectus fuisti dulcis esse cum tua exclamata expositione, quae agonizas contra Apostolicam diffinitionem & Euangelia, & trecentorum decem & octo patrum symbolum, additionem in trisagio ignorantium intellectuale venenum. Dic mihi ergo, quis neitatem dicit crucem sustinuisse? Quid DEVM verbum nudas a stola? Quid infecabilem tua ignauia seu umbrositate fecas? Quid veritatem saucias? Quid Nestorio & Eutychei, Christi sectione, federatus sis, & Samosateno condiscipulus, scindis Christi Diuinam substantiam a carne, & cum Valentino eructasti, dicens (sicut ille) immortalem crucifixum fuisse, & diuinam naturam, serui suppones passionibus? Quid? *Continebo, vel loquar? Num Paulianista te acclamabo? Tamen in tuis literis dixisti, post Trinitatem, Christum propter nos crucifixum. Num Manichaeum te dicam? Tamen tui tibi ipsi reprehensibilis factus fuisti, Deum, non Christum, dicens crucifixum. Num Nestorianum te appellabo? Sed approbasti, post patrem non confiteri laudatum a fidelibus filium DEI fortem, carne crucifixum. Num Apollinaristam te dicam. Commisicisti enim, sicut ipse, DEVM confundens passionibus carnis. Multa itaque tristitia repletus, haec tibi addo, simul cum Acacio, inducente me ad hoc ipsum, quorum viriliter ab orthodoxis dementia resistendum est. Quid contaminas Ecclesiam? quid dilaceras Christi ouile? Si male dico, dic mihi tu. Quare enim te doctrina rectissima excellere me & plurimos. Quid ergo dicemus, sicut Paulus, Christum crucifixum, vel sicut tu, immortalis crucifixum? Quid dicemus, quoniam oportet filium hominis pati, sicut multoties Dominus dixit, vel sicut tu inuouando dixisti, neitatem pati? Vel Euangelia & Actus & Apostolus (sicut tu dicis) non dicunt sicut oportet, sed sunt apud te spernenda, & apud eos, qui sequuti sunt huiusmodi tuam insipientiam, dicendo trisagium crucifixum, vel post Trinitatem, Christum crucifixum? Designari enim sunt tecum quaternitatem asserentes. Si autem haec ita se habent, ad quid sacre scripturae leguntur, vel ipsae creduntur? Vbi que enim Christum tradit propter nos crucifixum, & non trisagium, sicut tu dicis: sed rejiciendos scripturae dixerunt omnes, qui Deum passibilem dicunt. Iam autem & ante has literas, tanquam domino meo & patri, sic rectissima sapiens manifestauit, reformari debere & refringere impium dogma a te inuouatum, & non acquiescisti. Propter quod ego, tanquam ad primum inue-

*excitata, vel excogitata appositione

for. *Continebo, an

1. Cor. 1. d

Marth. 16. Marc. 8. d

*auditu

for. *refringere

ctorem

Tit. 3. d

ctorem horum impiorum sermonum, iaculor contra te multam, ut si forte per ista monita reprehensus a minore in dignitate, cito cedas confiteri patrem, & filium, & spiritum sanctum: & nihil his addere vel auferre, teneas culmen throni pro nobis. Si autem sic non sustinueris, inducam supra te communionis priuationem. Dicit enim Apostolus: Heretico hominem post primam & secundam monitionem recusa, sciens quoniam euersus est talis, & peccat, seipso condemnatus existens Veruntamen Dei interpellatores sumus, ne tu ipsius condemnator existas, sed recti verbi veritatis praedicator existas.

Epistola Asclepiadis episcopi Tralliarum, ad eundem Petrum.

Ecce charissime, impletus est mundus scandalo appositionis, & palatia plena curae facta sunt, & pastores incitatur meritis inducere supra te maledictionem. Da ergo vocem ergo consolatori vocem vnam orthodoxam, routine verum conuincitor filium Deum vident in mundo simul confiteri crucifixum, & non spernatur iste per te, & istius nomen in dicendo non aliter perierat in trisagio istius crucis. Non tu primus es patrum in Nicea, ut diffinitio tua super ipsos dominetur. Sed addidi in trisagio crucem, ex quo quod, repellere ab eo Deitas, quod ipsum crucifixum dicebat. Et quid? Non est intellectus iste inferior Nestorio. Incepit enim hoc a Photino vane sentiente, quem sancti patres, qui in Nicea conuenerunt, in vita quidem non inueniunt, dogma autem ipsius condemnauerunt. Non tamen propterea deprehendunt ipsi trisagium & crucifixum, quoniam hoc ipsis erat in notitia valde graue, Photino autem amabile. Vnde trisagium in solis mysterijs vocari permiserunt, sicut illa Seraphim dicunt, nullam in isto additionem vel deductionem facientes. Rursus autem haec impietas, renouata in tempore Samosatani, iterum inualuit, & sanctae memoriae patres in Constantinopoli congregati, licet ipsum non inuenerint, tamen dogma ipsius condemnauerunt: hoc est, non sapere duos filios. Ideo vnum filium in ipsorum diffinitione confessi sunt, non trisagium. Dixerunt autem ipsum crucifixum, quoniam diffinitionem patrum ante ipsos praecedentium sequuti sunt, & ipsorum dogmata sequi iudicauerunt, audire videlicet in solis mysterijs trisagium impassibiliter, sicut Seraphim, & non crucifixum. Rursus reualescente Nestorio, & intruente impia ante ipsum dogmata illa, videlicet Photini & Samosatani, congregati propter ipsum qui circa Celsinum & Cyrillum erant, huiusmodi impie-

Esa. 6. a

T O M. 2.

tates propulsauerunt, & non apposuerunt in trisagio crucem. Vel tu videtur omnibus istis sapientior esse, vel habere plus Spiritus sancti quam ipsi, quibus scientia fuit? Tua ergo additio crucis in trisagio appositae, impia blasphemia est. Veruntamen, & post hos sanctos patres, cum graues terrae motus ciuitate Constantinopolitanam occupassent, magnus & paruus, diues & pauper, seruus & liber, extra ciuitatem in campo secedentes, simul concurrerunt, frigidibus & hyeme ibidem perdi malentes, quam ciuitati ipsi coniungi. Quibus ubi Deus parcere clementer dignatus est, reuelauit beato Proclo trisagium acclamare, cum ipsi ad propulsandam iram litaniae facerent. Et hoc clare non vni, vel duobus notum fuit, sed toti mundo. Si ergo introduxit Deus in eo dicere crucem, quomodo non respicit ad iniuriam suam? Dixit enim dicere, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostris. Quomodo ergo tu ausus fuisti apponere crucem, praeter Deum & sanctos patres, patrem confundens filio & spiritu sancto, in trisagio vocans crucem, tanquam apud te pater non esset pater solum, sed & filius: & filius non esset filius solum, sed & spiritus: & spiritus sanctus non esset spiritus solum, sed & filius? Propter hoc, si quis apponat in trisagio crucem, praeterquam filio Dei, anathema sit. Si quis confundat Trinitatem, dicens eundem esse Patrem & filium & spiritum sanctum, anathema sit. Si quis distinguat vnam substantiam Trinitatis, anathema sit. Si quis vnum filium diuidit in dualitatem filiorum, anathema sit. Si quis Deum verbum & carnem vnam dicit naturam, ignorans naturarum differentiam, anathema sit. Etenim credimus, quod vita, vita est, & non coincidit in mortem. Tu autem cognoscas & praedicas, quae inique dixisti. Sit autem (ut est) Dei gratia cum his, qui rectum faciunt verbum veritatis.

for. *An

*dicit

Epistola Iustini episcopi Siciliae, ad eundem Petrum, quoniam non oportet additionem crucis esse in trisagio, ut non inducas duos filios.

Oportet militem armari contra bellantes, & athletam contrastantibus obistere. Luctatio autem vestra non est carnalis, neque luctatio corporis vnctionibus fit: neque quis vacans a luctatione, coronam habebit Deitatis, si neglexerit reprehendendis non antepone re luctationem veritatis. Si enim quis certat, non coronatur, nisi legitime certauerit: & arma nostra non sunt carnalia, sed potentia deo ad demolitionem munimentorum, cogitationes destruentia, & omnem altitudinem contra scientiam DEI elenatam: quare tanquam fratrem incito hac monitione, quoniam bonum est patribus obedienter, & detrahare proprias nouitates, obedi-

2. Tim. 2. a 2. Cor. 10. b

for. *quare

M M 3 addas

addas trifragio duos filios: sed crede Seraphim, Trinitatem similiter glorificando, & non prater hec addes languescere vana gloria, pessimum sophisma faciendo, crucem in hymno ponens, multisque factus caecus. Quid ergo oculos rusticorum idiotarum effodis, insulpes impiorum impietates? Quid for. *Mane *Maniam, & Valentinum, & Eutychem armas ad dicendum diuini passibilem, & magis Paulum Samosatenum & Nestorium, propterea quod in trifragio addis quaternitatem? Quia quocumque te veritas, quod impium est, intellectum pietatis habere non potest, sed plurimarum haeresum formas ostendit. Arrius enim filium diminuebat, & Eutyches similiter: propter quod & passionem addebant diuinæ naturæ filij, idem non dicebant filium homouision, id est, consubstantialem, sicut Eunomius. Si enim iam apud ipsos pater impassibilis est, filius autem diuinitate passibilis, quomodo consubstantialis est? Macedonius autem spirat à patre solo spiritum sanctum, & Nestorius similiter diuidit vnum filium in dualitate filiorum, & impossibile est (sicut tu dicis) in trifragio quaternitatem dicere, crucifixam impiè addens, post confessionem Trinitatis. Cessa igitur ab huiusmodi tua impia præcipitatione, non addas scandalum scandalo, & non eris causa perditionis magis simplicium hominum, nè præsidens nosster Felix, secundum canones sententiam dicat contra te: & non iuabit te dicere, Ego vtiliter hoc apposui, crucifixum in trifragio confiteri. Tolle iniquitatem de vniuerso, nè hoc citò multiplicetur: quoniam impium, facile susceptibile est: melius autem, non. Suscipe ergo tanquam fratris tui admonitionem: extingue haereticorum conspersionem, & has pastor ouili, non lupus: & secutus B. Proclum & ipsius reuelationem, in campo timoribus existentibus, deprecatiue dicas trifragium ad pausationem iræ, & nè incites adhuc iram fortis. Si autem non velis tu, fraternitas mea innocens erit, & ego cum ipsis: & qui vnà mecum de his tibi scripserunt, custodiemus nos ipsos ab scandalis. Didicisti ab Elia, dicere: Sanctus, sanctus, sanctus: Non, crucifixum, inquit, tibi dicere. Sed dicis: Tunc filius non erat crucifixus, & propter hoc nõ addidit tunc, crucifixus. Qui ergo nunc Seraphim in trifragio addiderunt crucifixum, quod tu dicis? Et si dicis, non puto. Et si necis, quomodo non impius es? Etenim & tunc inquit Propheta passiones carnis verbi, & aperte confiteretur trifragium. Propterea, quomodo & dicis, suscepta fuit synodus Chalcedonen. & tamen absolute, sicut ipsa tradidit, tu non prædicas trifragium: sed inobedis illi, & non timuisti ipsam, dicentem: Qui non sapit sic, anathema sit. Salubriter prædica vel dic, & sanus eris: si autem non, non solus hauries mala.

Es. 6. a

TOM. 2.

Epistola Felicis episcopi Romæ ad eundem Petrum, purgans vel deponens ipsum ab Antiochena Ecclesia.

Quonia importabilibus verbis impiè garrulasti, & non iudicasti cedere predictis sanctis patribus, qui ornarunt sedem B. memorie & multum triumphantis Ignacij martyris, cui tu indignus existes, necicio, quomodo insulisti inchoare nouitate in catholica Ecclesia tuis prophanis legibus & impijs dogmatibus, & iudicasti non oportere dicere Christum crucifixum, propter nos: sed passionem idem impassibili impiè induxisti, & immortalis patri mortem imponere, & non horuisti ea, quæ non suscepisti ex diuinis Euangelij & Apostolis, & *Δαγαγυα τρεῶν* gloriosorum patrum, pessime sophisticatus ipsa in torquere, & propria peste sensus imponere simplicioribus, & scandalum huiusmodi heresibus, non vt æqualiter prioribus heresibus uideat, sed magis multipliciter excellar: & non ita uulsi credere veritati, & literis nostris ad te scriptis, nunc in cepi sententiare contra te: immo ille, qui vertex est omnium pastoralium sedium, in sanctis laudibus flores, Apostolorum verè optimus Petrus, cuius tu nomine equalis es, sed non opinione neque fide, quæ ab illi recta intentione, & immaculata fide, valde declinasti. Et non solum contra te sententio, sed & contra eos, qui non erubuerunt characteres venerabilium Euangelistarum & Apostolorum eos sequentium, ac perfectorum doctorum sermones: & instabili sententia ex tua iniqua expositione firmati sunt, tanquam dulcissima circumsequenti in mala opinione, quod verè amarissimum est, & non auerterunt huiusmodi impietate. Dicemus ergo tibi, sicut & contra illos: quonia dilexisti iniquitatem magis loqui quam iustitiam, dilexisti super omnia precipitationis linguam dolosam, propter hoc Deus destruet te in fine. Et nõ solum ab Antiochena ecclesia, sed ab omni ciuitate deponet: & firma sit hæc tua depositio à me, & ab his, qui vnà mecum Apostolicum thronum regunt, & ab Acacio Constantinopolitana ecclesia pastore, & venerabilibus episcopis sibi subiectis, quoniam ipsorum munimenta non sustinuisti. Quandoquæ em dicis Trinitatem, propter nos crucifixam, nõ Christum, quandoquæ autem immortalè spiritum, Manicheizas, quandoquæ ab illis diffugies, meis argumentis reprehensus & sermonibus, dixisti Christum, post immortalè spiritum, passionem sustinuisse, sicut Samosatenum & Nestorium, vnum filium diuidentes in dualitate filiorum, quandoquæ autem his cessisti nõ detrectando, & venisti ad peius, nõ glorificando Cherubicum hymnum, ad filium referre prætolati tremore *ἀνευ δονικῆν* venerabiliter similiter Trinitatem, sed totum hymnum ad filium referre, volens firmare morbum cancri rodentis, quem innocetibus intulisti, & inde omnis generis heresum laqueis circumprecipitatus, à veritate exiens,

for. *Para. dexis

παράδοξοις

αὐτὰρ ἀγαγῶν

Psal. 51.

omnia verba

ba precipitationis lingua dolosa.

exiens, nõ prædicas Christum pro nobis crucifixum, nec vnigenitum filium Dei, qui in medio patris & spiritus sancti est, piè glorificas. Quid enim isto magis interdictum, patre à vobis & sancto spiritu non glorificato? Nam calumniam Seraphim vos infertis, qui Trinitatem non dicitis glorificandam, Sanctus, sanctus, sanctus: sed solum personaliter filium. Et quæ præcipitatio heresum ita confudit, id est, impudenter egit, sicut vos? Veruntamen & in isto percurrens adhuc nouiùs ascendisti, & strangulandas infamias à Deo, ad iudicium filij videlicet, patris & sancti spiritum, Sabellianizates, simul cõiungere iudicatis. Trinitatem cõfiteri negatis, in qua baptizatur, & credimur, & cõfitemur. quis ergo nõ desleret sic dicentes de intemerato trifragio, quod mihi valde cõuenit refutare, & stertum meritò dare in hos animarum simpliciū cauillatores, ac impium facinus fingentes, quos & alienos putauimus ab orthodoxa fide & catholica Ecclesia, & à communione ducis nostri gloriosi prædecessoris Petri, quæ clauis regni à saluatore nostro recepit? Qui autem participes Apostoli esse volunt, ducuntur & doctrina ipsius, qui Christum dicit & credit propter nos crucifixum, & hoc non negat, sicut & modò depositus Petrus ex eo quod non legitime & inclementer in trifragio adinnouauit, quod crucifixus est propter nos, scientes, quia non Trinitatem crucifixam ab Apostolis suscepistis, non patrem, non spiritum sanctum, nisi carne filium Dei vnigenitum solum. Fugite ergo ab hac inclementi communione, & ero vobis communicans, in quantum & vos mihi, dolosa fallacia, longè à nostra orthodoxia, expulsi. Custodite Christus discipuli, mei autem filij, traditiones quas à diuinis scripturis accepistis.

nocentius

Matth. 16. c

*Quintiani

*Camulianorum, vel

Camelenotum

Epistola Cinciani episcopi Antiocheni, ab Petrum episcopum Antiochie.

Multifariam multisque modis, charissimè, à veritate deniasti, cõtraria facies herilis mysterij, nõ sequendo euangelia, vel Apostolos, vel sanctos patres. Etenim expositio tua grauè fert contra ipsos nouitate catholice ecclesie. Et quid nõ abieccisti ipsam, multis episcopis præmonentibus te (maximè sanctissimo archiepiscopo Felice) ab ipsa diuertere, & esse rectum & orthodoxum, salubris prædicationis sectator: sed certè cõtra heresum affectator fuisti, & talentum diuinæ doctrinæ in terram abscondisti, & nõ potius ipsum supra mesam projicere cõsuisisti, videlicet sanam doctrinam in cordibus hominum inserere, sed ecotrà zizania seminasti. Et quis adhuc sustinebit te, peruertentè Chri euangelium? Non prædicando vnum filium in duabus naturis Dominum nostrum Iesum Christum, & hunc crucifixum: sed Deum, fortè, immortalè, videlicet, vnà Trinitatem substantiam dicens crucifixam: & nõ solum, sed & vnã naturam Dei verbi & carnis dicens. Et si vnã natura Dei verbi & carnis est, vnã autem natura Dei patris & verbi, quomodo nõ vnã & ipsa natura patris & corporis & verbi? Si autem non vnã natura Dei patris, & carnis huius, & verbi: dic quomodo vnã natura verbi & carnis? quomodo creata, & increata, vnã natura est? Si autem hoc impossibile est, quomodo caro, & increatum verbum vnã natura, & non duæ cõmutatae? Si autem vnus naturæ est Christus, & nõ duarum: quarum dicitur Christum, creatum, sicut Arrius, vel increatum, sicut Manicheus? Vbi autem est temporalis Christi generatiõis natura, & diuinitatis ipsius eterna generatiõ? Vbi & illud, Hodie genui te? & illud, Iesus Christus heri & hodie, ipse est & in secula? Quomodo autem & dicitis, ante vnionem verbi Dei & carnis, duæ, vel antè fuit secundum subsistentiam ex virgine vnio? Etenim si est Christi caro ante Mariam, secundum Valentini impium sermonem, quomodo duæ autem fuerunt naturæ ante Mariam? Cuius autem est ipsa expressio, non Eutychem, magis Atychis, ex duabus dicere vnã naturam factam fuisse. Si ista autem cum illo sapis, quomodo ipsum abiecis, qui ipsius recipis pessimas inuouationes? Quod si in veritate hoc factum est, sanctos patres in Chalcedona cõtra ipsum habuisses certè acceptos. nec veritatem mihi, quomodo vnitè pater & filius & spiritus sanctus dicitur Trinitas, solus existens Deus, si non suscipis dicere in vno filio duas naturas? Et si Trinitas vnus Deus est, quomodo Deus, & corpus nostrum ipsi vnitum. non debet dici vnus filius in duabus naturis? Si autem vnã natura, Deus verbum & caro: vel mutatum est verbum, vel caro: Et si caro mutata, facta fuit verbum, nõ erit amplius caro. Si autem in istis non facta est mutatio, quomodo in Christo non sunt duæ natura? Caro enim, caro est, quantum sit Dei caro: & verbum, verbum est, licet assumptum nostrum assumptum. Si autem mutata est, quomodo est non consubstantialis caro & cõterna patri, sicut & verbum? Si autem alterius substantiæ est caro patri, in quantum recentior est, pater autem sine tempore est, quomodo nõ reces & verbum, sicut vnã esse naturam carnis & verbi Dei dicis, & filium alterius substantiæ patri dicis? Si autem non est eadem natura verbi DEI & carnis, quomodo non sunt duæ, caro & verbum? Si autem omninõ Deitas caro facta est, quomodo man sit verbum quod fuit? Quomodo autem incommutabiliter incarnatum est, si non est Christus in duabus naturis? Quomodo incarnatus Deus, verbum mansit, quod fuit? Et si est deus verbum passibilis, impassibilis autem pater, quomodo vnus & solus est deus? Quomodo autem & istarum vnã natura? Si autem & impassibilis est Trinitas, quomodo Deus verbum passibile est, pro nobis? Si autem nõ passibile est, quomodo altera natura carnis nõ est passibilis? Et si omne patiens, creatum est: quomodo Deus verbum nõ est increatus,

tura Dei patris & verbi, quomodo nõ vnã & ipsa natura patris & corporis & verbi? Si autem non vnã natura Dei patris, & carnis huius, & verbi: dic quomodo vnã natura verbi & carnis? quomodo creata, & increata, vnã natura est? Si autem hoc impossibile est, quomodo caro, & increatum verbum vnã natura, & non duæ cõmutatae? Si autem vnus naturæ est Christus, & nõ duarum: quarum dicitur Christum, creatum, sicut Arrius, vel increatum, sicut Manicheus? Vbi autem est temporalis Christi generatiõis natura, & diuinitatis ipsius eterna generatiõ? Vbi & illud, Hodie genui te? & illud, Iesus Christus heri & hodie, ipse est & in secula? Quomodo autem & dicitis, ante vnionem verbi Dei & carnis, duæ, vel antè fuit secundum subsistentiam ex virgine vnio? Etenim si est Christi caro ante Mariam, secundum Valentini impium sermonem, quomodo duæ autem fuerunt naturæ ante Mariam? Cuius autem est ipsa expressio, non Eutychem, magis Atychis, ex duabus dicere vnã naturam factam fuisse. Si ista autem cum illo sapis, quomodo ipsum abiecis, qui ipsius recipis pessimas inuouationes? Quod si in veritate hoc factum est, sanctos patres in Chalcedona cõtra ipsum habuisses certè acceptos. nec veritatem mihi, quomodo vnitè pater & filius & spiritus sanctus dicitur Trinitas, solus existens Deus, si non suscipis dicere in vno filio duas naturas? Et si Trinitas vnus Deus est, quomodo Deus, & corpus nostrum ipsi vnitum. non debet dici vnus filius in duabus naturis? Si autem vnã natura, Deus verbum & caro: vel mutatum est verbum, vel caro: Et si caro mutata, facta fuit verbum, nõ erit amplius caro. Si autem in istis non facta est mutatio, quomodo in Christo non sunt duæ natura? Caro enim, caro est, quantum sit Dei caro: & verbum, verbum est, licet assumptum nostrum assumptum. Si autem mutata est, quomodo est non consubstantialis caro & cõterna patri, sicut & verbum? Si autem alterius substantiæ est caro patri, in quantum recentior est, pater autem sine tempore est, quomodo nõ reces & verbum, sicut vnã esse naturam carnis & verbi Dei dicis, & filium alterius substantiæ patri dicis? Si autem non est eadem natura verbi DEI & carnis, quomodo non sunt duæ, caro & verbum? Si autem omninõ Deitas caro facta est, quomodo man sit verbum quod fuit? Quomodo autem incommutabiliter incarnatum est, si non est Christus in duabus naturis? Quomodo incarnatus Deus, verbum mansit, quod fuit? Et si est deus verbum passibilis, impassibilis autem pater, quomodo vnus & solus est deus? Quomodo autem & istarum vnã natura? Si autem & impassibilis est Trinitas, quomodo Deus verbum passibile est, pro nobis? Si autem nõ passibile est, quomodo altera natura carnis nõ est passibilis? Et si omne patiens, creatum est: quomodo Deus verbum nõ est increatus,

*au

Psal. 2.

Heb. 13. b

for. *naturæ

duæ, vel antiquam

Eutychem

sonat

factam

infallens

TOM. 2.

MM 4 patiens

patiens carne? Si autem carne patitur Deus, quomodo non patitur sibi ipsi Deus? Si autem idem est dicere, Deum passum carne: & dicere, Christum passum carne: quomodo non erit idem dicere, spiritum diuinum carne pati, cum spiritus Deus sit? Si autem non est simile, deum passum carne dicere, & dicere Christum pati carne: quomodo possibile erit, plus appropriari deum verbum carnis, cuius appropriat pater ea, quae sunt Dei verbi? Quomodo autem & si appropriatione Deus verbum patitur carne, non erit appropriatione & pater Deo verbo patiens? Et si mortuus est deus verbum carne, quomodo est consubstantialis patri immortalitate? Mortuus enim pro nobis non est immortalis: mortuus certe est secundum scripturas. Et si vnus de Trinitate mortuus est, quandoque Trinitas dualitas facta est. Et si Trinitas nunquam dualitas facta est, quomodo vnus de Trinitate mortuus est? Et si altera natura verbi Dei, scilicet hominum natura, non est mortua: & si trifragia vox, Trinitas non subsistit, manifestum est, quod vnus substantiae esse dicit Trinitatem. Et quomodo non ostendit esse Sabellianum? & si in tribus hypostasibus vna natura subsistit trifragiae vocis, quomodo non dicit Trinitatem esse crucifixam, & sine Deo te ipsum, sicut Marcionista, esse non dicitis? Omnis ergo, qui dicit vnā naturā Dei verbi & carnis, & non duas vnitas & indiuisibiles, deponatur. Et si miscet duas Christi naturas, dicens Deū passum carne, & non passum Christum carne, secundum Apostolum, deponatur. Et si quis impassibile & immortale Domini verbum, dicit versum esse in passionē & in mortalitate, & non attribuit carni ipsius, deponatur. Et si quis post trifragiā vocem Christū dicit crucifixū, & non magis vnū filium, qui in medio trifragiē vocis laudat, deponatur. Et si quis Deum, separans naturas, & non coniungens dum ipse crucifigeretur, deponatur. Et si quis tenuē hominē dicit, sicut Paulus Samosatenus, aut sicut Photinus, anathematizetur. Et si quis Dei humanitatem dicit, & non Deū & hominem magis dicit, anathematizetur. Et si quis alterius substantiae dicit carnē Christi à carne nostra, & non magis nobis consubstantialem sine peccato, deponatur. Et si quis dicit, sine intellectu & sine anima dominū nostrū Iesum Christum, & pro anima habere deitatem, & sic ex hoc dicere, deum verbum pati carne, et non potius intellectum habere, et deum verbum animam rationalem assumpsisse, et impassibilem ipsum dicit deitate, et passibilem humanitate, deponatur. Has duodecim depositiones mihi tibi, vt terreatus istorū iudicij, remouearis ab omni tua iniqua nouitate, scies, quod oportet sequi reuelationem sanctissimi Procli Constantinopolitanae ecclesiae episcopi, quādo in campū cum toto populo cucurrit, fluctuante ipsa ciuitate sub terrae motu, & of-

for. sap. p. priuatiue

for. * esse te

1. Pet. 3. d

TOM. 1.

bus fletum emittentibus, repente puerum in aëra leuari à quadam virtute, et huic imponi trifragiū litanias, et dicere, Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis, et haec annūciare episcopo iussus est: sicque per tres horas in tribunali stans secus pedes ipsius episcopi, haec narravit. Et sic post litanias fecerunt, stetit terramotus. Sic ergo et tu litanias fac, et pauisabit ira, quae contra te proferenda est. Si autem non, veniet supra te depositio à patre nostro Felice. custodiet autem Deus mundum à scandalis. Cui gloria nunc et semper et in secula seculorū. Amen.

Epistola Acacij archiepiscopi Constantinopolitani, ad Petrū archiepiscopum Antiochenū. Quod non oportet ponere in trifragio illud, Qui crucifixus est propter nos.

Obstupuit caelum, & tremuit terra: Morta sunt autem & fundamēta sanctae dei catholicae & Apostolicae Ecclesiae, lucētus & ploratus apprehendit sacerdotes Christi in his, quae ego & sancta synodus, hic secundum Dei nutū cōgregata, audiuimus fieri à te, frater. Quae scriptura docuit, dicere spiritum sanctum crucifixum esse, aut duos filios dogmatizare, seu trifragiā hymnologiam deprauare, vel quaternitatem pro Trinitate glorificare, aut angelis sanctiorem & sensatū magis te ipsum demonstrare? Nam dicendo, Sanctus fortis, & rursus ex altera parte inferēdo, Qui crucifixus est propter nos: duos filios significas, vnū fortem, & vnū crucifixum: quādo autem rursus dicitis, Sanctus immortalis, qui crucifixus est propter nos, inueniris inferre crucē sancto spiritui. De ipso enim dictū est, Sanctus immortalis. Et huiusmodi intellectus, tuae totius haeretice prauitatis propria sunt, immo verò manichea furia idololatris est. Nā ille, quem admodum & tu, cum omnino negāset vnigenitum DEI filium, & virginalē partum, dixit sanctum spiritum in specie columbae descendisse de caelis in Iordane flumine, & ex aquis incorporatum fuisse, & hominibus illustrasse, & cruci affixum fuisse, & mortem pro nobis sustinuisse. Quomodo autem & ascendere nunc sacerdotalem thronum non erubescis, quem contamināsti per tuas blasphemias? Extra hierarchicum ordinem, & alienus factus es ab ouili Christi. Non solum enim Cherubicum hymnum corrupisti, per quē & nostra ciuitas firmata est, cum olim moueretur ab interioribus terrae motibus puero infante ad aërea raptō in cōspectu totius ciuitatis vsque ad tertium caelum, quemadmodum diuinus Paulus, ibidem hanc ineffabilem hymnologiam, in qua hora in campo multitudo cum lachrymis exclamabant: Domine miserere, ad Deum simul cum sancto patre nostro archiepiscopo huius regalis et à Deo amata ciuitatis. At tu enim multis modis conaris contraria sapere

Psal. 17.

for. * hōis

1. Cor. 11. a

sapere non solum sanctorum synodorū, quae in Nicea, & quae in hac regali ciuitate, & quae in Chalcedona, sed & diuinarum scripturarum, non volens secundum ipsarum traditionem dicere, Christum vnigenitum filiū dei passionem sustinuisse carne, id est, secundum carnem, secundum traditionem verticis Apostolorū. Scribens enim ipse bene dicit: Christus semel pro peccatis mortuus est, iustus pro iniustis, mortuus quidem carne, viuificatus autē spiritu, in quo & in custodia spiritibus ambulauit, & predicauit custodiā, infernū vorās. Abscōdens enim hamū suae Deitatis, intus animā sancti sui corporis, sic inferno occultatus est, & ipse oīem voracē ventrē abscidit, & ab aeter no mortuus viuificauit, secundum Iob, dicentē: Duces draconē in hamo. Tu autē uertitili aurem, à veritate ad fabulas conuersus, secundum Arrium & Apollinarium dicens, vnus de Trinitate pati, qui est ineffabilis sapiētia Dei patris, hoc est, ipse splendor & character substantiae ipsius, verbum simul sine principio, & coaeternum. In principio enim erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sic autem sapere festināsti, cum iam negāsti salutem verbi humanatam, quam pro nobis ipse Deus & verbum, redemptionem dedit morti, quam resuscitans à mortuis, adduxit ad caelos, de qua ad Abraham dixit deus: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod confirmans Apostolus, dixit: Abraham dixit sunt reprobationes & semini suo: non dicit, & semini suis, tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo, qui est Iesus Christus. Festinetur autem à te sic sapere, quemadmodum non suscipis cognominationem Domini nostri Iesu Christi filij Dei. Et ergo omnino de te sit hoc scriptum: Si quis non confitetur, Dominum nostrum Iesum Christum in carne venisse, sit anathema. Et quod est à Ioāne dictū, Omnis spiritus cōfiteus Iesum Christū, ex Deo fuit: & omnis spiritus, qui non confiteatur Iesum Christū, ex Deo non fuit. Qui ergo ex deo fuerūt, Christi filij Dei passionem fuisse dicūt secundum praenūciatas de ipso prophetias, & Apostolorum doctrinas: Christum enim dicens filium omnipotentis Dei crucem sustinuisse, vtrūque dicit in vno, & ipse deitate, secundum quam Deus est impassibilis & consubstantialis Deo & patri: & humanitatem, secundum quam homo est mortalis & consubstantialis virgini matri. Dicere enim vnus Trinitatis pati, ostendit ipsum verbum passibile. Si ergo verbum passibile est, similiter & pater. Si autem pater & verbum passibile est, passibilis & spiritus sanctus erit, cum vna substantia & vna istorum Deitas sit. Si autem dicitis (fugiens culpam paternitatis) passibile quidem verbum, impassibilem autem patrem & spiritū, solū illi consubstantialitatem, adduxisti autem & plures

1. Pet. 3. d

loc. obscuro

Iob 40. e

Hebr. 1. a

Ioan. 1. a

Gen. 22. d

Galat. 3. c

Ioan. b

Ioan. 4. a

Deo patri

TOM. 2.

deos. Vt ergo non incedas per interitum & iniuriam semitam, & precipitatus in aciem heresum, fias & causa perditionis multorum, & à Dei sacerdotio alienus, in via regali te ipsum & ouile dirige, per quam & sancti patres, qui in Chalcedona conuenerunt, ambulauerūt, & calum apprehenderunt. Tu enim cognoscis, quod dolabra ad radicem instructuosarum arborum iacet, & sub ipsa sicut oleaster incidēris: hoc est, sancti spiritus virtute, vt pax & concordia firma permaneat in sacerdotibus Christi.

EPISTOLA FELICIS PAPAE Romae, ad Petrū episcopum Antiochie, monitoria, quoniam non oportet addere in trifragio, Crucifixus propter nos.

Vis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? qualē autem & dignum fletum adducam animae meae, cōdolens Domini & saluatoris nostri Christi sanctae catholicae & Apostolicae Ecclesiae? Ipsa enim plorans plorauit super filios & filias suas, & non est qui consoletur eam, ex omnibus qui diligunt eam. Vniuersi tyranni & heresiarchae persequētes ipsam, apprehenderunt eam per te frater honoratissime, & affligentes ipsam, facti sunt in caput eius. Omnis decor ipsius, quantum in te est, factus est ad nihilum. Videntes inimici eius, gaudiū sunt super perditione filiorum eius. Quos enim fouerat, quos enutrierat, quos ad mēsuram aetatis perduxerat, sanctaeque pauerat prophetis & apostolicis doctrinis, hos tu vno temporis momento veneno necasti. Quemadmodum enim, qui piscationem sectantur, hamum esca contegunt, & ex improviso capiunt pisces: sic & tu angelicę laudationi additionem induxisti, & trifragiā deprecationi, quasi pietatis obtentu, diuinam impietate excogitasti. Ex plumbis enim Orientalibus puincijs literas suscepimus, significantes nobis, quomodo veneratio tua dudum sopitū Valēntini dogma resumpsit, & irritat à vobis saluatoris incarnatio, quodque in Manichaeorum dogma, & Arrij, & Apollinaris, Pauliq; Samosatēni incidit. Dicere enim vnigenitū filiū & Dñm nostrū Christū Iesum, perfectū non esse in Deitate, atque in humanitate perfectū, nec ipsum subijle passionē crucis, sed vnā verbi dei naturā incarnatā, corpusque Dñi sine anima & mēte, Apollinaris heresim roborat. Ille enim ignorauit, quod ab ipsis mundi nascētis exordijs primū anima primi parentis nostri mortua est, vel in morte precipitata est, atque ita demum corpus. Dictū appē illi est à Deo: In quacunq; die comēderis de ligno sciētig boni & mali, morte morieris. Itaque iuxta latam in illum à Deo sententiam, qua die comēdit ex ligno, in ipsa secundum animam mortuus est. Nam ipse corporis mors, post nongentos & triginta annos contigit. Itaque Deus

Math. 2. a

Thre. 1. a

Gen. 2. e

Deus donum non dimidiatum fecit, sed totum simul Adam ex vtero virginis sumpfit, vt etiam perditum, totum saluum faceret. Idcirco & Dominus ipse dicebat: Ego animam meam pro ouibus pono. Valerini item & Marcionis, Manichæorumque ac gentilium innouare vis dogmata. Si enim deus est, qui diuisibiliter atq; substantialiter est mortuus, similiter sanctus spiritus Deus, & ipse diuisibiliter ac substantialiter inuenietur: sicq; iuxta tuam & illorū rationem, tres dii erūt, ac per hoc plurimum deorū inualescet error: quātumq; in te est, euacuabitur illud: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est. Item quod ait Hieremias: Hic Deus noster, non reputabitur alius ad eum. Similiter & Dominus: Vt cognoscāt te solum verum Deum. Cumq; scriptura diuina vnū Deum, sanctam & indiuiduam Trinitatem prædicet, tu & hi qui ante te fuerunt hæresiarchæ, tres deos dogmatizare ausi estis, alium quidem dicentes Deum patrem præter filium, & alium Deum filium præter patrem. Rursusq; alium Deum spiritum sanctum præter patrem & filium. Atq; alium quidem mortalem & nouiter genitum, alium verò æternum atque immortalem. In his autem noxijs verbis tuis, contraria sentire vis patribus, qui in nicea, & qui in Constantinopoli, atq; Chalcedone cōuenerunt, qui & cōsubstantialem roborarunt, & vnam Deitatem patris & filij sanctique spiritus prædicarunt, atque Arrij amentiam confuderunt. At verò tu in ecclesia ausus es dicere, quòd vnus increatae atque indiuiduæ Trinitatis, passionem subiit: & per hoc cōsubstantialē quoq; soluere niteris, ac Deum subijcere numero. Si enim vnus sanctæ Trinitatis & cōæternus, qui crucifixus est Deus, & hoc est filius: sunt autem duo sanctæ Trinitatis, pater & spiritus sanctus: dicuntur autē dii, & non (vt habet vera ratio) Deus, (sicut tradiderunt nobis, qui ipsi inspexerunt, & ministri fuerunt verbi) inueniris quoq; cōsubstantialē soluere: Quippe mortale & immortale, cōsubstantialia iam esse non possunt: roborabitur autem sic pluralitas deorum, dum tres dii Christianis auribus ingeruntur. Cū itaq; scriptum sit, Verbum caro factū est, & Deus erat verbum: non alius Deus verbum, præter patrem, inuenitur: verbum nō simpliciter, sed verbū substantialē, & Deus filius inuenietur, vt ex vilitate nostra, identitatem substantiæ patris & verbi & sancti spiritus agnoscamus. Nos enim non alij, præter verbū nostrum, inueniemur. Quoniam igitur vnigenitus dei filius, qua ratione verbum est in propria substantia, nō poterit pati, nē ad omnipotentis Dei patris substantiam passio referatur: (est enim vna patris & filij & sancti spiritus Deitas) patitur autem propriū animatū corp⁹, quod ipsum substantiale dei verbū ex ipsa sanctæ & intemeratæ virginis vulua sibi

TOM. 2.

coniungens, ex muliere processit, de qua sancto spiritu afflato propheta cecinerit: Deus virtutum cōuertere, respice de celo, & vide, & visita vitem istam: & perfice eam, quā plantauit dextera tua, & super filiū hominis quē cōfirmasti tibi: vitem & filium hominis, quē cōfirmavit verbum, vt in inferni claustra contereret, & viuificaret eos, q; à seculo mortui sunt, salutarem verbi incarnationem vocans. Idcirco & Dominus dicebat discipulis suis: Ego sum vitis, vos autē palmites, & pater meus agricola est. & tradetur filius hominis in manibus peccatorum. Patris enim intimum substantiale verbum ac Deus, per sanctę virginis aures illapsū, conceptionē ineffabiliter operatum est. Qua igitur parte vnigenitus filius est cōsubstantialis patri, & vnus indiuiduę Trinitatis, increatus atque inuisibilis, impassibilis & immortalis permanfit. Quod ergò increatum atque immortale est, creaturæ nē applices, neque deorum pluralitatem confirmare pergas, dicens vnum S. trinitatis mortuum esse. Rursus, qua parte ex muliere natum est, & substantiæ nostrę ac generacionis est participes, absq; peccato, sustinuit passionem. Porro, quòd non modò cōsubstantialis, verum etiam cognatus secundum carnem sit nobis filius Dei, docet ipse Domin⁹, nunc quidem in Euangelio his, qui in se crediderāt, dicens: Ego sum vitis, vos palmites: nunc autem in Psalmis, Annūciabo nomen tuum fratribus meis. Vndē autem tibi tam pessima superbia subrepre potuit, vt te ipsis quoque sanctis angelis intelligentiorem, sapientioremque putares? Super his ingemisco, in his plango inimicos crucis Christi, quorum finis perditio, & quorum DEVS venter est, & gloria in confusione ipsorum. Non cogitasti, quòd scandalizare vel vnum solum ex his, qui credunt in dominū nostrū Iesum Christum, quā grauē cruciatui facit obnoxium? Sed incautē, vt serpens Eua, tu ipse quoque erroris venena multitudinē fidelium atque auribus insudisti, traditamq; ab angelis sanctissimam laudatiōis formam corrupisti, inserens illi: Qui crucifixus es pro nobis. Ergo ne non aduertisti, quòd Paulū Samosatenum, Photinumq; & Artemium impietate transcendis, qui duos Dei filios posuerunt, vnum quidem ante secula, alterum verò nouiter natum, cū ipse quoque Trinitati inuexeris pluralitatem, duos dei filios dicens vnū forte, alterū crucifixū? Ad hæc fidelissimū Christi gregē in Manichæi opinionem præcipitare cōtendis, q; spiritum sanctū asserit crucifixū. Nā q; post illud, Sanctus immortalis, quod est Spiritus sanctus, tūc inferis, Qui pro nobis crucifixus es, miserere nobis: quaternitatemque, non Trinitatem, populo insinuare vidēris. Nempe si ex humana traditione manasset hæc laus, non ita incautē crucē insereres laudi, in qua filij appellatio, fortis scilicet, ponitur. Quoniam verò ab angelis

Phil. 79.

Ioan. 17. a
Matth. 26. c

Ioan. 15. a
Psal. 24.

Phil. 3. a
Matth. 19. f

Gene. 3. a

for. Artemionē cuius haresim renouauit Samosatenu.

Isa. 6. a

Heb. 6. b

lis nobis laus ista profluxit, qui ante crucem dicebāt: Sanctus, sanctus sanctus: sicut respicere Elaias meruit, post crucem verò cū laude clamabant: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis. Denique cū terrę motu Constantinopolis quateretur, populusq; in campo oraret, infansul⁹, toto populo spectante cum Proclo ciuitatis episcopo, in cælum per vnam horam raptus est, ibique huiusmodi didicit hymnum. Rursusq; descendens de celo quasi de multitudine psallentium, huiusmodi laudes insonuisse auribus suis, dictumque sibi, vt eam laudationem populo indicaret. Quam vbi populi inceperāt, ciuitatem receperunt, deoque per huiusmodi laudem propicio factō, ab imminente ira liberati sunt. At tu quā temerē, vt scripturas diuinas reliquis, ita & angelorum laudē peruertere sumpisti. Quis igit in huiusmodi non ingemiscat? quis non lamētur? quis dolor similis inuenietur, sicut dolor ecclesię Domini & Saluatoris nostri Christi? Cōspice te constitutum, vt sis lumen his, qui in tenebris sunt, & eruditor insipientium: immò insipientiā præceptor es, lucem in tenebras transferens. vide à te populos semel illuminatos, qui bona gustauerunt Dei verba, Dei mandata, Dei prophetias, prædicatiōes Dei, Apostolicas euāgelicasque doctrinas abs te puerti magis, ac doceri nō solū crucifigere filij Dei & ostentui habere, verum & cōtraria sentire scripturis diuinis, & pacta abnegare, q; accedentes ad sanctū baptismum fecerunt. Nā cum coram celestibus virtutibus omnibus, coram Apostolicis euāgelicisque ordinibus sancti baptismatis tempore promiserint credere in vnum Deum omnipotentem, nunc illos in tres deos credere docuisti. Rursū, cū polliciti sint credere in vnum Dominū Iesum Christum, filium DEI incarnatum, & hominem factum de spiritu sancto & Maria virgine, tu eos doces, nē dicit Dominum Iesum Christum, filij DEI, crucem perpeffum esse, qui Deus est secundum sempiternam & impassibilem ex patre generatiōem, & idem homo secundum eam, qua in nouissimis diebus ex matre prodijt, secundum quam etiam sustinuit passionem, sed vnum Trinitatis mortuum esse, qui est ipsum Dei verbum. Confessi sunt rursus Spiritum sanctum, viuificum & immortale, dicentes credere in Spiritum sanctum, nō in vnum & viuificantem, & mortale esse ponis Spiritum sanctum, cū dicit: Sanctus immortalis, qui crucifixus es pro nobis. Fuge, obsecro, huiusmodi errorem. Corruisti, noli in ruina persistere. Peccasti, iam peccare noli. Expectat te sancta dei Ecclesia, cupit amplecti penitentem in vanis propositionibus tuis, & secum de Christo diuina prædicantem, neque negantem ipsum animatum incarnationem, secundum quam etiam passus esse memoratur, clamatq;

TOM. 2.

tibi per nos: Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos. Non vult Deus (frater charissime) mortem peccatoris, sed vt cōuertatur, & viuat. Memor esto, Iesum Christum resurrexisse à mortuis, secundum euāgelium. Memento B. Matthæi scribentis: Liber generationis Iesu Christi filij dauid, filij Abraham. Recordare, quid Paulus scribat, segregatus in euāgelium Dei, quod promiserat ipse DEVS in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius. Memento etiam Ioannis, clamantis: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, sicut etiam est, & DEVS erat verbum, quodque caro factum est, homine assumpto, & quòd DEVM nemo vidit vnquam. Hæc tibi scripsi vnā cum præsentī synodo, conueniens te coram DEO & sanctis angelis, vt ea doceas, ea nobiscum sentias, vt illibata fides nostra permaneat in gloriam DEI.

EPISTOLA MISSA ZENONI à Felice Romano pōrifice, in qua significat depositionem Petri episcopi Antiocheni, ad quod in trisagio apposuerat, Qui crucifixus es pro nobis.

GLoriofissimo ac serenissimo filio Zenoni Augusto, Felix episcopus in Domino salutem. Conuenit tuæ clementiæ, rerum ordinem nunciare gestarum pro tranquillitate Imperij serenitatis tuæ, & oro suscipias precem meam, ac si ipse præfens essem, benignis auribus tuis, vt Christianissimus Imperator: & nequaquam arbitretur pietas tua, illum puro nos corde diligere, quicūque te pacem cum DEO habere non vult. Quoniam verò fideli mente credidisti, nec ambigis, & temporalis solij potestatem, & æternæ vitæ retributionem superno ex momento pendere, per nostram etiam paruitatem dignare suscipere venerabilem ac diuinam beatissimi Petri confessionem, Apostolorum scilicet principis, cui & regni clauis à Saluatore tradita sunt, qui etiam præparabit Christianissimo Imperio vestro locum in celo, cum sanctis angelis, quique immutabilem & immaculatam fidem in Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, Dei filium vnigenitum primus exponēs, à Saluatore ipso beatus est dictus. Nam cū ipse dixisset ad Dominum, Tu es CHRISTVS filius DEI viuui, ab ipso audire meruit, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est: & super ista cōfessione, edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Cū ergo Saluator dixerit, quòd portæ inferi non præualebunt aduersus ipsius Ecclesiā, vt ab ea ipsius denominationem

Matth. 11. d

Eze. 18. g
2. Tim. 2. b

Rom. 1. a

Ioan. 1. a

Ioan. 1. b

Matth. 16. c

Ibidem.

Ibidem.

tionem tollant, quae dicitur Christus Iesus, & Dei omnipotentis filius: Petrus primogenitus & diaboli filius, & qui sanctae Antiochena ecclesiae indignissime se ingessit, sanctamque sedem pontificatus Ighatij martyris polluit, qui Petri dextera episcopus ordinatus est, Eustathijque confessoris ac praesidentis trecentorum decem & octo patrum, qui in Nicea conuenierunt: aultus est dicere, non oportere Christum etiam Dei filium nominare secundum diuinam Saluatoris sanctionem, & traditionem diuinarum scripturarum, patrumque expositionem: sed vnum de Trinitate, passionem pro nobis pertulisse in substantia Deitatis, iuxta Arrij & Apollinaris Eunomijque blasphemiam, volens hac voce euacuare salutarem homini incarnationem, secundum quam Christus & passioem subiit. Dicitur autem & vnus ex nobis, vt qui Abraham semen apprehendit. Augere quodque deorum pluralitatem nititur: quippe sensus eius tres introducit deos, vnum mortuum, & duos viuentes. Solut etiam consubstantialis nomen, sacrasque abijcit synodos, Nicenam, Constantinopolitanam, & Chalcedonensem: sanctam quoque; Mariam, virginem nequaquam admittente deprehendit. Si enim non ex ea incarnatum verbum homo factum est, quae necessitas virginis? & quare ad eam dixisset Gabriel: Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei, & dabit illi nomen Deus sedem Dauid patris eius? Post haec autem omnia impia, & blasphemiae suae praesumpta, & deprauatione trifidae deprecationis, cum illis addere voluit, qui crucifixus est pro nobis, multa inconuenientia effecit, multumque a nobis, & in Christo dilectis fratribus nostris, qui in Oriete sunt, & a venerabili Acacio vestrae regalis & a Deo amate ciuitatis archiepiscopo admonitus, conuerti noluit. Quae propter nunc sancta Dei Ecclesia maternis te vocibus, vt potest ad excellentem ipsius filium, alloqui non cessat: O a Christo amate Imperator, meae venerabilitatis vinculum, in quo multitudines fidelium circumstringuntur, dissolui non permittas: Domini autem Christi & vnigeniti filij Dei laudationem transgredi non permittas, quae & vestram ciuitatem periclitantem saluauit, sed tanquam angelorum traditionem indeprauatam conseruatam, Petrum Arrianam superstitiois sequacem, ab Ecclesia Antiochena expelle. Qua ex causa Petrus scindit vestem meam desuper contextam? Deus & pater mandauit principi Apostolorum, quid vocarent filium. Eius vnigenitus filius in confessione primi Apostolorum fundauit me. sanctus spiritus quotidie testatur mihi, dicens: Non iudica te scire aliquid, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Si autem inimici, increduli, infidiatore, qui extra vitem sunt, & qui vnigenitum filium Dei mactauerunt, lapidauerunt, & ligno crucis affixerunt, vestem suam non diuiserunt, & Petrus fidei meae

Heb. 2. d
Luc. 1. d
Math. 16.
1. Cor. 2. d
Ioan. 19. c
TOW. 2.

vestem dirupit? Porta inferi non praualuerunt aduersus me, & Petrus tetat muros meos demoliri? Ego, pijsissime Imperator, te de imperio expulsum rursus introduxi, & malignos ac inobedientes meis diuinis dogmatibus dedi pro sepultura tua, viamque potentis aperui ante te, inimicos tuos percussisti vna cum iniquo eorum dogmate, antequam potentiam exquisisti tibi a Deo in altis regnante, ex quo & regnare sumpisti. Respice ad praedecessorem tuum pijsimum Imperatorem Martianum, & illius fidem libenter amplectere, haereticam tyrannidem Petri, quam citissime eradica, Valentinus & Eutycheris discipulum expelle a ciuitate simul & Ecclesiastico regimine, & a dignitate hierarchica deiectum esse sancto. Conspice, sanctissime fili & Imperator inuictissime, qualis in Chalcedonensi synodo indubitabilis defensio facta fuit, & quibus expugnauit Aeschinum, & diuulgationes haereticae doctrinae Petri expedit. Haec legat sancta Dei apostolica & catholica Ecclesia, vt ab ipsa propter praedictas causas depositum, ad communionem non suscipias: sed per diuinos apices vestrae serenitatis ab Antiochia confinio propellite, pro ipso autem constituite virum, operibus sacerdotum ornantem, custodemque, diligentem sanctae Chalcedonensis synodi, & eorum quae in ea firmata sunt. Omnipotens Deus custodiat vestram potentiam in pace semper.

Elia. 53.

Hac continentur in presenti libro contra Seuerum, Zoaram, Petrum, & Anthimum, facta a Menna patriarcha Constantinopolitano, & ter quae habentur sequentia:

Libellus episcoporum de secunda Syria, ad Iustinianum Imperatorem.
 Libellus monachorum monasteriorum ibidem, & quae in Hierosolymis, & in eremo, & in secunda Syria, & in monte Sinai, & in tribus Palaestinis erant, ad eundem.
 Libellus eorundem ad ibidem congregatam synodum.
 Epistola Hormisdæ papae ad Epiphanium archiepiscopum Constantinopolitanum.
 Supplicatio clericorum & monachorum Antiochia, ad Ioanem archiepiscopum Constantinopolitanum, & ibi congregatam synodum.
 Relatio ad Ioannem archiepiscopum a congregata synodo.
 Libellus abbatum Constantinopolitanorum ad congregatam synodum, cui & annexae sunt quatuor synodi, quomodo in Ecclesia predicatae fuere.
 Epistola Ioannis patriarchae, ad Ioannem Hierosolymorum.
 Alia epistola eiusdem patriarchae, ad Epiphanium episcopum Tyri.
 Epistola Hormisdæ papae ad clericos secundae Syriae & archimadritas, & reliquos orthodoxos

thodoxos in proprio aliquo climate orientis.
 Rescriptum Ioannis Hierosolymorum episcopi, & suffraganeorum suorum, ad Ioanem Constantinopolitanum.
 Epistola Epiphaniij Episcopi Tyri, & episcoporum sibi subditorum, ad congregatam in Constantinopoli synodum, & exclamatio fidelium multitudinis Tyri, & anathematizatio Seueri & eius doctrinae.
 Epistola episcoporum de secunda Syria ad Ioannem patriarcham & synodum.
 Actio formata a praesule prouinciae contra Petrum Apamearum.
 Alia actio ab eodem.
 Libelli dati a monachis Apamearum, episcopis secundae Syriae, contra Seuerum & Petrum Apamearum.
 Sententia ab illis, qui de Italia huc uenerunt, contra Seuerum & Petrum.
 Sententia Epiphaniij patriarchae Constantinopolitani, & ibidem congregatae synodi, contra Seuerum & Petrum.
 Sententia Mennae patriarchae contra Seuerum, Petrum, & Zoaram.

IN SECUNDO LIBRO CONTINENTUR, quae facta sunt contra Anthimum.
Constantinopolitanae quinta synodi
ACTIO PRIMA.

Diuina ordinatio & Constitutio Iustiniani Imperatoris contra Anthimum, Seuerum, Petrum, & Zoaram, ad Petrum archiepiscopum Hierosolymorum.



Questa in Hierosolymis a Petro archiepo contra Anthimum, in quibus inseruntur & ea, quae in Constantinopoli a mena patriarcha contra eundem facta sunt in quatuor actionibus, quibus insertis & ipse Petrus Hierosolymorum sententiam contra ipsum protulit. In his autem & quaedam contra Seuerum, & ipsius conscripta inueniuntur.
 Sciendum, quod primo actum fuit a mena patriarcha contra Anthimum, postea insertio facta fuit eorum, quae a Petro Hierosolymorum gesta fuere. Vltima quidem actio est de his, quae contra Anthimum a Menna patriarcha facta fuerunt, ubi & sententia lecta fuit, die xxj. mensis Maij, indictione xiiij. Postea quarta mensis Iunij eadem indictione actum est contra Seuerum, Petrum, & Zoaram ab ipso Menna, & per producta probatum est, quod olim, & post anathematizati fuerunt. Constitutio autem fuit vj. Nonas Maias, indictione xiiij. quae autem Hierosolymis in intimatione contra Anthimum facta fuerunt, sancta sunt xiiij. Kaleñ Octobrias, indictione xv. Prima ergo est sententia, quae in Constanti-

TOM. 2.

nopoli contra Anthimum lata est. Secunda autem sententia, quae in Constantinopoli fuit contra Seuerum & Petrum & Zoaram. Tertia est constitutio ordinaria. Quarta autem actio in Hierosolymis. & haec omnia praedicta, in quatuor mensibus facta & sancta fuerunt.
Post consulatum clarissimi Flauij Belissarij, pridie Nonas Iunias, indictione xiiij. in Deo amata & regia vrbe Constantinopoli, praesidente autem sanctiss. & beatiss. domino nostro oecumenico & patriarcha Mena, in atrio diuitico venerandae domus sanctae & gloriosae Domine nostrae, matris Dei & semper virginis Mariae, prope sanctissimam magnam ecclesiam existentis, & a dextera quidem parte confidibus illi coadiutoribus, iuxta pium iussum a Christo amati & a Deo custoditi Iustiniani Imperatoris, excellentissimis & sanctissimis, ac Deo amantissimis episcopis, Sabino Canusij, Epiphanio Esculanorum, Asterio Salernitanorum, Leone Nolanorum, Rustico Fegulanorum, Theophane diacono Romano, Pelagio diacono Romano, omnibus quidem ex Italica regione ab Apostolica sede nuper missis. Postea autem consentientibus Agapeto papae antiquae Romae huc aduenienti, Petro metropolis Iustinianopolis ciuitatis secundae prouinciae Cappadociae, Ioanne Bosphori metropolis, Thalassio metropolis Beryti, Magno metropolis Beroae, Ioanne Gabalorum, Christophoro Porphyrionis prouinciae Phoeniciae Paraliae, Dauitho Cyrrethicae, Aetherio Mariamniae, Alexandro Pagraforum, Domno Maximianopolis ciuitatis secundae Palaestinae, Andrea Panis, Epitynchano Germe prouinciae Hellepontis, Theodoro Gordi, Eusebio Canorum prouinciae Pergami, dominico Theodosianopolis ciuitatis prouinciae Phrygiae Pacatiana, Ioane Traianopolis ciuitatis prouinciae Phrygiae Salutariae, Dominico Sophenae ciuitatis, Eusebio Cyzici metrop. Thalassio metrop. nicomediae, Theogene metrop. Synnadorum, Bacho Antiochena metrop. Pigidia, Hilariano metrop. Pergae, Vosporio metrop. Neocaesarea Poti Polemoniaci, Paulo metropolis ryanorum, Acacio metrop. Pessinutis, Epitecto Claudiiopolis ciuitatis metrop. Honoriadis, Hedisco metrop. Cij, Archelao Corcycoru, Ioane Zoororu, Anastasio Iotapae, Anastasio Zinchoru, Pelagio Parnassio, Abraamio Cratiae, Alexandro Colonae, Paulo Zecchorij, Andrea Peltoru, Theodoro Myroru, Ioane Caesarea Bithyniae, Eustathio Tiberiopolis ciuitatis, Leontio Helenopolis ciuitatis, assistentibus illi & coadiutoribus Theophane & Pelagio deo amantissimis diaconibus apostolicae sedis, & Petro & Mena Deo amantissimis notarijs, & quibusdam venerabilibus subdiaconis, procuratoribus reliquorum clericorum eiusdem sedis Apostolicae, qui & con-

diptycho
Est autem diptychon locus, in quo scripta feruntur episcoporum nomina.
*Theodoro
*Paraxioru
*Carmaniae
*Zinchoru
*Scchorij
NN sen

sentientes ibidem fuerunt Agapeto sanctae memoriae papae antiquae Romae, & Magno presbytero, & Heraclio, diaconibus & ambassiatoribus *Eufremij sanctissimi patriarchae in diua ciuitate sanctissime Ecclesiae, Sabino diacono sanctae resurrectionis Domini nostri Christi Dei, tenente ambassiatu sanctissimi Petri patriarchae Hierosolymorum, Stephano diacono & ambassiatore Soterici sanctissimi Episcopi Caesareae metropolis Cappadociae primae, Caiano presbytero ambassiatore Elpidij sanctissimi episcopi Ancyrae metropolis Galatae primae, Dionysio & Callinico diaconibus & ambassiatoribus Photij sanctissimi episcopi metropolis Corinthi. Praesente autem & venerabili clero regiae urbis, Euphemius Deo amantiss. diac. & primicerius notariorum, dixit: Venerabiles monachi regiae urbis, & quidam ex ciuibus suis & Hierosolymitanis surgentes, supplicationes dederunt pijsissimo & serenissimo Imperatori nostro, & libellos vestrae beatitudini. Iuxta igitur pijs iussum a Deo custoditi Imperatoris nostri, conueniente sancta vestra synodo, steterunt ante praclarum secretum vestrum, Theodoro circumspectu referendario talia a serenissimo domino nostro ad vos stante, abstulimus oblatas ab ipsis supplicationes, & expetentibus introitum, submissimus ad assistentem. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Intrent & Theodorus circumspectus referendarius pijsissimi Imperatoris nostri, & venerabiles monachi. Et intrarunt. Theodorusque circumspectus referendarius a DEO custoditi domini nostri tribunus & notarius, & Marianus Deo amatissimus presbyter, & Prior domus Dalmatij sanctae memoriae, & princeps, & qui cum ipso erant venerabiles presbyteri & abbates & monachi, qui & se subscriperunt libello, ab ipsis oblato sanctissimo & beatissimo domino archiepiscopo ecumenico & patriarcha Menna. Qui sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicitur secundum primum ordinem Theodorus circumspectus causam, pro qua ad nos venit. Theodorus circumspectus tribunus, notarius & referendarius pijsissimi domini nostri, dixit: Deo amatissimi Episcopi secundae Syriae prouinciae, relationem fecerunt de quibusdam ecclesiasticis capitulis pijsissimo & diuinissimo domino nostro, & non solum ipsi, sed & venerabiles abbates *Euagorum monasteriorum regiae urbis huius, & quidam ex Orientali administratione, & venerabiles monachi Hierosolymae, dederunt serenissimo domino nostro, & non solum ipsi, sed & venerabiles abbates Euagorum monasteriorum, supplicationes. Et statuit imperium suum ipsas per me tradi vestrae beatitudini, & sanctissimis viris antiquae Romae, ac reliquae praeclearae synodo congregatae, adducere; ad vos ipsos venerabiles viros qui supplicationes dederunt, vt in his

TOM. 2.

interpellantes vos ipsis sine imponatis. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Legantur producta a circumspecto Theodoro. Accipiensque venerabilis Dorus diaconus notarius duas supplicationes, alteram quidem ex parte Episcoporum, altera vero ex monachorum, legit

¶ Libellus epistoliarum ad Imperatorem Iustinianum, a Paulo Episcopo Apamearum secundae Syriae.

Pijsissimo & serenissimo totius orbis post Deum domino Flauio Iustiniano, Christo amato & semper Augusto Imperatori, a Paulo episcopo Apamearum secundae prouinciae Syriarum. Magnificauit etiam & nunc Dominus facere nobiscum, facti sumus laetati, secundum quod scriptum est, pijsissime & Christo amatissime Imperator. Iuste enim iusta sectantes, & vera & orthodoxa dogmata sanctorum patrum quotidie scrutantes, & tenentes, praedicamus aperte omnibus orthodoxis populis Christum Deum nostrum omnium Imperatorem, & caput sanctae Ecclesiae suae, quam proprio sanguine acquisiuit, redimens nos a morte, quam nobis superinduxit diabolus superbus per malignos suppositos sibi. Et verè cognouimus, quod magnificauit Dominus sacrum & iustum imperium vestrum, & omnes vestros aduersantes, vestrae potentiae supposuit: quoniam sanctam & immaculatam fidem defendentes, purum fermentum, hoc est, recta dogmata, sicut incensum offeritis suae bonitati, paleas autem igne inextinguibili comburitis. Dicitis itaque, haereticos, qui non suscipiunt sanctas quatuor synodos, tanquam vnam verè definitionem fidei, primam videlicet cccxvij. & aliam cl. patrum, Ephesinamque; primam, & sanctam vniuersalem synodum Chalcedonensem, cum quibus & venerabile epistolam S. Leonis papae amplectimur verè columnam orthodoxae fidei existentem: qui sancti patres nostri omnem haereticum errorem & opinionem prauam destruentes, longè a sanctis Dei ecclesijs fecerunt, vosque docuerunt filium Dei ex patre quidem fuisse sine tempore, atque esse ipsi consubstantialem secundum Deitatem, & spiritum sanctum patri & ipsi filio coadorandum & conglorificandum, & vnà esse patris & filij & spiritus sancti substantiam & deitatem, & in tribus hypostasim personis, nouissimis autem diebus ipsum aeternum filium Dei & Dominum nostrum, incarnatum esse & hominem factum, natumque ex spiritu sancto, ex maria verè Dei genitrice, & semper virgine, & esse nobis consubstantialem, ipsumque esse perfectum in Deitate, & perfectum in humanitate, duarum naturarum proprietates minimè abiciens, sed in vtraque natura cognitus in vna persona & vna hypostasi inconfusibiliter, inconuertibiliter, & indiuisibiliter, vt in dè Nestorij & Eutycheis prophana & DEO odibilia dogmata potenter

eijciantur.

eijciantur, & zizania radicibus extirpentur, quae orthodoxis ecclesijs infeminarunt. Vnde nos quidem, insensati & hominis idololatrae Nestorij diuisione aufugientes, confitemur, quod ille negauit, sanctam, intemeratam, & semper virginem, matrem almam Domini & Dei nostri Iesu Christi, Θεοτόκου. Eutycheis autem deliri & insipientibus, phanum & fatuum dogma anathematizantes penitus & expellentes, differentiam naturarum recognoscimus, & confitemur duas naturas post vnionem in vna hypostasi, in vno Christo Deo nostro, & non sicut fatui Eutycheiani, cum ipsorum doctore Eutyche & noscero ipsum suscipiente, non rectè ante vnionem duas naturas dicimus, vnam verè post vnionem. Nam hoc est negare penitus Dei & saluatoris nostri dispensationem, & inconvertibilem incarnationem, quam propter nostram salutem accepit. Qui enim praedicta blasphemauit, fatui sunt, & alieni a confessione, quam princeps Apostolorum Petrus confessus est, dicens: Tu es Christus filius Dei viui. Nos autem, qui pro vestro pio imperio rogamus, & puri fontis latices orthodoxae participamus, ac orthodoxis populis tradimus, hanc fidem, vestram serenitatem coronantem, conspicientes, ac exuperantem omnem inimicam, & rebellis pij imperij vestri, rogamus auerti curuum in corde, & qui non ex tota & pura mente suscipit recta & irreprehensibilia dogmata praedictorum sanctorum patrum, sed in hypocrisis quidem fidei suscipit sanctas quatuor synodos, & gloriosam epistolam sancti Leonis papae, vt à personis fidelis iudicetur: operibus autem negat, & non confitetur bonam & orthodoxam fidem ipsorum, proprias voces illas, per quas Eutyche insipientem sapit, de ecclesia absconde, & hunc expelle de vestra pia politia. Dicimus autem Anthimum, Seuerum, & Petrum anathematizatos. Et nunc auertimus, & anathematizamus, & alienos habemus ab orthodoxa communiōe, haereticos existentes, & gaudentes super diuisione sanctarum Dei ecclesiarum, qui non rectè (sicut dictum est) sapit, Eutyche infamem abijcimus, & anathematizamus. Sic enim tenentes & sapientes de his ipsis, per medio cretam Epistolam notificauimus sanctae memoriae archiepiscopo antiquae Romae Agapeto papae, per omnium ecclesiarum beneficio, & vestrae religionis reipublicae superstantis, ac vestra vestigia pia digna facienti: sed vt existimamus, morte praeventus, & a Christo Deo nostro vocatus, ipsam non accepit. transiit enim ipsum Dominus, vt plenitudinem directionis, vestrae custodiret serenitati. Vos autem Dominus gloriae custodiet pios, & zelotes & custodes orthodoxae fidei, quam tradiderunt nobis praedicti sancti patres nostri, toti orbi & sanctissimis ecclesijs suis, in pace & laetitia & victoria contra aduersarios, prouidentes

TOM. 2.

& gubernantes commissum vobis ab ipsis bonitate imperium.

¶ SVBSCRIPTIONES.

¶ Paulus miseratioe diuina episcopus Apamearum ciuitatis, orator vestri pij & a Deo custoditi imperij, supplicauit. Seuerianus mi. di. Episcopus Arethusa ciuitatis, orator pij vestri & a Deo custod. imp. sup. Theodorus mi. di. episcopus ciuit. Balaneorum, orator pij vestri & a Deo cust. imp. sup. Stephanus mi. di. episcopus ciuit. Larissa, orator pij vestri & a Deo cust. imp. sup. Nonus mi. di. episcopus ciuit. Rhapsanarum, orator pij vestri & a Deo cust. imp. sup. Dominicus mi. di. eps ciuit. *Seleucobeli, orator vestri pij & a Deo cust. imp. sup. Sergius mi. di. episcopus ciuit. uallae Epiphaniae, orator pij vestri & a Deo custoditi imperij, supplicauit.

¶ Libellus monachorum, monasteriorumque; secundae Syriae &c.

Deo amatissimo regi & pijsissimo, Iustiniano Imperatori Augusto, supplicatio ac deprecatio a Mariano, miseratione diuina presbytero, & abbate domus & monasterij Dalmatij beatissimi, & Priore venerabilium monasteriorum ciuitatis & abbatum ipsorum monasteriorum, & eorum qui in ipsa aduenerunt ab eremo Hierosolymorum, abbatum & monachorum, & illorum de secunda Syria, & sancti motis Sinai, & triu Palaginarum.

Cor vestrae pietatis in manu DEI, & quocumque ipse voluerit, inclinari conspicientes, propter hoc rebus continentibus vestram optimam politiam, praefidentes sanctam ecclesiarum pacem, & fidelium populorum quietem, merito inquietare audemus vestrum a DEO custoditum imperium, pro his, quae communiter vniuersis conferunt Christianis. Supplicamus itaque, sicut cum introitum ante hos proximos dies affequuti fuimus, apud vestram pietatem supplicauimus vestris pijs vestigijs, libellum a nobis oblatum sanctissimo & beatissimo patriarcha Menna, suscipi & canonicè agi. Cumque igitur pro ipsis supplicemus, sanctae vestrae a DEO custodita serenitas, per vestrum pium iussum mittere ad praedictum beatissimum virum praedictum libellum, factum contra deuastrantes sanctam DEI Ecclesiam, videlicet Seuerum & Petrum impios, & qui similia his faciunt, ab Eutyche & Dioscuro Acephalis haereticis seductos, quorum vnus est, qui maxime conturbauit, quod in ipso fuit, sanctam DEI Ecclesiam, Zoaras quidam Syrus, irrationalis, plenus omni infania & furia, & qui nihil aliud ab istis didicit, quam anathematizare sanctos patres vestros, & ipsis comunicantes, & decipe venientes ad ipsum, ac recogregare, ac rebaptizare, sic supplicamus suscipi, & quae in ipso insita sunt, canonicè finem accipere, conuenientibus ad id ipsum praedicto patriarcha Menna, & sanctissimis ac Deo amatissimis Romanis, & sancta synodo,

NN 2 odo,

i. Dei genitricem.

Math. 16. c

Psal. 125.

Act. 20. f

Math. 3. d Luce 3. d

* quantum

Phil. 4.

odo, quae in ipsa regia vrbe congregata est. Nam hoc assequentes, magis & deuotius supplicatioes mittemus ad clemētissimum Deum pro vestra pietate, vt donet nobis super longitudinem annorum, vestrum pium nomen & rem, atque vestrum imperium custoditum in pace Dei, quae omnem exuperat intellectu: & ipsam donans vbiq̄ sanctis dei ecclesijs, & de medio tollat omnem, non communicantem ipsis & Apostolicae sedi.

¶ V B S C R I P T I O N E S.

¶ Marianus miseratioe diuina presbyter, & archimandrita monasterij sancti Dalmatij, & Prior venerabilium monasteriorū huius regiae vrbis, subscripti & supplicauit. Agapetus mis. Dei presbyter & archim. monast. Dij, deprecatus subscrip. Agapetus Dei mi. presbyter & archim. mona. diuinae memoriae Thalassij, sup. & sub. Alexander dei mi. pres. & archim. mo. S. Abramij, sub. & deprecatus fuit. Eleutherius Dei mis. pres. & prior mon. S. martyris Dominici, deprecatus sub. Theodorus Dei mi. pres. & Pri. mo. Iob, subscribens sup. Dioscorus Dei mi. pres. & Pri. eorum, q̄ sunt in Olymbrio, sub. deprecatus. Paulus mi. diui. pres. & Prior Romanorum prope Proinum, sub. deprecatus. Lucianus Dei mi. pres. & Prior mon. Romanorum, sup. & sub. Cosmas Dei mi. pres. & Prior sancti Prodromij & Ioannis Baptistae existentis inter illa studij, sub. deprecatus. Ioannes Dei mi. pres. & Prior mon. S. Thomae apostoli, sub. & sup. Ioannes Dei mi. pres. & Prior mon. venerabilis S. Michaelis archageli, sub. & sup. Dominice Dei mi. pres. & Prior mon. illorū Euphemij, sub. & sup. Demetrii Dei mi. pres. & Prior illorum de Foca, sup. & sub. Theodorus Dei mis. pres. & Prior mon. illorum de Tryphone, sub. & sup. Focas Dei mi. pres. & Prior mon. de Iona, sub. & sup. Stephanus Dei mi. pres. & Prior mon. Promoti, sub. & sup. Dadas Dei mis. pres. & Prior mon. Caiumae, sub. & sup. Alexander Dei mi. pres. & Prior mon. Calami, sub. & sup. Stephanus mis. Dei pres. & Prior mon. Consta, sub. & sup. Gennadius Dei mi. pres. & Prior mon. Dominici, sub. & sup. Dominice Dei mi. pres. & Prior mon. Syriorum, sub. & sup. Atticus Dei mis. pres. & Prior mon. Eucradatorum, sup. & sub. Cyriion Dei mi. pres. & Prior Aegyptiorum, sup. & sub. Theodorus Dei mi. presbyter & prior mon. Maronij, sub. & sup. Timotheus Dei mi. pres. & prior mon. Asterij, sub. & sup. Cosmus Dei mi. pres. & prior mon. S. Maximini, sub. & sup. Marcus dei mi. pres. & prior mo. Theodori de Elteptoris, sub. & sup. Andreas Dei mis. pres. & prior mon. Bessorum, sub. & sup. Dionysius dei mi. presbyter & prior mon. S. Marci, sup. & sub. Stratonicus Dei mis. presbyter & prior mon. S. martyris Domecij, sub. & sup. Marcus Dei mi. presbyter & prior mon. S. Cyrici, sub. & sup. Ioannes Dei mi. presby-

disteptatoris,

TOM. 2.

ter & prior mon. Isaccij, sub. & sup. Zoilus Dei mi. presbyter & prior monast. Theodoti, sub. & sup. Dominicus mi. Dei pres. & prior mon. S. Georgij in Xerocercio, sup. & sub. Marinus Dei miser. presbyter & prior mon. Paulini, sup. & sub. Paulus mi. Dei presbyter & prior mon. S. Zenobij, sup. & sub. Stephanus Dei mis. presbyter & prior monast. Olympij, sub. & sup. Iacobus Dei miser. presbyter & prior monast. Abibi, subscripti & sup. Petrus Dei mis. presbyter & prior mon. Epiclin cognominati in Hierusalem, sub. & sup. Paulus Dei mis. presbyter & prior mon. Samuelis iuxta Scythem, sup. & subscripti per Zoticum diaconum. Ioannes Dei miser. presbyter & prior mon. Theodori in petra, sup. & sub. Eleutherius dei mis. presbyter & prior mon. Neonis, sup. & sub. Modestus dei mi. presbyter & prior mon. in clyti Lycaniorum, sup. & sub. per manus Flauiani presbyteri & Deuterarij, Georgius Dei mi. presbyter & prior mon. Cyri, sup. & subscripti. Antonius Dei mis. presbyter & prior mona. S. patris nostri Eusebij, sup. & sub. Tryphon mi. Dei pres. & prior mona. Manuelij, sup. & sub. Theocisti Dei mi. pres. & pri. mo. S. & gloriosae Dei genitricis semp virginis Mariae, sup. & sub. Menon Dei mi. pres. & prior mo. siti in bono agro S. Prodromij & Ioannis Baptistae, sup. & sub. Paulus Dei mi. pres. & prior mon. S. martyris Erimonis, siti prope Elebychum, sup. & subscripti. per manum Marini lectorarij. Silas Dei mis. presbyter & prior mona. Eliae, sup. & subscripti. Ioannes Dei miseratioe presbyter & prior monasterij Marae, prope Aetiam cisternam, sup. & sub. Basilus Dei mi. pres. & prior mon. S. Simedis vocati Cyracona, dep. sub. Theodorus Dei mis. presbyter & prior mon. S. Laurentij, à me Dei gratia fundati, sup. & sub. Babylas Dei mi. presb. & prior mon. sanctae memoriae Danielis in stylo, & S. Ioannis apostoli, & S. Andreae, sup. & sub. Polychronius Dei mi. pres. & archimand. mon. S. Michaelis archageli in Ethrio, per Anastasium monachum, sup. & sub. Anastasius Dei mi. pres. & archimand. mon. Romanorū in Petrio, sub. & sup. Andreas Dei mi. pres. & prior mo. Romanorum, subscripti & sup. Elpidius mi. dei presbyter & prior mon. Bassiani, sup. & sub. Cosmus Dei mi. presbyter & prior mon. Lycaniorum, sup. & sub. Polychroni Dei mi. presbyter & archimand. mon. Eriticorum, sub. & sup. Ioseph prior sanctae & glo. semper virginis Mariae Dei genitricis in Lithostroto, sup. & subscripti per manum Stephani presbyteri & secundarij mei. Rhodon dei mi. presbyter & archim. mo. Theodori, sup. & subscripti. Zoticus mi. dei presbyter & archim. S. Andreae prope Saturinam portam, sup. & sub. Martyrius mi. di. presbyter & archim. mon. S. Ioannis Baptistae sub. & sup. Ioannes Dei mi. pres. & archim. mon.

Pauli,

Schyri

Eulybich

Criticorū vel, Creten- gum,

Valentis

S. Anasta-

for. Helychius

S. Anastasij prope Agogum, sup. & sub. Helychius Dei mi. pres. & archimand. mon. beati Theodosij, faciens sermonem pro omni eremo, quae sub sancta ciuitate est, sub. & sup. Domitianus mis. diui. pres. & archim. B. Martyrij, faciens sermonem pro omni eremo sub ciuitate sancta, sup. & sub. Cassianus mi. diui. pres. Lauras mon. B. Sabbae, faciens sermonem pro omni eremo sub ciuitate sancta, sup. & sub. Dominicus mi. diui. pres. & archimand. Lauras Turrii, faciens sermonem pro omnibus qui in Iordana sunt, sup. & sub. Nestabus mi. diui. pres. & archimand. Lauras beati Firmini, faciens sermonem pro eremo, quae sub sancta ciuitate est, sup. & sub. Ferentius Dei mi. presbyter nouae Laurae, faciens sermonem pro eremo, q̄ sub sancta ciuitate est, sup. & sub. Traianus Dei mi. presbyter Pyrgiorū de Iordana, & pro omnibus ibidem monachis, sup. & sub. Leontius Dei mi. monachus & Prior, pprij monasterij, faciens sermonem pro his, q̄ in eremo sanctorum patrum sunt, sup. & sub. Theodorus mi. diui. diaconus, & mona. nouae Laurae, & pro omnibus monasterijs eremi Hierosolymorum, sup. & sub. Dominice mi. diui. diaconus & monachus eiusdem nouae Laurae, & pro om. mo. eremi Hierosolymorū deprecatus sub. Polyuctus Dei mi. diaconus & monachus monast. B. Theodosij, & pro omnibus mona. eremi, sup. & sub. Anastasius Dei mi. diaconus & mona. B. Martyrij, & pro omnibus mona. de eremo Hierosolymorum, sup. & sub. Nicon Dei mi. diaconus & mona. B. Theodosij, & pro omnibus mona. eremi Hierosolymorū, sup. & sub. Mamas Dei mis. mona. B. Martyrij, & pro omnibus mon. eremi Hierosolymorū, sup. & sub. Iulianus Dei mi. monac. mona. B. Theodosij, & pro omnibus mona. eremi Hierosolymorum, sup. & sub. Ioannes Dei mi. mon. B. Martyrij, & pro omnibus mona. eremi Hierosolymorum, sup. & sub. Sabbatius Dei mi. monac. Laurae B. Sabbae, & pro omnibus mona. eremi Hierosolymorum, sup. & sub. Martyrius Dei mis. monac. nouae Laurae, & pro omnibus eremi Hierosolymorum mon. sup. & sub. Basilus Dei mi. monac. Iordani, & pro omnibus mona. in Iordana, sup. & sub. Theodorus Dei mi. monac. Laure B. Firmini, & pro omnibus mona. de eremo, sup. & sub. Theonas Dei mi. presbyter, & ambasiator sancti montis Sinai & eremi Raithae, et sanctae Ecclesiae Pharan, faciens sermonem et pro omnibus mona. existentibus in praedictis solitarijs locis, sup. et sub. Ioannes Dei mi. pres. et monac. Laurae Amniorum campestris, et pro omnibus qui in campestre sunt, sup. et sub. Theodorus Dei mi. diaconus, et monac. monast. B. Sergij in campo, et pro omnibus qui in eo sunt monachis, sup. & sub. Cosmas Dei mi. monac. et pro omnibus mona. de prima Palaestina, sup. et subscripti. Strategius Dei mis. diaconus et monachus et pro omnibus mona. secundae

for. Laurae

Palaestina, sup. et sub. Salamines Dei mi. presbyter et prior, et pro omnibus archimandritis tertiae Palaestinae, sup. et sub. Ilias Dei mis. diaconus et monachus et pro omnibus, qui in Augustopoli sunt mona. sup. et subscripti. Anastasius misericordia diuina diaconus et monachus, et pro omnibus monasterijs in Petris tertiae Palaestinae, sup. et sub. Photinus Dei misericordia monachus sancti Stephani in Maoza Iamniae prima Palaestinae, et pro omnibus monachis qui in ea sunt, sup. et sub. Ioanes misericordia diuina presbyter et monachus & pro omnibus monasterijs in Aila tertia Palaestinae, sup. & sub. Paulus Dei misericordia diaconus, & ambasiator monasterij beati Maronis principalis venerabilium monasteriorum secundae Syriae, faciens sermonem pro omnibus archimandritis & monachis ipsius secundae Syriae, sup. & dedi. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Theodorus circumspēctus referendarius, cum adimpleuerit ea, pro quibus aduenit, a beati Libelli verò nobis oblato ab ipsis venerabilibus monachis, legantur. Diodorus Deo venerabilis diaconus & notarius, accepit & legit: Libellus monachorum ad Menam patriarcham.

Per omnia sanctiss. & beatissimo domino nostro Mennae, regiae vrbis archiepiscopo, & sanctiss. Episcopis, qui ex Italorum regione in ipsa conuenerunt, ac Deo amatissimis archidiaconis Apostolicae sedis, ac sanctae Episcoporum sanctissimorū synodo in à Christo amata ciuitate congregatae, Marianus presbyter, & archimandrita monasterij Dalmatij, & primas venerabilium monasteriorum regiae vrbis, & archimandrita praedictorum venerabilium monasteriorum, & archimandrite, qui in ipsa ciuitate conuenerunt, ac monachi de eremo, quae sub Hierosolyma est, & de sancta Syria, & sancto monte Sinai, ac de tribus Palaestinis. Cum iudicium aduersus Anthimum finem acceperit, & sententia contra ipsum à vobis sanctissimis iuste lata sit, eò quod circa diuinos canones peccare deprehensus est, & dogmata Ecclesiae catholice vsque in finem cōfiteri abnuir, gratias agimus Deo, qui per studiū pijsimi Imperatoris nostri sacrum cœtum vestrum in vnū cōgregauit, vt mundaret ecclesiam suā, Ephes. 5. & ipsam sibi in perpetuū addisceret gloriosam, nō habentem maculā, neq; rugā, vel aliqd̄ huiusmodi haereticorū zizaniorū. Et erat quidē nobis p̄ votū, pprie p̄missioni vacantibus, huic soli attendere, & à nemine eorū, qui exterius circūfistūt, dilaniari. Verum quia dæmō, q̄ bonū odit hoīm, bonis semp̄ inuidēs, organa, ppria inueniēs, Seuerū s. & Petrū, per ipsos pacē sanctarū Dei ecclesiarū pturbare nō cessat, huius gratia & de ipsis in libellis à nobis sanctissimo papae Agapeto oblati, & coram vestra beatitudine in prima synodo lectis, necnon & supplicatione pijsimo Im-

NN 3 pera

TOM. 2.

patori nostro data, & vestre sanctitati remissa à sua pietate per Theodorum circumspectum referendarium, qui & cuiuspiam iussionem, mandantem sanctae vestrae synodo, de omnibus contentis in supplicatione considerare pereurrimus partem quandam. Non enim possibile est, omnia quae ab ipsis, & qui similia istis sapiunt, ab Eutyche & Dioscuro Acephalis haereticis, descendentes, contra sanctam Dei Ecclesiam in hac regia vrbe & alijs ciuitatibus praesumpta sunt & attentantur, & discutere: hi enim tanquam parua putantes ea, quae ab ipsis iam praesumpta fuere, totum Orientem perturbauerunt: & humano sanguine sanctorum & ceterorum virorum se coinquantes, elaborant omnino & hanc regiam urbem huiusmodi malis inuoluere, si preualebunt. Quae si compendio sermone recapitulare voluerimus, nescimus, quid prius vel quid posterius enarrabimus: vel quid, ut breue, silentio pertranseamus, aut quid, ut maius, patefaciamus, cum omnia ab ipsis perpetrata, comperta aequalia sint, & vnu alterum non excedat. Quid ergo dicemus? Iustorum sanguine, quo manus eorum plene sunt, vel excommunicationes, quas contra sanctos Ecclesiae doctores, eorum dira ora protulerunt, & maxime aduersus sanctam Chalcedonensem synodum, & beatum papam Leonem: sed & schismata sanctorum ecclesiarum, ac fidelium populorum scandala, sed & impetus in Dei dilectos archimandritas, & in sanctos sacerdotes fecerunt, constipante eos virorum multitudine, ut excommunicationes aduersus sanctos repeterent. Insuper etiam confessiones, in scriptis continentes anathematizationes aduersus praedictos patres, quas in necessitate omni extortione immitentes quibusdam, qui sub ipsis erant sacerdotes, ab eis afferebant: quandoquidem alter Theopolitarum, alter vero Apameae ecclesiarum thronum illicitè accotra omnem sacrum canonem subripuerunt, & contaminauerunt, licet neque in monachos vel clericos canonicè ordinati, hanc dignitatè adepti sunt. Verum quid dicemus ad sanctorum digitos contractos, quibus altaria circundabant, & ad ipsa veluti ad locum aliquè intemperatum confugiebant propter praedictorum homicidia, vnde extracti à viris homicidis, violètae morti traditi sunt, & in ipsis locis venerabilibus ab ipsa immanitate & crudelitate ordinati, non valentes discernere sanctum locum à phano? racemus & suffocaticis manus impositiones ipsorum prophani & falsi sacerdotis, & pro praemortua viuientis super ordinandis verba inuocationes proferentis non diuinae gratiae, sed de ventre noua dicentis, ac de terra loquentis. Tacemus & carceres, & vincula, ac aduersus venerabilia monasteria die noctuque latrocinia, insidias ac rapinas in ipsis, ac deuotorum violentas iurgationes: racemus & insidias in vijs contra

Theopolis, prius Antiochia dicta est. Niceph. li. 14. ca. 34.

TOM. 2.

sanctos factas, & ipsorum sanguinis in occisus adspersionem, cum diuino zelo moti, ad septa Mandrani sancti Simeonis iter facerent, communis visitationis gratia, propter persequentes Ecclesiam, & pro his, qui mouebantur ab istis. Congregabat enim multitudinem iniquorum latronum Iudaeorum, & immittebat in illos honorabiles viros. Itaque istorum inhumani ministri ad stationem missi, insidiabantur praedictis sanctis viris. Dumque aderant, ipsi de insidijs surgentes, irruerunt repete in eos, & eorum honorabiles viros, opus gladij in ipsos fecerunt, circa trecentos quinquaginta numero existentes, eorumque membra in strata disperferunt, non tradentes sepulture illorum venerabiles reliquias, neque ipsorum tugurij parcentes ob causam fidelis populi, inferentesque & tunc dirum opus Iudaeorum. Nec mirum, si huiusmodi immania sacrificia demonibus, quibus seruiebant, redderent, & maxime Seuerus, utpote qui gentilem superstitionem nondum abiicit. Illorum enim erant discipuli, de quibus David clamatur, dicens: Et sacrificauerit filios suos & filias eorum demonibus, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan: Et infecta est terra in sanguine, & contaminata est in operibus eorum, & adulterati sunt in adinuetionibus suis. Quisnam nescit, eorum vitam turpem admodum & scelestam ab ineunte aetate esse, & demonibus procliuam, & quod in veneficij Seuerus deprehensus est in ciuitate Berytiorum demonijs seruiens? Et huiusmodi calumniam aufugere volens, finxit transponere ac fingere diabolicam opinionem suam, & venire (ut dicebat) ad baptismum in Tripoli in adorabili domo sancti & serenissimi martyris Leontij. Et nondum perfectis diebus his, quibus baptizabatur, postquam vidit (veritatè paululum simulans) perspicuè, quod rursus ad antiquum gentilis opinionis suae vomitum reuerti non poterat, per aliam viam ad id, quod studebat, peruenit. Nam negauit statim Ecclesiam, & cum baptizatus est, processit ad Acephalos haereticos, qui ea, quae Eutyche sunt, sapiunt: vocasque sanctas Dei domos diuersoria haereticis & impietatis, reprobas propter hoc baptismum, quem dicit se accepisse, ut & in ipso impleretur propheticus sermo, qui de huiusmodi dicit: Alienati sunt à vulua, errauerunt à veritate, locuti sunt falsum, furor ipsius ad similitudinem serpentis. Quod autem & ipsam Acephalorum religionem simulauerit, ex sequentibus omnibus manifestum fuit. Praesidebat enim suae Acephalae sectae, quod vnitiuum dicitur, non admittens, sed nouatiuum ipsum & diuisiuum appellans, & in suis proprijs descriptionibus anathematizans. Cumque tempus habuit subripere venerabilem sedem Theopolitarum, rursus cauillatus est, ex auersione subcurrès

Psalm. 109.

Psalm. 57.

ac-

accipere praesulem Alexandrinum Petrum, quem Moggum vocauit, qui que tempore ipso vnionis Alexandrinorum sedem surripuerat, in sacris diptychis Theopolitarum Ecclesiam ponit, derelinquens omnes, qui ab ipso in hoc decepti erant, & docti ab ipso fuerant, eoque quod deberet Petrus abripi de Ecclesia Alexandrina, nec verò in his omnino permansit. Erat enim illi sententia tumultus mouere, nec aliquando in ipsis stare. Quomodo enim possibile erat non propter fidem Christianam certamen, non hoc solum negociari, ut ex omni occasione semper perturbaret sanctam Dei Ecclesiam? Iterum ergo & Petrum liberum eodem tempore suscipit, & communicat ceteris haereticis, postquam putauit abscissos ab Ecclesia Alexandrina, cuius vnionem amplecti finxit, sicut superius dictum est. Post haec autem omnia, nullum fuit ipsi impedimentum ad continuam transgressionem, eandem sanctam Chalcedonensem synodum quotidiè (ut ita dicam) anathematizare praesumit, & communicantes illi, cum multis Episcoporum, qui in ipsa Chalcedonensi synodo sancta conuenerant, & qui sub ipso erant, in sacris diptychis, id est, commemorantibus, habeat. Verum & Alexandria ciuitas, quae ipsos in malo suscipit, nunquid aufugit ipsorum tumultus? Nam illam inuenientes in se ipsa quiescentem, ut aliquando depolita fuit, in finale euersionem constituerunt, apponentes ipsis diuisiones, & adinuicem ibi populum concitantes, ut & bella ciuilia fierent, multorumque hominum sanguis effunderetur, & ipsi quidem vix aliquando fuga penas per istos aufugerunt. Quos cum illi fecerint, illos anathemati submitterunt, & ceteris pluribus Ecclesiae maledictionibus, haereticos & ipsos meritò appellantes, ut ipsi ex Dei iudicio veniat illud: In foueam ceciderunt, quae operati sunt, & conuertatur dolor eorum in caput ipsorum. Cum enim omnem Ecclesiam inique anathematizare ausi sint, meritò ab omni Ecclesia anathematizati sunt. Multa quidem & alia ausi sunt, quae & omni Orienti nota sunt. Idcirco nos timorem istorum fugientes, & vestrae beatitudinis coetum veritatis, ac venerabilem habitum vestrum, turpes istorum actus silentio pertransumus. Cum autem sic miserabiliter (ut praedictum est) Orientem & hanc regiam urbem. Nam qui ab istis & similibus istis decepti sunt, tanquam praecursores illorum malitiae existentes, ac ipsis viam sceleris praeparantes studentes, & post illos rursus Petrus, deinceps autè post istos Seuerus, qui & priuatas domos, ecclesiasque Dei, ac ipsam politiam (quam in ipsis est) deuastare non cessauerunt, conuenticulaeque ac contraria baptizata, cum omni impudica audacia publicè ac priuè praesumentes, intro mittentes autem seipsos, & pecuniariorum

loc' obscuro.

Psalm. 7.

* Petrus & Seuerus priuatas

TOM. 2.

rerum interuentione & sequestratione, tumorem & diuitias non parum ex hoc & multorum domibus sibijpsi acquiserunt: per quae animas quidem & synceriorum deceptorum, cautorum autem animas in strepitum deduxerunt, animas vero ad pecunias, vel gloriam, siue delicias inclinatum, subripuerunt. Insuper etiam & intrantes domos, captiuas ducebant animas hominum & mulierum non firmatas: & non solum secundum animas, verum etiam & corporaliter ipsas corrumpebant, in foueam impietatis & luxus immergentes. Verum quid de his sermone extendere oportet, cum per totum orbem sciant nefarias actiones praedictorum haereticorum Acephalorum, Seueri ac Petri, ac ipsorum diras iniustitias ac blasphemias, & manus homicidij gaudentes? Ista enim manifestè ostendunt ea, quae in antiqua Roma, quando sanctae memoriae Hormisdai illam Apostolicam sedem regebat, & ea, quae in hac regia vrbe, & in Theopoli, atque in Hierosolymis facta sunt, & statuta monumenta. Nam & illorum scelestam vitam omnibus annunciant, & perpetuas ac indissolubiles excommunicationes, quibus praedicti percussi sunt, propter prohibitas ipsorum actiones, quas operati sunt, in quibus operari debebant, & dicere montibus: Cadite super nos, & adoperite nos: vel in profundis terrae infodi, & putare mortem meliorem vitam praesente, eoque ipsi soli ultra omnes haereticos perpetuis ac indissolubilibus excommunicationibus percussi sint: quod non fecerunt, sed in pessimis, tanquam in honestis, gloriantes, fremuerunt (ut dictum est) & in hac ciuitate, et vnus quidem de die in diem impietati addit iniquitatem, in altu loquens, & aduersus sanctos patres insurgens, ipsorum recta dogmata dilaniat & blasphematur. Petrus vero ipsa blasphematur, & omni turpi ac scelesto conatu seipsum immittere non recusat, deum habes ventre, & luxuria sequente ipsum, & gloria in confessione sua, & in alto ac grauiter incedens, in publicum prodit, publicans omnibus sua impudentiam, & his qui sequuntur, & qui praecedunt, omnes incedentes crudens, omnibus seipsum potentè ostendit per hoc vult. Ah quis Hieremias, stertens passionibus adaequare potens, nostra plorabit mala, immò verò nostram negligentiam? Quonia cum talem habeamus orthodoxum Imperatorem, seruèti zelo orthodoxam fidem fouentem, ac pacem sanctorum Dei Ecclesiarum, sicut pupillam oculi, custodire promptissimum, conticemus & sustinemus, videntes praedictos haereticos ita turpiter & impudenter, ac cum omni audacia conuersantes, super quos dolentes, non suspicamur ab Apostolo praemoniti, quoniam maligni & venefici homines sunt in peius incedentes, deuiantes, & errantes. Videntes itaque, nos, hos ita impudenter & cum audacia agere, & vos pro cautione omnium fidelium, nihil

* simpliciter

* optare Luc. 23. d

* ipse Phil. 3. d

* cespitamus

2. Tim. 3. d

NN 4 hil

Math. 23.

Tit. 2. c

Vide Nicenophor. li. 17. ca. 9. Histor. Ecclesiast.

hil in oppositum ponere: credentes & persuasi, pijsimum Imperatorem nostrum conversioni ab ipsis deceptorum, & firmamento eorum, qui adhuc mouentur per illorum contrarias doctrinas, prouidere: & maxime cum sciat per inmemoria nos portare proclamatum terribile iudicium scandalizanti vnum de pusillis, quodq; ante nos considerabit, quod communi expedit vtilitati: cumq; etiam maximè, sicut nunquam, vel alij heretici, vel in alijs temporibus isti, & qui similia istis faciunt per omnia, sanctam Dei Ecclesiam deuastrant: hoc rogamus vos, immò verò & adiuramus (quànquam præsumptuosum quid faciamus) per magnum Deum & saluatorem nostrum Iesum Christum, & per salutem ac victoriam pijsissimi & Christianissimi Imperatoris nostri, ac Deo propter suam rectam fidem dilecti, vt nos sequentes sententiam sancti ac apostolici viri archiepiscopi antiquae Romae, & eos qui huius regiae urbis pontificali sedem ornauerunt, ac beatos patriarchas Theopoleos & Hierosolymorum, ceterosq; pontifices, primum quidem condemnationi aduersus ipsos haereticos, à praedictis sanctis viris prolata, & anathemati modò, sicut & antè, & vos subijciatis Seuerum & Petrum, quilibet vestrum nominatim coram Deo & hominibus manifestado & anathematizandò eos, & qui similia istis sapiunt, & non poenitent, sed in illorù errore permanent, atq; etiam impia Seueri dogmata & conscripta, & qui ea suscipiunt, necnon & istorum consentaneos, quemadmodum in Nestorio & Eutyche ac Dioscuro, ceterisq; haereticis facere consueuistis, tradedo populis, ac ipsos docendo, vbiq; auertere illorum mortiferum venenum, statimq; vnà nobiscum ad pedes pijsissimi ac à Deo custoditi Imperatoris nostri currere velitis, & ipsius pietatem edocere omnia quidè, quae sequuta sunt, ipsiusq; mansuetudinè exorare, vt illa faciat, quae sua diuina & à Christo amata anima, naturaliter facere solet pro pace sanctarum Dei Ecclesiarum, & vt ipsius à deo custoditum Imperium, inconcitatam ac imperturbatam custodiat, & eos qui à nobis denominati sunt, & qui similia istis sapiunt, de hac ciuitate expellere, & cessare faciat conuenticula quae fiunt & parabaptismata, & turbationes. Insuper etià & Zoaram Syrum quendam irrationabilem, eiusdem vomiti veneni cum ipsis existentè, oramus eisdem condemnationibus submitti, omni iniustitia & arrogantia plenum existentem, & nihil aliud scientem, quàm quod ab illis accepit, anathema scilicet aduersus sanctos patres nostros & his comunicantes: atq; coarctare ad ipsum venientes facere hoc, & conuenticula & parabaptismata innouare, ac tumultus in sanctis Dei Ecclesijs commouere: ipsos denique ac istos, ceterosq; in diuersis domibus ac suburbijis latentes, de hac ciuitate tanquam feras quasdam expellere, & loco

ipsis conuenienti condemnare, cum noluerint in ciuitatibus, quae secundum leges sub sua pietate gubernantur, modeste & pacifice viuere, neq; ibidem se ipsos facere meliores ex ineffabili & diuturna patientia ab ipso ostensa, & cura ac honore misericordissimi Imperatoris nostri, qui illorum salutem procurauit, sed ipsius excellentissimam clementiam spernentes, indignos huius se exhibuerunt, & in tantam amentiam & arrogantiam se eleuauerunt, quantum & honorati fuerunt, & licenter omnia facere permisi sunt. Generalemq; ordinationem vbiq; mittere ad sanctos pontifices, & ad magistratus, interdicentem omnia praedicta fieri, & quae hoc faciunt, vt domus & suburbia, in quibus huiusmodi conuenticula fiunt, confirmantur in locum sanctiss. ecclesijs. Nam leges Imperiales sanciu't, omnem locum & rem, in quo & per quam, siue per errorem, siue secundum veritatem sacrum, quod confiscatum est, sanctis Dei ecclesijs offerre: & hoc vobis diuina scriptura exposuit, quando Moses diuini Numer. 16. diuinitus edocuit, statuit impropria non facra in preparationem templi venire, quonia & si alienus fuit ignis, tamen in ipsis sacrum sacrificium ipsis prohibuit, obtulerunt & perfererunt Dathan & Abiron, & synagoga Chore, qui tunc contra sacerdotium & prophetam ac Deum impudenter insurgent, quoadmodum & isti falsi sacerdotes, ad impietatem se ipsos mercede conducunt, & veri Antichristi in domibus intrant, & aliena altaria exerunt, & baptisteria edificauerunt in contrarium veri altaris & sancti lauacri. Sancti autem & supplicam suo pio imperio, omnia impia conscripta Seueri contra sanctam Chalcedonensem synodum, vbiq; inueniatur, igni tradi. Hoc enim & immanissimis & impijs Nestorij conscriptioibus fieri pia ordinationes sanciu't. Ea verò, quae canonicè facta sunt super dictas personas, oramus vestram beatitudinè & sacrum vestrum cœtum, inquirere à confidentibus vobiscum, & à sanctiss. romanis, & à venerabilibus notarijs apud vos existentibus, in super etià & à Deo amatissimis viris ambasiatoribus Orientalibus, vt his patefactis, vestra beatitudo & sancta synodus vobiscum sedens, exequatur diffinita contra ipsos à sanctis patribus nostris, qui praedictas pontificales sedes ornauerunt, & anathematizet praedictos Seuerum & Petrum, & istorum sequaces, & quae sua sunt, sapientes, & maximè Zoaram, qui intantum sicut isti, vel plus Ecclesiam DEI perturbauit, & qui per omnia abdicatus fuit ab Apostolica sede, & qui non vult istos sequi, & eis communicare.

SVBSCRIPTIONES.

Marianus miseratione Dei presbyter, & archimandrita dicti monasterij sancti Dalmatij, & primas venerabilium monasteriorum huius imperialis ciuitatis, subscripti & tradidi. Agapetus miseratione diuina presbyter &

& archimandrita monasterij Dij, subscripti & supplicauit. Agapetus Dei misericordia presbyter & archimandrita monasterij, S. memoriae Thalassij, subscripti & tradidi. Alexander Dei misericordia presbyter & archimandrita monasterij S. Abraamij, subscripti. Theodorus DEI misericordia presbyter & archimandrita monasterij Iob, subscripti & dedi. Eleutherius DEI misericordia presbyter & prior monasterij S. martyris Dominici, subscripti & tradidi. Stephanus Dei misericordia presbyter & prior Olympij, subscripti & tradidi. Dominicus dei misericordia presbyter & prior monasterij Syriorum, subscripti & tradidi. Theodorus misericordia diuina presb. & prior monasterij Tryphonis, subscripti & tradidi. Stephanus dei misericordia presbyter & prior monasterij Consta, subscripti p manus Iacobi, & porrexi. Paulus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Romanorum, subscr. & porrexi. Iulianus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Romanorum, subscripti & porrexi. Ioanes Dei misericordia presbyter & prior monasterij apostoli S. Thomae, subscripti & porrexi. Dioscorus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Olympij, subscripti & dedi. Demetrius Dei misericordia presbyter & prior monasterij de Foca, subscripti & porrexi. Iohannicus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Euphemij, subscripti & porrexi. Alexander Dei misericordia presbyter & prior monasterij Calamij, subscripti & porrexi. Ioannes Dei misericordia presbyter & prior monasterij S. Michaelis archangeli, subscripti & porrexi. Phocas Dei misericordia presbyter & prior monasterij de Iona, subscr. & porrexi. Stephanus Dei misericordia presbyter & prior monasterij de Promoto, subscripti & porrexi. Dadas Dei misericordia presbyter & prior monasterij de Caiuma, subscr. & porrexi. Genadius Dei misericordia presbyter & prior monasterij Dominici, subscr. & porrexi. Cirion Dei misericordia presbyter & prior monasterij Aegyptiorum, subscripti & porrexi. Theodorus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Maronij, subscripti & porrexi. Ioannes Dei misericordia presbyter & prior monasterij Theodori in petra, subscripti & porrexi. Eleutherius Dei misericordia presbyter & prior monasterij Neonis, subscripti & porrexi. Zoilus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Theodoti, subscripti & porrexi. Amotheus Dei misericordia presbyter & prior Asterij, subscr. & porrexi. Marcus dei misericordia presbyter & prior monasterij S. dominici subscr. & porrexi. Andreas dei misericordia presbyter & prior monasterij S. dei genitricis Bessorum, subscr. & porrexi. Dominicus Dei misericordia presbyter & prior monasterij S. Geor

gij in cyrocercio subscripti & porrexi. Paulus Dei misericordia presbyter & prior monasterij S. Petri & Pauli, & S. martyris Sergij & Bacchij, subscr. & porrexi. Atticus Dei misericordia presbyter & monachus Eucrata dorum, subscripti & porrexi. Stratonicus Dei misericordia presbyt. & prior monasterij S. martyris Domecij, subscr. & porrexi. Marcus dei misericordia presb. & prior monast. Theodori de Esteptoris, subscr. & porrexi. Cosmas Dei misericordia presbyter monast. S. Maximini, subscr. & porre. Paulus dei miseric. presb. & prior monasterij S. Zenobij, subscr. & porre. Ioannes Dei misericordia presbyter & prior monasterij Ilaccij, subscr. & porre. Iacobus Dei misericordia presbyt. monast. Abibi, subscr. & porre. Glorius dei misericordia presbyt. & prior monasterij Curij, subscr. & porre. Paulus dei misericordia presbyter & prior monast. Samuelis in Scythi, per Zoticum diac. subscr. Petrus Dei miseric. presb. & prior monast. Epiclin Hierosolymorum, subscr. & porre. Marinus Dei misericordia presb. & prior monasterij. Paulini, subscr. & porre. Modestus Dei misericordia presbyter & prior monast. Lycanorum, subscr. per Flavianum presbyterum & deuterarium, & porre. Antonius Dei misericordia presbyter & prior monast. S. Eusebij, subscr. & dedi. Tryphon Dei misericordia presbyter monast. Manuelij, subscr. & porrexi. Theodotus dei misericordia presb. & prior monast. S. Dei genitricis Marię virginis, subscr. & porre. Cenon Dei misericordia presb. monasterij iacentis in bono agro S. Prodromij, & S. Ioannis Baptistę, subscr. & porre. Paulus Dei misericordia presbyt. & prior S. Erimonis martyris in Elibicho, subscr. per manum Marini lectorarij. Silas Dei misericordia presbyter & prior monast. Elia, subscr. & porre. Ioannes Dei misericordia presbyter & prior monast. Maræ prope Aetiã cisternã, subscr. & porrexi. Basilus Dei misericordia presb. & prior monasterij S. Simeonis Epiclini Ciracona, subscr. & porrexi. Theodorus Dei misericordia presbyter & prior monasterij sancti Laurentij martyris, à me Dei gratia fundati, subscripti & porrexi. Babylas dei misericordia presbyter & prior monasterij sanctę memoriae Danielis in Stylo, & S. Ioannis Prodromij & Baptistę ac sancti Andreae Apostoli, subscripti & porrexi. Polychronius DEI misericordia presbyter & archimandrita S. Michaelis archangeli, in Ethrio, subscripti per Anastasium monachum & porrexi. Anastasius DEI misericordia presbyter & prior monasterij Romanorum, subscripti & porrexi. Andreas misericordia diuina presbyter & prior monast. romanorum, subscr. & porre. Rhodon dei misericordia presbyter & prior monasterij Theodori, subscripti & porrexi. Elpidius dei misericordia presbyter & prior Basiliani, subscripti & porrexi. Cosmus DEI misericordia presbyter & prior monasterio-

rum Lycaonorum, subfcripti & porrexi. Polychronius dei misericordia presbyter & archimandrita monaster. * Criticorum, subf. & porrexi. Ioseph prior monasterij S. gloriosae Dei genitricis Mariae existentis in Lithostroto, subf. per manum Stephani presbyteri & secundarij mei, & porrexi. Zoticus misericordia diuina presbyter & prior monasterij S. Andreae prope Saturinam portam, subf. & porrexi. Martyrius Dei misericordia presbyter & prior monasterij * Valentis S. Ioannis Baptistae, subfcripti & porrexi. Ioannes Dei misericordia presbyter & archimandrita monasterij prope Agogum, subf. & porrexi. Stephanus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Rom. prope S. Georgium * Sycorum, subfcripti & porrexi. Sabbatius Dei misericordia presbyter & prior monasterij * Ipatij sub Photino sanctissimo episcopo Chalcedonenfi metropolitano, subf. per manum Ioannis diaconi ipsius monasterij, eo quod nescirem ego literas. Ioannes dei misericordia presbyter & archimandrita venerabilis magni monasterij * Acimitoru, sub Photino sanctissimo episcopo Chalcedon. subf. Cyprianus Dei misericordia presbyter & prior monasterij * Ofyas sub dicto Photino episcopo Chalcedonenfi, subfcripti. Ioannes DEI misericordia presbyter & prior monasterij Exagonij, sub Photino sanctissimo episcopo Chalcedonenfi, subfcripti. Stephanus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Orchardorum, sub Photino sanctissimo episcopo Chalcedonenfi, subfcripti. Tryphon dei misericordia presbyter & prior monasterij Sacrarij, sub Photino sanctissimo episcopo Chalcedonenfi, subf. Georgius dei misericordia presbyter & prior monasterij * Crauorum, sub Photino sanctissimo episcopo Chalcedonenfi, subfcripti. Polychronius Dei misericordia presbyter & prior monasterij Alapedorum, sub Photino sanctissimo episcopo Chalcedonenfi, subf. Seuerianus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Syrioru, sub Photino & c. Paulus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Fontis sub Photino & c. Megalimerus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Cranidorum, sub Photino sanctissimo Episcopo metropolitano Chalcedonenfi, subf. Marcellinus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Michaelis archangeli * Roushinianon, subf. Ioannes Dei misericordia presbyter & prior monasterij Barnabae sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Theodorius Dei misericordia presbyter & prior monast. * mi. Apollonij sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Paulus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Galachrinoru sub Photino sanctissimo episcopo subf. Stephanus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Antiochianoru sub Pho

TOM. 2.

tino sanctissimo episcopo, subf. Stephanus Dei misericordia presbyter & prior 40. sanctoru sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Dorotheus Dei misericordia presb. & prior monasterij * Patiorum sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Elpidius Dei misericordia presbyter & prior monast. Critinoru sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Eliberius Dei misericordia presbyter & prior monasterij Rom. prope * Roushinianon, sub Photino sanctissimo episcopo subf. * Iordanes Dei misericordia presbyter & prior monasterij de Petra sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Marcellus dei misericordia presbyter & prior monasterij Dalmatij sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Iulius Dei misericordia presbyter & prior monasterij S. Bassis in desiderio sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Ildorus Dei misericordia presbyter & prior monasterij Idiae, existentis in plantis prope S. Epimachum martyre sub Photino sanctissimo episcopo Chalcedonenfi, subf. Eugenius Dei misericordia presbyter & pri. monast. Leucadi sub Photino sanctissimo episcopo, subf. per manum Pauli diaconi ipsius monast. cum ego non potuerim propter senectutem. Photinus dei misericordia presbyter & prior monast. S. * Platoni sub Photino episcopo, subf. Ioannes Dei misericordia presbyter & prior monasterij * Brohetum S. Thomae apostoli sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Stephanus Dei misericordia presbyter & prior monasterij de Stephana sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Eugenius dei misericordia presbyter & prior monast. de Diapetris sub Photino sanctissimo episcopo, subf. Marianus dei misericordia presbyter & prior monasterij Adriatoru sub Phot. sanctissimo episcopo, subf. * Cano Dei misericordia presbyter & prior monast. Iuliani * Broetorum sub Phot. sanctissimo episcopo, subf. Ioannes Dei misericordia presbyter & prior monast. Brioru sub Phot. sanctissimo episcopo, subf. Ardaburius dei misericordia presbyter & prior monast. Theodori Similiacoru, sub Phot. sanctissimo episcopo, subf. Stephanus Dei misericordia presbyter & prior monast. S. Zachariae Stibarachij sub Phot. sanctissimo episcopo, subf. Ioannes dei misericordia presbyter & prior monast. Thomae Epidromorum, sub Phot. sanctissimo episcopo, subf. Theodorius Dei misericordia presb. & prior monast. S. Stephani * Lydanoru, sub Phot. sanctissimo episcopo, subf. Stephanus Dei misericordia presb. & prior monast. Coccij sub Phot. sanctissimo episcopo, subf. Eusebius Dei misericordia presb. & prior monast. S. Christophori Tatilioru, sub Phot. sanctissimo episcopo, subf. Iacobus Dei misericordia presb. & prior monast. Calamij inferioris sub Phot. sanctissimo episcopo, subf. Ilychius Dei misericordia presb. & prior monast. B. Theodosij, faciens sermonem pro omnibus monachis de eremo sub sancta ciuitate, subfcripti & porrexi. Domitianus presbyter & archimandrita monasterij

* Ioannes

nafterij B. Martyrij, faciens sermonem pro omnibus monachis de eremo sub sancta ciuitate, subf. & dedi. Cassianus dei misericordia presbyter & primicerius Laurae de Sabba, sermonem faciens pro omnibus monachis de eremo sub sancta ciuitate, subfcripti & porrexi. nominicus dei misericordia presbyter & archimandrita Laurae * Pyrgiorum, faciens sermonem pro omnibus monachis in Iordana, subfcripti & porrexi. Nestabus Dei misericordia presbyter & monachus Laurae B. Firmini, faciens sermonem pro omnibus de eremo sub sancta ciuitate, subfcripti & porrexi. Terentius Dei misericordia presbyter & monachus nouae Laurae, faciens sermonem pro omnibus monachis sub sancta ciuitate, subf. & porrexi. Traianus dei misericordia presbyter & monachus * Pyrgiorum * Iordani, faciens sermonem pro omnibus monachis de eremo Iordanae, subfcripti & porrexi. Cyricus Dei misericordia presbyter & monachus nouae Laurae, faciens sermonem pro omnibus de eremo sub sancta ciuitate, subf. & obtuli. Leontius monachus & primicerius proprii monasterij, faciens sermonem pro omnibus patribus de eremo in Iordana, subf. & obtuli. Polyuctus diaconus & monachus monasterij B. Theodosij, faciens sermonem pro omnibus monachis eremi Hierosolymorum, subf. & porrexi. Theodorus diaconus & monachus nouae Laurae, faciens sermonem pro omnibus monachis eremi Hierosolymorum, subf. & obtuli. Anastasius diaconus & monachus monasterij B. Martyrij, faciens sermonem pro omnibus monachis eremi Hierosolymorum, subf. & porrexi. Nicon monachus monasterij B. Theodosij, faciens sermonem pro omnibus monachis eremi Hierosolymorum, subf. & porrexi. Mamas monachus monasterij B. Martyrij, faciens sermonem pro omnibus monachis eremi Hierosolymorum, subf. & porrexi. Iulianus monachus monasterij B. Theodosij, faciens sermonem pro omnibus monachis de eremo Hierosolymorum, subf. & porrexi. Ioannes monachus monasterij B. Martyrij, faciens sermonem pro omnibus monachis eremi Hierosolymorum, subf. & obtuli. Sabbatius monachus Laurae B. Sabbae, & pro omnibus eremi monachis Hierosolymoru, subf. & porrexi. Martyrius monachus nouae Laurae, & pro omnibus eremi Hierosolymorum monachis, subfcripti & porrexi. Basilus monachus * Iordani, pro omnibus monachis de Iordana, subfcripti & porrexi. Theodorus monachus Laurae B. Firmini, & pro omnibus de eremo, subf. & porrexi. Theonas Dei misericordia presbyter montis Sinaei, & ambaliator eremi Raithae, ac sanctissimo ecclesiae Pharan, faciens sermonem pro omnibus monachis, qui in praedictis locis sunt, subfcripti. Ioannes Dei misericordia presbyter Laurae Amnionu Campetris, faciens sermonem & pro omnibus monachis in ipsa Cam

TOM. 2.

pestre, subf. & porrexi. Theodorus diaconus & monachus Sergij, in * Campestra, faciens sermonem pro omnibus monachis ipsius monasterij in Campestra, subf. Cosmas monachus & pro omnibus in prima Palaestina, subfcripti. Strategius diaconus & monachus monasterij S. Ioannis, & pro omnibus monachis in secunda Palaestina sub Scythopoli, subf. & porrexi. Salamines Dei misericordia presbyter & primicerius & pro omnibus monachis & archimandritis in tertia Palaestina, subf. Ilias diaconus & monachus, & pro omnibus monachis in Augustopoli tertiae Palaestinae, subfcripti & porrexi. Anastasius diaconus & monachus & pro omnibus monachis in petris tertiae Palaestinae, subf. & porrexi. Photinus monachus S. Stephani in Moaza Iamni- as, id est Palaestinae, pro omnibus qui in ipso sunt, faciens sermonem, subfcripti. Ioannes Dei misericordia presbyter monachus & ambaliator monasterij beati Maronis, primatis omnium venerabilium monachorum in secunda Syria, faciens sermonem pro omnibus archimandritis & monachis de ipsa secunda Syria, subf. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Cum manifesta sint contenta in libellis lectis secundum primum ordinem, dignentur dicere sanctissimo. & Deo amantissimi viri, qui nobiscum ex antiqua roma adfunt, si quid sciat factum propter propositam materiam. Nam haec audierunt a venerabilibus monachis petentibus. Et venerabilis Minas lectorarius & secundicerius notariorum Apostolicae sedis antiquae Romae, legit vocem, quae sic habet: Sanctissimo episcopi partium Italiae, ac venerabiliss. Apostolicae sedis diaconi, dixerunt: In quo loco vel numero Seuerus & Petrus iam dudum Apostolicae sedis decreuerunt constituta, in epistolis sanctae memoriae Hormisdae papae ad monachos secunda Syriae, & ad beatum Epiphanium huius regiae urbis archiepiscopum, ostenditur diffinitum: quarum auctoritate praestito habentes, ipsam in praesentibus actibus legendam porrigimus. Sanctissimo archiepiscopus dixit: Legatur. Et Minas venerabilis lectorarius & secundicerius notariorum Apostolicae sedis antiquae Romae, legit ex actis apud ipsos Romanos, epistolas scriptas ab Hormisdae sanctae memoriae papa antiquae Romae. Post quarum lectionem Christophorus venerabilis diaconus notarius & secretarius, interpretationem legit. Erat autem epistola per literas Latinas, cuius interpretatio per literas Graecas sic habet:

HORMISDAE EPISCOPI PRESBYTERIS, DIACONIS, & ARCHIMANDRITIS IN SECUNDA SYRIA EXISTENTIBUS, & RELIQUIS ORTHODOXIS IN QUOCUMQUE ORIENTALI CLIMATE DEGENTIBUS, & IN APOSTOLICA SEDIS COMMUNIONE PERMANENTIBUS.

LECTIS literis vestrae dilectionis, per quas inimicorum dei insipientia manifesta est, &

*Eriticoru, vel, Cretensium.

*Vualonis

for. *Hypatij

*Acumiceni

for. *Craonorum,

for. *martyrie

* Campo, for. *diac. & monac. faciens serm. &

for. *faciens sermonem p me &

* Turrium,

*Turrium

for. *faciens sermonem p me & pro

Pfalm. 73.

& infidelium furia tristis manifesta facta fuit, qui quonia in spiritu male viuentes oderunt Dominum, membra illius impie persequuntur, quantum a nostra certitudine est cognoscere, benedixi Dominum, qui fidem militum suorum in medio hostium seruauit. Et rursum Ecclesiarum commotionem, & seruuoru Dei molestias ac labores considerans, gemens secundum prophetam, clamaui: Surge Domine, iudica causam tua. Recordare opprobriorum tuorum, quae ab insipientibus sunt tota die, & caetera quae sequuntur, similiter induco. Ne obliuiscaris uocem querentium te. Superbia odientium te ascendit semper ad te. Etenim sicut oportet nos firmitate fidei seruare, ita non conuenit de iustitia diuini iudicij diffidere. Non est, fratres, hic labor Ecclesiae nouus; tamen dum in ipso humiliatur, exaltatur; & per illa, per quae depauperari uideatur, ditatur. Probatio est in fidelibus Dei, per mortem corporum, vitam lucrari animarum. Amittuntur quidem fluenta, sed acquirunt aeterna; & dum persecutio uiam facit probationi, probatio fit causa dignitatis. Stulti & in caecitate furentes, ignorant quod, quos a conuersatione hominum separare se posse putant, eos ad regnum Dei ducunt, ubi in ipsis periculis laetitiae studium certum patet. Receptor enim magnorum donorum, suscipit certamina suorum. Quis enim non frangeretur in malis, nisi per contraria praemia consolaretur? Illa est spes, quae non permittit in desperatione deficere. Excludit tribulationum amaritudinem dulcis gustus virtutum. Quisnam putaret praemia magna, futura non intelliges? Quis mortem abnegaret, nisi futurorum retributionem consideraret? State, dilecti mei, & firma cogitatione immobilem fidem seruantes, laudem patientiae, in qua est salus & brauium bonorum operum, nanciscimini & carpetis. Magna quippe sunt, ad quae indigni uocamur. Non tardet infirmitas, quoniam bonorum retributor fidelis, & potens adiutor est. Non decipiamur spe desideriorum, neque uoluptatum, neque iudicio anteposamus leuia. Non delicata, non adulatoria nobis Dominus nolter promittit. Ille praemia promittit, non otia. Non conueniunt laus & pigritia. Quis remunerationis erit modus, si nulla sit cura uirtutis? Ardua est porta, sed amplum regnum. Paucis est introitus, sed est probis. Nonne isti sunt primi, sequentes, qui (ut ille docuit) persequuntur & in synagogis flagellabunt uos? ueruntamen per patientiam (sicut scriptum est) possidebitis animas uestras. Et ne aliquando dolcamus, ipsis per impatientiam amissis, Dominus noster, patientiae suae ipse doctor primus, crucem subijit, in proprio exemplo formam praebens illis, quos adiuuare debebat. Ipse inter uirtutes & labores tenet lanceam, stans aduersus deliramenta furentia, ut ad iram persequutionis, ipse aeterni regni praebet coronas. Penfate qualis Machabaeorum exitus, quae

2. Mach. 7. & alia p totu.

TOM. 2.

luctatio tolerantibus, quae historia laudum secuta est: quali Iudas & illa fratrum caterua mortis honore praedicatur, in qualibus oribus est populus, in monte perditus. Etenim ipse uirtutes omnes, pro custodia legis sunt: & cum similitudines ac uim futurorum sint, digna fuerunt tantorum exemplorum. Nos in patribus uidemus, palpauimus, probauimus, quod sequamur, quid materiae conueniat, quod ueritati non dissonet, quid redemptori nostro debeatur. Cordialiter communicauimus uobis in his dogmatibus. Dicit enim quodammodo in loco sapientissimus Salomon: Beatus, qui praedicat uerbum inauditum. Obientium quidem laetitia est, disputatione uolentibus, & hortari ad rectam uiam eos, qui non resistunt. Tenemus enim pignus fidei uestrae, instantiam ex literis confessatam, per quam a transgressoru corruptela separati, ad dogmata & mandata apostolicae sedis reditis, licet quidem tarde ad uiam ueritatis ascendatis. Sed benedictus Deus, qui non in fine obliuiscitur, qui castigat & sanat, neque permittit oues sui uenti ouilis, in sidiatum luporum rapina dispergi. Qui etiam per temperatam austeritatem, suorum non negligit tutelam neque salutem. Sed quid miramur, si illo uino & uero derelicto pastore, astutus raptor sanguine inquinatus, insidijs oues dispersas conturbauit? Qui autem propriam tutelam dereliquerunt, ipsi se ipsos periculis, in quibus dissipantur, immiserunt. Ita ergo nunc firmis gressibus instetis uiae patrum, ad quam recurritis. Postest enim DEI misericordia uestrae mercedi computare & aliorum similiter reformationem, qui a uobis ad rectum directi fuerunt. At omnino uos ipsos euellite a caeno, in quo heretici demersi tenentur, & excutite immuniditatem pulueris qui adhaesit, generaliterque omnes, ab apostolicis dogmatibus declinantes, fidei abdicatione condemnate. Nulla quidem est comunicatio tenebris ad lucem, neque ambulantes per uiam rectam, uestigia sua cum errore declinantium coniungunt. Tenendum est uinculum fidei, recusandaque est infidelis communicationis lues, id est, pestis: quoniam secundum Apostolum, Quemadmodum qui adhaeret Deo, unum spiritus est cum eo: ita qui adhaeret meretrici, unum corpus fit. Amant adiuicem uirtutes comunione, & impietas secum demergit in profundo adherentes sibi. Ante oculos, in ore, in ipsis manibus sint patrum dogmata, quae quotidiè custodire iubemur. Ad ipsorum custodiam uenerabiles synodi nos adstringunt. Longum est, singulatim omnia demonstrare, quae in Chalcedonensi synodo sunt, in qua omnium religio continetur. Verum & diffinitioes, quae a sanctissimo Leone ex ipso apostolorum corde prolatae sunt, scire nos conuenit, & seruare in his pietatem fidei. In his propugnatores necessitatis, in his Christi cognoscitur. In his nostrae redemptionis spes & argumentum custoditur.

* morte * ipse

* obediētū

2. Cor. 6. c

1. Cor. 6. d

* hypothēs

1. Cor. 3. b

for. * declinetis, for. * errorcos aut * reprehensibiles

Leuit. 10. a for. * contaminando.

Hoc est illud fundamentum, quod in Apostolo legimus, in quo seipsum, qui decipitur, surripit: Si quis ligna, stenum, stipula, consumptibilia igni, superedificare conatus fuerit. In ipsis synodis necata sunt Eutychie & Nestorij uenena, qui quodammodo contrario inter se syllogismo contendunt, aduersus autem diuinam salutaris ministerij dispensationem sub quadam aequalitate sacrilegij concordant, inaequales sententias, & unanimes impietate. Quorum alter non uult, uirginem Mariam Dei esse genitricem: quod, quae in Domino unita sunt, diuidit: alter autem, in quantum proprietates naturarum conueniunt, & ueritates confundit, & mysterium nostrae redemptionis extinguit. Alter Photini caecitatem, alter Manichaei insipientiam impia cognatione coniungit. Contra istos, fratres dilectissimi, prouise sunt medicinae: illas cogitationis uirtute vindicate, quoniam in ipsarum euerfionem uidetis hereticos per impietatem pugnantem. Non sit in pigritia ueritas doctrinae. Quali studio oportet salutem diligere, quando uidetis mortiferam perditionem sic acceptam? Vereamur segeniter declarare leges ueritatis, cum obstinate errores defenduntur? Et auctores quidem malorum in uetionum synodicae sanctiones, quas praediximus, iustis condemnationibus insectantur. At nos etiam, ut horum sequaces declinemus, admonemus: similiter quos Apostolica sedes etiam deprehendit esse, eorum magistris & condemnatis coniunxit Theotheum parricidam, & Dioscorum & Petrum Alexandrinum, Acacium Constantinopolitanum cum eius sequacibus, similiter Petrum Antiochenum praedicto similem errore & nomine. Item etiam Seuerum ipsius loci ac ueneni, Xeneam Hierapolitanam, Cyrum Edissensem, Petrum Apamearum, non solum pro propria, uerum etiam pro aliorum condemnandos perditione. Qui inquam seipfos fordidibus propriis uniois incessanter inuoluunt, alios similiter, qui secuti sunt ipsos, in dicendo contaminauerunt. Per generale salutare mandatum uos moneo, quodcumque aduersariu canonibus patrum, ex quibuscunq; actis prolatum, nullis uos incommodis, mandatis uel nouis diffinitionibus innouet: si quidem seculares sunt, & non possunt ecclesias retinere, quoniam his conuenit doceri magis, quam docere. Nefas enim est, uenerabilibus altaribus noua offerre libamina: quoniam pijs scientijs claras diffinitioes in ipsis procerum propriis honoris praescripserat inter Leuitas, & proprium populi ministerium diuisit, (alia est hominum potestas, & alia sunt sacerdotum officia) cocitauit magis Dominum, quam placuerit, qui alienum ignem in diuinis adytis obtulit, sacra contaminauit. Quis est, qui in alienis sanctionibus iubendi auctoritatem sibi ipsi assumere potest? Etenim nullum dubium est, eum punire fuisse in

TOM. 2.

templo pro solo conatu ministerij, qui honorem non debitum protulit Ozias, nec in religione & ministerio permansit. Si autem motus exemplo tate increpationis, a sacris ordinationibus timuisset iubendi auctoritate sibi ipsi assumere magis, quam aduersus ista praesumpisset, melius utique regnasset: sed quoniam, neque prohibentibus templi procuratoribus, sedulus transgressor non destitit, in ipsis altaribus abominabili lepra percussus, ministerium regni perdidit, officium sacerdotis inuadens. Cognoscant itaque non esse DEO accepta, quae ex ipsius mandatis a praesumptuosis subripiuntur: quod uerum ad ostensionem sententiae punitionis magis in ornatis lepra seruauit, alios uelox flammis consumpsit. Idcirco si aliqua sunt aliquo colore religio his suscepta, uim habere non possunt tot auctoribus obuia. clamat Paulus apostolus: Et si nos, uel angelus de caelo euangelizauerit uobis, praeter quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Et quia non sufficit semel hoc dixisse, accedit & secundum mandatum: Sicut praediximus, & iterum modo dico, si quis uobis euangelizauerit, praeter quod accepistis, anathema sit. Custodit enim prolata pro custodia fidei sententiam, si quis apostolicam sequitur doctrinam. Et nobis quidem cura relicta est. Etenim duplicis legationis officium est, si quid in deprecationibus humile, si quid in causis iustum, si quid in mandatis sanum sustulimus. Sed non propter hoc negligenda est uia iustitiae, quoniam infidelitas proprios errores cum iniustitia amat, non potest coniungi cum lapsu cadentium sine nostra luce: percat, a proprijs impietatibus non declinantes, neque errore flagellato. Et altera manu: Deus uos sanos custodiat, filij dilectissimi. Data 4. Idus Februarias post consulatum Agapeti clarissimi.

EPISTOLA HORMISDAE AD Epiphanium Constantinopolitanum.

Hormisdas Epiphanio episcopo Constantinopolitano. Magna gaudia impletus sum, quoniam circa pacem Ecclesiae, & sanctissimi Imperatoris & tuae dilectionis tale est studium, quale per literas intimasti, & per meorum legatorum depositionem cognoui. Clara enim caelestis misericordiae demonstratio procedit, quando reges seculi causas de fide cum gubernatione politica coniungunt, & ecclesiarum duces conferentia ad propriam dispensationem memores officij implent. Talibus directoribus indigebat Christiana religio post procellas discordiae, qui prouidentissima dispositione, conquiescentibus turbibus, pacem diu peregrinatam, extra posita hyeme, reducerent. Et post haec in futura secula proprii propositi exemplaria extendentes, sibi ipsi adscribi indubitanter ostendent, si quid Deo placitum posterius ab ipsorum imitatione faceret. Benedicamus

OO Domi-

i. magne dei formitatis

Galat. 1. d

Ibidem.

for. * armat, nec

Hec epistola, alio serprete habetur inter decreta eiusdem papae superioris posita.

Dominum, fratres, qui diebus nostris hoc fieri donauit, & omnibus orationum ac sollicitudinum virtutibus firmemur, ut quae per Dei cooperationem bene principiata sunt, ipso adiuuante, in omnibus adimpleantur. Spes enim est, quod ad compaginem proprii corporis & reliqua etiam adhuc diuisa membra studebunt, & à maioribus minora non dissonabunt. Ad quod quoniam me tua affectio studio Christianae dilectionis inuitat, debet id, quod excitas, sequi: & quod diligenter, complecti. Similem ergo fidei curam gerentes, per piam patientiam aequale praemium boni operis egressu speramus. Neque enim difficultatibus est cedendum, neque asperitatibus fides fatigatur, neque ad altitudines celorum per decliuum quis extenditur, neque sine laboris exercitatione quis sit remuneratione dignus. Idcirco, ut non deficiamus bonum facientes, proprie admonemur. Etenim beati (sicut testatur psalmista) qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam omni tempore: quoniam non principium laboris retributionem praemij inuenire consuevit, sed finis. Itaque ergo aequale studium & curam suscipiamus, quibus una est in comunione & fide amicitia, ut quemadmodum de Ecclesia Constantinopolitana Apostolicae sedi unita, aequaliter in Domino exultamus: sic & de aliarum restitutione (sicut affectuose admones) curamus primum, ut fidem ac perfectionem nostram, immaculatam ab omni contaminatione seruemus. Etenim scis, frater honorandissime, quales nexu Ecclesiasticam concordiam seruauit, qui ab haereticorum infidijs nos custodiunt, & per quos canonum autoritas seruatur. His in proprio robore omni attentione seruatis, fanitas speratibus afferetur. Habet enim Ecclesiasticorum canonum ordo, & ipsius iustitiae forma, ut iusta cura benignè ac fideliter speratibus non negetur. Neque quis est ita à clementia separatus, quem non slectat à durtia vinculi purae simplicitas. Sed ut tute hoc, & sine redargutione vel alicuius erroris palliatione, valeat peruenire, dilecte frater, personam meam in hoc te oportet subintrare, scientem, in huiuscemodi materijs (sicut praedictum est) quid faciendum sit, quid custodiendum: sicque omnia prouidentem, ut non dubites de hac dispositione rationem reddere Deo. Ita quidem, ut literae vestrae significant, eos, qui nobis communionem coniunguntur, tales esse, qui per nos sedi Apostolicae nostris literis misceantur, & ea quae continentur in libellis, quos producerint. Sic enim ab errore Seueri, & huic coniunctorum ac similium liberabuntur, & damnum eorum, qui sanari non poterunt, sustinemus. Idcirco vobis imponere censuimus, ad vestram diligentiam onera nostra transferentes: quoniam non paruas probitatis ruz iam demonstrationes dedistis haereticis, obijciendo, ut non oporteat

Galat. 6. b

Psalm. 107.

prouenire

TOM. 2.

de isto dubitare, assumere simul sanationis curam, cui contingit probum ostensum fuisse. Accingite auctoritatem iustitiae, & sic erga supplices humanitate mollificemini, ut manentes in haereticorum contaminatione, vel eos, qui innocentiam simulant, & cum nostris sola voce concordant, ab istis feceratis, pro quorum restitutione cura & prouidentia est ab Ecclesia. Neque enim erga istos expedit ecclesiasticam mitigare austeritatem. Non ergo erunt conferenda bona misericordiae propter necessitatem prouidere videntium, si indistincte erunt communia bonis & malis. Et quoniam tua dilectio Hierosolymitarum similiter memoriam in suis literis facere censuit, quorum ad nos etiam quaedam professio allata est, necessarium putauimus etiam legere, quae scripta sunt, & respondere *αὐτοῖς*, si aliqui sanctorum patrum formas custodiunt, si illius fidei fundamenta venerantur, & si à definitis per ipsos, spiritu sancto compungente, non recedunt. Sic enim sunt perfecta, ut additione non indigeant: & tam bene firma, ut propterea sint immutabilia, cum per ipsa, omnia haereticorum deliramenta absorpta sunt. Neque enim Chalcedonense synodo aliquid utile pertransiuit, quod quicumque diligentia praecogitari potuit, quae acceptorum similiter dogmata vel lucidius declarauit, vel reassumpsit, & auctoritate confirmauit, & proprium quoddam aduersus Nestorium & Eutychem reassumpsit certamen, altero quidem Domini nostri Iesu Christi deitatem à carne separante, & propter hoc sanctam Mariam Dei genitricem enunciare declinante, altero vero veritatem carnis in Domino recusante, cum Dominus noster Iesus Christus, hic filius Dei sit, qui & ipse homo, una persona in duabus naturis & deitatis & carnis, neque naturis in vnione confusis, neque tanquam quarta persona addita Trinitati, sed ipse filius dei ex inaniuit seipsum, & formam serui accepit. Ideoque vnam & non diuisam confitemur Trinitatis substantiam, & tamen propriam proprietatem scimus vniciusque esse personam, vnam enim patris confitemur esse personam, vnam filij Dei cum assumpta carne, vnam spiritus sancti, & personas proprietatibus significantes, & per vnitatem substantiae inseparabile Trinitatis mysterium confitemur. Neque enim possibile est dubitare, verbum Dei in visceribus matris per carnem humanam assumpsisse naturam, & non diuisam post vnionem naturarum ab ipso factam in vulua. Sicut enim non est in ipso humanitas sine Deo facta, sic in cruce impassibilis Deitas non est carnis passione diuisa. Quod virginis partus, & inuolabilis foecunditas, ac eximia à mortuis resurrectio, atque in caelos ostendit ascensio: haec, sicut à patribus definita sunt, seruent, credant, & neque diffinenda transgrediantur. A qua semita declinantes, ipsi sibi ipsi nebulam dubitationis circum-

*remittere

Philip. 2. a

*significatur

circum-

1. Cor. II. c

*missos

*sanctissimi
mum ar.

circumfundunt. Nobis autem illud Apostolicum respondere contententibus necessè est: Nos huiuscemodi consuetudinè non habemus, neque Ecclesia Dei. Haec idcirco per breuiam scripturam, quia non conuenit dubitare de rebus & fide sepius diffinitis. Et omnino superflua est allegatio, quae adducitur praeparatis, cum de hac re apud humanissimum & gloriosissimum Imperatorem filium nostrum non pauca significauerimus. Et quoniam de Hierosolymitanorum professione respondimus, & hoc subiicimus horum salutis gratia, quod conuenienter additur: ut si catholicae Ecclesiae desiderat vnionem, propriae professionis texturam in scripturis indicatam, quam nostris legatis in Constantinopoli degentibus attulerunt, per proprios nuncios ad nos mittat, vel vestrae fraternitati dent, ipsa quidem (sicut dixi) virtute conscriptam, quae ad vos omnibus modis per nostram informationem portabitur. De Theofalonicensibus enim, quorum ad nos legati per informationem fidelissimi ac gloriosissimi Imperatoris filij nostri venerunt, ut nihil reliquisset videamur, volumus secundum ea quae Domino nostro Iesu Christo inspirante placuerunt, totam causam vestrae considerationi tractandam, & si, quod oportet, impleuerint, formandam committere. Haec cum per fratrem & coepiscopum nostrum venerabilem virum Ioannem, ac per filios nostros Heraclianum presbyterum, & Constantinum diaconum, ecclesiastici honoris dignos, pertinentia ad causam, scripsisse sufficiat, delectati sumus, nos inuenisse aequalem dignitatem, & primum propositum in viro nostri ordinis, & cum mandatis legationibus prudentiae & moribus consonantia. Optanda profectò res est, & gaudium plena, ut quos contigit esse consortes communionis, & ordinis iudicio comprobati sint. Et altera manu: Deus te sanum custodiat, frater venerabilissime. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Nunc venerabilissimi notarij sanctissime ecclesiae nostrae, si quae chartae sunt apud eos, praesentem causam cernentes, ipsas nobis manifestas faciat. Et productis chartis per venerabilem Cosmam diaconum, notarium & chartophylacem, Macarius venerabilis diaconus & notarius, libellum ex persona clericorum Theopolis, & relationem synodi ibidem in regia vrbe congregata, vtrunq; ad Ioannem inter sanctos archiepiscopum ipsius regiae vrbis, legit. Et Calonymus venerabilis diaconus & notarius, ex codice epistolam ad Ioannem sanctae memoriae archiepiscopum Hierosolymorum, & ad Epiphanius praememoratae Tyriorum episcopum, legit. Insuper etiam & epistolam missam ab ipso Ioanne Hierosolymorum episcopo, & à synodo sua ad sanctum Ioannem, legit. Et Stephanus venerabilis notarius & diaconus, relationem missam ab Epiphanius Tyrio & synodo sub eo

congregata, legit. Et Paulus venerabilis notarius & diaconus, relationem cum gestis definitam ab episcopis secundae Syriae, ad sanctissimum Ioannem archiepiscopum regiae vrbis, quae omnia inserta fuerunt.

SUPPLICATIO CLERICORUM & monachorum Antiochiae, ad Ioannem patriarcham & synodum congregatam, contra Seuerum.

Sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo oecumenico patriarchae Ioanni, & sanctae synodo congregatae, supplicatio à clericis & monachis Apostolici throni Antiochena magna ciuitatis catholicae sanctae Ecclesiae Dei. Nunc est, si quoad fuit tempus, beatissimi patres, omnes orbis sanctas Dei ecclesias, tanquam ex vno ore propheticum illud clamare: Letentur celi & exultet terra, & omnia quae in eis sunt, quoniam misertus est Deus populi sui. Quod enim sceptrum Romanorum pijs & à Christo amatis Imperatoribus sint commissa, sic & libertas ac fiducia orthodoxam religionem colentibus donata sit, quomodo non merito persuadet fidelibus hanc vocem clamare? At in tam communi festiuitate orbis, vna ex omnibus, vel admodum cum paucis, ecclesia Antiochena maestitia & luctu impleta est. Lupum enim pro pastore (nescimus quomodo) suscepit, & affigitur. Quam enim tragœdiam non excefferunt ac superârunt mala, attentata à Seuero? Qui primum quidem (ut quomodo vixerit, praetercaamus, vestris auribus parentes) nulli vnquam ecclesiae communice videtur, deinde cum calumniae sagittis sagittauit, & praeparauit exagitare iustissimum pastorem Flavianum, beatissimiq; illius sedem violenter & contra canones subripuit, & inde ad instar mercenarij, non solum non pauit ouile Christi, neque fugit, quod amandum erat, sed ipse operabatur ea quae ferarum sunt, oues iugulando & dispergendo. Nouitates autem & blasphemias aduersus Deum lingens, nulli sanctorum patrum pepercit: perseuerat enim tota die, sic dicendo, abdicans synodos pro pietate congregatas. Nam sanctam Chalcedonensem synodum anathematizare & impugnare ausus est, quae maximè firmavit symbolum trecentorum xvij sanctorum patrum, quae etiam suscepit centum quinquaginta sanctos patres, in super etiam & similiter sanctos patres, qui in Epheso contra impium Nestorium conuenerunt. Bene manifestum est, quod & praedictas auertit & odit tanquam huius sorores: & quot quidem homicidia sanctorum monachorum fecerit, & cum manibus Iudaicis huiusmodi iugulationem iniunxerit, neque nos, sanctissimi, neque aliorum aliquem lauit. Dirum enim spectaculum fuerunt iacentes viri, qui religiosi certaminibus vsque ad can-

Psalm. 95.

OO 2 item

TOM. 2.

tiem tertaerunt, nudi & insepulti iactati, ultra trecentos existentes, ex secunda Syriorum prouincia nati, canibus & auibus lacerandi, proiecti. Similia autem & similiter miseranda sunt, & quae in xenodochijs, id est, hospitalibus ab ipso facta sunt. Vincula enim aedificat nunc, & ita multos pro fide incarcerando, in tenebris & flagellando interficit. Talia, sanctissimi, & circa Fotes in Laurò facere praesumpfit, & ueneficijs ibidem utens, scelestis sacrificijs demones colit, & hactota illa magna ciuitas cantat. Neque utique ipsi sanctis altaribus pepercit, neque sacris uasis parcens, alia autem confians, similibus suis erogat. Praesumptum est autem ab ipso & hoc, o beatissimi: nam columbas aureas & argenteas, in formam spiritus sancti super diuina lauacra & altaria appensas, una cum alijs sibi appropriauit, dicens, non oportere in specie columbae spiritum sanctum nominare. Pecunias quidem & domos, & quaecumque in optimis fundis erant, exportauit & expendit, & grauissimis uisuris Ecclesiam obruit. At, beatissimi patres, non est possibile omnia percurrere, quae ab illo praesumpta fuerunt. Ideo his paucis & magnis contenti, deprecamur uestram sanctam synodum (etli serò quasi) sedare mala, quae nostram Ecclesiam occupant & totum ferè Orientem, & ab isto nequissimo viro nos liberare, exacta ab eo poena eorum, quae contra diuinos canones & politias legis fecit: prouidentiamque facere de his rebus, quae relicta sunt, si quid remansit, persuadentes pijsimo ac inuictissimo principi, ut mittat aliquos bonis moribus comprobatos, aliquo ex nostris simul ueniente, qui rebus superstet, ut teneant, & rationem exigant de his, quae à principio usque nunc fecerunt: & ad multa, quae ipsi furati sunt & custodiunt, quae inuenientur, ne totaliter omnia exportentur. Non enim cessat bonus homo aduersus ea quae sunt Ecclesiae Dei, ea quae ipsi Ecclesiae conferunt, dissipando. Cum enim meritò ab omni spe Dei ceciderit, ad viros iniquos, à quibus nutritur, spem habet. Rogamus etiam oratores mittere & pro fratribus nostris, siue episcopi sint, siue clerici, vel monachi, aut laici, ut relegati restituantur proprijs ciuitatibus & ordinibus. Insuper in his omnibus veniam petentes propter dolorem nos occupantem, adiuramus uestram beatitudinem, per sanctam & consubstantialem Trinitatem, & pietatem, ac uictoriam, & perseuerantiam dominorum totius orbis Iustini & Euphemiae semper Augustorum, moueri, & nobis opportunè succurrere, & non despicere supplicationes nostras. Adducere autem & haec omnia ad pios & Christianos Imperatores nostros, & persuadere ipsorum serenitati, ut omnia bona sanctiss. ecclesiae nostrae, per ipsorum & uestram consequantur prouidentiam.

¶ Theodosius Dei miseratione presbyter TOM. 2.

in eiusmodi coluba Eu- charistiam asseruauit Basilius Magnus, teste Amphilo- chio.

* adhuc

i. pijsimus

Antiochia, porrexi. Longinus diaconus similiter porrexi. Stephanus diaconus similiter porrexi. Mauricius subdiaconus similiter porrexi. Iulianus Dei miseratione diaconus similiter porrexi. Thomas Dei miseratione diaconus similiter porrexi. Ioannes dei miseratione presbyter similiter porrexi. Andreas similiter porrexi. Iulianus similiter porrexi. Marcellus diaconus similiter porrexi. Sergius misericors similiter porrexi. Moses Dei gratia presbyter similiter porrexi. Ioannes *ἁγιογένης* similiter porrexi. Ioannes monachus monasterij B. Maronis, porrexi. Iacobus monachus B. uiri, similiter porrexi. Constantinus monachus ambasciator sanctae memoriae Asterij, similiter porrexi. Nonius diaconus monasterij B. Pauli, similiter porrexi. Salomon monachus monasterij B. Valētini, similiter porrexi. Simeon monachus monasterij B. Agapeti, porrexi. Sergius monachus monasterij B. Simeonis, porrexi. Alphius monachus monasterij B. Iacobi, porrexi. Felix monachus beati Ioannis, porrexi. Simeon monachus monasterij Iugaporum beati Pauli, porrexi. Paulus monachus monasterij beati Isychij, porrexi. Dominicus monachus monasterij beati Dorothei, porrexi.

RELATIO AD IOANNEM patriarcham à synodo congregata.

Domino nostro sanctissimo & beatissimo patri patrum, archiepiscopo & oecumenico patriarcha Ioanni, synodus in hac imperiali ciuitate congregata, in Domino salutem. Cum Deus omnium Dominus, pro commodo orthodoxae fidei, & stabilitate catholicae ecclesiae, praeterita Dominica & feria secunda, expleta Missa in sancta Dei Ecclesia huius regiae urbis, una uoce mouit innumerablem & infinitum populum, & ad hoc diuino zelo accendit plurimum & sedulo, petere uestram beatitudinem ascendere ambonem, & exclamare pro recta fide, per qua semper agonizastis, & agonizatis, & cum hoc fecistis, factae fuerunt (ut dictum est) exclamationes plurimae ac continuae populi, uos laudantis pro orthodoxa fide, & patres praedecessores nostros expulsos restitui expetentis. Cum autem uester nūcius totum nostrae examinationi tradiderit, & opportuna considerare madauerit, necessarium putauimus, quae sequuta sunt, & à nobis formata, per relationem primum uestrae beatitudini annūciare, & tunc per uos pijsimo & potentissimo Imperatori nostro manifesta statuere. Sunt autem haec: Vicesima instantis mensis Iulij, indictionis 11, consulatu Magni clarissimi uiri, uniuersus monachicus ordo huius à Christo amatē imperialis ciuitatis, qui ex diuersis monasterijs conuenit, hic quidem archimandritarū, alius uero reliquorum libellos porrexit huic omni congregatę nostrę synodo: petieruntque ipsos legi, & capitula in eis cōtenta, examinata à nobis

for. ἐπὶ τοῦ

* Isychij

bis fini tradere, immò uero sub forma synodali ponere. Cum itaque ipsos libellos legeremus, quos & subordinauimus formae praedictae hae continere, in ipsis legimus primam petitionem libelli, habetis, ut sanctae memoriae Euphemius & Macedonius expulsus, & in exilio mortui, iuste & canonicè reuocentur, & tradatur catalogo praedecessorum archiepiscoporum, in Domino ibidem quiescentium, omnibus uacuis manentibus, quae cōtra ipsos quando cum quae facta fuerint: ponanturque in sacris diptychis ipsorum uocabula, secundum quod omnis populus & monachicus ordo, sedulo & multum exclamauit. Nos autem ordinem optatum petitioni imponere studentes, quae huiusmodi facta in ipsis. Et cum cognouimus per lectionem, quod plurima horum neque cum diligentia prouenerunt, neque fideliter, neque per iustitiam memorati patres electio nem sustinuerunt, neque tanquam aliquid amouerint de his, quae in recta fide seruabatur: necessarium putauimus, petitioni totius populi simul cum mulieribus & pueris, ac totius dignitatis ac militiae, atque etiam monachici ordinis, sedulo clamantium, secundum exhibitos libellos cum omni ueritate satisfacere, ut secundum quod sanctae memoriae Paulus & Ioannes ac Flauianus patres huius regiae urbis reuocati fuerunt, sic & ipsi eiusdem honoris in sacris libris memoria digni facti sint. Quae ergo considerauimus & reformauimus, honestum existimauimus ad uestram beatitudinem deducere, & per ipsam pijsimo Imperatori nostro. Secundum capitulum in libellis continebatur, ut pro propter causam praedictorum patrum (Euphemij dicimus, & Macedonij) banniti fuerant & fugati, reuerfi restituantur proprijs gradibus. Quoniam igitur iusta petitio est, & primè consequens, deliberauimus, ut praedicti adiuuentur, & adducantur, ad pijsimum & serenissimum Imperatorem nostrum. Tertium capitulum in petitione continebatur, ut pro maiori scripturarū auctoramento, sancta & magna synodus 318. patrum congregatorum in Nicea, qui sanctum symbolum fidei diffiniuerunt, & exclamarunt, in quo baptizati sumus, & baptizamus, & quae in Constantinopoli sub Nestario sanctae memoriae congregata est, & praedictum sanctum symbolum 318. patrum confirmauit, ponantur in sacris diptychis. Quoniam igitur honesta petitio est, (quod enim pro utilitate Ecclesiastici status factum sit) dignum iudicauimus, iuxta exclamationes populi, & acclamationem uestrae beatitudinis, & secundum porrectum libellum à uenerabilibus archimandritis & monachis, ipsas sanctas synodos in diptychis praedicari.

Quartum capitulum in petitione uenerabilium monachorum continebatur, ut nomen sanctae memoriae praesulis Romanorum Leonis, in sacris libris similiter praediceretur, iuxta quod exclamationes populi supra & se-

TOM. 2.

dulo facta sunt. Quoniam igitur Chalcedonensis synodus non solum Leonis sanctae memoriae, uerum etiam & Cyrilli Alexandrinorum à Deo amati pastoris memoriam in orthodoxa fide fecit, & Cyrillus quidem Alexandrinus in diptychis praedicatur, Leo autem sanctae memoriae non praedicatur: iustè putauimus, ut quod deficit, suppleatur. Et qui aequaliter ab hac sancta synodo pro statu orthodoxae fidei honorati sunt, similiter & in sacris diptychis pro utilitate & pace Ecclesiae praedicentur. Quintum capitulum in ipsis petitionibus continebatur, ut attentata contra sanctam Chalcedonensem synodum, rememorètur, & blasphemata uerba contra ipsam (Seuerum dicimus, qui est in Antiochia) in diptychis & perperam, plura, anathemati subiiciantur, sicut sedulae exclamationes populi factae sunt. Quoniam igitur oportebat & de isto formam conuenientem ecclesiastico statui proferre, necessarium iudicauimus, primum blasphemata uerba in medio totius synodi legi ad redargutionem eorum, quae ab ipso praesumpta fuerunt. Habent itaque sic de uerbo ad uerbum attentata, & blasphemata ab ipso aduersus sanctam synodum: Quae à synodo eo tempore in Chalcedona congregata, formata fuerunt ac stabilita, & eos, qui pro ipsa pugnant, anathematizamus. Haec est illius scelestae uocis blasphemata: sed non solum immanis haec, uerum etiam alia plurimae blasphemiae in libris ipsius proclamantur in hac regia urbe, quibus orthodoxae amatorum incidentes, deridēt ipsius phrenesim, qui spurie fertur. Quoniam igitur hoc accusatum, habet redargutionem non solum ex praedicta uoce, sed ex eo quod scriptum est, & ex alijs plurimis blasphemijs turpissimae ipsius linguae contra hanc sanctam synodum, idcirco hunc iuste perpetuo anathemati & nos submittimus, omni honore, nomine, dignitate, & operatione, Christiano aut hieratico conueniente, uel conueniente uolente, priuantes, & nudum diuinae communionis secundum ecclesiasticos canones statuentes, contra quos & blasphemare ac calumniari sanctam Chalcedonensem synodum conatur est, quae specialiter signauit symbolum 318. sanctorum patrum, qui in Nicea conuenerunt, & quae immotum ac immutatum ipsum existere praedicauit, sicut & sancti patres, qui in Constantinopoli, & qui in Epheso conuenerunt, similiter confirmauerunt, cum quibus & sancta Chalcedonensis synodus similia defendit, respicere ubique hoc iussit. Quapropter non solum tanquam blasphemum, sed & tanquam calumniatorē, & omnibus sanctis synodis per istam synodum iniuriatē, praedictum Seuerum omni honore destitutum esse statuētes, anathemati subiecimus. Haec à nobis examinata & formata, ad sanctum nuncium tuae beatitudinis festinatè exarauimus, & propria manu sub-

for. per Seuerum (eum dicimus)

OO 3 scri-

scripsimus, & afferri subordinauimus exhibitos vobis libellos ad agnitionem veritatis, vt & hac per vestram beatitudinem veniant ad potentissimum & serenissimum Imperatorem nostrum, & ad pijsimam & ad DEO amantissimam Augustam, & ad gloriosissimū ipsorum ac magnum senatum.

SVBSCRIPTIONES.

Theophilus episcopus Gnidi, subscripsi relationi. Stephanus episcopus Nicomediae, subscripsi relationi. Basiliscus episcopus Cyzici, subscripsi relationi. Anastasius episcopus Nicaeae, subscripsi relationi. Martianus episcopus Chalcedonenſis, subscripsi relat. Theodotus episcopus *Gangrinorum metropolitani, subscripsi relationi. *Ipatius episcopus Claudjopolitanorū prouincia Honoriadis, subscripsi relat. Dominicus episcopus Tyaneus secundae prouincia Cappadociae, subscripsi relat. Ioannes episcopus Claudjopolitanorum regionis Iſaurorum, subscripsi relat. Scholaſticus episcopus Nazianzi, subſ. relat. Ioannes episcopus Boſphori, subscripsi relationi. Pythagoras episcopus Sinopeorū prouincia Helleſpontiorum, subscripsi relationi. Andreas episcopus Teorum Honoriadis prouincia, subſ. relat. Theodorus episcopus ecclesiae Adrianopolis ciuitatis Honoriadis prouincia, subſ. relationi. Thalaſſius episcopus Doryleis, subſ. relat. Dorotheus minimus episcopus Coorum inſulae, subscripsi relationi. Ammonius Dei permissione episcopus Abydenorum, subscripsi relationi. Eustathius episcopus Philadelphiorum ciuitatis prouincia Lydorū, subſ. relat. Plato episcopus Cratianorum ciuitatis, subſ. Phocas episcopus Dardani, subſ. Arſantius episcopus exiguus Nicopolitanae ciuit. Myſiae ſecundae, propria manu subſ. Dominicus episcopus nouae Caesareae, prouincia Bithyniae, subſ. Ioannes episcopus Phanagoriae, subſ. reiat. *Acyla episcopus ciuit. Prymneſiorū, subſ. Stephanus episcopus ciuit. Anastasio-polis Phrygiae Pacatiana, subſ. Pelagius episcopus ciuit. Azanitorum, subſ. Ioannes episcopus Gangrorum prouincia Aſſe, subſ. Dominicus Baſilinopolis ciuit. subſ. Ioannes episcopus Commaeorū ciuit. regionis Pamphyliorum, subſ. Ioannes episcopus Metropolitanæ ciuit. Piſidiorū regionis, subſ. Photinus episcopus Homonadorū ciuit. regiois Pamphyliorū, subſ. Conon episcopus Adrianę ciuit. subſ. Mamas episcopus Ariarſorū ciuit. prouincia Phrygiae, subſ. Macedonius episcopus Eleuſorū, subſ. Martianus episcopus ſanctiſſ. ecclesiae ciuit. Maranae, subſ. Antipatrus episcopus Trapezūtinus, subſ. relat. Gorgonius episcopus *Vadate, subſ. Phortius episcopus Eudoxatorū prouincia Lyciorū, subſ. Ioannes episcopus Olympi prouincia Lyciorum, subſ. Nicolaus episcopus ſanctę Dei ecclesie Rhodiapolitarū prouincia Lyciorū, subſ. Paulus episcopus Caesareę Bithyniae, subſ.

*Hypatius

for. *Acylas aut *Aquila

*Valada

LIBELLVS MONACHORVM ad congregatam ſynodum, cui annexae ſunt & quatuor ſynodi, vt in ecclesia predicatae ſunt.

DEO amantissimis & ſanctissimis patribus Episcopis, Theophilo, Baſiliſco, Anaſtaſio, Mariano, Theodoro, *Ipatio, Theodoro, Ioāni, Pythagorę, & reliquae venerabili ſynodo in regia ipſa ciuitate ab Alexandro, Cōſta, Diogene, Euiſthio, Antonio, Acacio, Ioāne, Domno, Leontio, Ioanne, Polychronio, Anatolio, Martyrio, Pominico, Iuliano, Alexandro, Iacobo, Chriſtino, Ioāne, Baſilico, Babylo, *Ipatio, Marco, & à ceteris presbyteris & archimandritis venerabilium monasteriorum in à Deo amata imperiali ciuitate conſiſtentium, & totius monachici ordinis.

*Hypatio

Vram equidē geſiſte veſtra ſanctitas reſtae fidei, & alterius bonae ordinationis ſanctiſſimarum Eccleſiarum etiā ante noſtram petitionem nouam: ſed quia & noſ oportebat partem eſſe eorum, quae ad gloriae Dei expediunt, neceſſarium putauimus, primum reſtricti intentioni ſanctitatis veſtrae, & pio zelo inuiſtiſſimorum Imperatorum noſtrorū: deinde ſic praſentem innuere petitionem, per quam noſ omnes, & per noſ reliquos venerabilium monachorum catalogus, veluti ex vna ſentētia petimus, vt ea quae bene & vtiliter mota ſunt in ſanctiſſima magna Eccleſia huius regiae vrbiſ à ſideliſſimo populo, & acclamata ad ipſum Chriſto dilectum populum à ſanctiſſimo per omnia archiepiscopo noſtro oecumenico patriarcha Ioanne, ipſa per vocē ſanctiſſimae veſtrae ſynodi in ſcriptis authoritatem accipiant, & ſanctae memoriae patres noſtri, qui (neſcimus quomodo) expulſi fuerūt, videlicet Euphemius, & Macedonius, in praſenti iuſtē & canonicē reuocentur, & tradantur catalogo praedecessorum archiepiscoporum, ibidem in Domino quieſcentium, ceſſantibus omnibus, quae quando cunquē aduerſus ipſos facta fuerunt. Quod quae addatur in ſacris libris ſimul cum ipſis & venerabile nomen Leōis Romanorū archiepiscopi, quod omnium maximum eſt, eō quod omnes ad rectam ſidē excitauit. Petimusq; vos ſanctiſſimi, vt & ſanctę ſynodi pro tempore congregatę fide, ponantur in ſacris libris, hoc eſt, Nicena, quae exclamauit ſanctum ſymbolum, in quo baptizati ſumus & baptizamus, & Conſtantinopolitana, quae ipſum cōfirmavit, & Ephesine, q; ſimiliter confirmavit, atq; etiā Chalcedonenſis, quae ſimiliter ſignauit. Insuper etiā rogamus addi & hoc, vt & Senerus impius, qui cōtra eccleſiaſticam ordinationē dicere auſus eſt anathematizetur. Similiter autē expetimus, vt & episcopi, clerici, archimandrita, monachi, & laici, expulſi propter cauſam praedictorum ſanctorum episcoporum, per

per noſtram legationem factam ad ſanctiſſimum archiepiscopum, veſtrum oecumenicū patriarcham Ioannem, & ad pijsſimos ac inuictiſſimos Imperatores noſtros, reuocentur & reſtituantur proprio ordini. Et vt in multitudinem ſermonum non extendamus ſupplicationes, rogamus, & exclamationes totius à Chriſto dilecti populi, & acclamationes factas in praedicta ſanctiſſima magna ecclesia ab ipſo ſanctiſſimo archiepiscopo & oecumenico patriarcha, p; ſacrā vocē veſtrā & ſubſignationē, ac pia formationem inuictiſſimi Imperatoris noſtri cōfirmari. Exclamatōes verō & acclamationes ſubordinauimus.

SVBSCRIPTIONES.

Alexander Dei miſeratione presbyter, archimandrita, & primas venerabilium monasteriorum, manu mea subscripsi. Conſtans presbyter & archimandrita monasterij ſancti Diij, subscripsi. Diogenes presbyter & archimandrita monasterij ſancti Thalaſſij Anipoditorū, subscripsi. *Eueſthius diaconus & archimandrita monasterij *Acimitorū, subscripsi. Ioannes presbyter ſanctiſſimae magne ecclesie, & prior S. Eusebij, subscripsi. Antonius presbyter & archimandrita monasterij Abraamij, subscripsi. Acaci⁹ presbyter & archimandrita monasterij ſancti Dominici, subscripsi. Domnus presbyter & archimandrita monasterij ſanctae memoriae Iob, subſ. Ioannes presbyter & archimandrita monasterij ſanctae memoriae Manuēlis, subscripsi. Leontius presbyter & archimandrita monasterij S. Tryphonis, subscripsi. Ioannes presbyter & archimandrita monasterij de Conſta, subscripsi. Polychronius presbyter & archimandrita monasterij ſancti Michaelis in Ethrio, subscripsi. Sophronius presbyter & archimandrita monasterij vocati in Calamo, subscripsi. Anatolius presbyter & archimandrita monasterij Aſterij, subscripsi. Martyrius presbyter & archimandrita monasterij ſancti Baſiani, subscripsi. Dominicus presbyter & archimandrita monasterij cognominati Syriorum, subscripsi. Iulianus presbyter & archim. monast. S. Phocae, subſ. Iacob⁹ pref. & archim. monast. Romanorū in Petrio, subſ. Chriſtinus presb. & archim. monast. ſancti Theodori, subſ. Ioannes pref. & archim. monast. Studij, subscripsi. Baſilius presbyter & archimandrita monasterij ſanctę Euphemie Olymprij, subscripsi. Babyas presby. & archimandrita monast. ſancti Danielis in Stylo, subscripsi. *Ipatius presbyter & archimandrita monasterij Olympij, subscripsi. Marc⁹ presbyter & archimandrita monasterij Hieruſalem, subscripsi. Dominicus presbyter & archimandrita monasterij Anaſtaſij in Ago-go, subscripsi. Sophronius presbyter & archimandrita monasterij Theodori Aegyptij, subscripsi. Ilias presbyter & archimandrita monasterij ſancti Euphemij, subscripsi. Rabulas presbyter & archimandrita monaste-

*Acumiceū

*Hypatius

rij nominati ſanctae memoriae Iliæ, subscripsi. Andreas presbyter & archimandrita monasterij nominati Dominici, subscripsi. Ariſton presbyter & archimandrita nominati Epiclini Ioannis, subscripsi. Coſinius presbyter & archimandrita monasterij Cyri in Elebicho, subscripsi. Timotheus presbyter & archimandrita, subscripsi. *Corilus pre. *Corylus sbyter & archimandrita monasterij Theodoti, subscripsi. Dorotheus presbyter & archimandrita monasterij Theodori, subscripsi. Zoticus presbyter monasterij ſancti Andree prope portam Saturinam, & archimandrita, subscripsi. Pantaleon presbyter & archimandrita monasterij dicti Benantij, subscripsi. *Ipatius presbyter & archimandrita monasterij Charitij, subscripsi. Eugenius presbyter & archimandrita monast. ſancti Georgij in Xerocero, subscripsi. Eutychi⁹ presbyter & archimandrita monasterij Lycaonorum prope ſanctum Laurentium, subscripsi. Alexander presbyter & archimandrita, subscripsi. Simcones presbyter & archimandrita Caiumae, subscripsi. Liberius presbyter & archimandrita monasterij Paulini, subscripsi. Ambrosius presbyter & archimandrita monasterij ſanctę Mariae in Lithoſtro, subscripsi. Sabbas presbyter & archimandrita monasterij ſancti Thomae prope Ciſternam, subscripsi. Paulus presbyter & archimandrita monasterij Lycaonorum, subscripsi. Libentius presbyter & archimandrita monasterij vocati Romanorum, subscripsi. Alexander presbyter & archimandrita monasterij Cycloporum, subscripsi. Iordanus presbyter & archimandrita monasterij ſanctae Mariae prope ſanctam Lucam, subscripsi. Zenobius presbyter & archimandrita monasterij Maronij in *Sycheis, subscripsi. Anatolius presbyter & archimandrita monasterij Philippi, subscripsi. Iacobus presbyter & archimandrita monasterij ſanctae Mariae prope Bucholios, subscripsi. Ilias presbyter & archimandrita Samuelis in Sycheis, subscripsi. Leontius presbyter & archimandrita monast. ſancti archangeli in Puſeo, subſ.

*Corylus

*ſicul.

Quomodo predicatę ſunt ſynodi.

In ſanctiſſima magna ecclesia noſtra, die Dominica, 17. inſtantis menſis Iulij, in dictione 11. à domino noſtro ſanctiſſimo archiepiscopo & oecumenico patriarcha Ioanne, (ſicut non ignorat veſtra erga Deū dilectio) dum ipſe vnā cum venerabili clero eſſet circa ambonē, voces factę ſunt à populo, & dicētes: Multi anni patriarchae, Multi anni Imperatori, Multi anni Auguſtae, Multi ſunt anni patriarchae. Quid manemus incommunicati? Per tot annos quare non communicamus? Ex cuius manibus communicare volumus? Aſcende ad ambonem. Heus perſuade populo. Per multos annos communicare volumus. Orthodoxus es, quem times digne

πολλὰ τὸ ἐτην πατριάρχου. Multi anni imper. Multi anni auguſtae. Multi ſunt anni patriarchae.

Trinitate? Multi sint anni Imperatoris, multi anni Augustæ. Seuerum manichæum eijce. Qui nō loquitur, Manichæus est. Effodiant ossa Manichæorum. Sanctam synodum modō prædica. Multi sint anni Imperatoris. Multi sint anni patriarchæ digni Trinitate. Sancta synodus modō prædicetur digna Trinitate. Sancta Maria *θεοτόκος*, id est, Dei genitrix, est digna throno. Sancta Maria, Dei genitrix est. Sancta synodus hoc dixit. Qui non loquitur, Manichæus est. Vincit fides Trinitatis, vincit fides orthodoxorum. Sanctam synodum modō prædica. Orthodoxus regnat, quem times? Vincit fides Imperatoris, vincit fides Augustæ. Noui Constantini multi sint anni, nouæ Helenæ multi anni. Multi anni patriarchæ digni Trinitate. Iustine Augustæ, tu vincis. Noui Cōstātini multi anni. Vel exexas, vel prædicabis. Multi anni Imperatoris. Iustine Augustæ, tu vincis. Synodum Chalcedonensem modō prædica. Quia Iustinus regnat, quem times? Seuerum Manichæū forās eijce. Synodum Chalcedonensem modō prædica. Qui non anathematizat Seuerum, Manichæus est. Eijce forās Seuerū. Nouum Iudam eijce forās. Insiatorem Trinitatis eijce forās. Sanctam synodum modō prædica. Heus obtestor, vel prædicabis, vel exies. Fides est, nō *επιθεωρεῖν* est, fratres Christiani, vna anima. Iustine Augustæ, tu vincis. Si fidē amas, Seuerū anathematiza. Heus heus obtestor, multi anni Imperatoris. Heus traho te, heus portas claude. Qui non loquitur, manichæus est. Obtestor te, nihil est præter te. Orthodoxus regnat, quem times? Orthodoxi Imperatoris multi sint anni. Seuerum insidiatorem Trinitatis eijce forās. Iudam nouum eijce. Qui non loquitur, Manichæus est. Heus congregationi, synodo heus. Modō prædica per euangelium nihil præter te. Heus obtestor, multi anni Imperatoris. Noui Cōstātini multi anni. Orthodoxi Impatoris multi anni. Nouæ Helenæ multi anni. Seuerum eijce forās. Nouū Iudam eijce, Insiatorem Trinitatis eijce forās. Multi anni Imperatoris. Fratres Christiani, vna aīa fides est, non est simpliciter. Sancta Maria, Dei genitrix est. Hæc & synodus dixit. Hæc cum exclamassent, data est eis respōsio à sanctissimo & beatissimo archiepiscopo & patriarcha œcumenico Ioanne: Hæc patieter sustinetate fratres, vt prius adoremus sanctū altare, & post hoc dō vobis respōsionem. Et cum intrassent ad sanctum altare, manserunt clamantes: Multi anni Imperatoris, multi anni Augustæ. Heus obtestor, non exabis, nisi anathematizes Seuerū. Anathema Seuero apertē dic: heus refera. Heus obtestor, multi anni Imperatoris, et demum ascendens super ambonem sanctissimus ac beatissimus archiepiscopus & patriarcha noster œcumenicus Ioannes, acclamauit hæc: Scitis labores meos, dilectissimi, quos & in antiquitate existēs subiui, & nūc su-

stinui pro fide, & sustinēo vsque ad mortem. Non opūs ergō est turbatione, aut tumultu. Neq; em̄ aliqd̄ pertransgressum est, de recta fide statuēdum: neque sanctam synodū quis anathematizare audeat, sed oēs sanctas synodos, quę confirmauerunt sanctum symbolum trecentorum decem & octo patrum in Nicea congregatorum, orthodoxas cognoscim⁹, & maximē ipsas tres sanctas synodos, hoc est, Cōstantinopolitanam, Ephesinam, & magnam Chalcedonensem. Nam specialiter symbolum trecentorum decem & octo sanctorum patrum, in quo baptizamur, ipsa sanctæ tres synodi consonanter confirmauerunt. post acclamationem verō insistentibus ipsis per plures horas, in ipsis vocibus addebant: Non descendes, nisi anathematizes. Multi anni patriarchæ digni Trinitatis. Multi anni Imperatoris, multi anni Augustæ. Congregationem synodi Chalcedonensis modō prædica. Non recedō, nisi prædicaueris. Vsque tardē hīc sumus, congregationem ad crastinum prædica. Commemorationem patrum ad crastinum prædica. Nisi respōsionem accepero, vsque serō hīc sum. Congregationem patrum Chalcedonensium crastina die prædica. Hodie si prædicaueris, cras perficietur. Non recedimus, nisi prædicaueris. Eos, qui Nestorium & Eutychem anathematizauerūt, ad crastinum prædica: Nisi respōsionem accepero, vsque serō hīc sum. Et acclamauit sanctissim⁹ & beatissimus archiepiscopus noster patriarcha œcumenic⁹ Ioannes sic: Quoniam perfici petijstis congregationem sanctorum patrum Chalcedonensium, cognoscentes scietis, quōd & hoc faciemus consilio pijsimi & Christo amantissimi Imperatoris nostri. Perseuerantibus autem ipsis, & eisdem vocēs exclamantibus, & addentibus, Non recedimus per sanctum euangelium, congregationem patrum Chalcedonensium in crastinum prædica: prædicata fuit congregatio per Samuelē diaconum, sic: Notificamus vestræ charitati, quōd crastina die perficiemus memoriam sanctorum patrum nostrorum episcoporum in Chalcedonēsi metropoli congregatorum, qui vnā cum sanctis patribus in Constantinopoli & in Epheso congregati, cōfirmauerunt symbolum 318. sanctorum patrum in nicea congregatorum, congregabimur autem huc. Et post acclamationem cōgregationis, iterum permanit populus, & vna voce quā plurimum clamauit: Seuerus nunc anathematizatus est. Qui anathematizabat synodū chalcedonensem, modō anathematizatus est. Non exeo, nisi modō respōsionem accipio. Obtestor, orthodoxus es. Modō anathematiza. Aut anathematiza, aut nihil. Et insistentibus ipsis plurimum in eisdem, presentibus Theophilo Deo amantissimo episcopo Heracleano, Theodoro epō Cāgrinorum, Hypatio episcopo Claudiopolitano, Ioāne

episcopo Bosphorio, Pythagora episcopo Sinopeno, Isacio episcopo Quinquopolitano Græciæ, Ioanne episcopo Commacorum regionis Pamphylorum, Amatio episcopo Nicopolitano, Ammonio epō Abydano, Platone episcopo Cratiano, Iustathio episcopo Philadelphæ, & Pelagio episcopo Azanitano, & alijs deo amantissimis episcopis consentientibus sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo patriarchæ œcumenico Ioanni, acclamata fuerunt hæc: Quōd Seuerus, q. seipsum ab hac ecclesia separauit, iudicio seipsum submiserit, omnib⁹ manifestum est. Sequentes itaq; & nos diuinos canones ac sanctos patres, alienum ipsum putamus, & à diuinis canonibus per suam blasphemiam cōdemnatum, anathematizamus & nos. His sequentibus, sequenti dominica, quæ est 16 mensis Iulij, in dictione infinita memoria prædictorum sanctorum patrum, rursus quæ factō introitu à sanctiss. & beatiss. archiepō patriarcha œcumenico Ioanne, statim dū ipse appropinquaret amboni, voces à toto populo venerūt sic: multi anni patriarchæ, multi anni impatoris, multi anni Augustæ, Noui Constantini multi anni, Nouæ Helenæ multi sint anni. Reliquas macedonij ecclesię restitue. Iustine Augustæ, tu vincis. Euphemia Augustæ, tu vincis. Eos, qui sunt in exilio propter fidē ecclesiæ, restitue. Exhumentur ossa Nestorianorū, exhumentur ossa Eutychanistarum. Quis est Nestorianus, ego nescio. Anathema sit ipse à Trinitate. Quis est Nestorianus, ego nescio. Anathema ipsi cum Eutyche. Exhumentur ossa Nestorianorum, Exhumentur ossa Eutychanistarum. Manichæos eijce forās. Iustine Augustæ, tu vincis. Seuerum Iudam eijce forās. Manichæos de ecclesia eijce. Duos Stephanos eijce forās. Reliquias Macedonij modō fer. Nomen Macedonij modō ordinetur, totis vocibus Imperatori supplicamus. Nouum Ezuman eijce forās. Nouus Ezumas, Amantius est. Maledicium eijce de palatio. Euphemium & Macedonium ecclesiæ scilicet restitue. Synodica Romana modō valeant. Multi anni patriarchæ noui Ioannis, Multi anni digne Trinitatis. Iustine Augustæ, vincas. Multi anni Augustæ. Reliquias Macedonij ecclesiæ restitue. In ijs semper vincas. Euphemij & Macedonij nomina modō ordinentur ad perfectā festiuitatem ecclesiæ. Falsos testes Macedonij eijce forās. quatuor synodos diptychis. Leonem Episcopum Romanū diptychis. Sancta Maria, Dei genitrix est. Hoc synodus dixit, diptycha amboni. Qui nō loquitur, Manichæus est. Diptycha amboni, modō Deum tibi. Iustine Augustæ, tu vincas. Curatorem non habes, diptycha modō porta. Iustin⁹ regnat, diptycha modō porta. Orthodoxi Imperatoris multi sint anni, nouæ Helenæ multi anni. Sic habes Dominum, modō porta diptycha. Sic habes Augustam, diptycha modō

porta. Canones non eiecerunt istos. Heus ordina, heus ordina, heus ordina. Et acclamata sunt hæc: Hesternā die sufficienter satisfecimus vestræ charitati. Nunc verō zelum vestrum apertē cognoscentes, illa festinauimus, & festinamus facere, quæ & Deum colunt, & vobis per omnia & in omnibus satisfaciunt. Quōd autem debeat nihil nobis remoueri de recta fide, arbitror vestram dilectionē diuersis temporibus & modis experientiam accepisse. Et idcirco fundamentum fidei sanctum, sanctorum patrum traditione firmum permanere, gratia Domini nostri & saluatoris Iesu Christi studuimus, sperantes per ipsum & dissidentes ecclesias vnire, & vndique ordinem diuinorum canonum inuolubiliter tenere. Neq; enim conceditur aliquid remoueri, & de nouitate vocis, & subtilitate sermonis occupare fideles, sed adhærere sancto symbolo, in quo omnes baptizati sumus, & cum sancto spiritu Nicena synodus exclamauit, & sanctorū patrū in Constantinopoli congregatio cōfirmavit, & sancta synodus Ephesina confirmavit, & sancta magna synodus Chalcedonensis similiter sigillauit, quam nullo modo aut ratiōe amouere quis poterit, cum omnem malē opinantibus tollat occasionem. Hanc itaque fidem immobilem tenentes adinuicem, non dubitemus, sed omnē vocis nouitatē, ac omnem sermonis subtilitatem abijcientes, vno ore sanctam & consubstantialē Trinitatē glorificemus, quæ custodiat in pace vitam pijsimi & Christianissimi Imperatoris nostri ac omnium nostrū. Patri autem & filio ac spiritui sancto gloria nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Haec autem acclamatione facta, permanserunt clamantes: Si nullus modō egreditur, obtestor te, portas claude. Fratres orthodoxi vna anima. Fratres per fidem vna anima. Iustine Augustæ, tu vincas. Qui non loquitur, Manichæus est: Sanctus, Sanctus, Sanctus, TRINITAS vincit. Ex nunc non timens Amantium, nec Manichæum, Iustinus regnat. quid times Amantium? Digne Trinitatis, & hoc bonum tibi referuatum est. Qui synodum amat, ita honoratur. Multi anni Imperatoris, Multi anni Augustæ, Multi anni patriarchæ. Vincit fides orthodoxorum. Et rursus perseuerantibus ipsis plurimum in eisdē vocibus, acclamata sunt eis hæc: Quōd omne studium posuerimus complacere vobis, & infandalizatos vos conseruare, clarē cognoscitis. Sed quoniam omnia canonicē, & bono ordine fieri oportet, permittite nos congregare DEO amantissimos episcopos, vt secundum diuinos canones omnia proueniant, consilioq; & iussu pijsimi Imperatoris nostri. Oēs enim exclamationes vestras suæ serenitati aperiem⁹. Et cum ipsis clausissent portas in eisdē acclamationib⁹ permanētibus, accipiēs dipty-

Luc. 1. g

diptycha sanctissimus & beatissimus archiepiscopus & patriarcha oecumenicus Ioanes, iussit ordinari sanctas quatuor synodos sanctorum patrum, videlicet in Nicea congregatorum, & in Constantinopoli similiter conuenientium sub Nestario sanctae memoriae, ac in Epheso congregatorum super depositione Nestorij, necno illorum de Chalcedona super deiectione Eutychis & eiusdem impij Nestorij, ordinariq; iussit nomina in sancta memoria defunctorum archiepiscoporum huius regiae urbis Euphemij & Macedonij, ac etiam Leonis Romani pontificis. Tunc voce magna omnes de populo tanquam vno ore clamauerunt: Benedictus Dñs Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem populo suo. Magna autem hora ex vtraque parte consistentibus, & psallentibus hanc psalmodiam, cantores superuenientes conuertebant se dicere trisagium. Et cum ipsi inceperent, totus populus quieuit, & audiebat attentis auribus trisagium. Et post lectionem sancti euangelij, ex more sacra Missa finita, & ianuis clausis, ac sancta lectione iuxta consuetudinem lecta, tempore diptychorum cucurrit omnis multitudo cum magno silentio circumcirca altare, & audiebant. Et cum solum lecte fuissent ad diacono appellationes praedictarum sanctarum quatuor synodorum & sanctae memoriae archiepiscoporum, Euphemij & Macedonij & Leonis, voce magna vniuersi clamauerunt, Gloria tibi Domine. Et post hoc cum omni modestia completa fuit cum Deo diuina Missa.

EPISTOLA SANCTAE MEMORIAE IOANNIS ARCHIEPISCOPI HUIUS REGIAE VRBIS OECUMENICI PATRIARCHE, SCRIPTA IOANNI SANCTAE MEMORIAE ARCHIEPISCOPO HIEROSOLYMITANO, & OMNIBUS METROPOLITANIS IBIDEM CONGREGATIS.

Christus Deus noster, qui eiusdem animae & fidei hominibus vinculum charitatis in pace dedit, quae ab ipsis gesta sunt, id est, communia esse iustum dicit. Quoniam igitur diuino quidam celsus motus fuit Christianissimi populi huius regiae ciuitatis, ac omnia ab ipso exclamata, & a me pronuntia, mundo manifesta sunt: necessarium putavi tuae significare charitati, vt cum haec spiritus sancti operatione cognoueris, verbo veritatis confirmaris, maxime quae sancta synodus congregata petitione totius in onastici ordinis diffinit in scripturis, & quae diffinit, tuae sanctitati quam celeriter mittere studuimus.

ALIA EPISTOLA EIVSDEM SANCTAE MEMORIAE OECUMENICI PATRIARCHE IOANNIS, SPECIALITER SCRIPTA EPIPHANIO DEO AMABILIS MEMORIAE EPISCOPI TYRI.

TOM. 2.

Deus qui omnia ad vtilitatem desuper dispensat, tuam nunc pietatem in tribulatione secundum prophetam dilatata, ad angustam portam regni caelorum quiete introire preparauit. Ecce enim caelestis motus, contra apostatas Ecclesiae, spiritu Dei factus est. Quicumque enim indigni visi fuerint inuiolabilis ministerij magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, aeterno iudicio subiecti sunt: qui autem orthodoxae fidei amatores apparuerunt, multo magis per huiusmodi motum clarificati sunt. Igitur cum sancta synodus in Christo amata, manifesta fecerit ea, quae gesta sunt contra inimicos veritatis, omnino necessarium iudicauit, & tuae mittere charitati, vt cum ea, quae ab ipsis & per ipsos facta sunt, legeris & intellexeris, sanctissime, & consentaneus & eiusdem animi sis: & si aliquando inimici te circumdederint, libereris. Vniuersa igitur gesta contra inimicos veritatis, manifesta facere religiosissimis, & eiusdem fidei comministris & monachis, ac Christo amantissimis populis, sicut certe teneris, stude Deo amantissime.

RES CRIPTVM IOANNIS Hierosolymitani, & episcoporum qui sub eo sunt, ad Ioannem Constantinopolitanum.

Domino meo, Deo amatissimo & sanctissimo comministro Ioani, & sanctae synodo in Constantinopoli congregatae, Ioanes Dei miseratione episcopus Hierosolymorum, & sancta synodus trium Palaestinarum, existens sub sanctis locis Christi omnium, in Domino salutem. Quonia duplex est lachrymarum motus, alter quidem, qui in dolorem fert: alter vero, qui in laetitiam. (nam Ioseph patriarcha, cum recognoscere- tur a fratribus, magno ex intimo desiderio lachrymatus est: & Paulus vas dilectionis dicit, quod tristitia mundi, mortem operatur: quae autem secundum Deum est, salutem) incidentes non lachrymabiliter in his, quae a vestra sanctitate gesta & scripta sunt, laetitia repleti sumus, ita vt & nos magno cum propheta Dauid dicamus: Laetati sumus in his, quae dicta sunt nobis, in domum Domini ibimus. Et hoc: Haec est mutatio dexterae excelsi. Et illud: Confitemini Deo deorum, quae fecit mirabilia magna solus, qui in seculum misericordia eius. Et illud: Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet oes laudationes eius? Ecce enim Deus dicit per Samuelem: Facio opera mea in Israel, vt omnis qui audit, crepitem ambae aures eius. Haec & temporibus nostris opere prouenerunt. Nam abominationem illam desolationis (monstrum pestiferum, Seuerum dicimus, qui iniquitatem in altum locutus est per sua blasphemia verba, contra sanctam, magnam & oecumenicam Chalcedonensem synodum

Gen. 45. a

2. Cor. 7. b

Psal. 121.

Psal. 76.

Psal. 135.

Psal. 105.

1. Reg. 3. b

dum

Act. 27. g

Hiere. 1. b

Math. 16. c

Num. 22. b

Num. 31. b

Math. 25. c

Num. 1. d

dum dicta, cuius neque principium cognitum nobis est: neque quis sit, qui Antiochiam sedem inique ac tyrannice, ac contra ecclesiasticos canones subripuit, & quae etiam secundum illum Aegyptium in Actibus, edictauit & induxit in eremum (scarios) anathemati subiecit, & alienum fecit ab omni sacerdotali collegio, dignitate & honore, per vestram sanctitatem quae malum odit. Qui enim dedit Hieremiae prophetae superaedificare & demoliri, eradicare & plantare, & Petro apostolorum principi soluere & ligare, hoc communiter donauit sacerdotio. Sanctissimos itaque & deo dilectos monachos, qui sub magna illa & regia ciuitate habitant, ac etiam ipsius Deo dilectum populum propter Dei zelum laudamus: quoniam & vsque ad mortem perstiterunt, vt lupum Antiochenae ciuitatis de pascuis ouium expellerent, qui seipsum occultabat quidem, sed magis nocere conabatur, quam ipse posset, qui secundum illud Balac, maledicere conatur, quem Dominus non maledixit. In caput ipsius omnia maledictionis euenerunt, & benedictus est Israel, qui intelligit: & perijt quidem Balac, similique modo & Balaam vates, qui opera actuum suorum susceperit, & anathematizatus est, & ille cum seruo ociofo & malo poenam sustinet. Sed haec quidem illi, nos autem idem cum his, quae gesta sunt & scripta in vestra sanctitate, sapimus, & contententiaui sumus: anathematizamus omnem haeresim, & Nestorium hominis idololatram, & Eutychem vana sapientem, & Manem, & Seuerum veneficum, necnon & ipsius conscripta, habentes in scrijjs nostris & amplexates sancta quatuor concilia, concilium videlicet trecentorum decem & octo sanctorum patrum, in Nicea congregatorum contra impium Arrium, exponentium sanctum symbolum, in quo baptizati sumus ac baptizamus: & ceterum quinquaginta sanctorum patrum, in Constantinopoli contra Eunomium impugnatores spiritus congregatorum, qui praedictum symbolum confirmauerunt: & ducentorum patrum in Epheso congregatorum, qui deposuerunt Nestorium hominem idololatram, qui & ipsum sanctum symbolum amplexati sunt: ac magnam & oecumenicam synodum sexcentorum patrum in Chalcedona diuinitus congregatorum, qui etiam confirmauerunt & tenuerunt ipsum sanctum symbolum, & sigillauerunt ea, quae gesta fuerunt aduersus Nestorium hominis idololatram, & deposuerunt Eutychem vana sententem. Suscipiunt autem & venerabiles epistolas sanctae & Deo amabilis memoriae Leonis Romani archiepiscopi & patriarchae. Congratulantes itaque in his vestrae sanctitati, & consentientes his, quae a vobis facta & scripta sunt, & vobis communicatiui existentes, propheticum illud eloquium dicimus: Celebra Iuda festiuitates tuas, redde Domino vota tua: ideò non apposuisti,

TOM. 3.

vt ires in vetustatem. Nobiscum ergo eadem orate, sanctissimi. communia enim sacerdotum sunt. & sanctam ac glorificatam virginem Dei genitricem Mariam, vna nobiscum supplicite, intercedere pro pace sanctissimarum ecclesiarum, & victoria ac perpetuitate piissimi & serenissimi Imperatoris nostri.

SVBSCRIPTIONES.

Ioannes Dei miseratione episcopus Caesareensis, me bene valere, & domino beneplacere orate, Deo amatissimi & sanctissimi patres. Theodosius episcopus Scythopolitanus, me bene valere, & reliqua. Menobius episcopus Iamnianus, me bene valere, &c.

Ioannes episcopus Tiberiadis, valere me, & reliqua. Polychronius episcopus Aurelianopolitanus, valere me, &c. Eustathius episcopus Anthedonianus, valere me, &c. Procopius episcopus Neapolitanus, valere me, &c. Stephanus episcopus Nafamenus, valere me, &c. Petrus Eleusinus, valere me, &c.

*Meniatens

Marcellinus episcopus Neocesareensis, valere me, & reliqua. Gregorius episcopus Eleutheropolitanus, valere me, &c. Ioannes episcopus Hierichuntinus, valere me, &c. Antonius episcopus Acalonus, valere me, & reliqua. Paulus episcopus Pellius, valere me, &c. Alphius episcopus Sycaminus, valere me, & reliqua. Bassus episcopus Capitolianus, valere me, &c. Procopius episcopus Maiumae Gazae, valere me, &c. Isidorus episcopus Zoroenus, valere me, & reliqua. Vnales episcopus Parembolanus, valere me, &c. Petrus episcopus Eleusensis, valere me, &c. Epiphanius episcopus Rafianus, valere me, &c. Elias episcopus Ioppenus, valere me, &c. Procopius episcopus Amathuntenus, valere me, &c. Salomon episcopus Abilanus, valere me, &c. Conon episcopus Hipponus, valere me, & reliqua. Leontius episcopus Sossusenensis, valere me, &c. Cyrillus episcopus Gazenus, valere me, & reliqua. Stephanus episcopus Oranus, valere me, &c. Megas episcopus Maximianopolitanus, valere me, & reliqua.

*Capitolianus

*Valens

*Raphianus

Gregorius episcopus Bachatanus, valere me, & reliqua. Marochius episcopus Diospolititanus, valere me, & reliqua. Apollonius episcopus Diospolititanus, valere me, & reliqua.

EPISTOLA EPIPHANII Episcopi Tyrii, & eorum qui sub eo sunt, ad synodum Constantinopolitanam.

Per omnia deo amantissimis & sanctissimis fratribus & comministris, rheophilo, Basilisco, Martiano, & vniuersae sanctae synodo, Dei gratia in regia ac Deo amantissima ciuitate congregata, Epiphanius & qui sub eo sunt episcopi, in Domino salutem. Benedictus Deus pacis Dominus, qui misit nobis honorabilem literam vestrae sanctitatis, ita resplendida circa spuaalem zelum, & circa veritatem

rita

ritatis certamina, ac circa orthodoxe fidei p-
dicationem, quae omnia in ipsa coadunata
accipere oportet ad firmum fundamentum,
& scamnum pacis sanctissimarum ecclesia-
rum, & sacerdotum qui in eis sunt, ac cuiuslibet
ciuitatis fidelium, & eorum qui rectam
confessionem amplectantur. Tantam enim faci-
cit diuinorum canonum curam, quod eum,
qui nullo unquam modo aut tempore am-
plexatus est communioem sanctae catholicae
& apostolicae ecclesiae, aut orthodoxam fidem
honorauit, sed in sedem Apostolicam Eccle-
siae Antiochenae tyrannice se intrusit, ana-
themati affixit, & nudum esse omni honore
sententiauit, & nomine & dignitate & effi-
cacia, CHRISTIANO aut hieratico con-
ueniente, seu conuenire valente, & alienum
ipsum a diuina communione secundum di-
uinos canones constituit. Etenim fuit con-
sequens, sequi interemtorum euangeliorum
doctrinam, secundum quam Dominus ait:
Qui videtur in se ipsis aliquid habere, & hoc
omnino auferat: & his qui ex iustitia habet,
addatur. Vestra ergo iusta condemnationis
dignus visus est impius Seuerus, qui ad bla-
spemiam simul & caluniam, lingua quam
habet, acuit aduersus sanctam magnam Chal-
cedonensem synodum, & seipsum iustificat
ex impio sensu & maligna intentione. At Do-
mini & saluatoris nostri Iesu Christi poten-
tia, ipsum de prato Ecclesiae iusta sententia
extraxit, cum in vobis Deo amatissimis spi-
ritualis resplicuerit gratia, per quam & nos
assentientes & consentientium efficiamur, eos-
dem nexu in illum inferentes, quos hono-
rabilis litera vestrae sanctitatis canonicè in-
fert. Quisnam sermo sufficere ad enumera-
tionem eorum, in quibus ille peccauit contra
diuinos canones, et ecclesiasticum ordinem?
Erexit supercilium in arrogatiam, & faustus
in anathematizationibus videtur, in homilij
& impijs conscriptionibus aduersus sanctos
patres, & (quod verius est) aduersus spiritua-
lem doctrinam diuinorum apostolorum ipse
seipsum ad redargutionem disponit in vni-
uersis vanis sermonibus, quos scripsit. Etenim
conuenit, in impia heresi positos & mentem
perturbare, & non sufficere vsque ad finem
cooperire morbum, quem habent & qui ipso-
rum corrodit intellectum. Sed non fuit ita
audax, vt imponeret vinculum ex authorita-
te, quo separaret clericos aliarum ciuitatum a
communione diuina, non consilio, neque
consensu suorum episcoporum? Quid autem,
quod praesumpsit alienos clericos canonicè
ligatos a proprijs episcopis, ad ipsum conflu-
entes, per praedicationem anime corruptiuam
ab ipso subornatos, & ad suam communio-
nem assumptos, sine permissione eius qui li-
gauerat, permittere in ecclesiasticis ministe-
rijs ministrare? Et vtrumque horum peregit
in Tyrijs. Sed & eos, qui dignitatem presby-
TOM. 2.

Matth. 13, b 25
Marc. 4, c
Euc. 8, c

teralem acceperant, & in principio se oppo-
nebant ipsi vanè vociferanti impiam doctri-
nam, postea verò secum concordantes, pa-
rauit in habitu diaconatus ministrare, iniu-
ste ipsos honore presbyterorum priuans.
Cum enim, qui ipsos ordinauerat, non po-
tuerit supplantare, vt suae doctrinae conde-
scenderent, huius occasione ordinationem
ab ipso impositam exiit, quod iam ab ipso
in ciuitate Arcenensi factum fuerat. In-
super autem nonne fuit extendens temerita-
tem suam, qui adulterando diuinos cano-
nes, in alienis diocesibus ordinat suffraga-
neos, alibi autem paramonarios, credens suf-
ficienter habere? Hac via intendit impugna-
re & dissoluere iura episcopis a sacris
ciuitatibus diffinita. Ad testimonium autem ho-
rum, est accipere Tripolitana, item & ipsam
Arcensem ecclesias. Apparet autem, quod
fuit ausus permittere episcopo ordinare in
diocesi alterius ciuitatis, cuius episcopus
adhuc superat. Minister autem fuit huic Ste-
phanus episcopus Orthosien, qui ausus fuit
manum imponere in diocesi Antardensi,
superstite adhuc Theodosio bone memorie
episcopo praedictae ciuitatis. Quid autem di-
cemus & ad id, quod per totum orbem (vt
ita dicamus) diuulgatum est? Si ergo verum
est, quod accepit ordinationem presbyteri
sibi a schismaticis data, & alijs rursus ipsam
ordinationem communicat, quod cum stu-
dio fecit, festinans nancisci rationabile ouile
Antiochenum, & omnis alterius ortho-
doxae ecclesiae, & in perditionem traducere sua
abominabili & scelesti voce, quae seruat,
ex quibus ipse sibi thesaurizauit, nihil fa-
num aut rectum erga orthodoxam fidem lo-
quens: sed est ei turpissimam actionum
ambitio erga eos, qui ab ipso prouisionati sunt,
duplici exinde apparente peccato, quod ad
maiores condemnationem ipsum reprae-
sentat. Primum quidem, collectio auri ec-
clesiasticarum rerum Antiochenae ecclesiae,
quae dissipantur, & disperguntur, & ad in-
curabilem restaurationem constituta sunt. Se-
cundum, quod his, qui ex prouisionibus
aluntur, mandauit omnem concitare turba-
tionem, & omnem tumultum in ecclesijs ci-
uitatum dispergere, ac etiam in claustris mo-
nasteriorum, & semina schismaticorum ab
ipsis sparsa sunt. Ad quod est accipere, ipsum
apertè repugnare diuinis doctrinis, in sacris
euangelij proclamationis, magni DEI & salua-
toris nostri IESU CHRISTI, ipso qui-
dem pacem praedicante, & ipsam inquirere,
& scadala abominari, & ipsis qui ipsorum cau-
sa sunt, ligare ad collum lapidem molarem, &
ipsum submergere in profundum, secundum
quod scriptum est. At haec quidem desiderabi-
lia sunt Seuero impio. Pacis auctor omnino
refugit, quod quidem si per quodlibet p-
currere conaremur, infinita nobis esset
ratio.

Tit. 2, c

Matth. 18, a

tio. Veruntamen haec ediximus, & multitu-
dinem praetermissorum alij enarrare con-
cessimus, & (quemadmodum diximus) idem
vobiscum neo dilectis sapere facti sumus, &
punitioibus, quibus eum semel merito li-
gastis, aequalem diffinitionem superimpo-
sumus, deponentes. anathemate alligauimus
& Ioannem quendam Paramonarium
venerabilis domus sanctae & gloriosae DEI
genitricis semper virginis Mariae, quae iacet
in clara metropoli Tyriorum, cum inueni-
remus ipsum in hypocrisi & dolo nobiscum
ministrasse, & diuina communione parti-
cipasse. Propter quae hoc iam facies, & com-
minister nobis existens, & clanculum cum
schismaticis immediate disputas, spontè cu-
rrit ad Antiochenam ecclesiam. Et cum
Seuero impio se coniunxerit, recessit ab or-
thodoxa ecclesiae fide, & illi communicauit
circa daemonicum eius sensum, & anathe-
matizatione aduersus sanctos patres nostros
ac venerabilem epistolam sanctae memoriae
Leonis Romani archiepiscopi, propria manu
conscripti, & tueretur illum, scilicet Seue-
rum. Adde & his, quod reuertens ad eccle-
siam Tyriorum, tradidit schismaticis deuotam
domum Dei genitricis, constitutam ab
illis de ciuitate, & ecclesiam ac synagogas in
ipsa: & parabaptismata facere ausus est, &
dare hoc semen magnae turbationis fidelis-
simo populo ciuitatis, cum videret id, quod
nullo tempore factum est, apparere scilicet
processiones ex duobus locis, Neophytistis
adinuicem contrariantibus, bellaque ac tu-
multus parantibus aduersus sanctissimam
ecclesiam nostram, & fidelissimum populum
ciuitatis: quarum rerum testimonium sunt
ea, quae in loco iudicij facta sunt. Inter quae
& venerabilis crux lapidata est ab his, qui cum
ipso nidificant in praedicto oratorio Dei ge-
nitricis, & quidam de multitudine Christiano-
rum & venerabilium clericorum flagel-
lati fuerunt. Contigit autem & me Tyriorum
episcopum, vsque ad mortem periclitari, pro-
pter quod ipse cum his, qui sibi assentiunt,
mortiferas insidias parabat. Vt autem nihil
de opportunis relinqueretur, quae a vestra
sanctitate facta sunt, narrauimus in ecclesia
his, qui de clero sunt, & fidelissimo populo
ciuitatis, & spiritualem superinduti celebri-
tatem, re gratiabilem emisimus vocem Do-
mino Deo, saluatori omnium Iesu Christo,
& pijsimo ac potentissimo Imperatori no-
stro, & Christianissimae Imperatrici, ac san-
ctissimo patriarchae regiae vrbs, necnon &
vobis DEO dilectis, quorum communio-
nem amplectimur, & ad eam quam habetis
fidem, idem sapere disposuimus, & vobiscum
auertimur, inferentes adiudicatum anathe-
matismum contra omnem haeticum, praeci-
pue autem contra Nestorium manifestum
hominibus idololatram. Insuper etiam &
contra Eutychem & Seuerum, qui obnoxij

TOM. 2.

constituti sunt ad blasphemiam & calumnia-
am. Nam haec perpetratus est aduersus san-
ctam magnam & oecumenicam synodum
Chalcedonensem. Item & aduersus Ioannem
Paramonarium venerabilis domus Dei ge-
nitricis, quae iacet in clara metropoli Tyri-
orum, propter enarratos suos pessimos actus,
ex quibus probatum est, ipsum venire con-
tra diuinos canones. Et rogamus vestram
sanctitatem confirmare multam, quae cano-
nicè contra ipsum posita est. Amplecti-
mur autem & honoramus sanctam synodum
318. patrum in Nicea congregatorum ad re-
prehensionem & depositionem Arrii, & sym-
bolum orthodoxum, quod ab ipsa expo-
situm est, confitemur in fiducia, & praedica-
mus in Ecclesia, in ipso baptizati & bapti-
zantes. Et sanctam synodum centum quin-
quaginta patrum in regia vrbe congrega-
tam, ad depositionem Macedonij impugna-
toris spiritus. Ac sanctam synodum ducen-
torum patrum in Epheso congregatam, ad
depositionem impij Nestorij, Necnon &
magnam sanctam Synodum sexcentorum
in Chalcedona congregatam, quae praedictum
symbolum 318. patrum confirmauit, depo-
nendo Nestorium hominem idololatram,
& impium Eutychem, & discipulos qui idem
cum ipso sapiebat, & qui omnem haesim
exprobrauit. Vnde est accipere, omnes haer-
eticis dogmatibus contaminatos, impiè se
habere erga ipsam sanctam magnam & vni-
uersalem synodum. Hoc enim infixum est
naturaliter haeticis, vt pugnet contra eos,
qui ipsos redarguunt. Cum ipsa autem syn-
odo recipimus & omnes epistolas sanctae
memoriae Leonis Archiepiscopi antiquae
Romae, rectè ac irreprehensibiliter habentes,
omnesque (vt ita dicamus) haereses dem-
onstrantes, praecipue illam Nestorij & Euty-
chis impiorum. Rogamus itaque vestram
sanctitatem, vt cognoscat intentionem no-
stram, & quomodo in omnibus sequimur
vestras secundum Deum voluntates, pro no-
bis faciatis postulationes ad omnium Do-
minum Deum Iesum Christum, vt & pacè
in nobis acquisitam augeat, & ad dilectam
sibi iustam vniorem coniungat sanctissimas
ecclesias, ad gloriam ipsius Domini Dei, &
gaudium pijsimorum & a Christo amato-
rum Imperatorum nostrorum, & ornatum
sanctissimi archiepiscopi regiae vrbs, ac spi-
ritualem laetitiam omnium nostrum, & fi-
delissimi ac orthodoxi populi cuiuslibet ci-
uitatis. Voces verò a multitudine Christiano-
rum Tyri in ecclesia emissas, cum & ea,
quae a sanctitate vestra facta sunt, intellexe-
runt, laetitia se repletos, subiunxerunt in
praedicta litera, & diuinum eorum zelum
inde vestrae charitati praesentantes, & ad il-
lam intellectum habuerunt, & mentem di-
rexerunt, capitulis positus in nostris iustis
iudicijs. De reuocatione corporum sancto-
rum

PP rum

rum patrum nostrorum Euphemij & macedonij, & in scriptione nominum illorum in sacris diptychis, quia iam intelligētiam Deo dilectam habetis, sententiam tulistis, q̄ probat ipsos esse reuocatos, & salutarios in sacris libris inscriptas, cum nihil omnino eorum, quæ precedenti tempore contra ipsos iniuste facta sunt, ipsorum diuinam vitam contaminauerit. Similem deprecationem super his extendimus, ut ex iudicio sanctissimi patriarchæ regie vr̄bis, ac vestrae sanctitatis, necnon ex supplicatione facta ad piissimum Imperatorem nostrum, in ueneratione accipiat & corpus spiritus patris nostri Flauiani patriarchæ Antiocheni, & restituere catalogo patrum nostrorum in ipsa apostolica sede prædormientium, ordinariq; ipsius uenerabilem appellationem in sacris libris. Iustum enim est, eum qui pro Christo Deo nostro, & eius recta fide fatigatus est, & qui sustinuit ærumnosam sententiam eorum, quæ eum calumniabantur, participare his, quibus secundum iudicium vestre sanctitatis participarunt, qui ipsius commixta fuerunt, & concertatores patriarchæ regie vr̄bis, Euphemius scilicet & Macedonius sanctæ memorie: ut & pius ac sincerissimus Imperator noster sancire dignus hoc, & præstare uenire ad gloriam intemeratæ ac consubstantialis Trinitatis. Quæ custodiat ipsius pium & dilectum Imperium in tranquillitate, & ad destructionem totius Barbaricæ contumaciæ, custodiatq; sanctissimum patriarchæ regie vr̄bis in pace vnâ cum uestra sanctitate. Per vos enim, quæ ad DEVM gratiarum actionem habent, firmantur, & diabolica scandala omnino refringuntur.

SVBSCRIPTIONES.

Epiphanius episcopus metropolis Tyriorum, subsc. Andreas episcopus Sidonens, subsc. Ioannes episcopus Ptolemaidanus, subsc. Theodorus episcopus Porphyronis, subsc. Elias Episcopus Cynopolitanus, subsc. scripsi.

Hæc sunt voces emissa à Christianissimo populo in sancta antiqua Ecclesia post lectionem sancti Euangelij, & duarum epistolarum, vnus quidem à Ioanne sanctissimo archiepiscopo regie vr̄bis, alterius uero à sanctissimo Theophilo episcopo Heracleano ad sanctissimum episcopum Epiphanium, similiter & tertiæ epistolę, scriptę à sanctissimis episcopis in regia vr̄be congregatis, ad commemoratũ Deo dilectum episcopum Tyriorũ, & lecta etiã nihilominus statim relatione facta à prædictis sanctissimis episcopis in regia vr̄be congregatis, ad sanctissimum & beatissimum œcumenicum patriarcham regie vr̄bis, in qua anathematizatus fuit Seuerus episcopus Antiochenus, secundum ea quæ continentur in ipsa charta, lecta per Sergium uenerabilem

diaconum, in mense secundum Tyrios, siue Septembris sextadecima, indictione 12. Augusti multi anni, Augustæ multi anni. Consulatus multi anni. Multi anni præfectum. Ioannis Cometi, multi anni. Epiphanius patriarchæ multi anni. Vnus Deus est, qui hoc fecit. Magnus Deus hoc impartitur. Vnus Deus est, & fides. Vnus Deus, & vna fides ad pacem Ecclesiarum, ad pacem orthodoxorum. Ioanni patriarchæ multi anni. Quæ synodus fecit, & tu fac. Quæ fecit synodus, hæc fac. Ioanni orthodoxo multi anni. In æternũ imperium. Hoc vincit fides Augusti. Ex Deo imperium hoc. Noui Constantini multi anni. Orthodoxi patris multi anni. Qui nō loquitur, non est fidelis: Quæ fecit synodus, hæc fac. Quæ sancta synodus egit, hæc facito. Vincit fides! Augusti. In æternum imperium hoc. Vitaliani patricij multi anni: Vitaliani orthodoxi multi anni. Epiphanius orthodoxi multi anni. Anathematiza, sicut & patres. Anathematiza, sicut & synodus. Anathematiza Seuerum & Ioannem. Anathematiza Seuerum & Mandritam. Et ascendente sanctissimo archiepiscopo in ambonem, exclamauerunt: Bene Deus tulit te. Vnus Deus, vna fides. Vnus Deus, qui hoc fecit. Sursum mitte episcopos, sursum mitte orthodoxos. Et ascendentibus Deo dilectis. Ioanne episcopo Ptolemaidano, & Theodoro episcopo Porphyrono, & Elia episcopo Ratheno, iterum exclamauerunt: Epiphanius patriarchæ multi anni. Sicut sancti testificati sunt, testificatus es tu, & vicisti. Mitte sursum episcopos, mitte sursum orthodoxos. Ille solus propter fidem mortuus est, iste solus labores assumpsit. Testificatus es, & vicisti. Ille solus propter fidem vicit. Testificatus es, & fides tua vicit. Emisit ipsos trifragium, emisit ipsos dei genitrix. Eiecit Seuerum Dei genitrix, qui turbauit ecclesias. Eiecit ipsos mysteriũ: eiecit ipsos, quem lapidauerunt: eiecit ipsos, cui iniuriati fuerant. Eijce hos extra ciuitatem. Non est ciuitas abscissorum. Aegyptios eijce. Imperator orthodoxus est, in æternum Imperium hoc. Speluncam latronum eijce, speluncam schismaticorũ tolle, combure. Sursum mitte principes. Omnes dolosos foras mitte. Mitte foras Romaicũ. Sursum mitte, quos misertus es. Foras mitte. Syndicarium Manichæum. Romaicus dolosus est. Romaicum mitte foras. Manichæum eijce foras, purga ecclesias. In te est & Sycarius episcopus. Mitte foras episcopos. Anathema Seuerus, & qui sua sapiunt, & Mandrita. Anathema Seuerus, Eutyches, & Nestorius, & Mandrita. Officina Mandritæ quare aperta est? Anathematiza, sicut patriarcha Romanus, Eliam Botryenum. Pistorem modò anathematiza. Episcopos suum ibi mitte.

Episcopos hæreticos foras eijce. Iustinus imperat, Non est timere, Orthodoxus est. Augusti multi anni. In seculum imperium hoc. Iuuenis est Constantinus, Non est timere. Nouæ Helenæ multi anni. Vitaliani patricij multi anni. Magistratus multi anni. Multi sint anni totius consulatus. Elia curatoris multi anni. Epiphanius archiepiscopi multi anni. Per victoriam Augusti, depone Botryenum tanquam Manichæum. Aegyptios mercatores lignorum non vult ciuitas. Eijce foras Acephalos. Si vicerint, morimur. Flauianum patriarcham diptychis. Trinitas vicit. Accipe Dei genitricem. Sic dicit synodus: Imperator iussit, & tota synodus schismaticis non est, suscipe Dei genitricem, id est, intra, & munda sanctam domum. Qui non loquitur, non est fidelis. Ad Dei genitricem, ducimus. Prædica, ducimus. Augusti multi anni. Vnus Deus, vna fides. Reliquias Flauiani mitte, fer. Ad sanctam Mariam, ducimus. Et secundò locuti sunt, quæ intus crucem in lapidauerunt, & retulerunt, quæ intus. In qua ciuitate hæc fuit? Vna fides fuit, non est enormitas. Crux vicit, & non est tumultus. Trinitas vicit, & non est enormitas. Trinitas vicit, recessit Acephalus. Augustus vicit, ducimus ad Dei genitricem. Vicit Iustinus, ducimus, intramus. Vicit Iustinus, modò introducimus. Vicit Iustinus, prædica congregationem. Vicit Iustinus, diem prædica. Ioannis patriarchæ multi anni. Epiphanius patriarchæ multi anni. Augusti multi anni. Euphemie Augustæ multi anni. Epiphanius archiepiscopi multi anni. Vbi testificatus es, prædica congregationem. Ducimus, intramus intus ad Dei genitricem. Vicit Augustus, prædica congregationem. Castellum factum fuit, suscipe Dei genitricem. Synagoga facta est, suscipe Dei genitricem. Ducimus, intramus, & ibi anathematiza. Ducimus, intramus, recessit Acephalus. Ducimus, intramus, depositus est Acephalus. Iube, & vadimus crucem portantes. Vicit Augustus, ducimus, intramus. Vicit Augustus, intus anathematiza. Quem expectas? orthodoxus es? Litaniam ibi acclamamus. Vicit Iustinus, huc introducimus, Obtestor te, nihil dimiserunt intus. Cimelia accepit & modiarij. Proclama congregationem, victoriam Augusti. Vnum ocium ciuitati, vnum ocium orthodoxis. Intra, solue ædificium. Acephalus non habet hic locum, Non habet hic locum Manichæus, Epiphanius archiepiscopi multi anni. Vnus Deus, salutem ipsi. Et cum sanctissimo ipse archiepiscopus acclamauerit, rogo uestram charitatem sine molestia tolerare,

& concedere mihi, & Deo dilectis episcopis anathematizare Acephalum. Et hæc enim, & in oratorio sanctæ Dei genitricis & semper virginis Mariæ, & in omnibus oratorijs ac in omnibus ecclesijs, & in omnibus ciuitatibus, ac in toto mundo anathematizetur vsque in seculum. Rursusque exclamauerunt: Ocium authoritati nostræ. Et postea sanctissimus archiepiscopus noster Epiphanius dixit ad illos de populo hæc: Rectam & immaculatam ac veram fidem, quam tradiderunt nobis à principio uenerabiles & ministri sermonis, & docuerunt nos diuini & sanctissimi Apostoli, & ab ipsis accipientes ter beati patres nostri sancti, qui in recta splenduerunt fide, in Nicea videlicet 318. & in regia vr̄be Constantinopolitana 150. ac in Epheso 200. & in Chalcedona 630. & reliqui omnes sancti & orthodoxi patres, idem cum ipsis sapietes, acceperunt, & semper in ipsis habuerunt, & habent, & ipsum immutabile custodierunt, quam semper in ecclesia prædicauimus, & prædicamus uobis, dilectissimi, & anathematizamus semper omnes hæreticos vnâ cum suis impijs intelligentijs, & qui ipsorum impia dogmata sapiunt. Præcipue autem & nominatim anathematizamus Arrium, Eunomium, Macedonium spiritus impugnatores, Ebionem, Photinum, Marcellum, Theodorum Artheman, Paulum Samosatenum, Nestorium hominis idololatram, & impium Valentinum, Scythianum, Manem, Marcionem, Vardisanum, Apollinarium, Eutychem, cum omnibus hæreticis. Et similiter cum his omnibus anathematizamus & impium Seuerum Acephalum, & abscissum, & semper alienum factum à Domino Deo Iesu Christo, & à sancta ipsius catholica & Apostolica Ecclesia, & ipsius impium dogma, qui sanctos & orthodoxos patres nostros anathematizauit, & schismata ac turbationes in sanctis ecclesijs orthodoxorum Christianorum fecit per totum (ut ita dicam) mundũ. Et cum dilaniauerunt ipsum, illi de populo exclamauerunt: Vnus DEVS qui hoc fecit. Vnus DEVS, vna fides, ad pacem ecclesiarum. Epiphanius archiepiscopi multi anni, ad pacem orthodoxorum, ad pacem Imperatoris. Anathematiza & mandritam. Implens autem ipse sanctissimus noster archiepiscopus reliqua acclamationis & anathematis, dixit ad eos hæc: Similiter autem anathematizamus & Ioannem mandritam apostatam, & Aruistheum, qui & accepit impium sensum ab ipso impijssimo Seuero. Sint ergo prædicti, Seuerus Acephalus & Ioannes mandrita, & ipsorum impium dogma, cum communicantibus ipsis, anathema, & anathema à patre, & filio, & sancto spiritu, in celo & in terra, in isto seculo & in futuro, Amen. Exclamauerunt illi de populo: Amen, Amen, Amen. Vnus Deus, qui hoc fecit,

symmyta

Adriano-polis,

præfecto- rum,

militem- ducis præfectori

tumultus.

Rachleno

quorum Sycarium

Syndarie

κεμηλια

fecit, Epiphani j archiepiscopi multi anni. Ioannis Cometi multi anni. Omnes hæreticos anathematiza. Vnum ocium Dei genitrici, Trinitas vicit, congregationem prædica. Crux vicit, congregationem prædica. Sursùm, mitte principes, *μεταβάτας* intus ad Dei genitricem. Congregationem prædica. Qui non loquitur, non est fidelis. Hæc hora Deo placet & patribus, hæc hora DEO placet & Augusto. Vincit Iustinus. congregationem prædica. Intra, aperi *θεότοκον*, id est, Dei genitricem. Intra, aperi, quam accepisti. Iudæi gaudent, Dei genitricem aperi. Iudæi gaudent, quoniam tuetur. clausa sunt intus, *ισθα*. Intra, sanctifica, quam communicauerunt. Non est Anastasius, Iustinus regnat, orthodoxus est. Non est Manichæus, orthodoxus est, Iustinus regnat nouus Constantinus. Non est Manichæus, nec Anastasius. Ioannis patriarchæ multi anni, Epiphani j orthodoxi multi anni. Nepotem mandritæ anathematiza. Qui cõtra te sunt, scilicet anathematiza. Vnum ciuitati, aperi, quam rapuerant. Vnus DEVS, vna fides. Mortuus est Amantius rebellis Trinitatis. Intra, indue, quam nudauerunt. Vicit Iustinus, prædica congregationem. Lucernarium intus fac, congregationem prædica. Sancta Trinitas, sanitatem da ei. Vnus Deus, vna fides. Omnium orthodoxorũ multi anni. Mitte foras alios episcopos. Eliam Botryenum anathematiza. Ioannis patriarchæ multi anni, Augustæ multi anni, Euphemig Augustæ multi anni. Victoriã Imperatoris intra intus. In æternum imperium hoc, *liberate ab Acephalo, *liberate ab hereticis. Postea verò Ioannes reuerendissimus episcopus Ptolemaidis, dixit hæc ad populum: Anathematizamus quidem omnes, quos anathematizauit sanctissimus & beatissimus noster archiepiscopus & metropolitã, ac omnes hæreses: præcipuè autem impiũ & noci impugnatorem Seuerum Acephalum & Manichæum, & Ioannem impium, & Dei impugnatorem Mandritam, & auertimus ab ipsis communionem, & alienos ipsos notamus ab ipso nomine Christiano. Sunt ergò anathema à patre, & filio, & spiritu sancto, in celo & in terra, in hoc seculo & in futuro, Amen. Dixit autem & Theodorus reuerendissimus episcopus Porphyriõnis: Hos oēs, quos accipiens anathematizauit sanctissim⁹ & beatissimus archiepiscopus noster metropolitã, anathematizamus cum ipso. Cũ ipsis autem anathematizamus & Seuerum Acephalum, & Ioannem Mandritam, quia & ipse consensit hæreticis, & impijs dogmatibus ipsius. Sint igitur anathema à patre, & filio, & spiritu sancto, in celo & in terra, & in hoc seculo & in futuro, Amen. Dixit autem & Elias episcopus Rachlenus hæc: Et nos *secundum vestigia sanctissimi & beatissimi archiepiscopi nostri & metropolitæ ambu-

*Rathenus
*Etenim

lantes, & ipsius bonæ doctrinæ persuasi, credentes, quia supra & infra, iusta & vera sanctissimis ecclesijs negociatur, huius gratia anathematizamus eos, qui non semel, non bis anathematizati sunt, sed & singulis diebus anathematizantur, Acephalum & Manichæum Seuerum, & eius impia dogmata, ac Ioannem Mandritam, & eius impia dogmata, vnã cum his qui eis communicant: de cæteris enim superfluum est dicere. Sint itaq; anathema à patre, & filio, & spiritu sancto, in celo & in terra, in hoc seculo & in futuro, Amen. Et exclamauerunt multitudo: Vnus Deus Christus regnat, Episcoporum multi sint anni, orthodoxorum multi anni. Benedictus Dominus Deus Iesus rex, quoniam visitauit & fecit redemptionẽ populo suo. Et adhuc turba expectante & exclamante, vt congregatio fieret in oratorio sanctæ & gloriolæ Dei genitricis virginis Mariæ, exclamauit ipsis sanctissimus archiepiscopus noster hæc: Quoniam magna hora est, & iustum est nos diuinam celebrare Missam, per quam colitur Deus, in vtilitatem animarum nostrarum sufficiant hæc. Multa enim sunt, quæ legenda sunt. Cum Deo igitur sancta Dominica sequenti in prædicto oratorio Domine nostræ gloriosissimæ Dei genitricis virginis Mariæ reliqua legem⁹, & iterum anathematizabimus Acephalum, & omnes qui cum eo sunt. Et postea proclamauit huiusmodi cõgregationem Zacharias venerabilis archidiaconus: Notificamus vestræ charitati, quòd sequenti Dominica ad gloriam Christi Dei nostri, & sanctæ ac gloriosissimæ Dei genitricis virginis Mariæ Domine nostræ, & pro salute ac victoria ac perennitate serenissimi Imperatoris nostri Iustini, ac pijsimæ Euphemie reginæ, & maiorum potestatum, necnò sanctissimi archiepiscopi regie vrbs Ioannis, & ibidem congregandæ sanctæ synodi in domo sanctæ Mariæ, (quæ est in *Iamsulsi) sanctam congregationem faciemus. Ipsa autem sancta Dominica in matutino ibidem cõuenimus, vt cum in idẽ cum psalmodijs & cæcis ac incensis in ipsa sancta domo peruenerim⁹, deprecationem & sanctam congregationem expleamus. Sic itaq; omnes viri, omnesq; scemina cũ studio cõueniamus. Et post ipsum sanctissimus archiepiscopus noster dixit sic: Notificamus vestræ dilectioni, quomodò sequenti sancta Dominica huc conuenimus, vt in idẽ cum psalmodijs & cera ac thuribus in oratorio domus sanctæ Dei genitricis semper virginis Mariæ peruenientes, deprecemur, & ibi sanctam congregationem compleamus. Et exclamauit turba: *κτὸν ἑσπορον* foras mitte, omnes schismaticos foras eijce. Anathema schismaticus: Anathema, qui vnum illorum recipiunt. Clericos schismaticos nullus suscipiat. Apostatas nullus recipiat. Eos, qui contra crucem

Lucæ 1. g

Proclama-
tio sequenti
actionis.

i. præsidis

cem pugnaverunt, nullus suscipiat. Et postea exclamauit eis sanctissimus archiepiscopus noster hæc: Luminarium quoq; sabbato in vesperis in ipso oratorio sanctæ DEI genitricis semper virginis Mariæ, cum Deo faciemus. Et cum quieuisent, finita fuit congregatio sancta.

EPISTOLA EPISCOPORVM
secundæ Syriæ ad Ioannem patriarcham, & synodum.

*φορὰν
*onus

2. Cor. 9. d

Lucæ 1. g

i. palam
Matth. 7. c

*saluaretur

Domino nostro per omnia sanctissimo & beatissimo patri patrum, archiepiscopo & œcumenico patriarchæ Ioanni, ac sanctæ & Deo venerabili synodo in regia ciuitatum vrbe congregatæ, minimi episcopi secunde Syriæ. Cũ adspeximus ad *laturã sæuorum, qui nos circumdederunt, & animaduertimus confusionem ecclesijs nei inopinatè allatam, totum meritò proprijs ascribentes peccatis, Domini miramur longanimitatẽ. Cũ verò rursus ad melius cogitamus optatam mutationẽ, Apostolicam illam prouocamus dicere vocẽ: Gratia Deo pro inenarrabili ipsius dono. Non enim desepxit nos in finem, sed visitauit, & fecit redemptionẽ populo suo. Vt igitur valdè incredulis veritatis cognitio fiat, & per res appareat, quòd certè voces Domini verè sũt, & alibi *διαρρήδην* alta voce clamantis: Ecce venient ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos: & vt deceterò *saluentur, & cõnurentur sacro ouili Christi Dei nostri oues ab ipsis dispersæ, dedit & dilatauit Deus super ornatum orbis ecclesiarum ineffabile donum pacis. Cũ enim fidelissimi regnet Imperator, qui fidei decore ex Dei prouidentia splendet, & sancto pontifice diuinæ gratiæ sententia decorato in regia vrbe, pro Apostolicis dogmatibus pugnante, quomodò est possibile, nõ multum eleuari cogitationem, ac letari de optimorũ à peioribus veloci mutatione, & spontè abijcere, quàm possibile est, maximè corrupti diaboli stimulos? Etenim cũ sciremus q̃ iustè ac canonicè sancta synodus vestræ sanctitatis fecit, quòd taliter sustulit iniustam & iniquã Seueri proteruitiam, (quænam virtus orationis, etiã ad modicum, attingere poterit illius mala?) & in quibus Deum blasphemauit, omni tempore sanctam, magnã, & œcumenicam synodum Chalcedonensem anathematizans, & epistolam sancti Leonis antiquæ Romæ archiepiscopi, cooperatorẽ & proximũ in omnibus habẽs Petri impium, qui Apamcarum præsidentiã contra omnem ecclesiasticam sanctionem subripuit, meritò lætati sumus. Quomodò em̃ non debuim⁹ gratulatorios etiã hymnos Domino DEO nostro emittere, cũ & nunc medelam opportunam, & difficultatum solutionem nobis omnibus largitus

sit? Iam itaque statim in procæmio illorum delicta cognoscimus, & non ferentes malorum corruptam expositionem considerare, præuenientes, liberauimus animas nostras, & fideles nobis ecclesijs à Seueri & Petri malitia, quos & abdicauimus, tanquã hæresiarchas, & anathematibus subiecimus, separantes nos ab illorum cõmunionẽ. Verum quia non solũ nos, qui minimi sumus, iustum contra illos protulimus interdictũ, sed etiã & vos beatissimi (quos & nos sequi duximus) ferre non valentes tantarum absurditatum magnitudinem, gementesq; & lachrymantes super impijs non cõdolentibus, voluistis, in prioribus manere nullatenus permitti. Qualia enim sunt in nobis oblati à venerabili clero Apamcarum, & ab ordine venerabilium monachorum, per æquẽ *percurri, homicidia, ebrietates, actus præsumptuosos, obsidiones monasteriorum venerabilium, impudicarum mulierum introductiones in sacris & intemeratis templis, periuria, blasphemias, ordinationes cum datione pecuniarum, & ijs horridiora & maiora, quàm secundum naturam humanam dici possent: quæ curiosum quidem esset prolixius enarrare: sed possunt, qui fuerunt, per scripturam præscriptorum libellorum scire occasionem, & iusta scemina contra illos iustæ rursus condemnationis inuenientes nos, & nunc à quibus illi maximè propria animaduersione percussi, omnia præter canones facientes, illecebrarunt quosdam ad clericos nostros proficiscentes, qui propter cõercitionem ecclesiasticam ad modicum *percussi, ad seipsos traxerunt, & adduxerunt, & ecclesijs ab ipsis deuastatis, illicitè professi sunt, vndiquè diuinos canones impugnantes. Huius gratia nos vestrarum doctrinarum sancto decreto instructi, anathematizamus & in præsentem Seuerum & Petrum hæreticos, & iudicio magni & tremendi tribunalis tradimus illorum noxias animas, priuantes similiter ipsos, quemadmodum & vos beatissimi omni honore, dignitate, operatione sacerdotali & cõmunionẽ mundissimã, & nudantes non solũ sacerdotio, quod habere imaginabantur vanum, sed etiã omni participatione, ad discretionem eorum qui resecta sapiebant. Timor enim est, nõ synecpiores per amplius imitatores ad proprias blasphemias trahant. Omnia enim audent, vt consequantur. Rogamus sanctitatem vestram per hanc nostram epistolam modestã, cui etiã inseruntur oblata documenta, vt cũ acceperitis veram cognitionem delictorum Seueri & Petri, confirmetis & actũ nunc à nobis expositum, & diuinis canonibus cognitum, licet ipsos nihil sacerdotij licitè habere cognouerimus aliquandò: & etiã adducatis ad pijsimum & orthodoxum Imperatorem nostrũ, vt & ipse cognos-

for. *percurrim⁹, homicidia s.

*ἐκ ἐλαθῆντες

scat, quæ in libellis continentur, & quæ à nobis indicata fuere, & iustam scientiã habeat eorum, quæ à nobis benè & sanctè sententiata sunt, statuatq; nostris supplicationibus persuaderi, & demùm liberet sanctas DEI ecclesias ab illorũ læsione, quæ animas corrumpit. Sic enim purum fermētum in ipsius pio imperio incorruptum manebit, segregatis zizanijis, sicut olim & præolim. Ad bonam etiã instructionē beatitudinum vestrarum, copias * notificarum à magnificentissimo principe provinciæ gloriosissimi principibus, synodali epistolæ * nostrum minimorum inseruimus.

i. eorũ que notificata sunt. Nostrum, genitiuus est pluralis à Nos.

SVBSCRIPTIONES.

¶ Cyrus Dei miseratione episcopus Mariamnius, Valere me in Domino, & ei inseparabiliter seruire, orate domini & per omnia sanctissimi ac beatissimi patres. Zoilus Dei mis. Episcopus Rhaphaneñ, valere me &c. Scuerianus Dei miserat. episcopus Arethusius, valere me &c. Cosmas Dei miserat. episcopus Epiphaniæ Christo amantissimæ ciuitatis, valere me &c. Eusebius Dei miserat. episcopus Larissenus, valere me &c.

¶ Copia actionis formata contra Petrum Apamearum in tempore magnificentissimi provinciæ principis.

¶ Stephanus, Petrus & Iulianus diaconi, dixerunt:

¶ Quoniam præterito pascha sancto, sequenti noua Dominica, ascendente clero toto (vt moris est) ad salutationem Petri Episcopi nostri, audiuius ab ipso, cum esset indignatus contra lectorarios, (nam eramus tunc lectorarij) & diceret nobis, Quare communicatis, id est, cõuenitis contra me, quia feci Constantinum de laicis diaconum, & vos despexi? ita per Iesum, quia probaui hac nocte facere vos de lectorarijs subdiaconos, nisi ipse crucifixus descendens, redemisset vos de manibus meis. Hac autem & coram omni clero dixit. Et ego Stephanus scio, quod factum est in Marato stolæ Zabdalæ. Quoniam verò præsentibus DEO dilectissimi clerici coordinauerunt documentum, quod & promiserunt nobis porrigere: rogamus ipsam legi, & singula capitula, quæ in documento continentur, declarari.

¶ Ioannes Palladius Eutythianus vir clarissimus, dum esset præfens, dixit:

¶ Oblatum instrumentum legatur iuxta petitionem eorum, qui porrexerunt. Præsentibus presbyteri, diaconi, subdiaconi, lectorarij, & reliqui venerabiles clerici volunt claram facere opinionem suam, in quibus sciunt, vt Deum ad mentem habeant, &

proprium specimen, id est, habitum, & nihil ad offensionem vel gratiam faciant, sed omnia cum veritate edocebunt. Et cum obtulissent ex officio, recitata est sanctissimis patribus & episcopis provinciæ secundæ Syriæ, à communi clero sanctæ Dei ecclesiæ Apamearum metropolitana.

¶ Proprium sacerdotij & honestæ pollicitationis Christianorum, prudentia & mansuetudo, est vltima omnia sanctorum dogmatum sanctio, ac fidei diuinæ obseruantia, in qua & beatorum patrum memorabilis & venerabilis chorus desuper ex quodã irreprehensibili successu immortalibus rationibus modulum consonum deuotis animabus hominũ introductus est ad sanctificationem diuini ritus. Didicimus enim à diuinis eloquijs clamare: Noli transgredi terminos sempiternos, quos posuerunt patres tui. Et hæc quidem venerabiles patres, & diuinorum Apostolorum successores tenentes, purum lumen Ecclesijs donauerunt: vnde manserunt incorrupta templa Ecclesiarum, & ministri ipsorum seruiunt indefinenter Christo Deo nostro, & mercedem iuxta diuinę scripturę dignitatem portant, & in-

querulas primitias suscipiunt ab antiqua Roma, & tollunt diuinę gratiæ fructus diuino zelo & igne spirituali, vsquequò antecertum quoddam tempus magis * noua inouatio contra Ecclesias introducta fuit. Sed si vsque ad prædictos stetissent mala, licet difficile, tamen tolerabiliter sustinuissemus, cum passio faciliter potuisset medelam suscipere. Verùm quando Respublica Antiochena suscepit Seuerum, qui nunquam communicauit Ecclesiæ orthodoxorum, nec adhuc à peioribus ad meliora est transmutatus, iam velociora tempus qua contingunt, difficultatibus quæ inductæ fuerunt, & (vt ita dicamus) insanabilia vulnera. * Fabula facta est fidelis ciuitas Apamearum, postquam suscepit obiectum Seueri hæretici. Et beati magis patres prædormientes, & qui non viderunt Petrum vocatum præsidem nostræ ciuitatis. Quoties enim memoria reuoluimus, quæ ab illo facta sunt, implemur iusta ira: operimur autem & cogitatione, & retrahimur dicere, quæ commissa sunt. Veruntamen necessitas cogit, & omni tempore tacere non finit, nē necessitate quadam confuscata malorum magnitudo, capiat & eos qui benè habent, (vt verisimile est ac apparens) & longam catenam trahat degeneris & illiciti sensus. Multa igitur secundum hoc tempus collecta sunt, & præsumpta contra sanctissimam Ecclesiam nostram, quæ suadent nobis dicere. Admonet autem opportunè & pia cogitatio pœnitentiæ Deo dilectæ, nos & ipsam ordinatam, & vtilem sententiam * capere. Clarus enim est sic. Vtinam nunquam

*introducitur Prou. 22. d. *irreprehensibiles primitias *noxia *Δράμα

ἰ. ὑπογεο

i. subterraneo

¶ dictus Petrus ex hypogeo nup̄ ascendisset ad tribunal Ecclesiæ Apamearum. Anathematizat quidem sanctos patres nostros, & delet de sacris diptychis ipsorũ vocabula virorũ, q̄ honestè ac sanctè vixerũt, & q̄ venerabilia ac reuerenda tépla oĩa coli locauerunt, & donauerũt sacra vasa diuinis missis, & illũinauerunt beatissimos patres nostros, & nos ipsos, & manus iustas imposuerunt in omni puincia, & sine scandalis dispensauerunt iustitias Ecclesiarũ. Quod aut̄ peius est omnibus, cum huiusmodi impietatis scelera parua valde putauerit, nõ solum prædictas salutationes deleuit, verum etiã supra cõmemorationē bonarũ animarũ illorũ posuit in pariete, depinxit, ac scripsit scriptura intus, sanctũ Ioannẽ, Dioscorũ, & Timotheũ cõdemnatos, & his similes: quorũ memoria quæ difficilis est, licet graue sit aliqd̄ dicere contra mortuos. Hæc itaq; sunt, q̄ ad catholicã Ecclesiã ab ipso cõmissa sunt, q̄ etiã propria, cum ascenderet ad sedem Apamearum propter peccata nostra, Petrus cõmisit, iustũ putauimus, per breues (vt possibile est) literas capitulatim enarrare. Nam cum venerabiles lectores flarent cum decenti cogitatione, & appeterent maiorem gradum iuxta consequentiã consequi, (q̄ maximè naturæ infixum est, meliora amare) surrexit cum magna audacia, & sine vlla ratione & hanc illicitam vocem emisit: Quod nisi tacebitis, inquit, in subdiaconos vos ordinabo: & ipse, qui crucifixus est, descendens, non liberabit vos à manibus meis. Postea euenit, Iulianum, qui receptor fuerat ecclesiasticarum pecuniarum, mori, & illius bona Rufanum ministrasse, qui p̄ multos & infinitos annos dispensauerat res sanctissimę ecclesię nostrę. Et post huius obitum directi sunt illi, q̄ erant in possessione pecuniarum, ad pensionem verborum, rationum & pecuniarum, & cõferre partes (cum multa essent mota) & ad p̄solutionem afferre, & rationem (si rationem illius vocare oportet) addere (inquit) quod anathema sit omnis homo, etiã si Paulus apostolus federet in sede ista, ad euerisionẽ aut querelam videns inductarum transactionum. Et hæc aperte dicens, videtur ita horridam, & quod ad certam quantitatem auri fecerit. Rursus & aliud quid dicimus, quod omnibus notum est. Dicens enim ad venerabilem Eustathium œconomum, vt emeret quædam scamnalia ad *rationem secreti episcopalis, & parua mora facta, similiter impide loquens contra Dominum, magna voce clamauit: Omnes Ecclesias & altaria cõburet Deus, & faciet (vt illius verbis vtamur) *vallem vnam. Impudicitiam verò mulierem nõ dignam diuini baptismatis introduxit, & stare fecit iuxta sacrum fontem. Et cum diuina mysteria in oratorio domus Dei genitricis finirentur, qualem sermonem in dignè fecerit, q̄ auris Christianorum

Mortuis obloqui.

Locus aliquosquẽ valde obsecurus.

*λόγον & cũ esset

*collẽ vnũ.

tantã impietate dictã & factam sustinuerit nemo non credat & ad veritatẽ eorũ, q̄ decinçeps dicunt. Subducit em̄ Stephanã, nuncupatã Pterouolã, de tugurio, & monasterio (in q̄) tradidit priuatẽ. & nullo alio præsentẽ, p̄ magnam partẽ cuiuslibet diei circa illius indecentẽ delectationẽ cõsumpsit, & visus est quidẽ in his Petrus non ferrẽ molestẽ. Paucissimis verò percurtis diebus, tollerante patientia, q̄ videtur, corporis iaculis denudata est ad reprehensionẽ. Vnde non ferens ipsius carentiã, sine occasiõẽ venit ad Antiochiã, & illius velocẽ reditũ in conspectu omnium inhonestissimè facit. Graue quidem profectò & miserandũ, tantarũ calamitatum gesta enarrare. Fecit enim & aliud q̄d̄ peruitas ipsius tanq̄ simile ac cognatũ. Induit enim stolam albã, q̄ nullatenus conueniebat sibi secundũ rationẽ sacerdotij, tanq̄ in ordine diuinorum Apostolorum. Qui impius submersus in omni peccato, in Marato Zabdalæ & campis Nogeï, facta ab ipso professione sanctorum martyrum, scidit in infinitas partes stolam, diuisit facilliter deceptis, non ignorans, q̄ quantum est, eos qui cum veritate ambulant, quibusdã talibus conari, & excedere mensuram humanę staturę, & madata Domini & Saluatoris Iesu Christi Dei nostri. tantũ excæcatus est oculus animę, cum stat in sacrificio sine sanguine, quod dignis vile fuit, non illi, qui omnem intellectũ projicit in intuitum mulierũ, & sputis decolorauit venerabilis altaris pannum rubeũ, nesciens, q̄ ex solo ad spectu peccatum contrahitur iuxta diuinã scripturam: sed iste nobis optimus solium impudicè videbat, necnon palpabat *amarè, sed & peiora tãgebat. Ultra hæc em̄ dicerem inhonestiora valdè. Dolemus meritiò. Tanta verò fuit quædam irrationabilis audacia iuuentutis illius, q̄ non cessauit inebriare eos, qui veniunt in sancto & honorandissimo tempore baptismatis. Nõ putamus latere aliquem, qui dignus sit diuini ritus, quantum certamen detinet eos, qui timent Dominum, tempore quo debent venire ad diuinum baptismã, qui errore antè capti sunt. Et quoniam liberum lumẽ cum veritate sup̄ huiusmodi animabus splendet, & à difficili valdè seruitute liberant, stant figuram certaminis explicantes, deorsum inuenientes, & manus cõplectentes, & in tẽpore trementes, diaboliq; corruptiũq; astutię nõ resistentes, semel redemptionẽ veri salutaris baptismatis expectantes: & tamẽ cum hitaliter se tenerent, nõ negligebat repellere baptizandos, & magnitudini huius diuini & peculiaris boni assimilare desiderium atrocis officinæ deuotarum mulierum (vt dicebat) ab ipso constitutã, sicut Stephanus diuinus & sacratissimus diaconus testatur, q̄ salutationes eorũ, qui ad diuinũ baptismã veniunt, ordinauit in scriptis: & meritò secundũ

Matt. 5. d.

*amore *amarè

*dicebant

dum propriam gloriam, id est, opinionem ad malum tepebat, & superatus est corporali voluptate desideriorum. & hoc enim proprium fuit Manichæe enormitatis, putare subsistens malum, & propter hoc esse multos seruiens principatui illorum pessimorum. Quid autem debet quis amplius de predictis miseris mulieribus enarrare? Sic enim spectabant iustam eiectionem prouenientem contra Petrum, nec adhuc postea constiterunt, sed sustinebant in domo, lacrymis & fletibus immensuratis flentes carentiam & diuortium Petri: post hoc autem & libidine viri & inexplibilem artem condiendi fercula, & tanquam super sponso mortuo flentes & plorantes, illius vitam per amplius deteriorauerunt, ostendentes impudicam perditionem hominis sculpti, non pastoris sacri oculis. Et nisi ultra pretextu nostrum esset, quædam alia percurreremus, & predicarem de bonis faciebus mulierum figuratis ad vindictam: ut nihil asperius dicamus, totum attribuimus malo conficio eorum, qui percutiuntur nostris contra uocibus. Et licet cum modestia tamen dicta sint quædam de Stephana, quæ dicitur Pterouola, cum qua inconsulte (ut ita dicamus) omnem diem exigebat, & quæ dicebat illius translationem ad melius, subripiens desideria corporis delinquentis, testes sunt recepti, qui fuerunt ministri venerabilis diaconie. Qui autem de Veneticis partibus oriundi erant, inuitabant venire ad obsequium venerabilis monasterij sancti Dorothei, quando ipse accipiens multitudinem inordinatorum, irruit contra colentes in predicto venerabili monasterio, meretrices & saltatrices introducendo, & multitudinem amatium, & nullam speciem omittendo ad depositionem & extinctionem ibidem colentium. Quod autem & uxorem cuiusdam militaris, cognominatam Psepha, lubricam naturam mulieris introducendo, sicut in infinitis alijs, illius libertatem obsederit, sciunt fere omnes, & secundum illud quod scriptum est, Et si nos etiam tacebimus, lapides clamabunt. Quæ cum non potuerit indecetem voluptatem viri sustinere, ad fugam diuertit, lamentando de propria & opprobriosa calamitate, quam ille fecit. Bonum esset, neque causam tristitiae contra venerabilem Iulianum celeriter transcurrere. Cum enim quidam dogmatici sermones moti sint in secreto sancti Stephani, & predictus venerabilis vir respondit, bene ac sancte credere pijsimum Imperatorem nostrum, quantum anxius & compunctus anima in hac iusta voce, sub ratione hac & condemnationem (inquit) fecit Petrus, qui veritatis inimicus est, & qui nullatenus iustum sermonem habet, sed solum in omnibus proteruus aduersarius, & hinc repugnans deuotæ ac orthodoxæ rationi Domini totius orbis post Deum. Sufficere quidem putamus, vnam causam

Lucæ 19, f

ὁ πρὸ λόγου

TOM. 2.

sam predictorum decertare inhonestam vitam Petri. Ordinando autem cum pecunijs, quod maxime in Antiocho Myrsepo videtur fecisse, & sequentia diuinorum decretorum, & simili iudicio huiusmodi argumentorum videtur repugnasse, & sic vndiq; damnosam ruinam sustinere sacerdotij, quod frustra habere phantasticatur: rememorari autem receptaculi totius impietatis, non consistit extra rationem. Dicitur enim monasterium sancti Romani, pro orationibus & conuersatione mansueta, quam decet, qui separati sunt, amplecti, psalmos anathematum contra sanctos patres pecuniarij, immo non monachi, facere edocti sunt. Nam habet Petrum ducem malorum, & hanc mercantiam facientem contra ecclesias dei presbyteros ex ipsius quasi ordinant, paramonarios & hospitalarios statuentes, & vbiq; necessaria alimenta pauperum despoliantes. Et licet veritatem ita habere, negari nunquam non possit, nos obsecramus cum poenitentia Deo dilecta hos nubere, & solutionem exoptatam & Christianis decentem accipere predictarum difficultatum, cum in his omnibus malum possederit, & Deus illorum vitam auerterit. Nunc quoad optimam capimus fiduciam, donatam nobis ab ipsius clementia, & pijsimo ac orthodoxo Imperatore nostro, & a magnis potestatibus, sicut & maxima orta est & irrefragabilis iussio, & fuit splendens secundum splendendum & principale iudicium, credentes & sequentes pium propositum serenissimi Imperatoris nostri, & sanctissimorum patriarcharum, consentimus declarari quodlibet istorum per libellos, & adducere ad vestram paternitatem, ad bonam & diligentem cognitionem eorum, quæ subsecuta sunt, scientes quod & si quis per concessionem daret ordinem licitum, prouenendo in Petro tantorum predictorum delictorum, sententiatius quidem esset alienus a sacerdotio Christianorum: ut & vos sanctissimi, cum quodlibet horum sciueritis, iudicetis diuinis canonibus approbata: & quæ ad utilitatem sanctissimæ ecclesie nostræ respiciunt, vniuersa hæc nota constituendo, si consentitis & sanctissimis patriarchis, ac potentissimo Imperatori nostro ad assistendum & placendum suæ serenitati, ac beatissimorum virorum sancto decreto, ut Christo deo nostro vtilia concedente, pax nobis omnibus, & valida ac perfecta vnio fiat sanctis suis Ecclesijs, & præficiatur metropoli apamearum sanctus, rationalis, & tranquillus vir, qui in bono det vtilia prouincie nostræ. Hanc enim spem bonam habentes, & ad deum respicientes, ac ad pijsimum Imperatorem nostrum, & ad sanctissimos patriarchas, salutationes beatissimorum Episcoporum nostrorum sacris diptychis inscripsimus secundum antiquum ordinem sacri statuti. Et Christum Deum nostrum oramus, ut indiuisa seruet

*dispellentes, vel dispersantes.

*metu de docto distributor ad

uet insuperabilia sceptris serenissimi Imperatoris nostri, qui tantam prouidentiam vbiq; Ecclesijs largitur, & nos ab ærumnosa hæresi Petri liberauit, qui bona Ecclesie nostræ deaustabat, iuxta defectum supra narratorum. Multis itaq; præmissis sufficiat nobis, quæ interim enarrata sunt. Hæc autem omnia petimus & obtestamur nota fieri prouincie, & magnificum presidere provincie. Et idcirco hoc apertum constitutum.

Natalis reuerendissimus presbyter dixit: Aderam, quando Petrus Episcopus noster dixit blasphemum verbum contra crucifixum, indignatus lectorarijs. Scio autem & ipsum dixisse blasphemum verbum contra Ecclesias & altaria. Nesinius reuerendissimus presbyter dixit: Ex capitulis lectis memoria teneo, audiuisse à Petro Episcopo dictum blasphemum verbum contra Christum Deum coram omnibus, qui crucifixus est pro nostra salute, quando indignatus erat contra lectorarios. Scio autem, tunc in oratorio sanctæ Dei genitricis Mariæ existens, audiuisse, quod ipse Episcopus accipiens quandam, nondum dignam factam sancti baptismatis, habebat in baptisterio prope fontes: propter quod, qui tunc ibi erant, abhoruerunt. Romanus presbyter dixit: Si quidem ego solus aut vidissem, aut audiuissem, quod factum aut dictum est à Petro Episcopo nostro, haberem utique reticere, nò sic accusator iudicaret. Quia verò ex animo vocem blasphemam, dictam ab ipso contra crucifixum coram omnibus venerabilibus clericis, qui ad salutationem ascendunt, dixit, hac de causa & ego scio audiuisse. Similiter autem & quod in oratorio domus Dei genitricis virginis Mariæ factum est: & quia hæc pluribus nota fecit, dico, quod Emisenam, (Mariam, inquam, de Tugurio) secundum commissionem suam, sepius introduxit in sancto baptisterio: & finitis sanctis mysterijs, antequam ipsa baptismate digna esset, loquebatur priuatè cum ipsa. Scio autem certè, & sui minister in loco incisionis & distributionis scholæ. Anicetus presbyter dixit: Tunc diaconus existens, & tradens ad sanctum baptisterium oratorij domus sanctæ Mariæ hebdomadarius existens, venit Romanus paramonarius & presbyter, dicens: Profectò tu dimitte communionem, & vade, da ad subdiaconale, quoniam magnus alioqui vult hinc Mariam Emisenam. Scio autem, quod hoc dixit, ad id, quod cum heredibus Rufini factum est. Quoniam fecistis per solutiones heredibus Rufini, ponite ducentorum numismatum poenam. Et si quis velit has transactiones transgredi, etiam si Paulus Apostolus resurgeret, & sederet in sede hac, anathema sit. Megas reuerendissimus presbyter dixit: Quoniam Deus proponitur, & oportet veritatem dicere, inter-

TOM. 2.

erâ in secreto honorabilis episcopatus post pascha vndecima indictioe præterita, quando predictus Petrus commotus contra lectorarios iratus fuit, & dixit hanc blasphemam vocem, Quoniam hac nocte cogitavi facere vos de lectorarijs subdiaconos: & si apposuissem manum alicui ex vobis, crucifixus descendens non eripuisset ipsum de manu mea. Similiter & ante hoc, quando commisit emere linea scamnalia ad rationem secreti Episcopalis, & cum indignatus fuisset contra Eustathium œconomum venerabilem, dixit: Quoniam melius est Deum comburere Ecclesias, & facere collem vnum, vallis vnum.

Antoninus reuerendissimus presbyter dixit: Mortuo Rufino beatissimo, qui fuit œconomus sanctissimæ Ecclesie metropolitane, congregans Petrus Episcopus noster vniuersum venerabilem clerum, postulabat, quod in teste omnium Deo denunciarent, si quid tempore dispensationis ipsius dānificauit, aut neglexit, aut usurpauerit in Ecclesiasticis. Et cum multa capitula eduxerim, quæ continentur in magna quantitate auri, post multa mota iussit ipse hæredes ipsius Rufini præstare quædam pro multis, & dixit fieri ipsi per solutiones, & imponere poenam ducentorum numismatum, dicens, quod si contra prædictas transactiones huiusmodi aliquid vlatenus contra facerent, etiam si Paulus Apostolus resurgeret, & sederet in sede ista, anathema illi. Proxima verò dominica præterita paschæ, cum vniuersus clerus ascendisset ad reuerentiam, audiui ab ipso, dicente ad venerabiles lectores blasphemum verbum contra illum, qui pro nostra vita crucifixus est, secundum deposita à Stephano, & Petro, ac Iuliano tunc lectorarijs, nunc verò diaconis. Veniendo autem sabbato in congregatioe, in oratoria domo sanctæ virginis Dei genitricis Mariæ, cognoui ipsum intransentem in baptisterium sanctæ Dei genitricis virginis Mariæ, & alloquentem quandam mulierem, quæ nondum particeps facta erat, non dico sanctorum mysteriorum, sed neque ipsius sanctæ signatiois, & ipsum illinc sepius in eum inueni tunc diaconus existens. Non est autem media domus, nisi honorabile diaconale. Stephanus & alter Stephanus dixerunt: Cum essemus in baptisterio neophytistarum, sine tunicis & calceamentis existentium, diaconis ipsos exorcizantibus, venit Episcopus noster Petrus, & eiecit nos foras vnâ cum neophytis, & introduxit canonicas, & priuatim cum ipsis stetit per multas horas. Audiui autem & nos cum alijs verbum, quod dixit ad lectorarios, aduersus eum qui pro vita nostra crucifixus est. Eutychanus diaconus dixit: Secundum morem facta salutatione in secreto honorabilis Episcopatus, audiui verbum ab ipso dictum aduersus crucifixum. Thomas diaconus dixit: Quando ad salutationem

nem

nem ascendimus proxima dominica post pascha, veniente Episcopo nostro Petro, audiui blasphemum verbum, quod dixit contra crucifixum. Et quando commotus fuit propter id, quod cum haeredibus beatissimi Rufini ceconomi, audiui ipsum episcopum dicentem, quod anathema sit, factis transactionibus, etiam si Paulus resuscitatus sederet in sede hac, qui quaereret & peteret rationes istas, aut diceret ei quicquam. Leontius filius Matroniani, diaconus dixit: Scio & ego audiuisse ab ipso, cum indignatus erat contra lectores in noua sancta dominica. Quod si iudico, & faciam vos subdiaconos de lectorarijs, & si veniat, qui crucifixus est propter nos, non tollet hoc a vobis. Audiui autem & hoc ab ipso ad secretum hyemale, cum indignatus erat de scammalijs Episcopatus, quoniam dixit: Comburet Deus ecclesias & altaria, & faciet ipsa collem vnum. Et hoc scio, quoniam intrabat saepius in monasterium ad Pterouolam, & per multas horas solus cum ipsa manebat. Iulianus diaconus dixit: Congregatione finita luminariorum ad sanctum Stephanum, congregans presbyteros & diaconos, & quemlibet clericorum ibidem in secreto conquerendo, quae fuit in me, quare non anathematizas synodum sexcentorum patrum? & me dicente sibi, quia Imperator orthodoxus est, & in quibus credit, sequor ipsum: non solum autem hoc, sed & anathematizantes synodum, anathematizo: furibundus surrexit, & interdixit me ab omni clero. Megas presbyter dixit: Praesens fui dictis a praesente Iuliano diacono, & vera sunt, quae ab ipso dicta sunt. Amisus presbyter dixit: Praesens fui dictis a praesente Iuliano diacono, & veritatem habent, quae ab ipso dicta sunt. Epiphanius diaconus dixit: Praesens fui & ego in salutatione facta in honorabili Episcopatu, quoad Petrus dixit lectorarijs: Quod si fecerim vos subdiaconos, ipse qui crucifixus est, si descendat, non eripiet vos de manibus meis. Simeon diaconus dixit: Et ego audiui a Petro Episcopo capitulum de crucifixo, & de anathemate, ubi dixit, quod si etiam Paulus Apostolus federet in throno isto, Ioannes diaconus & notarius dixit: Et ego ipsam vocem dico, quam audiui de crucifixo, & de anathemate contra sanctum Paulum. Leontius diaconus dixit: Et ego audiui verbum de crucifixo, & de anathemate Pauli Apostoli. Theonas diaconus dixit: Et ego audiui verbum, quod dixit de crucifixo. Et quod intravit in baptisterium S. Mariae prope fontem, & quod introduxit mariam, antequam illuminaretur, ipsa existente nuda, cum & nulli coefferet stare intus, diuina comunione finita. Ego enim archiebedomadarius ipseus eram, & ex hoc scio. Hoc autem fecit semel, & bis, & tertio. Scio autem & illa de anathemate Pauli Apostoli, & quod de Pterouola supra dictum est. Leontius dia-

TOM. 2.

conus dixit: Et ego audiui illud de crucifixo, & iterum de anathemate Pauli Apostoli. Paulus diaconus dixit: Et ego audiui verbum, quod dixit de crucifixo. Scio autem, quoniam & persecutus est Neophytistas, & introduxit canonicas. Serapius diaconus dixit: Et ego audiui illud de crucifixo, & illud de anathemate Pauli Apostoli. Ioannes presbyter dixit: Et ego audiui ab ipso dictam blasphemiam propter crucifixum, & rursus quoniam dixit: Comburet Deus Ecclesias ipsius igne, & faciet collem vnum. Et iterum cum audiret rem illam de Rufino, posuit anathema, qui post ipsum contrafecerit illi, etiam si Paulus apostolus esset. Surinus subdiaconus dixit: Et ego audiui, quoniam dixit de illo, qui crucifixus est. Ioannes subdiaconus dixit: Et ego audiui verbum, quod dixit de crucifixo. Rianus diaconus dixit: In dominica die ascendens ad salutationem, tunc subdiaconus existens, audiui & ego verbum de crucifixo.

Antonius lector dixit: Scio & ego, dum adessem in secreto, Petrum Episcopum nostrum, praesente venerabili clero, me audiuisse dicentem illicitam blasphemiam aduersus crucifixum Christum Deum nostrum, & verbum illud anathematis, quod ipse imposuit in his, quae de Rufino dicta sunt, dicendo, quod si etiam Paulus Apostolus resuscitatus, sedebit post me in sede ista, anathema sit, evertensque quae nunc visa sunt: & quod Ioannes, qui hunc haereditavit, coram omnibus dixit, quod post anathema expedita fuit ab ipso cautio quinquaginta numismatum. Quae enim de Pterouola dicta sunt, nequaquam alius domesticorum per hanc metropolim (vt puto) ignorat.

Omnes presbyteri, & diaconi, ac lectores dixerunt: Cum manifestae sint praedictae depositiones, petimus & obtestamur vestram magnificentiam per sanctam & consubstantialem Trinitatem, & per victoriam & maiestatem Domini nostri Iulij Iulij semper Augusti, & maximarum potestatum, ac primae & excelsae principantium, notificare simul sanctissimis episcopis, quemadmodum & acta fuerunt a tota multitudine, necnon & a famosissimo magistro diuinorum officiorum ac strenuissimis militibus diuinae praesentiae vtriusque potestatis, vt per ipsorum excellentiam ad diuinas aures adducantur, quae sequuta sunt. Et sicut scitis, magna & infinita multitudo fratrum & monachorum, requisitum & obsecrauit hanc vestram potestati notificare. Quod enim fratres & monachi non deponant, hanc consuetudinem superius obtinuerunt, sed sufficiat solum in ipsorum exclamationibus. Omnes superscripti religiosi episcopi dixerunt: Dignum nobis fuit orationi vacare, & sanctis Dei ecclesijs nobis commissis & delegatis & diuinas adimplere Missas. Quoniam verò fidei ac pietatis proponitur sermo, iustum esse putauimus

*intra hanc

parere

parere petitionibus venerabilium clericorum Apamearum. Vnde propter literas missas nobis a venerabili clero sanctae dei ecclesiae Apamearum, & per venerabiles Antonium & Iulianum portatas, venimus in Ambrotrice, id est, oratorio, ubi contigit multos venerabilium clericorum venire ad nos in praedicto oratorio, & petere nos venire ad venerabilia monasteria beati Hefychij & beati Dorothei, existentia extra metropolim, vt facilius possent venerabiles clerici ad nos exire, & edocere quae vellent, quod iam fecimus. Et quoniam porrexerunt nobis quosdam libellos, & insinuarunt vestram magnificentiam, ac quasdam depositiones fecerunt, petimus & nos vestram magnificentiam, quemadmodum exclamationes factae sunt (vt scitis) a multitudine venerabilium clericorum, inferere, quae facta sunt, & indicare primo & excellenti solo, & gloriosissimo magistro diuinorum Officiorum, & strenuissimis militibus vtrarumque potestatum, vt per ipsorum excellentiam ad notitiam veniant omnia, quae processerunt a pijsissimo Imperatore nostro. Nam & nos etiam notificamus beatissimo archiepiscopo & aemeceno patriarchae regiae vrbis, & gloriosissimis ac magnificentissimis, & magnis principibus pijsissimi Imperatoris nostri. Ioannes Palladius Eutychianus, comes & praeses, dixit: Habent quidem fidem actorum testificata a venerabilibus clericis sanctae Dei Ecclesiae Apamearum, quae percurri assistentia populi defendentis Apamearum metropolim. Quoniam verò interpellatorias doctrinas fecerunt, & quae exhibuerunt illi, qui sunt in praedicto venerabili clero, & simili modo sanctissimi episcopi prouinciae petierunt, videntur vniuersa, quae facta sunt, nota fecisse primo & insigni ac excelso throno & gloriosissimo patrio & magistro diuinorum Officiorum, ac strenuissimis militibus vtrarumque potestatum, vt per ipsorum excellentiam ad diuinas aures afferantur singula, quae nota sunt. Venio ad examen maximè eorum, quae ab ipsis dicta sunt, & propter allata mihi honorabilia iuramenta coniungam omnia, quae facta sunt in vna materia, & notificabo ad assistentiam ipsorum clementie, inferendo his, quae in praesentiarum facta sunt, & praecedentes exclamationes a multitudine venerabilis cleri praedictae sanctissimae Ecclesiae: Imperatoris multi sint anni, Augustae multi sint anni, Praefectuum multi sint anni. Magistri multi sint anni, Consulatus multi sint anni. Proui & Hypatij multi sint anni. Rebelles mitte foras. Comedentes ecclesiastica foras eijce. Cuncta ecclesiastica Seuerus & Petrus comederunt, oia in caterua sodalium tradiderunt. Eum, qui blasphemauit crucifixum, eijce foras. Vbi sunt possessores ecclesiae? Vbi sunt vasa ecclesiae? Mulieres omnia acceperunt.

*Praefectorum ser. pbi

TOM. 2.

Cuncta Pterouola accepit. Dignos anathemate anathematiza. Tolle violentiam de Ecclesia. Omnes ecclesiam depraedati sunt, in stipem sodalium omnia dederunt. Fidelis Imperatoris multi sint anni. Vitalianus Stratelatis multi anni. Vnam interrogationem canonibus. Vicit fides orthodoxorum. Episcoporum multi sint anni. Eutychiani Cometi multi sint anni. Requiuerunt ossa patris tui. Omnia Ecclesiastica foeminae acceperunt. Haec acta Imperatori. Ossa Domini vendiderunt. Schismaticos clericos eijce foras. Praedia Domini vendiderunt. Qui fugiunt ecclesiastica, abscissi sunt. Obtestor te, ego ipsos comburo. Vniuersa ecclesiastica vendiderunt. Venit Pterouola, & ipsa dixit: Rebelles Imperatoris eijce foras. Salutem Imperatoris notifica. Sciamus cuius sunt *καρμαιωματα*, *καταήγια* in episcopatu quomodo inuenta sunt? Contaminauit altaria, contaminauit baptisterium. Sciamus vbi sunt *καταήγια*. Cruentauerunt altaria. Seuerus & Petrus ad ignem. Proui & Hypatij multi anni. Prouis dignus est Imperatore. Hypatius dignus est Imperatore. Patricij magistri multi anni. Multi sint anni praefectuum. Totius consulatus multi sint anni. Multi sint anni Augustae. Euphemiae Augustae multi sint anni. Vitalianus dignus Imperatore. Ioannis patriarchae multi anni. Haec acta Deo. Omnia homicidia Faustus fecit. Decem millia homicidia fecit. Necatos in S. Antonino Imperatore. Imperator orthodoxus est. Petrus Manichaeum Imperatori. Seuerus & Petrus Manichaei sunt. Consulatus orthodoxus est. Tolle Faustum, salua ciuitatem. Eutychiani Cometi multi anni. Iusta est sententia praefectuum. Supplicamus, notifica salutem Imperatoris, notifica salutem Augustae.

i. extēsiōes pedales. i. pedalia.

Locus obsecratus

*Copia alterius actionis, formatae tempore eiusdem prouinciae principis.

Itē Romanus archidiaconus dixit: Cum Deus dederit rebus & sanctis suis Ecclesijs orthodoxum & pijsimum Imperatorem, & vestra magnificentia praesente, admonuerunt me sanctissimi episcopi nostrae prouinciae, antiquas Ecclesiasticae statuta seruare consuetudines, & hoc etiam venerabilis clerus Apamearum petijt: idcirco requiro praesentes presbyteros, venerabiles, diaconos, subdiaconos, & lectores, ceterosque clericos ipsius venerabilis cleri, vt quilibet ipsorum certificet propriam opinionem in actis. Ioannes Palladius Eutychianus, comes & praeses, dixit: Praesentes venerabiles presbyteri & reliqui clerici, & quae allegationem Romani venerabilis archidiaconi audiuerunt, sua certificent sententiam. Eutychius reuerendiss. presbyter dixit: Celebritas totius mundi est haec, pia videlicet statio, quae nunc tenet: quare iuxta attestaciones factas a venerabili archidiacono, suademus omnem

for. Eudo.

omnem

omnem inuouationem, quæ iam prouenit ab his, qui fuerunt hæretici, auferri, & imponere sancta nomina beatissimorum patrum nostrorum & episcoporum, à beatissimo Domino vsq; ad bonæ memoriæ Isaccium episcopum nostrum, tenereq; in omnibus alijs antiquum statum sanctæ ecclesiæ. Eustathius reuerendus presbyter & œconomus, dixit: Quemadmodum allegauit præsens venerabilis archidiaconus, omnes venerabiles presbyteros, diaconos, cæterosq; clericos sanctissimæ Ecclesiæ nostræ petere antiquas consuetudines teneri, istas & ego teneri rogo. Stephanus reuerend. presbyter dixit: Et ego assentio depositioni, factæ à venerabili Eustathio presbytero & œconomus S. Ecclesiæ nostræ, ac à cæteris venerabilibus clericis. *Thelelaus reuerendus presbyter dixit: Vix quâdoq; ab æstu donauit nobis neus pratum hoc orthodoxum, Imperatorem dico, ad quem post Deum confugiens, conspexi zelum conclericorum meorum, quem pro sanctis pontificibus & patribus nostris habent: Rogo ergo amoueri inuouationem ab hæreticis factam in sanctissima Ecclesia nostra, & seruari antiquam consuetudinem ecclesiastici statûs, & ponere in sacris diptychis salutationes beatissimorum episcoporum nostrorum, à beatiss. Domino vsque ad beatissimum Isaccium episcopum nostrum. *Nefucius reuerendus presbyter dixit: Et ego gratias agens Deo, qui pacem & vnionem sanctis ecclesijs per pijsimum Imperatorem nostrum dedit, consentio omnibus petitis à venerabili clero nostro, & confirmatis à sanctis episcopis, puincia, vt & omne inuouatum renouetur, quod introductum est in sanctissima ecclesia nostra, & antiquæ consuetudines renouentur ac seruentur, q̄ seruatae fuerunt vsque ad obitum bonæ memoriæ Isaccij archiepiscopi nostri, in sanctis Missis ac in omnibus alijs. Megas reuerend. presbyter dixit: Omnia inuouata ab hæreticis volo cessare, & tenere antiquum statum, & imponere nomina sanctorum patrum, & sanctissimorum archiepiscoporum nostrorum, qui fuerunt in nostra metropoli vsque ad obitum beati Isaccij. Sergius reuerendus presbyter dixit: Talem orationem habui, & rogavi Dominum nostrum Iesum Christum, vt tollerentur consuetudines inuouatæ ab his, qui malè sentiunt, & ponerentur nomina sanctorum patrum nostrorum, sicut & vsque ad beatissimum Isaccium episcopum nostrum iacuerunt. Et consentio omnibus his, quæ deposita sunt à venerabilibus presbyteris. Sabbatius reuerendus presbyter dixit: Et ego consentio omnibus, quæ attestata sunt à venerabilibus presbyteris. Romanus reuerendus presbyter dixit: Et ego regratians Domino DEO, qui donauit toti mundo & sanctis ecclesijs orthodoxum Imperatorem, consentio & confono omnibus

TOM. 2.

petitis à venerabilibus conclericis meis, & ante me à venerabilibus presbyteris, in remouendo omnem inuouationem factam, & seruare antiquas consuetudines ecclesiæ, & ponere in sacris diptychis appellationes sanctissimorum episcoporum nostrorum, vsq; ad beatissimum Isaccium archiepiscopum nostrum. Ioannes reuerendus presbyter dixit: Et ego consentio omnibus testificatis. *Asterius Ioannes reuerendus presbyter dixit: Scriptum est: Hæc est dies, quâ fecit dominus: quare exultemus & lætemur in ea. Cum lachrymis ergo rogo imponere sanctissimos patres nostros vsque ad obitum sanctæ memoriæ Isaccij episcopi nostri, & teneri antiquam consuetudinem. Ioannes & Zachæus presbyteri dixerunt: Et nos consentimus omnibus opinionibus. Cynriacus reuerendus presbyter & *legotheta, dixit: Et ego rogo vestram potestatem, ponere in sacris diptychis sanctos ac beatos nostros episcopos vsque ad beatissimum Isaccium, & eos qui in sede ipsorum mortui sunt, & teneri antiquas Ecclesiæ consuetudines. Oro autem pro victoria Domini nostri pijsissimi Iustini orthodoxi Imperatoris. Antonius presbyter dixit: Oratio quidem nobis fuit, vt ponerentur in sacris diptychis sancti ac beati patres nostri, qui fuerunt episcopi nostri vsq; ad beatæ memoriæ Isaccij, qui & ipse episcopus noster fuit, & seruentur antiquæ consuetudines ecclesiæ, quæ fuerunt vsq; ad tempus ipsius beatissimi Isaccij. Eutychanus diaconus dixit: Gratias ago omnium DEO, qui dedit nobis ius & Christo amantissimum Imperatorem Iustinum pro pace sanctissimarum Ecclesiarum suarum, & peto inserere sacris diptychis salutationes sanctorum Episcoporum nostrorum, qui fuerunt vsque ad beatæ memoriæ Isaccium, qui fuit episcopus noster, quodq; seruentur antiquæ consuetudines Ecclesiasticæ. Sergius & Eusebius ac Ioannes presbyteri, dixerunt: Et nos consentimus omnibus attestatis ante nos. Calliopius filius *Aschonij, Leotius filius Matroni, Anastasius, Stephanus & Theodosius diaconi, dixerunt: Consentimus & nos in his, quæ testificata sunt à venerabilibus viris. Dyas filius Vranij, Anastasius filius Theodosij, Macedonius, Ioannes filius Ruffini, & Leontius filius Anatolij, Epionus filius Fortasij, diaconi dixerunt: Et nos eiusdem opinionis sumus. Stephanus, Anthemius, Eulogius, Antoninus, Leontius, Elias, Epiphanius, Simeon, Aëtius, Photinus, Iulianus, Leontius, Ioannes, Epilampsius, Stephanus, reuerendi diaconi, dixerunt: Et nos sequimur ea, quæ simul visa sunt à venerabili clero. Theodosius, Ioannes, Simeon, Marcellus, Romanus, Iulianus, Leotius, *Eutesterius, Iulianus, Ioannes, Simeones, Maras, Theodotus, Thomas, Epiphanius, Ioannes, Leontius & Sopro-

phro-

phronius diaconi, dixerunt: Et omnes nos consentimus omnibus dictis à venerabili clero. Paulus, Diogenes, Thomas, Stephanus, *Eutesterius, Ioannes & Stephanus diaconi dixerunt: Et nos sequimur omnes istos. Epiphanius, Guideus, Romanus, *Eustonius, Diodorus, Ioannes, Antoninus, Euagrius, Thomas, Barcius, Stephanus, Anastasius, Strategius, Epiphanius, & *Theotistes reuerendi lectores, dixerunt: Et nos sequimur hos omnes. FL. Ioannes Palladius Eutychanus, comes & præses, dixit: Manifesta sunt ea, quæ facta fuere. Edantur.

LIBELLVS MONACHORUM Apameæ ad proprios Episcopos Copia libellorum porrectorum à collegio monachorum Apameæ, sanctissimis Dominis nostris proprijs episcopis.

Sanctissimis patribus episcopis secundæ Syriæ ab Alexandro, Ioanne, Simeone, Palladio, Procopio, Eugenio, Stephano, & reliquis archimandritis & monachis territorij Apamearum. Docuerunt nos diuinæ scripturæ, quomodo & rerum necessitas didicit seruire tēpori. Exposuimus igitur circuitus, qui prouenerunt potentia tunc imperantium, & furia hæreticorum violenta. Verum cum nūc Deus iustam audaciam donauerit, rebusq; optatam spem largitus sit, & ecclesijs suis & omni terræ orthodoxū Imperatorē mādauerit, necesse est in obmutescētia oppressos clamare. scitis enim quod & impossibiliū fermè, ac irrecuabiliū rerum attingit ius. Cum itaq; Deus clementiam donauerit, & tranquillitatem terris reddiderit, (qui pro sua singulari bonitate, *sui cultores ac in se confidētes, consilio desertos nunquam relinquit, sed consolatur) bono Imperatore acquirentem, & separatis his, qui rectam viam orthodoxæ fidei spoliare conantur, relinquitur, vt nos dicamus, licet videantur mediocria, vitam amarissimā Seueri hæretici, deinde turpem ac omni abominatiōe plenam Petri vitam. Quandò enim iuimus ad campum regularium, quod non longè est à venerabili templo beati Simeonis confessoris, ad pacem & vnionem charitatis, & iustam orationē respiciētes, solumq; habitum & animam monachos decentē circumferentes: *nescimus, quomodo impius Seuerum hostem habuimus, quem nesciuit, nec vnquam suscepit Christianorum statum, neque vera communione villo modo aut tempore participauit, & quantum à sententia inimici veritatis, cumulatim omnes perimus, cum Iudei, aut alijs seculares, & quasi monachi, attulissent nobis ex quibusdam tributarijs ruribus. Quid autem possumus facere, aut quomodo possumus contra stare furæ acerrimi exercitûs impietatis? Nam alios quidem corruperunt,

TOM. 2.

alios verò in captiuitatem traxerunt, nonnullos nudos vestibus constituerunt, & alios detritis corruptisque vestibus tanquam in ignominiosa vita, secundum illorum opinionem triumpharunt. Nos quidem in his, quæ facta sunt, meritò gloriabamur, passionēs & sanctas plagas pro Christo Deo nostro cum omni bona spe sustinentes. Verum cum tam magnas offensiones, paruas putauerint, immittunt ad exercitum exercitum rusticorum maiorem isto: & secundum imperium faciendo contra prædictum monasterium, partem muri diruunt, & noctis tempore subintrant, & quosdam interficiunt, plurimos verò verberant, & mediocrem substantiam monasterij subriperunt, & pro magnis lamentationibus trophæa iniqua contra fidem *faciebant. Et sic quidem multa acerrima fecerunt, licet tandem expulsi sint. Tempus autem nullum satis fuit homicidij soli Seuero toti orbis inimico, immò verius cælestium contemplationum: sed nõ sufficiente solo Seuero (vt videbatur) maculare ornamenta totius orbis, iterum & Petrus contra ciuitatem Apamearum excitat, & promittitur (inquit) præsul, quem oportebat magis & literis *in syllabis tradi, & nõ somniare oracula sacri ritûs. Vndè irrationabilem audaciam iuuentutis immittit sapius venerabili mōasterio sancti Dorothei, protrahens multitudinem publicarum sceminarum huic accommodatam, in quo illud dedecoris commiscuit in eis. Nam meretrices erant, & nullatenus nobiles. Et percutiens ibidem venerabiles monachos, trahit ad ciuitatem, & in carcerem detrudit, & hoc sapius facere non cessauit. Quisnam poterit prædicta mala & damna monasterio illata numerare? Insuper enim & nūc infixerunt iacula & tela Isaurorum sequentium, & expectantium ipsum, quæ clamāt excessum vulneris, quod euenit, & interitus mundum permittit venire illachrymabiliter videre portas illi mōasterij. Si autem & homicidia dicere audebimus, in quibus sapius manus tinxit, quis Christianorū orthodoxorum videns sanguinem altaribus respersum offerre ausus, non compungeret dicere, immò silentio magis diligeret talia occultare? Verum etsi rursus renouaremus præcedentia facta, & perpetrata in Oragorum monasterio, quæ charta sufficere ad enumerationem tantorum delictorum? Non enim pigritauerunt, sicut in obsidione, destruere monasterium, & accipere causam captiuandi in monachos ibidem psallentes: qui quanquam ad modicum lapsi sint, demum tamen veritatis verbum dilexerunt, & conjunctionem communis nostræ amplexati sunt. Pugnam in Larissa factam, & nefandam furiam Fausti, & quos inhumaniter sagittis deiecit, habet & quorundam gestorum fides. Sicuti ergo & in inuasionem in-

TOM. 2.

certorum factum est, actus neminem habitantium provinciam perlatuit. Quanta vero & qualia differenter in venerabili domo victoriosi martyris Antonini perpetrata sint, quae natura rationem habens, sine lachrymis enarrabit? Ita enim in consuetudine venerat interficiendi monachos, magnum lucrum putans, quod cunctis hominibus abominandum est, quod per sequaces suos, quos inique conducebat, interfecit venerabiles ac orthodoxos monachos, qui ibidem in honore peragendae celebritatis congregabantur, sicque cruentis manibus adstabat altari. Audiuitis, praesente magnifico provinciae principe, & Amelio gloriosissimo, ac Narso magnifico, & insuper quibusdam alijs, quas voces emisserunt praesentes venerabiles presbyteri, diaconi & subdiaconi, caeteraque multitudo catholicae ecclesiae Apamearum. Quomodo cum meretricibus & inhonestis mulieribus vitam duxit, & blasphemias voces contra Deum emisit, CHRISTVM crucifixum blasphemando, trahens etiam mulieres in sanctos Christianorum fontes, quae nondum dignae erant baptismate sacro. Caeterum si voluerimus uniuersa percurrere, alio magis, & non solum praesente, indigebimus tempore. Quare multa Petri & Seueri delicta praeterentes, carptim balbutiendo discurremus veras contra illos accusaciones. At bonum quidem esset, non praetermittere causam afflictionis venerabilis Ioannis. Nam cum quidam moti essent sermões in secreto sancti Stephani, dum celebraretur festiuitas, & respondisset dictus venerabilis vir, Bene & sancte credere piissimum Imperatorem nostrum, qui contristatus, veluti anima compunctus in hac iusta voce, sub verbo & condemnatione inquit: Hoc fecit Petrus, qui veritatis inimicus est, & nullibi iustum habet sermonem, sed in omnibus proterus hostis est, oppugnatis bonis ac orthodoxis cogitationibus eius, qui est post Deum uniuersi orbis dominus. Haec enim sic attestata, praesente magnifico principe provinciae, & quibusdam clarissimis electis de metropoli, multi ex venerabili clero Apamearum edocuerunt, addentes, & quam seruauit voluptuosissimam affectiõem circa Stephanam & Scina, quam adducendo persuasione & blanditijs, monasterio inique immittit, & omni tempore priuatim & continue ipse praestolatur. Et hoc diuerticulum indecens rursus sibi fabricauit, & materiam impudicam, quam ipse vocauit doctrinam esse & monitionem, putans omnes praesentes fallere, & veritatem peruertere eorum, quos in malo cum illa conuentione amplexatus fuerat, ut sobriũ valde sermõem discurramus de hoc. Quare supplicamus ac rogamus vestram beatitudinem, ut respicientes ad verum verbum cui seruitis, & ad memorabile orthodoxi propositum piissimi

αλόγον

Imperatoris nostri, ac maximarum potestatum sequamini sancta beatiss. patriarchae & sancta gesta synodi cum ipso congregata, & consentiatis iustae depositioni factae contra Seuerum haereticum, & deponere velitis Petrum, quem nominando, merito erubescimus: sed necessitate persuasi, dicimus & supplicamus deponere ipsum, & extra diuinum chorum statuere, ac extra sacerdotium, a quo ipse omnino alienus fuit iam, & nunc sibi ipsi solum illicitè circumposuit sacerdotij specimen. Istis enim sic praecedentibus, deus admittet vestram puram, & ipsi dilectam voluntatem, & rex magnus laudabit rectum animum vestrae iustitiae, & passionis concitatas membris ecclesiasticis excidet. Et vti nam sicut olim & praesolim, remedium & curam Apostolicam Ecclesijs donando, quae ad sanctum & conuenientem ordinem immaculatam Christianorum fidem conducant, ut gloriam & indefessos hymnos in vocibus & canticis Deo Domino acclamemus, ac celestibus potestatis & omni humana natura, in bonam vnionem iustis Ecclesiae catholicae conuenientibus, ut iuxta diuinam vocem, fiat vnus ouile & vnus pastor Christus Deus noster.

SVBSCRIPTIONES.

Alexander presbyter & archimandrita monasterij beati Maronis, porrexi praedictos libellos, & subscripsi manu mea. Simeon Dei miseratione presbyter & archimandrita monasterij beati Agapeti. Procopius presbyter & archimandrita monasterij beati Theodosij. Eugenius presbyter & archimandrita monast. beati Basilij. Palladius presbyter & archimandrita monasterij beati Valentiniani in Captiolo. Stephanus presbyter & archimandrita monasterij sancti Theodori in Vasala. Ioannes presbyter & archimandrita monast. sancti Felij, porrexi. Maras presbyter & archimandrita monast. beati Basilij. Muselius presbyter & archimandrita monast. beati Barasonae. Sergius presbyter & archimandrita monasterij beati Thalassij. Timotheus presbyter & archimandrita monasterij beati Gaiani. Simeones diaconus & archimandrita monasterij beati Eugraphij. Iulianus presbyter & archimandrita monast. beati Cyrilli. Romulus presbyter & archimandrita monast. beati Ioannis & Iacobi. Dorotheus presbyter & archimandrita monast. beati Cyrilli. Thomas presbyter & archimandrita monast. beati Ioannis. Caius diaconus & archimandrita monast. beati Pauli. Camnelius diaconus & archimandrita monast. beati Isaacij. Sunt autem & in lingua Syriorum multae & infinitae monachorum subscriptiones.

Sanctissimus archiepiscopus dixit: Sancta synodus nobiscum praesens, sententiam, quam habet in his, quae facta sunt & lecta, dicat. Et venerabilis Christodoros notarius & diaconus

specimen

for. cum iustis Ioann. 10. e

Hesychij

for. confitentes

ac secretarius, legit interpretationem vocis lectae per literas Latinas, quae sic habet: Sanctissimi episcopi partium Italiae, & honoratissimi diaconi sedis Apostolicae, dixerunt: Dudum cognitum est diffinitionibus Apostolici praesulis Hormisdæ, Seuerum & Petrum siue coplices suos, & qui ipsos sequuntur, pro manifesto eorum errore condempnatos esse, quod & nos, sequaces per omnia Apostolicae sedis, sancimus, in loco videlicet & numero condempnatorum ipsos esse confitemur. Verum non modo praedicti Seueri impia conscripta, in quibus definitiones sanctae Chalcedonenis synodi, & epistolae beatae memoriae Leodis papae, blasphemio ore anathematizare praesumpsit, sed etiam Zoaram, & omnes in ipsorum communionem seu errore permanentes, ipsius sententiae seueritatis siue ipsius anathematis vincula comprehendunt.

Sententia Epiphaniij patriarchae, & synodi congregatae contra Seuerum & Petrum.

Sancta synodus dixit: Licet quid nouius fuerit, quod a venerabilibus prioribus venerabilium monasteriorum petitum, tanquam pro sanctissimis ecclesijs porrectum, admittere omnino nos oportet, & ipsorum pio zelo communicare atque conuenire, nunc autem & hoc esse factum cum ratione a beatissimis patribus & fratribus nostris iam conspicimus: sicque maxima culpa esset, non sequi illos, qui non paruos sudores habuerunt pro communi pace sanctissimarum ecclesiarum, & qui magnis ac patriarchalibus resplenderunt sedibus. Ex omnibus itaque lectis inuenimus Seuerum & Petrum totius Ecclesiae catholicae, immo & ipsius orthodoxae fidei apostatas, & abscissos, ac simpliciorum animarum insidiatores, necnon impiorum haereticorum fautores, quae ipsorum frequentibus erroribus *επαχθυοισι*, verum & sacras sanctiones sanctorum patrum nostrorum pro nihilo putauerunt, & his interdita periculosè facere praesumpserunt, & propter haec in sacras sententias lectas inciderunt, & nos ipsas sequentes, praedictos Seuerum & Petrum, qui nec *εως αβηρας* retrahuntur perpetuis condemnationibus & anathematizationibus, a tantis sanctis patribus contra ipsos factis, mediocriter videlicet secundum quod facta sunt, e contrario vero temeritatem suam auxerunt contra omnes sanctas ecclesias, & ipsas tumultibus, quantum in ipsis fuit, impleuerunt, & priorum labiorum fructus carperunt, ut dicit diuina scriptura, habent factos in ordine haereticorum, quos dilexerunt, & anathemata, quae studuerunt inuenire in contumeliam patrum nostrorum, & euerisionem fidelium, ipsi habent ea contra caput suum, ambulantes (sicut dicit Propheta) in lumine ignis

aequalia ipsorum sequentes

ipsos

Sap. 3.

Esa. 50. d

fui, & in flamma, qua exarserunt. Et in hoc etiam sequendo nos memoratos sanctos patres, per mediocrem contra ipsos sententiam nostram, anathematizamus ipsos Seuerum & Petrum, quorum alter quidem Theopolitanorum, alter vero Apamearum Ecclesiarum sedem illicitè subripuerunt: ut qui in Christo sperauerunt, & catholicae Ecclesiae existunt, hoc scientes, non incidant in ipsa ignorantia eorum, quae canonicè contra ipsos diffinita sunt, sed sciant secundum euangelicam & Apostolicam doctrinam, quoniam haereticum virum post primam & secundam monitionem recusare oportet, & non oportet dicere tali, Salue, nam quae dicit ei, Salue, communicat operibus illius malis. Manifestum autem est, quod eiusdem condemnationis sunt Zoaras impiissimus, & omnes qui venerabilibus altaribus & baptisterijs sua haeretica conuenticula opposuerunt. Et simili modo anathematizamus parabaptismata & impia conscripta praedicta Seueri. Aequaliter enim (sicut dicit diuina scriptura) odibilia sunt Deo impius ac impietas ipsius.

Sententia Menae patriarchae contra Seuerum, Petrum & Zoaram.

Sanctissimus ac beatissimus oecumenicus archiepiscopus & patriarcha Menas, dixit: Cum Ioannes diuinus apostolus, & discipulus magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, dicat quaedam peccata esse non ad mortem, quaedam vero ad mortem, doceatque nos per hanc sententiam, fugere blasphemias in Deum per opiniones haereticorum, veluti ad mortem ducentes, videnturque Seuerus & Petrus spontè preeligi peccata ad mortem: opportunum est, eos, qui a principio errauerunt, & opinionibus haereticis ducti sunt, & propter hoc a sancta catholica Ecclesia & Apostolica, & ab omnibus, qui in ipsa partem sacerdotij fortiti sunt, condemnationem sibi ipsi superinduxerunt, sobriè poenā portare, & ipsam existimare, occasionem poenitentiae atque recognitionis. At cum hi nihil tale videantur fecisse, neque toto tempore aliquam demonstrationem recognitionis fecerint, sed tanquam ipsum Deum superbientes, manserunt in proprijs impietatibus, & paruum putauerunt, stare usque ad perditionem suam, etsi non omnes alios, quibus validi fuerunt, perdidissent, & opus affectauerunt, dignum folius auctoris & inuentoris iniquitatis, qui propriam ruinam, communem omnium hominum perditionem constituere voluit, & usque nunc vult. Non ergo cessauerunt uti doctrinis scriptis & non scriptis, & non solum in ciuitatibus, in quibus fuerunt commorantes, sed etiam in longè remotis, simpliciorum animas alliciendo, & participes propriae perditionis faciendo, non ad intellectum accipientes iudicium Dei, neque Dominicam sententiam manifesti.

Tit. 3. c

2. Ioan. d

Sap. 14. a

1. Ioan. 5. d

Matt. 18. a

festissime clamantem: Si quis scandalizauerit unum de pusillis istis, obnoxius erit gehennae ignis. Insuper autem conculcauerunt venerabiles canones, qui prudenter sanxerunt, condemnatum in aliqua synodo, nullo modo posse sacerdotale ministerium reassumere, donec de eo discussio ab alia synodo facta, ipsum innocentem probasset. Et si quis audebit sacrum quid de medio tempore facere ante restitutionem in alia synodo, huc nec postea in alia synodo spem aliquam restitutionis habere. Sed haec omnia despicientes praedicti Seuerus & Petrus, & sui communicatores & participes, de quorum numero est Zoaras quidam monachus de Syria ortus, homo, qui neque intelligere aliquid sacri potest, neque secundum rationem facere, non quod alijs quicquam boni impartiri possit, sed simpliciter sic hypocritam, veluti escam quandam, animabus esurientium porrigit, immo (quod verius est dicere) materiam auaritia facit. Contempserunt quidem Ecclesiam Romanam successorem Apostolorum, quae sententiam contra ipsos protulit, & ad nihilum reputauerunt huius regiae urbis sedem patriarchalem, & omnem synodum in ea congregatam, & eiusdem Domini & saluatoris omnium in sanctis locis Apostolicam successionem, & ultra haec omnia, etiam omnem sententiam Orientalis dioecesis contra ipsos latam. Dicendum etiam est, quod illotis manibus sancta cõtrectarunt, & tanquam porci quidam margaritas conculcauerunt: (dico autem euangelicas & paternas sententias) nec cessauerunt usque in hodiernum diem, grauius obuiare statui & paci sanctissimarum Ecclesiarum. Ipsi enim clam & occulte faciunt ea, quae canonibus interdicta sunt, alios quidem multos iniqua doctrina ipsorum persuadentium perueruendo, cõuenticulaque; & parabaptismata per domos & monasteria faciendo contra canones, & ipsorum sceleratam communionem multis qui ab ipsis peruersi fuerant, tradendo: homines dicimus neque figura, neque re, qui habebant ordinationem ab ipsis datam similiter ipsis pueris. Porro per haec non solum non eradicatur anathema primum impositum a patribus nostris, sed & ex nostra sententia, immo verò canonum auctoritate, spes restitutionis ipsis auferit, & ut catholici filij, cum hoc intelligunt, fugiat illorum errorem & haeresim. Propterea igitur sequentes sanctorum patrum nostrorum sententias, & euangelicas ac paternis inherendo sanctionibus, suscipimus & sanctissimos fratres & ministros, cum ab ipsis lata fuerit sententia contra praedictos, Seuerum, Petrum & Zoaram, & alios, quicumque communicant ipsis in impietate, ac contra complices ipsorum. Et nos illos per Dominum nostrum IESVM Christum verum Deum nostrum, tanquam lupos quosdam, grauius irruentes in ouile

TOM. 2.

Christi, abijcimus, & cõsententiatiui simus sanctissimis fratribus & ministris nostris, & sapientius prius nominatos Seuerum & Petrum simili anathemate ferimus: non autem ipsos solum, sed & Zoaram, & alios qui cõuenticula & parabaptismata faciunt: nec non & omnia ab ipsis conscripta, quae venenum draconis auctoris mali in ipsis nutriunt, & ipsum in simpliciorum animabus emittunt.

SVBSCRIPTIONES.

Mennas Dei miseratione episcopus Constantinopolitanus diffiniui, & subscripauit me propria manu. Ego Sabinus episcopus S. ecclesiae Canusinae, in synodo sequens diffinitionem sanctae recordationis papae Hormisdæ, anathematizans atque condemnans Seuerum & eius impia conscripta, & Petrum quondam Apamearum episcopum, & complices eorum atque sequaces, nec non & Zoaram, vel communicatores eorum, & in eodem errore permanentes, subscripsi. Ego Epiphanius episcopus sanctae Ecclesiae Esculanæ, & caetera similiter per literas Latinas. Ego Asterius episcopus S. Ecclesiae Salernitanæ, & reliqua similiter per literas Latinas. In nomine Domini IESV CHRISTI Leo episcopus Ecclesiae Nolanæ, & reliqua similiter per literas Latinas. Ego Rusticus episcopus sanctae Ecclesiae Fesulanæ, & reliqua similiter per literas Romanas. Theophanes diaconus S. Ecclesiae Romanæ, & reliqua similiter per literas Latinas. Pelagius diaconus S. Ecclesiae Romanæ, & caetera similiter.

*Ipatius episcopus Ephesinus, diffiniui & subscripsi. Constantinus Episcopus Heraclius in Europa, subscripsi. Eusebius episcopus Cyzicæ, diffiniui & subscripsi. Thalassius episcopus Nicomediae, diffiniui & subscripsi. Anastasius episcopus Nicenus metropolitae, cum per lectionem sciuerim, quae facta sunt, anathematizans Seuerum & eius impia conscripta, ac Petrum quondam Apameæ, nec non & Zoaram, & ipsorum communicatores, & qui in ipsorum errore permanent, diffiniui & subscripsi. Photinus episcopus Chalcedonæ, diffiniui & subscripsi. Auxentius episcopus Sebastienis, cõsententiatiuus existens diffinitis, subscripsi me. Theodulus episcopus Iconij, cõsententiatiuus existens & ipse, subscripsi. Theogenes episcopus Synnadorum, diffiniui & subscripsi. Bachus Episcopus Antiochia in Pisidia, diffiniui & subscripsi. Mamas episcopus Melitenensis, cõsententiatiuus existens in omnibus, subscripsi. Hilarianus episcopus Pergæ, diffiniui & subscripsi. Vosporius episcopus Neocaesareæ, diffiniui & subscripsi. Paulus episcopus Tyanus, diffiniui & subscripsi. Acacius episcopus Pessinuntius, diffiniui & subscripsi. Conon episcopus Sidenis, cõsententiatiuus existens & ipse subscripsi. Epictetus episcopus Claudiopolitanus Honoriadis, diffiniui & subscripsi. *Procopius episcopus Gangrenus

*Sebastien

nus, cõsententiatiuus existens, subscripsi. Petrus episcopus Iustinopolitanus secundae provinciae Cappadociae, subscripsi. Marcus episcopus Apameæ, diffiniui & subscripsi. Hediscus episcopus *Cianus, diffiniui & subscripsi. Ioanes Bosphori, diffiniui & subscripsi. Theodorus episcopus Gortynæ, quae metropolis est provinciae Cretensis, cum per lectionem sciuerim, quae facta sunt, anathematizans Seuerum, & eius impia conscripta, & Petrum quondam Apameæ, ac Zoaram, & communicatores ipsorum, & qui in eorum permanent erroribus, diffiniui & subscripsi. Hyacinthus episcopus Miletinensis ciuitatis, diffiniui & subscripsi. Thalassius episcopus Beryti, cõsententiatiuus existens & ego omnibus hinc diffinitis, ipsos haereticos anathematizans, videlicet Seuerum & eius impia conscripta, Petrum quondam Apameæ, ac Zoaram, communicatoresque ipsorum, ac in ipsorum errore permanentes, subscripsi. Magnus episcopus Beroæ primae provinciae Syriorum, diffiniens subscripsi. Aetherius episcopus Mariamiae secundae provinciae Syriorum, subscripsi. Domitianus episcopus *Zichia, diffiniens subscripsi. Calloas episcopus Smyrnae, diffiniui & subscripsi. Archelaus episcopus ciuitatis Corycorum, diffiniens subscripsi. Christophorus episcopus Porphyrionis provinciae Phoeniciae Paralij, anathematizans Seuerum & Petrum & Zoaram, ac communicatores eorum, & in ipsorum errore permanentes, diffiniens subscripsi.

*Zitachiorum

*Pagrafori

*Habet & duas subscriptiones Syriorum. Alexander episcopus *Paraxiorum, videlicet Iustinianae ciuitatis, anathematizans Seuerum, & eius impia conscripta, Petrum quondam Apameæ, & Zoaram, ac communicatores ipsorum, & in ipsorum errore permanentes, diffiniens subscripsi. Eustathius episcopus ciuitatis Tiberiopolis, diffiniens subscripsi. Anastasius Episcopus insulae Iotapæ, diffiniens subscripsi. Domnus episcopus ciuitatis Maximianopolis, diffiniens subscripsi. Pelagius Episcopus Parnassi, diffiniens subscripsi. Ioannes episcopus Zoaranus tertiae Palaestinae provinciae, diffiniens subscripsi. Epiphanius episcopus Heracleanus, diffiniens subscripsi. Abraamius episcopus Cratianus, diffiniens subscripsi. Alexander episcopus Colonenis, diffiniens subscripsi. Eugenius episcopus Tij, diffiniens subscripsi. Epitynchanus episcopus. Germæ, diffiniens subscripsi. Andreas episcopus ciuitatis Theodosiopolis, diffiniens subscripsi. Eusebius episcopus *antiq. quae ciuitatis, diffiniens subscripsi. Asterius episcopus Amastridae, diffiniens subscripsi. Theodorus episcopus ciuitatis Gordiorum, subscripsi. Matthias episcopus Cymæ, diffiniens subscripsi. Ioanes episcopus Podaligæ, diffiniens subscripsi. Ioanes episcopus *Midaij, diffiniens subscripsi. Paulus episcopus ciuitatis *Stectorij, diffiniens subscripsi. Andreas episcopus

*Antise vel *Antyanti-qua

*Midaie

*Stectorij

TOM. 2.

Peltenus, diffiniens subscripsi. Theodorus episcopus ciuitatis Myrorum, diffiniens subscripsi.

*Habet & aliam subscriptionem nam Syriacã, id est, Syriæ literis scriptam.

Leontius episcopus ciuitatis Helenopolis diffiniens subscripsi. Minas episcopus Eudoxate, diffiniens subscripsi. Ioanes episcopus. Cesareæ, diffiniens subscripsi. Ioannes episcopus *Troianæ ciuitatis Phrygiae Pacatianæ, diffiniens subscripsi. Stratonicus episcopus Sydrorum ciuitatis, diffiniens subscripsi. Dominicus episcopus Theodosiopolitanus, diffiniens subscripsi. Flavianus episcopus Cotenorum, diffiniens subscripsi. Petrus episcopus Ambladorum ciuitatis, diffiniens subscripsi. Theodorus episcopus Carissorum ciuitatis, diffiniens subscripsi. Alodius episcopus Pemanetianus, diffiniens subscripsi. Theodorus episcopus *Eurorum provinciae veteris Epipri, diffiniens subscripsi. Macedonius episcopus. *Butritinus, diffiniens subscripsi. Mofimus episcopus Antandrus Asianorum provinciae, diffiniens subscripsi. Theodoritus episcopus. Alindenius, diffiniens subscripsi. Licinius episcopus sanctae ecclesiae in Patara, diffiniens subscripsi. Pantaleon episcopus Iuliopolitanus Galatiae provinciae, diffiniens subscripsi. Dominicus episcopus Sophenæ Armeniae primae provinciae, diffiniens subscripsi. Dionysius episcopus Eucarpeus, diffiniens subscripsi. Martyrius episcopus sanctae Ecclesiae in Pitana, diffiniens subscripsi. Epiphanius episcopus. Barathæus Lycanog provinciae, diffiniens subscripsi. Marcellus episcopus Arcis, cõsententiatiuus existens, diffiniens subscripsi. Tryphon episcopus Corbafens provinciae Pamphyliae, diffiniens subscripsi. Magnus presbyter & ambasciator apostolicae sedis *Theopolitanae, & sanctissimi patriarchae *Euphremij, sequens olim & nunc cõsententiata a sanctissimis patribus & pontificibus nostris, anathematizo Seuerum & haereticus eius conscripta, & Petrum vindicatum, in super & Zoaram horum impietatis sequaces, nec non in errore istorum persistentes, & subscripsi. Heraclius diaconus & ambasciator apostolicae sedis Theopolitanae, ac sanctissimi patriarchae *Euphremij, secutus collegam meum Magnum, subscripsi. Sabinus diaconus sanctae resurrectionis Christi DEI nostri, ambasciator Petri sanctissimi patriarchae Hierosolymitani, sequendo Magnum & Heraclium, subscripsi. Paulus episcopus Naxianus cõsententiatiuus & ego omnibus diffinitis, subscripsi. Minas episcopus Carpathi insulae, cõsententiatiuus & ego existens omnibus, diffiniens subscripsi. Theodorus episcopus Paros insulae. Zypthiorum & Amulgiorum ciuitatis, cõsententiatiuus existens omnibus, diffiniens subscripsi.

*Traianopolis Phrygiae Salutaris

*Berianus

*Antiochena

for. Zephyriorum

CONSTITVTIO IVSTINIANI Imperatoris contra Ambimum, Seuerum, Petrum & Zoaram.

Vide Constit. 42. Nouell.

QQ 3

In

Pia dimissa est lex vestrae beatitudini, quae cum Deo dicenda, ad cautionem sanctissimarum ecclesiarum, & honesti cum deo status est: redditaque est vobis sanctissimis sancta epistola sanctissimi Mennae patriarchae regiae ciuitatis, quae eandem habet materiam: quarum vtranque portarunt venerabilissimi monachi vestrae venerabilissimae eremi, qui in hanc Imperialem ciuitatem venerunt: & gratia ecclesiastici status, iussit vestra beatitudo me ad hanc venerabilem aduocare synodum, vt manifesta fiat eorum sancta, quae sunt a potentissimo, & a DEO custodito Imperatore nostro, ac scripta a memorato sanctissimo patriarcha vrbis regiae. Quia igitur venerabilis synodus vestrae beatitudini adfuit prestolanter, atque in venerabili episcopatu vestro DEO dilectissimi archimandrita, & sanctissimi monachi adesse expetunt praedictorum intimationi, quid vestrae beatitudini & venerabili synodo videtur? Sanctissimus ac beatissimus patriarcha, & venerabilis synodus, dixit: Aduocentur DEO amantissimi archimandrita & monachi. Elisaeus diaconus & notarius in medio stans, dixit: Iuxta iussum vestrae beatitudinis, adfuit Deo amantissimi archimandrita & monachi. Sanctissimus ac beatissimus patriarcha, & venerabilis synodus, dixit: Secundum primum ordinem pijsissima lex potentissimi ac a Deo custoditi Imperatoris nostri, * manifeste legatur, & deputerur in gestis. Et lecta est ipsa diuina lex per venerabilem Elisaeum diaconum & notarium. Et praesulget inter gesta, de verbo ad verbum sic habens, vt supra scriptum est. Sanctissimus ac beatissimus patriarcha, & venerabilis synodus, dixit: Legantur & sanctae literae sanctissimi patriarchae Mennae. Et accipiens illas memoratus venerabilis Elisaeus diaconus & notarius, legit. Et inscriptae sunt gestis, de verbo ad verbum sic habentes: Per omnia Deo amantissimo ac sanctissimo fratri & comministro Petro, Mennas in Domino salutem.

*επιστολή

Littere Mennae Epi.

*motu Plal. 118, b Cant. 1. a *effusum

Recordantes solum venerabilium viro- rum, qui apud vos sunt, letamur. nam cum sine vultu interpellatio sit alloquutio per epistolas, est animum vertere ad ipsos: propter hoc ergo solum & nunc me motum esse ad scribendum, & ex ipso * momento alloquendi vos, delectatus sum sicut in omnibus diuitijs. Nam sicut vnguentum * euacuatum, nominis tui sic odorem, nedum non praesentis, sed longe existentis, sentimus: in eminentia morum vestrorum, ad ipsum medium cordis posita, laetitia implemur, audientes virtutum vestrarum fertilissimam vber- tatem. nam sermo de vestra charitate quotidie versatur inter nos, cum multi quidem quae a vobis reformata sunt, narrent: maxi- me vero communis frater, immo commu- nis benefactor Deo amantissimus presby-

TOM. 2.

ter Eusebius, (veritatem dico, & non men- tior) magnus generaliter & continuus de vobis sermo est, maxime ab ipsius sanctitate, qui libenter narrat, quae apud vos sunt, sicut fides recta, vita irreprehensibilis, man- fuetudo magna, & simpliciter dicendo, omnis virtutum chorus vobis a Deo datus est, vt & Iacobi sedem accipere, & custos ortho- doxae fidei esse mereamini. Igitur & Seuerum tanquam blasphemum vestra sedes deiecit. Post haec quia tua sanctitas praebuit nobis semina fructuum, fuimus vobis * con- sententia tui contra Seuerum. * Ad similes huic fuit & Petrus, qui cum a ceteris iam de- positus fuerit, eadem condemnatione & a nobis ille reprehensus est. Anthimus quoque; ac Zoaras in similem errorem incidisse de- prehensi sunt, & vterque; istorum aequali poe- na iudicatus est. Communicauerunt nobis in his omnibus hi, qui de antiqua Romave- nerunt, & quicumque congregati sunt in no- stra venerabili synodo: studiumque; vigilans ac prouidentiam Deo amabilem, his omni- bus contulerunt venerabiles monachi, qui ex vestra a Christo amata regione in regia vrbe conuenerunt. Ipsas itaque; actiones ac- torum, in his omnibus formatas, vobis mitti- mus. Sitis igitur eiusdem sententiae in iudi- catis a nobis, & a vobis contra Seuerum rur- sus in approbatis a nobis & ab alijs omni- bus, & (vt ita dicatur) contra Petrum & Zoar- am atque Anthimum, sequi tardare nolite. Nam vestrum vtique fuit, in dissimulante & indifferenter alijs quidem principium libe- rationis hominum prauorum ibidem ac- commodare, in alijs vero (si fuerit da- tum ab alijs) sequi. Et ostendetur quidem vobis per partem rerum gestarum ordo atque status. Veruntamen volumus haec a vobis fieri ipsis manifesta, & horum intimatione ad eos mittite, vestram & venerabilium epi- scoporum, qui subditi vobis sunt, intelligenti- am circa gesta per literas, ipsis subijcien- das, significantes. Quae autem a nobis missa sunt, manere apud vos finite. Quae vestrae re- ctae confessionis, & eorum, qui malam opi- nionem sustinuerunt, & passi sunt, in perpe- tuum erunt symbolicum instrumentum. Ro- go autem, talentum, quod creditum est, no- lite abscondere, sed participatione multipli- cate, exerite, & tradite veritates vestras, ne quando quae videamini ipsum in terram fo- dere. Secundum me ergo prope facientes, orate pro fratre, supplicationes frequentan- tes, & dicentes: Da pacem Domine nobis. Omnia enim reddidisti nobis. Omnem in Christo fraternitatem, quae cum sanctitate vestra est, plurimum salutamus. Et in Domi- no valens, ora pro nobis, frater Deo aman- tissime. Sanctissimus & beatissimus pa- triarcha, & venerabilis synodus, dixerunt: Si quae in regia vrbe facta, & synodaliter sen- tentiata sunt, quorum memoriam facit diui-

*consentaneus *Ac similes

Matt. 25, b. c

na

na ac pijsissima lex, & epistola memorati san- ctissimi patriarchae, & Elisaeus venerabilis notarius habet praemanibus, edoceat. Eli- saeus notarius dixit: Certifico vestram bea- titudinem, & praesentem venerabilem syn- odum, quod cum honorabili epistola lecta sanctissimi patriarchae regiae ciuitatis Men- nae, sunt & acta, quae missa sunt a sua beati- tudine, & quae facta sunt in depositione An- thimi, qui pridem fuit episcopus Trapezu- tius, & in anathematismo Seueri, Petri & Zo- arae, mihi ad manus sunt. Secundum ergo quod visum est vestrae beatitudini & sanctae synodo, horum intimationem facio. San- ctissimus & beatissimus patriarcha, & vene- rabilis synodus dixerunt: Interim fiant ma- nifesta per lectioem, quae supra Anthimum facta sunt, & nostris gestis inscripta, sicque per illa intimabimus, quae sequuta sunt in anathematismo Seueri, Petri & Zoarae ha- reticorum, saltem ipsa maxime non inco- gnita nobis, ea constitue. Et accipiens Eli- saeus notarius & diaconus ea, quae contra Anthimum facta sunt, percurrit. Et inscri- pta sunt nunc gestis, quae de verbo ad verbum sic habent: Post consulatum Flauij Belisarij clarissimi, sexto Nonas Maias, indictione decima quarta, in Deo amantissima & Im- periali ciuitate Constantinopoli noua Roma, praesidente domino nostro sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo & patriarcha Menna in * Mesaulio * dytico venerabilis domus Dominae nostrae sanctae & gloriosae Dei genitricis semper virginis Mariae, quae est prope sanctissimam magnam ecclesiam. Et a dextera quidem parte coesidentibus ei, & coadiutoribus iuxta pium iussum Christo amantiss. & a dextero custoditi Imperatoris nostri Iustiniani, sanctiss. ac deo amatiss. episco- pis, Sabino Canusino, Epiphanio Esculano, Asterio Salernitano, Rustico Fesulano, Le- one Nolano, omnibus ex Italiae regione pri- us quidem missis a sede Apostolica. Deinde vero vnanimiter consentientibus adueni- enti huc sanctae memoriae Agapeto papae antiquae Romae, Petro Iustinianopolis me- tropolis secundae prouinciae Cappadociae, Zacharia metropol. Mityleno, Marco me- tropol. Apameae prouinciae Bithyniorum, Auxentio metropol. Sebasteni, Thalassio metropol. Berytano, Magno metropol. Be- roae, Ioanne Gabalorum, Ioanne Bospho- ro, Domitiano gentis Zinchiorum, vel Zi- chiorum, Christophoro Porphyriano pro- uinciae * Phoenicis Paralij, Archelao Cory- co, Dauitho Cyrrestensi, Aetherio Maria- mnio, Alexandro * Pagrafano, Domno ci- uitatis Maximianopolis secundae Palaesti- nae, Anastasio Iotapae, Ioanne Zoorano, Andrea Panu, Epitynchano Germiae pro- uinciae Helleponti, Paulo * Stectorio, An- drea Peltorum, Theodoro Myrorum, The- odorito Alindorum. A sinistra vero parte

f. in medi- tullio aulae occiduo

*Paraxiono

TOM. 2.

Hypatio metropol. Ephesino, Constanti- no Heracleae metropol. Europae, Theoge- ne metropol. Synnadorum, Bacho Antio- chiae metropol. Pisidia, Hilariano metrop. Pergae, Volporio Neocaeareae metropol. Ponti Polemoniaci, Paulo metropol. Tya- norum, Acacio metropol. Pessinuntis, Epi- cteto ciuitatis Claudiopolis metropol. Ho- noriadis, Timotheo Berrhoae metropol. Epiphanio Heracleano prouinciae Hono- riadis, Abraamio Cratiaño, Alexandro Co- lonensi secundae prouinciae Cappadocum, Asterio Amastreo, Eugenio Tij, Ioanne Caesarensi prouinciae Bithyniorum, Do- minico Theodosianae ciuitatis Phrygiae prouinciae Pacatiana, Ioanne Traianopolis ciuitatis, Theodoro Euriae antiquae Epiri, Andrea Amyzonio, Flauiano Cotenorum, Elia Adrianopolis prouinciae Bithynio- rum, Macedonio * Beriano, & Armonio Calliopolitano: Assistentibus autem ipii, & coadiutoribus, & Theophane ac Pela- gio DEO amantissimis diaconis Aposto- licae sedis, & Mina ac Petro venerabilibus notarijs, ac quibusdam venerabilibus sub- diaconis, & procuratoribus, ac caeteris cle- ricis ipsius sedis Apostolicae. Qui & simul erant cum Agapeto sanctae memoriae hic fa- cto papa antiquae Romae, & * συντόνας cōsen- σύροντες fuerunt *καγαγομένους ἐν τῷ θεῷ* hic facto Agapeto sanctae memoriae papae antiquae Romae, ac etiam Magno presbytero & He- racleo diacono, ambassiatoribus Euphemij sanctissimi patriarchae sanctissimae ecclesiae theopolitanae, Sabino diacono sanctae Chri- sti Dei nostri resurrectionis, ambassiatore Petri sanctissimi episcopi patriarchae Hie- rosolymorum, Stephano diacono & ambas- siatore Soterici sanctissimi episcopi Cesa- reae metropolitanae primae Cappadociae, Gaiano presbytero & ambassiatore Elpidij sanctissimi episcopi Ancyran metropolitae primae Galatae, Dionysio & Callinico dia- conis, & ambassiatoribus Photij sanctissimi episcopi metropolitanae ecclesiae Corinthi. Praesente etiam venerabili clero regiae ciui- tatis, Euphemius venerabilis diaconus & primicerius notariorum, dixit: Quoniam Marianus venerabilis presbyter, & Prior mo- nasterij cognominati sancti Dalmatij, & Pri- mas venerabilium monasteriorum in hac regia ciuitate situatorum, & reliquorum ve- nerabilium Priorum monasteriorum in hac CHRISTO amantissima ciuitate constitu- torum, insuper etiam & venerabiles mona- chi in hac regia vrbe congregati, qui sub theopolitana ciuitate & Hierosolymsa sunt, supplicationes porrexerunt pijsimo & a DEO custodito Imperatori nostro: eius Imperium sciendum dignè iudicauit, praesentes sanctissimos episcopos de Italia, insuper etiam & DEO amantissimos archi- diaconos sedis Apostolicae, ac venerabi-

*Butritine

*συντόνας cōsen- σύροντες

1cs

les notarios & defensores ipsius Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, qui huc venerunt, & qui simul erāt cum Agapeto, qui factus fuit papa Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, ac alios etiā omnes DEO amantissimos episcopos congregatos, ad vestram beatitudinem conuenire, vt vobis manifestæ sūt supplicationes suæ serenitati oblatae, quas quidem pronuciari vellent hi, qui eas porrexerunt, & quæ à venerabilibus canonibus approbatæ sunt, & quæ Ecclesiastico ordini conueniunt, ad opus deduci. Cùm itaque adfuit, & tanquā magno Imperatori adfiterit, & omnes, qui sacrum vestrum collegium implent, & obseruant venerabile vestrum secretum, ac etiā prædicti venerabiles monachi, & Theodorus circumspectus referendarius, à pijsimo domino nostro missus, & hoc subiijcimus ad notitiam. Sanctissimus archiepiscopus dixit: In trent memoratus Theodorus circumspectus referendarius, & memorati viri venerabiles. Et intrarunt Theodorus circumspectus tribunus, notarius & referendarius à Deo custoditi Imperatoris nostri, & Marianus presbyter venerabilis, & Prior monasterij sancti Dalmatij, & Primas, & cum ipsis venerabiles presbyteri & archimandritæ venerabilis vrbis regiae, Agapetus Dij, Dioscorus sanctæ Euphemie, Agapius Thalassij, Paulus Romanorū, Antoninus sancti Eusebij, Stephanus Olympij, Anastasius Romanorum, Demetrius Follæ, Dominicus Euphemij, Stephanus Promoti, Zenon sanctæ Dei genitricis ad fontem, Alexander Calamij, Dadas Caiumæ, Rhodon sancti Theodori, Gennadius sancti Dominici, Theodorus sancti Maronij, Sylia Ilie, Paulus sancti Samuelis, Ioannes sancti Theodori in petra, Dominicus Syriorum, Cyrion Aegyptiorū, Basilus Cyraconæ, Ioannes sancti Thomæ Apostoli inter illos Modesti, Marcus sancti Theodori, Flavianus presbyter & secundarius Modesti Lycaonorum, Marinus sancti Pauli, Theoctistus sanctæ DEI genitricis prope illa sancti Iob, Theodorus Tryphonis, Cosmas sancti Ioannis in ter illa studiij, Petrus sanctæ DEI genitricis, & sancti Diomedis in Hierusalem, Liberius sancti Dominici, Alexander Abraamij, Theodorus sancti Iob, Tryphon Elpidij, Stephanus Constæ, Babyas sancti Danielis ad columnam, Ioannes sancti Anastasij, Anthemius Neonis, Ioannes sancti Michaëlis Charisij, Ioannes Maræ prope Cisternam Aetiam, Phocas Ionæ prope Secundum, Zosimus Eutychie Lycaonorum, Timotheus Asterij, Stratonicus sancti Domecij martyris, Polychronius sancti Michaëlis in Ethrio, Andreas Romanorum prope Cisternam, Martyrius Petri prope sanctos Apostolos, siue Valentini & Dandati, Andreas sanctæ DEI genitricis prope sanctum Lucam, Marcus

*Theonas

*Fautinus

*Eleutheri

TOM. 2.

sancti Dominici, Iacobus * Abybi Syrus, Atticus Eucratadorum, Ioseph sanctæ Dei genitricis in Lithostroro, Paulus sancti Petri Apostoli prope Palatium, Anastasius presbyter & secundarius sancti Philippi in Brephotrophio, Gregorius Cyri, Eusebius Simeonis, Zoticus sancti Andree prope portam Saturinam. Et de sub Theopolitana ciuitate, Paulus monachus ambaffiator monasterij Maronis; Seuerianus presbyter & archimandrita monasterij Zoaræ de Thermis Syrus, Cassia presbyter & archimandrita monasterij Lucæ Syrus, Simeones diaconus & ambaffiator Iacobi, Ioannes diaconus & ambaffiator Theodori, Stephanus presbyter & prior monasterij Euxerij Syrus, Ioannes presbyter & archimandrita monasterij domini Thomæ Syrus, * Thomas presbyter & archimandrita monasterij Aaron Syrus, * Photinus monachus & ambaffiator monasterij sancti Stephani, Theodorus diaconus & ambaffiator ecclesiæ Erendilenorum, Sergius presbyter & perio deutus. Qui omnes pro se faciunt & pro alijs. Item & de sanctis Christi veri Dei nostri locis. † Dometianus presbyter & archimandrita monasterij sancti ac beati Martyrij, * Isichius presbyter & archimandrita monasterij beati Theodosij, Cassianus presbyter Lauræ beati Sabbæ, Dominicus presbyter & prior Pyrgiorum Iordani, Nestabus presbyter Lauræ beati Firmini, Terentius presbyter nouæ Lauræ, Leontius monachus, Prior ac vicari⁹ totius eremi, Traianus presbyter Pyrgiorum Iordani, Polyeuctus diaconus monasterij beati Theodosij, Theodorus diaconus & monachus nouæ Lauræ, Cyricus diaconus & monachus ipsius nouæ Lauræ, Anastasius diaconus monasterij beati Martyrij, Mamas monachus eiusdem monasterij, Ioanes monachus eiusdem monasterij, Iulianus monachus monasterij beati Theodosij. Qui omnes faciunt & pro seipsis, & pro suis monasterijs, ac pro omnib⁹ monachis, qui sunt in eremo sanctæ ciuitatis. Iordanes presbyter de Petra, & pro omnibus ibidem monachis. Theonas presbyter montis Sinai, & ambaffiator montis & ecclesiæ Faran & Lauræ Raithæ, pro omnibus ibidem monachis. Strategius diaconus & monachus monasterij beati Ioannis, pro omnibus monachis, qui sub Scythopoli sunt. Sanctissimus archiepiscopus dixit: In primo ordine edoceri volumus à circumspecto Theodoro causam, propter quam ad nos venit. Theodorus circumspectus tribunus, notarius & referendarius pijsimi domini nostri, dixit: Præfentes venerabilissimi monachi supplicationes porrexerunt diuinissimo ac serenissimo & victoriosissimo Imperatori nostro, & ipsas sanciri Imperium suum dignè iudicauit, & me accipere, ac portare ad vestram

*Theonas

*Fautinus

Prou. 8. b

Danie. 4. f Eccl. 3. d

2. Tim. 3. b

stram sanctitatem, docereque venerabiles monachos, vt cūm vos edocēti eritis, quæ ab ipsis facta sunt, canonicè formetis ea, quæ vestra beatitudini videntur benè habere. Has itaque cūm ad manus habeam, vestra beatitudini porrigo ad legendum.

Sanctissimus archiepiscopus dixit: Supplicatio venerabilium monachorum porrecta pijsimo & Christo amantissimo Domino nostro, & suscepta, fiat manifesta. Et accipiens Acacius venerabilis diaconus & notarius, legit: Colendissimo, pijsimoque ac potentissimo Iustiano Augusto, Supplicatio ac deprecatio Mariani monachi & archimandritæ monasterij beati Dalmatij, ac Primatis venerabilium monasteriorum vrbis regiae, & ipsius archimandritarum, necnon & archimandritarum & monachorum Hierosolymitanorum, & sancti montis Sinai, ac secundæ Syriæ in ipsa congregatorum.

DEVS magnus & mirabilis, per quem reges regnant, & potentes terræ dominantur, præsciens præsentia & futura, conspexit Deo dilectum cor vestrae pietatis, & solus tales in his cogitationes scrutari valens, & videns præcipuum zelum pro recta fide, & diligentiam quæ fieri debet pro statu, quod nunc est in sanctissimis ecclesijs, adduxit ad imperialem sedem vestram serenitatem: volensque ostendere in vobis omnibus suum iudicium & acceptationem personarum, id est, si ne acceptatione personarum, proposuit ad manifestum vestram bonam operationem, quam die ac nocte pro ecclesiastica pace & honore ac cultu rectæ fidei, ac sanctorum patrum facitis, & pro elemosyna, quæ est proxima charitati: nam fidelibus elemosynis expurgari peccata didicistis. At hoc boni consilij opus dissipare prompti Anthimus, Seuerus, Petrus, ac Zoaras, & qui similia his sapiunt, omni tempore & loco tumultus ac turbationes ecclesijs facere non cessarunt. Terram quidem ac ciuitates sanctorum, & aliorum quorundam sanguine contaminarunt, tumultus concitantes: aërem verò & audientium aures anathematizationibus contra sanctos inquinauerunt. Demùm verò irruerunt in hanc regiam ciuitatem, & altaria prophana, & baptisteria aliena in opus veritatis altaris, & sancti fontis, in multis claris locis ipsius ciuitatis, & in suburbij, & in proprijs domibus fixerunt, & iniqua in ipsis facere non cessant, alios in domibus corrupendo, & iuxta Apostolum captiuando in ipsis simpliciores addiscentes, & nunquam ad cognitionem veritatis venire valentes. Quod autem maius malum est, & nobis intestinum, Anthimus, qui aliquandò ordinatus fuit episcopus Trapezuntius, (iste enim ex multo tempore propriam ecclesiam derelinquens, & fidam vitam continentia assumendo, cum prædictis

TOM. 2.

hæreticis conuenticula placita faciendo, & dicendo omnia æqualia, quasi perpetrando errorem hæreticum similem illis: (quasi dicat, potuit & iam non potuit) conatus est per illorum coniunctionem, sedem ipsius ciuitatis subripere contra omnes Ecclesiasticos canones & leges. Quia igitur catholicae Ecclesiæ omnes alumni, & de prædicti Anthimi iniquitate, & violenta promotione aliorum iniquorum virorum, qui Deo & nobis molesti esse non cessauerunt, vos pijsimi, valentes ipsos extrâ ponere, tamen canonicum iudicium à Romano pontifice in ipsum Anthimum, & in prædictos hæreticos benefacendo audire voluistis, illo persuasi, qui dicit: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Et Apostolo dicente: Obedite ducibus vestris, & subditi estote. Ipsi enim vigilant pro animabus vestris, tanquā rationem reddituri. Misit itaque Deus huic ciuitati Agapetum, qui verè ἀγαπητός, id est, dilectus à deo & hominibus, pontificem antiquæ Romæ, in depositione Anthimi & prædictorum hæreticorum, tanquā olim Petrum magnum Apostolum Romanis in depositione Simonis & Cretiani. Ille ergò honorabilis vir, sciens per libellos plurimorum nostrorum ea, quæ iniquè contra Ecclesias præsumpta fuere, ea ipso visu semel accipiendo, neque ad visum suscipere voluit Anthimum, furentem aduersus canones, sed hunc iuste eiecit de sacerdotali sede ciuitatis suæ: & coopitulante & coadunato catholica fidei & diuinis canonibus vestro Imperio, præfecit ipsi ecclesiæ sanctissimū Mennam, rectæ fidei & vitæ pudicæ, ac honestæ conuersationis, & infirmantium sibi in iniungenda dispensatione approbatissimū. Præterea, rursus de Anthimo, & de alijs hæreticis porreximus libellos, & episcopi Palæstini in ciuitate congregati, & alij Orientales, & ambaffiatores aliorum pontificū, & nos ipsi postulauimus Anthimum episcopum Trapezuntium, quæ perpetravit, facere per libellum nota sedi Apostolicæ, & liberare se ipsum ab omni hæretico errore, & proficisci ad ecclesiam Trapezuntinam: aut si hoc non velit, finaliter condemnetur, & omni dignitate sacerdotali ac operatione nudetur. Sic fecit sanctus Cælestinus contra impium Nestorium, qui seipsum tali condemnationi subiijciendo, partem cum hæreticis accepit. Et hos quidem proprijs ecclesijs præmuniauit, hæreticos verò aut canonicè ad Ecclesiam venire, aut cessare deceterò ab insidijs contra ipsam, conuenticulis ac parabaptisterijs, & persequi de hac ciuitate, & qualibet alia, tanquā deuastratores ac insidiatores, non solum sanctissimarum ecclesiarum, sed & etiā ipsius politia à vobis benè sancitæ. Hæc volumus ipsum asserre ad cognitionem vestrae pietatis, vt per ipsam ad finem ducan-

*ἀγαπητός

Deut. 32.

Heb. 13.

Niceph. Eccl. Hist. lib. 17. cap. 9.

*Zoetici

ducantur, quæ à nobis petita sunt. Has verò petitiones nostras iustas præueniens prædictus sanctissimus vir, cum Anthimus seipsum manifestum constituerit, simul cum prædictis hæreticis condemnauit, & omni dignitate sacerdotali & officio nudauit, & omni episcopatu & orthodoxo nomine vsq; ad penitentiam eorū, quæ deliquit, & misit vestre pietati libellos nros, vt q̄ in ipsis sunt, per vos ad finem deducantur. Sic enim opportunè assumptus est hic honorabilis vir à dispensatore nostro Deo, & additus est patribus suis, & bonum certamen certauit, & cursum perfecit, fidemq; seruauit. Obtestamur itaq; vestrum imperium (licet temerarium quid faciamus) per magnum Deum saluatorem nostrum Iesum Christum, qui protegat honorabile Imperium vestrum, & omnem inimicum, & hostem propter vestram rectam fidem vobis subijciat, non contemnere iustum iudicium prædicti sancti viri, sed ipsum exequi, & Ecclesiam DEI ac totum mundum liberare à peste Anthimi & prædictorum hæreticorū. Nam sancto viro Agapeto in præfenti vita existente, post Deū ad vestram pietatem respiciente, hæc finem à vobis accipere expectauimus. Implendo itaq; quæ ab illo iustè ac canonicè iudicata fuere, & per vestram generalem sanctionem ipsa confirmando, taliaq; deceterò præsumi interdicens, illius beatam animam coletis. quæ cum Deo proximior sit, eò quod vinculo terræ & carnis huius soluta sit, & fiduciam ex proprijs bonis operibus adeptā, pro pace & salute vestre pietatis intercedit. Vos autem cum Dauid ad Dominum, cum fiducia clamastis: Nonne qui oderat te nomine, odio habui, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio odiui eos, & inimici facti sunt mihi. Timendum enim est, pijsime Imperator, nè propter multam dilationem illud Israhelici populi patiamur & nos, in medio habentes ab omni sacerdotio anathematizatos: qui quoniā in medio habuit Achan & Ionathan, in scientia & ignorantia seipfos anathemati subijciantes, in periculo fuit totaliter perire, licet ignoraret, q̄ in medio haberet anathema. Non ergo sustineatis Christianissimi Imperatores tale malum contemnere, sed vtimini zelo ad recognitionem Dei, & his quæ ipsius sunt, illud adimplentes, quod scriptum est: Vespilator impiorum, rex sapiens. vt cum Dauid, & Iosia, & Elia, ac Agapeto, q̄ maximè zelauerunt pro DEO, partem vos habeatis, in præfenti quidem sicut & illi, & sub scabello pedum omnes inimicos vestros subijciat: in futuro verò cum illis æternum regnum tribuat, qui promisit & in isto centuplum, & in futuro seculo diligentibus vitam æternam donare.

*clamate: Psal. 138.

Iosue 7. 1. Reg. 14. d

*Χρηστωθε

Prou. 20. d

Matth. 19. d

SVBSCRIPTIONES.

TOM. 2.

Marianus diuina miseratione presbyter, & archimandrita, & primas venerabilium monasteriorum huius regie ciuitatis, cum vniuersis venerabilissimis archimandritis, qui vnā mecum supplicauerunt, de consensu omnium subscripsi & porrexi. Hefychius diuina miseratione presbyter & monachus monasterij beati abbas Theodosij, locum tenens Sophronij presbyteri & archimandrite ipsius monasterij, & primi totius eremi Hierosolymorū, cum omnibus his, qui mecum missi sunt, archimandritis & monachis Hierosolymitanis ad hanc regiam urbē, qui faciunt pro omnibus archimandritis & monachis, qui habitant ipsam eremum & tres Palæstinas, qui vnā mecum supplicauerunt, subscripsi de consensu omnium, & porrexi. Theonas Dei miseratione presbyter & ambassiator sancti montis Sina & eremi Raithæ, ac sanctissimæ Ecclesie de Pharan, faciens pro omnibus supra scriptis, supplicauit, & subscribens porrexi. Paulus Dei miseratione diaconus, & ambassiator venerabilis monasterij beati Maronis, principalis venerabilium monasteriorum secundæ Syriæ, missus huc ab omnibus venerabilibus archimandritis & monachis ipsius regionis ad vestram pietatem cum supplicationibus ipsis, quas extenderunt contra subscriptos hæreticos Acphalos, faciens pro omnibus prædictis archimandritis & monachis, supplicauit, subscripsi, & obtuli. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Peto quidem, cum circumspexerit Theodorus referendarius iam aduenerit, dicant præfentes monachi, si qui plus docere voluerint. Venerabiles monachi per Marianum venerabilem primatem porrexerunt doctrinale, id est, instrumentum reformationis. Quod cum accepisset venerabilis Christodorus diaconus, notarius & secretarius, legit: Epiphano sanctæ memorie archiepiscopo huius regie urbis, in pace vita sancto, Anthimus, qui aliquando ordinatus fuit episcopus Trapezundarum, magnitudinem & dignitatem sacerdotij, non spiritualem animarum diligentiam esse putauit, sed quandam ciuilem principatum, & propterea maiorem appetens, iam multo tempore derelinquens propriam ecclesiam, & ciuitatē apprehendens, tanquam quadā plaga Aegyptiaca, vitamq; fictam ipsius figuratæ continentie omnibus ostendens, cum hæreticis hic nidificantibus conuersatus est, similia quoq; illis hæretica largiendo, & placita illis faciendo & dicendo, voluit adulterinè subripere sacerdotalem sedem ipsius ciuitatis, contra omnem equitatem Ecclesiasticam & canones. Quoniam ergo circa ambo peccare visus est, & circa diuinos canones, & circa rectam & immaculatam fidem, & sanè sciamus nos defensionem Diuinorum canonum conuenire solum

*quæ

*διδασκαλίου

solum sacerdotibus, rectæ verò fidei nõ solum sacerdotibus, sed & omni Christiano orthodoxo: quæ de ipsa salua sunt, hunc interrogauimus, non semel, non bis, sed multoties, rogantes ipsum cõfiteri ea, quæ contra Eutyche à sanctis patribus decreta sunt, & maximè, qui in sancta œcumenica synodo Chalcedonenfi conuenerunt, & à beatissimo papa Leone, videlicet Dominum nostrum Iesum Christum esse in duabus naturis indiuisibiliter, immutabiliter, inconfusibiliter, & inseparabiliter, & simul condemnare & anathematizare cum Nestorio & Eutyche etiā Dioscorum episcopum Alexandrinum, patronum & defensorem impietatis Eutyche, & qui omnium malorum causa fuit, & condemnatus ac anathematizatus fuit cum Nestorio & Eutyche à prædicta sancta synodo Chalcedonenfi. Ipse verò propter excogitatum consilium contra Ecclesiam, imbuens oculos proprii sensus, & vnum solum propositum habens, (cum semel transenderit ostium mandraouium Christi Dei nostri) ouile lupus tradere, repulit nostras cogitationes & exhortationes, & oblitus est veræ promissionis Domini de ipsius Ecclesia, Quoniam portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & illius scripturæ, quoniam consilium, quod consulistis, dissipabit Dominus: idè Dominus Ecclesie suæ donauit illud semper inexpugnabile aduersus hæreses, excitando spiritum Agapeti Romani pontificis, & iam Dei voluntate apprehendit ciuitatē ipsam. Et cum cognoscat per multorum libellos & nostros ea, quæ iniquè præsumpta fuere aduersus Dei Ecclesiam, neque ad Dei visum semel suscipere voluit Anthimum furentem contra diuinos canones, neq; participare secum in communione diuina, sed iniuriam sacrorū ac diuinorum canonum, atq; etiā Catholicæ fidei vindicans, hunc extra posuit de sacerdotali sede, quam adulterinè & iniuste ascendit, fidelissimo ac pijsimo Imperatore nostro catholicam fidem, & diuinorum canonum auctoritatem adiuuante. Vestram verò beatitudinem in fide recta desuper & à principio approbatam, ac in recta & honesta conuersatione atque vita pudica, infirmantium ministerium ipsi committendo, in pontificem ordinauit ipsi Ecclesie, secundum electionem & sententiam pijsimorum Imperatorum nostrorū, & venerabilis cleri huius sanctissimæ Ecclesie, ac Christo amantissimorum virorum in diuersis dignitatibus & principatibus existentium, & nostram, & pariter omnium fidelium Christianorum. Cum ergo oportuit, elatum in hæresi non dominari alteri Ecclesie, aut doctoris nomen circumferre, qui omninò addiscere noluit à sanctis patribus, quæ ipsum oportet populo tradere: meritò de isto libello porrexi prædicto

Matth. 16. c

Job 5. b

vsutum

*cognoscat

TOM. 2.

sanctis Agapeto, rogantes, aut, notum libellum Apostolicæ sedi prædicto Anthimo porrigente, liberare seipsum ab omni hæretico errore, & postea sic (si approbabit prædictus sanctus vir) mittere eum ad ecclesiam Trapezundarum: aut si hoc facere nõ vult, cum hæreticis condemnetur, qui similiter cum ipsis vitam degere prætulit, quàm cum ecclesia sua: & alter pro ipso prædictæ ecclesie ordinetur, quæ diu episcopo viduatur. Has nostras iustas petitiones cum suscepisset prædictus sanctus vir in literis quidē commendaticijs ad sanctissimos potifices pro vestra sanctitate, quia obscurum seipsum cõstituit prædictus Anthimus, nudauit ipsum episcopali nomine, atq; etiā catholico, hoc est, orthodoxo, quoad vsq; confitebitur omnia, quæ tradita sunt à sanctis patribus. Nostros verò libellos destinauit pijsimo Imperatori nostro, vt, quæ in ipsis petita sunt, effectui tradantur per suam pietatem. Opportunè verò sic ad eò sapienter nostra dispensante, assumptus est iste honorandus vir, & patribus suis additus est, plenus spiritualium desideriorum, qui aduersus lupos pro ouili summi pastoris Christi dei nostri pugnavit, & fidelis seruus in talento credito demonstratus est, sine acceptatione personarum dispensator, in tempore vnicuiq; dans tritici mensuram. Nos itaq; post illius beatam obdormitionem compendiosum finem his, quæ mouentur, imponere festinantes, cum supplicationes porreximus pijsimo Imperatori nostro, & recapitulauerimus, quæ in prioribus libellis erāt, rogamus & obsecramus suam pietatem, exequi iustam in istos condemnationem S. Agapeti. Sua ergo pietas in hoc saltem fideliter mota, & quæ ad ecclesiasticum statum conferunt, canonicè terminari volēs, huiusmodi supplicationes misit vestre sanctitati, vt, quæ videntur sacris ac diuinis canonibus, in prædicto Anthimo sententientur.

*exceptioe Luc 12. d

Sanctissimus archiepiscopus & sancta synodus dixit: Quia præfentes sanctiss. episcopi antiquæ Romæ, & Deo amatiss. diaconi sedis Apostolicæ audiuerunt, quæ lecta fuere, & de porrectione dictorum libellorū, & de synodalibus epistolis sanctę memorie Agapeti, quæcunq; de his sciunt, manifesta facere dignentur. Et legit vocem Minas venerabilis lector Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, & secundicerius notariorum, quæ sic habet: Reuerend. episcopi & venerabiles Apostolicæ sedis diaconi, dixerunt: Quoniam à sanctæ memorie patre nostro papa Agapeto, monachi diuersorū monasteriorum porrectis supplicationibus venientes petierunt, si quid ab ipso patre nostro de Anthimo quondam episcopo Trapezuntio in synodalibus epistolis contineretur, idè, quod pro ordinatione sanctiss. Menne archiepiscopi huius regie urbis diffinitum est

RR præ

præ manibus habentes, dedimus ad legendum. Sanctissimus archiepiscopus & venerabilis synodus dixit: Quæ producuntur, legantur. Et accipies venerabilis Acacius notari & diaconus supplicationes, quæ ex persona monachorum, & ex persona Deo amarissimorum episcoporum, legit.

Domino nostro sanctissimo & beatissimo archiepiscopo antiquæ Romæ, & œcumenico patriarchæ Agapeto, Marianus presbyter & primas monasteriorum regni ciuitatis, & cæteri archimandritæ eiusdem, & archimandritæ ac monachi Hierosolymorum, ac Orientales in eadem synodo congregati. Eos, qui sanctas nei ecclesias opprimunt, considerantes, & inimicos Dei quotidie aduersus eam scribere conspicientes, lamentationem diui Gregorij in his proœmium facimus, opportunè ad vestram beatitudinem dicentes: Visa est cura DEI penitus dereliquisse præsentem vitam, quæ temporibus ante nos Ecclesias custodiebat. Et iam tantum cuiuslibet animæ immersa est à calamitatibus, vt equidem proprios dolores vitæ nostræ non in malis esse putetur: Tot & tanta sunt communia mala Ecclesiarum, ad singula respiciendo: quorum nisi aliqua in præsentem tempore fieret diligentia ad reformationem, ad omnimodam desperationis confusionem paulatim perueniretur. Cum multis itaque modis iam hæc enarrauerimus, nõ minus verò & nunc magnas & incredibiles infidias, aduersus DEI Ecclesiam factas, multiplicauimus. Schismatici & Acephali, qui à furia Dioscorigi & Eutychis descenderunt, nescimus, quis eos ad amentiam mouerit, quòd veluti quadam audacia freti, suo proprio morbo triumphant, synagogas facientes, & paraptismata innouantes, & tanquam ex euerfione hoc facientes, & nomen Episcoporum sibi ipsi in locis nostris diffamantes aperte ingruescunt, & licenter omnia audent: non contra Ecclesias solas, non contra alumnos Ecclesiarum, sed etiam contra ipsum pijsimum Imperatorem nostrum, & vestrum honorabile caput, sicut tanta prædictorum infania vestra beatitudini manifesta fuit. Nam venientes ad quandam domum, figuram oratorij habentem, in qua monachi quidam de iniquo contubernio illorum habitant, imaginem pijsimi Imperatoris furia excacates, illud patris eorum diaboli fecerunt, qui cum non possit contra creatorem, aduersus figmentum suam ostendit furiam: Irruit enim vnus ex eis, qui in malis excellens est, Ilaccius Persus, qui magia quadam vtens, seducit corda volentium ab eo decipi, & in vrendo καυθήριος, vsq; Veronam ad quinquaginta dies: quia consecrati istius, qui hortantur ipsum facere hæc ad corruptionem & deceptionem simpliciorum, diffamant, percussit virga imaginem, dicens

Gregorius.

etiam

* excacates

* deprauat
locus obfcurus.

quædam contra caput veri & orthodoxi Imperatoris nostri, immò verò contra Deum, propter * quem imaginem percussit, quæ nec aure perceptibilia, nec mente susceptibilia sunt: & virga inibi verberado contracta est, & tanquam exaffluens aliquid aliud inhonoratius facere volens, in imaginem veri Dei, dilaceravit tunicam inscriptam, & quod ex ipsa ab eo dilaceratum fuit, igni tradidit. Quid igitur non saltem contra fecisset orthodoxum Imperatorem, si hunc cum potestate habuisset in manibus iste violentus & irrationabilis vir, vbi nec tunicæ scriptæ inanimatæ pepercit? Iam illud propheta ad Deum, & ad vos, ac ad pijsimum Imperatorem nostrum ἀπολερόμενον, dicere conuenit: Viquequòd clamabimus, & non exaudietis? iniuriati clamabimus ad vos, & non saluabitis? Si enim, qui hæc sapiunt & faciunt, simul nobiscum omni tempore ac modo degere permittuntur, considerate beatissimi, quòd nobis non occurrentibus his, quæ illi sentiunt, neq; istorum ebrietate ἀνασελήμνησ diminuta, ipsos accipere potestatem congregandi, aut ipsos permittere talia audere, nihil aliud est, quam veriores putare, quam dogma nostrum, & iniquiores ac violentiores efficere contra nos. Si enim illi tanquam piè sapientes, docere sicut sentiunt, & prædicare cum fiducia dogma suum permittuntur: manifestum est, quòd reprehensa est Ecclesiæ ratio, cum apud eos veritas sit. Nam duas contrarias rationes, veras esse de eadem re, natura non habet, vt inquit magnus Gregorius. Quoniam igitur ex hac causa in multas domos eorum, qui in excellentia sunt, intrant, & indecentia faciunt, captiuantes mulierculas quædam peccatis coaceruat, quæ varijs ducuntur desiderijs, & semper addiscunt, & nunquam ad cognitionem veritatis venire possunt: verum etiam in ipsis proprijs domibus & suburbij altaria & baptisteria erigunt in oppositum veri altaris & sancti fontis, & omnia simul contempserunt propter attributum eis patrocinium, ab his, qui in domo Domini, & aliquo alio modo potentes sunt, nolite pati, beatissimi, non vti solita fiducia ad reformandum tantum malum: sed sicut prius contra Anthimum insurrexistis, & lupum, qui conabatur cooperiri per pellem ouis, & transcendere ostium ecclesiasticorum ordinum, sanctionum & canonum, & qui latrocinerant mandram ouium transcenderat, pelle denudastis, & ipsummet demonstrastis, ac procul à mandra expulistis: sic & nunc iterum vigilate, & ostendite pijsimo Imperatori nostro, quòd nullum lucrum exierit (vt inquit diuinus Gregorius) studio reliquo suo circa ecclesias, si tale malum in destructione sanæ fidei per ipsum fiduciam præualebit, & permittantur adhuc isti ad corruptionem Ecclesiæ edificare

Abac. 1. a

Isaie 7. c
1. Reg. 14. d

* λόγος

2. Tim. 3. b

etiam

* Cretiani
* Zoetici

Isaie 7. c
1. Reg. 14. d

* ἐξήκοα μίλιον

Psal. 54.

ACTIO PRIMA.
dificare in domibus dominorum, & in proprijs, & iniqua in ipsis facere. Hæc quidem duntaxat portamus, licet incredibilia, & à dijs doloribus incuruari, spem habentes ad clementissimum Deum, qui in tempore opportuno vestrum aduentum nobis ostēdit, quòd sicut Petrum magnum Apostolorum principem his, qui Romæ erant, in depositione Simonis Soetici misit: sic & vos misit in depositione & expulsionem Seueri, Petri, & Zoaræ, & eorum qui similia eis sapiūt, & qui omnigenis honoribus circumfouentur ad inhonorationem Dei, blasphemiasq; ac electiones, dabit vobis potestatem, coopulante vobis pijsimo & à Deo custodito Imperatore nostro, istos expellere de omni ecclesia tanquam insidiatores, & violatores non solum sanctissimarum ecclesiarum, sed & politiæ ipsius. Nam cum hos ad suam malitiam conuenientia organa insidiator boni inuenisset, totum orbem terrarum commotum fecit, & sanctorum sanguine terram contaminauit, & ciuitates iugulationibus & tumultibus turbauit. Expellite igitur istos. Scimus benè, si pijsimum Imperatorem nostrum, & ipsius Christo amabiles principes informati, quòd communicant anathemati, in medio habentes anathema: sicut ostēdit nobis antiqua scriptura in Achan & Ionathan, qui scienter & ignoranter incidunt in anathema: & hæc ignorando, in periculo fuerunt perire cum eis, quoniam in medio eorum fuit anathema: & si commemoratis suo Deo amato atq; dilecto Imperio adducere Deo eos, qui ab ipsis à recta fide abducti sunt: & si hoc non valeat facere, insidiatores Ecclesiæ repellantur. Non enim latuit tuam beatitudinem, quòd quæquam pijsimus Imperator noster mandauerit, nõ reconuenticulari, neq; rebaptizare, Zoaras tamen tale præceptum despexit, & paraptizauit in die Paschæ: non paucos: inter quos erant pueri eorum, qui permanent in domo herili, sicut deposuit ille, qui ab ipsis gratia Dei potuit euadere & aufugere, & ad Dei Ecclesiam refugere. In alijs quoq; locis & domibus in excellentia existentium, hæc & similia istis facta fuerunt. Verum semper isti soli DEI Ecclesiam perturbauerunt, & contristauerunt: & nos vsq; ad istud, fletum vtique continuimus. Sed quoniam & ab his, qui intus iam esse videtur, ac in ordine pontificum existere, omninò expugnatur, tempus est dicere de eis illud Psalmi: Si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique: & si, qui me odit, magnificasset, abscondissem me utique; ab eo: Tu autem homo æqualiter animatus, dux meus & cognitor meus, qui in idipsum dulcorasti mihi escam, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Tales fuerunt nonnulli commorantium in magna & regia vrbe prima ciuitatum, nomen quidem pastorum portantes, totaliter autem sicut lupi

rapaces: quorum maximè existit Anthimus Trapezūtinus, & alij aliarum ciuitatum. Isti enim, & similes huic ex hereticis Acephalis existentes, ac paululum religionis pietatem dissimulantes, in Ecclesias se intruserunt, tanquam quædam Aegyptiaca flagella, qui nullo modo proprijs ecclesijs vacare voluerunt. Et hoc solum benè sapientes, vt nõ deuaſent sibi adiudicatas, aliud malè sapuerunt, degere in tanta multitudine in hac regia vrbe, vt multos sibi amplectantur proprio barathro. Instituit enim prædictus Anthimus non Euangelicam, sed fictam vitam, vt finis probauit: & relinquens Ecclesiam Trapezundarum sibi creditam, transcendit in aliam istius ciuitatis ante hos proximos annos, ostentando omnibus configuratam continentiam suæ politiæ, & acquiritam ex his faciens pietatem. Cum ergo & hanc subripuerit, potuit & imperialia ibidem induere, vt augere videretur subdolosam opinionem vitæ suæ. Conuersatusq; est multo tempore cum hæreticis ibidem nidificantibus, placita illis faciendo & dicendo, videlicet hæreticam furiam similem eis committendo. Cum autem vidit sanctæ memoriæ Epiphaniū in extremis iacentem, machinatus est quid corruptum, quod contra propositum ipsius excogitauerat. Vt enim conaretur omnibus ibidem præbere dolum suæ longæ præstolationis, illud, quod multum incertum est, & solum prudentioribus suspicandum, ad certum & inuitè afferre conatus est. Ante enim multum tempus præcogitauit adulterium & raptum huius imperialis ecclesiæ. Hic ergo potuit, per illorum contubernium, & venerabilem sedem huius ciuitatis rapere, & in tantam diuersionem adducere, cum proximam neglexerit ecclesiam, & viduam ac sine viro eouiq; ipsam derelinquendo, ex quo dolum suæ fictæ conuersationis perspicuum omnibus ostendit. etenim cum paruam ecclesiam suscipere superbiuerit, statim in tantam & incomparabilem illi ecclesiam se ipsum prouexit, tanquam sufficientem existentem ipsius curam habere. Quia igitur iste iustè à vobis punitus fuit, & de sede huius regni vrbe eiectus, & fidelissimus Imperator noster iustam vestram super huc indignationem susceperit, ipso etiam adiuuante diuinos canones & catholicam fidem, & nõ vultis omnimodam huius perditionem, sed vt conuertatur, (imitamini enim Christum Deum nostrum, qui venit vocare nõ iustos, sed peccatores ad penitentiam) & omninò paternis visceribus suscipitis, si recognouerit proprium peccatum, & conuertatur, adiuramus vestram beatitudinem (licet audax quid faciamus) per sanctam & consubstantialē Trinitatem, ac per principem Apostolorum Petrum, & salutem ac victoriā pijsimi Imperatoris nostri, non contēnere diuinos canones, qui ab isto perfundantur: neq; ecclesiā ei traditam, quæ ab

Matt. 9. b

iplo despicitur: sed, sequendo in omnibus eos, qui ante ipsam beatitudinē in fede vestra claruerunt, facere in ipsum, adhuc & nunc contra auctoritatem canonum inualescentem, & qui prætulit vitam degere cum hæreticis, quā cum propria ecclesia, ea, q̄ S. Cælestinus contra Nestorium liquet fecisse, assignando ei terminum, sicut & ille Nestorio, intra quem nisi occurrens prædictum libellum Apostolicæ vestræ sedi porrexit, ac vestræ beatitudini, & sanctissimo archiepiscopo vrbis regię, & a morbo hæretico seipsum liberauerit, atque ad Ecclesiam Trapezundarum sibi creditam proficiscat, diffinitè sanctissimi, ipsum alienum esse & nudum ab omni pontificali dignitate atque efficacia, & seipsum submittere cōdemnationi prædictorum hæreticorum, & partem illorum accepisse: alterum verò pro isto, ecclesiæ Trapezuntinæ ordinandū esse. Verum, quoniam non solum iste, sed & cæteri episcopi, clerici & archimadrita in magno numero, qui insidijs aduersus Dei Ecclesiam vtūtur, & propter hoc solum in hac ciuitate commorantur ei, & vniuersis Ecclesijs perturbationes dare nullo modo recusant: rogamus & vniuersos tales ad vos adduci, & exactiones promittere canonibꝫ condecetes, quippe & in prædicto Anthimo & istis omnibus, vigilante iusto iudicio canonum à vobis benè custoditorū, vt paululum refrigeretur dei Ecclesia, ab istis liberata: & cognoscant, qui ad pastorem curā & clerum hoc modo venire volunt, quod non in fine tacebit Dominus, sed euigilabit super tales pastores, super quos secundum Prophetam exacerbatus est furor eius. Isti enim pascunt non oues, sed seiplos: & iudicium abominantes, & omnia recta peruerentes, ad nihilum posuerunt insidias, quæ fiunt contra Ecclesiam, & blasphemiam cōtra sanctos patres. Quam defendentes, beatissimi, suscipite nostram supplicationem, & potestatem vobis à Deo datam, in ipsos mouentes, purgate Dei Ecclesiam, & à lupis liberate, immittentes ipsis non pastorem, sed disciplinatuam virginem vestram. Nam et si pœnitere, pmittunt, præterita vita ipsorum, quæ alio & alio tempore, & non veritate, commutatur, nō permittit committere pastoralia eius, qui Ecclesiam DEI negauerunt: & hæreticis qui extra ipsam iustè cōstituti sunt, Seuero videlicet, Petro & Zoaræ, & qui similia his sapiunt, super quos iudicium vestrum pijsimum Imperator suscepit, iamq̄; condemnatos ab Apostolica sede vestra, & ab alijs patriarchalibꝫ sedibus, nec non ab omni pontificio, cū non patiantur canonicè venire ad Ecclesiam Dei, expelli ab omni publica & priuata domo, pijsimo Imperatore nostro p̄ pace ecclesiarū idem vobiscum sententiant, cū omnis cura & studium, die noctuq̄; de hac re vltra omnes

Ezech. 34.4

*causa

TOM. 2.

est: & cessare facere omnem turbationem ab ipsis factam ecclesijs, atq; omnem alienam doctrinam simul videre, beatissimi, & horitari DEO amatum Dominum nostrum, vt faciat, sicut illa impij Nestorij, ita & illa Seueri mente capti animæ, corruptibilia conscripta, in sanctam Chalcedonensem synodum, & in thronum sancti patris nostri Leonis archiepiscopi blasphemantia igni tradere. Nam per ista dubiam fidem in animas simpliciorum facere studuit, & subsannari fecit apud gētes magnum & venerabile nomen Christianismi. Etenim huius gratia & Romam ad vos misimus, & vestrū exoptatū aduentum enunciauimus, & ipsum suscepimus. Tales à pijsimo Imperatore nostro, pmissiōnes accepimus, quod ea, quæ à nobis canonicè sententiata sunt, sua pietas omni modo studeat mandare executioni, & totum mundum deinceps liberare à temporali horum turbatione. Appellationes verò prædictorum episcoporum, clericorum & monachorum, tempore opportuno *denominabimus, exhibentes, quomodo hi quidem ea quæ Nestorij sunt, hi verò quæ Eutyichis sentientes, ab vtraque parte diuellere Ecclesiā conantur.

SVBSCRIPTIONES.

Marianus misericordia Dei presbyter & archimadrita, ac primas venerabiliū monasteriorum, rogatus scripsi. Agapetus presbyter & prior monasterij Studij, rogatus subscripsi. Dioscorus presbyter & prior monasterij sanctæ martyris Euphemie, subscripsi. Agapius presbyter & Prior monasterij Thalassij, rogatus subscripsi. Paulus presbyter & prior monasterij Romanorum, rogatus subscripsi. *Antoninus presbyter & prior monast. S. Eusebij, rogatus subsc. Stephanus presbyter & prior monast. Olympij, rogatus subsc. Anastasius presbyter & prior monast. Romanorum, rogatus subsc. Demetrius presbyter & prior monast. Phocæ, rogatus subscripsi. Dominicus presb. & prior monast. Euphemij, rogatus subscripsi. Zoilus presbyter & prior monast. Theodoti, rogatus subsc. Iulianus dei miseratione presb. & prior monast. Euphemij, rogatus subsc. Stephanus presb. & prior monast. Promoti, rogatus subsc. Zenon presby. & prior monast. S. Dei genitricis, in fonte, subsc. Alexander presbyter & prior monast. Calami, rogatus subsc. Dadas presbyter & prior de Caiuma, rogatus subsc. Rhodon presbyter & prior monasterij, Theodori, rogatus subscripsi. Gennadius presbyter & prior monast. Dominici, rogatus subsc. Zenobius presb. & archimadrita monast. Maronij in *scibus, rogatus subsc. Silas presb. & prior monast. *Helia, rogatus subsc. Paulus presb. & prior monast. Samuelis, rogatus subsc. Ioannes presbyter & prior monast. Theodori, rogatus subscripsi. *Ciron presbyter & prior

*denuncia-

*Antonius

*Sycia

*Iliæ

or

or monast. Aegyptiorum de Cyracona, rogatus subsc. Basilius, presbyter & prior monasterij de Cyracona, rogatus subsc. Ioannes presbyter sancti Thomæ Apostoli in illis Modesti, rogatus subsc. Marcus prior monast. Theodori, discipulatoris, rogatus subsc. Flavianus presb. & secundarius Modesti Deo amatissimi presbyteri & prioris monasterij Lycaonorum, rogatus subscripsi. Marinus presbyter & prior monast. Paulini, rogatus sub. Theodorus presb. & prior monast. Tryphonis, rogatus subsc. Theodotus presb. & prior monast. sanctæ Dei genitricis Mariæ prope sanctum Iob, rogatus subsc. Cosmas presb. & prior monast. Studij, rogatus subsc. Petrus presb. & prior monast. *Hierusalem, rogatus subsc. Alexander presb. & prior monast. Abraamij, rogatus subsc. Eleutherius presby. & prior monast. sancti Dominici martyris, rogatus subscripsi. Tryphon presbyter & prior monast. Iob, rogatus subsc. Stephanus presby. & prior monast. de Consta, rogatus subsc. manu Iacobi diaconi, qui scripsit secundum commissionem meam, & ego protendi propria manu mea honorabilem crucem. Babylas presb. & prior monast. sancti Danielis existentis in Stylo, & sancti Ioannis in Paruo Profundo, & sancti Andrea apostoli prope Stylum, rogatus subsc. Ioannes presbyter & prior monast. Anastasij prope Agogum, rogatus subsc. *Anthemius presb. & prior monast. Neonis, rogatus subsc. *Ioannes presb. & prior monast. Charisij, rogatus subscripsi. Ioannes presbyter & prior monast. *Mara prope æream cisternam, rogatus subscripsi. Phocas presb. & prior monasterij Ionæ, rogatus subsc. Cosmus presb. & prior monast. Eutyichij Lycaonorum prope *vllam Matronæ, subscripsi. Timotheus presb. & prior monasterij Asterij, rogatus subscripsi. Polychronius presby. & prior monasterij Ethrij, rogatus subscripsi. Seuerianus presbyter & prior subscripsi pro ipso, cū commissum sit mihi ab ipso. Stratoticus presb. & prior monasterij sancti Dometij, rogatus subscripsi. Andreas Dei miseratione presb. & archimadrita monasterij Romanorum, consentiens subscripsi. Martyrius presby. & prior monasterij Petri siue Valentini & Daudati prope sanctos Apostolos, rogatus subscripsi. Andreas presbyter & prior monasterij iacentis in venerabili domo sanctæ Dei genitricis prope sanctum Lucam, rogatus subscripsi. Marcus presbyter & prior monasterij sancti Cyrici, rogatus subscripsi. Iacobus presbyter & archimadrita monasterij Abibi Syrus, Syristi subscripsi. Articus presbyter & prior monasterij Eucratodorum, rogatus subscripsi. Ioseph presbyter & prior monasterij sanctæ DEI genitricis in Lithostroto, subscripsi. Paulus presbyter & prior subscripsi. Ana-

*de Esteptoris.

*Prodro- nij

*Eleutherius

*Ipatius

*Mariæ p̄ pe Aetiam cisternam

TOM. 2.

stasius presbyter & secundarius monasterij sancti Philippi in Brephotrophio, subscripsi, eod quod non adesset prior. Georgius presbyter & archimadrita monasterij Cyri, rogatus subscripsi. Dominicus presbyter & archimadrita monasterij Syriorum, rogatus subscripsi. *Cosinus presbyter & archimadrita monasterij Maximini, rogatus subscripsi. Elpidius presbyter & archimadrita monasterij Basiani, rogatus subscripsi. Polychronius presbyter & archimadrita monasterij, Cretensum, rogatus subscripsi. Paulus presbyter & prior monasterij sancti Erimonis, rogatus subscripsi. Eusebius presbyter & prior monasterij Simeonis, rogatus subscripsi. Zoricus presbyter & prior monasterij sancti Andree prope Saturniam portā, rogatus subscripsi, manu Marci presbyteri & secundarij, me protendente honorabilem crucem. Theodorus presbyter & prior monasterij sancti Laurentij, à me DEI gratia fundati, subscripsi. Domitianus presbyter & archimadrita monasterij Martyrij, & pro omnibus monachis, qui sunt in eremo sanctæ ciuitatis, subscripsi. *Isychius presbyter monasterij Theodosij, & pro omnibus &c. Cassianus presbyter beati Sabbæ, & pro omnibus &c. Dominicus presbyter & prior monasterij de Turribus Iordani, & pro omnibus &c. subscripsi. Nestabus presbyter Lauræ sancti Firmini, & pro omnibus &c. Terentius presbyter nouæ Lauræ, & pro omnibus qui in eremo sunt, &c. Leontius monachus, prior & vicarius totius eremi, subscripsi, & pro omnibus &c. Traianus presbyter turriū Iordani, & pro omnibus &c. Polyeuctus diaconus monasterij beati Theodosij, & pro omnibus &c. Theodorus diaconus & monachus nouæ Lauræ, & pro omnibus &c. Cyricus monachus & diaconus ipsius nouæ Lauræ, & pro omnibus &c. Anastasius diaconus monasterij beati Martyrij, & pro omnibus &c. Mamas monachus monasterij beati Martyrij, & pro omnibus &c. Iulianus monachus Theodosij, & pro omnibus &c. Ioannes presbyter proprij monasterij in *Campestri, & pro omnibus &c. Theonas presbyter sancti montis Sinai, & ambasiator ecclesiæ Pharan & Lauræ Rhaitæ, pro omnibus monasterijs ibidem, rogatus subscripsi. Strategius diaconus & monachus monasterij beati Ioannis, & pro omnibus ibidem monasterijs subscripsi. Ioannes monachus monasterij beati Martyrij, & pro omnibus ibidem monasterijs subscripsi. Paulus monachus & ambasiator monast. B. Maronis secundæ Syriæ, subscripsi. Seuerianus presbyter & archimadrita monasterij Zoaræ de Thermis, Syristi subscripsi. Cassia presbyter & archimadrita monasterij Lucæ, Syristi subscripsi. Ioannes presbyter &

*Zosimus

*Criticorū

*Eriticorū

*Hesychius

*Lauræ pyrgiorum

*presbyter

R.R. 3 ar-

archimandrita monasterij Cyri Thomæ, Syristi subscripsi. Simeonius diaconus & ambasiator monasterij beati Iacobi secundæ Syriæ, & pro omnibus &c. Ioannes diaconus & ambasiator monasterij beati Theodosij secundæ Syriæ, & pro his, qui in ea sunt monachi, subscripsi. Sergius presbyter * Illustrator sanctissimarum ecclesiarum gentilium Syriorum primæ prouinciæ, subscripsi. Stephanus presbyter & prior monasterij Euxerij, & pro omnibus &c. Ioannes presbyter & archimandrita monasterij Thomæ Syristi, subscripsi. Theonas presbyter & archimandrita monasterij Aaron Syristi, subscripsi. Photinus monachus & ambasiator monasterij sancti Stephani * Nauzæ Iamniæ, pro omnibus clericis & monachis ibidem existentibus. Theodorus diaconus & ambasiator sanctæ ecclesiæ Erendilenorum, rogatus subscripsi.

* Illustrator

* Maoza

Epistola Orientalium ad Agapetum.

Matt. 16. c

Psal. 36.

2. Tim. 3. a

Domino nostro per omnia sanctissimo & beatissimo patri patrum, archiepiscopo Romanorum & patriarchæ Agapeto, ab Episcopis Orientalis diocæsis, & ab his, qui sunt sub sanctis locis CHRISTI DEI nostri, nec non ambasiatoribus & cæteris clericis in hac regia vrbe congregatis. Ex quo CHRISTVS Deus noster pro debitis nobis præmijs, propter ipsum in omni tempore, cum vera fiducia sua inuisibili ac terribili virtute diuulgatam confessionem super venerabile caput vestrum requiescere fecit, cum sedem Apostolorum vobis, pater beatissime, commisit, & firmavit super firmam petram pedes vestros, & direxit gressus vestros, & impleuit os vestrum cantico nouo hymno DEO nostro, sperauerunt in Domino, secundum psalmicum eloquium, clarificati à spirituali splendore vestro, per quem tanquam lucerna resplendens super sancto candelabro caliginem eorum, qui in tenebris sedet, & cæcos illuminastis, & oculos mentis ipsorum aperuistis, & propterea confisi & credentes diuino eloquio dicenti, in tempore non timebit cor confugiens ad intellectum, & experientia intellectus cognoscentes, vos esse diligentes custodes thesaurorum apostolorum, exossauimus modò Anthimum, habitum pietatis circumferentem, potentiam verò ipsius negantem, qui conuenientem sibi sponfam dimisit, & aliam contra diuinos canones accipere ausus est, cognoscentesq; & à DEO custoditum Imperatorem nostrum tanquam CHRISTI discipulum, approbatam animam habere, & participem vobis huius boni operis fuisse, quia primordij regni sui vsque nunc studuit custodire omne corpus Ecclesiæ sanum, & perfectè integrum, & ab omni morbo heretico liberum: & propter hoc statuit quatuor sanctas synodos in diuinis ac sacris initiationibus,

quandò fecit magna voce à sacris prædicatoribus predicari, quæ fortificant corda fidelium, & hæreticorum compungunt, sperans ipse ex clementia secundum naturam suam, & putans, quod sicut eos, qui ex simplicitate errore subditi sunt, decet in tempore conuerti: sic & huius inuectores, immò diaboli discipulos, & nunquam veritatem recognoscentes, iactum hæreticorum à principio præuidere & præmeditari rogamus, beatissimi, rememorati memorato ac à Deo custodito Imperatori nostro illam sacrâ vocem, dicentem: Omnè abominatiõem odit Dominus. quæ prima, media, & vltima est Seuerus facinorosus, qui contra Deum semper locutus est iniquitatem: & quandoquæ quidem Græcorum vanidicorum mysteria imbutus, ipsa honorauit, quandoquæ verò Eutychis insaniam docuit, & in tota vita dixit benè valere in fide Christianorum, & appellationem Nestorij anthropolatræ ad decipiendum eos, qui in simplicitate paratas habent aures, suscipiendam excogitauit, euidenter illa illius dicendo, Nestorianosque vocabat magistros rectorum dogmatum, & nec illi pepercit, qui baptizauit ipsum, inualidisq; anathematibus impleuit totum mundum, ac arroganter decernere ipse præsumpsit, & validiores sortitus est cum his, qui adhærebant ei in ordinando * Sychiam contra prædictam sanctam œcumenicam Chalcedonensem synodum, & cõtra sacras ac Deo dilectas epistolas sanctæ memoriæ Leonis papæ, qui fuit illuminator & columna Ecclesiæ, quicq; firmavit fideles ambulare in recta semita, sicq; illud relinquatur diuine scripturæ dictum impleri: Et incidit in foueam, quam fecit. Vndè dubitantes, quomodò ipsum propriè vocemus, idem cum gentibus sentientem, eiusdem opinionis cum Eutyches, eiusdemq; moris cum Nestorio, magis propria & insigni appellatione nominabimus ipsum ibidem, cum veritate organum diaboli vocantes. Prætereuntes igitur multitudinè eorum, quæ præsumpta sunt ab ipso, & sanguinem sanctorum virorum in * Eoan effusum ab Estasiasteno Iudaico de * Patria, tunc sub ipso militante, ac alia multò difficultiora prædictis, propter longâ narrationem: supplicamus, sanctissime, cum nunc sit tempus acceptabile, nunc dies salutis, clamamus, adiuua nos, & sanctas animas occisas, quas ad stare cogitate prudenter, & ostendere vobis, quia propter Christum traditæ sunt morti à bestia multi capitis, nè rursus ex sua oibus manifesta magania & Manichæo errore, quod cõfides iste iniquè ausus est intrare mûdas regias aulas, cum nullum locum debeat habere, aut barathrum conuersandi ad destructionem. Et cum in præsentem pax donata sit omnibus fidelium Ecclesijs cum tantis laboribus & sudoribus vestris, ac Deo amatissimi Imperatoris nostri, parentes ipsi extremitati

Psal. 100.

Psal. 118.

Psal. 7.

for. * Oriete

2. Co. 6.

Apo. 12.

ti animarum facientium conuentiones ad ipsum, & communicantiu per interpellationem anathematibus contra ipsum prolatis: studet longè expellere illum pollutum & abdicatum, qui anathematibus scriptis, & apertius ab Apostolica sede vestra, & à tantis pontificibus, & in celo ab angelis electis suis iam condemnatus est, qui secundum euangelicâ illâ & diuinâ vocè, cum iniquo & facinoroso alio Petro suo discipulo appellationem propriam vsque nunc mentiri non erubuit, & verba apostolica quotidie loquutus est: nec non cum Zoara, qui omninò diuinam scripturam & omnem sacrum ordinem & Missam ignorat: sed cum audacia (nescimus vnde) tibi tradita pessundat ecclesiasticum ornatum atque statum, per contumacia & parabaptismata, quæ quotidie temerariè aguntur, cuius synagogam mulierculis, commestationibus, & ebrietatibus, luxibusque & adulterationibus deditis implet. Persuasimus autem & pijsimo Imperatori nostro, non permittere aggregari bestias sanguinis edaces cum agnis, cum clarè & aperte sciat illud diuinum Apostoli dictum, Quod nulla participatio iustitiæ est ad iniquitatem, vel comunicatio lucis ad tenebras, vel pars fidei cum infideli. At verò si ea, quæ ab Isaacio Persa nunc perpetrata sunt, sine lacrymis dicere non valemus, non est possibile, neque metum abijcere, si narrare volumus, quæ suis iniquis manibus ille facere non horruit. Nam in quodam diuersorio reposita honorabili imagine præsentis pijsimi Imperatoris, prædictus sceleratus & arrogans vir, tanquam certans, & secundum nouioremodum dicendi blasphemauerit, diuinum extendens baculum, in quo inhonoratam senectutem suam firmare fingit, implensque simulatum stellationatum in conspectu eorum, qui ab ipso seducti sunt, percutiebat sine venia similitudinè Christo amatissimi Imperatoris, hæreticum denominando sic DEO vnitum, & ab ipso custoditum, & veritatis predicationem custodientem. Nec à furore cessauit, donè diuisit tunicam habentem nobilem eius effugiem, & partem pro se tenuit, quam & igni traditam, totam exterminare non valuit. Nam conseruata fuit à meliori prouidentia, in redargutionem manifestam & notam homicidialis temeritatis, & maioris omnibus accusationibus. Testes fuerunt viri (sicut nouistis, sanctissime) manifestam veritatem aduocatum habentes. Quoniam igitur præter opinionem hæresiarum submutauerunt eorum deiectionem, quæ cum ignominia debebat esse, & ante tempus multum dederunt audaciam habitandi in regalibus cellis, his qui per alium modum DEVM negant multis designatis & enumeratis ipsis nomen sanctæ orthodoxiæ, & periculum est, fideles nun-

2. Cor. 6. c

ignominia Imperatoris imagini illata.

Locus obsecratus.

quàm ambulare in domo Domini cum cõsensu, tollite à nobis citò malos, offerte consuetè sacrificium hoc Deo & saluati, pro conseruanda nobis bona defensione in futuro tremendo iudicio, liberum ab omni timore & hæretica trifluuatiõne armatum ecclesiasticum conseruate statum confirmantes, rursusque exponendo iustissimo Imperatori nostro pijs ac iustas sententias, contra ipsos prius ab Apostolica sede vestra prolatis, statuendo per illas impia conscripta tradere igni, & habentes in publicum prodere, iuxta immutationem eorum, qui zelant possidere Manichæa, & illa impij Nestorij, & Eutychis insensati, ac Dioscori patris & protectoris eorum. Sic enim euacuabitur omnis expectatio his, qui frustra sperant in eis. Rogamus etiã, sanctissime, finem perfectum imponere diuinæ ac vestræ sententiæ contra Anthimum, paternis vestris decretis conuenientem, vt omne de medio extingatur scandalum à paruulis in Dominum credentibus, & omnibus nobis. Custodiat Dominus sedem vestram ac pijsimi Imperatoris nostri, tanquam dies celi, qui Petri imitatores saluatis, & nos à tribulationibus saluastis, eosque, qui nos odiunt, confundistis.

* consuetu

* imitatione

SVBSCRIPTIONES.

Thalassius episcopus Berytiorum ciuitatis, rogatus subscripsi. Magnus episcopus Beroëorum ciuitatis supplicando subscripsi. Ioannes episcopus Gabalorum, subscripsi Syriacè. * Aetherius episcopus Mariamniæ, supplicando subscripsi. Christophorus episcopus Porphyrionis, supplicando subscripsi. Archelaus episcopus Coryci, supplicando subscripsi. Dauithus episcopus Cyresticensis, subscripsi Syriacè. Alexander episcopus quodam * Paraxiorum, nunc verò Iustiniopolitanus, supplicando subscripsi. Anastasius episcopus Iotapæ, supplicando subscripsi. Domnus episcopus Maximianopolitanus, suppl. subscripsi. Ioannes episcopus Zoorum, supplicando subscripsi. Magnus presbyter & ambasiator Theopolitanæ ecclesiæ, subscripsi. Heraclius diaconus & ambasiator eiusdem ecclesiæ subscripsi. Athanasius diaconus & ambasc. ecclesiæ Tyri, subscripsi. Paulus lectorarius & ambasc. ecclesiæ Tarsi, subscripsi. Thomas diaconus & ambasiator Ecclesiæ Iustiniopolitanæ, subscripsi. Agapius diaconus & ambasiator sanctæ ecclesiæ sacre ciuitatis metropoli. Euphratesiæ, supplicando subscripsi. Ioannes subdiaconus & ambasiator sanctæ ecclesiæ de Bostra, subscripsi. * Trophimus finius diaconus & ambasc. sanctiss. eccle. Seleucianæ de Isauria, suppl. subscripsi. Eusebius diaconus & ambasc. sanctiss. eccle. * Amidana, sciens superius dicta contra Seuerum, Petrum, & Zoaram, ac Anthimum, subscripsi.

* Beroëoru

* Paraxioru

* Trophini

* Amidena

Marcus diaconus & ambafiator sanctae Eccle. Emifeng, subfc. Simeonius diac. & amb. sanctae Eccle. Aegyropolitanae, subfc. Sergius diaco. & ambaf. sanctae Ecclesiae Ptolemaidis, subfc. Cosmas monac. & amb. S. ecclesiae Antaradanae, subscr. Esaias diacon. & ambaf. Aethusianae ecclesiae, subfc. Iulianus diac. & hospitalarius eccles. Palmyrenae, subfc. Ionas diacon. & ambaf. Helenopolitanae eccles. subfc. Abraami diac. & amb. eiusdem ecclesiae, subfc. Simeonius presbyter S. ecclesiae Constantiensis in Cypro, subfc. Iohannes lectorarius & ambaf. ecclesiae Seleucia Syriae, sub. Martyrius lectorarius ecclesiae in Beryto, supplicando subfc. Arsenius lectorarius eccles. Mariamniae, subfc. Sergius presbyter & iustrator mofast. Sandari, supp. subfc. Simeonius diaconus S. Resurrectionis Christi, subfc. Anastasius presbyter & ambaf. eccle. Caesareae, subfc. Alexander subdiacon. & ambaf. eccle. Caesareae Palaeftinarum, sub. Iohannes diacon. & amb. Eccl. Eleutheropolitanae, subfc. Theodosius diac. & amb. eccle. Gazearum, subfc. Pamphilus diacon. ecclesiae Neapolitanae, subfc. Euno-mius presb. & amb. eccle. Petri, subfc. Anastasius diaconus & amb. eiusdem eccl. subfc. Victor diac. & amb. ecclesiae Arcopolitanae, subfc. Silomenus lectorarius eccle. Tarsena, sup. subfc. Et postlectionem libellorum Menas venerabilis lectorarius ac secundicerius notarioru antiquae Romae, protulit actum synodalis epistolae scriptae a sanctae memoriae Agapeto, & legit per dictiones Latinas: Interpretationem autem legit Christodorus diaconus & notarius secretarius, quae sic habet:

**INTERPRETATIO EPI-
stolae synodalis, scriptae per literas
Latinas.**

Epistola
Agapeti
Papae.



1. Tim. 3, a

Dilecto fratri Petro Agapetus. Voluissimus quidem, fratres dilecti, ppter conjunctionem nostrae charitatis, omnes Domini sacerdotes, iuxta apostolicam traditionem, irreprehensibiles inuenisse, & neminem aut per gratiam, aut per metum ab ecclesiasticis canonibus declinare: sed quoniam multa multoties subsequuntur, quae poenitudinem parere possunt, & dei misericordia delicta peccatorum vincit, & idcirco differtur poena, ut reformatio locum inuenire possit, monere necessarium iudicauimus, & vt * assumpta decetero impuicata custodiantur. Oportebat enim, vestram charitatem memoré paternarum traditionum, neminem permittere prohibita facere: sed si quis audax appareret, tota virtute resistere. Cum itaque peruénimus ad comitatum serenissimi Imperatoris filij nostri, inuenimus sedem Co-

*praesumpta

stantinopolitanæ Ecclesiae, contra omnem canonem honestatem, ab Anthimo Ecclesiae Trapezundarum episcopo inconuenienter usurpatam. Cuius animam non solum secundum istam partem, sed quod maius est, in confessione veræ fidei à perditione reducere desiderauimus: sed Euty chis errori insistens, ad viam veritatis redire contempsit. Vnde cum ipse in fide poenitentiam isto modo expectemus, neque catholico, neque sacro nomine dignum esse sententia uimus, donèc omnia à patribus tradita, per quæ veræ religionis fides & disciplina custoditur, & secundum congruentem satisfactionem suscipiat. Ceteros verò similis contumaciae ipsius & sententia Apostolicæ sedis condemnatos, similiter vestra charitas aduertat, quorum ipse seipsum participem fecit. Constantinopolitanæ verò sedis iniuria, Apostolica autoritate adiuuante, & adiutorio fidelissimorum Imperatorum emendabimus. Et supra modum quidem admirati sumus, quod istud opus ita apertè contrarium decretis patrum vestra fraternitas non solum ad notitiam nostram adducere neglexit, sed & reprehensibili consensu confirmauit. Sed regratiamur Deo, cuius spiritu mala ad melius ut plurimum vertuntur, & paruè transgressiones ad utilitatem & occasionem magni fuerint gaudij. Hoc autem pro excitando vestræ conspiritualitatis letitiam significo, quod Mennam fratrem & coepiscopum nostrum, virum multis laudum modis ornatum, prædicta Constantinopolitana Ecclesia episcopum suscepit. Cui licet præter ceteros serenissimorum Imperatorum electio arriserit, similiter tamen & totius cleri ac populi consensus accessit, vt & à singulis eligi crederetur. Etenim alicui neque sciètia neq; vita fuit ignotus, sed & fidei integritate, & sacrarum scripturarum studio, atq; etiã pia administrationis officio sic prædicta viri resplenduit opinio, vt ipsi tardius venire videretur, quo dignus erat. Et hoc dignitati suæ addere credimus, quod à temporibus Petri apostoli, nullū alium vnquam Orientalis ecclesia suscepit episcopum, manibus nostræ sedis ordinatum. Et forsitan vel ad demonstrationem laudis ipsius, vel ad destructionem inimicorum instans res tanta peruenit, vt illis ipse similis esse videatur, quos in his quãdoq; partibus ipsius apostolorum primi electio ordinauit. Commune itaq; gaudiū, fratres, pia exultatione suscipite, & quantum vos apostolicæ sedis nostræ iudicium comprobatis, consueta rescriptiõe significate, habètes duplicè exultationis causam, & quod mala sine mora corrigant, & p his optata subsecuta fuerint, decetero precauentes, nè rursus canonicis sanctiõib; quod contrariū p vos (quod nõ credo) fiat, vestro accedete consensu. cumq; sicut error q semel peccauit, venia dignus est, sic freques transgressio

Mennæ epi-
scopi enco-
mium.

gressio motum austeritatis deposcit. Deus in bona conualescentia te custodiat, frater honorandissime.

**INTERLOCVTIO MENNÆ
patriarchæ.**

Sancitissimus archiepiscopus & tota synodus dixit: Non mirandum, si susas & nunc magna Apostolica sedes sequitur sacras sanctiones sanctissimarum ecclesiarum inuiolatas conseruando, & quæ rectæ fidei sunt defendendo, ac his, qui peccauerunt, clementem veniã tribuendo. Vnde & nos implentes ea, q à sanctissimo papa in epistola synodali data fuere, & tempus poenitentiae ipsi dantes deputemus, & decernamus Vosporium sanctissimum episcopum Neo caesareae metropolitanae, & Acacium sanctissimum episcopum metropolitanae Pessinuntinae, & Iohannem ac Theodistum presbyteros & defensores magna ecclesiae, quæ hinc est, & Zachariam sanctissimum Episcopum Mitylenensem metropolitam, & Acacium ac Christodorum diacones venerabiles & notarios huius sanctissimæ Ecclesiae, ad notificandum ei ea, q à nobis gesta fuerint, & inuitare ipsum infra tres dies (si volet venire) ad sanctam synodum, ad faciendum super annunciatis congruam satisfactionem. Subsignauit.

**ACTIO II. FACTA A
Menna patriarcha Constantinop.**

for. * noua
Roma

Post consulatum Flauij Belissarij clarissimi, & nonas maias, indiõtiõe 14. in Christo amantissima & Imperiali * Roma Constantinopoli, præsidente domino nostro sanctissimo & beatissimo archiepiscopo patriarcha œcumenico Menna in mesaulio dytico venerabilis domus nominæ nostræ, sancte & gloriosæ DEI genitricis semper virginis Mariæ, quæ est prope sanctissimam magnam Ecclesiam. Et à dextra quidem parte cõsidentibus & coadientibus, iuxta pium iussum Christi amantissimi, & à Deo custoditi Imperatoris nostri Iustianiani, sanctissimis & Deo amantissimis episcopis, Sabino Canusino, Epiphanio Esculano, Asterio Salernitano, Rustico Fasulano, Leone Nolési, qui omnes ex regione Italiae sunt, prius quidem missi ab Apostolica sede, postea verò vnanimiter consentientes sanctæ memoriæ Agapeto papæ huc aduenienti, Petro Iustianopolitano metropolitæ, Marco metropolitæ secundæ Cappadociae prouinciæ, Zacharia Mitylenensi metropolitæ, Marco metropolitæ Apameæ prouinciæ Bithyniæ, Auxentio metropolitæ Selymbriæ, Timotheo metropolitæ Berrhoæ, Thalassio metropolitæ Beryti, Magno metropolitæ * Beroæ, Iohanne metropolitæ Bosphori, Iohanne Gabalorum, Domitiano * Zichiano, Christophoro

Porphyrionõ prouinciæ Phœnicis Parali, Archelao Coryco, Dauitho * Circinã * Cyrestino, Aetherio Mariamnio, Alexandro * Paraxiano, Domino Maximianopolitano secundæ Palæstinae, Anastasio Iotapæ, Iohanne * Zoorono, Andrea Paniano, Epitynchano Germæ prouinciæ Hellespõti, Pelagio Parnassi, Paulo * Stefortiano, Andrea Peltano, Theodoro Myreno, & Theodorito Alindeno. A sinistra verò parte Hypatio Ephesino metropolitæ, Constantino Heracliano metrop. Europæ, Theogene metrop. Synnadorum, Bacho metrop. Antiocheno, Hilariano metrop. Pergæ, Vosporio Neocæsareæ metrop. Ponti Polemoniæ, Paulo metrop. * Tyano, Acacio metrop. Pessinuntino, Epicteto Claudiopolitanõ metropol. Honoriadis, Abraamio Cratiano, Alexandro Colonenõ secundæ prouinciæ Cappadociarum, Asterio Amastreno, Eugenio Tieno, Iohanne Caesarensi prouinciæ Bithyniorum, Dominico Theodosiopolitanõ prouinciæ Phrygiorum Pacatianorum, Iohanne Traianopolitanõ, Theodoto Euriae antiq; Epinri, Andrea amyzo, Flauiano Cotenõ, Elia Caesareæ Bithyniorum, & Armonio Calliopolitanõ: adstantibus autem & coadientibus Theophane & Pelagio venerabilibus diaconis Apostolicæ sedis, & Mena ac Petro Deo amantissimis notarijs, & quibusdam subdiaconis, & procuratoribus, ac ceteris clericis ipsius Apostolicæ sedis, qui & consentientes fuerunt sanctæ memoriæ Agapeto * factõ papæ antiq; Romæ huc aduenienti, & Magno presbytero, & Heraclio diacono, ambafiatoribus Euphremij sanctissimi patriarchæ sanctissimæ Ecclesiae Theopolitanae, Sabino diacono sanctæ Christi Dei nostri resurrectionis, ambafiatore Petri sanctissimi patriarchæ Hierosolymitani, Stephano diacono & ambaf. Soterici sanctissimi episcopi Caesareæ metrop. primæ prouinciæ Cappadociarum, Gaiano presbytero & amb. Elpidij sanctissimi episcopi Ancyrani metropol. primæ Galatiæ, Dionysio & Callinico diaconis & ambaf. Photij amantissimi episcopi metropol. Corinthi, præsentem etiã venerabili clero huius regie ciuitatis, Euphemius venerabilis diaconus & primicerius notariorum, dixit: His proximis diebus, præcedente pio iusso Christo amantissimi ac à DEO cultoditi Imperatoris nostri, conuenit præfens nunc sancta synodus. Et cum tunc intrassent ad vos venerabiles monachi huius regie ciuitatis, & qui de Theopolitana ciuitate profecti erant, ac etiã alij venerabiles viri de Hierosolymis, facta fuerit quædam super venerabili Anthimo, quæ in actis tunc formatis continentur, in quibus dedistis certum terminum super requisitione ipsius venerabilis viri, qui iã decursus est. Cumq;

*Antonino

*Paulini

*Thermaru

& nunc vestra conuenerit sanctitas pro eadem materia, obseruantq; & vestram audientiam memorati venerabiles monachi, introitum apud vos habere rogantes & supplicantes, subijcimus. Sanctiss. archiepiscopo. & sancta synodus dixit: Intrent. Et cum intrassent, Marianus Deo amatiss. presbyter & prior monast. sanctae memoriae Dalmatij & primas, simul cum caeteris Deo amatiss. archimad. & monac. regiae ciuitatis, & Theopolitanae, & Hierosolymitanae moast. Agapeto Dij, Dioscoro S. Euphemiae, Agapio Thalassij, Paulo Romanorum, *Antonio Eusebij, Stephano Olympij, Anastasio Romanorum, Demetrio Phocae, Dominico Euphemij, Zenone S. Dei genitricis in fonte, Alexandro Calamij, Dada Caiumae, Rhodone Theodori, Genadio Diuici, Theodoro Maronij, Sila Eliae, Paulo Samuelis, Ioanne Theodori, *Ciriace Aegyptiorum, Basilio Cyraconae, Ioanne sancti Thomae Apostoli inter illa Modesti, Marco Theodori, Flauiano presbytero & secundario Modesti Lycaonorum, Marino *Pauli, Theodotisto sanctae Dei genitricis prope illa Iob, Theodoro Tryphonis, Cosma S. Ioannis inter illa Studij, Petro sanctae Dei genitricis & sancti Diomedis in Hierusalae, Eleutherio sancti dominici, Alexandro Abraamij, Theodoro Iob, Tryphone Elpidij, Stephano illorum de Consta, Babyla Danielis in Stylo, Ioanne Anastasij, Anthemio Neonis, Ioane sancti Michaelis illorum Charisij, Ioanne Marae prope Aetiam Cisternam, Phoca Ioanae prope & iuxta Secundum, Zosimo Eutychie Lycaonorum, Timotheo Asterij, prope Aetiam Cisternam, Martyrio Petri prope apostolos, Andrea sanctae Dei genitricis prope sanctum Lucam, Marco sancti Dominici, Ioseph sanctae Dei genitricis in Lithostroto, Paulo sancti apostoli Petri prope palatium, Anastasio presbytero & secundario S. Philippi in Bephotrophio, Georgio Cyri, Eusebio Simeonij, Zotico sancti Andreae prope Saturniam portam, & de Theopoli, Paulo monac. & amb. monast. Maronis, Seueriano presbytero & archimandrita monasterij Zoarae, Calidoru Syro, Cassisa presbytero & archimad. monast. Lucae Syro, Simeonio diacono & amb. Iacobi, Ioanne diacono & amb. Theodori, Stephano presbytero & priore monast. Euxerij, Ioanne presbytero & archimad. monast. *Cyri Thomae Syro, Theona presby. & archimad. monast. Aaron Syro, Photino monac. & ambaf. sancti Stephani, Theodoro diacono & ambaf. ecclesiae Erendilonorum, Sergio presbytero & iustratore, qui omnes pro seipsis, & pro reliquis, atque etiam pro his, qui sub sanctis Christi veri Dei nostri locis agunt, Domno presbytero & archim. monast. beati Martyrij, Hefychio presbytero & ambaffia. mo-

naft. beati Theodosij, Cassiano presbytero Laurae B. Sabbae, Dominico presbytero & priore Turrium Iordani, Nestabo presbytero Laurae B. Firmini, Terentio presbytero nouae Laurae, Leontio monac. & priore, & vicario totius eremi, Traiano presbytero Turrium Iordani, Polyucto diacono monasterij beati Theodosij, Theodoro diacono & monacho nouae Laurae, Cyrico diacono & monacho ipsius nouae Laurae, Anastasio diacono monast. beati Martyrij, Mama monacho eiusdem monast. Ioanne monacho eiusdem monast. Iuliano monacho monast. B. Theodosij. Qui omnes agunt pro proprijs monasterijs, & pro omnibus monachis eremi sanctae ciuitatis. Ioanne presbytero Campestris, & pro omnibus, qui ibidem sunt monachis, Theona presbytero montis Sinai, & ambaffia. ipsius montis, & Ecclesiae Pharan, & Laurae Raithae, & pro omnibus ibidem monachis, Strategio diacono & monacho monasterij B. Ioannis, & pro omnibus monachis sub Scythopoli.

Sanctissimus archiepiscopus, & tota synodus dixit: Legantur, quae pridem gesta fuerunt. Et accipiens macarius venerabilis diaconus, notarius & ambaffiator, legit: Post consulatum Flauij Belissarij clarissimi, sexto Nonas Maij, indictione decimaquarta, in C H R I S T O amatissima & imperiali Constantinopoli. Et reliqua prima actionis. Sanctissim. archiepiscopus & tota synodus dixit: Qui a nobis deputati fuerunt ad requirendum Anthimum venerabilem, si iniuncta ad opus deduxerunt, ostendant. Vosporius sanctissimus episcopus Neocae fareni metropolis prouinciae Ponti Polemoniaci, dixit: Decretis a beatitudine vestra, & ab hac sancta synodo merito obtemperantes, fuimus in omnibus locis, in quibus arbitrabamur esse venerabilem Anthimum, videlicet in oratoria domo gloriosissimi archangeli Michaelis, quae est in palatio, & in domibus Hormisdag in sancto apostolio: in quibus conuocauimus venerabiles presbyteros & diaconos, & quasi (vt ita dicamus) vniuersum clerum praedictarum sanctissimarum domorum, rogauimusq; ipsos dicere nobis & demonstrare, si sciunt praedictum Anthimum, seu domum, in qua est, inueniri. Qui primu quidem concorditer dixerunt, neque vidisse ipsum ibidem, neque scire domum, in qua ipse sit. Postea vero ad satisfacionem nostram dederunt quosdam ex ipsis, simul cum Acacio & Christodoro, venerabilibus diaconis & notarijs vestrae sanctitatis, qui praedicti Anthimi inquisitionem fecerunt. Existimantes autem inuenire ipsum in mittato suo, in quo olim permanebat, quae fuimus, & nec ibi inuenire potuimus. At in suburbio suo, quod est circa sanctum Laurentium venientes, nec ibi ipsum inuenire valuimus, inuento ibidem homi-

*inuenire.

1. Tim. 2. b

homine suo, qui dixit, quod ex quo recessit de sancta magna ecclesia, neq; vidisse ipsum, neque scire vbi degat. Acacius sanctissimus episcopus Pessinuntiarum metropolis secundae prouinciae Galatae, dixit: Et ego significo vestrae beatitudini, quomodo veniens cum Vosporio & Zacharia sanctiss. comministris, ac Ioanne & Theodotisto Deo amatiss. presbyteris, & procuratoribus ecclesiae, Acacioq; & Christodoro venerabilibus diaconis & notarijs, in praedictis locis require praedictum venerabilem Anthimum, & ipsum inuenire non potui. Zacharias sanctiss. episcopus Mitylenensis metropolita, dixit: Sicut dixerunt ante me Vosporius & Acacius Deo amatiss. episcopi, satisfaciētes mandatis a vestra sanctitate, venimus in oratoriam domum sancti Michaelis archangeli, quae adiacet palatio, & in sancto apostolio, quod est intra illa Hormisdag, atque etiam in suburbio suo, quod adiacet oratoriae domui sancti Laurentij, & scutationem susceptam fecimus, simul cum Ioanne & theodotisto Deo amatissimis presbyteris & procuratoribus, & Acacio & Christodoro venerabilibus diaconis & notarijs, & nullibi hunc inuenire potuimus. Ioannes Deo venerabilissimus presbyter, & defensor sanctissimae magnae ecclesiae, dixit: Iuxta iussum vestrae sanctitatis, simul cum praedictis sanctissimis episcopis & venerabilibus diaconis & notarijs, venimus ego & Theodotistus ad loca praedicta ab ipsis, vbi putabam. omnino nos manifestum facere ipsum venerabilem Anthimu, quem inuenire non potuimus.

Theodotistus venerabilis presbyter & defensor ecclesiae, dixit: Ego eadem depono.

Acacius venerabilis diaconus & notarius, & Christodorus venerab. diacon. & notarij, ac secretarius, p Christodorum vnu ipsorum dixerunt: Quae sanctissimi episcopi, & Deo amatissimi presbyteri & procuratores, q vna nobiscum missi sunt super requisitione venerabilis Anthimi, dixerunt, eadem & nos deponimus. Attulimus autem & ea, q proximè gesta fuerunt, vt ipsa ei intimarem, & nullo modo ipsum inuenire potuimus.

Sanctissimus archiepiscopus & tota sacrosancta synodus dixit: Manifesta iam facta est voluntas venerabilis Anthimi, qui se manifestum constituere noluit, & venire ad nos ad emendationem. Veruntamen nos, cum simus homines, quantum est possibile, sequendo bonitatem magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui vult omnes saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, & qui poenitentiam tanq salutare quoddam medicamentu his qui peccant, pbet, vt per ipsam, qui a recta via lapsi sunt, rursus ad ipsam reuocentur per conuenientem longanimitatem: studentesque praedictum venerabilem Anthimum modo possibili saluare, rursus dedimus ei terminum alioru trium dierum

ad poenitendum, & recognitionem necessarium, intra quos requirent ipsum Petrus sanctiss. episcopus Iustinianopolitanus metropolita secundae prouinciae Cappadociae, & Thalassius sanctissimus episcopus metropolis Berytiorum, ac Domnus Deo amatissimus episcopus Maximianopolitanus, prouinciae secundae Palaestinae, Romanusq; atq; etiam Ioannes Deo amatissimi presbyteri & procuratores sanctissimae magnae ecclesiae, insuper etiam & Andreas & Calonymus venerabiles diaconi & notarij, & si inuenierint ipsum, nunciabunt intra dictum terminum venire ad nostra audientiam, excusaturu accusaciones contra ipsum factas. Subsignaui.

CONSTANTINOPOLITANAE Synodi quinta Actio III.

Post consulatum Flauij Belissarij, viri clarissimi, sexto Idus Maij, indictione quarta decima, in Deo amatissima & regia ciuitate *Roma Constantinopoli, praesidente domino nostro sanctissimo ac beatissimo oecumenico archiepiscopo Menna patriarcha, in Mesaulio dytico venerabilis domus nominis nostrae, sanctae & gloriosae DE I genitricis semper virginis Mariae, quae est prope sanctam magnam ecclesiam. Et a dextera quidem parte confedentibus ipsi & coaudientibus secundum piu iussum Christo amatissimi, a dextera DE O custoditi Imperatoris nostri Iustiniani sanctissimi & DE O amatissimis episcopis, Sabino Canusino, Epiphonio Esculano, Asterio Salernitano, Kullico Fesulano, Leone Nolano, omnibus ex regione Italarum, prius quidem missis ex Italarum regione, videlicet ab Apostolica sede, postea vero consentientibus sanctae memoriae Agapeto facto papae antiquae Romae huc aduentanti Thalassio metropolita Berytano, Magno metrop. Beroano, Ioanne Gabalorum, Christophoro Porphyriano, prouinciae Phoeniciae Paral, Archelao Coryco, nauitho *Circiphsiano, Aetherio Mariamnio, Alexandro *Paraxiano, Domno Maximianopolitano secundae Palaestinae, Anastasio Iotapeno, Ioanne Zorono, Asterio Amastreno, Andrea Paniano, Epitynchano Germaniae prouinciae Hellepontis, Paulo *Stectoriano, Andrea Peltano, Theodoro Myreno, Andrea Amyzono, Flauiano Coteno, Elia Adrianopolitano, Macedonio *Beriano, Theodorito Alindeno, Armonio, Callipolitano, *Butritino, Leontio Helenopolitano, Logino Oresteno, Ioanne Caesarensi Bithyniae, & Ioanne Traianopolitano Pacatiana Phrygiae. A sinistris vero Hypatio metrop. Ephesino, Constantino Heraclaeo metrop. Europae, Eusebio metrop. Cyzico, Thalassio metrop. Nicomediae, Photino metrop. Chalcedonensi, theogene metrop. Synnadoru, Bacho metrop. Antiochia Pisdiae, Hilariano metrop. Pergae, Vosporio Neocae sarensi

for. vnoua Roma

*Cyrrestico, *Pagrafano

*Sectoriano

*Butritino

farensi metrop. Ponti Polemoniaci, Paulo metrop. Tyano, Acacio metrop. Pessinuntino, Epiſteto Claudiopolitano metrop. Honoradiis, Petro metrop. Iuſtinianopolitano ſecundæ Cappadociarum puincia, Zacharia metrop. Mitylenenſi, Hedico metrop. Cianorum, Marco metrop. Apameæ puincia Bithyniorum, Auxentio metrop. Selymbriano, Timotheo metrop. Berroeano, Ioanne Boſphorano metropolita, Domitiano, Zichiano, Caloa Smyrniano, Epiphonio heracleano honoradiis puincia, Abramo Cratiano, Alexandro Colonenſi, Eugenio Tieno, Dominico Theodoſiopolitano puincia Phrygiæ Pacatianæ, Euſtathio Tiberiopolitano, Theodoro Euriano, Euſebio antiq̄ ciuitatis, Theodoro Gordeno, Matthia Cymano, Alexandro Eleuzano, & Ioanne Medaiano, adſtantibusq; ei & coadiutibus Theophane & Pelagio venerabilibus diaconis apoſtolicæ ſedis, ac Mina & Petro venerabilibus notarijs, & quibusdam venerabilibus ſubdiaconis & procuratoribus, & cæteris clericis ipſius ſedis apoſtolicæ, qui & præſentes fuerunt cū ſanctæ memoriæ Agapeto factō papa antiquæ Romæ huc adueniente, & Magno preſbytero, & Heraclio diacono & ambafiatore Euphræmij ſanctiſſimi patriarchæ ſanctiſſimæ Eccleſiæ Theopolitanæ, Sabino diacono ſanctæ reſurrectionis Chriſti Dei noſtri, ambafiatore Petri ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitani, Stephano diacono & ambafiatore Soterici ſanctiſſimi Epifcopi Cæſareenſis metropol. primæ Cappadocię, Gaiano preſbytero & ambafiatore Elpidij ſanctiſſimi epifcopi Ancyrani metropolit. Galatię primæ, Dionyſio diacono & Calinico diacono, ambafiatoribus Photij ſanctiſſimi epifcopi metropolitani Corinthi, præſente etiã venerabili clero regiæ vr̄bis, Euphemius venerabilis diaconus & primicerius notariorum dixit: Bis iam conueniente ſanctæ veſtra ſynodo, ſecũdũ iuſſum piſſimi & ſereniſſimi Impatoris noſtri, cũ aduenirent tunc diuerſi monachi ex hac regiã vr̄be, & Theopoli, ac etiã Hieroſolymis, præceſſerunt quædam ſupra Anthimũ, ſicut geſta de his oſtendunt, in quibus ſecũdũ primum & ſecundum ordinem, certi termini dati ſunt ſuper requiſitione ipſius venerabilis viri. Quoniam igitur & vltimã dilationem à vobis datam decurriſſe contingit, conuenitque ruſũ veſtra ſanctitas, obſeruant quoq; veſtram audientiam prædicti venerabiles monachi, petentes introitũ habere, ſubijcimus ergo & exhibemus ad præſentiam. Sanctiſſimus archiepifcopus & tota ſynodus ſanctæ dixit: Inuent. Et intrauit Marianus Deo amantiſſimus preſbyter & prior monaſterij ſanctæ memoriæ Dalmatij, & primas, & cum ipſo DEO dilectiſſimi preſbyteri & archimandritæ venerabilium

TOM. 2.

monaſteriorũ regiæ ciuitatis, Agapetus nij, Dioſcorus ſanctæ Euphemie, Agapi Thalaſſij, Paulus Romanorum, Antoninus Euſebij, Stephanus Olympij, Anaſtaſius Romanorum, Demetrius Phocæ, Dñicus Euphemij, Zoilus Theodoti, Iulianus Euphemij, Stephanus Promoti, Zenon ſanctæ Dei genitricis ad fontē, Alexander Calamij, Dadas Caiumę, Rhodon Theodori, Silas Elię, Paulus Samuelis, Ioãnes Theodori, Cyrius Aegyptiorũ, Baſilius Cyraconæ, Ioãnes ſancti Thomæ apoſtoli inter illa Modeſti, Marinus Pauli, Theodotus ſanctæ Dei genitricis ppe illa Iob, Theodorus Tryphonis, Coſmas ſancti Ioannis inter illa Iob, Petrus ſanctæ Dei genitricis & ſancti Diomedis in Hieruſalē, Eleutherius ſancti Dominici, Alexander ſancti Abrahamij, Theodorus Iob, Tryphon Elpidij, Stephanus Conſtæ, Babyas Danielis in Stylo, Ioannes Anaſtaſij, Anthemius Neonis, Ioãnes ſancti Michaëlis illorum Charifij, Ioannes Maræ prope Aetiam Ciſternã, Phocas Iona prope Secundum, Zoſimus Eutychie Lycaonorũ, Timotheus Aſterij, Stratonicus Dometij, Polychronius Ethrij, Andreas Romanorum prope ſanctũ Lucam, Marcus ſancti Cyrici, Iacobus Abibi Syrus, Atticus Eucratorum, Ioseph ſanctæ Dei genitricis in Lithoſtroto, Paulus ſancti Petri apoſtoli prope palatium, Anaſtaſius preſbyter & ſecundarius ſancti Philippi in Brephotrophio, Georgius Cyri, Euſebius Simconij, Zoticus S. Andree prope Saturniam portã, Dñicus ſancti Ioannis Syriorum, Coſmus Maximini, Polychronius Cretenſiũ, Paulus ſancti Erimonis, & eorum qui ſunt ſub Theopoli, Paulus monach. & ambafiator monaſterij Maronis, Seuërianus preſb. & archi. monaſt. Zoaræ Thermarũ Syrus, Caſſias preſby. & archimandrita monaſterij Lucae Syrus, Simeones diaconus & ambafiator monaſterij Iacobi, Ioannes diaconus & ambafiator monaſterij Theodori, Stephanus preſb. & prior monaſterij Euxerij, Ioannes preſb. & archimandrita monaſterij Aaron Syrus, Photinus mona. & ambafiator monaſterij ſancti Stephani, Theodorus diaconus & ambafiator eccleſiæ Erendilenorum, Sergius preſb. & luſtrator, qui omnes agunt pro ſeipſis, & pro cæteris, atq; etiã pro his, qui ſunt ſub ſanctis locis Chriſti veri Dei noſtri, Domnũ preſby. & archimandrita monaſterij beati martyrij, Heſychius preſby. & archimandrita monaſterij beati Theodoſij, Caſſianus preſbyter Lauræ beati Sabbæ, Dominicus preſbyter & prior Turrium Iordani, Neſtabus preſby. Lauræ beati Firmini, Terentius preſb. nouę Laurę, Leotius monac. & prior, ac vicariũ toti eremi, Traianus preſb. Turriũ Iordani, Polyuctus diacon. monaſt. B. Theodo-

*Antonius

*Paulini
*Theodoti*Cretenſiũ,
vel Eriti-
corum.

odofij, Theodorus diacon. & monac. eiufdẽ nouę Lauræ, Cyricus diacon. & monachus monaſt. beati Martyrij, Mamas mona. eiufdem monaſt. Ioannes monac. eiufdem monaſt. Iulianus monac. monaſt. beati Theodoſij, qui omnes pro proprijs monaſterijs agunt, & pro omnibus monachis de eremo ſanctæ ciuitatis. Ioannes preſbyter Campanetris, & pro omnibus ibidem monachis. Theonas preſbyter montis Sinai, & ambafiator ipſius montis & eccleſiæ Pharan ac Lauræ Raithæ, pro omnibus ibidem monachis. Strategius diaconus & monachus monaſterij beati Ioannis, pro omnibus monachis, qui ſunt ſub Scythopoli. Sanctiſſimus archiepifcopus & tota ſynodus ſanctæ dixit: Legatur, quæ proximẽ geſta fuerunt. Et accipiens Paulus venerabilis diaconus & notarius, legit: Poſt cõſulatum Flauij Belifarij clariffimi, & primo Nonas Maij, indictione quartadecima, in Deo amatiſſima Imperiali Roma Conſtantinopoli, Et reliqua ſecundæ actionis. Sanctiſſimus archiepifcopus & tota ſanctæ ſynodus dixit: Doceant nos venerabiles diaconi & notarij, quot dies præterierunt poſt ſynodum ſecundo ordine factam. Notarij dixerunt: Docemus veſtram beatitudinem, quomodo à circumhabita die in actis nunc lectis vſq; ad hanc diem, quinque ſunt dies. Sanctiſſimus archiepifcopus & tota ſanctæ ſynodus dixit: Nũc qui à nobis ſecundo ordine deputati ſunt ad requirẽdum venerabile Anthimum, ſi interlocutionis ſinem impoſuerunt, edoceant. Petrus ſanctiſſimus epifcopus Iuſtinianopolitanus ſecundæ Cappadocię, dixit: Quæ ſanctæ à veſtra ſanctitate geſta ſunt, & nobis mandata, ad effectum deducere ſtuduimus. Egoq; & qui mecum deputati erant, Thalaſſius ſanctiſſimus epifcopus Berytus metropolita, & Domnus Deo amatiſſimus epifcopus maximianopolitanus, & Romanus ac Ioannes Deo amatiſſimi preſbyteri & procuratores, Andreasq; & Calonymus Deo amatiſſimi diaconi & notarij, in venerabili domo ſancti martyris Laurentij, & introeuntes in ipſam, hortati ſumus Deo amatiſſimos clericos dicere, vbi poſſibile eſt inuenire venerabilem Anthimum, vt annuncietur ei, quæ geſta ſunt de materia mota in venerabili ſynodo. Et cum iuramento ipſi venerabiles clerici dixerunt, quia ſcimus ipſum habere ſuburbanum prope prophetium ſancti Iſaiæ, & ibi multum cõmorari, & ſæpius abire in monaſterium Theodori Deo amatiſſimi monachi, & cũ ipſo morari. Hæc ſcimus ab ipſo fieri, priuſquam acciperet epifcopatũ huius regiæ ciuitatis. Etiã tempore epifcopatũ nõ ſolum ſemel ſcimus ipſum alere venerabiles clericos ſuos ſanctiſſimæ magnę eccleſiæ in prædicto ſuburbano in collegio Dominae noſtrę nei genitricis ſanctę Marię, quę iacet & locata eſt in Blachernis proceſſo exiſtente proceſſu regis. Et ipſis verbis, cum iuramentis vſi, addiderunt, quoniam nũc omninõ neſcimus vbi ſit. Si autem poſtea poterimus cognoscere, vbi degat, annunciamus veſtræ charitati.

TOM. 2.

SS ritati.

ritati. Cum verò audiuimus hæc ab ipsis, hortati sumus venire vnà nobiscum in monasterium Theodori Deo amatissimi presbyteri & monachi, & in suburbano venerabilis Anthimi, vt & in illis locis inquisitionem ipsius faceremus, & scire vbi moraretur. Et euntes nos cum prædictis venerabilibus clericis in monasterium Theodori Deo amatissimi presbyteri, & prioris ipsius monasterij: & intrantes oratorium domum ipsius venerabilis monasterij, inuenimus ibi venerabiles monachos ipsi, inter quos erat & Procopius venerabilissimus monachus, & protodionysius. Et cum audissent à nobis, vbi moratur venerabilis Anthimus, eò qd à sancta synodo ipse inquiratur, dixerunt hæc: Quoniam sicut in conspectu Dei dicimus, quòd priusquam dominus Anthimus fieret episcopus huius regie ciuitatis, veniebat frequenter in monasterio nostro ad Priorem, & conuersabantur simul, & habebant adinuicem affectiõem: postq̃ autem accepit episcopatum, non venit huc, nec vidimus eius adspectum. Dominus autem Prior noster recessit multis diebus ad votum, neque audiuit ab ipso domino, vbi moratur venerabilis Anthimus. Venimus autem & in suburbano venerabilis Anthimi, & introeuntes, inuenimus in ipso Stephanum & Longinum illius familiares. Qui interrogati à nobis, vbi moraretur prædictus venerabilis Anthimus, dixerunt cum iuramentis, nescire vbi moratur, sed ipsos solos esse in ipso suburbano: & per clementem Deum & sanctas vestras orationes, ex quo exiit de sancta Maria, non vidimus faciem eius. Et exinde venientes in oratorio sancti martyris Thyrsi, intelleximus, quomodo propè adiacet suburbano Petri, quondam Apamearum episcopi, in quo inueniretur venerabilis Anthimus. Et illuc etiã venientes, interrogauimus Thalesem venerabile monachum, si sciret prædictum venerabilem Anthimum ibidem esse. Et dixit cum iuramentis ipse, & Sisinnius artis redemptor, quoniam neq; anteq̃ fieret episcopus, nec postq̃ factus est, scimus ipsum venisse huc, neq; vbi moratur. Et hæc cum audiuimus, recessimus. Ioannes Deo amatissimus presbyter & ecclesie aduocatus, & super custodias, dixit: Ego eadẽ depono. Andreas Deo amatissimus diaconus & notarius, dixit: Secundum sanctum præceptum vestre beatitudinis, abij vnà cum prædictis sanctissimis episcopis, & Deo amatissimis presbyteris & procuratoribus, vnà mecum à vobis sanctissimis deputatis, ad faciendum inquisitionem venerabilis Anthimi. Et veniens cum ipsis ad loca per eos dicta, & cum magna inuestigatione ipsum inuenire non potui. Audiui autem à prædictis clericis S. martyris Laurentij, & à monachis monasterij Theodori venerabilis presbyteri & pri-

oris, ac etiã ab hominibus pertinentibus ipsi venerabili Anthimo, omnia, quæ relata fuerunt vobis à Romano Deo amatissimo presbytero & procuratore. Calonymus venerabilis diaconus & notarius, dixit: Consona & ego depono prædictis Deo amatissimis viris. Sanctissimus archiepiscopus & tota sancta synodus dixit: Visus quidem fuit venerabilis Anthimus non recta conscientia vsus fuisse, refugiendo vsq; nunc venire ad nos. Nam quid prohibens fuit, nisi quod distulit venire ad nos, & secundum quod conueniens fuit, respondere adnunciatis contra ipsum tanq̃ veris, ac Deo dilectis, & sacrorum habitui condecemtem præbere satisfactionem? Verum licet ille nos iam mouerit contra se ad sententiandum in ipsum, tamẽ nos nullo modo desipientes miseratiõem decentem sacerdotibus Dei, erga emendationem animarum, quæ peccauerunt, tertiã ei damus dilationem, intra quam nisi venerit, & liberum se constituerit adnunciatis contra ipsum, finis quidem, qui inde propria inobediẽtiã conuenit, inscribetur. Nos verò sequentes venerabiles canones, & ea quæ à sancta memoria Agapeto diffinita sunt, attendentes, iustam in eum feremus sententiam. Inquirent igitur ipsum & Theogenes sanctissimus episcopus Synnadorum metropolita, & Bachus sanctiss. episcopus metropolis Antiochiã prouinciã Pisdorum, & Christophorus Deo amatiss. episc. Porphyriõs Phœnicis Parali, ac Iulianus & Ammonius deo dilectiss. presbyteri & defensores sanctissima Ecclesie magnæ, Paulusq; & Macarius venerabiles diaconi & notarij, & si inuenient, parabunt obseruare nostram audientiam intra alios decem dies. Et pro tollendo omnẽ ignoratiã seu (quod verius est) dissimulationis occasionem, fiet, quæ à nobis sententiata fuerint, manifesta toti Christianis, populo huius regie ciuitatis, & proclamatio apponetur, exhibens inquisitionẽ esse factã sup Anthimũ, & ipsum hortans serò venire ad nos. Subsignauit.

CONSTANTINOPOLITANI Concilij quinti Actio IIII.

Rost cõsultatum Flauij Belissarij clarissimi prætoris, 12. Kalendarum Iunij, indiõtiõe 14. in Christo amatissima Roma Constantinopoli regia, presidente dño nostro sanctiss. ac beatiss. œcumenico archiepiscopo, Menna patriarcha in Mesaulio dytico venerabilis domus doming nostræ, sanctæ & gloriosæ Dei genitricis semper virginis Mariæ, quæ est prope sanctissimam magnam ecclesiam, & à dextris quidem consistentibus & coaudientibus, secundum primum iussu pijsissimi & à DEO custoditi Impatoris nostri Iustiniani, sanctissimis ac Deo

*Cyrrefticeni,
*Pagrasono

*Sectorianus,

*Butritino

*Zinchiano

*Antife,
vel Altian-
tiquæ

Deo amatissimis episcopis, Sabino Canusino, Epiphano Esculano, Asterio Salernitano, Rulitico Esculano, Leone Nolano, ex omnibus Italiae regionibus, prius quidẽ ab Apostolica sede missis, postea verò consentientibus sanctæ memoriæ Agapeto factõ papæ antiquæ Romæ huc aduenienti, Thalassio metrop. Beryti, Ioanne Gabalorum, Christophoro Porphyriõno prouin. Phœnicia Parali, Archelao Coryceno, Dauitho *Circinsiano, Aetherio Mariannio, Alexandro *Paraxiano, Domno Maximiano politano secunda Palæstina, Anastasio Iotapeno, Ioanne *Zoorano, Asterio Amastreno, Andrea Paniano, Epitynchano Germæ prouinciæ Helleponti, Paulo *Sectoriano, Andrea Peltano, Theodoro Myreno, Andrea Amyzono, Flauiano Corenensi, Elia Adriano politano, Macedonio *Berianensi, Theodorito Alindinensi, Armonio Callipolensi, Leontio Helenopolitano, Longino Oresteno, Ioanne Cæsarensi Bithyniã, & Ioanne Traianopolitano Phrygiæ Pacatiana: A sinistris verò, Hypatio metropol. Ephesino, Constantino Heraclæano metropol. Europæ, Eusebio metrop. Cyzico, Thalassio metrop. Nicomediã, Photino metrop. Chalcedonæ, Theogene metrop. Synnadorum, Bacho Antiocheno metropol. Pifidiæ, Iuliano metrop. Pergæ, Vosphorio Neocæsarensi metrop. Ponti Polemoniã, Paulo metrop. *Tyano, Acacio metrop. Pessinuntino, Epicteto Claudio politano metropol. Honoriadis, Petro metrop. Iustinianopolitano secunda prouinciã Cappadociarum, Zacharia metrop. Mitylenensi, Hedito metrop. Ciano, Marco metropol. Apamearum prouinciæ Bithyniorũ, Auxentio metrop. Selymbriano, Ioanne metrop. Bosphorano, Domitiano *Zichiano, Caloa Smyrnæ, Epiphano Heraclæano prouinc. Honoriadis, Abraamo Cratiano, Alexandro Colonnensi, Eugenio Tieno, Dominico Theodosiopolitano prouin. Phrygiæ Pacatiana, Eustathio Tiberiopolitano, Theodoro Euriano, Eusebio *antiquæ ciuitatis, Theodoro Gordeno, Matthia Cymano, Alexandro Eleufono, & Ioanne Medaiano, Assistentibusque ei & coaudientibus, Theophane & Pelagio Deo amatissimis diaconis Apostolicę sedis, & Mina & Petro venerabilibus notarijs, & quibusdam subdiaconis sedis Apostolicę, qui consentientes fuerunt Agapeto factõ papæ antiquæ Romæ, huc aduenienti, & Magno presbytero & Heraclio diacono ambasiatore Euphræmij sanctiss. patriarchæ Theopolitana Ecclesie Sabino diacono sanctæ resurrectionis Christi DEI nostri, ambasiatore Petri sanctissimi patriarchæ Hierosolymitani, Stephano diacono & ambaf. Soterici sanctiss. episcopi Cæsarensis metrop. prima Cappadocia, Galiano presby. & amb. Elpidij sanctiss. episco-

pi Ancyritani metrop. primæ Galatiæ, Dionysio & Callinico diacono & ambaf. sanctiss. Photini episcopi metrop. Corinthi, presentẽ etiã venerabili clero regie vrbs, Euphemius venerabilis diaconus & notarium primicerius, dixit: Cum iam tertio conuenerit sancta nostra synodus, iuxta primum iussu Christo amatissimi & sereniss. Imperatoris nostri, & quedam gesta fuerint super venerabili Anthimo, & eius requisitione à vestra sanctitate, sententiaque sancta à vobis prolata sit, diffiniens dilationem decem dierum ad inquisitionem ipsius, & proclamationẽ apponi iubens, inuitado ipsum venire ad sanctam nostram synodũ. Cumq; etiã euenerit id, quod à vobis mandatum erat ad effectum prouenire, & inducias per vestram sanctam sententiam datas decurrisset, conuenienteq; & nunc sancta nostra synodo, ac obseruantibus audientiã nostrã ijs, q. in principio accusationẽ contra ipsum venerabilem Anthimum fecerunt, venerabiles videlicet monachi huius regie vrbs, & Theopolitana, petentibusq; introitum habere, subiicimus ad notitiam. Sanctiss. archiepiscopus dixit: Intrent. Et intrauit Marianus Deo amatissimus presbyter, & prior monasterij Dalmatij sanctæ memoriæ, & primas, & cum ipso Deo amatissimi presbyteri & archimandritæ venerabilium monasteriorum regie ciuitatis Agapetus Dij, Dioscorus sanctę Euphemie, Agapius Thalassij, Paulus Romanorum, Demetrius Phocę, *Antoninus Eusebij, Stephanus Olympij, Anastasius Romanorũ, Dñicus Euphemij, Zoilus Theodoti, Iulianus Euphemij, Stephanus Promoti, Zenon sanctę DEI genitricis ad fontem, Alexander Calamij, Dadas Caiumg, Dominicus S. Ioannis Syriorum, Elpidius Bassiani, *Zosimus Maximini, Polychronius *Cretensium, Paulus S. Erimois, Rhodon Theodori, Genadius Dominici, vel, Eriti-Theodorus Maronij, Silas Eliæ, Paulus Sarcorum muelis, Ioannes Theodori, *Cirion Aegyptiorum, Basilus Cyraconę, Ioannes sancti Thomę apostoli inter illa Modesti, Marcus Theodori, Marinus *Pauli, Flavianus presbyter & secundarius Lycaonorum, Theodotus sanctę Dei genitricis prope illa Iob, Theodorus Tryphonis, Eleutherius sancti Dominici, Cosmas S. Ioanis ad Stylum, Petrus sanctę Dei genitricis & sancti Diomedis in Hierusalẽ, Alexander Abraamij, Theodorus Iob, Tryphon Elpidij, Stephanus Constę, Babylas Danielis in Stylo, Ioannes Anastasij, Anthemius Neonis, Timotheus Asterij, Ioannes sancti Michaelis inter illa Charisij, Ioanes Marę prope Actiam cisternam, Phocas Ionę prope Secudum, Zosimus Eutychie Lycaonorum, Stratõicus Dometij, Polychronius *Ethrij, Andreas Romanorum prope cisternã, Martyrius Petri ppe apostolos, Andreas S. Dei genitricis ppe S.

Lucam, Marcus S. Cyrici, Iacobus Abibi Syrus, Atticus Eucratadori, Ioseph sanctae Dei genitricis in Lithostroto, Paulus sancti Petri apostoli prope palatium, Anastasius presbyter & secundarius sancti Philippi in Brephtrophio, Georgius Cyri, Eusebius Simeois, Zoticus sancti Andreae prope Saturniam portam, Theodorus monaster. ab ipso constituti prope martyriū sancti Laurentij, & de Theopoli, Paulus monac. & ambaf. monast. Maronis, Seuerianus presbyter & archi. monaf. Zoaræ Calidorū Syrus, Cassifas presbyter & archim. monast. Lucæ Syrus, Simeonius diac. & amb. Iacobi, Ioannes diac. & amb. Theodori, Stephanus presb. & prior monast. Euxerij, Ioannes presb. & archi. monasterij Aaron Syrus, Photinus monac. & ambaf. monac. sancti Stephani, Theodorus diaconus & ambaf. Ecclesiae Erendile-norum, Sergius presbyter & lustrator, qui omnes & pro seipsis agunt, & reliquis, ac etiā p̄ ijs, qui sunt sub sanctis Christi veri dei nostri locis, Domnus presbyter & archi. monast. B. martyrij, Hefychius presb. & ambafiator monasterij beati Theodosij, Cassianus presbyter & prior monasterij Lauræ beati Sabbæ, Dominicus presbyter & prior turrium Iordani, Nestabus presbyter Lauræ B. Firmini, Terentius presbyter nouæ Lauræ, Leotius monachus & vicarius totius eremi, Traianus presbyter Turrium Iordani, Polyucto diaconus monachus B. Theodosij, Theodorus diacon. & monac. nouæ Lauræ, Cyricus diaconus eiusdem nouæ Lauræ, Anastasius diac. monasterij beati Martyrij, Mamas monach. eiusdem monast. Ioannes monachus eiusdem monasterij, Iulianus monach. monasterij beati Theodosij. Qui omnes agunt pro proprijs monasterijs, & pro omnibus monachis, qui sunt in sancta eremo, Ioānes presbyter Campeltrinae, & pro omnibus ibidem monachis, Theonas presbyter montis Sinai, & ambafiator eiusdem montis & ecclesiae de Pharan, ac Lauræ Rhaitæ, pro omnibus ibidem monac. Strategius diacon. & monac. monast. B. Ioannis, & p̄ omnibus monac. de Scythopoli.

Sanctissimus archiepiscopus dicit: Legatur quæ gesta sunt pro hac materia. Et lectę fuerunt duę actiones per Macarium venerabilem diaconum & notarium, tertia verò p̄ Calonymum venerabilem diaconum & notarium.

Sanctissimus archiepiscopus & tota synodus dicit: Si id, quod à vobis interloquutum est super inquisitione venerabilis Anthimi, viri Deo amatissimi ad hoc deputati fecerunt, edoceri volumus. Theogenes sanctissimus episcopus metropolis Synnadorum, dicit: Secundum iussum vestrae sanctitatis, & totius sub cælo vobiscum venerabilis synodi, fui vnā cum Bacho DEO amatissimo Episcopo clarissimæ metro-

polis antiochenae prouinciæ Pisidiorum, & Christophoro deo amatissimo episcopo Porphyrio sub Phœnicia Paral, & Iuliano ac Ammonio deo amatissimis presbyteris & procuratoribus sanctae magnae Ecclesiae, Paulo quæ & Macario venerabilibus diaconis & notarijs venerabilis nostri episcopatūs, in venerabili oratorio sancti martyris Sergij inter illa Hormisdæ, & querentibus nobis venerabilem Anthimum, ostensa fuit nobis domus, vbi prius morā habere dicebatur, & inuenimus clausam existētem ostio. Venimus autem & ad alia loca, ad requirēdum ipsum venerabilem Anthimum, in quibus putabatur esse: & sciscitantes, nō potuimus scire, vbi moratur, ex quo exiuit de sanctissima magna nostra Ecclesia. Rursus postea in alia die abeuntes in venerabili domo sancti archangeli Michaelis, quę iacet in palatio, conuocauimus venerabiles clericos ipsius oratorij, & interrogauimus ipsos de ipso venerabili viro. Qui cum iuramento dixerunt, neq; vidisse, neq; scire, vbi moratur. Et hæc eadem studui nota facere vestrae sanctitati. Bachus sanctissimus episcopus metropolis Antiochenae Pisidiorum prouinciæ, dicit: Iuxta sanctam interloquutionem vestrae sanctitatis, fui & ego vnā cum Theogene & Christophoro sanctissimis episcopis, ac Iuliano ac Ammonio deo amatissimis presbyteris & ecclesiae defensoribus, Paulo quæ & Macario deo amatissimis diaconis & notarijs, & quæsiui vnā cum ipsis venerabilem Anthimum in diuersis locis, & nullatenus ipsum inuenire potui. Christophorus sanctissimus episcopus Porphyrio sub Phœnicia Paral, dicit: Secundum ea, quæ à vestra beatitudine nobis iussa fuerūt, & à sancta synodo vobiscum sedente, fuerunt simul Theogenes & Bachus sanctissimi episcopi vnā cum vilitate mea, atque etiā Iulianus & Ammonius deo amatissimi presbyteri & ecclesiae defensores. Insuper etiā & Paulus ac Macarius venerabiles diaconi, & notarij venerabilis episcopatūs vestri, & quæsiui venerabilem Anthimum, vt accusatiōes cōtra ipsum motas in hac sacra vestra synodo, adnunciarem⁹ ei, & hortarem⁹ ipsum, quoad possibile, respondere ad querelas. Et primū quidem fuimus in locis Hormisdæ, in qua domo permanebat, priusquam ipse raperet pontificalem sedem huius regiae vr̄bis, quā domum inuenimus clausam ostijs. Interrogauimus autem eos, qui ibidem expectabant, si ipsum viderant. Et audiuius ipsos dicentes, non vidisse ipsum à multis diebus. Similiter etiā fuimus in venerabili domo sancti archangeli Michaelis in palatio, (visus enim fuit prius ibidem frequentare) & interrogauimus clericos ibidem, si apparuerat eis in ijs diebus venerabilis Anthimus, qui à nobis quæriri: & ab ipsis cum iura-

iuramentis scimus, q̄ neq; viderūt eum, neq; sciunt, vbi sit. Et non solum in ijs locis, sed & in alijs locis fuimus nobis cōmemoratis. Et quibusdam pueris suis obuiauim⁹, & interrogauimus eos. Et secundum quod sanctissimi & deo amatissimi viri, qui mecū missi sunt, sciūt, à nullo potuimus scire, vbi moratur sæpē dictus venerabilis Anthimus. Iulianus deo amatissimus presbyter & ecclesiae defensor, dicit: Secundum sanctum mandatum vestrae sanctitatis abiens simul cū Theogene, Bacho, & Christophoro sanctissimis episcopis, & Ammonio amatissimo compresbytero meo & defensore, Paulo quæ & Macario venerabilibus diaconis & notarijs, quæsiui vnā cum ipsis venerabilem Anthimum in diuersis locis & pluribus, in quib⁹ ipsum inuenire arbitrabamur, & nullibi ipsum inuenire potuimus. Et hoc significamus vestrae sanctitati, quod proposita est & proclamatio vestrae sanctitatis, & neq; sic ipsum inuenire potuimus. Ammonius deo amatissimus presbyter & ecclesiae defensor, dicit: Iuxta ea, quæ iussa sunt à vestra sanctitate, fui vnā cum prædictis deo amatissimis episcopis, & Iuliano presbytero & defensore meo, & cū Paulo & Macario venerabilibus diaconis & notarijs, primū quidem in domo, in qua permanebat venerabilis Anthimus, vt eo ibidem inuenire, in timaremus ei, quæ à vestra sancta synodo mandata erant: & inuenientes portas ipsius domūs ab extra, interrogauim⁹ eos, qui aderant, & ostiarum domūs, vbinam moraret prædictus venerabilis vir. Dixerunt nescire, neq; vidisse ipsum ex plurimo tempore in ipsa domo. Venimus autem & in oratoriā domum sancti Michaelis archangeli, & cōgregantes venerabiles ibidem clericos, adiurauimus, si sciūt prædictum venerabilem virū morari in ipso oratorio, aut in alio loco. Illi autem cum iuramento responderūt, se nullam omninō talem scientiam de ipso habere. Fuimus autem & in diuersis alijs locis, quærentes ipsum, & nullo modo valuimus compræhendere, vbi moratur, omnibus eadem affirmantibus, quod nullo modo sciunt, vbi nunc sit. Significo autem & vestrae sanctitati, quomodō & proscriptiōnem à sancta synodo vestra factam, rogantem venerabilem Anthimum venire, & respondere sanctae huic synodo vestrae, publicè apposuit⁹ à septem diebus, vt & p̄ ipsam sciat, quæ exhibita sunt vestrae sanctitati, & certus ipse constitutatur: sed neque sic vllam vnq̄ sui demonstrationem fecit.

Paulus venerabilis diaconus & notarij, dicit: Secundum præceptum vestrae dominationis & beatitudinis vestrae synodi, iuimus simul cum prædictis deo amatissimis viris, & Macario venerabili cōdiacono meo & notario in diuersis locis, & quæsiuimus venerabilem Anthimum, & eum inuenire

non potuimus. Macarij venerabilis diaconus, notarius & ambafiator, dicit: Sequendo sanctissimos viros, qui simul mecū missi sunt, eadem & ego depono. Sanctissimus archiepiscopus & tota synodus dicit: Legat⁹ proscriptio apposita secundum iam præcedentem sententiam. Et accipiens Diodorus diaconus & notarius, legit: Mennas archiepiscopus Constantinopolitanus œcumenicus patriarcha, & tota synodus in ipsa deo amata Roma Constantinopoli congregata, Anthimo venerabili. Si quidem aliqua ratio conueniens tibi fuisset & spes pœnitentiæ de peccatis commissis, nihil certè opus fuisset præsentium proclamationum. Sed olim sanctae memoriae Agapeto papae antiquae Romae manifestam fecisti opiniōem tuam, & iam in ipsis repræhensibilibus dogmatibus inculpationem meruisti, cū pontifex Trapezuntius appareas: sed neq; inquisitionem illius sustinuisti, & cū à nobis tato tempore ad pœnitentiam euocatus fueris, non moderatior teipso factus es, & inobedientiam tuam & meliorem sacerdotali humilitate (sicut visum est) ostendisti. Et quidem, quæ à te gesta sunt, nulla venia digna sint. Veruntamen adhuc hominum lubrico peccata ascribendo, & clementiam vsq; ad multum tempus erga eos, qui peccauerunt, & occasionem emendationis (sicet tardè) sæpius factam inuenientes, præsentī littera te prouocamus, admonentes tuam venerabilitatem, non stare in ipsa contentiōe vsq; ad finem, & venire ad sanctam synodū intra numerum sex dierum, & opinionem, quam in rectis dogmatibus adeptus es, pura voce ostendere: palamq; facere vniuersis alijs, quanta potest ad reuocationem his, qui lapsi sunt, patrum mitissimorum & iudicū clementissimorum admonitio. Si verò & hanc nostram vocationem despexeris, tibi decetere non in tempore locus pœnitentię erit: nobis enim non aliud dē, quàm ex his quæ fecisti, ea quæ iudicij sunt, inducentur. Subsignauī, apposita mensis Maij die quinta decima, in dictione quarta decima, post consulatum Flauij Belisarij gloriosissimi.

Sanctissimus archiepiscopus dicit: Venerabiles diaconi & notarij, qui nobis subscribunt, edoceant nos, cuius gratia, cū sententia determinet dilationem decē dierum, proclamatio apposita sex tantū dierum det terminum. Notarij dixerunt: Edocemus quomodō sancta sententia terminū decem dierum dedit ad inquisitionem, & ad proclamationem, non autem iussit statim proclamationem apponi. Facta igitur ipsius inquisitione vsque ad dies tres, & illo ignoto existente, necessarium fuit reliquos septem dies apponi ad ipsam sanctam proscriptiōnem vestrae beatitudinis, & sanctae synodi vobiscū cōgregatæ, quæ ipsi manifesta faciat ea, quæ à vobis ordinata sunt. Illa igitur

diem meritò portat, ipsum proclama, in qua depositum fuit. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Sanctissimi comministri, qui vobiscum presentes sunt ex regione Italiae, & Deo amantissimi diaconi & venerabilissimi notarij sedis Apostolicae, audierunt supplicaciones oblatas fidelissimo ac à Deo custodito Imperatori nostro, & libellos oblatos sanctae ac beatae memoriae Agapeto, & accusationes, quas fecerunt contra impium Anthimum apud nos illi, qui ipsos porrexerunt: & sicut accusatio in ipsum prouenit super approbatissimis, hoc quidem, quod non vult consentire rectis & apostolicis doctrinis verae fidei nostrae: hoc verò, quod ad errorem & haeresim Eutychei declinat, & depositos ac anathematizatos à sancta Chalcedonensi oecumenica synodo, & ab Apostolica sede, & ab ecclesiastico statu, qui ex illa usque nunc fuit, propter communicationem & opinionem ad Eutychem, amplexatur: cōspicientes ad synodicas epistolas, factas à sanctae ac beatae memoriae patre nostro Agapeto papa antiquae Romae contra Anthimum, cogitantesque ipsius usque ad finem inobedientiam, & quod neque canonicis vocationibus obedire, neque accusaciones in ipsum adductas repellere voluit: quā sup his omnibus opinionem habent, dicere dignentur. Et Menas in Deo venerabilis lector, & secundarius notariorum Apostolicae sedis antiquae Romae, legit vocem, quae sic se habet: Sanctissimi episcopi partium Italiae, & viri venerabiles diaconi Apostolicae sedis, dixerunt: Diffinitionem sanctae recordationis patris nostri quondam papae Agapeti, synodicas epistolas pro Menna sanctissimo archiepiscopo huius regiae urbis Constantinopolitanae factis, additam, de persona Anthimi Trapezuntij quondam episcopi, nos sequi per omnia profitemur. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Et reliqua sancta synodus nobiscum congregata, quae audiuit omnia, quae à principio super materia contra Anthimum gesta sunt, omnibusque quae à nobis dicta sunt, attendens, dignetur manifeste facere, quae vult prouenire in Anthimum. Sancta synodus per Hypatium sanctissimum episcopum Ephesinum, metropolitanam prouinciae Asianorum, dixit:

SENTENTIA SYNODI CONSTANTINOPOLITANAE CONTRA ANTHIMUM.



Multorum transgressionum Anthimus reus demonstratus est. Venerabiles quidem patrum leges, tanquam non positas, ad nihil reputauit, & paulominus suo exemplo omnem ecclesiasticum statum conturbauit, introducendo se in patriarchalem sedem huius regiae urbis, quae nullo modo sibi conuenit, communemque confusionem sacerdotibus Dei ac

populis fidelissimis operatus est. Quinimo non hoc solum sibi studium erat, sed & Eutychei opinionem habere. Cumque sic obtinere potuerit magnam pontificiam, quemadmodum dictum est, paulatim putauit oportere depascere sanctissimas Dei ecclesias tali morbo, & contrarium, quam diuinae voces dicant, pro congregando rationabiles oues Dei, ouilium diuisiones excogitabat aduersus omnes (ut ita dicatur) ecclesias, ut periclitando vnionem sanctissimarum ecclesiarum, tantis pijsissimi Imperatoris nostri laboribus reformatam, in multas diuisiones scinderet. Denique paulatim hanc corruptionem significabat, simulans quidem suscipere sanctas synodos, Nicenam dicimus contra impium Arrium, Constantinopolitanam contra haeticum Macedonium, & Ephesinam primam contra impium Nestorium, ac Chalcedonensem contra impiū Eutychem, saltē ipsas habes in sacris dyptichis: sed cum inserta ipsis synodis esset sancta memoria beatissimi Leonis papae, nullo tamen tempore aliter vel percipit, vel participat sanctissimis dei mysterijs, nec celebratam ipsorum praedicat, ne in hac quidem sanctissima magna ecclesia, resiliens vniuersaliter à rectis ipsorum confessionibus, & neque magnorum pontificum, neque venerabilium Priorum, qui pro talibus respiciunt, & omnino tolerat, aut aliquam defensionem dat, quomodo non paruum singulo die affert scandalum in talibus, infidelibus quidem irridentibus, fidelibus verò dolentibus, ut qui parum credunt, adhuc magis conturbant, & in peius incidant. In talibus enim cum magnus Imperator seipsum disposuerit, ad memoriamque sibi reuocauerit sententiam principis Apostolorum, qua dicit: Paratos nos semper esse oportere ad respondendum omni peccati ratione de ea, quae in nobis est, spe, nihil plus iuuat, sed ad eius serenitatem deceptibilibus rationibus usus, permisit se omnia facere, quaecumque summus pontifex magnae sedis Apostolicae decerneret, & ad sanctissimos patriarchas scripsit, se sequi per omnia Apostolicae sedis. At magno Deo & saluatore nostro Iesu Christo non permittente talia usque in finem procedere, missus est huic regiae urbi, secundum ipsius veritatem, Agapetus sanctae ac beatae memoriae papa beatissimus, qui statim sacris canonibus manum cum Deo porrexit, & ipsum de sede sibi non conueniente depulit, data venia his, qui talis rei participes aut communicatores sunt, & regiae ac à deo custoditae ciuitati sacrum ornatu suum reddidit, cum ostendit vestra beatitudinem huic sanctae magnae sedi posse. Quam verò & in dogmatibus impietatis sibi infinita crimina impendit, supplicationesque & libelli multi porrecti sunt pijsissimo Imperatori nostro & beatissimo papae, à diuersis venerabilibus viris, & multis quidem sudoribus ipse beatissimus

mus papa animam ipsius paternaliter reuocare studuit, sicutamen insanabiliter habere inuenit, & pia dogmata recusantem, in superetiam & criminantem vocem illam de duabus naturis (quod aduersus Eutychem maximè sancta Chalcedonensis synodus diffiniuit) prorsus negando, & rectè condemnatos à sancta synodo, recusantem euitare, immò e contra ipsos amplexarem, & quantum in ipso est, studentem ostendere Dioscorum & ipsum Eutychem prorsus infontes, inter quos haeticare depræhensus est, sententiam profert in scriptis plenam clementia & decenti sanctitate, differens ei tempus poenitentiae, decernensque, donec à tali opinione mutatus, satisfecerit, iustum iudicauit. Nos itaque venerabiles canones sanctorum patrum nostrorum sequentes, sacris vocationibus ipsum aduocauimus, & tempus poenitentiae ei dedimus, & latenti ac medelam recusanti, proclamatione manifesta fecimus, quae à nobis facta sunt. Cumque in his oibus ipsum ad conuersionem adducere non potuerimus, apertam hanc suae heresis demonstrationem accipientes, sequentesque ea, quae à beatissimo papa benè examinata sunt, conspiciamus (si hic vobis adstaret) omnino ipsum tanquam membrum inutile & putridum abijci de corpore sanctarum Dei ecclesiarum, & extra episcopatum Trapezuntinum esse, & alienum ab omni sacra dignitate & efficacia, & iuxta ipsius sanctissimi papae sententiam, à catholica appellatione.

SENTENTIA MENNAE CONTRA ANTHIMUM.

Sanctissimus ac beatissimus oecumenicus patriarcha & archiepiscopus, dixit: Cum Saluator noster Iesus Christus verus Deus noster, dederit potestatem proprijs sacerdotibus, euellendi & plantandi, demolendi & aedificandi, orauimus quidem omne tempus nobis esse aedificandi & plantandi, nullum autem euellendi & demolendi: sed dira est (ut videtur) veritatis transgressio, & via maxima ad perditionem his, qui vsi sunt. Est enim diligenter considerantibus voluntatem Anthimi videre, in ipsum multas sacras sanctiones transgressas. Nam erga Deum, cum non seruauit confessionem, sed & indè à spe separatus, quomodo non visus esse contrarius accusator proprij defectus? Hanc itaque & nos tanquam quandam usurpationem vlcis insanabilis sistere conabimur, si excisionem membri, quod passum est, fecerimus. Circumspicientes enim

dolorem istinc euenturum, coacti necessitate sumus venire ad praesentem sententiam. Nam ducimur quidem ex hac meroribus, sed vniuersim plus tribuimus comuni utilitati catholicae Ecclesiae quilibet nostrum, quam suis quibusque proprijs compassionibus. Quia igitur diuersae in ipsum consultuae & canonicae querimoniae factae sunt, & quidem sanctae memoriae Agapetus papa Romanus, poenitentiae ei dans, usquequod vniuersa, quae à sanctis patribus diffinita sunt, visus fuerat despexisse, neque sacerdotis, neque catholici nomen ipsum habere permittit. Nos autem quia non est possibile, molestos de ipsis despiciere, quae dicitur, via sacerdotibus concedenti in talibus ambulantes, canonicis ipsum induximus vocationibus, induciasque tribuimus ad recognitionem: & quod iam vltimum est, neque a consuetis proscriptioibus abstinuimus. Ipse verò tantum abhorrebat tam ab in melius mutatione quam defensione denunciatorum, quod nec omnino venire voluit, nec hic videlicet inquisitionem à nobis factam sustinere. Nam erat ei accusator, ut videtur, conscientia: sed cedendo ab accusatoribus, induxit delicti confessionem: & anima peccare consueta, difficilis ad poenitentiam, etsi maximè multa fuerint, ad hanc trahentia. Undè super impoententi inobedientia voluntatis ipsius lachrymantes, & super errore, qui illius animam apprehendit, gemiscentes, sequendo sanctissimam vocem magni Dei & saluatoris nostri, quae docet non parcere proprijs membris, si alicuius scandali causa nobis sunt, sed ipsius inquisitionem facere insinuat, ad integram totius corporis: respicientesque ad ea, quae pridem à sanctae memoriae Agapeto papa antiquae Romae, & quod nullum poenitentiae tempus accipiat, nec elegit melioris opinionis esse, satisfaciendo his qui ab ipso scandalizati sunt, atque etiam ad ea, quae nunc iudicata sunt à sancta synodo nobiscum existente: ipsum Anthimum constitui extra pontificium Trapezuntinum decernimus, & ipsum alienum esse ab omni alia sacra appellatione, simul & dignitate ac efficacia deceterò, & omnino inter orthodoxos non numerari sententiamus, neque posse ascendere omnino ad ipsam Trapezuntinam, neque ad hanc regiam urbem. Et postquam sancta synodus surrexit, qui de Oriente erant, & quidam ex alijs episcopis & monachi ac clerici clamauerunt: Multi anni Imperatoris. Multi anni patriarche. Petri, Zoaram, & Seueri modò anathematiza. Orthodoxum Imperatorem habes, quid times? Eos qui parabaptizant, eijce foras. Et cum monachi Hierosolymorum porrexerunt chartam, vniuersi clamauerunt: Multi anni patriarchae. Libellum monachorum modò suscipe. Libellus modò legatur. Eos qui per domum baptizant, eijce foras.

foras. Speluncam Zoaræ modò torqueas. Multi anni patriarchæ. Parabaptistam modò anathematiza. Christiani Imperatoris multi anni, Orthodoxi Imperatoris multi anni. Speluncæ hereticorû modò ardēt. Multi anni patriarchæ, monasteria Petri modò verte. Vincit fides Imperatoris. Orthodoxi regnat, quē times? Petrus quare habet monasteria? Omnes hæreticos ibi habet. Seuerû, Petri, & Zoaræ modò anathematiza. Trinitas tres anathematizat. Anathema Seueri, Petrus & Zoaræ. Seuerum Manichæum modò anathematiza. Vincit fides Christianorum. Multi anni patriarchæ, Inimicos Christi modò anathematiza. Hæreticos modò anathematiza, Anathematizatos modò anathematiza. Vincit fides Christianorum.

Sanctissimus archiepiscopus dixit: Putamus charitatem vestrâ non ignorare voluntatem & zelum, pij Imperatoris nostri, quem habet ad orthodoxam fidem nostram, & nihil eorum, quæ in sanctissima Ecclesia mouentur, conuenit fieri præter opinionem & iussum ipsius. Rogamus itaq; vestram charitatem in præsentiarum quiescere, vt nos tempus accipiamus, adducere ad pias suas aures ea, quæ à nobis exclamata fuerunt. Nos enim, sicut scit vestra charitas, Apostolicam sedem sequimur, & obedimus: & ipsius communicatores, communicatores habemus: & condemnatos ab ipsâ, & nos condemnamus.

SVBSCRIPTIONES.

¶ Mennas Dei miserat. episcopus. Constantinopolitanus, diffiniui & subscripsi. Hypatius dei miserat. episcopus Ephesus metropolitane Asiæ, diffiniui & subscripsi. Constantinus Dei miserat. episcopus. Heracleorum à Deo amata metropol. prouinc. Europæ, sanctæ Dei catholice & Apostolicæ ecclesiæ, diffiniui & subscripsi. Eusebius episcopus Cyzicus, diffiniui & subscripsi. Ego Sabinus episcopus sanctæ ecclesiæ Canulianæ, diffinitionem sanctæ recordationis patris nostri papæ Agapeti, de persona Anthimi quondam Trapezuntini episcopi, sequendo, in omnibus subscripsi. Ego Epiphanius episcopus sanctæ ecclesiæ Eleculanæ, diffinitionem & reliqua similiter per literas latinas. Ego Asterius episcopus sanctæ ecclesiæ Salernitanæ, diffinitio, & reliqua similiter. Ego Rufinus episcopus sanctæ ecclesiæ Fæsulanæ, diffinitio, & cetera, similiter. In nomine Domini Iesu Christi, Leo episcopus ecclesiæ Nolanæ, diffinitionem & cetera similiter. Theophanes diaconus sanctæ Ecclesiæ Romanæ, diffinitio, & reliqua similiter. Pelagius diaconus sanctæ Ecclesiæ Romanæ, diffiniui & subscripsi. Anastasius Dei miserat. episcopus. Nicenæ metropolitane Bithyniorum, perlectionem sciens quæ facta sunt, consententius existens omnibus diffinitis, subscripsi. Auxentius Dei miserat. episcopus, Sebastensis, perlectionem & reliqua,

TOM. 2.

Theodulus episcopus Iconiæ metropolis, subscripsi. Theogenes episcopus. Synnadorum, diffiniui & subscripsi. Bachus episcopus. Antiochiæ prouinc. Pifidiorû, diffiniui & subscripsi. Mamas episcopus. Melitenensis, diffiniui & subscripsi. Iulianus episcopus. Pergensis, diffiniui & subscripsi. Voporius episcopus Neocesarensis, sub. Paulus episcopus. Tyanus, diffiniui & subscripsi. Conon episcopus Sidenensis, diffiniui & subscripsi. Acacius episcopus Pessinuntinus, diffiniui & subscripsi. Procopius episcopus. Gangrensis, diffiniui & subscripsi. Petrus episcopus. Iustinianopolitanus, diffiniui & subscripsi. Marcus episcopus Apamæ, diffiniui & subscripsi. Hyacinthus episcopus. Miletinensis, diffiniui & subscripsi. Ioannes episcopus. Bosphorienensis, diffiniui & subscripsi. Thalassius episcopus Berytius, diffiniui & subscripsi. Magnus episcopus. Beeroanus prouinc. gentis Syriorum, diffiniui & subscripsi.

¶ Subscriptiones per literas Syrias.

Christophorus episcopus Porphyrionus prouinc. Phœnicie, diffiniui & subscripsi. Aetherius episcopus Mariamni, diffiniui & subscripsi. Domitianus episcopus *Zinchianus, diffiniui & subscripsi. Eusebius episcopus. Antiquæ ciuitatis, diffiniui & subscripsi. Anastasius episcopus Iotapæ, diffiniui & subscripsi. Domnus episcopus Maximianopolitanus, diffiniui & subscripsi. Archelaus episcopus Corycæ, diffiniui & subscripsi. Ioannes episcopus. Zoorensis, diffiniui & subscripsi. Alexander episcopus. Paraxienensis, diffiniui & subscripsi. Pelagius episcopus. Parnassi, diffiniui & subscripsi. Eugenius episcopus. Dei gratia ecclesiæ Tiensis, diffiniui & subscripsi. Eustathius episcopus Tiberiopolensis, diffiniui & subscripsi. Epiphanius episcopus. Heracleanus Pôticus, diffiniui & subscripsi. Abraamius episcopus. Cratianus, diffiniui & subscripsi. Paulus episcopus. ciuitatis *Sectorianæ, diffiniui & subscripsi. Asterius episcopus. Amastrensis ecclesiæ, diffiniui & subscripsi. Ioannes episcopus. Cæsarensis, diffiniui & subscripsi. Andreas episcopus. Paltesis, diffiniui & subscripsi. Leonorius episcopus. Helenopolitanus, diffiniui & subscripsi. Andreas episcopus. Paneis siue Theodosiopolitanus, diffiniui & subscripsi. Epitynchanus episcopus. Germæ, diffiniui & subscripsi. Theodorus episcopus Gortynensis, diffiniui & subscripsi. Ioannes episcopus Traianopolitanus Phrygiæ Pacatianæ, diffiniui & subscripsi. Dominicus episcopus Theodosiopolitanus, diffiniui & subscripsi. Theodoricus episcopus Alindenus, diffiniui & subscripsi. Matthias episcopus Cymanus, diffiniui & subscripsi. Flavianus episcopus Cotentensis, diffiniui & subscripsi. Theodorus episcopus Myranus, diffiniui & subscripsi. Macedonius episcopus. Berianus, diffiniui & subscripsi. Marcellus episcopus. *Arcensis, diffiniui & subscripsi. Petrus episcopus. Ambladenensis, diffiniui & subscripsi. Ioannes episcopus. *Medaïensis, diffiniui & subscripsi.

sub-

subscripsi, Martyrius. episcopus Barathenus, diffiniui & subscripsi. Pantaleon episcopus Iulioopolitanus, diffiniui & subscripsi. Cosmus episcopus. Andrapolitanus, diffiniui & subscripsi. Dominicus episcopus Sophenenensis prouincie, diffiniui & subscripsi. Dionysius episcopus ciuitatis Eucarpie, cum scierim diffinita, diffiniui & subscripsi. Licinius episcopus Patarenensis, diffiniui & subscripsi. Paulus episcopus Oenandopolitanus, diffiniui & subscripsi. Epiphanius episcopus. Patreopolitanus, diffiniui & subscripsi. Tryphon Dei gratia episcopus. Colaciopolis, diffiniui & subscripsi. Eustathius episcopus Neapolitanus, diffiniui & subscripsi. Magnus presbyter & prior Apostolicæ sedis Theopolitanæ, & ambasiator sanctissimi patriarchæ Euphremij, sequendo diffinita à supra scriptis sanctis patribus nostris, super depositione Anthimi hæretici, alienum ipsum habeo à sacerdotali dignitate, & ab ipso nomine Christianorum, & subscripsi. Heraclius diaconus & ambasiator Apostolicæ sedis Theopolitanæ, & sanctissimi patriarchæ Euphremij, sequens ea quæ diffinita sunt à supra scriptis patribus nostris, & reliqua similiter, subscripsi. Sabinus diaconus sanctæ resurrectionis Christi Dei nostri, & ambasiator Petri sanctissimi patriarchæ Hierosolymorum, sequendo ea quæ diffinita sunt à supra dictis sanctis patribus nostris, & cetera similiter, subscripsi.

SENTENTIA PETRI HIEROSOLYMYNORUM, CONTRA ANTHIMUM.

Psalm. 5.

*pridem

Matth. 7. b

Sanctissimus ac beatissimus patriarcha & venerabilis synodus, dixit: Demonstratus est & nunc in rebus verus propheticus sermo, quoniam non habitabit iuxta Deum malignus, neque permanent iniqui ante oculos eius. Quale, quidve factum fuerit in Anthimum, pontificalia & imperialia dogmata, quæ modò lecta sunt, demonstrarunt. Ille enim pridem cum esset episcopus Trapezuntius, & de sanis dogmatibus disceptaretur, veste ouina circumamictus, lupus verò rapax existens, (euangelicè dicèdo) in pontificali sedem regie vrbs intrusit, simulâs quidem colere veram & immaculatam fidem, & volūtariè admittere sanctas quatuor synodos œcumenicas, Nicenam 318, Constantinopolitanam centum quinquaginta, Ephesinam ducentorum, & Chalcedonensem sexcentorum, cum sancta epistola Leonis beati papæ antiquæ Romæ, scripta ad Flavianum regie vrbs præsidem, & affinia his, quæ facta sunt à venerabili Chalcedonensi synodo: in profundo autè intellectus suam extendens perfidiam memoratus Anthimus, peiorem ad nos inducere festinauit æstum, & vbi quæ sanctas ac catholicas ecclesias conturbauit.

TOM. 2.

Nam cum arbitraretur contentus fuisse sui dolorosi & iniqui studij, repente transmutando ipsum hypocrisis habitum reiecit, & quæ dixisset bene valde in his, quæ ab ipso in scriptis composita erant ad recta dogmata, quæ superbe abnegabat, nullo modo patiens confiteri vnum ipsum Dominum Deum nostrum Saluatorem Iesum Christum cognosci in duabus naturis, inconfusibiliter, immutabiliter, indiuisibiliter, & inseparabiliter, non intellexit stolidus virtutem tam piorum verborum. Perspicuum enim est, quod inconfusibile, indiuisibile, immutabile & inseparabile, summam substantiarum vnionem significat, & ipsarum differentiam seruat in vna persona & vna hypostasi. Præterea non elegit abdicare condemnatos à sancta Chalcedonensi synodo, & ostendens se similia illi sapere, delipiens fuit erroris Eutyctis & Dioscori. Et quod difficilium est, non sustinuit medelam à doctrina, atque ab imperiali clementia sibi prouenienti, data etiâ dilatione decenti pontificis, & ad poenitentiam sufficienti, & ad confessionem veræ fidei adducendi. Itaque ergo cum latens permaneret, & diuturna effugatione euidenter præmonstrauit se priuatum omni defensione, & insanabiliter habere ad propriam perfidiam, depositionis sententia in ipsum venit, principiata quidem à sancta ac beatæ memoriæ Agapeto, antiquæ Romæ pontifice, terminata verò à Menna sanctissimo patriarcha regie vrbs, & à venerabilissima synodo, quæ cum ipso tenebat: hinc est quod non solum ab episcopatu Trapezuntino cecidit memoratus Anthimus, sed & ab omni pontificali dignitate & efficacia, cum separatus sit ab omni corpore sanctissimæ ecclesiæ. Cumque catholica appellatione priuatus sit, ad illum incorrigibilem errorem adaptare possumus prophetiam Osee: Quoniam tu repulisti scientiam, & ego te repellam, ne fungaris mihi sacerdotio. Hæc in regia vrbs gesta, cum clarè se habeant, & nos videntes omnia canonicè & rectè venisse super Anthimum, vocationumque ordinem laudauimus, & clementiam hinc sibi benignè superuenientem, reprehendimusque; perniciosam insistentiam Anthimi, consententiarum sumus his, quæ benè formata sunt ab ipso sanctæ memoriæ Agapeto, & his quæ diffinita sunt à Menna sanctissimo patriarcha regie vrbs, & ab ipsius venerabilissima synodo congregata, sequentesque de his confirmationem diuinæ ac Imperialis legis, admissimus depositionem Anthimi, tanquam qui à principio præter sacros canones intrusit se in pontificali sedem regie vrbs, & nouissimè præbuit demonstrationem suæ hæresis & immutabilis opinionis, vt in ipso impleatur diuina scriptura, quæ dicit: In diebus redargutionis in tribubus Israël ostendam fidelia: Facti sunt prin-

prin-

Pro. r. c

principes Iuda tanq̄ transponentes terminos, super ipsos effundam tanq̄ aquam impetum meum. Et rursus alia scriptura: Oderunt in portis redarguentem, & sermonem sanctum abominati sunt. His itaq; diffini- mus hunc alienum omni pontificali dignitate & operatione, ipsaq; catholica appellatione. Sicut enim nulla communicatio est tenebris ad lucem, ita non conuenit sacra mysteria fordidari à viris, qui syncerè nõ colunt Dominum Christum verum Deum.

SVBSCRIPTIONES.

*Zephyri-
cus

Petrus episcopus Hierosolymorum, diffiniui & subscripsi. Elias episcopus Cæsareæ, diffi. & subsc. Theodosius episcopus Scythopolitanus, diff. & subsig. Ioanes episcopus Tiberiadis, diffiniui & subsignauit. Stephanus episcopus Scarphienensis, diffiniui & subsignauit. Anastasius episcopus Gabenorum, diffiniui & subsignauit. Epiphanius episcopus Raphiæ, diffiniui & subsignauit. Elias episcopus Ioppæ, diffi. & subsignauit. Ioannes episcopus Augustopolitanus, diffiniui & subsignauit. Nicostratus episcopus Abilæ, diffiniui & subsignauit. Lazarus episcopus Azotanus, diffiniui & subsignauit. Leontius episcopus Sofuzensis, diffiniui & subscripsi. Stephanus episcopus aradorum, diffiniui & subscripsi. Anastasius episcopus Eleutheriopolitanus, diffiniui & subsignauit. Gregorius episcopus Hierichūtinus, diffiniui & subsignauit. Elias episcopus Adrianopolis, diffiniui & subscripsi. Theodosius minimus notarius, diaconus sanctissimi episcopi Eliæ, subscripsi, pro ipso, iuxta sua mandata in scriptis data. Ioannes episcopus Podaleanus, diffiniui & subscr. Demetrius episcopus Carpathenus, diffiniui & subscripsi. Stephanus episcopus Meniatenus, diffiniui & subscripsi. Zacharias

episcopus *Palleonus, diffiniui & subscripsi. Manuclius episcopus Bithyniensis, diffiniui & subscripsi. Anastasius episcopus Iotapæ, diffiniui & subscripsi. Zenobius episcopus Eleufin*, diffiniui & subscripsi. *Nartianus episcopus Gazenus, diffiniui & subsignauit. Theodorus episcopus *Petrorum, diffiniui & subsignauit. Zenobius episcopus Nicopolitanus, diffiniui & subscripsi. Araxius episcopus Gangrenus, diffiniui & subsignauit. Procopius episcopus Heracleotanus, diffiniui & subsignauit. Dominicus episcopus Neocæsarensis, diffiniui & subsignauit. Bachus episcopus *Bathonorum, diffiniui & subsignauit. Dionysius episcopus Alcalonus, diffiniui & subsignauit. Ioannes episcopus *Femenis, diffiniui & subsignauit. Macarius episcopus *Arnidorum, diffiniui & subsignauit. Basilius episcopus *Sycomazanus, diffiniui & subsignauit. Ioannes episcopus *Moreæ ciuitatis, diffiniui & subsignauit. Petrus episcopus Parembolanus, diffiniui & subsignauit. Zacharias episcopus Libysianus, diffiniui & subsignauit. Domnus episcopus Maximianopolitanus, diffiniui & subsignauit. Pelagius episcopus Sebastensis, diffiniui & subsignauit. Stephanus episcopus Iamnitatus, diffiniui & subsignauit. Parthenius *Epalanus, diffiniui & subsignauit. Theodorus episcopus scripsi pro isto, eò quòd ipse infirmaretur. Theodorus episcopus Gadarorum, diffiniui & subsignauit. Paulus episcopus Ailanus, diffiniui & subsignauit. Theodorus episcopus Ipsenorum, diffiniui & subsignauit. Theodosius episcopus Capitoliensis, diffiniui & subsignauit. Dionysius episcopus Amathuntius, diffiniui & subsignauit. Dorotheus episcopus Anthedonensis, diffiniui & subsignauit.

*Placien.

*Petraeni,
vel Petraei

*Phenici-
ensis,

*Anithorfi
vel Arideli.

*Sycamina-
nus

*Famagora

*Libyadis

*Eplanus

SYNODVS V. CONSTANTINOPOLITANA, NVNC DE-

MVM EX VETVSTO EXEMPLARI MANVSRIPTO DESCRIP-

pta, & huic editioni addita, quæ multa habet lectu digna, & studiofis profutura: cui tamen visum est ex Nicephoro Callisto quaedam præmittere, vt lector certius cognoscat, quid de hac Synodo sentiendum sit.

Nicep. lib. 17. cap. 27.



Taque episcopatum veteris Romæ administrante Vigilio, noue autem primùm Mena, deinde Eurychio: Alexandria, Apollinari, Antiochie Dommino, Hierosolymorum autè Eustochio, cum eis etiã adesset Gregorius Agrigentinus, vir vitæ sanctitate, eloquentia & veritatis doctrina omnibus propè superior: Imperator Iustinianus sanctam quintam œcumenicam synodum, episcopis ecclesiarum omnium euocatis, coëgit eiusmodi ob causam: Eustochius Hierosolymorū episcopus, cum permulti in Palæstina, qui Origenis dogmata profiterentur, florent, potissimumque ibi ea secta in noua, quæ dicebatur, Lau-

ra obtineret, magno studio vt eos inde abigeret, egit. Proinde ea ipsa, quam dixi, noua mandata occupata, illos veluti cõmunia & prophana piacula ecclesia exegit. Illi autem indiguè dispersi, multos ad partes suas pertraxerunt, vt auxilium eis ferrent, rogauerunt. Et non paucos auxiliares habuere socios. Maxime verò eos defendit Theodorus cognomento Ascidas, Cæsareæ Cappadocum Episcopus, idemq; Iustiniani Imperatoris assessor, cõsiliarius gratus illi & fidus maxime visus: quippe qui ob res dextrè ex sententia principis agendas, ei placeret. Hic vbi quantum potuit aulã Imperatorem cõmouit, impietatemq; quæ nefanda omnia flagitia excelleret, Eustochij rem in Palæstina actam vocauit: in vrbem imperantem cum Eustochio præcipue euocantur, Rufus magni Theodosij, & Conon magni Sabbæ mansionis præfectus, eremi vterque dux, cum Phronisteriorū quibus præbant causa, tum propter virtutem suam maxime. Venere cum illis alij quoque, non multum eis gloria cedentes. Postquam patres ibi vno in loco cõuenerunt, causam imprimis Origenis, Didymi & Euagrii in medium protulerunt: videlicet quòd Græcorum opinioniones rectis ecclesie doctrinis perperam illi immiscuissent: easq; opiniones tollendas esse consilere. At Ascidas ex altera parte Theodori Mopsuestiensis, & Theodori, & Iba Edeseni opinioniones produxit. Deo hoc sic quam sapientissimè disponete, vt hinc & inde noua & profana dogmata longius reuicerentur. Prima cõsultatione facta, quesitū est, An tum demum iam olim defunctos anat hemate ferire lice- ret. Ibi tum Eurychus, & Mena adhuc superstitè, vt sacrarū literarum summè peritus, minus tamē celebris, q; episcopo Rmaseno, quem admodum dictū est, à responsis esset, eos qui in conuentu congregati erant, non modo non recta, sed ridenda etiã atq; contemnenda sapere videns, disertis verbis neq; consilio, neq; deliberatione vlla eam rem egerè dixit, propterea quòd Iosias rex non tantum viuentes demonum sacerdotes olim iugularit, sed & eorū, qui longo antè tempore mortui fuerant, sepulcra effoderit. Quòd verbum bene ab eo dictum esse, omnibus videbatur. Iustinianus certè vrbū ob id admiratus, & Mena eis diebus defuncto, in Imperiali vrbis thronū excoluit. Porro Vigilius etiã si ei, scripto interueniente, cum Eurychio conueniret, assidere tamen illi noluit. Sed is synodo finita, quæ admodum à me dicitur, Constantinopoli Romã profectus, in itinere satis concessit. Synodo, sicuti dixi, coacta, Iustinianus quidam de rebus Theodori, & item Mopsuestiensis Theodori, & Theodori eiusdemq; scriptis, quæ aduersus duodecim capita sancti Cyrilli composuit, & præterea de Iba ad Marim Persam missa epistola dicerent, interrogauit. Atq; vbi multa Theodori Mopsuestiensis, & Theodori dicta lecta, & clarè satis demonstratū est, nõ tum solam, verum etiã etiam dudum Theodori ab ecclesia proscriptū, & ex sacrarum tabularum albo euertum esse, hæreticos, etiam post eorū mortè damnandos esse, nulla interposita mora, Theodorum ipsum, & præterea quacumque Theodori contra duodecim diu Cyrilli capita & rectam fidem scripsisset, atque insuper Iba epistola anat hemati subiecerunt, decreto in hæc verba composito: Cum magnus Deus & saluator noster Iesus Christus, iuxta Euangelicã parabolam. Et deinceps: Condẽnamus verò & anat hemate confodimus, præter alios omnes hæreticos, à sanctis quatuor concilijs, & à sancta catholica & Apostolica ecclesia cõdemnatos atque anat hemate iugulatos, Theodori etiã, qui Mopsuestiæ episcopus dictus est, impiãq; eius scripta: & quæ impiè quoque Theodorus aduersus rectã fidem, & duodecim capita eius, qui in sanctis est, Cyrilli, & cõtra priorem sancti Synodum Ephesiã: denique quacumque idem Theodorus & Nestorio patrocinatus scripsit. Ad hæc anat hemate ferimus impiã etiam epistolã, quæ ab Iba ad Marim Persam conscripta esse dicitur. Et post pauca verba, quatuordecim capitula de recta & irreprehensibili fide exposuerunt. Hæc quidè sic acta: In secunda autè sessione, postquam ab Eulogio, Conone, Cyriaco & Pancratio monachis Hierosolymitanis libelli cõtra impia Origenis, qui & Adamantius dictus est, dogmata, & cõtra impietatis & seductionis eius sectatores oblatis & lecti sunt, Iustinianus rursus Synodū de eis sententiam dicere iussit, libellis quoque, qui Vigilio papæ de eis rebus scripti erant, in mediū prolatis. In quibus erat, Adamantio studio fuisse, vt Græcis nugamentis & Manicheis riganis, Apostolicorū dogmatum implet puritate. Synodus itaque rem decernendam ad Iustinianū, post exclamationes in Origenem, & qui itidem vt illi seducti essent, factas retulit. Quarū quædam in hæc cõcepta erant verba, sicuti ea ex cõmentarijs istius synodi excerptimus: Qui animū obtines celestis participem generositatis, Christianissime Imperator. Et deinde: Effugimus igitur, effugimus istam, quam ignoramus, externam vocem, & tanquam suam atque prædonem eiusmodi hominū anat hematis laqueis arte districtū atque suffocatum, extra sacra Ecclesie mania abiecimus. Et post pauca: Altorum verò nostrorū ex eorū lectione rem cognosceitis. Hisce conuincerunt capitula, quæcumque Origenis sectatores professi sunt: quæ capitula cõsensionem simul & disensionem eorū, atque etiã multiplicem errorem ostendunt. Quintū ex ijs capitulū est, blasphemiarū certarū quarundam eius, quæ noua Laura dicta est, personarum hisce verbis scriptum: Theodorus Ascidas Cappadox dixit: Si nunc Apostoli & martyres miracula edunt, &

4. Reg. 23.

Euagrius li. 4. ca. 38. dicit relatum esse ad Iustinianū, nepe, quod ipsa synodus decreuisset.

in tanto sunt honore, si in restitutione & instauratione rerum Christo aequales non fuerint, qualis eorum restitutio futura est? Idem monachi perquam diligenter etiam Didymi, & Euagrii, & Theodori alias plures blasphemias, ex eorum perperam scriptis libris collectas, ad Synodum retulerunt: quas omnes anathemate condecoraverunt, or digneque omnes exposuerunt. Quibus capitula alia addiderunt, quae Origenis studiosi ex scriptis eius excerpta profitentur: in quibus & haec furiosus ille docet: Ante corpus ipsum anima est, quae quidem in caelis peccata commiserit. Ad haec caeli, solem, lunam, stellas, & aquas quae supra caelos sunt, animatas & rationales quasdam virtutes esse. Praeterea, quod in resurrectione, corpora hominum rotunda & orbiculari specie excitabuntur. Et, quod omnium impiorum hominum, ipsorumque etiam demonum tormentum a fine habebunt: quodque impij & demones in priorem suum ordinem & statum restituentur. Insuper quod pro demonibus quoque Christum crucifigi, atque ipsum sapiens seculis futuris pati oportebit a spiritibus malignitatis, qui in caelestibus sunt. Verum omnes illius blasphemias singularem exponere, longum fuerit. Illud porro scire oportet, huc ipsum esse, qui insano Maneti, & Sabellio, Arrio & Eunomio, atque reliquo male sentientium choro, primis in scriptis eorum zizaniam adspargendi seminandique auctor fuerit, ut qui finibus certis terminatam vim Deum habere, filium patrem minorem, & rursum spiritum filio inferiorem: filium creaturam & germen patris, atque per omnia filium patrem minorem, eundemque merum hominem, & creaturas coaeternas esse Deo, dixerit. Alia denique huius generis absurda prorsus & aliena impij per blasphemiam effudit, Platonicis opinionibus simplicem Apostolicorum dogmatum sinceritatem miscens atque confundens. Sed ex ipsis Anathematismis, quos in eum Synodus contorsit, qualis is vir fuerit, manifestum patebit: qui de verbo ad verbum sic habent:

Cap. 28. Anathemata in Origenem,

Si quis dicit aut sentit, hominum animas veluti prius extantes intellectuales mentes, siue naturas, & sanctas virtutes praeesistere, contemplatione vero divina exortatas, atque in deterius prolapsas, & quod in eis charitas Dei refraxerit, inde fluxisse, id est, animas quasi refrigerantes nominatas, & poena gratiam in corpora demissas esse, anathema sit. Si quis dicit aut sentit, animam Domini praeesistere, vitamque esse Deo verbo ante incarnationem & natiuitatem ex virgine, anathema sit. Si quis dicit aut sentit prius formatum esse corpus Domini nostri Iesu Christi in utero virginis sanctae, & deinceps vitam esse ei Deum verbum atque animam, ut quae prius extiterit, anathema sit. Si quis dicit aut sentit, omnibus caelestibus ordinibus assimilatum esse Dei verbum, ita ut ipsi Cherubin factus sit Cherubin, & ipsi Seraphim factus Seraphim, omnibusque adeo supernis virtutibus prorsus esse aequatum, anathema sit. Si quis dicit aut sentit, in resurrectione rotunda & orbiculari figura hominum corpora excelsitatum, neque conficitur erectos nos excitatum iri, anathema sit. Si quis dicit, Caelum & solem & lunam & stellas & aquas quae supra caelos sunt, animatas quasdam esse & materiales virtutes, anathema sit. Si quis dicit aut sentit, Dominum Christum in seculo futuro pro demonibus, quemadmodum & pro hominibus, crucifixum iri, anathema sit. Si quis dicit aut sentit, virtutem Dei terminatam esse, eamque tantum in creatione condidisse, quantum complexa sit, anathema sit. Si quis dicit aut sentit, temporanea esse demonum & impiorum hominum tormenta, finemque ea tempore aliquo habitura, siue restitutionem demonum aut impiorum hominum futuram, anathema sit. Anathema sit Origeni, qui & Adamantius dictus est, & haec promulgauit, una cum deestlandis eius & execrandis dogmatibus, & homini omni, qui haec sentit, aut asserit, aut aliqua ex parte quocumque prorsus tempore ea defendere audeat: in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Hac Nicephorus, ex quibus aduerti licet, ea quae de Origeno, Didymo & Euagrino in quinta Synodo acta sunt, in hac quam nunc primum in lucem damus, Synodo deesse: vbi tamen commodum accidit, quod ex Nicephoro Anathematismos & alia quaedam petere licuit, donec ipsa quoque acta quandoque ex aliquo angulo eruta, omnibus legenda promantur. Simul etiam perspicuae immotescit, quam nunc demum edimus, eam esse veram Synodum quintam aecumenicam, admausum plerisque omnibus, quae Nicephorus habet, cum ijs quae euulgamus, concordantibus, ut ex vtriusque collatione facile potest animaduerti. Nec tamen desunt graues scriptores, qui ad quintam aecumenicam Synodum Constantinopolitanam ea quoque velint pertinere, quae superius sub huius Concilij titulo habentur: putentque sub Agapito, Siluero, & Vigilio hanc Synodum durasse, quibus nos non contradicimus.

COR-

CONSTANTINOPOLITANA 493 SYNODVS QVINTA.

493 IMPERII DOMINI
IVSTINIANI PERPETVI
AVGVSTI, ANNO XXVII. POST
Consulatum Basilij anno xij. die 4. No-
nas Maias, Indictione prima:

Confessio
seu Colla-
tio I.



Apollinario sanctissimo Archiepiscopo Alexandriae magnae ciuitatis, Dominio sanctissimo patriarcha Theopolitanae magnae ciuitatis, Stephano religiosissimo Episcopo Raphia, Georgio religiosissimo Episcopo Tiberiadis, Damiano religiosissimo Episcopo Sozyae, vicem agentibus Eustochij sanctissimi Episcopi Hierosolymitani, Benigno religiosissimo Episcopo Heracleae Pelagoniae, vicem agente Eliae beatissimi Episcopi Thessalonicensis, Theodoro religiosissimo Episcopo Caesareae prima Cappadociae provinciae, Andrea religiosissimo Episcopo Ephesi, Sextiliano religiosissimo Episcopo Tuniesi, vicem agente Primosi religiosissimi Episcopi Carthaginis, Megethio religiosissimo Episcopo Heracleae Thraciae, Anastasio religiosissimo Episcopo Tabiae, vicem agente Dorothaei religiosissimi Episcopi Ancyrae, Iohanne religiosissimo Episcopo Ileni, vicem agente Euprepij religiosissimi Episcopi Cyzicena ciuitatis, Eusebio religiosissimo Episcopo Tyri, Iohanne religiosissimo Episcopo Nicomediae, Stephano religiosissimo Episcopo Nicaeae, Constantino religiosissimo Episcopo Chalcedonensi, Petro religiosissimo Episcopo Tarsi, Ioanne religiosissimo Episcopo Cycistorum, vicem agente Palladij religiosissimi Episcopi Melitenae, Iohanne religiosissimo Episcopo Caesareae Palaestinae, Popeiano religiosissimo Episcopo Byzacij, Amazonio religiosissimo Episcopo Iedessae, Alexandro religiosissimo Episcopo Gangroru, Thoma religiosissimo Episcopo Apamee Syriae, Euphranta religiosissimo Episcopo Tyanoru, Theodoro religiosissimo Episcopo Hierapolis Syriae, Bosphorio religiosissimo Episcopo Neocaesareae, Iohanne religiosissimo Episcopo Bostre, Philippo religiosissimo Episcopo Myrorum, Theodoro religiosissimo Episcopo Seleuciae Isauriae, Iuliano religiosissimo

mo Episcopo Sardiensi, Theodoro religiosissimo Episcopo Gortyna, Eustachio religiosissimo Episcopo Damasci, Theodosio religiosissimo Episcopo Rhodi, Firmo religiosissimo Episcopo Otipason Africae provinciae, Theodoro religiosissimo Episcopo Antiochie Pisdie, Phoca religiosissimo Episcopo Staliensi, Eulogio religiosissimo Episcopo Pergae, Seueriano religiosissimo Episcopo Aphrodisiadis, Cyriaco religiosissimo Episcopo Amidae, Severo religiosissimo Episcopo Synnadoru, Petro religiosissimo Episcopo Sidae, Abrahamio religiosissimo Episcopo Sergiopolitano, Aeginio reuerendissimo Episcopo Traiopolitano, vicem agente Iohannis religiosissimi Episcopi Laodiceae Phrygiae Pacatiae, Iohanne religiosissimo Episcopo Adrianopolitano Thraciae, Crisco religiosissimo Episcopo Cuiculi, Theodosio religiosissimo Episcopo Iustinianopolitano secunda Cappadociae, Stephano religiosissimo Episcopo Laodiceae siue Theodoriadis, Auxandone religiosissimo Episcopo Hierapolis Phrygiae, Eustathio religiosissimo Episcopo Maximianopolitano, Aetherio religiosissimo Episcopo Anazarbi, Domitio religiosissimo Episcopo Chalcidis, Valeriano religiosissimo Episcopo Obbae Africae provinciae, Dionysio religiosissimo Episcopo Seleucia Syriae, Theodoro religiosissimo Episcopo Dryziparon, Severo religiosissimo Episcopo Pompeiopolitano Paphlagoniae, Georgio religiosissimo Episcopo Iustinianae Cypselon, romano reuerendissimo Episcopo Gabalo, Gregorio reuerendissimo Episcopo Iustinianopolitano Armeniae, Iohanne reuerendissimo Episcopo Nyse, Basilio reuerendissimo Episcopo Iustinianopolitano Camulianoru, Iohanne reuerendissimo Episcopo Barcutoru, Cresconio reuerendissimo Episcopo Zattarensi provinciae Numidiae, Sergio reuerendissimo Episcopo Cynon secunda Aegypti, Christophoro reuerendissimo Episcopo Archadiopolitano Asie, Theodosio reuerendissimo Episcopo Bybli, Leontio reuerendissimo Episcopo Arcae, Iohanne reuerendissimo Episcopo Myrinae, Alexandro reuerendissimo Episcopo Amphipolitano, Stephano reuerendissimo Episcopo Clysmatis, Thoma reuerendissimo Episcopo Berissae, Aristodemo reuerendissimo Episcopo Philomelii, Thalego reuerendissimo Episcopo Adrianopolitano Pisdiae, Theodisto reuerendissimo Episcopo Erythron, Diogeniano reuerendissimo Episcopo Sozopolitano, Basso reuerendissimo Episcopo Thamiathensi, Anatolio reuerendissimo Episcopo Cyme, Diogene reuerendissimo Episcopo Cratae, Restuto reuerendissimo Episcopo Mileon Africae provinciae, Theodoro reuerendissimo Episcopo Leotopolitano Aegypti, Aemiliano reuerendissimo Episcopo Antipyrgi, Conone reuerendissimo Episcopo magoedesi, The-

*Cuiculi

*Restuto

oſtiſto reuerēdiſſimo Epō Pruſæ, Georgio religioſiſſimo Epō Ptolemaidis, Sotero reuerēdiſſimo Epō Aulonis, Zoſimo reuerēdiſſ. Epō Antandri, Cypriano reuerēdiſſi-
 *Cybira
 *Dauron
 *Daborum
 epifcopo *Coryci, Helia reuerēdiſſ. epifco-
 Diocletianopolitano, Theona reuerēdiſſ.
 epō Cyſon, Theodoro reuerēdiſſ. epifco-
 *Lymiron, Gēnadio reuerēdiſſ. Epō Ze-
 nopolitano, Aſyncretio reuerēdiſſ. epō Ara-
 di, Stephano reuerēdiſſ. epō. Botryō, Philip-
 po reuerēdiſſ. epif. Phelli, Mena reuerēd.
 epō Demyriangelis, Genethlio reuerēdiſſ.
 epō Dorylaij, Thoma reuerēd. epō Cōſtan-
 tine, Theodoro reuerēd. epō Leōtopolita-
 no, Seuro reuerēdiſſ. epō Taborum, The-
 oſtiſto reuerēdiſſ. epif. Halicarnaſi, Coſma
 reuerēdiſſ. epif. Malli, Dionyſio reuerēdiſ-
 ſimo epif. Megarenſi, Callinico reuerēdiſ-
 ſimo epif. Opuntis, Paſchaſio reuerēdiſſimo
 epif. Aegij, Eraſmo reuerēdiſſimo epifcopo
 *Cibyraz, Iohāne reuerēdiſſimo epif. Neocē-
 fareæ Euphratenſis, Nonno reuerēdiſſimo
 Epif. *Daufarorum, Stephano reuerēdiſſ.
 epif. Balancon, Thoma reuerēdiſſimo epif.
 Circeſij, Anatolio reuerēdiſſimo epifcopo
 Sebaſtæ, Conſtantino reuerēdiſſ. epifcopo
 Midaij, Macario reuerēdiſſimo epifcopo
 Prymneſiæ, Megalo reuerēdiſſ. epif. Myri,
 Thallego reuerēdiſſ. epifcopo Iſindorum,
 Niceta reuerēdiſſimo epifcopo epiphaniæ,
 Alexandro reuerēdiſſ. epif. Dionyſij, Pela-
 gio reuerēdiſſ. epif. Azanon, Hierone reue-
 rēdiſſimo Epif. Anaſtaſiopolitano Phrygiæ,
 Glaucō reuerēdiſſimo epif. Alion, Proco-
 pio reuerēdiſſ. epif. Antenon, Petro reuerē-
 diſſ. epif. Dometiopolitano, Iohāne reuerē-
 diſſimo epifcopo Colonia, Vranio reuerē-
 diſſ. epif. Trallienſi, Iohanne reuerēdiſſimo
 epif. Ceraſuntis, Phronymo reuerēdiſſ. epif-
 copo Sinnaij, Macedonio reuerēdiſſ. epif-
 copo Iuſtinianopolitano Bithyniæ, Ecdi-
 cio reuerēdiſſ. epif. Teni, Eulogio reuerē-
 diſſ. epif. *Danaborum, Theodoro reuerē-
 diſſ. epif. Coradeon, Elpidophoro reuerē-
 diſſ. epif. Anaſtaſiopolitano Cariæ, Cyrione
 reuerēdiſſ. epif. Dadimorum, Theodoro reue-
 rēdiſſ. epif. Laodiceæ, Sila reuerēd. epif.
 Tiberiopolitano, Diogene reuerēdiſſ. epif.
 Auguſtopolitano, Theodoro reuerēdiſſi-
 mo epif. Ingelon, Iuliano reuerēdiſſ. epif.
 Zengmatis, Dorymenio reuerēdiſſ. epifco-
 po Adraon, Iohanne reuerēdiſſ. epif. *Læri,
 Theodoro reuerēdiſſ. epif. Gargaron, The-
 odoro reuerēdiſſ. epif. Comanorum, Ru-
 phino reuerēdiſſ. epif. Sebaſtiæ Armeniæ,
 Conone reuerēdiſſ. epif. Semneon, Cyria-
 co reuerēdiſſ. epif. Caſatorum, Siſinnio reue-
 rēdiſſ. epif. Præneci, Iuliano reuerēdiſſ.
 epif. Batnon, Anaſtaſio reuerēdiſſimo epif.
 Rachlæ, Theodoro reuerēdiſſimo epif. Por-
 thmi, Paulo reuerēdiſſimo epif. Steſtorij,
 Stephano reuerēdiſſimo epif. Amaſiæ, Pau-
 lo reuerēdiſſimo epif. Adraſſi, Euandro re-
 TOM. 2.

rendiſſimo epif. Cnidi, Mena reuerēdiſſimo
 epif. Carpathi, Diodorus archidiaconus &
 Primiceri⁹ reuerēdiſſimorū notariorū dixit:
 Theodor⁹ vir ſpectabilis ſilentiar⁹ ante reli-
 gioſiſſimū veſtrū ſecretū eſt, miſſ⁹ à piſſimo
 & Chriſtianiſſimo Imperatore, & ſuggerim⁹
 ad quod placuerit. Sanctiſſ. Archiepiſcop⁹ &
 patriarcha Eutychi⁹ dixit: Ingreſſiatur. Quo
 facto, ſanctiſſ. Archiepiſcopus & patriarcha
 Apollinariuſ dixit: Pro qua cauſa veſtra ma-
 gnitudo ad nos venit? Theodor⁹ vir ſpecta-
 bilis ſilētiarius dixit: Piſſim⁹ & Chriſtianiſ-
 ſimus noſter dñs miſit me ad veſtrā beatitu-
 dinē, dare vobis piſſimā ſomā legendā ante
 ſanctā veſtrā Synodū. Sanctiſſ. Archiepiſcop⁹
 & patriarcha Dominuſ dixit: Piſſima ſor-
 ma, cui⁹ mentionē fecit Theodor⁹ magnifi-
 cus, cōpetenter ſuſcepta recitet. Et cum ſuſce-
 piſſet Stephan⁹ diacon⁹ & notariuſ & inſtru-
 mentari⁹, recitauit:
 ¶ IN NOMINE DOMINI DEI Literæ Iu-
 noſtri Ieſu Chriſti, Imperator Caſar Flauiuſ ſtiniani ad
 Iuſtinian⁹, Alemanicus, Gorhicus, Francie⁹, Synodum.
 Germanicus, Anticus, Alanicus, Vādalicus,
 Aphrican⁹, pius, ſelix, inclyte, victor, ac triū-
 phator ſemp Auguſt⁹, beatiffimis epif. & pa-
 triarchis, Eutychio Conſtantinopolitano,
 Apollinario Alexandriano, Dominio Theo-
 politano, Stephano, Georgio & Damiano
 religioſiſſ. epif. vicē agētibus Euſlochij viri
 beatiffimi, Archiepiſi Hieroſolymitani & pa-
 triarchæ, & reliq⁹ religioſiſſ. epif. ex diuerſis
 puincijs in hac regia vrbe degentib⁹. Semp
 ſtudiū fuit orthodoxis & pijs Imperatorib⁹
 patribus noſtris, p tēpore exortas hæreſes p
 congregatiōē religioſiſſimorū epifcoporū
 amputare, & rectā fide ſincerē p̄dicata, in pa-
 ce ſanctā Dei Eccleſiā custodire. Quā ppter
 & Cōſtantine piæ recordationis Arrio bla-
 ſphemate & dicēte, Nō eſſe filiū cōſubſtātia-
 lem deo patri, ſed creaturā, & ex nō extanti-
 bus factū eſſe, congregauit Niceæ ex diuerſis
 diæceſib⁹ trecētis decē & octo ſanctos p̄ſes
 & cum ipſe etiā cōcilio interuiſſet, & ad-
 iuuiſſet eos, q̄ conſubſtātiāle filiū patri con-
 feſſi ſunt, condēnata Arriana impietate, ſtu-
 diū habuit rectā fidem obtinere. Expoſito
 itaque ſancto Symbolo vel mathemate fi-
 dei, p hoc ſancti p̄ſes cōfeſſi ſunt, cōſubſtāti-
 alē eſſe filiū Deo patri, quod vſquē tūc apud
 plurimos dubitabaſ. Sed & Theodoſi⁹ ſeni-
 or piæ recordatiōis, Macedonio negāte dei-
 tatē ſancti ſpūs, & Apollinario vel magno ei⁹
 diſcipulo, in diſp̄ſatione incarnati Dei ver-
 bi blaſphemātibus & dicētibus, ſenſum hu-
 manū nō recepiffe deū verbū, ſed carnī vnitū
 eſſe, animā irrationabilē habēti: congregatis
 in regia vrbe centū quāquaginta ſanctis p̄ſi-
 bus, cum & ipſe particeps fuiſſet cōcilij, da-
 mnatis p̄dictis hæreticis, vnā cū impijs eorū
 dogmatib⁹ fecit rectā p̄dicare fidē. Secuti em̄
 ijdem ſancti patres expoſitam rectam fidem
 à trecētis decem & octo ſanctis patribus,
 expla-

Literæ Iu-
ſtiniani ad
Synodum.

Synodi epif-
coporū ob
extirpandas
hæreſes.

Synodus
Nicēna.

Synod⁹ Cō-
ſtantinopo-
litana.

Synodus
Ephēſina.

Synodus
Chalcedo-
nenſ.

explanauerunt de deitate ſancti Spiritūs, &
 perfectē de diſp̄ſatione incarnati Dei Ver-
 bi docuerunt.
 Iterū Nestorio impio alium dicente deū
 Verbum, & alium Chriſtum, & hūc quidem
 natura filium Dei patris, illum autem gratia
 filium impie introducente, & ſanctā glorio-
 ſam ſemper Virginē Dei genitricem eſſe ne-
 gāte, cum penē omnes Orientales partes ſua
 impietate adimplēſſet idē Nestorius, Theo-
 doſius iunior piæ recordatiōis congregauit
 priorem Ephēſinam ſanctam Synodum, cui
 præſidebāt Cæleſtinus & Cyrillus ſancti pa-
 tres, & directis iudicibus, q̄ deberent Cōci-
 lio intereſſe, compulſi & ipſum Nestoriū ibi
 peruenire, & iudiciū propter eum procede-
 re: & tali examinatione facta, ſecuti ijde ſan-
 cti patres per omnia ea, quæ de fide definita
 ſunt ab anterioribus ſanctis patribus, con-
 demnauerūt Nestoriū vnā cum eius impieta-
 te. His itā ſubſecutiſ, cum inſurrexiſſet cōtra
 Cyrillū ſequaces Nestorij impij, feſtinauerūt
 (quantū in ipſis fuit) reſutare cōdemnati-
 onem contra Nestorium factam: ſed prædi-
 ctus piæ recordatiōis Theodoſius, vindicās
 ea, quæ itā rectē cōtra Nestorium & eius im-
 pietatem fuerant iudicata, fecit firmiter ob-
 tinere contra eum factam cōdemnatiōem.
 Et poſt hæc iterū cum Eutyches demens
 emeriſſet, negando cōſubſtāntialem nobis
 eſſe carnē nōmini, multis intereſſe motis, tam
 Conſtantinopoli, quā Ephēſi, tanta p illo
 facta eſt hæreticorū circūſectio, vt etiā ei-
 ceretur ppter eū Flauianuſ religioſe memo-
 riæ regiæ vrbiſ epuſ. Piæ autem recordatio-
 nis Martianiſ cōgregauit Chalcedone ſan-
 ctos patres, & magna contentione inter epi-
 ſcopos facta, nō ſolum pro ſuis iudices, ſed
 etiā per ſeiſum iu Concilium peruenit,
 & ad concordiam omnes perduxit. Cui ſan-
 cti patres in omnibus ſecuti ea quæ pro fide
 definita ſunt à p̄dictis tribus ſanctis Cōci-
 lijs, & quæ iudicata ſunt de hæreticorum da-
 mnatione & impietate eorum, damnauerūt
 & anathematizauerūt Eutychem demētem,
 & impia eius dogmata, necnō & Nestorium
 cum impijs eius dogmatibus, quoniam tūc
 feſtinauerūt quidam defendere Nestoriū &
 impia eius dogmata. Sup hæc autē ijdem in
 Chalcedone ſancti p̄ſes anathematizauerūt
 eos, qui aliud Symbolum tradiderūt aut tra-
 dūt, præter hoc quod expoſitū eſt à trecētis
 decē & octo ſanctis patribus, et explanatum
 à cētum quinquaginta ſanctis patribus. His
 itaq⁹ omnib⁹ p diuerſa tempora ſubſecutiſ,
 p̄dicti piæ recordationis noſtri patres ea,
 quæ in vnoquoq⁹ Concilio iudicata ſunt, le-
 gibus ſuis corroborauerūt & cōfirmauerūt,
 & hæreticos, qui definitiōibus p̄dictorum
 ſanctorū quatuor Conciliorum reſiſtere, &
 Eccleſias conturbare conati ſunt, expulerūt.
 Deſuncto autem Martiano diuæ recordati-
 onis, cum contentio eſſet per diuerſa loca
 TOM. 2.

de Chalcedonenſi ſancto Concilio, Leo pig-
 recordationis ad omnes vbiquē ſacerdotes
 ſcripſit, vt vnusquisque eorū propriam ſen-
 tentiam manifeſtaret de eodem ſancto Con-
 cilio: & cum alius alium Epifcopū nō expe-
 ctāſſet, ad hoc, quod interrogati ſunt, reſpō-
 derūt. Exiguū autē tēpore tranſacto, iterū
 inſurrexerūt Nestorij & Eutychiſ ſequaces,
 & tantas turbas in ſanctis DEI eccleſijs fe-
 cerunt, vt diuiſiones & ſchiſmata in eis fie-
 rent, & nullam communionē ad ſe inuicē
 Eccleſiæ haberēt. Nec enim præſumebat ali-
 quis de ciuitate ad ciuitatem veniens cōmu-
 nicare, nec clericus ex alia ciuitate in aliam
 ciuitatem veniens, in eccleſiam procedere.
 Cū autem ſecundū ſuam miſericordiam
 nominuſ deus rei publice gubernationē no-
 bis credidit, initiū & fundamentū noſtri Im-
 perij fecimus, cōiungere diuiſos ſacerdotes
 ſanctarum Dei eccleſiarum, ab Oriente vſq⁹
 Occidētem, & omnem contentionē ampu-
 tantes, quæ cōtra Chalcedonenſem ſanctam
 Synodum, ab Eutychiſ & Nestorij impio-
 rum ſequacibus mouebatur, fecimus prædi-
 care eandem ſanctam Synodum cum præ-
 dictis alijs ſanctis tribus concilijs in Dei Ec-
 cleſijs, certē ſcientes, quōd ea, quæ ab ea de
 fide expoſita ſunt, cōſonant per omnia alijs
 tribus ſanctis Concilijs: & multis quidem ad
 eandē ſanctā Synodū contradicentib⁹ fatiſ-
 fecimus: alios autē, qui perſeuerauerūt eidem
 ſancto Concilio contradicentes, expulimus
 à ſanctis Dei eccleſijs & venerabilib⁹ mona-
 ſterijs, vt concordia & pace ſanctarum eccle-
 ſiarum & earum ſacerdotum firmiter custo-
 dita, vnā & eadem fides, quā ſanctæ quatuor
 Synodi confeſſæ ſunt, in ſanctis Dei eccleſijs
 prædicetur. His itā pro firmitate ſanctarū
 quatuor Synodorum Deo propitio per nos
 factis, & obtinentibus in ſancta dei eccleſia,
 Nestorij ſequaces propriam impietatem ap-
 plicare volentes ſanctę Dei Eccleſiæ, & non
 potentes hoc per Nestorium facere, feſtina-
 uerunt eā introducere per Theodorū Mo-
 pſueſtenū doctore Nestorij, q̄ multō peiora
 Nestorio blaſphemauit, & ſuper alias innu-
 merabiles ſuas blaſphemias, cōtra Chriſtum
 Deum noſtrum factas, aliū dixit Deum ver-
 bum, alium Chriſtum, necnō & per impia
 conſcripta Theodoretū, quæ contra rectam
 fidem, & Ephēſinam primam ſanctam Syn-
 odum, & contra ſanctæ memoriæ Cyrillum,
 & duodecim eius capitula expoſuit, & inſu-
 p̄r ſcleratam epistolam, quam dicitur Ibas
 ad Marim Perſam ſcripſiſſe, q̄ plena eſt omni
 impietate Theodori & Nestorij. Per hæc etc-
 nim impiam Epistolam non ſolum impieta-
 tem, ſed etiā ipſas perſonas Theodori &
 Nestorij, quas maximē laudat & iudicat eadē
 impia epistola, feſtinauerunt cōdemnatio-
 nem liberare, dicentes eam ſuſceptam eſſe à
 ſancta Chalcedonenſi Synodo. Hoc autē di-
 cunt non pro defenſione ſanctæ Synodi, ſed
 TT 2 nomine

Leo Impe-
rator.

nomine eius, sicut putant, suam impietatem confirmare festinantes. Certum autem est, quod impia intentio est ista vindicantium, ut si eis euenerit, non pdicetur DEVS verbum homo factus esse, nec sancta gloriosa semper Virgo Maria DEI genitrix praedicetur. Haec enim Theodorus & Nestorius in suis conscriptis impiè exposuerunt, & qui epistolam scripsit, in ea blasphematur.

Nos igitur sequentes sanctos patres, & volentes rectam fidem sine quadam macula in DEI ecclesijs praedicari, & impiorum conatum rescire, primum quidem & in vestris vos degentes ecclesijs interrogauimus de pdictis impijs tribus capitulis, & vestram nobis voluntatem manifestam fecistis, pro qua & comprobauimus vos, quod indubitanter & cum omni alacritate rectam fidem confefsi estis, & impiam condemnastis. Quoniam verò & post condemnationem à vobis factam, in eisdè ipsis permanet quidam, eadè impia tria capitula vindicantes, idèd vocauimus vos ad regiam urbem, hortantes communiter conuenientes, quam habetis pro his voluntatem, iterum manifestare. Et Vigilio em religiofilij, pape antiquioris Romæ, cum peruenisset ad hanc regiam ciuitatem, de tribus capitulis subtiliter omnia manifestauius, & interrogauimus eum, quid sapit de hoc: & ipse non semel, nec bis, sed etiam sepius in scriptis & sine scriptis anathematizauit impia tria capitula. Quod verò eiusdem voluntatis semper fuit de condemnatione triu capitulorum, & per plurima alia declarauit, & per condemnationem Rustici & Seballiani aliquandò diaconoru antiquioris Romæ, qd cum primum suscepisset factum ab eo iudicatum, in quo anathematizauit eadem impia capitula, postea suscepit & defenderunt eorum impietatem. Sed etiam Valentiniano Episcopo Scythie, & Aureliano Arelati, que est prima sanctissimarum Gallie ecclesiaru, scripsit & manifestaui de condemnatione istorum capitulorum, & praecepit eis nihil suscipere, quod à condemnatis diaconis scribitur contrarium pdicto iudicatio: & compendiosè dicere, semper in eadem voluntate perseuerauit. Et hec omnia per suum tempus vobis manifesta faciem. Quomodo verò postea, cum peruenissetis, sicut dictu est, ad hanc regiam ciuitatem, scripta facta sunt adinuicem à vestra sanctitate, & à Vigilio religiofilissimo papa antiquioris Romæ, vt oēs vos vniti conueniatis, & propter illos, qui siue ex ignorantia, siue scientia impietatem capitulorum defendunt, congruum iudicium eis, quæ à sanctis quatuor Synodis pro fide definita sunt, proferatis, madauimus illi etiam per nostros iudices, & per quosdā ex vobis, vt vnā cum omnibus conueniret, & cōmuniter disceptaret de pdictis capitulis, vt forma daret rectae fidei conueniens, & quod & ipsum & vestram sanctitatem in scriptis

Vigilius Romanus pontifex.

interrogauimus de hoc, vt aut tanquam impia capitula ab omnibus condemnarentur, aut si putat recta esse, aperte suam manifestaret voluntatem. Alienum enim est Christianorum, cum recta fide impia suscipere, & nō à malis recta discernere. Ille verò nobis mandauit, quod de pdictis tribus capitulis per semetipsum faciens, porriget nobis. Adhortamur igitur etiam vos de his disceptare. Scire etenim vos volumus, quod nos ea, que

fidet Iustiani. Constantinopolitano, Ephesino primo, & Chalcedonensi, de vna eademque fide exposita & definita sunt, & de Ecclesiastico statu regulariter disposita seruabimus, & defendimus, & ea sequimur, & omnia, quae consonant istis, suscipimus & amplectimur. Quicquid autem non consonat istis, vel à quacunque persona scriptum inueniatur contra ea, quae de vna eademque fide à sanctis quatuor concilijs, vel vno ex his, definita sunt, hoc tanquam alienum omninō pietatis execramur: sequimur autem in omnibus sanctos patres & doctores sancte Dei Ecclesiae, id est, Athanasium, Hilariu, Basilium, Gregoriu Nazanzæ, Theologum, & Gregorium Nysenum, Ambrosium, Theophilum, Iohannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Augustinum, Proculum, Leonem, & omnia, quae ab his de fide recta & ad condemnationem haereticorum, conscripta & exposita sunt, suscipimus. In pdictis igitur omnibus permanentes, illos patres & sacerdotes suscipimus, qd ea, qd à sanctis quatuor Concilijs de fide exposita sunt, & à pdictis sanctis patribus predicata sunt, seruant & praedicant in sancta Dei Ecclesia. Quandò verò haeretici per omnia Theodorum & Nestorium, & eoru impietatem vindicare volentes, sicut pdictum est, & susceptam esse dicunt à sancto Chalcedonensi concilio impiam Epistolam, que ad Marim Persam ab Iba scripta esse dicitur: hortamur vos considerare ea, quae à Theodoro impietam in alijs scripta sunt, quam in Iudaico Symbolo, quod & Ephesi & Chalcedonae prolatum, anathematizatu est ab vtraque Synodo cum his, qui ita sapuerunt, vel sapient: Considerare autem & que de ipso & eius blasphemijs sancti patres conscripserunt, & antecessores nostri promulgauerunt: necnon & quae Ecclesiasticarum historiarum scriptores de eo exposuerunt. Ex his etenim omnibus cognoscitis, quod ab illo tempore condemnatus est tam ipse, quam blasphemiae eius à sanctis patribus, & quod propter istas superioribus temporibus delictum est & nomen eius à sacris diptychis ecclesiae, cuius fuit Episcopus. Hortamur autem etiam illud disceptare, quod vanè profertur ab eis, qui dicunt non oportere post mortem haereticos anathematizari, & sequi in hoc doctrinam sanctorum patrum, qui non solum viuentes haereticos condemnauerunt

Nazanzæ num inteligit.

uerunt, sed & post mortem, vtpotè in sua impietate mortuos anathematizauerunt, sicut eos, qui iniuste condemnati sunt, reuocauerunt post mortem, & in sacris diptychis conscripserunt: quod factum est & in Iohāne, & in Flauiano religiofilis memoriae Episcopis Constantinopolitanis. Scit enim vestra reuerentia, quod positum est à Domino in Euangelio de ipso, quod qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit in eum, iam iudicatus est, quod nō credit in nomine vni-geniti filij Dei. Manifestum autem est, quod hoc non tantum de viuus, sed etiam de his dictum est, qui in sua impietate mortui sunt. Insuper autem hortamur vos inspicere, & qd impiè scripta sunt à Theodoro contra rectam fidem, & Ephesinam primam sanctam Synodum, & contra sanctae memoriae Cyrillum, & cōtra duodecim eius capitula, & quae vni idem Theodoro conscripsit pro Theodoro & Nestorio, & blasphemijs eoru contra sanctae memoriae Cyrillum. Examinare autem & de impia Epistola, quae dicitur ab Iba ad Marim Persam scripta esse: in qua scriptor eius abnegat, Deum verbum hominem factu esse, & sanctam gloriosam semper virginem Mariam Dei genitricem esse. Condemnat autem eadem impia Epistola & Ephesinam primam sanctam Synodum, tanquam sine iudicio & quaestione Nestorio condemnator: & sanctae quidem memoriae Cyrillum Ecclesiae doctorem, haereticum vocat, & impia dicit duodecim eius capitula: Theodorum autem & Nestorium, & eorum impietatem defendit & laudat. Et quoniam, sicut dictum est, praesumit quidam dicere, & Epistolam, quae pdictam impietatem continet, susceptam esse à Chalcedonensi sancto concilio, hortamur vos conferre ea, quae dicta sunt ab eodem sancto concilio in definitione pro fide exposita, cum his, quae in impia epistola continentur, vt vndique recta quod confirmetur, impia autè condemnentur. Omnia igitur pdicta cum omni subtilitate disceptantes, sicut sacerdotes decet, in mente habentes dei timorem & futurum iudicium, & nihil pietati & rectae fidei, & veritati, & Dei gloriae & honori praepoentes, in mente autem habentes & Apostolicam prononciationem, quae contra eos qui contraria rectae fidei tradunt, prolata est, manifestè dicentem, quod licet nos vel angelus de caelo euangelizauerit vobis pterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit: Sicut praediximus, & modò iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit pterquam accepistis, anathema sit: scientes autem & Petri apostoli praecceptum, dicetis, Parati semper esto ad satisfacionem omni petenti vos ratione de spe, quae in vobis est, celeriter de his, quae interrogauimus, vestram manifestate voluntatem. Cum enim qui de recta fide interrogatur, dū protrahit, nihil aliud est, nisi

abnegatio rectae confessionis. In interrogationibus em & responsis que de fide sunt, non est primus vel secundus, sed qui in recta confessione paratior inuenitur, acceptabilis apud DEVM est. Diuinitas vos feruet per multos annos sancti ac religiofilissimi patres. Datur iij. Nonas Maias, Constantinopoli, Imperij domini Iustiani perpetui Augusti anno xxvij. post consulatu Basilij viri clarissimi anno xij.

Stephanus & Georgius & Damianus religiofilissimi Episcopi, vicem agentes Eustochij sanctissimi patriarchae Hierosolymitani, per vnum ex ipsis, Stephanu religiofilissimum episcopu Raphiae, dixerunt: Theodoru vir magnificus exeat, cum satisfecit pijsissimi Imperatoris iussioni. Et cum exisset vir spectabilis filētarius, sancta Synodus dixit: Certis constitutis, que lecta Imperiali forma continentur, quoniam inter nos & Vigiliu sanctissimum antiquioris Romae Papam scripta quaedam facta sunt, ad praesentem causam respicientia, necessarium esse putamus, ante alia omnia haec lectione manifestari. Et cum suscepisset Stephanus notarius & instrumentarius, recitauit: Sanctissimo & beatissimo domino & confacerdoti Vigilio Eutychi-

Littera Eutychie ad Vigilium.

us: Scientes quantum bonorum causa est pax dei, custodiens corda & sensus fidelium, & colligens eos, vt vnum idemque sapiant in recta fidei confessione, & ad perficienda diuina mandata, & propitium Deum faciens in his, quae recta sunt, concordantibus: idèd festinantes vnitatem conseruare, ad Apostolicam sedem vestre beatitudinis manifestum facimus, quod nos semper & seruauimus & seruamus fidem ab initio traditam à magno Deo & saluatore nostro Iesu Christo sanctis Apostolis, & ab illis in omni mundo pdicatam, & à sanctis patribus explanatam, & maximè ab his, qui in sanctis quatuor Synodis congregati sunt, quas per omnia & in omnibus amplectimur & suscipimus: id est, trecentos decem & octo sanctos patres, qui Nicæ congregati sunt, & sanctum symbolu siue mathema fidei exposuerunt, & Arrianam impietatem anathematizauerunt, & eos, qui similia eis sapuerunt vel sapient. Suscipimus autem & centum quinquaginta sanctos patres Constantinopoli cogregatos, qui idem sanctum mathema explanauerunt, & de Deitate Sanctispiritus dilucidauerunt, & haereticum Macedonianu, sanctu spū impugnantē, & Impium Apollinarium cōdemnauerunt, cū his, qui similia illis sapuerunt vel sapient. Suscipimus autem & sanctos ducetos patres in Ephesina prima Synodo congregatos, qui per omnia secuti sunt idem sanctum Symbolum siue mathema, & condēnauerunt Nestorium impium, & impia eius dogmata, & eos, qui similia ei aliquandò sapuerunt vel sapient. Ad hec autem suscipimus & sexcentos triginta sanctos patres Chalcedonae congregatos, qui idem sanctum symbolu siue mathema, & condēnauerunt Nestorium impium, & impia eius dogmata, & eos, qui similia ei aliquandò sapuerunt vel sapient. Ad hec autem suscipimus & sexcentos triginta sanctos patres Chalcedonae congregatos, qui idem sanctum symbolu siue mathema, & condēnauerunt Nestorium impium, & impia eius dogmata, & eos, qui similia ei aliquandò sapuerunt vel sapient. Ad hec autem suscipimus & sexcentos triginta sanctos patres Chalcedonae congregatos, qui idem sanctum symbolu siue mathema, & condēnauerunt Nestorium impium, & impia eius dogmata, & eos, qui similia ei aliquandò sapuerunt vel sapient.

Chrysostr. mum dicit.

Iohan. 3.

Gala. 1.

1. Pet. 3.

Iustinianus ab Episcopo vult doceri.

Coryci

Mileon Aphricanæ provincie, Theodoro reuerendiss. episcopo Leontopolitano Aegypti, Aemiliano reuerendissimo episcopo Antipyrgi, Congne reuerendiss. episcopo Machedeu, Theodotisto reuerendiss. episcopo Pruse, Georgio reuerendissimo episcopo Prolemaidis, Sotero reuerendissimo episcopo Aulonis, Zosimo reuerendissimo episcopo Antandri, Cypriano reuerendissimo episcopo Coryci, Elia reuerendissimo episcopo Diocletianopolitano, Theona reuerendissimo episcopo Cusson, Theodoro reuerendissimo episcopo Limyron, Gennadio reuerendissimo episcopo Zenonopolitano, Asyncretio reuerendissimo episcopo Aradi, Stephano reuerendissimo episcopo Bothrion, Philippo religiosissimo episcopo Phelli, Mena reuerendissimo episcopo Demyriangelis, Genethlio reuerendiss. episcopo Dorylaij, Thoma reuerendissimo episcopo Constantinae, Theodoro reuerendissimo episcopo Leontopolitano, Seuro reuerendissimo episcopo Taboru, Theodotisto reuerendissimo episcopo Halicarnasi, Cosmare reuerendissimo episcopo Malli, Dionysio reuerendiss. episcopo Megarensi, Callinico reuerendissimo episcopo Opuntis, Paschasio reuerendissimo episcopo Aegij, Erasimo reuerendiss. episcopo Cybira, Iohane reuerendissimo episcopo Neocæsareæ Euphratensis, Nonno reuerendissimo episcopo Dausarorum, Stephano reuerendissimo episcopo Balaneon, Thoma reuerendissimo episcopo Circisij, Anatolio reuerendissimo episcopo Sebastae, Constantino reuerendissimo episcopo Midadij, Macario reuerendissimo episcopo Prymnesia, Megalo reuerendissimo episcopo Myri, Thalleæo reuerendissimo episcopo Lindorum, Niceta reuerendiss. episcopo Epiphania, Alexandro reuerendissimo episcopo Dionysi, Pelagio reuerendissimo episcopo Azanon, Hierone reuerendissimo episcopo Anastasiapolitano Phrygiae, Glauco reuerendissimo episcopo Alion, Procopio reuerendiss. episcopo Anteno, Petro reuerendissimo episcopo Dometiopolitano, Iohanne reuerendissimo episcopo Colonia, Vranio reuerendissimo episcopo Trallienfi, Iohanne reuerendissimo episcopo Cerasuntis, Phronymo reuerendissimo episcopo Sinai, Macedonio reuerendissimo episcopo Iustinianopolitano Bithyniae, Ecdicio reuerendissimo episcopo Teni, Eulogio reuerendissimo episcopo Daborum, Theodoro reuerendissimo episcopo Coradeon, Helpidiphoro reuerendiss. episcopo Anastasiopolitano Cariae, Cyriode reuerendiss. episc. Dadimoru, Theodoro reuerendiss. episc. Laodicee, Sila reuerendiss. episc. Tiberiopolitano, Diogene reuerendiss. episc. Augustopolitano, Theodoro reuerendiss. episc. Ingilon, Iuliano reuerendiss. episc. Zeugmatis, Dorymenio reuerendiss. episc. Adraon, Iohane reuerendiss. episc. Leri, Theodoro reuerendiss.

TOM. 2.

episc. Gargaron, Theodoro reuerendiss. episc. Comanoru, Ruphino reuerendiss. episc. Sebastiae Armeniae, Conone reuerendissimo episcopo Semneon, Cyriaco reuerendissimo episcopo Cafatorum, Sifinnio reuerendissimo episcopo Preneti, Iuliano reuerendissimo episcopo Batnon, Anastasio reuerendissimo episcopo Rachlae, Theodoro reuerendissimo episcopo Porthmi, Paulo reuerendissimo episcopo Stectorij, Stephano reuerendissimo episcopo Amasia, Paulo reuerendissimo episcopo Adrassi, Euandro reuerendissimo episcopo Gnidi, Mena reuerendissimo episcopo Carpathij, Diodorus archidiaconus & primicerius reuerentissimorum notariorum, dixit: Meminit sancta vestra synodus gestoru, quae apud vos habita sunt pro insinuatione sacrorum apicium, quos inuictus noster Imperator direxit ad vestram beatitudinem, & quod ante duos istos dies iterum conueniunt ab beatissimo papa antiquioris Romae, tam Eutythius, quam Apollinarius & Dominus sanctissimi patriarchae & religiosissimi episcopi, Benignus Heraclae Pelagiana, vicem agens Eliae religiosissimi episcopi Thessalonicensis, Theodorus Caesareae Cappadociae, Andreas Ephesi, Megethius Heraclae Thraciae, Iohannes Nicomediae, Stephanus Niceae, Constantinus Chalcedonensis, Eusebius Tyri, Iohannes Caesareae Palaestinae, Amazonius Edesae, Theodorus Seleucia, Thomas Apamee Syriae, Pompeianus Byzacij, Phocas Stalienensis, Theodorus Leontopoleos, Stephanus de Clymate, Aemilianus Antipyrgi, quatenus idem religiosissimus Papa secundum promissa sua de suo conuentu manifestet. Sancta synodus dixit: Ordinis gratia ea, quae acta sunt in isto sancto concilio, manifestentur. Et lecta sunt. Diodorus archidiaconus & Primicerius reuerentissimorum notariorum dixit: Petunt omnes alij religiosissimi episcopi & vos sanctissimos patriarchas & religiosissimos episcopos, qui vobiscum fuerunt ad sanctissimum Papam Vigilium, explanare quae subsecuta sunt. Sanctissimi Patriarchae & religiosissimi episcopi, qui cum illis conueniunt ad sanctissimum Papam Vigilium, dixerunt: Secundum promissionem hesterni die factam a beatissimo Papa antiquioris Romae Vigilio, peruenimus ad eum sexto die instantis Maij mensis, id est, ante duos dies, commoventes quidem eius beatitudinem, quae inter nos in scriptis complacuerunt: adhortantes verò eum conuenire vna nobiscum, & tractare & disponere de tribus capitulis, de quibus pijsimus Imperator nos eiusque beatitudinem in scriptis interrogauit. Ille verò respondit, non posse vna nobiscum conuenire, eò quod plurimi quidem hic sunt Orientales episcopi, pauci verò cum eo: facere autem per semetipsum in scriptis suam sententiam, & offerre pijsimo domino. Ideo enim & inducias postulasse ab eius serenitate, vt

Quae sint
acta cum Vi
gilio.

te, vt intra eas suam voluntatem manifestaret. Nos verò dicebamus: Scit vestra beatitudo, quod in his, quae inter nos in scriptis facta sunt, promissis vna cum episcopis, qui nobiscum & comunicant & vniti sunt, conuenire & requirere de his tribus capitulis. Nos verò & comunicamus, & vniti vobiscum sumus, & non decet omnium nostrum conuentum differri propter Occidentales episcopos. Nec enim in sanctis quatuor synodis multitudo Occidentalium episcoporu inuenta est vnquam, sed duo vel tres episcopi & certi clerici. Nunc verò adest quidē vestra beatitudo, multi etiā alij ex Italia praesto sunt episcopi, sunt etiā ex Africa episcopi, & ab Illyrico, & nihil est, quod prohibet conuenire vos vna nobiscum secundum ea, quae inter nos in scriptis facta sunt: & melius est cum charitate decente sacerdotes conuenire, & vnam pro causa sententiam statuere, vt tunc questio communem in scriptis definitionē suscipiat. Hoc enim cognoscēs & pijsimus Imperator inducias dabit omni modo, cum promissio communis a nobis omnibus ei data fuerit, pro causa definitione. Si verò non vultis secundum ea, quae in scriptis nobis placuerunt, conuenire, cognoscat vestra beatitudo, quod oportet & nos in vnum conuenientes nostrā manifestare voluntatem. Nec enim iustum est, vel tam Christianissimum Imperatorem, vel fidelem populum scandalizari ex dilatione, quae in medio circa responsionem efficitur. Et his dictis, promissimus omnia suggerere pijsimo domino. Quo a nobis facto, promissit eius serenitas transmittere quosdam gloriosissimos Iudices vna cum religiosiss. episcopis, ad eundem beatissimum virum, vt de eis de etiā iterum eum adhortarentur, Diodorus archidiaconus & primicerius reuerentissimorum notariorum, dixit: Quoniam sicut promissit pijsimus Imperator, hesterni die destinavit ad religiosiss. Papam Vigilium Petrum patricium & Constantinum viros gloriosiss. missi aut sunt & a vestro sancto concilio, Theodorus Caesareae Cappadociae, Benignus Heraclae Pelagoniae, Andreas Ephesi, Megethius Heraclae Thraciae, Constantinus Chalcedonis, Eusebius Tyri, Iohannes Caesareae Palaestinae, Amazonius Edesae, Theodorus Seleucia, Phocas Stalienensis, Theodorus Leontopoleos, Aemilianus Antipyrgi, religiosiss. episcopi: & praesto sunt praedicti gloriosiss. Iudices, iussi a pijsimo Imperatore dicere ante sanctam synodum, quae praesentibus eis subsecuta sunt, hoc ipsum suggerim.

Sancta synodus dixit: Praedicti gloriosissimi viri, secundum quod iustum est a pijsimo Imperatore, dignentur dicere, quae ipsis praesentibus subsecuta sunt. Liberius gloriosiss. patricius, Petrus gloriosiss. patricius & magister officiorum, Patricius gloriosiss. patricius & Constantinus gloriosissimus quaestor sacri palatii per gloriosissimum quaestorē Con-

TOM. 2.

stantinum dixerunt. Et primo die instantis Maij mensis secundum iussionem pijsi domini peruenimus ad beatissimum Papam Vigilium, vna cum gloriosissimis patricijs, Belisario, Cethego & rustico: & septimo die instantis Maij mensis peruenimus iterum ad eundem beatissimum virum vna cum Theodoro Caesareae Cappadociae, Benigno Heraclae Pelagoniensis, Andrea Ephesi, Megethio Heraclae Thraciae, Constantino Chalcedonis, Eusebio Tyri, Iohanne Caesareae Palaestinae, Amazonio Edesae, Theodoro Seleucia, Phoca Stalienensis ciuitatis, Theodoro Leontopoleos & Aemiliano Antipyrgi, religiosiss. episcopis. In vtroque aut die eandem responsionem diximus a pijsimo domino, i. vt conueniret vna nobiscum omnibus, & tractaret de tribus capitulis, his qui volunt fidutiā habere tibus contradicendi, vt per comunem consensum omnium, sine susciperet causa trium capitulorum. Et plurimis de hoc motis, postulavit inducias accipere vt solus responderet. Nos verò ad eum diximus, quod solus quidē sepius in scriptis & sine scriptis eodem habuit ista tria capitula: pijsimus autem dominus in comuni vult te vna cum alijs conuenire, & sic de his iudicium fieri. De inducijs verò & per alios suggestit tua beatitudo pijsimo domino, & respondit eius maiestas, quod si quidem conueniatis vna cum beatissimis patriarchis, & religiosiss. episcopis secundum quod inter vos visum est, debentes tractare, & communiter de tribus capitulis disponere, praesto tō solum quantas nunc dicitis inducias, sed etiā longiores: si autem per semetipsum vult tua beatitudo suā manifestare voluntatē, necesse est nos etiā ab his, qui propter hoc vocati sunt religiosissimi sacerdotes, & tantum tempus hic commorati sunt, synodice discere, quae de his habent voluntatem. Nos enim nō possumus dei Ecclesiam ulterius in tanta consensione relinquere, maxime hereticis calūniantibus eius sacerdotes tāquam Nestorij sequaces. Et iterum promissit solus facere, & transmittere pijsimo dño. Sancta synodus dixit: Et religiosiss. episcopi, qui vna cum gloriosissimis iudicibus ad sanctissimum papam Vigilium fuerunt, quae subsecuta sunt, dicant. Religiosissimi episcopi dixerunt: Secundum iussionem pijsimi Imperatoris & praecipitū vestre sanctitatis fuimus vna cum Liberio gloriosissimo patricio, Petro gloriosiss. patricio & magistro officiorum, & Patricio gloriosissimo patricio, & Constantino gloriosissimo quaestore sacri palatii, ad sanctissimum papam Vigilium, & ingressis nobis gloriosissimus magister & gloriosissimus quaestor proposuerunt praesentibus nobis iussionem pijsimi Imperatoris sanctissimo papae, & multa dicta sunt similia illis, quae & ante a vestra sanctitate praecedenti die apud eundem sanctissimum Papam mota sunt, & quae nunc exposuerunt gloriosissimi Iudices, sci-

mu

Episcoporum est de negotijs fidei congnoscere & statuere.

Legatio synodi ad episcopos absentibus.

mus & nos nota esse apud ipsius sanctitatem. Gloriosissimi iudices dixerunt: Nos quidem hoc quod iussi sumus a pijsimo Imperatore, impleuimus, & inus ad sacrum eius palatium, in eius obsequium permanfur: vos autem Dei timorem pro oculis habentes, celerem finem imponere causam dignamini conuenientem his, quae a sanctis quatuor concilijs de fide recta definita sunt: scientes quod pijsimus Imperator specialiter iussit nobis dicere vestrae sanctitati, quod ipse quae a sanctis quatuor Concilijs de vna eademque fide definita & iudicata sunt, & seruauit & seruat, & vindicauit & vindicat: & omnia quae conueniunt his, quae ab iisdem sanctis Concilijs pro recta fide definita sunt, & suscipit & seruat: omnia autem contraria his, quae ab ipsis de fide recta iudicata sunt, & rejicit, & aliena de Ecclesia iudicat esse. Nam & sanctas quatuor Synodos maiestas ipsius sacris Ecclesiae diptychis inseri & praedicari fecit: quod ante Imperium diuinitus ei datum, in sancta Ecclesia non procedebat. Et cum recessissent gloriosissimi iudices, sancta synodus dixit: Certis constitutis, quae & nunc apud beatissimum papam Vigilium subsecuta sunt per expositionem gloriosissimorum iudicum & religiosissimorum Episcoporum, cum nos per omnia quod decet & seruauimus, & seruamus, & sepius petiuimus sanctissimum Papam Vigilium vna nobiscum conuenire, & definitionem vna nobiscum his quae mouentur, imponere, quonia ex religiosissimis episcopis, qui in hac regia ciuitate degere noscuntur, non sunt in nostro concilio praesentes, de Africanis quidem Primasius reuerendissimus vnus Byzacena praeciae Episcopus, de Illyrico autem Sabinianus, & Proiectus, & Paulus religiosissimi episcopi: Theodorus reuerendissimus episcopus Lymoron, Anatolius reuerendissimus episcopus Cyma, Diogenianus reuerendissimus episcopus Sozopolitanus, vna cum Ammonio, Petro & Theodoro reuerendissimis presbyteris, & Ecclesiae huius regiae vrbis defensoribus, pergant & adhortentur eos venire, & partem fieri huius sancti Concilij. Et cum essent destinati reuerendissimi viri ad praedictos religiosissimos episcopos, & reueresi sunt, Theodorus episcopus Lymoron dixit: Pro iussione vestrae beatitudinis fuimus tam ego, quam Ammonius reuerendissimus presbyter & huius sanctae magnae Ecclesiae defensor, in domum Marinae ad Primasium reuerendissimum episcopum Afrum, & adhortati sumus eum, vt veniret, & consideret vestrae sanctitati: Ille autem dixit, Papa non praesente, non venio. Ammonius presbyter & defensor ecclesiae, dixit: Verum docuit Theodorus reuerendissimus episcopus Lymoron, ita enim diximus, & audiuimus ab eo. Anatolius episcopus Cyma, dixit: Secundum iussionem beatitudinis vestrae fuimus tam ego quam Petrus reuerendissimus presbyter & defensor huius sanctae magnae Ecclesiae, in loco, qui dicitur Palea, in domo pijsimi & tranquillissimi Imperatoris, ad Sabinianum reuerendissimum episcopum Zaparenam ciuitatis Illyricanae dioeceseos, & adhortati sumus eum vt conueniret, & consideret vestrae sanctitatis synodo: qui dixit, non posse venire, eod quod non praestitum est archiepiscopus eius Benenatus: dixit autem, ego illi respondeo. Petrus presbyter & defensor Ecclesiae dixit: Vera dixit Anatolius reuerendissimus episcopus Cyma: sic etenim & diximus, & audiuimus ab eo. Diogenianus episcopus Sozopolitanus Pifidiae, dixit: Secundum iussionem vestrae beatitudinis, perueni vna cum Theodoro reuerendissimo presbytero & defensore huius sanctae Ecclesiae, ad Proiectum reuerendissimum episcopum Naifitanum Illyricae dioeceseos, qui habitat in domo Maxentiani, & diximus ei tale responsum, quod hortantur vos sanctissimi patriarchae & reliqui omnes fratres vestri religiosissimi episcopi, venire in sanctam synodum, & dixit, quod archiepiscopus Benenatum accedo, & ad eum respondeo. Cum autem peruenissemus ad Paulum religiosissimum episcopum secundae Iustinianae, qui habitat in domo Germani propè portum Cesarij, & dixissemus ei quae vestrae sanctitatis iussit, respondit quod archiepiscopus habeo, & ei respondeo. Theodorus presbyter & defensor ecclesiae, dixit: Secundum iussionem vestrae beatitudinis cum peruenissem vna cum Diogeniano reuerendissimo episcopo Sozopolitano ad praedictos reuerendissimos episcopos Proiectum Naifitanum, & Paulum secundae Iustinianae, adhortati sumus eos venire in isto sancto concilio: responderunt illa, quae edocuit praedictus reuerendissimus episcopus Diogenianus.

Sancta synodus dixit: Oportebat quidem Primasium, & Sabinianum, & Proiectum & Paulum religiosissimos episcopos, conuocatos ab hoc sancto concilio, aduenire, & participes fieri omnium quae mouentur, maxime cum & pijsimus Imperator, & nos ipsi licentiam dedimus vnicuique suam voluntatem, quam pro his, quae mouentur, habet, facere manifestam: quoniam verò hoc non fecerunt, de Primasio quidem secundum ecclesiasticam traditionem opportuno tempore quae oportet, disponantur: Sabiniano autem, & Proiecto, & Paulo reuerendissimis episcopis licebit, secundum quod petierunt, ad Benenatum religiosissimum episcopum accedere, qui communicat nobis, & consentit his, quae ab ista Synodo aguntur, sicut ostendunt ea, quae sepius scripta & fecit: & quae Phocas religiosissimus episcopus sub eius dioecesi constitutus, praestitum est huic sancto Concilio, & eius vices agit: & haec quidem sic ordinetur. Incongruum autem sacerdotibus esse putates, prorahere dandum a nobis responsum Christianissimo Imperatori, apostolo-

Sententia synodi de episcopis absentibus.

1. Petr. 3.

apostolo maxime Petro dicere. Oportet nos paratos esse ad satisfactionem omni poscenti nos ratione de nostra salute, Deo iuuante, futuro die conuenientes, quae oportet agere.

IMPERII DOMINI IVSTINIANI PERPETVI AVGVSTI, ANNO XXVII. POST CONSULATVM BASILII VIRI CLARISSIMO ANNO XII. DIE 7. IDVS MAIAS, INDICITIONE I.

Confessio seu Collatio.

Confidentibus in secretario venerabilibus episcopis huius regiae ciuitatis, Eutychio sanctissimo patriarcha regiae Constantinopolis nouae Romae, Apollinario sanctissimo archiepiscopo Alexandrinae magnae ciuitatis, Dominio sanctissimo patriarcha Theopolitanae magnae ciuitatis, Stephano religiosissimo episcopo Raphia, Georgio religiosissimo episcopo Tiberiadis, Damiano reuerendissimo episcopo Sozysae, vicem agentibus Eustochij sanctissimi episcopi Hierosolymitani, Benigno religiosissimo episcopo Heracleae Pelagoniae, vicem agente Elię beatissimi episcopi Thessalonicensis, Theodoro religiosissimo episcopo Caesareae primae Cappadociae prouinciae, Andrea religiosissimo episcopo Ephesi, Sextiliano religiosissimo episcopo Tunienfi, vicem agente Primosi religiosissimi episcopi Carthaginis, Megethio religiosissimo episcopo Heracleae Thraciae, Anastasio religiosissimo episcopo Tabiae, vicem agente Dorothei religiosissimi episcopi Ancyrae, Iohanne reuerendissimo episcopo Iliensi, vicem agente Euprepij religiosissimi episcopi Cyzicena ciuitatis, Eusebio religiosissimo episcopo Tyri, Iohanne religiosissimo episcopo Nicomediae, Stephano religiosissimo episcopo Niceae, Constantino religiosissimo episcopo Chalcedonensi, Petro religiosissimo episcopo Tarfi, Iohanne reuerendissimo episcopo Caesareae Palaestinae, Pompeiano religiosissimo episcopo Byzacii, Amazonio religiosissimo episcopo Edessa, Alexandro religiosissimo episcopo Gangroru, Thoma reuerendissimo episcopo Apameae Syriae, Euphranta religiosissimo episcopo Tyanorum, Theodoro religiosissimo episcopo Hierapolis Syriae, Bosporio religiosissimo episcopo Neocaesareae, Iohanne religiosissimo episcopo Bostra, Philippo religiosissimo episcopo Myrorum, Theodoro religiosissimo episcopo Seleucia Isauriae, Iuliano religiosissimo episcopo Sardiensi, Theodoro religiosissimo episcopo Gortyne, Eustachio religiosissimo episcopo Damasci, Theodosio religiosissimo episcopo Rhodi, Firmo religiosissimo episcopo Potipason Africae prouinciae, Theodoro religiosissimo episcopo Antiochia Pifidiae, Phoca religiosissimo episcopo Staliensi, Eulogio religiosissimo episcopo Pergae, Seueriano religiosissimo episcopo Aphrodisiadis, Cyriaco religiosissimo episcopo Amydae, Severo reli-

giosissimo episcopo Synnadorum, Petro religiosissimo episcopo Sidae, Abrahamio religiosissimo episcopo Sergiopolitano, Asignio reuerendissimo episcopo Traianopolitano, vicem agente, Iohannis religiosissimi episcopi Laodiceae Pacatiana, Crisco religiosissimo episcopo Cuiculi, Theodosio religiosissimo episcopo Iustinianopolitano secundae Cappadociae, Stephano religiosissimo episcopo Laodiceae siue Theodoriadis, Auxanone religiosissimo episcopo Hierapolis Phrygiae, Eustathio religiosissimo episcopo Maximianapolitano, Aetherio religiosissimo episcopo Anazarbi, Domecio religiosissimo episcopo Chalcidis, Valeriano religiosissimo episcopo Obbae Africae prouinciae, Dionysio religiosissimo episcopo Seleucia Syriae, Theodoro religiosissimo episcopo Dryziparon, Severo religiosissimo episcopo Papeiopolitano Paphlagoniae, Georgio religiosissimo episcopo Iustinianae Cypselon, Romano reuerendissimo episcopo Labalon, Georgio reuerendissimo episcopo Iustinianopolitano Armeniae, Iohanne reuerendissimo episcopo Nyssae, Basilio reuerendissimo episcopo Iustinianopolitano Camylanorum, Iohanne reuerendissimo episcopo Barcyforu, Cresconio reuerendissimo episcopo Zatarensi prouinciae Numidia, Sergio reuerendissimo episcopo Cyno secundae Aegypti, Christophoro reuerendissimo episcopo Archadiopolitano Asiae, Theodosio reuerendissimo episcopo Bybli, Leontio reuerendissimo episcopo Arca, Iohanne reuerendissimo episcopo Myrenae, Alexandro reuerendissimo episcopo Amphipolitano, Stephano reuerendissimo episcopo Clysmatis, Thoma reuerendissimo episcopo Berissae, Aristodemone reuerendissimo episcopo Philomelii, Thallego reuerendissimo episcopo Adrianopolitano Pifidiae, Theodisto reuerendissimo episcopo Erythron, Diogeniano reuerendissimo episcopo Sozopolitano, Basilio reuerendissimo episcopo Tamaethesi, Anatolio reuerendissimo episcopo Cyma, Diogene reuerendissimo episcopo Cratae, Restuto reuerendissimo episcopo Mileon Aphricanae prouinciae, Theodoro reuerendissimo episcopo Leotopolitano Aegypti, Conone reuerendissimo episcopo Mago diensi, Amiliano reuerendissimo episcopo Antipyrgi, Theodisto reuerendissimo episcopo Pruse, Georgio reuerendissimo episcopo Prolemaidis, Sotero reuerendissimo episcopo Aulonis, Zosimo reuerendissimo episcopo Antandri, Cypriano reuerendissimo episcopo Coryci, Elia reuerendissimo episcopo Diocletianopolitano, Theona reuerendissimo episcopo Cysson, Theodoro reuerendissimo episcopo Limyro, Gennadio reuerendissimo episcopo Zenopolitano, Asyncretio reuerendissimo episcopo Aradi, Stephano reuerendissimo episcopo Botrion, Philippo reuerendissimo episcopo Phelli, Mena reuerendissimo episcopo Demy-

Demyriangelis, Genethlio reuerendissimo episcopo Dorylaij, Thoma reuerendissimo episcopo Constantinae, Theodoro reuerendissimo episcopo Halicarnasi, Cosma reuerendissimo Episcopo Leontopolitano, Seuerio reuerendissimo Episcopo Taborum, Theodisto reuerendissimo Episcopo Malii, Dionysio reuerendissimo Episcopo Megarensi, Callinico reuerendissimo Episcopo Opuntis, Paschasio reuerendissimo episcopo *Cybyrae, Iohanne reuerendissimo episcopo Neocæsareae Euphratensis, Nonno reuerendissimo episcopo Daufarorum, Stephano reuerendissimo episcopo Balaneon, Thoma reuerendissimo episcopo Circisij, Anatolio reuerendissimo episcopo Sebaste, Constantino reuerendissimo episcopo Midaij, Macario reuerendissimo episcopo Prymnesiae, Megalo reuerendissimo episcopo Myri, Thalleæo reuerendissimo episcopo Iusidorum, Niceta reuerendissimo episcopo Epiphaniae, Alexandro reuerendissimo episcopo Dionysij, Pelagio reuerendissimo episcopo Azanon, Hierone reuerendissimo episcopo Anastasiopolitano Phrygiae, Glaucio reuerendissimo episcopo Alion, Procopio reuerendissimo episcopo Antinoi, Petro reuerendissimo episcopo Dometiopolitano, Iohanne reuerendissimo episcopo Coloniae, Vranio reuerendissimo episcopo Tralliensis, Iohanne reuerendissimo episcopo Cerasuntis, Phronymo reuerendissimo episcopo Sinai, Macedonio reuerendissimo episcopo Iustinianopolitano Bithyniae, Ecdicio reuerendissimo episcopo Teni, Eulogio reuerendissimo episcopo Danaborum, Theodoro reuerendissimo episcopo Coradeon, Helpidophoro reuerendissimo episcopo Anastasiopolitano Carij, Cyrione reuerendissimo episcopo Dardimoru, Theodoro reuerendissimo episcopo Laodicee, Sila reuerendissimo episcopo Tiberiopolitano, Diogene reuerendissimo episcopo Augustopolitano, Theodoro reuerendissimo episcopo Ingilon, Iuliano reuerendissimo episcopo Zeugmatis, Dorymenio reuerendissimo episcopo Adraon, Iohanne reuerendissimo episcopo Leri, Theodoro reuerendissimo episcopo Gargaron, Theodoro reuerendissimo episcopo Comanorum, Rufino reuerendissimo episcopo Sebastiae Armeniae, Conone reuerendissimo episcopo Semneon, Cyriaco reuerendissimo episcopo Casatorum, Sisinno reuerendissimo episcopo Præneti, Iuliano reuerendissimo episcopo Batnon, Anastasio reuerendissimo episcopo Rachla, Theodoro reuerendissimo episcopo Porthmi, Paulo reuerendissimo episcopo Stectorij, Stephano reuerendissimo episcopo Amaseae, Paulo reuerendissimo episcopo Adraasi, Euandro reuerendissimo episcopo Gnidij, Mena reuerendissimo episcopo Carpathij, Diodorus archidiaconus & primicer-

TOM. 2.

rius reuerendissimorum notariorum, dixit: Hesternò die conuentione facta, interlocuta est vestra sanctitas, vt hodierno die sancta vestra Synodus colligatur, & fugerimus ad quod placuerit. Sancta synodus dixit: Ordinis gratia, omnia quae gesta sunt, recitentur.

Quo facto, sancta synodus dixit: Omnibus proponentes, & sacerdotibus conuenire putantes initium facere gestorum, quae apud nos habentur, de tribus capitulis, de quibus scriptis interrogati sumus à pijsimo & tranquillissimo Imperatore, & manifestum omnibus facere de fide recta, & sanctis patribus & doctoribus, qui per diuersa tempora in sancta Dei Ecclesia splenderunt, Confitemur fidem tenere & praedicare ab initio donatam

Incipiunt tractare de tribus capitulis.

Professione fidei.

à magno Deo & saluatore nostro Iesu Christo, sanctis Apostolis & ab illis in vniuerso mundo praedicatam, quam & sancti patres confessi sunt, & explanauerunt, & sanctis ecclesijs tradiderunt, & maxime, qui in sanctis quatuor synodis conuenerunt: quos p omnia & in omnibus sequuntur, & suscipimus cum alijs sanctis patribus & sanctas quatuor synodos, id est, trescentos decem & octo sanctos patres Niceae congregatos: & centum quinquaginta, qui Constantinopoli conuenerunt: & Ephesi primò ducentos, & Chalcedoniae sexcentos triginta, & omnia, quae à praedictis sanctis quatuor concilijs, pro vna eademque fide definita sunt, suscipimus: & omnes condemnatos praedictis sanctis quatuor Concilijs, tanquam condemnatos & anathematizatos habemus, vnà cum alijs haereticis. His ita se habentibus, certū facimus, quòd omnia, quae à praedictis sanctis quatuor concilijs, sicut praedictū est, pro recta fide definita sunt, & de statu Ecclesiastico regulariter disposita, & seruauimus, & seruamus. Licet enim per diuersa tempora contra exortos haereticos praedicta sancta quatuor Synodi facta sunt, tamen vnà eandemque confessionem rectae fidei seruauerunt & praedicauerunt: & idèd omnia quidem consonantia his, quae à memoratis sanctis quatuor Concilijs pro recta fide definita sunt, suscipimus: omnia verò, quae non consonant his, quae definita sunt ab iisdem quatuor sanctis Concilijs, pro recta fide, vel ad iniuriam, vel ad contrarietatem earūdem quatuor Synodorum, vel vnus ex his, & ad defensionem hereticorum & eorum impietatis scripta sunt, aliena pietatis iudicantes condemnamus & anathematizamus. Super hæc, sequimur per omnia & in

Doctores approbati.

Hilariū, Basilium, Gregorium Theologū, & Gregorium Nyssenum, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Iohannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proculum: & suscipimus omnia, quae de recta fide & condemnatione hereticorū exposuerunt. Suscipimus autem & alios sanctos & orthodoxos patres, qui in sancta Dei Ecclesia re-

ctam

ctam fidem irreprehensibiliter vsq; ad finem suae vitae praedicauerunt. Haecigitur recta confessio in sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia seruanda & praedicanda, si quis semetipsum ab eius communione separet, contraria ei sapiens, talis semetipsum alienas rectae fidei, & haereticis connumerans, iustè à sancta Dei ecclesia condemnatur, & anathematizatur. De disceptatione autem trium capitulorum, hoc est, de Theodoro Mopsuesteno & scriptis eius, & de epistola, quae dicitur Ibae ad Marim Persam scripta, & de conscriptis Theodoret, quae contra rectam fidem, & sanctae memoriae Cyrillum, & contra duodecim eius capitula exposita sunt, pro quibus & interrogauit nos pijsimus & tranquillissimus Imperator, quoniam specialis indigent conuentus, alio die, Deo adiuuante, conueniamus.

IMPERII DOMINI IVSTINIANI PERPETVI AVGVSTI, ANNO XXVII. POST Consulatum Basilij vni clarif. anno xij. die 4. Idus Maias, Indictione 1.

Confessio seu Collatio 4.



*Paphlagonia,

Onsidētibus in Secretario venerabilibus Episcopis huius regiae ciuitatis, Eutychio sanctissimo patriarcha regiae Constantinopolis nouae Romae, Apollinario sanctissimo Archiepiscopo Alexandrinae magnae ciuitatis, Dominano sanctissimo patriarcha Theopolitanae magnae ciuitatis, Stephano religiofissimo episcopo Raphiae, Georgio religiofissimo episcopo Tiberiadis, Damiano religiofissimo episcopo Sozyge, vicem agentibus Eustochij sanctissimi episcopi Hierosolymitani, Benigno religiofissimo episcopo Heraclae *Paphlagoniae, vicem agente Eliae beatissimi episcopi Thessalonicensis, Theodoro religiofissimo episcopo Caesareae primae Cappadociae provinciae, Andrea religiofissimo episcopo Ephesi, Sextiliano religiofissimo episcopo Tunienfi, vicem agente Primo si religiofissimi episcopi Carthaginis, Megethio religiofissimo episcopo Heraclae Thraciae, Anastasio religiofissimo episcopo Tabiae, vicem agente Dorothei religiofissimi episcopi Ancyrae, Iohanne reuerendissimo episcopo Ilicenti, vicem agente Euprepij religiofissimi Episcopi Cyzicena ciuitatis, Eusebio religiofissimo episcopo Tyri, Iohanne religiofissimo episcopo Nicomediae, Stephano religiofissimo episcopo Niceae, Conflatino religiofissimo episcopo Chalcedonenfi, Petro religiofissimo episcopo Tartu, Iohanne reuerendissimo episcopo Cucuforum, vicem agente Palladij religiofissimi episcopi Melitinae, Iohanne religiofissimo episcopo Caesareae Palaestinae, Pöpeiano religiofissimo episcopo Byzacij, Amazo-

TOM. 2.

nio religiofissimo episcopo Edessa, Alexandro religiofissimo episcopo Gangroru, Thoma religiofissimo episcopo Apameae Syriae, Euphranta religiofissimo episcopo Tyanorum, Theodoro religiofissimo episcopo Hierapolis Syriae, Bosphorio religiofissimo episcopo Neocæsareae, Iohanne religiofissimo episcopo Boltrae, Philippo religiofissimo episcopo Myrorum, Theodoro religiofissimo episcopo Seleuciae Isauriae, Iuliano religiofissimo episcopo Sardes, Theodoro religiofissimo episcopo Gortyne, Eustathio religiofissimo episcopo Damasci, Theodosio religiofissimo episcopo Rhodi, Firmo religiofissimo episcopo Tipasori Africanæ provinciae, Theodoro religiofissimo episcopo Antiochiae Pisdiae, Phoca religiofissimo episcopo Stalienti, Eulogio religiofissimo episcopo Pergae, Seueriano religiofissimo episcopo Aphrodisiadis, Cyriaco religiofissimo episcopo Amidae, Seuerio religiofissimo episcopo Synnadoru, Petro religiofissimo episcopo Sydae, Abrahamio religiofissimo episcopo Sergiopolitano, Afignio religiofissimo episcopo Tra-nopolitano, vicem agente Iohannis religiofissimi episcopi Laodiceae Phrygiae Patatianae, Iohanne religiofissimo episcopo Adrianopolitano episcopo Thraciae, Cresco religiofissimo episcopo Cuiculi, Theodosio religiofissimo episcopo Iustinianopolitano secundae Cappadociae, Stephano religiofissimo episcopo Laodiceae siue Theodoriadis, Auxanone religiofissimo episcopo Hierapolis Phrygiae, Eustachio religiofissimo episcopo Maximianopolitano, Aetherio religiofissimo episcopo Anazarbi, Dometio religiofissimo episcopo Chalcidis, Valeriano religiofissimo episcopo Obbae Africanæ provinciae, Dionysio religiofissimo episcopo Seleucia Syriae, Theodoro religiofissimo episcopo Dryziparon, Seuerio religiofissimo episcopo Pompeiopolitano Paphlagoniae, Georgio religiofissimo episcopo Iustinianae Cypselon, Romano reuerendissimo episcopo Gabalon, Gregorio reuerendissimo episcopo Iustinianopoleos Armeniae, Iohanne reuerendissimo episcopo Nyssa, Basilio reuerendissimo episcopo Iustinianopolitano Camulianorum, Iohanne reuerendissimo episcopo Barcusorum, Cresconio reuerendissimo episcopo *Zatarati provinciae Numidiae, Sergio reuerendissimo episcopo Cynon secundae Aegypti, Christophoro reuerendissimo episcopo Archadiopolitano Asiæ, Theodosio reuerendissimo episcopo Bybli, Leontio reuerendissimo episcopo Arcae, Iohanne reuerendissimo episcopo Myrene, Alexandro reuerendissimo episcopo Amphipolitano, Stephano reuerendissimo episcopo Clysmatis, Thoma reuerendissimo episcopo Berisfae, Aristodemo reuerendissimo episcopo Philomelii, Thalleæo reuerendissimo episcopo Adrianopolis Pisdiae, Theodisto reuerendissimo episcopo Cerythro, Diogeniano reuerendissimo episcopo Sozopolitano, Basso reuerendissimo episcopo Tamiathensi, Anatolio reuerendissimo

VV episcopo

*Coryci

*Lymiron

episcopo Cyme, Diogene reuerendissimo episcopo Cratia, Restuto reuerendissimo episcopo Mileon Africanae prouinciae, Theodoro reuerendissimo episcopo Leontopolitano Aegypti, Aemiliano reuerendissimo episcopo Antipyrgi, Conone reuerendissimo episcopo Magoedesi, Theodotisto reuerendissimo episcopo Prusa, Georgio reuerendissimo episcopo Ptolemaidis, Sotere reuerendissimo episcopo Aulonis, Zosimo reuerendissimo episcopo Antandri, Cypriano reuerendissimo episcopo Coryti, Elia reuerendissimo episcopo Diocletianopolitano, Theona reuerendissimo episcopo Cusson, Theodoro reuerendissimo episcopo Lymyron, Gennadio reuerendissimo episcopo Zenonopolitano, Asyncretio reuerendissimo episcopo Aradi, Stephano reuerendissimo episcopo Botryon, Philippo reuerendissimo episcopo Phelli, Mena reuerendissimo episcopo Demyriangelis, Genethlio reuerendissimo episcopo Dorylaij, Thoma reuerendissimo episcopo Constantinae, Theodoro reuerendissimo episcopo Leontopolitano, Seuero reuerendissimo episcopo Tabori, Theodotisto reuerendissimo episcopo Halycarnasi, Cosma reuerendissimo episcopo Malli, Dionysio reuerendissimo episcopo Megarensi, Callinico reuerendissimo episcopo Opuntis, Paschasio reuerendissimo episcopo Aegij, Erasmo reuerendissimo episcopo Cybira, Iohanne reuerendissimo episcopo Neocesareae Euphratensis, Nonno reuerendissimo episcopo Daufarorum, Stephano reuerendissimo episcopo Balaneon, Thoma reuerendissimo episcopo Circisij, Anatolio reuerendissimo episcopo Sebastae, Constantino reuerendissimo episcopo Midaij, Macario reuerendissimo episcopo Prymnesia, Megalo reuerendissimo episcopo Miri, Thallelaeo reuerendissimo episcopo Inndorum, Niceta reuerendissimo episcopo Epiphaniae, Alexadro reuerendissimo episcopo Dionysij, Pelagio reuerendissimo episcopo Azanon, Hierone reuerendissimo episcopo Anastasiopolitano Phrygiae, Glauco reuerendissimo episcopo Alion, Procopio reuerendissimo episcopo Antinoi, Petro reuerendissimo episcopo Dometiopolitano, Iohanne reuerendissimo episcopo Colonie, Vranio reuerendissimo episcopo Tralliensis, Iohanne reuerendissimo episcopo Cerasuntis, Phronymo reuerendissimo episcopo Sinai, Macedonio reuerendissimo episcopo Iustinianopolitano Bithyniae, Ecdicio reuerendissimo episcopo Teni, Eulogio reuerendissimo episcopo Danaborum, Theodoro reuerendissimo episcopo Coradeon, Helpidiphoro reuerendissimo episcopo Anastasiopolitano Cariae, Cyrione reuerendissimo episcopo Dadimorum, Theodoro reuerendissimo episcopo Laodiceae, Sila reuerendissimo episcopo Tiberiopolitano, Diogene reuerendissimo episcopo Augustopolitano, Theodoro reuerendissimo episcopo Ingilon, Iuliano reuerendissimo episcopo Zeugmatis, Dorymenio reuerendissimo episcopo

TOM. 2.

Adraon, Iohane reuerendissimo episcopo Leris, Theodoro reuerendissimo episcopo Gargaron, Theodoro reuerendissimo episcopo Comanorum, Ruphino reuerendissimo episcopo Sebastiae Armeniae, Conone reuerendissimo episcopo Semneon, Cyriaco reuerendissimo episcopo Cafatorum, Silinnio reuerendissimo episcopo Praeneti, Iuliano reuerendissimo episcopo Batnon, Anastasio reuerendissimo episcopo Rachlae, Theodoro reuerendissimo episcopo Porthmi, Paulo reuerendissimo episcopo Stectorij, Stephano reuerendissimo episcopo Amasiae, Paulo reuerendissimo episcopo Adrassi, Euandro reuerendissimo episcopo Gnidij, Mena reuerendissimo episcopo Carpathij: Diodorus archidiaconus & primicerius reuerentissimorum notariorum, dixit: Anteriore die cum conuenisset vestrum sanctum Concilium, & quaedam lecta fuissent, interlocuti estis, ut alio die de exortis tribus capitulis quaestio procedat. Nunc igitur collecta vestra sancta synodo, suggerimus ad quod placuerit. Sancta synodus dixit: Quae iam gesta sunt, recitentur. Quo facto, sancta Synodus dixit: Ad longum tempus extensis, quae de Theodoro mouentur, qui Mopsuestena sanctae Ecclesiae fuit episcopus, & epistola quae dicitur Ibae, necnon Theodoretis conscriptis, neminem quidem omnium lauit, quae ipse Theodorus in diuersis codicibus exposuit, & quae ad aliorum duorum capitulorum examinationem pertinent. Necessario autem constituto quaestione de his communiter procedere, notarij nostri prima vice scripta ex Theodori codicibus in medio proferant, quorum gratia & a sanctis patribus scimus eum accusatum esse. Notarij dixerunt: Habemus praemanibus scripta, quae ex Theodori codicibus collegistis. Sancta Synodus dixit: Legantur. Et cum accepisset Calonymus diaconus & notarius, recitauit:

THEODORI MOPSVESTENI ex tertio libro contra impium Apollinariu.

Quomodo igitur tu, cui super omnes maxime decet dementiu regimē, illum qui ex virgine natus est, neū esse, & ex Deo consubstantiali patri, existimari dicis, nisi forte sancto spiritui imputare illius creationem nos iubes? Sed qui Deus est, & ex Deo, & consubstantialis patri, & quidē, qui ex virgine natus erat, o mirande, & qui per spiritum sanctum secundum diuinas scripturas plasmatus est, & consubstantialis patri, nisi forte idem existimandum nobis est, & quod natus est, & quod est in nato templum,

Theodori Mopsuesteni scripta excutitur,

plum, & qui in templo est, Deum verbum: non tamen nec secundum tuam vocem pronuncianandum est, omnino ex virgine Deum natum esse & ex Deo consubstantiali patri. Nam si non homo est, sicut dicis, assumptus, qui natus est ex virgine, Deus vero incarnatus, quomodo qui natus est, Deus ex Deo, & consubstantialis diceretur patri, carne non potente hanc vocem suscipere? Nam est quidem dementia, Deum ex virgine natu esse dicere. Hoc enim nihil aliud est, quam ex femine eum dicere Dauid de substantia virginis genitu, & in ipsa plasmatu: quia quod ex femine Dauid & de substantia virginis est, materno ventre constitit, & sancti spiritus plasmatum virtute, natum fuisse dicimus de virgine. Ut autem aliquis & hoc concedat dicere ipsis, quod Deus ex Deo & consubstantialis patri natus est ex virgine, eo quod est in templo nato, sed non per se natus est Deus verbum, incarnatus vero, sicut dicit iste sapiens: Si igitur cum carne eum natum esse dicunt, quod autem natus est, Deus, & ex Deo, & consubstantialis patri est, necesse est hoc & carnem dicere. Quod si non id caro est, quoniam nec Deus, nec ex Deo, nec consubstantialis patri, sed ex femine Dauid, & consubstantialis ei, cuius semen est, non id quod natus est ex virgine, Deus, & ex Deo, & consubstantialis patri, nisi forte pars nati, prout ipse in inferioribus partem Christi nominat Deitatem, sed non diuina natura ex virgine nata est. Natus autem est ex virgine, qui ex substantia virginis constat, non Deus verbum ex Maria natus est. Natus autem est ex Maria, qui ex femine est Dauid. Non Deus verbum ex muliere natus est, sed natus est ex muliere, quod virtute sancti spiritus plasmatus in ea. Non ex matre natus, est consubstantialis patri. Si enim matre enim iste secundum beati Pauli vocem: sed qui in posterioribus temporibus in materno ventre sancti spiritus virtute plasmatus est, ut potest sine patre propterea dictus.

ET POST ALIA:

Mox autem in ipso plasmato Deus verbum factus est, nec enim in caelum ascendenti solum inerat, sed etiam ex mortuis resurgenti: ut potest & resuscitans eum secundum suam promissionem. Nec resurgenti ex mortuis solum inerat, sed etiam crucifixo & baptizato, & Euangelicam post baptismum conuersationem peragenti, necnon etiam ante baptismum legalem adimplenti constitutionem, & presentato secundum legem, & circumciso, & partus pannis obuoluto. Erat autem forte in ipso & nascente, & cum in materno utero esset a prima statim plasmatione: dispensationi enim, quae circa eum erat, ordinem imponebat, ut potest & particulatum ipsum ad perfectionem producens.

ET POST ALIA:

Et per tempus quidem ad baptismum ductum.

TOM. 2.

Deinde secundum suam pronunciationem resuscitans, ducens in caelum, collocans eum ad dexteram Dei per suam coniunctionem, ex qua sede & adoratur ab omnibus, & omnibus iudicabit. Istorum autem omnium finem apud se habebat Deus verbum, cum in eo erat, & omnia per ordinem complebat, quem ordinem ipse arbitrabatur bene habere praefinitione quidem & voluntate, quam antea statuit pro his, quae euentura erant, & bona voluntate, quam circa eum habebat, ab initio similiter inerat ei: per ordinem autem sibi placitum, ad perfectionem ducebat ipsum.

EX EODEM LIBRO:

Suam autem cooperationem ad propostita opera praestabat, qui adsumptus est: ubi hoc facit, in loco sensus fuisse Deitatem illi, qui adsumptus est. Nec enim eis, quibuscunque suam donauit cooperationem, sensus locum illi obtinebat. Si autem & modo praecipuam quaedam cooperationem donauit illi qui adsumptus est, non hoc faciebat locum sensus Deitatem obtinere. Sed sine ita pro sensu faciebat illi, qui assumptus est, secundum vestra verba, quomodo timorem in passione suscipiebat? quid vehementioribus orationibus ad imminens necessitatem indigebat, quas cum magna quidem & clamorosa voce, cum plurimis autem lacrymis (secundum beatum Paulum) referebat Deo? quomodo timore tanto detinebatur, ut ex immensa trepidatione fontes sudoris dimitteret, Euangelista aperte dicente, quod globis sanguinis similis sudor descendebat? Quid autem & angeli aduentu & visitatione egebat, resicentis in experimento malorum, confortantis eius alacritatem, excitatis eum ad imminens passionis necessitatem, tolerare fortiter mala suadentis, vngentis ad patientiam & tolerantiam malorum, ostendens praesentium malorum fructum, ex passionemutationem, futuram gloriam, bona circa eum post passionem futura? Qui enim (secundum Euangelistae vocem) confortabat eum angelus, scilicet verbis istis fortem eum faciebat, & infirmitate naturae superiores fieri cohortabatur, & corroborando cogitationes eius, fortem eum faciebat.

ET POST ALIA:

In eodem libro idem Theodorus ex persona Christi, quasi respondentis ad Petrum, dicente Christo de passione crucis, Propicij tibi Domine, non erit tibi istud: ita intulit, Vade post me satana, scandalu mihi es, quod non sapis ea, quae Dei sunt, sed ea quae hominum. Non est confusio mihi mors, non fugiam ipsam, ut indecentem, ad humanam gloriam respiciens, sustinebo autem meliorem animo experimentum mortis, pro plurimis bonis futurae, in quibus & ipse fuero, & per memores: ne mihi animum laedas, neque turbes.

VV 2 tant

tanquam confusione dignum fugere admo-
nens mortis experimentum.

ET POST ALIA:

Matth. 4. Quod enim dictum est, ducebatur à spiri-
tu, aperte hoc significat, quod ab eo regeba-
tur, ab eo ad virtutem propositorum con-
fortabatur, ab eo ad hec, quæ oportebat, du-
cebatur: ab eo, quod decebat, docebatur: ab
eo cogitationibus corroborabatur, vt ad ta-
tum certamen sufficeret, sicut & beatus dicit
Rom. 8. Paulus: Quicumque enim spiritu Dei aguntur,
hi sunt filij Dei: duci spiritu dicens illis, qui
ab eo gubernantur, ab eo docentur, ab eo ad
melius constituuntur, ab eo competentium
doctrinam accipiunt. Cum dixisset autem Euan-
gelista, quod spiritu sancto plenus regressus
est à Iordane, aperte demonstrauit, quod hui-
us causa spiritus sancti habitationem in ba-
ptismate suscepit, vt inde ad proposita cape-
ret virtutem. Vnde & ad certamen illud, quod
pro nobis erat ad diabolum effecturus, spi-
ritu ducebatur.

POST ALIA:

Dicant igitur nobis omnium sapientissimi,
si pro sensu Domino Christo, qui est secun-
dum carnem, Deitas facta esset, sicut dicunt,
quod sancti spiritus cooperatione ad hæc Chri-
stus indigebat: nec enim vnigeniti deitas spi-
ritu indigebat ad iustificationem, spiritu in-
digebat ad vincendum diabolum, spiritu indi-
gebat ad operanda miracula, spiritu indige-
bat, vt doceretur ea, quæ decebat peragere:
spiritu indigebat, vt immaculatus appareret.
Si enim pro sensu quidem deitas, sufficiebat
autem ad omnia eius virtutes, necessè erat in-
de omnia fieri, vt superflua esset sancti spiri-
tus habitatio. Sed nunc vnctum esse dicit ipsum
spiritu, & habitasse in eo spiritu, & ad omnia
adiutale proposita, & doctrinam inde ipsum
accepisse & virtutem, & inde impetrasse iusti-
ficationem, & inde immaculatum factum esse.

EIVSDEM THEODORI EX
quarto libro contra impium Apollinarium.

Hoc quod ante secula erat, dicit in vltimis
factum esse temporibus, vt potè quibusdam
hoc cõsententibus, cum nemo ex his, qui pie-
tatis curam habet, istum patitur morbum ha-
bere dementiae, vt dicat eum, qui ante secula
est, in vltimis factum esse. Et his infert, quod
necessè est & hoc, quod in vltimis est, ante se-
cula esse, & acculat eos, qui non omnia simi-
liter cum obuersione dicunt, quasi his, qui
vnum esse filium confitentur, necessitate ha-
bentibus cum obuersione omnia dicere. Et
quis non beatificet vestram dementiae? Quis
autem non optet tales impetrare doctores,
tantam confusionem rationi pietatis intro-
ducentes, vt dicerent, quod hoc, quod ante
secula est, factum est in vltimis, & hoc aliena-
rent sua natura, & ad deterius deducerent?
Deinde obuertent, quod & hoc quod est
in vltimis, ante secula est: Cum oporteret for-

TOM. 2.

tè dicere, quod qui ante secula erat, adsum-
psit hunc qui in vltimis erat, secundum beati
Pauli vocem? Vestras igitur leges sequentes,
& à tua sapientia constituta obuersione, im-
mo magis subuersione suscipietes, agè omnia
simul confundamus, & nulla iam sit discretio
nec DEI formæ, nec serui formæ: nec DEI
sumpti, nec eius qui in templo habitauit: nec
eius qui solutus est, nec eius qui suscitauit:
nec eius qui perfectus est in passionibus, nec
eius qui perfectus est: nec eius qui memoriam me-
ritus est, nec eius qui memor factus est: nec
eius qui visitatus est, nec eius qui visitauit:
nec eius qui paulominus ab angelis minorat-
us est, nec eius qui minorauit: nec eius qui
gloria & honore coronatus est, nec eius qui
coronauit: nec eius qui constitutus est supra
opera manuum Dei, nec eius qui constituit:
nec eius qui accepit ista ad subiectionem, nec
eius qui dedit subiectionem.

EIVSDEM THEODORI, EX
tertio libro contra impium Apollinarium:

Istum igitur virum, in quo statuit omnium
facere iudicium, ad fidem futurorum cum
resuscitasset eum ex mortuis, & iudicè omni-
um demonstrasset, secundum beati Pauli vo-
cem, merito vnitate ad seipsum dignatus, &
per coniunctionem ad se factam, talium parti-
cipem eum fecit, vt & adorationis commu-
nionem haberet: omnibus quidem diuinæ
naturæ debitam adorationem reddentibus,
comprehendētibz autem adoratione & il-
lum, quem inseparabiliter scit sibi coniun-
ctum, ex quo manifestum est, quod ad maio-
ra eum perduxit.

ET POST ALIA:

Ego quidem quem videtis, nihil quidem
facere possum secundum meam naturam, cum
homo sim: operor autem, quia in me manes
pater omnia facit. Quoniam enim & ego in
patre, & pater in me, Deus autem verbum vni-
genitus Dei in me est, certum est, quod & pa-
ter cum ipso in me manet, & opera facit. Et
non est mirandum de Christo, hæc existima-
ri, cum euidenter ipse de cæteris hominibus
dicat: Qui diligit me, meum verbum obser-
uet, & pater meus diligit eum, & ad eum ve-
niemus, & mansionem apud eum faciemus.
Si enim apud vnum quenque huiusmodi ho-
minum & pater & filius mansionem faciunt,
quid mirandum est, si in Domino secundum
carnem Christo, ambo simul putarentur ma-
nere, communionem eorum secundum sub-
stantiam, communionem etiam mansionis
forsitan suscipiente?

ET POST ALIA:

Ita & animam, vt potè humanam, & im-
mortalem constitutam, & sensus participem
prius accipiens, & per resurrectionem in im-
mutabilitatem constituens, sic & nobis eo-
rudem istorum per resurrectionem præbuit
commu-

Matth. 16. communionem. Ideo ante resurrectionem
ex mortuis increpare quidem Petrum, vt suis
eum vocibus scandalizantem, & in magna tre-
pidatione per tempus passionis constitutus,
& à tua sapientia constituta obuersione, im-
mo magis subuersione suscipietes, agè omnia
simul confundamus, & nulla iam sit discretio
nec DEI formæ, nec serui formæ: nec DEI
sumpti, nec eius qui in templo habitauit: nec
eius qui solutus est, nec eius qui suscitauit:
nec eius qui perfectus est in passionibus, nec
eius qui perfectus est: nec eius qui memoriam me-
ritus est, nec eius qui memor factus est: nec
eius qui visitatus est, nec eius qui visitauit:
nec eius qui paulominus ab angelis minorat-
us est, nec eius qui minorauit: nec eius qui
gloria & honore coronatus est, nec eius qui
coronauit: nec eius qui constitutus est supra
opera manuum Dei, nec eius qui constituit:
nec eius qui accepit ista ad subiectionem, nec
eius qui dedit subiectionem.

ET POST ALIA:

Sic igitur & hic sapientissimè omnium ha-
bere nos doces CHRISTI sensum, vt san-
ctum spiritum habentes, illum qui sensus Chri-
sto aliquam virtutem adimplebat, prudentiam
ei prestans ad omnia quæ agenda erant,
sicut & in præcedētibz demonstrauimus, quod
ab ipso quidem in eremum ad certamina, quod
contra diabolum erant, ducebatur: vnctio
autem illius & scientiam, & vim eorum quæ
agenda erant, accipiebat: & illius particeps
factus, non solum miracula faciebat, sed eti-
am quomodo vt oportebat miraculis, sciebat
subtiliter, vt notam quidè faceret genti-
bus pietatem, pateretur autem laborantium
infirmities, & sic ad effectum suam volun-
tatem educeret: & iustificabatur inde, & im-
maculatus ostendebat, siue separatione peio-
rum, siue custodia meliorum, siue etiam pau-
latim ad meliora profectibus.

EIVSDEM EX INTERPRETA-
tione Euangelij secundum Iohannem,
LIBRO SEXTO:

Iohan. 20. Hoc quidem quod est, ad patrem meum
& patrem vestrum, & Deum meum & Deum
vestrum, nemo sic demens est, vt alij cuidam
conuenire diceret, nisi templo Dei verbi, ad-
sumpto pro nostra salute homini: qui & mor-
tuus est, & resurrexit, & ascensus esset in
caelos, & patrem sibi adscripsit cum discipu-
lis Domini, & ipse gratia adoptionem meri-
tus, & Deum suum appellat, quia cum cæteri
hominibus, similiter vt esset, accepit. Vn-
de propter communitatem quidem naturæ,
patrem meum & patrem vestrum dicit, & De-
um meum & Deum vestrum: diuisit autem
iterum suam personam ab ipsis, præcipuum
gratiæ significans, propter quam ad Deum
verbum coniunctione in loco veri filij ab omni-
bus honoratur hominibus.

EIVSDEM THEODORI EX
eodem libro commenti secundum Iohan-
nem. Quibus dicit, quod dementiae est dicere,
quod post resurrectionem insufflans
Dominus suis discipulis, dedit illis spiritum
sanctum.

Hoc quod dictum est, Accipite: pro acci-
pietis, dicit. Si enim cum insufflasset, spiritum
dedisset discipulis, quod valde quidam stul-
tè existimauerunt, superfluum erat dicere
postea his, & maximè in tempore ascensus
TOM. 2.

ad caelos, non separari ab Hierusalem, sed ex-
pectare promissionem spiritus. Et in sequē-
tibus, Sed accipietis virtutem superueniente
spiritu sancto in vos. Et aduentum autem
ipsum sancti spiritus super discipulos, aperte
Lucas factum esse dicit quinquagesimo die
resurrectionis post ascensum. Et illud autem
animaduertendum est, quod si ab insuff-
latu suscepissent spiritum, non diceret, Acci-
pите: sed, Quoniam accepistis. Hoc enim
quod dictum est, Accipite: his conuenit, qui
nondum acceperunt.

EIVSDEM THEODORI EX
commento secundum Iohannem Euangelij,
vbi dicit, quod cum palpasset Thomas post
resurrectionem Dominum, & dixisset, Dõ-
minus meus & Deus meus, non dixit hoc de
Christo tanquam Domino & Deo, sed qua-
si de puro homine, stupefactus quod resusci-
tauit eum Deus, & propter hoc glorificati-
onem obtulit Thomas Deo.

Dicit ad Thomam: Infer digitum tuum
huc, & vide manus meas: & porrigere manum
tuam, & mitte in latus meum, & noli esse in-
credulus, sed fidelis. Quoniam dicit, non
credis, & tactum solum sufficere tibi ad cre-
dendum putas, (hæc enim dicis, non me la-
tuisti) tangere manu, & cape experimentum, &
disce credere, & non diffidere. Thomas qui-
dem cum sic credidisset, Dominus meus &
Deus meus, dicit, non ipsum Dominum &
Deum dicens, (non enim resurrectionis sci-
entia docebat & Deum esse eum qui resur-
rexit) sed quasi pro miraculoso facto Deum
collaudat.

EIVSDEM THEODORI EX
commento, quod est in Actis Apostolorum,
libro primo, in quo dicit, quod baptizari in
nomine Iesu Christi, simile est scripto illi,
quod baptizati sunt in Moyse: & vocari
Christianos, simile est illi, quod vocatur
Platonici, & Epicurei, & Manichæi, & Mar-
cionistæ ab inventoribus dogmatum.

Ille autem dixit, oportere penitentiam
agentes eos pro crucis iniquitate, & agno-
scentes saluatorem & Dominum & omnium
authorem honorum Iesum Christum, quo-
modo propter ista peruenit & adsumptus
est de diuina natura in ipsum quidem fidem
suscipere, & eius discipulos fieri ante omnia
ad baptismum accedentes, quod & ipse tradi-
dit nobis, præformationem quidem habens
sperationis futurorum, in nomine autem ce-
lebrandum patris & filij & sancti spiritus.
Hoc enim quod est, vt baptizetur vnusquis-
que in nomine Iesu Christi, non hoc dicit,
vt vocationem, quæ in nomine patris & filij
& sancti spiritus est, relinquentes, IESVM
CHRISTVM in baptismate vocent: sed
quale est hoc, quod in Moyse baptizati
sunt, in nube & in mari, vt diceret, quia sub
nube & mari Aegyptiorum separati, sunt li-
berati
VV 3 berati

berati eorum seruitute, vt Moysis leges at-
tenderent. tale est, Et baptizetur vnusquisq;
in nomine Iesu Christi, vt cum ad ipsum ac-
cessissent tanquam saluatorem, & omnium
honorum authorem, & doctorem veritatis,
ab ipso, vtpote auctore bonorum & docto-
re veritatis, vocarentur: sicut omnibus homi-
nibus quamcunq; sectam sequentibus, co-
suetudo est ab ipso dogmatis inuentore vo-
cari, vt Platonici & Epicurei, Manichæi &
Marcionista, & si quidam tales dicuntur. Eo-
dem enim modo & nos nominari Christianos
iudicauerunt Apostoli, tanquam per hoc
certum facientes, quod istius doctrinæ, opor-
tet attendere: sic quod & ab ipso datum est,
susciperent baptisma, in ipso quidem primo
constitutum, qui & primus baptizatus est:
ab ipso autem & cæteris traditum, vt secun-
dum præformationem futurorum celebra-
tur.

EIVSDEM THEODORI EX
libro quartodecimo de Incarnatione, vbi
dicit, quod imago erat Christus DE I verbi,
& sicut imago imperialis adorabat ab omni-
bus.

Et secundum duas rationes locum imagi-
nis obtinet. Qui enim amant quosdam, post
mortem eorum sapius imagines statuunt,
hoc sufficiens mortis solatium habere arbi-
trantur, & eum qui non videtur, nec presens
est, tanquam in imagine adspicientes putant
videre, ita flammam desiderij & vigorem pla-
cantes. Sed etiam illi, qui per ciuitates habent
Imperatorum imagines, tanquam presentes
& videndos honorare videntur eos, qui non
sunt presentes, cultu & adoratione imaginu.
Ista autem vtraque per illum adimplentur.
Omnes enim qui cum illo sunt, & virtutem
sequuntur, & debitorum DE I parati red-
ditores, diligunt eum & valde honorant: & cha-
ritatem quidem ei diuina natura, licet non
adspicitur, adimplet in illo, qui ab omnibus
videtur, sic omnibus exultantibus, vt ipsum
videntibus per illum, & illi semper presenti-
bus: & honorem verò omnem sic attribuit,
tanquam imagini Imperiali, cum quasi in ipso
sit diuina natura, & in ipso spectatur. Si enim
& filius est, qui inhabitare dicitur, sed cum
eo est etiam pater, & inseparabiliter omni-
modo ad filium esse ab omni creditur crea-
tura: & spiritus autem non abest, vtpote eti-
am in loco vnitionis factus ei, & cum eo est
semper qui adsumptus est, & non mirandum
est, cum etiam in quibuslibet hominibus vir-
tutem sequentibus cum filio & pater esse di-
citur: Venimus enim & ego & pater, & man-
sionem apud ipsum faciemus. Quod autem
& spiritus eiusmodi hominum inseparabilis
est, certum est omnibus.

EIVSDEM THEODORI MO-
puesteni de Commento secundum Lucam
Euangelij.

TOM. 2.

Hoc enim, quod hic est filius meus dile-
ctus, in quo mihi complacuit, in baptisma-
te adoptionem demonstrat secundum com-
parationem Iudaicæ adoptionis, quia & ad
illos dictum erat: Ego dixi, dii estis, & filij
excelsi omnes. Et, filios genui & exaltaui:
eius adoptionis præcipuum, eò quod dixit,
dilectus, & in quo mihi complacuit, osten-
dens. Propter hoc & vox patris fiebat ado-
ptionem confirmans, & filij nominatione
per adoptionem secundum gratiam eum qui
verè filius est, demonstrabat: cuius coniun-
ctio ad veram & firmam adoptionem istum
constituebat: & spiritus sanctus in specie co-
lumbæ descendens, permansit super eum,
quatenus in coniunctione ad eum, qui verè
filius est, eius cooperationi intētus maneat,
firmam adoptionis habens dignitatem: per
omnia autem in quo primo adoptionis præ-
formabatur baptisma, dico autem Domini
Christi, ex patre & filio & spiritu sancto hoc,
quod fiebat, complebatur.

EIVSDEM EX INTERPRETA-
tione octauæ Psalmi:

Idèò ergò differentiam quidem Dei ver-
bi & recepti hominis tantam nobis ostendit
psalmus: diuisa verò hæc in nouo testamen-
to inueniuntur, Domino quidem in se acci-
piente primordia psalmi, in quibus factore
eum dicit esse creaturæ, & eleuatam habere
super cælos magnificentiam, & mirificari in
omni terra: Apostolo autem secunda, quæ
de homine sunt, qui tantum beneficium me-
ruit, in Iesu accipiente, quomodo non ma-
nifestum, quod alterum quidem nos diuina
scriptura docet euidenter esse Deū verbum,
alterum verò hominem, & multam eorum
esse nobis ostendit differentiam? Nam iste qui-
dem memorat, ille autem memoriā meretur: &
iste quidem visitat, alter autem cum visita-
tionem meretur, beatus dicitur: & iste qui-
dem beneficium dando minuitur paulò mi-
nus ab angelis, ille autem & per talem minu-
tionem beneficium accepit. Est iste quidem
gloria & honore coronat, alter autem coro-
natur, & pro his beatus dicitur. Et iste qui-
dem constituit ipsum supra omnia opera
manuum eius, & omnia subiecit sub pedi-
bus eius: alter autem meritis est dominari
eis, quorum antea non habebat potestatem.

EIVSDEM EX PRINCIPIO
commenti, quod in duodecim prophetas
scripsit, abnegans prophetias de Christo esse
prædictas.

Sed non volentes ista considerare, voces
omnes trahere ad Dominū tentant Christū,
vt & quæ de populo facta sunt, simili modo
intelligerēt, & risum præstaret Iudæis, quædò
ex scriptorum sequetia nihil ad Dominum
CHRISTUM pertinentes ostendunt vo-
ces.

ET

ET POST ALIA INFERT:

Tale est, quod non derelicta est anima ei-
us in inferno, nec caro eius vidit corruptio-
nem. Nam propheta quidem supra modum
ipsum ponit, circa populum prouidentiam
dicens, volens dicere, quoniam inextenta-
biles eos ab omnibus cõseruauit malis. Quo-
niam autem hoc verū & ex ipsis rebus euen-
tum accepit in Domino CHRISTO, fre-
quentissimè de eo loquens beatus Petrus,
vitur voce, ostendens, quoniam quod de
populo supra modum dictum est, ex qua-
dam ratione vtente voce propheta, hoc ve-
rum euentum in ipsis rebus accepit nunc in
domino CHRISTO.

ET POST ALIA INFERT:

Eundem intellectum habet & illud, Di-
uiferunt sibi vestimenta mea, & supra vesti-
mentum meū miserunt sortem. Quod enim
psalmus nullatenus conuenit DOMINO,
certum est. Neque enim erat Domini Chri-
sti, qui peccatum non fecit, nec inuentus est
dolos in ore eius: dicere, Longè à salute mea
verba delictorum meorum. Sed & ipse do-
minus secundum communem hominum le-
gem dū in passioe opprimeretur, Deus me,
Deus me, quare me dereliquisti, emisit vocē:
& Apostoli, Diuiferunt sibi vestimenta mea, &
super vestimentum meum miserunt sortem,
ad eum traxerunt manifestè: quoniam quod
supra modum dictum fuerat prius à Dauid
propter illata ei mala, hoc ex operibus eue-
nit in Domino CHRISTO, cuius & vesti-
menta diuiferunt, & sorti tunicam subiece-
runt.

EIVSDEM IN PSALMO VICE-
simoprimo:

Foderunt manus meas & pedes, & omnia
perscrutabantur, & quæ agebam, & quæ co-
nabar. Nam foderunt, ex translatione dixit
eorum, qui per effossionem scrutari, quæ in
profundo sunt, tentant. Dinumerauerunt
omnia ossa mea, totius meæ fortitudinis &
totius meæ substantiæ detratatores facti sunt,
vt etiam numero mea subijcerent. Istud au-
tem ex consuetudine, quam habent hostes,
dixit: qui quandò obtinuerint, numero &
talibus subtiliter notitiam inuentorum faci-
unt. Propterea & sequenter dicens, Ipsi ve-
rò considerauerunt & conspexerunt me,
intulit, Diuiferunt sibi vestimenta mea, &
supra vestimenta mea miserunt sortem. Con-
siderantes autem me, ait, & conspicientes,
quod omnia eis euenerunt in me deside-
rata. Conspicere enim ita & apud nos di-
citur, pro eo quod est, Vidit in eum, quæ
volebat pati eum, iam tanquam me omninò
malis dedito, sicut hostes mea post vastatio-
nem & captiuitatem diuiferunt, sorte diui-
sionem eorum facientes. Et Euangelista qui-
dem in Domino verba ex rebus adsumens,
eis vsus est, sicut & in alijs diximus. Nā quod
non pertinet ad Dominum psalmus, in fu-

TOM. 2.

terioribus euidenter ostendimus. At verò
beatus Dauid supra modum ista magis ex
his, quæ ab Absolon facta sunt, dixit, quoni-
am dum recessisset Dauid, iure belli metro-
polim ingressus, omnes quidè obtinuit res
regales, non piguit autem etiam patris eubi-
le in quinare.

EIVSDEM DE INTERPRETA-
tione sexagesimo octauæ psalmi, in verbo illo,
Dederunt in escam meam fel, & in siti mea
potauerunt me aceto:

Quomodo cibi & potus suaues quidem
sunt in tempore gaudij, insuaui autem &
amara in tristitia, talia erant, inquit, quæ ab
illis fiebant, vt ex tristitia & ira esset quidem
mihî in locum sellis cibus, esset autem & po-
tio aceto nihil differens. Maxime autem hoc
fit in iracundijs, quæ in tribulatione sunt,
quod verisimile erat pati eos contra suos.
Vfus autem est Euangelista hoc testimonio
in Domino, & ipse autem Dominus, Zelus
domus tuæ comedit me, de seipso dicens: & be-
atus Paulus de Iudæis loquens, Fiat mensa eo-
rum &c. & beatus Petrus de Iuda, Fiat habi-
tatio eius deserta. Et certè diuersis consi-
tutis rebus, non quasi psalmo modo qui-
dem pro his dicto, iterum autem de illo, &
iterum de alio: sed quia de Iudæis dicta sunt
plura, qui se separauerunt de DEO & lege,
conuincencia illorum indeuotionem, ne-
cessarius est testimoniorum vsus simul & ex
rebus captus, quale est, Dederunt in escam
mea fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

EIVSDEM THEODORI EX LI-
bro primo de Incarnatione, interpretatio-
nem facientis de confessione Petri, in
qua dicit, Tu es Christus filius
Dei viui.

Sicut igitur per huiusmodi confessionem
non Deitatis Nathanael habens scientiam
ostenditur, (Iudæi & Samaritæ talia speran-
tes plurimum, quantum Dei Verbi à scien-
tia longè erant?) sic & Marthæ per confes-
sionem illam non Deitatis habens tunc sci-
entiam probatur, manifestè autem nec bea-
tus Petrus. Adhuc etenim ipsis sufficiebat
tunc, reuelationem illam suscipiētibus, præ-
cipuum aliquid & maius de ipso præter cæ-
terorum hominū phantasiā accipere. Post
resurrectionem autem spiritu producti ad
scientiam, tunc & reuelationis perfectam
scientiam suscipiebant, vt scirent quia præ-
cipuum ipsi præter cæteros homines non ali-
quo puro honore ex DEO peruenit, sic-
ut in cæteris hominibus, sed per vnita-
tem ad DEVM Verbum, per quem omnis
honoris ei particeps est post in cælos ascen-
sum.

EIVSDEM DE INTERPRE-
tatione Euangelij, libro primo:

Matthæus quidem Euangelista post teta-
tiones dicit, quæ accedentes angeli ministrabat

VV 4 ei

Iohan. 14.

Iohan. 2.

Psal. 68.

Rom. 11.

Act. 1.

Matth. 16.

Iohan. 11.

Matth. 16.

Luc. 22. Matth. 28.

Iohan. 7.

ei: scilicet cum eo constituti, & cooperantes, & omnibus circa eum Deo ministrantes, q iam per certamina ad diabolum, ostensus est clarior. Sed & quod passuro ei aderant angeli, & Euangelij discipuli: & cum resurrexerit, in monumento visi sunt. Per omnia etenim ista monstrabat dignitas Christi, quod in separatè ei angeli aderat, & omnibus circa eum ministrabant. Sicut enim à peccantibus separatur, sic & per meritum honoratis. subueniunt. Propter quod Dominus benè ait, quod maius videbitis, q & cælum aperietur omnibus per me, & omnes angeli semp mecum erunt, nunc quidem ascendentes, nunc verò descendentes, sicut ad domesticum & DEI amicum.

EIVSDEM THEODORI EX LIBRIS de Incarnatione:

Plus inquietabatur Dominus & tètamen habebat ad animæ passiones, quàm corporis, & meliore animo libidines vincebat, mediante Deitate ad perfectionem. Vndè & Dominus ad hæc maxime inflitùs videtur certamen. Cupiditate enim pecuniarù non deceptus, & gloriæ desiderio non tentus, carni quidem præbuit nihil: (nec enim illius erat talibus vinci) Animam autem si non recepisset, sed Deitas est quæ ea vicerat, nullatenus eorù, quæ facta sunt, ad nos respicit lucrum: (Quæ enim ad cõuersationis perfectiõnè similitudo deitatis & animæ humanæ?) & videntur Domini certamina non ad nos respiciens habere lucrum, sed ostentationis cuiusdam gratia fuisset. Quod si hoc dicere non est possibile, (certum etenim est, quod illa ppter nos facta sunt) & maius certamen instituit ad animæ passiones, minus autem ad carnis, quanto & amplius & magis inquietare illas cõtinebat, & magis illa erat, quæ & amplioris indigebat medicinæ, videlicet quod & carnem & animam adsumens, per vtraque pro vtrisque certabat: mortificans quidem in carne peccatum, & mâsueras eius libidines, & facilè capiendas meliore ratione animæ faciens: erudiens autem animam, & exercitans & suas passiones vincere, & carnis refrenare libidines. Hæc enim Deitas inhabitans operabatur, hæc inhabitans meditabatur vtrique eorum.

Exclamatio Synodi contra blasphemias Theodori.

Et dum recitabantur blasphemias Theodori, sancta Synodus exclamauit: Hæc iam condemnauimus, hæc iam anathematizauimus: anathema Theodoro Mopsuesteno, anathema Theodoro, & conscriptis eius. Hæc aliena Ecclesiæ sunt, hæc aliena orthodoxis sunt, hæc aliena patribus sunt, hæc impietate plena sunt, hæc aliena Synodis sunt, hæc diuinas scripturas impugnant. Vnus Theodorus, vnus Iudas. Idem reuerentissimus diaconus & notarius, de eadem charta sequentia recitauit.

EIVSDEM EX LIBRO CONTRA Synuistas vel Apollinaristas, q & pro-

posuit beatus Cyrillus, & refutauit. Sed si carò erat, inquit, crucifixa, quomodo sol radios auertit, & tenebræ occupauerunt terram omnem, & terramotus, & petradirumpebatur, & mortui surrexerunt? Quid igitur dicit & de tenebris in Aegypto factis in temporibus Mosis, nõ per tres horas, sed per tres dies? Quid autem propter alia per Mosen facta miracula, & quæ per Iesum Nauæ, qui solem stare fecit? qui sol in temporibus Ezechie regis & contra naturam retrouersus est: & de Elisæi reliquijs, quæ mortuum resuscitauerunt? Si enim Verbum Deum passum demonstrant, quæ in cruce facta sunt, & propter hominem non concedunt hæc facta esse: & quæ in temporibus Mosis, propter genus Abraham nõ erunt, & quæ in temporibus Iesu Nauæ, & quæ in Ezechie regis. Quod si illa propter Iudæorum populum mirabiliter facta sunt, quomodo nõ magis quæ in Cruce facta sunt, propter DEI verbi templum?

EIVSDEM EX LIBRO OCTAVO de Incarnatione:

Manifestum autem est, quod vnitas conuenit: Per eam enim collectæ naturæ, vnâ personam secundum vnitatem effecerunt. Sicut enim de viro & muliere dicitur, quod iam non sunt duo, sed vna caro: dicamus & nos rationabiliter secundum vnitatis rationem, quoniam non sunt duæ personæ, sed vna, scilicet naturis discretis. Sicut enim ibi non nocet numero duorum, vnâ dici carnem: certum est enim, secundum quod vna dicitur: ita & hic non nocet naturarum differentia, personæ vnitas. Quando etenim naturas discernimus, perfectam naturam Dei verbi dicimus, & perfectam personam: nec enim sine persona est, subsistentiam dicere: perfectam autem & hominis naturam, & personam similiter. Quando autem ad coniunctionem respicimus, vnâ personam tunc dicimus.

EIVSDEM EX SEPTIMO LIBRO de Incarnatione, in quibus dicit, nec secundum substantiam, nec secundum operationem vnitatem Dei Verbi factam esse, sed secundum bonam voluntatem.

Neq; igitur substantia dicere, neque operatione possibile est, habitationem DEVM Verbum facere. Quid itaque superest, quæ vtamur ratione, quæ in his propria videbitur seruari? Certum igitur est, quod bona voluntate oportet dicere inhabitationem factam esse. Bona autem voluntas, dicitur bona & optima DEI voluntas, quam faciat illis placitus qui ei adharere festinant, eò quod visa sunt ei de ipsis.

ET POST ALIA: Cognosci autè personæ vnitatem, eò quod omnia per eum perficit: quæ vnitas facta est ex inhabitatione, quæ est secundum bonam voluntatem. Vndè dicentes filium Dei iudicem

Matth. 27.

Exod. 10.

Iosue 10. 4. Reg. 20. 4. Reg. 13.

Gen. 2. Matth. 19.

*quid

dicem venturum esse de cælis, simul hominis & DEI verbi aduentum intelligimus: non quod similiter ei Deus verbum traducitur secundum naturam, sed quod bona voluntate vnitas omni modo cum eo erit vbicunque fuerit, eò quod & omnia perfecit per eum.

EIVSDEM DE INTERPRETATIONE Symboli trecentorum decem & octo sanctorum patrum.

Sed Christum quidem secundum carnem & adsumptam serui formam, eum autè, qui eam adsumpsit, super omnia nominans DEVM, intulit tamen hoc secundum coniunctionem, vt per significationem nominum naturarum, manifestam & diuisionem faciat. Nemo igitur nequè eum, qui secundum carnem ex Iudæis est, dicat DEVM: nec iterum DEVM, qui est super omnia, secundum carnem ex Iudæis.

EIVSDEM EX COMMENTO Epistolæ ad Hebræos.

Aa. 10.

Iesum enim dicit à Nazareth, quem vnxit DEVS spiritu sancto & virtute. Qui autem de spiritu vnctus est, omnimodò aliquid inde assumpsit. Quis autè furens dicat, de spiritu aliquid adsumpsisse diuinam naturam, nec nõ & participat? Participes enim eius videlicet vocat, qui & ipsi vncti sunt. Qui aut vncti sunt, & in hoc participes ei iustè facti, non aliter vnctionis cõmunicare dicatur, nisi ei qui adsumptus est. Et hoc ipsum autem demonstratur, quod mercedem iustam accipit. Pro hoc enim, inquit, quod dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, pro his præcipuam vnctionem meruisti.

Psal. 44.

EIVSDEM THEODORI DE INTERPRETATIONE secundum Iohannem Euangelij, de libro primo.

Iohan. 5.

Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. hoc est: Tu es ille, qui de longe prædicatus est CHRISTVS. Hoc enim scilicet de Christo sperabant, sicut domestico constituto præter omnes Deo.

ET POST ALIA:

Certus quidem & ipse erat, filium Dei nõ secundum Deitatis dicens natiuitatem, sed secundum quod domesticus DEO erat: per quod filij Dei, per virtutem domestici Deo constituti homines, interim vocabantur.

EIVSDEM THEODORI EX LIBRO ad baptizandos:

Roma. 5.

Quando enim dixerit de filio suo, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, certum quidem, quod filium hic eum, qui ex semine Dauid factus est secundum carnem, non DEVM dicit verbum, sed adsumptam serui formam. Nec enim DEVS secundum carnem, nec DEVS ex semine factus est Dauid, sed sumptus pro nobis homo, quem filium beatus Apostolus manifestè vocat.

Ibidem.

EIVSDEM THEODORI EX EODEM LIBRO:

Renatus, alter factus es pro altero: non iam pars Adam mutabilis & peccatis circumfusi, sed Christi, qui omnino inculpabilis per resurrectionem factus est.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO:

Vt multam quidem eius faceret diligentiam, omnia autem illius propria faceret & toleraret, per omnes eo ducto passiones, per quas eum secundum suam virtutem perfectum fecit, nec à mortuo secundum suæ naturæ legem recedès, sed sua præsentia & operatione & gratia liberans quidem eum de morte, & malis quæ inde sunt: resuscitans autem eum de mortuis, & ad meliorem finem perducens.

EIVSDEM THEODORI EX EODEM LIBRO:

Deinde ostendens cuius gratia passus est, diminutionem infert, quatenus citra Deum pro omnibus gustaret mortem: quia, diuina natura ita volente, separata illa, ipse per se pro omnium vtilitate gustauit mortem: & ostendens quod Deitas separata quidem erat ab illo, qui passus est secundum mortis experimētum, quia nec possibile erat illam mortis experimentum accipere, non tamen illi qui passus est, absuerat secundum diligentiam.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO:

IESVM enim, ait, de Nazareth, quem vnxit DEVS spiritu & virtute, cuius vnctionem meritis, & immaculatus effectus est per omnia, & ad diuinam naturam meruit coniunctionem. Neque enim coniunctionem suscepisset illam, nisi prius immaculatus factus fuisset, vt sic condeceat illius vnitatem.

EIVSDEM THEODORI DE INTERPRETATIONE secundum Mattheu Euangelij.

Nam & illud, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, infania euidens est de Deo verbo putare dicere eum. Qui dixit, Hic est filius meus dilectus: & intulit, in quo mihi complacuit, significauit quod aperte ad comparisonem hoc dicit aliorum filiorum, qui nec dilecti ei facti sunt, nec placere nimis potuerunt ei.

EIVSDEM EX LIBRO AD BAPTIZANDOS.

Permanens autem, donè secundum suam creaturam & virtutem soluens mortis dolores, liberauit eum ineffabilibus illis vinculis, & de mortuis resuscitans, transtulit quidem in immortalem vitam: incorruptum autem eum, & immortalem, & immutabilem efficiens, in cælum duxit.

ET POST ALIA:

Iustum, iustificatum & immaculatum factu virtute sancti spiritus, sicut beatus Paulus modò quidè dicit, q iustificatus est in spiritu: 1. Tim. 3. modò verò, Qui per spum eternu immaculatus se obtulit neo, mori quidè fecit secundum legem hominù, vtpotè aut impecabilè virtute sancti

sancti spiritus factum, resuscitavit de mortuis, & ad vitam constituit meliorem: immutabilem quidem animam cogitationibus, incorruptum autem & indissolubilem & carne faciens.

ET POST ALIA:

1, Cor. 15.

Deo autem gratia, qui nobis dedit victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum: istorum causam fuisse nobis dicens DEVM, qui contra omnes adversarios nobis dedit victoriam siue mortis, siue peccati, siue cuiuscunque hinc nascendi mali: qui Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, per nobis hominem sumens, & ipsum per resurrectionem de mortuis ad meliorem transtulit finem, & in dextera sua sedere fecit, & nobis ad eum donavit communionem

EIVSDEM EX LIBRO DVO-DECIMO DE INCARNATIONE:

Cum ergo interrogent, hominis genitrix, aut Dei genitrix Maria dicat nobis: utraq; vnum quidem natura rei, alterum autem relatione. Hominis enim genitrix natura, quia homo erat in ventre Mariae, qui & processit inde, DEI autem genitrix, quia DEVS erat in homine nato: non in illo circumscriptus secundum naturam, sed quod in eo erat affectu voluntatis.

EIVSDEM THEODORI,

que proposuit sanctus Cyrillus & refutavit.

Gratia filius, qui ex Maria est homo, natura autem, DEVS Verbum. Quod autem secundum gratiam, non natura: & quod secundum naturam, non gratia. Non duo filij. Sufficiat corpori, quod ex nobis est, secundum gratiam filio, gloria, immortalitas, quia templum DEI verbi factum est. Non supra naturam eleuetur, & DEVS verbum pro debita nobis gratiarum actione non iniuriatur. Et quare est iniuria? Componere eum cum corpore, & putare indigere corporis ad perfectam filiationem. Nec ipse DEVS verbum vult se Dauid filium esse, sed DEVM: corpus autem hoc vocari Dauid filium, non solum non invidit, sed & propter hoc adfuit.

EIVSDEM THEODORI EX HIS, QUAE REFUTAVIT SANCTUS CYRILLUS.

Quandò erit quaestio de natiuitatibus secundum naturam, nec Mariae filius DEVS verbum existimetur: mortalis enim mortalem generat secundum naturam, & corpus simile sibi. Et duas natiuitates DEVS verbum non sustinuit, vnam quidem ante secula, alteram autem in posterioribus temporibus.

EIVSDEM EX INTERPRETATIONE EPISTOLAE AD HEBRAEOS:

Ergo iam cessabunt ab impudente pugna: desistent autem vana contentione, erubescerent euidenciam praedictorum, Plurimos enim dicit filios in gloriam ducentem.

Hebr. 2.

TOM. 2.

Eccè igitur in filiationis ratione Apostolus apparet adsumptum hominem ceteris connumerans, non secundum quod illi similiter filiationis particeps est, sed secundum quod similiter gratia filiationem adsumpsit, Deitate sola naturalem filiationem possidente.

EIVSDEM EX LIBRO DVO-DECIMO DE INCARNATIONE:

Sed ad hoc dicunt, quod IESVS nomen, saluatorem significat. Saluator autem, dicit, quomodo ille homo dicatur, oblitus quod IESVS dicebatur etiam filius Nauae: & quod mirandum est, qui ante sic vocatus est fortuito in generatione, sed transnominatus a Mose. Certum autem est, quod non hoc imponere homini patiebatur, si diuinam naturam omni modo significabat.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO:

Itaque non solum filium ipsum vocat, à DEO verbo separans, sed etiam secundum filiationis rationem connumerans ceteris participibus filiationis, conuincitur, quoniam gratia & ipse particeps fuit filiationis, non naturaliter ex patre natus, habens tamen ad ceteros excellentiam: quia vnitatem ad ipsum filiationem possidet, quod ei firmiorem ipsius rei donat participationem.

THEODORI EX LIBRO SECUNDO DE INCARNATIONE:

Homo IESVS similiter omnibus hominibus nihil differens connaturalibus hominibus, quamque ipsi gratia dedit: gratia autem data naturam non immutat, sed post mortis destructionem donauit ei Deus nomen supra omne nomen.

Philip. 2.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO:

Sed mei fratres, qui eiusdem mihi matris filij, dicunt mihi, Non separa hominem & DEVM, sed vnum eundemque, dichominem. Dico connaturalem mihi, dico DEVM. Si dicam, connaturalem DEO dico, Quomodo homo & DEVS vnum est? Nunquid vna natura hominis & DEI, domini & serui, factoris & facturae? Homo homini consubstantialis est, DEVS autem DEO consubstantialis est. Quomodo igitur homo & DEVS vnus per vnitatem esse potest, qui saluificat & saluificatur, qui ante secula est, & qui ex Maria apparuit?

EIVSDEM EX QVARTO LIBRO COMMENTI SECUNDUM MATTHAEUM DE HECA TONARCHO:

*id est, centurione.

Benè intulit, Nanque & ego homo sum: ut dicat, Nihil mirandum si hoc potes, cum sis homo accipiens à Deo: quoniam & ego cum hoc sim, accipio obediens, semel habens iubendi potestatem propter datoris indulgentiam.

Matth. 8.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO:

Quapropter nec incongruum est, & te accepta ista à Deo potestate, verbo solo iubente abigere passiones. Nec enim tantum filio Dei & ante

& ante vniuersam creaturam existenti, & creatori eorum quae sunt, accessit centurio.

EIVSDEM EX LIBRO TERTIO-DECIMO DE INCARNATIONE.

1, Timo. 3.

Consonantia & Apostolus dicit: Et manifestè magnum est pietatis mysterium, qui manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu: iustificatus esse in spiritu dicitur ipsum, siue quod ante baptismum cum subtilitate competente legem custodijt, siue quod etiam post illud gratia conuersationem cooperatione spiritus cum magna compleuit subtilitate.

EIVSDEM THEODORI EX QVARTO DECIMO LIBRO EIUSDEM OPUSCULI.

Idem hoc dicemus iuste & de Domino, quod DEVS Verbum scies eius virtutem, & secundum praescientiam, statim in ipso initio complationis inhabitare benè voluit, & vniens eum sibi affectu voluntatis, maiorem quandam praestabat ei gratiam, ut potè gratia, quae in eum est, in omnes homines diuidenda. Vnde & circa bona voluntatem integram ei custodiebat. Non enim hoc docemus, quod ille homo voluntatem habebat nullam, sed quod volebat quidem bonum, magis autem ei voluntariè plurimum aderat & boni desiderium, & contrarij odium. Conseruabatur verò à diuina gratia illi voluntas integra ab initio, DEO, qualis erit, subtiliter sciente: qui & ad confirmandum eum magnam illi cooperationem habitatione sua praestabat pro omnium nostrum salute. Vnde nec iniustum dicat aliquis esse, quod praeter omnes praecipuum aliquid datum est illi homini, qui à Domino adsumptus est.

EIVSDEM THEODORI EX HIS, QUAE SUNT IN EUANGELIUM SECUNDUM MATTHAEUM: IN QUIBUS DIXIT, QUOD DEUS CREAVIT CONTRARIA, ID EST, BONA & MALA.

Nam rationalis quidem proprium est, discretio bonorum & malorum. Cum verò non essent contraria, non erat ei possibile aliquid discernere. Primum igitur in his, quae creata sunt, magnam contrarietatem fecit.

EIVSDEM EX LIBRO, QUOD DEVS PECCATUM DOCVIT, & MORTEM INTRODVXIT.

Quoniam autem non obadijt Adam, deinde subditus est morti: & factum est hoc propter inobedientiam, quod & citra inobedientiam propter vtilitatem nostram à creatore factum est, edocti sumus omnes peccatum.

EIVSDEM THEODORI EX LIBRO QVINTO COMMENTI DE CREATURA, IN QUIBUS & BONA & MALA À DEO ESSE FACTA DICIT.

Nec igitur mortem non spontè & praeter iudicium suum intulit hominibus, neque peccato aditum ad nullam vtilitatem dedit:

LOM. 2.

nec enim hoc fieri nolens non poterat: sed quoniam sciebat vtile esse nobis, magis autem omnibus rationalibus, prius quidem malorum & deteriorum fieri aditum, postea autem deleri quidem haec, introduci autem meliora: idè in duos status diuisit DEVS creaturam praesentem & futuram, in illo quidem ad immortalitatem & immutabilitatem omnia ducturus: in praesenti verò creatura in mortem & mutabilitatem interim nos dimittens. Nam si quidem statim ab initio immortales nos fecerit & immutabiles, nullam differentiam ad irrationabilia haberemus, proprium nescientes bonum. Ignorantes enim mutabilitatem, immutabilitatis ignorabamus bonum: nescientes mortem, immortalitatis lucrum nesciebamus: ignorantes corruptionem, non laudabamus incorruptionem: nescientes passionum grauamen, impassibilitatem non mirabamur. Compendiosè dicere, nè longum sermonem faciam: nescientes malorum experimentum, bonorum illorum non poteramus scientiam mereri.

EIVSDEM DE EISDEM, ET ANGELOS, & HOMINES, & DAEMONES SIMILITER MALOS ESSE DICENTIS.

Necessè est autem, omnia simul rationalia, inuisibilia dico & nos ipsos, quibus mortale quidem est corpus, anima autem per omnia eiusdem inuisibilibus & rationalibus substantijs, hic quidem praesentem mutabilitatem pati, ut optimam erudiamur doctrinam religiositatis, & ad beneuolentiam constituiamur.

*immortalis, cum eiusdem

EIVSDEM INTERIMENTIS IUDICIUM, & DICENTIS QUOD MUTABILIA & MORTALIA OMNIA FACTA SUNT, & ITERUM OMNIA IMMUTABILIA & IMMORTALIA STATIM POST RESURRECTIONEM ERUNT SECUNDUM SIMILITUDINEM CHRISTI.

Quod quidem placuit DEO, hoc erat in duos status diuidere creaturam: Vnum quidem qui praesens est, in quo mutabilia omnia fecit: alterum autem qui futurus est, cum renouans omnia ad immutabilitatem transferet: quorum principium nobis ostendit in dispensatione Domini Christi, quem ex nobis existentem resuscitavit ex mortuis, & immortalem corpore, & immutabilem fecit animam: per quod demonstrat, quia circa vniuersam creaturam hoc futurum est.

EIVSDEM EX QVARTO LIBRO DE CREATURA.

Illo certo constituto, quod quemadmodum nobis per resurrectionem & corpus incorruptum & immutabilis anima erit, eodem modo & inuisibilibus & rationalibus naturis immutabilitatem mereri contingeret, nunc quidem accipientibus conuersionem, sicut veris multoties decem millia demonum ostendunt, tunc autem in immutabilitatem nobiscum futuris.

EIVS-

EIVSDEM EX QVINTO LIBRO, quod dicitur DEVS expedire hominibus peccatum, hoc fieri disposuit.

Nam sciebat quidē quod peccabant omnimodō, concedebat verō hoc fieri, expedire eis cognoscens: quoniam nec erat possibile eum, qui cū fecerit non extantes, & tantorum quidem demonstrauerit dominos, tanta verō bona proposuerit, vt eis suauē, non prohibere peccati aditum, si expedire eis hoc cognosceret. Sedenim non erat possibile, nos aliter discere peccatum, & passionū molestiam & deteriora, & nostrā infirmitatem in his demonstrandam, ad ostendendam magnitudinem immutabilitatis, quam postea nobis esset donaturus, nisi sic ab initio hæc fuissent à neo dispensata, vt collatiōe & experimēto infinitorum illorum bonorum possemus scire magnitudinem: & huius gratia, vtpotē profuturum nobis, peccatum intrare dimittens, magnum in eius bello auxilium inuenit.

EIVSDEM THEODORI, De tentis quæ sunt de flamma framea, & de Cherubim dicta.

Nam flammeam quidem frameam dicunt, vt dicat quia ignis est terribilis corruscans, in habitu gladij extensus, vt bifariam terribilis quidam visus esset videntium, & ex natura & ex habitu eius quod ostendebatur: quam & verti dixit, vt assiduitate motūs corruscans, terribilem & maiorem videnti timorem faceret. Cherubim verō, animalium dicit quasdam formas terribiles, & potentes tremefacere videntem. Sicut enim nos animalia quædam forsitan ianuis constituimus, sic Deus flamma frameam constituit & Cherubim, vt per ea Adam cum timore, quæ est terribilis de visu, prohibitus introitu paradisi, merito castigaretur. Non enim inuisibiles quasdam virtutes dicit Cherubim hic, sicut quidam arbitrantur: quoniam non aliquid valebat inuisibilis natura ibi, cū sensibilis visus esse deberet, & quæ Adam castigaret. nec igitur flamma framea natura erat ignis, sed talis visus: nec Cherubim animalia, sed visus talis.

EIVSDEM THEODORI, Reprobantis & librū Iob, & contra conscriptorum eius, id est, sanctum spiritū, dicētis, quod pagana sapiens, hunc librum conscripsit.

His quæ pro doctrina hominum scripta sunt, & Salomonis libri cōnumerandi sunt, id est, Proverbia & Ecclesiasta, quæ ipse ex sua persona ad aliorum vtilitatem composuit, cū prophetiæ quidem gratiam non accepisset, prudentiæ verō gratiam, quæ euidenter altera est præter illam, secundum beati Pauli vocem.

ET POST ALIA:

Erat igitur satis idoneum, superuacua quidem omnia verba auferre scripturæ: quæ autem

TOM. 2.

tem ad significationem vitæ eius necessaria erant exponere, quæ omnia sufficiebant quælibet ad meliora conuertere, & æmulatorem facere boni. Nunc verō cū hoc non fecisset, ad vani honoris amorem non necessariū respiciens, non in minimis existimationi iusti nocuit apud eos, qui diuinas scripturas non cum debita deuotione iudicare solent, & ex hoc multos fecit scripta inculpate, & ad accusationem ea trahere beati Iob.

ET POST ALIA:

Ipsa statim verba, ex quibus incipere eum dicit conscriptor, cū peruenissent amici, Iob 3. consideranter omnia videns, omnia vel dicens, putet aut dicat iusti vnquam cōuenire? Maledicta enim tam multa colligere statim ab initio, & rebus ea imponere, quæ maledictum suscipere non possunt, quia nec subsistere creduntur, quis existimet viro cōuenire, qui cū tanta sapientia, & virtute, & reuerentia suam vitam gubernasset? Et per omnia reprobans scripturam Iob, & conscriptori maledicens, (idem autem est dicere sancto spiritui) in fine interpretationis blasphemiam suam, ita dicit: Paruū autem & istud flagitium ad hoc, quod in fine positum est. Hoc enim quod dixit tertiam filiam suam Amalthee cornu eum vocasse, nihil aliud est, Iob 42. quàm ostendere eum paganis fabulis assentientem, & idololatriæ signata diligentem, certō quidem cōstituto, quod nec scire quidem de Ioue, & Saturno, & Iunone paganicas fabulas poterat Iob beatus, homo barbarus & Edomitanus genere. Quod si & sciret, sed non filia suæ mirabiliter diuinitus natæ, ex idololatriæ paganis fabulis nomen imponeret, decorare eam existimans, si ita nominata fuisset. Hoc enim erat paganis fabulis consentientis, & idololatriæ diligentis signata, & filiam decorare per ea volentis, & desiderantis & sibi & filia suæ ad fabularum signata communionem esse videri. Sed quod omne hoc signatum est, omnis certum est.

ET POST ALIA:

Et conscriptor quidem manifestus est, ex amore magno & importuno vani honoris hoc passus. Vt enim semetipsum ostenderet & extranea eruditum esse doctrina, & paganorum fabularum scientiam habuisse, quas de illis quos deos putabant, firmas habebant, minimum existimauit nominationem istam indè acceptam iusto imponere, quasi per eam filiam suam decorare volenti. Mihi verō ex tota libri conscriptione certus est conscriptor paganica scientia esse eruditus, ad cuius imitationē presentem volēs scripturam componere, nocuit historiæ pulchritudini, qui em apud illos tragædias cōponunt, causas quidē accipiūt ab his, quæ multi loquuntur, quædō etiam eas cōtigerit quodamodō apud plurimos opinionem veritatis habere: pura autem causa vtentes, suam artem & sapientiam

pietiam in compositione fabularum ostendere festinant, & personas introducentes sibi placitas, & voces circūponentes eis, à quibus clariore fieri arbitrantur & decorari, vt & querimoniam & laudem, quæ à scriptis inferuntur, siue per intellectum, siue per ipsa verba scriptor peccauerit, nō ad personas, quarum verba confingit, legentes referant, sed ad fabulæ conscriptorem. Et iste autem cū inuenisset & de beato Iob historiam maximam & claram, quæ in ore omnium similiter ferebatur, non solum Israelitici generis, sed & aliorum, quem etiam clariorem DE Iestimonium faciebat, quod factum est ad prophetam, gloriam ex magnitudine causæ volens suscipere, hanc scripturam composuit, non cogitans, quod multa differentia est inter historiam iusti secundum diuinę scripturæ & simplicitatem & subtilitatem propositam, & inter verba superflua, & ad probationem conficta. Indè & illas plasmationes fecit, in quibus certantem ad Deum fecit diabolus, & voces sicut voluit circūposuit, alias quidem iusto, alias verō amicis: in quibus vobis quantum competenti excessit, dictum est etiam in superioribus. Illum autē Elium in postremo introduxit tantæ iniuriæ plena dicentem aduersus iustum, & in fine personæ magnitudinis diuinę naturæ circūposuit talem dictionē, in qua non piguit etiam *ceti signatum *cetus addere. Ex hoc autem importuno vani honoris amore, & nominationem hæc ex fabulis Paganis arreptam, beato Iob applicauit.

Ad hæc autem despexit idem Theodorus & Canticū Cantorum, & sicut ad amatam sibi hæc Solomonem scripsisse dicit, in fanda Christianorum auribus de hoc exponens. Habet autem sic:

Cū me piguisset Cantica Cantorum perlegere, quoniam neq; secundum prophetiam speciem exposita sunt, neque secundum historiarum traditionem, sicut scriptura regnorum, neq; demonstratiua admonitione studij vtuntur, nescio quomodo tuarum litterarum præceptum de Cantico Cantorum exigens à nobis irrecusabiliter causam, fecit me circa eam diligentem, violenter quidē. Et sic necenim cessauit, & initio ipso lectionis quasi studiosa alacritate oscitans frequenter & dormitans, sicut conuiuio codicis nuptiali, & hoc regali, percautus.

ET POST PAVCA:

Sed sic per sapientiam gentibus & Iudæis prædicabilem & terribilem existentem vt solertem. Vndè & pax ei firmior, quàm in anterioribus temporibus erat, timore summe circa ea prudentiæ frenatis gentibus bella amantibus, Aegyptiacum conuiuium facit, Salomonem apud Iudæos vitiosum, tantam legum paternarum præuaricatorem, abdicantium alienigenas nuptias, & ad puellæ conuiuium *cecidi, fugiendæ quidem

TOM. 2.

etiam ipso patrio deformi colore: (nocturnorum enim colorum Aegyptus genitrix) magis verō fugiendæ, quoniam q genus habebat ex Cham, qui hæres fuit antiquæ maledictionis Noë, ex quibus passus est aliquid Salomon circa coniugis desiderium, & opprobrio præuaricationis iritatus, componit canticam excusationem, vt gratior etiam vxori sit, canticis delectatus pro ea factis: & impropertantes sapienter percussit, tantum conscripti causam illi dantes lætitiarum, & non penitentiam propter nuptias tantum præuas. Videt ab oculis nuptialibus statim ei & initium est, tantum stenti nouam nuptiam reclamantem vituperantibus, Osculetur me sponsus ab oculis oris eius, & vestrum mihi curā nulla opprobrium latrantium. Et iterum iritatio ad vituperationes pro sponsa sua calidior. Nigra sum & bona, filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pellis Salomonis. Nē mihi dicit, colorem ad vituperationem proponite, nisi forte etiam benè compositarum ædificationum ex nigro lapide Arabiæ miraculum, vituperationem esse putatis: quorum lapidum mihi membra similia sunt, sicut quidam lapides preciosi. Cæruleo enim ipso coloris, quod vituperantes canitis, similitudo est talium lapidum, & regalis purpura, & regalis non simpliciter, sed qualem Salomon circundatur, qui plus omnibus regibus ornamenta amat. Sed & ceteri Cantici expositio, iritatio est vituperationum tantum insipientium, & sine causa alienigena vocantium ea, quæ cognita sunt.

ET POST ALIA:

Qui enim canit omnem cantationem, se delectat: ego verō quidem cano propositam cantationem: quibus verō cano, non cum illis me delectans cano: nolebam enim mearum nuptiarum detractionis esse in scula conscriptor. Necessitate autem excusationis volens canere, quorum non volo, cantationem canere cogor, vt sit mihi canticum super morem cantici. Canere enim modō cum sponsa cogor, quæ vituperat publicam excusationem, & clamare ea quæ abscondere nubentibus decet. Quoniam enim confingere nos vituperationibus putant, & reprehensionum opprobrijs diuidere, audiant nos nostros amplexus canentes calidiūs, & nuptialium nostrorum vnguentorum amplius odorem accipiant: circunsonent Canticis tragicis nostrorum osculorum: clamam tuam nigritudinem sponsa purpuream, gratiosam clamatum genus vituperatur laudabilis originis, Israel congētile. Incipe initio responsionis ad eos: ex calidis oculis meis cognoscant, quod amatoris sermonibus adiuicem fruimur: discant percutientes vituperationibus tacitam citharam nuptias amantem: cognoscant maledictionibus

XX bus

zonio religiosissimo episcopo Edeſſæ, Alexandro religiosissimo episcopo Gâgrorum, Thoma religiosissimo episcopo Apameæ Syriæ, Euphranta religiosissimo episcopo Tranorû, Theodoro religiosissimo episcopo Hierapolis Syriæ, Bosphorio religiosissimo episcopo Neocesariæ, Iohanne religiosissimo episcopo Bostre, Philippo religiosissimo episcopo Myrorû, Theodoro religiosissimo episcopo Seleuciæ Hauriæ, Iuliano religiosissimo episcopo Sardiensi, Theodoro religiosissimo episcopo Gortynæ, Eustathio religiosissimo episcopo Damasci, Theodosio religiosissimo episcopo Rhodi, Firmo religiosissimo episcopo Tipason Africanæ prouinciæ, Theodoro religiosissimo episcopo Antiochiæ Pifidiæ, Phoca religiosissimo episcopo Staliensi, Eulogio religiosissimo episcopo Pergæ, Seueriano religiosissimo episcopo Aphrodisiadis, Cyriaco religiosissimo episcopo Amidiæ, Seuero religiosissimo episcopo Synnadorum, Petro religiosissimo episcopo Sidæ, Abrahamio religiosissimo episcopo Sergiopolitano, Aſignio reuerendissimo episcopo Tranopolitano, vicem agente Iohannis religiosissimi episcopi Laodiceæ Pacatianæ Phrygiæ, Iohanne religiosissimo episcopo Adrianopolitano Thraciæ, Chresto religiosissimo episcopo Cuiculi, Theodosio religiosissimo episcopo Iustiniapolitano secundæ Cappadociæ, Stephano religiosissimo episcopo Lao diceæ siue Theodoriadis, Auxonone religiosissimo episcopo Hierapolis Phrygiæ, Eustathio religiosissimo episcopo maximianopolitano, Aethero religiosissimo episcopo Anazarbi, Dometio religiosissimo episcopo Chalcidis, Valeriano religiosissimo episcopo Obbæ Africanæ prouinciæ, Dionysio religiosissimo episcopo Seleuciæ Syriæ, Theodoro religiosissimo episcopo Dryzuparon, Seuero religiosissimo episcopo Pompeiopolitano Paphlagoniæ, Georgio religiosissimo episcopo Iustiniæ Cypselon, Romano reuerendissimo episcopo Galalon, Gregorio reuerendissimo episcopo Iustiniapolitano Armeniæ, Iohanne reuerendissimo episcopo Nysæ, Basilio reuerendissimo episcopo Iustiniapolitano *Camilianorû, Iohanne reuerendissimo episcopo Barcuſorû, *Crisconio reuerendissimo episcopo Zattarenſi prouinciæ Numidiæ, Sergio reuerendissimo episcopo Cynon secundæ Aegypti, Christophoro reuerendissimo episcopo Archadiopolitano Asiæ, Theodoro reuerendissimo episcopo Bybli, Leôtio reuerendissimo episcopo Arcæ, Iohanne reuerendissimo episcopo Myrinæ, Alexandro reuerendissimo episcopo Amphipolitano, Stephano reuerendissimo episcopo Clymatis, Thoma reuerendissimo episcopo Berisæ, Aristodemo reuerendissimo episcopo Philomeli, Thallelæo reuerendissimo episcopo Adrianopolis Pifidiæ, Theodistio reuerendissimo episcopo Erythron,

TOM. 2.

Diogeniano reuerendissimo episcopo Sopolitano, Basio reuerendissimo episcopo Tamiathensi, Anatolio reuerendissimo episcopo Cymæ, Diogene reuerendissimo episcopo Cratiæ, Restituto reuerendissimo episcopo Mileon Africanæ prouinciæ, Theodoro reuerendissimo episcopo Leontopolitano Aegypti, Aemiliano reuerendissimo episcopo Antipyrgi, Conone reuerendissimo episcopo Ptolemaidis, Sotero reuerendissimo episcopo Aulonis, Zosimo reuerendissimo episcopo Antandri, Cypriano reuerendissimo episcopo *Corysi, Elia reuerendissimo episcopo Diocletianopolitano, Theodora reuerendissimo episcopo Cullon, Theodoro reuerendissimo episcopo *Limyron, Gennadio reuerendissimo episcopo Zenopolitano, Aſyncretio reuerendissimo episcopo Aradi, Stephano reuerendissimo episcopo *Botryon, Philippo reuerendissimo episcopo Phelli, Mena reuerendissimo episcopo Demyriangelis, Genethio reuerendissimo episcopo Dorylaij, Thoma reuerendissimo episcopo Constantinæ, Theodoro reuerendissimo episcopo Leontopolitano, Seuero reuerendissimo episcopo Taborum, Theodistio reuerendissimo episcopo Halicarnasi, Cosma reuerendissimo episcopo Malli, Dionysio reuerendissimo episcopo Megarenſi, Callinico reuerendissimo episcopo Opuntis, Paschasio reuerendissimo episcopo Aegæi, Erasmo reuerendissimo episcopo *Cibyæ, Iohanne reuerendissimo episcopo Neocesariæ Euphratenſis, Nonno reuerendissimo episcopo Daufarorum, Stephano reuerendissimo episcopo Balaneon, Thoma reuerendissimo episcopo *Circiſij, Anatolio reuerendissimo episcopo Sebastæ, Constantino reuerendissimo episcopo Midaij, Macario reuerendissimo episcopo Prymneſiæ, Megalo reuerendissimo episcopo *Miri, Thalleleo reuerendissimo episcopo Iſindorum, Niceta reuerendissimo episcopo Epiphaniæ, Alexandro reuerendissimo episcopo Dionysij, Pelagio reuerendissimo episcopo Azanon, Hierone reuerendissimo episcopo Anastasiopolitano Phrygiæ, Glauco reuerendissimo episcopo Alion, Procopio reuerendissimo episcopo Antinoi, Petro reuerendissimo episcopo Dometiopolitano, Iohanne reuerendissimo episcopo Colonia, Vranio reuerendissimo episcopo Tralliensi, Iohanne reuerendissimo episcopo Ceraſuntis, Phronimo reuerendissimo episcopo Sinai, Macedonio reuerendissimo episcopo Iustiniapolitano Bithyniæ, Ecdicio reuerendissimo episcopo Teni, Eulogio reuerendissimo episcopo Dabanorum, Theodoro reuerendissimo episcopo Coradeon, Helpidophoro reuerendissimo episcopo Anastasiopolitano Cariæ, Cyrione reuerendissimo episcopo Da-

po Da-

po Dadimorum, Theodoro reuerendissimo episcopo Laodiceæ, Sila reuerendissimo episcopo Tiberiopolitano, Diogene reuerendissimo episcopo Augustopolitano, Theodoro reuerendissimo episcopo Ingilon, Iuliano reuerendissimo episcopo Zeugmatis, *Dorimeno reuerendissimo episcopo Adraon, Iohanne reuerendissimo episcopo *Leri, Theodoro reuerendissimo episcopo Gargaron, Theodoro reuerendissimo episcopo Comanorum, Ruphino reuerendissimo episcopo Sebastæ Armeniæ, Conone reuerendissimo episcopo Semneon, Cypriano reuerendissimo episcopo Cafatorum, Sifinnio reuerendissimo episcopo Præneti, Iuliano reuerendissimo episcopo Batnon, Anastasio reuerendissimo episcopo Rachiæ, Theodoro reuerendissimo episcopo Porthmi, Paulo reuerendissimo episcopo Stegorij, Stephano reuerendissimo episcopo Amasiæ, Paulo reuerendissimo episcopo Adraſſi, Euandro reuerendissimo episcopo Cnidi, *Mena reuerendissimo episcopo Carpathij, Diodorus Archidiaconus & Primitius reuerentissimorum notariorum, dixit: Scit vestra sancta Synodus, quod antequam die, lectis blasphemijs Theodori Mopsuesteni, interlocuti sem fecistis, ostendentem quidem impietatem ipsius Theodori & eius conscriptorum, iubentem autem altero die recitari, quæ de ipso sancti patres dixerunt, & Imperialibus legibus, & historicis conscriptis continentur. Quoniam igitur hæc præ manibus habemus, suggerimus ad quod placuerit.

Sancta Synodus dixit: Ea quæ iam gesta sunt, recitentur. Quo facto, sancta Synodus dixit: Sicut & antea interlocuti sumus, recitentur ea quæ contra Theodorum Mopsuestenij & eius blasphemias sancti patres scripserunt, & quæ Imperialibus legibus & historicis conscriptis continentur. Et cum suscepisset Theodorus reuerentissimus Diaconus & notarius, recitauit:

Sanctæ memoriæ Cyrilli ex primo libro eorum, quæ contra Theodorum scripsit.

THEODORI.

Siquis velit abusuè & filium DEI Deum verbum filium Dauid nominare, propter DEI verbi templum, quod ex Dauid est; nomet & illum, qui est ex semine Dauid, filium DEI: gratia, non natura appellet, naturales patres non ignorans, neque ordinem subuertens: neque eum qui incorporalis est, etiã corpus dicens: & ante secula ex DEO, & ex Dauid: & passum, & impassibile. Corpus, non est incorporale: quod est deorsum, non est desursum: quod est ante secula, non est ex semine Dauid: quod passum est, non est impassibile: nec enim ista ad eundem intellectum obuertuntur. Quæ sunt corporis, non sunt nei verbi: & quæ sunt Dei verbi, propria non habet corpus. Naturas

TOM. 2.

conſiteamur, & diſpenſationes non abnegemus.

CYRILLI.

Qui dicit oportere non abnegari diſpenſationes, humanitatis myſterium omnino eradica. Præſumit enim dicere, quod neque factus est homo Vnigenitus DEI Verbum, neque ex semine apparuit sancti Dauid: sed filiorum introducit aperte dualitatem, inæquale naturam & falsam nomine. Hoc enim quod abusuè dicitur, omnimodò ostendit vtiq; quod verè non est hoc quod dicitur. mutatur enim alterius appellationem. Ergò si abusuè DEI verbum vocatur homo, non est factus homo manifestè. Si abusuè filius & DEVS ille, qui ex semine est Dauid, neque DEVS, neque filius natura & veritate est. Falsa igitur in vtroque hæc appellatio & ipsa res esse meritò intelligitur. Vterque enim hoc nominatur, quod non est.

EX EODEM LIBRO THEODORI.

Et conuenit eos, qui bene adſpiciunt, quando quidem naturales patres querimus, neque DEVM verbum, Dauid vel Abraham filium nominare, sed factorem: neque corpus ante secula ex patre, sed semen Abraham & Dauid ex Maria natum. Et cum de naturalibus natiuitatibus sit ratio, neque Mariæ filius DEVS esse verbum existimetur. Mortalis enim mortalem generat secundum naturam, & corpus, quod sibi simile est. Ducas natiuitates DEVS verbum non sustinuit, vnam quidem ante secula, alteram autem in vltimis temporibus: sed ex patre quidem natura genitus est, templum vero, quod ex Maria natum est, ex ipso vtero sibi fabricauit.

CYRILLI.

Deinde breuè procedens, & quibusdam per medium interpositis, iterum dixit:

THEODORI.

Cum verò de salutari diſpenſatione ratio mouetur, & DEVS vocetur homo: non quod hoc factus est, sed quod hoc adsumpsit: & homo DEVS, non tanquam incircumscriptibilis factus, nec ubiq; existens. Corpus enim erat & post resurrectionem palpabile, & tale receptum est in cælum, & sic veniet sicut receptum est.

CYRILLI.

Eccè planè & euidenter contra diuinam quidem fertur scripturam, reprobatur verò CHRISTI myſterium, & quasi increpat DEVM Verbum, quod propter nos exinanitionem pati voluit, & quod factus est homo, contristare videtur. Interimit enim omnino humanationem, & aduersus ineffabilem sapientiam extollit se, penè dicens Iudaicè omnium nostrum saluatori CHRISTO, De bono opere non te lapidamus, Iohan. 10. sed de blasphemia, quod tu cum sis homo,

XX 3 fa-

facis te DEVM. Audeat igitur dicentem apertè: Si igitur non facio opera patris mei, nè mihi credite: si verò facio, licet mihi non credatis, operibus meis credite. Cùm enim sciret, quòd diuina virtute & potestate utebatur, & cùm apparuisset homo DEI verbum, abnegat ipsum esse DEVM, & in homine magis habitasse dicit eum, vt DEI verbum nobis hominem ostenderet adorandum, & pura Deitatis nominatione honoratum. Conuictus igitur est ignorasse omnino virtutem mysterij Christi.

THEODORI EX EODEM libro:

Sed si caro, dicit, erat quæ crucifixa est, quomodo sel radios auertit, & tenebræ occupauerunt totam terram & terræ motus, & petre dirumpebantur, & mortui resurgebāt? Quid igitur dicunt & de tenebris in Aegypto factis sub tempore Moysi, non in tribus horis, sed in tribus diebus? Quid verò de alijs per Moysen factis miraculis, & per IESVM Nauæ, qui solem stare fecit, qui sol sub rege Ezechia & præter naturam reuoluerus est? & de Helisæi reliquijs, quæ mortuum resuscitauerunt? Si enim DEVM verbum passum esse ostendunt, quæ in tempore crucis facta sunt, & propter hominem non concedant ea facta esse: & quæ sub tempore Moysi propter genus Abrahæ, & quæ sub tempore Iesu Nauæ & Ezechia regis non erunt. Si verò illa propter Iudæorum populum miracula facta sunt, multo magis quæ in cruce propter DEI verbi templum.

CYRILLI:

Stupefactum est cælum super hoc, & contremuit amplius vehementer, dicit Dominus. O intolerabilem malignitatem, O linguam loquentem iniquitatem aduersus Deum, & mentem in altitudinem cornu extolentem. Paruum esse tibi videtur, adfixum esse ligno Dominum gloriæ? quem tu quidem neque filium verum, neque DEVM esse dicis: nos autem credimus, quòd est verè filius & DEVS, creator & opifex omnium. Neque enim erat homo simpliciter, sed in specie humana, qui est ex DEO patre DEVS verbum: non translationem vel mutationem, quæ est in carne, passus, vnitus verò magis ei secundum fidem sacrarum literarum. Ille qui in carne passus & suspensus est miracula in ligno est, miracula fecit in Aegypto, in per Moysen, omnibus per sapientem Moysen suam gloriam manifestans.

THEODORI EX EODEM libro:

Gratia filius, qui ex Maria est homo: natura verò DEVS verbum. Quod verò est gratia, non natura est: & quod est natura, non gratia, non duo filij. Sufficiat corpori, quod ex nobis est, secundum gratiam filiationis, gloria, immortalitas, quòd templum dei

TOM. 2.

verbi factum est. Non supra naturam eleuetur, & DEVS verbum pro debita à nobis gratiarum actione non iniurietur. Et quæ est iniuria? Componere ipsum cum corpore, & putare eum ad perfectam filiationem corporis indigere. Neque ipse DEVS verbum vult seipsum filium Dauid esse, sed Dominus: corpus verò vocari filium Dauid, non solum non inuidit, sed etiam propter hoc peruenit.

CYRILLI:

Ergò, quoniam quod est gratia, non natura, & quod est natura, non gratia: non sunt filij duo secundum tuam rationem, qui gratia quidem, & non natura filius est, non est verè filius. Superest autem, vt staret veræ filiationis gloria in eo, qui est natura & non gratia, id est, in Deo verbo, qui est ex DEO patre. Expulsus est igitur, sicut dixi, esse & dici filius DEI CHRISTVS IESVS, per quem & saluificati sumus, mortem eius annunciantes, & confitentem resurrectionem. Verbum enim fidei quod prædicamus, ad istam nos confessionem producit. Ergò in hominem fides est, & non in eum, qui & natura & verè DEI filius est. Si enim verus esse, qui dicit gratia filiationem sortitum esse ipsum multitudini filiorum connumerabitur, id est, nobis, quibus superna gratia filiationem donat, ad quam vocati sumus per IESVM CHRISTVM, qui ex femine Dauid est secundum carnem. Et certum te faciat, dicens diuinus Euangelista: Qui verò acceperunt eum, dedit eis potestatem filios DEI fieri, credentibus in nomine eius. Deinde quomodo qui ab altero datam dignitatem filiationis sortitus est, & nobis ipsis donare non suam magis, sed acquisitam ei extrinsecus gratiam?

ET POST PAVCA:

Dedit seipsum in exinanitionem filius, & cùm in omnibus esset perfectus, voluit pati humilitatem, & secundum carnem ex muliere sustinere natiuitatem, & appellatus est filius Abrahæ & Dauid. Non miratus es tam bonum dispensationis artificium, magis verò reprehendis mysterium: iniuriam esse dicens incarnationem vnigeniti, increpas consilium DEI & patris: inclamas verò etiam ipsum filium, qui pati voluit propter te exinanitionem. Cum igitur audieris dicentem ad cælestem patrem & DEVM, Sacrificium & oblationem noluisse, holocausta & pro delicto non postulasti, corpus autem perfecisti mihi: tum dixi, Ecce venio: in capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam DEVS, volui: non recta cogitare forsitan filium de sua gloria dices. Elegit enim corporis perfectionem, & non alij magis factam, sed sibi secundum verba ipsius. Corpus enim perfecisti, dicit: licet audieris Paulum dicentem de DEO verbo: Ergò quia filij participes sunt sanguinis &

car-

Iohan. 1.

carnis, & ipse similiter particeps factus est eorumdem. Et sic sapiens Iohannes scribit, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, surge cõtra eos clamans, Non pro debita gratiarum actione à nobis iniurietur. Deus verbum non factus est caro, Deus verbum non particeps fuit verè sanguinis & carnis: similiter nobis non natus est secundum carnem ex muliere: non appellatus est filius Dauid. Hoc enim quod & nominari eum iniurium est, & non secundum voluntatē ipsius, quomodo pati voluisset? Sed nos o sapiens, glorificare consueuimus DEVM & patrem, quia corpus perfecit filio: & ipsum verò dicimus filium factum carnem, id est, hominem, passum quidem esse propter nos exinanitionem, & nostræ paupertatis subisse humilitatem, permansisse verò & sic Deum, & filium verè Dei & patris. Quomodo igitur non voluit filius nominari Dauid, si humanatus est, & hoc non inuitus?

THEODORI EX SECVNDO libro Cyrilli:

Psalm. 8.

Quid est homo, quòd memores eius? aut filius hominis, quòd visitas eum? Consideremus igitur, quis homo sit, de quo stupefit & miratur, quòd vnigenitus dignatus est eius memoriam visitationemque facere. Sed quòd quidem non dictum est de omni, in superioribus demonstratum est: Quòd autem non de vno quolibet, & hoc certum est. Vt autem omnia prætermittamus, quod omnibus credibilis est, apostolicum testimoniū excipiamus. Scribit igitur Apostolus ad Hebræos, narrans de Christo, personam que suam non acceptabilem apud eos confirmans, ita dicit: Testificatus est verò alicubi quidam, dicens: Quid est homo, quòd memores eius? aut filius hominis, quòd visitas eum? Minorasti eum paulò minùs ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum supra opera manuum tuarum. Omnia subieciisti sub pedibus eius. Et cùm testimonium dixisset, interpretans ipsum, intulit: Subijciendo autem omnia, nihil dimisit nõ subiectum. Modò autem nondum videmus omnia ei subiecta. Et quis homo est docens nos, quoniam dubiū erat à voce posita apud beatum Dauid, intulit: Paulò autem minùs ab angelis minoratum videmus Iesum, propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Si igitur ex Euangelij quidem erudimur, ad Dominum dixisse beatum Dauid omnia quæ sunt psalmi, & cætera, & quòd memor es, & visitas, & minorasti, & subieciisti, ex Apostolo verò Iesum esse discimus, de quo loquens Dauid dicit, quòd eius memor est, & quòd eum visitauit, sed etiam quòd omnia subiecit ei, cùm paulò minùs ab angelis minorasset eum, cessate vel vix aliquando à vestra impudentia, cognoscentes quòd oportet. Videtis enim hominū sceleratissimi quanta naturarum est differentia, quæ hic qui-

TOM. 2.

dem stupefactus est, quia & memòr esse hominis dignatur, & visitare eum, ceterorumque participem facere, quorum eum participem fecit: ille verò è contrario miratur, quòd tantorum particeps esse supra suam naturam meruit: & hic quidem tanquam beneficium dans mirificatur, & magna præstans, & supra naturam eius qui consequitur beneficium: ille verò tanquam beneficium consequens, & maiora, quam est, ab eo suscipiens.

CYRILLI:

Sobrius estote ebrii ex vino eorum, declamet aliquis sic erratibus. Impone homo tuæ linguæ ostium & serath: cessa cornu in altitudinem extollens, & loquès iniquitatem aduersum Deum. Quousque insultas patienti Christo? In mente habe, quod scriptum est à diuino Paulo: Sic verò peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam conscientiam, in Christum peccatis. Et vt aliquid etiam ex prophetis loquar codicibus, iustificata sunt Sodoma ex te, superasti paganorum verborum, quas fecerunt contra Christum, stultitiam exultantes crucem, nihil esse ostendisti Iudææ superbiæ crimina. Minorare præsumis, & quòd ad te pertinet, detrahis ad infamiam eum, qui supernas sedes cõdecet, & vnà cum Deo & patre eandem sedem habet. Eum enim, qui ex mortuis resurrexit, in sedibus Deitatis sedere dicit sapientissimus Paulus. Dixit enim, quòd talē habemus principem sacerdotum, qui sedet in dextera sedis maiestatis in excelsis: qui est super omnem principatum, & potestatem, & dominationem, & nomē quod nominatur nõ solum in hoc seculo, sed & in futuro. Flectitur enim ei omne genu, & omnis lingua cõfiteatur, quòd Dominus Iesus Christus in gloriam Dei patris. Et quis est, qui in his est tanquam Deus? Iterum idem ipse explanauit, qui eius mysteriorum sacerdos est. Dixit enim: Quòd exinanit seipsum, in similitudine hominis factus est, & in habitu inuentus tanquam homo: & humiliavit seipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Flectitur igitur omne genu cælestium, & terrestrium, & inferorū ei, qui crucem sustinuit: quem puris & solis humanitatis mensuris inijciēs aduersarius, memoriam & visitationem meruisse dicit à Deo verbo, cùm certè oportet scire & sapere, quòd non alter Deus verbum erat præter ipsum filium separatim, & per partem qui ex femine Dauid, sicut dicit homo: sed erat ipse ex Deo patre Deus verbum, factus secundum nos, homo videlicet, & non alium quendam magis quam seipsum visitatione & memoria dignans.

THEODORI EX EODEM libro:

Cessabunt ne iam ab impudente pugna? desistent verò vana contentione, erubescerites dictorum euidentiam? Multos em, dicit, si-

Hebr. 2.

XX 4 lios

filios in gloriam ducentem. Ecce igitur in ratione filiationis connumerans Apostolus apparet adsumptum hominem ceteris, non secundum quod similiter illis filiationis participes est, sed secundum quod similiter gratia adsumpsit filiationis, deitate sola naturalem filiationem possidente. Certum enim est illud, quod filiationis gloria praeter ceteros homines inest ei praecipue per unitatem, quae est ad illum. Unde & in ipsa voce significante filium, similiter etiam ille comprehenditur. Sed sermocinatur ad nos: Si duo perfecta dicitis omni modo, & duos filios dicemus. Sed ecce & filius dicitur est in diuina scriptura per seipsum, diuinitate excepta, ceteris hominibus connumeratus, & non iam duos dicimus filios. Unus verò filius in confessione est iustus, quoniam naturarum diuisio necessario debet permanere, & personae unitio indissolubilis custodiri.

CYRILLI:

Papae insaniam. Ignorauit omnifariam altitudinem mysterij Christi, qui ita frigidis & puerilibus verbis confusus est. Quod autem & prolati scripti virtutem minime intelligit, rectam verò semitam declinat, & transfertur iterum in sceleratam sibi propositam intentionem, statim docemus. Quod enim ante omnia studium ei est, purum nobis hominem velle demonstrare confessorē patri, & ab vniuersa creatura tanquam Deum adorandum, ipse testis ingredietur. His enim, qui secundum gratiam filij sunt, & humanae multitudini connumerans eum, verbi Deitatem solam verae filiationis gloriam habere contendit, penes etiam increpans eum, qui propter nos exinanitionem pati voluit: vel forsitan etiam obijciens inhonestam suam dementiam discipulo dicenti, Et verbum caro factum est. Sciendum igitur, quod licet vni alicubi dicat, & non magis duos filios, eiciens omnino esse Deum & filium eum, qui, sicut ipse dicit, de femine est David: ad solum refert Deum verbum, quod ex Deo patre est, verae filiationis gloria. Hoc verò nihil aliud est, sicut dixi, quam non suscipere modum humanitatis: omnino autem interimere dispensationem, per quam & salui facti sumus, & mortem & peccatum transiimus, & diabolicæ auaritiæ iugum deposuimus.

THEODORI, EX EODEM LIBRO:

Nemo artificio interrogationum decipiat. Flagitiosum enim est, deponere quidem tantam testium nubem, secundum quod Apostolus dixit, astutus autem interrogationibus deceptos, aduersariorum parti coniungi. Quae verò sunt, quae cum arte interrogant? Hominis genitrix Maria, an Dei genitrix? Et, Qui crucifixus est, vtrum Deus, an homo? Sed istorum quidem certa est absolutio & ex his, quae praediximus in responsis, quae ad interrogationes fuerunt: tamen verò dicatur & iam

Iohan. 1.

Hebr. 11. d

nunc, quae compendiose respondere oportet, ut nulla eis occasio astituta relinquatur. Cum igitur interrogant, Hominis genitrix, an Dei genitrix est Maria? dicatur à nobis, vtraque: vnum quidem natura rei, alterum verò relatione. Hominis enim genitrix est naturaliter, quoniam homo erat in vtero Mariae, qui & inde processit: Dei autem genitrix, quoniam Deus erat in homine nato, non in eo circumscriptus secundum naturam, sed quod in eo est secundum affectum voluntatis. Itaque vtraque quidem dici iustum est, non autem secundum similem rationem. Nec enim sicut homo in vtero, ut esset, suscepit initium, sic & Deus verbum. erat enim ante omnem creaturam. Itaque & vtraque dici iustum est, & vtrumque eorum secundum propriam rationem. Idem autem respondendum &, si interrogant, Deus crucifixus est, an homo? quod vtraque quidem, non autem secundum similem rationem. Nam hic quidem crucifixus est, ut potest & passionem suscipiens, & ligno affixus, & ab Iudeis detentus: ille autem, quod erat cum ipso secundum praedictam causam.

CYRILLI:

Insuper autem his inserti statim procedes, quod crucifixus homo erat habens DEVM inhabitantem.

ITERVM CYRILLI:

Quid dicis, o fortis? Dei genitrix erat sancta virgo, quod nato ex ipsa Deus inerat, habitans secundum solum affectum voluntatis? Istam esse adfirmas unitatem? Ergo cum etiam in nobis ipsis mansionem faciat Deus existens verbum, (inhabitat enim animabus sanctorum per sanctum spiritum) confitearis ne secundum similem modum etiam nos ipsos ad ipsum habere unitatem? Vbi igitur miraculum mysterij Christi adspiciat aliquis? Nam quando quidem creditur secundum nos homo fieri DEVS verbum, mirabile est verè mysterium, & miretur utique aliquis hoc meritò & vehementer. Si autem in homine habitare dicatur secundum affectum voluntatis, aliam habet rationem res dispensationis. Meruimus enim, sicut dixit, eiusmodi gratiam, qui fide quae in ipsum est splendimus. Non enim aliquis utique dicat, quod non voluntarie inest nobis, magis verò voluntarie siue secundum voluntatem in sitam ei ad nos affectum fecerat. Sed nec à carne sanctae virginis initium essentiae habuisse dicimus Deum verbum, qui consubstantialis est patri. Erat enim semper vna cum eo subsistens, magis autem scimus secundum nos, factum esse hominem. Itaque iuste Dei genitrix dicatur à nobis sancta virgo, quam hominis genitrix, cum certè secundum carnem CHRISTUM peperisset.

ET POST ALIA:

Cum enim ad explanationem hoc propositum est, quod est, Cum introducat primogenitum

Psal. 96.

genitum in orbem terrarum, dicit, Et adorēt eum vniuersi angeli Dei, scribit iterum sic:

THEODORI:

Quis est igitur, qui in orbem terrarum introducit, & dominationē eius incipit, de qua ei & adorari ab angelis acquiritur? Nec enim insaniens aliquis dicat, Deum verbum esse introducētū, qui omnia non extantia fecit, ineffabili eius virtute donā eis vt essent.

CYRILLI:

Insaniā igitur esse dicis, velle sapere recte, & in mente habere veram, & rectam, & in adulteratam fidem? cum certè plenos sermones insaniā, dicat aliq̄ esse, & valde meritò eos, qui vni genitum Dei verbum abnegant introducētum esse à Deo & patre in orbem terrarum, cum factus est homo. Qui enim secundum naturam & differentiam alijs omnibus superior est, quoniam est creator eorum, & tantum eis substantialiter superior & superpositus est, quārum est minor factura factore, ingressus est in orbem terrarum, quando appellatus est pars eius, secundum quod homo apparuit.

ET POST PAVCA:

Miror verò aduersarium scripsisse, quod nunquam coniunctionem ad Deum verbum meruisset & Iesus, nisi prius immaculatus esset effectus per vnctionem. Nam quidem primum disiungit manifeste & discernit, aperte duos dicens filios. Deinde dicat, quā dō, sicut ait immaculatus effectus est, & ad Deum verbum coniunctionem meruit, vtrum ex ipso vtero, aut cum tricesimo anno esset. Peruenit quidem ad Iordanem, quāsi verò etiam Iohannis baptisimū. Si quidem ex vtero sanctus esset, quomodo dicit sanctum effici eum, & non magis esse? Quod enim dicitur fieri, omnino necessē est intelligere, quod non erat quod factum est. Sin autem erat sanctus semper, & hoc non in tempore factus est, quomodo dicit Spiritum super eum deuolāsse, & coniunctione dignum ipsum demonstrāsse, & addidisse ei quod deerat? Et hoc enim in alijs suis posuit libris. Quid enim erat, quod omnino ad sanctificationē deerat ei ex ipso vtero, magis verò & ante secundum carnem natiuitatem sancto & immaculato, & sanctificanti creaturam?

Cum igitur dicat, quod non utique meruisset Iesus coniunctionem ad Deum verbum, nisi prius immaculatus effectus esset, plurimas simul accusaciones aduersus sua scribit vaniloquia. Nam primum quidem indecenter dicit, meruisse: deinde disiungit in alterum separatim filium, qui ex femine est David, quem ipsum solum separatim Iesum nominare impudenter contendit: Ad hæc, immaculatum effici eum dicere, tanquam hoc aliquando non habentem, plurimam hoc habet & blasphemiam. Vnitus enim Deus verbum ex ipso vtero carni suae, vnus erat, & sic & immaculatus filius, sanctus sanctorum, &

March. 3.

de sua plenitudine spiritum dans non solum hominibus, sed etiam sursum & in caelo rationabilibus virtutibus.

ET POST PAVCA, Theodori:

Multifarie multisq; modis olim Deus locutus patribus in prophetis, in nouissimis diebus his locutus est nobis in filio. Per filium enim locutus est nobis: certum est verò, quod de assumpto homine. Cui enim dixit aliquando angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Nullum, dicit, participē fecit dignitatis filij. Hoc enim quod dixit, Genui te, quasi per hoc participationem filiationis dedit: omnino verò aperte nullam habens ad Deum verbum communionem, apparet hoc quod dictum est.

CYRILLI:

Certè & in allocutionibus, quas fecit ad baptizandos, iterum dixit idem Theodorus: Hoc verò non ex nobis ipsis inuenimus testimonium, sed ex diuina edocui sumus scripturam, quoniam & beatus Paulus ita dicit: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus, non quod ex Iudeis & secundum carnem est, qui super omnia Deus est: sed hoc quidem ad significandam humanam naturam dixit, quā ab Israelitico genere esse sciebat: illud autem ad ostendendam diuinam naturam, quam supra omnia & omnibus dominantem sciebat. O sardi audite, & caeci videte, acclamauit aliquis sanctorum eis, qui fuerunt ex sanguine Israel. Ego autem arbitrator & valde meritò hoc aptum esse non habentibus, vel non volentibus rectè intelligere Christi mysterium. Nam obcaecauit quidem Deus seculi istius intelligentias infidelium, & lumen diuinum & intelligibile in mente & in corde non habentes meritò errauerunt. Si verò quidam sunt illuminati, magis verò etiam doctoribus connumerati, qui similibus morbis nescio quomodo detenti sunt, quid aliud eis aliquis acclamet, quam hoc, quod à Deo dictum est per vnum sanctorum prophetarum, Quod laqueus facti estis speculē in visitatione, & sicut retia extensa in statumine, quam qui venantur, confixerunt? Qui enim quā plurimā vtilitatem subiectis magis facere debet, isti fuerunt & laqueus, & rete, & scalfidali occasio, & petaurū inferni. Et ista dico miratus valde, & videre non potes, ad quod respicit intentio aduersarij. Nam confessus est quidem euidenter, quod per filium locutus est nobis Deus & pater: esse verò istū dicit adsumptum hominē, nullā habente Deo verbo ad hoc dictum communionem. quomodo igitur non omnibus manifesta est aduersus B. Paulū calumnia, magis verò ipsius veritatis accusatio? nec enim sic intellexit spiritū sanctū habēs apostolus. Iterum verò deriuat dogmatū rectitudinem ad suam placentiam aduersarij.

EX LIBELLIS PORRECTIS à presbyteris & diaconis, qui transmissi sunt ab episcopis, & clericis, & monachis, & ceteris

Hebr. 1.

Psal. 2.

Rom. 9.

Esā. 42.

2. Cor. 4.

Osee 4.

ris magnæ Armeniæ, & Perfidis, & alijs gen-
tibus Proclo sanctissimo episcopo Constan-
tinopolitanae ciuitatis.

Fuit aliquis pestifer homo, magis autem
fera, hominis habens formam diabolicam,
mentito nomine Theodorus, qui schema &
nomen episcopi habuit, in angulo & ignobi-
li loco orbis terrarum latitans, in Mopsue-
steno secundæ Ciliciæ vili oppido, verè qui-
dem & principaliter à Paulo Samosateno de-
scendens, licet Photino & cæteris hæresiar-
chis in libro de Incarnatione Domini nostri
Iesu Christi, in toto suo proposito iplis ver-
bis inueniatur vsus, & si quid peius. Iste per
machinationem & audaciam & errorem dia-
boli volebat omnes homines acuta sua sicut
colubri lingua, & veneno, quod sub lingua
aspidis est, deperire. Et interim quidem reti-
nebatur suo latibulo, timens potestatem eor-
um, qui à magno Deo & saluatore nostro
Iesu Christo acceperunt calcare supra colu-
bros, & scorpiones, & omnes vires inimici: dico
autè sanctos apostolos, & qui consequen-
ter ab his susceperunt, martyres, & confesso-
res, & episcopos, & cæteros sanctos. Inuen-
to autem, nescio quomodo, tempore, cœpit
reperire & extra fines suos, fiduciam gerens &
in paræcia ad eum non pertinente, tãquam
eruditus sermocinator, & in Antiochia Sy-
riæ in ecclesiâ alloquens, sic dixit: Homo le-
sus. Quid est enim homo, quod memor es
eius? Apostolus autem, de Iesu dictum fuisse
hoc, dixit. Eum enim, qui paulominus ab an-
gelis minoratus est, videmus, inquit, Iesum.
Quid ergo? Homo Iesus similiter omnibus
hominibus, nullam habens differentiam ad
homines eiusdem generis, præter ea quæ gra-
tia ei dedit: gratia autè data, naturam nõ im-
mutat: sed post mortis destructionem dona-
uit ei Deus nomen supra omne nomen. Qui
donauit, Deus est: cui donauit, homo Iesus
Christus primitiæ resurgenti. est enim pri-
mogenitus ex mortuis. Ascendit ergo, & ad
dexteram patris sedet, & est supra omnia. O
gratia, quæ super omnia data est Iesu. O gra-
tia, quæ superauit omnium naturam. Qui est
eiusdem mihi natura, super cælum demon-
stratus est, in dextera patris sedet, & dico ad
eum: Non vna natura mea & tua? & tu quidè
in cælo, ego autem in passionibus: & tu qui-
dem supra omnem principatum & potesta-
tem, ego autem in cæno. Sed audiam ad ea,
quod benè complacuit in me, patrini. Quid
dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me
fecisti? Nihil habeo ad hoc quod dicam: sed
mei fratres, qui eiusdè mihi matris filij sunt,
dicunt mihi, Nè disungas hominem & Deum,
sed vnum eundemq; dic hominem. Dico cõ-
naturalè mihi, dico Deum. Si dixerò conna-
turalem Deo, dico, Quomodo homo & De-
us vnum? Nunquid vna natura hominis &
Dei. Domini & serui, factoris & facturæ? Ho-
mo homini consubstantialis, Deus autè Deo

Luc. 10.

Psal. 8.
Hebr. 2.

Phil. 2.

Coloss. 2.
Apocal. 1.

Matth. 3.
Esa. 29.
Rom. 9.

TOM. 2.

cõsubstantialis, quomodo ergo Deus & ho-
mo vnus per vnitatem esse possunt? saluâs, &
qui saluatur? qui ante secula, & qui ex Maria
apparuit? Sed vehemèter doleo, quia mei fra-
tres hæc mihi dicunt, vt loquar in Ecclesia, q
non est possibile dicere benè sapientes. Hæc
ab impio Theodoro dicta posuerunt, & in-
ferunt sic: Non qualemcunq; autem tumul-
tum ex impijssimis suis verbis Ecclesiæ mo-
uens, cognitus est huc atq; illuc à rectitudine
dogmatũ declinans. Nec enim recta via eius,
qui peruersus est. Vndè multi clericorũ fidu-
tiam habuerunt eum conuincentes: & misere-
rum autem Nestoriũ moueri, & tediõsè quæ
ab eo dicta sunt, susceperunt. & alia multa per-
turbatio à populo facta est ex dissonantibus
Christianorum ecclesiæ verbis eius, sicut cõ-
tinet Epistola Iohannis Antiochiæ ad Nesto-
rium. Multo autem tempore scilicet perseue-
rans Theodorus, persuasit multis & Nesto-
rio, quod Christus filius Dei viui, qui de san-
cta virgine Maria natus est, nõ est qui ex pa-
tre natus Deus verbum, consubstantialis geni-
tori, sed homo, pro quantitate suæ volun-
tatis ex Deo verbo cooperationem suscipiens,
& non prius meritis cõiunctionem Dei
verbi, antequam immaculatus fieret, vt par-
ticeps fiat immaculatiõis, solius nominis fi-
liationis & dominationis. Quomodo enim,
inquit, homo & Deus per vnitatem esse po-
test, qui saluat & qui saluatur? q ante secula,
& qui ex Maria apparuit? Dominus & seruus?
factor & factura? Ità & talia ipse Christi im-
pugnator Theodorus ausus est dicere, & in
suis conscriptis inseri fecit, fingens quasi cõ-
tradidere Arrio, & Eunomio, & Apollinario,
& non penitus Deo verbo de substantia Dei
patris genito dans, aut secundum carnem de
sancta virgine Maria natiuitatem, aut aliud
aliquid de incarnatione & humanatione: sed
Iesu Christo, qui & vnus est, & participatur
honorem, cuius particeps est propter ex deo
verbo & vero & consubstantiali filio præpa-
rationem sibi factam, vt conuerteretur benè.
Persuaso autè impio Nestorio vnà cum alijs,
gaudebat iam diabolus, q p filiũ suũ Theo-
dorũ persuasit multis & Nestorio errori ser-
uire. Non est autem contentus quorundam
in locis Syriæ perditione, sed volebat multò
amplius terram comprehendere. Contigit
autem istam ecclesiam viduam fieri, & nesci-
mus ex quibus peccatis, aut quomodo obti-
nuit Episcopatum Nestorius quorundã cir-
cunventione, non habetium nec ex Deo ac-
cipientium gratiam: & potestate abutens, ex-
ultabat sua impietate superare authorẽ suũ
Theodorum. Misèratus autè Deus ecclesias,
suscitauit multa contra eum, in quibus & hu-
miles constituti, nihil prætermisimus vsq; ad
mortem pro veritate certantes, sicut & in no-
stris contra Theodorum & scripta eius libel-
lis ad Alexandrinum religiosiss. episcopum
Cyrillum diximus, & in his quæ ad vestram
dici-

Nestorius à
Theodoro
deprauatur.

Hic Tomus
habetur in
reger in
operibus Cy-
rilli.

Ephes. 2.

alius vertit,
infucatum
Coloss. 2.

1 Cor. 3:

dicimus beatitudinẽ: & petimus, postquam
isti perlecti fuerint, & illos perlegere, qua-
tenus fiat vnitas vestra contra Theodorum,
& sacrilega capitula & dogmata eius, & eo-
rum, qui similia sapiunt vel docent: & sicut
Domino placuit cõdemnari manifestè & no-
minatim in Epheso ab vniuersali synodo sa-
cilegũ Nestorium, sic per vos etiã antea
condemnatum sine nomine, sacrilegiorem
in varia impietate Theodorum, nominatim
condemnari, & eos qui secundum impijssi-
mam eius expositionem hætenus in Syria
& Cilicia sapiunt & docent.

Porrecta sunt autem & impia capitula ex
Theodori codicibus sanctæ memoriæ Pro-
clo ab Armenijs, quorum multa in antelatis
continentur. Ad tales igitur libellos Arme-
niorum rescribès sanctæ memoriæ Proclus,
inter alia dogmata, de Theodoro & eius im-
pietate dicit:

PROCLI SANCTÆ MEMO-
RIÆ à Tomo ad Armenios scripto.

Fugiamus turbulentos & cœnosos falla-
cia riuos, sectas Deum impugnantes: dico
Arrij furorem, diuidentem indiuiduam
Trinitatem, Eunomij audaciam circuncu-
dentem scientia incomprehensibilem natu-
ram, Macedonij rabiem separantem à Deitate
inseparabiliter procedentem spiritum, &
nouam istam & recentem blasphemiam, quæ
Iudæorum multò amplius blasphemiam su-
perat. Nam illi quidem eum, qui est filius, de-
negant, fraudates ramo radicem. Iste verò ei,
qui est, alterum introducunt, & de-
trahentes sinceram naturam, vt
potè multa generantem. Dicamus
ergo cum Paulo: Christus est pax
nostra, qui fecit vtraque vnũ. nam
Iudæum & paganum per baptisma
in vnum nouum creauit hominẽ,
virtutem vniens cõuersatione di-
stantia. Terreantur condemnatione nouæ
impietatis inuencores: si quidem ea quæ di-
stant, in consonantiam vnita sunt: qui autem
vniuit, in dualitatem, quantum ad ipsos, di-
uisus est.

IDEM SANCTVS PROCLVS IN
eodem Tomo ad Armenios scripto, aduer-
sus eundem impium Theodorum.

ISTA autem ad vestra direximus charita-
tè, ex vestris inuitati libellis, quos ad nos
transmisistis, dicentes quosdam pestiferos &
monstrilios homines inuasisse prouinci-
am vestram, volentes per malitiosa conscri-
pta & obiectiones falsæ scientiæ, peruertere
simplicem & sine machinatione ortho-
dx fidei pulchritudinem. Sed quæ sunt bea-
ti Pauli, iterum dico vobis: Videte nè qd sit,
qui vos decipiat per philosophiam & nouã
fallaciam, secundum traditionem vani con-
siliij hominum, & non secundum Christum.
Fundamentum enim aliud ponere nemo po-

TOM. 2.

test præterpositum, qui est IESVS CHRIS-
TVS.

SANCTI CYRILLI
AD CLERICOS ET LAM-
ponem presbyterum.



VM apud Eliam commo-
rarer, vir aliquis ex his, qui
nobiliter militant in pala-
tio, epistolam multorum
versuum & grandem obtu-
lit mihi signatam, quam se
dicebat accepisse ab Anri-
ochenis orthodoxis. Subscriptiones autem
erant in ea plurimorum clericorum, & mo-
nachorum, & laicorum. Accusabant autem
Orientales Episcopos, quasi tacentes quidè
Nestorij nomen, & dissimulantes eum auer-
sari, transilientes autem ad Theodori codi-
ces de Incarnatione factos, in quibus multò
peiores Nestorij blasphemijs posita sunt.
Pater enim fuit Nestorij p̄idia, & illius ma-
la locutus, impius in his factus est, in quibus
modò est. Et scripti quidem reuerendissimo
episcopo Antiocheno, vt Theodori impia
dogmata in Ecclesia nemo loquatur: acce-
dens autem ad Alexandriam reuerendissimus
diaconus & archimandrita maximus pluri-
ma in clamauit in Orientales, dicens ortho-
doxos nullum ibi locum habere, nec fidutiã
loquendi de recta fide. Dixit verò, quod cõ-
fingunt quidem confiteri symbolum expo-
situm Nicea à sanctis patribus, malè autem
illud interpretantur: & adhortatus est me
omnem expositionem Nicenæ Synodi inter-
pretari planè, vt non subripiant quidam alia
pro alijs exponentes. quod & feci. Habet igitur
Tomos, vt offeratur & pijs reginis,
& Christianissimo & pijs domino. Feci
enim in membranis scribi Tomũ. Cum con-
silio igitur eius sicut benè habere perspiciatis,
opportunè offerte. Oportet enim nos
vndique pro recta fide certare, & exortã ad-
uersus Christum impietatem, quantum pos-
sibile est, è medio expellere festinare.

EIVSDEM SANCTI CYRILLI
Epistola ad Acacium Episcopum Melitinæ.
scripsit verò eandem ad Theodotum Ancy-
ræ, & ad Firmum Casaræ Cappadociæ.

NON oportebat latere sanctitatem tuã,
naut forsitan & cognouit, q omnes Ori-
entales religiosissimi Episcopi in Antiochia
conuenerunt, cum transmisisset eis Tomum
dominus meus sanctissimus episcopus Pro-
clus, bonorum plenum intellectum, & re-
datur.

NON oportebat latere sanctitatem tuã,
naut forsitan & cognouit, q omnes Ori-
entales religiosissimi Episcopi in Antiochia
conuenerunt, cum transmisisset eis Tomum
dominus meus sanctissimus episcopus Pro-
clus, bonorum plenum intellectum, & re-
datur.

NON oportebat latere sanctitatem tuã,
naut forsitan & cognouit, q omnes Ori-
entales religiosissimi Episcopi in Antiochia
conuenerunt, cum transmisisset eis Tomum
dominus meus sanctissimus episcopus Pro-
clus, bonorum plenum intellectum, & re-
datur.

ana-

anathematizare. Illi verò non passi sunt, & scripserunt ad me, quòd si còtingerit anathematizari ea quæ sunt Theodori, perueniet omni modò macula etià ad sanctos nostros patres, Athanasium dico & Basilium, & Gregorios, & Theophilum, & ceteros. Nam scripserunt & ipsi quædam consonantia eis, quæ sunt Theodori. Et erat necessariù etià me ad eos rescribere, quæ & nota faciet tuæ sanctitati religiosissimus episcopus Daniel, qui Alexandria inuentus est, & singula eorum, quæ mota sunt, subtiliter cognoscit.

EPISTOLA CYRILLI AD Rabbulam Episcopum Edeßæ.

AD incomparabilem quandam alacritatem & ad inexpugnabilem confidentiam nostras excitat animas sapientissimus Paulus, sic scribens: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Nihil enim intolerabile est eis, qui firmiter apud se statuunt certamen fidei certare, cursum perficere, fidem seruare, vt & incorruptionis mereantur coronam. Sicut verò sollicitos optimè gubernare, non in serenitate nauigare, sed in tempestate posse nauem seruare, probatissimos declarat: sic etià fortitos ecclesijs prædicare nò omnimodò rerum serenitas claros demonstrat: magis verò solertia in tribulationibus, & fortitudo, & patientia, & fortiter resistere instabilibus hæreticorum sermonibus. Semper quidem tua splenduit sanctitas, præcipue autè modò, facta omnibus Orientalibus columna & fundamentum veritatis, & sicut quendam pestiferum expellens morbum nouè & abominandæ hæreseos Nestorij blasphemiam. Nam, pcedit quidè ex altera radice (illius dico, qui de Cilicia erat) ista impietas, arbitratus verò est, quòd tenebit orbem terrarum propter potentiam nescio quomodò illi datam. Rapuit enim sedem fortissimam, & factus est cibus draconi multa capita habenti: sperauit verò etià ipse sanctas Dei Ecclesias deuorare, & omnes apprehendere: & nisi nos saluasset Deus omnipotens, præualuisset utique, quantum ad potentiam conatum pertinet eius, sceleratasq; concursiones illorum, qui eum continent.

Rom. 8.

Hæreticorū instabiles sermones.

Theodorū Mopsuestenū dicit.

Apocal. 12.

EPISTOLA CYRILLI ad monachos.

CHARISSIMIS & desideratissimis Anastasio, Alexandro, Martiniano, Iohanni, Paregorio presbyteris, & Maximino diacono, & ceteris orthodoxis patribus monachorum, & eis qui vobiscum solitariam vitam exercent, & in fide Dei confirmati sunt, Cyrillus in Domino gaudere.

Desiderium studiumque, quod circa doctrinam vestra charitas habet etiamnum, nò mediocriter collaudavi, dignumq; esse dico

TOM. 2.

omni ratione. Nam diuinas desiderare doctrinas, sacrorumq; dogmatum solere defendere rectitudinem, quomodò non aliquis miretur? Hæc enim res vitæ infinitæ & beatæ prouisor est, & studium quod in his est, non finè mercede existit.

ET POST ALIA:

Quoniam verò scripsit vestra reuerentia, quòd deriuant quidam ad quod non conuenit, vim verborum, quæ in Symbolo sunt, aut non intelligetes rectè, aut diligetes quorundam còscripta, in reprobum sensum abducti: idèd scripsisti, quòd propter hoc oportet me de his ipsis ad vos facere doctrinam, & planè interpretari expositionis fidei tenorem, arbitratus sum oportere quæ in mentè veniunt meam, breuiter dicere. Sequemur Patres sequendi, verò ubique sanctorum patrum confessiones & dogmata, rectè & indeclinabiliter discutendo, quæ ab eis dicta sunt. Nam, iam quædem & sancta Synodus Ephesi collecta Dei voluntate, contra Nestorij perfidiam iustam & subtilem sententiã proferens, & aliorum vaniloquia, quæ post ipsum erunt, aut ante ipsum fuerant, æqualia sapientes ei, & dicere aut scribere præsumperunt, cum illo condemnauit, similem eis condemnationem imponens. Consequens enim erat, vno semèl propter tam profana vaniloquia inculpato, non còtra vnum magis peruenire, sed vt sic dicat, contra omnem eorum sectam siue calumniam, quam fecerunt aduersus pia Ecclesiæ dogmata, duos colentes filios, & diuidentes indiuiduum, & crimenes adscribentes cælo & terræ, tanquàm homini seruientibus. Adorat enim nobiscum supernorum spirituum sancta multitudo vnum Dominum Iesum Christum. Nè autem tenor apud quosdam Symboli ignoretur, quod in vniuersis sanctis dei ecclesijs & tenet, & prædicatur, sanctorum patrum dogmata siue expositiones gestis inserui ibi confectis, vt scirent legentes, quem debet intelligi ad modum sanctorum patrum expositio, siue syncerum rectæ fidei symbolum. Arbitror charitatem vestram & legisse librum, quem de his ipsis conscripsimus. Ipsum verò etià nunc, sicut dixi, ipsis verbis apponens Symbolum, ad hoc conuertar Deo iuuante, vt singula planè interpreter, quæ in ipso posita sunt. Scripsisse enim scio prædicabilem Petrum, Parati semper ad satisfactionem omnipotentis vos rationem de spe, quæ in vobis est.

1. Petr. 3.

EX EPISTOLA RABVLAË beatæ memoriæ scripta ad sanctum Cyrillum contra impium Theodorum.

Iam verò quidam vnitate secundum subsistentiam, omnibus modis abdicant. Morbus enim aliquis sublatens inueterauit Orientali, immedicabilis modo vulneris depascens Ecclesiæ corpus, & plurimos quidem latens, apud autem quasi studiosos, & superciliosos tollentes

tollentes eruditione, latenter honoratus, Episcopus enim quidam prouinciæ Cilicæ Theodorus, vir verisimilis dicendi, & potes persuadere, alia quidem super tribunali ecclesiæ statim dicebat ad populi placentiam, alios autem laqueos perditionis in scriptis ponebat, qui in principijs quorundam eius codicum anathemate circuncludebat inspicientem non manifestare alijs scripta ista. Primum exposuit, non esse verè DEI genitricem sanctam virginem, tanquàm DEO verbo non suscipiente secundum nos natiuitatem. Hoc vsque adhuc latens, nè tempo re ampliore confirmatum fortius putaretur, secundum iudiciũ Dei oblitus Nestorius nouæ incisionis author publicauit. Sequitur autè hoc & quod est de humanatione: nec enim dicunt secundum substantiam, vel secundum subsistentiam vnium esse deo verbo hominem: sed bona voluntate quadã, tanquàm diuina natura non suscipiente alterum modum vnitatis propter non circumscribibile. Iste & nomen nostrum Iesum Christum dixit non oportere adorare sicut Dominum, sed relatione DEI honorari, sicut imaginem quandam: magis autem manifestius secundum eos dicere, sicut instar aliquid relatione ad fidem dæmonis. Iste & carnem Domini pronunciauit nihil omnino prodesse, dissipans Domini vocem, quæ est, Caro nihil prodest. Iste & apostolum dicit non cognouisse Christum, quòd Deus erat, sed supra fidem, quæ est in homine, edificatam esse Ecclesiam. De gehenna hinc ratiocinationes eorum non est tutum per literas significare. Isti sunt thesauri impietatis eorum, quibus iam dudum latenter fruebatur, & volunt, si possibile est, vsque ad finem obumbrare timentes pijs aures populi. AB ECCLESIASTICA HISTORIA Hesychie presbyteri Hierosolymorum, de Theodoro.

Iohan. 6.

Theodorus credit ad votum.

Epif. Chrysof. ad Theodorum.

Ita Photinus multis & alijs apud eos seculis, Theodorus quidã præcipue imitatus est: malitiosus quidem loquendi, & lingua paratissimus, & ipse tamen instabilis voluntate, qui huc & illuc inclinans ferebatur. Clericatu enim Antiocheno à prima ætate connumeratus, & benè conuersari pollicitus, ad seculares libidines reuersus, iterum delectabatur. In omnibus autem bonis imitabilis, & beatus vir Ioannes Constantino-politanus Episcopus, scripsit epistolam, quæ vsque adhuc in codicibus legitur, & à peiore ad meliorem penitentiam eum transferre præualuit: & iterum benè conuersari, iterum in clericatu esse cepit, & Antiochia relicta in Tharsum transmigravit, ex qua in Mopsuestiam trãsiit, ordinatus in eam episcopus, nondum Deo volente, manifestam impietatis illius prædicationem fieri. Prima autem elementa suæ doctrinæ ex Iudaico vaniloquio incipiens, Codicem in Prophe-

TOM. 2.

tiam Psalmorum conscripsit, omnes de nomine prædicationes abnegantem. Culpatus verò, & periclitatus, contraria sibi dixit, non ex voluntate, sed compulsus omnium querimonijs, & codicem ipsum delere pollicitus, latenter conseruabat Iudaicæ impietatis viaticum. Igni enim sua commentaria simulans tradere, malitiosè abscondere illecebram conabatur. Tempus quidè plurimum in exiguo loco praua loquens, qui esset merito, latebat. Quoniam verò loquens còstitutus, vana solitus loqui, Doctoris famam consecutus est, paucis quibusdã apud eum studentibus, qui veneno dictionum decipiebantur, calicè bibentes verbis quidem benè còpositis coloratum, blasphemis verò intellectibus & veneno plenũ. Senectute iam cana debilitatus, sed minima pietatis scintilla, si qua fortè in eo fuisset, inueterata, liberos componere aduersus Domini Dei apparitionem præsumpsit, quorum multitudinem præmittentes: (nec enim fas est impios reuoluere sermones) vnus in præsentem memoriam faciamus. Christum enim Iesum, generis nostri Saluatorem & Dominum, Hebr. quom splendorem paternæ gloriæ & imaginem substantiæ Paulus vocat, ferre eum omnia dicens verbo suæ virtutis, qui purificatione nostrorum fecit peccatorum, & ad dexteram paternæ maiestatis consedit, de quo ad Coloss. 1. Coloss. 1. sunt creata, quæ sunt & in cælis, & in terra, visibilia & inuisibilia, quòd per eum & in eum creata sunt omnia, & ipse est ante omnia: hinc non incarnatum verbum, sicut Euangelicis vocibus edocti sumus, sed hominem per vitæ profectionem & passionum perfectionem coniunctum DEO verbo scripsit stultus in omnibus, & hæc in mysticis sermonibus ausus est: & ille quidem talia. Sed & sequaces eius extollebantur, de quibus dicere cõuenit, dicentes se sapientes, stulti facti sunt. mutauerunt enim verè & isti gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis, Christum non sicut Deum incarnatum glorificantes, sed sicut vnum similem nobis hominem iniuriantes. Nos verò ad cætera orationis procedimus. Non enim multum tempus superuiuens Theodorus, prædictis contra mysterium blasphemijs, & nouæ Hierusalem iniuriam addidit, minorare & eam tanquàm patriam incarnationis mysterij properans.

Rom. 1.

LEX DIVINAE RECORDATIONIS Theodosij & Valentiniani.

Debita à nobis venerationem pijsimè doctrinæ reddetes, eos, qui ausi sunt còtra neum impiè còscribere, debita cõdemnationi subijcere, & nominibus dignis vocari oportere existimauimus. Iustè igitur circundare eos cõfusione suorum peccatorum, & in tali vocabulo permanere in æternum, quatenus nec viui liberentur, vt post mortè

YY per

Diodor, & Theodor, & Nestorius impij multatur cum suis.

permaneant cōtempti & condēnati. Iterum igitur doctrina Diodori, & rheodori, & Nestorij impiorū & pestiferorū visa est nobis abomināda esse: similiter autē & omnes, qui sequuntur eorum errorem, & conseruiunt eorum impietati, iustum & ipsos eandem nominationem mereri, & confusionem indui: nē, dum nominantur Christiani, ex ipso inueniantur decorati vocabulo, longē constitutiā Christianorum proposito, & alienati à recta & immaculata fide. Quapropter per hanc nostram legem sancimus eos, qui in omni terra ubique inueniuntur impijssimo & instabili Nestorij & Theodori proposito consentientes, Simonianos à praesenti nominari. Opōrtet enim eos, qui antea in diuina doctrina creuerunt, postea verò ad illorum impietate inclinatos, & illorum imitatores errorem, eadem nominatione Simonianos probari, ad similitudinem Arrij per sanctionem diuine recordationis mirabilis & praedicabilis Constantini, qui constituit Porphyrianos nominari Arrianos: qui propter similitudinem impietatis, nominationem Porphyrij imposuit ei, qui ausus est & existimauit veram fidem humanorum potentia verborum circumscribere, & codices pestilentes & incruditos ad memoriam relinquere posterorum. Nemo igitur audeat sacrilegos codices ab eis expositos, & maxime à Theodoro & Nestorio, & contrarios verae doctrinae & expositioni venerabilium episcoporum, qui Ephesi collecti sunt, legere, aut possidere, aut scribere. Oportere enim eos codices cum omni diligentia requiri, & inuentos publicè coram omnibus comburi. Per hoc enim radix impietatis amputabitur, nē in posterum erroris semina generentur ad errorem simplicium, qui facile ad illius laqueos collabuntur. Neque de cetero inueniantur praedictorum hominum memoria, vel alia appellatio praeter Simonis: sed neque in loco, vel in domo, vel in vi-co, aut agro, aut in ciuitate, vel in eius suburbanis conuenticulo eorum fiat, nec in manifesto, nec in occulto. Tales enim iubemus omni priuari conuenticulo viuentes, & hoc certum omnibus sit, quod si quis praeterierit praesentem nostram sanctionem, & Theodoro & Nestorio adserferit, illorū socios imitans, eius per gladij ultionē omnis substantia sisco addicetur. Tua igitur illustris eminentia praesentem à nobis expositam legem manifestam faciat per omnem terram habitantibus, & proponi per singulas ciuitates dignetur, quatenus per huius legis recitationem cognoscant omnes, qui in quacunque prouincia sunt, quae super his à nobis disposita sunt. Eandem autem legem nostram Graecis & Latinis scriptis verbis ad recitantium felicitatem.

Libri haereticorum veltantur.

Libri haereticorum comburendi.

Pœna trāsgressorum.

LEX THEODOSII ET VALENTINIANI, p̄ recordationis Imperatorum,

aduersus Nestorium & Theodorum, & eos qui similia eis sapiunt.

Am prius quidem Nestorius, qui Constantinopolitanæ ciuitatis fuit episcopus, noua & monstrosa dogmata perentans introducere syncerae & orthodoxae fidei Christianorum, eiectus est à sancta synodo, quae per sanctionem Imperialem ex omni orbe terrarum Ephesi congregata est: quae eadem sancta Synodus simul etiam confirmauit expositam à Nicenis tredecim decem & octo episcopis orthodoxam fidem. Et nos corroborantes ea, quae piè decreta sunt ab eodem sancto Concilio Ephesi congregato, generalem constitutionē protulimus, condemnantem eundem Nestorium, eosque qui similia illi sapiunt, vt non mereantur nominationem Christianorum, sed magis uocentur Simoniani, quoniam Simonis blasphemiam dilexerunt: & statimus certas aduersus eos pœnas, quae praesenti constitutione continentur. Sed nec habeat aliquis, aut legat, aut scribat, aut proferat Nestorium, seu illius libros, vel codices omninò nocibiles, vel ipsius Nestorij, vel alterius, & maxime Nestorij aduersus solos Christianos conscripta, aut Diodori, & Theodori, & Theodoreticonscripta: sed vnusquisque habens tales codices, illos publicè proferat, & in conspectu omnium igni tradat, & nec in suburbano suscipiat, aut vnà cum eis conueniat. Quod si quicunque tale aliquid perpetraverit, publicatus perpetuò tradetur exilio: qui autem habet codices, continentes abdicatam fidem Nestorij & Theodori, vel illorum interpretationes, & allocutiones, & traditiones, eisdem subijciuntur supplicijs, licet * lumen aliorum videantur, quae ab illis composita sunt.

Interdicitur libris haereticorum,

Heretici veltandi.

*videtur esse mendū.

Et sancti verò Theophilus Alexandrinus, & Gregorius Nyssenus, susceptis querimonijs aduersus Theodorum adhuc uiuentem, & aduersus impia eius conscripta, scripserunt aduersus eum epistolas, quarum pars est.

SANCTAE MEMORIAE THEOPHILI ad Porphyrium Antiochiaepiscopum:

Quod enim non patieris illos, qui occasione aduentus Saluatoris nostri Iesu Christi, praesumunt renouare Samosatani Pauli dementia, manifestum est, quoniam & qui in Nicea conuenerunt patres nostri, & istam sectam cum Arrianorum prauitate anathematizauerunt, qui nec baptisma sequacium Pauli comprobauerunt, sicut scriptae ab eis definitiones continent. Et ipse hic beatae memoriae episcopus Athanasius vltimam praedicti Pauli Samosatani impietatem condemnauit in Tomo, quem dictauit.

ET POST PAVCA:

Quoniam autem accusant quosdam, tanquam scribentes ea, quae pertinent ad renouationē sceleratae sectae Pauli Samosatani à patribus condemnati, & propter hanc occasionem commouendam porrexisset tuae reuerentiae adfirmant, cuius exemplum literis ad me directis à tua reuerentia supposuisti, inspiciens tua bonitas vnà cum conuenientibus religiosissimis episcopis ea quae ab ipsis ostenduntur, (dicunt enim probationes habere se) si inuenit scripta contraria Apostolicis dogmatibus, dignetur Apostolicum amplecti zelum aduersus talia innouantes. Iustum enim est, ea quae impiè scripta sunt, piè amputari, & nusquam inemendabiles permanere eos, qui qualiacumque incautè per inscientiam & vanam gloria scribere praesumpserunt. Porrecta autem sunt & ipsi sanctae memoriae Theophilo impia capitula ex Codicibus Theodori.

SANCTI GREGORII AD Theophilum:

Qui Apollinarij dogmata defendunt, per querimoniam, quam aduersus nos faciunt, sua confirmare conantur, carnale verbum, & Dominum seculorum, hominis filium, & mortalem filij Deitatem construentes. Proferunt enim, quod aliqui quasi Catholicae ecclesiae existentes, duos colunt filios in dogmate: Vnum quidem secundum naturam, alterum autem secundum adoptionem postea acquisitam, nescio à quo talia audientes, & ad quae personam contententes. nondum enim noui eum, qui haec subloquitur. Veruntamen quoniam hanc proponentes aduersus nos causam, per hoc quod videntur huic flagitioso negotio repugnare, suas opiniones corroborant, bonum est tuam in Christo perfectionem, secundum quod in mente tibi iniiciat sanctus Spiritus, excindere occasiones eorum, qui quaerunt aduersus nos occasiones, & persuadere eis, qui ista calumnialiter adscribunt Dei ecclesiae, quod est dogma tale in Christianis nullum, neque praedicatur.

EX HIS QVAE THEODORITUS defendens Theodorum, contra Cyrillum scripsit, per quae testimonium praebet idem Theodoritus, quod Theodori sunt istae impietates, contra quas sanctae memoriae Cyrillus scripsit.

Postea interpretationem accusat octauip salmi, & inculcat haec verba diuini Theodori: Consideremus igitur, quis est homo, de quo stupefcit & miratur, quod vni-genitus dignatus est eius memoriam & visitationem facere. Sed quod quidem non dictum est de omni homine, in superioribus demonstratum est: quod ad inuen nec de vno quolibet, & hoc dictum est.

ET POST PAVCA, EIVSDEM Theodori posuit memoratus Theodoritus sic habentia:

Essate vel nunc vix aliquando à vestra impudentia, agnoscentes quod oportet. Videte enim omnium hominum sceleratissimi, quanta naturarum est differentia, quod iste quidem stupefcit, quia & memoriam facere hominis dignatur, & visitare eum, & caeterorū participem facere, quorum participem iam fecit ipsum. Ille autem è contrario miratur, quod tantorū particeps fieri super suā naturā meruit. Et ille quidem, vtpotè beneficium dans, mirificatur, magna praestans, & super naturam beneficium accipientis: ille autem, vtpotè beneficium accipiens, & maiora, quàm est ipse dignus, accipiens. Post haec Theodoritus intulit ista: Cùm posuisset Cyrillus ex his, quae diuinus Theodorus contra Apollinarianum scripsit, statim iniurias infert, & contumelias, & vituperationes, & dicit: Sobrijs estote ebrij ex vino vestro. Et, Clamet aliquis ita errantibus: Impone homo tuae linguae ostium & seram: cessa cornu in altitudinem extollens, & loquens contra Deum iniquitate. Quousque insulas contra patientem Christum? In mente habes scriptum à diuino Paulo: Ita verò peccantes in fratres, & percutientes eorum aegrotantem conscientiam, in Christum peccatis. Et vt aliquid ex propheticis loquar codicibus, Iustificata est Sodoma à te, superasti paganorum verbositates, quas fecerunt contra Christum, stultitiam existimantes crucem: nihil esse ostendisti Iudaicae superbiae crimina. Et cùm haec posuisset verba Cyrilli contra Theodorum dicta Theodoritus, sic intulit: Quid tibi zelum intantum inflam-mauit veritatis defensor, vt hanc & talem aduersus eum pompam faceres, & paganis simul, & Iudaeis, & Sodomitanis ostenderes magis impium, & positas contra impios à diuina scriptura voces adscriberes pietatis propugnatori? Nonne Dominus Christus in sacris Euangelijs in seipsum traxit David diuinationē? Nonne pueris clamantibus, Osanna filio Dauid, ipse dixit Iudaeis, Non legistis, Ab ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Non diuinus Apostolus ex his deductum verbum ei adaptauit & caetera psal-mi? Quid igitur nouum dixit Theodorus, quod tatis cum blasphemijs lapidasti, & iubens illi frenare linguam, ipse percurrere istam effrenatam dimisisti? Vide nē quis te calidiorem existimet his aduersus Theodorum vt iniurijs, quod & ille Apollinarianum, & qui ea, quae sunt illius, sapiunt, sceleratissimos vocauit. Si hoc non est, quo abscondito sicut crapulā, quantas huiusmodi aduersus eum blasphemias effudisti? Quid autem nouum praeter veteres illos doctores dixerit: Illorum enim vnusquisque humanā naturam & visitatam, & adsumptā, & vnctam

Gregorij Nysseni ad Theophilum.

Theodoritus p̄ Theodoro contra Cyrillum.

2. Cor. 12.

Philip. 2.

Hebr. 2.

esse à sancto spiritu, & crucifixam, & mortuam esse, & resurrexisse, & in caelos receptam esse, & sedem mereri quae ad dexteram est, aperte & dilucidè docuerunt. Tu verò cum ineffabilia, ut videtur, verba audisses, quae Paulus audiuit, magis hinc alia quaedam & diuina, (alias verò nobis introducis præter Pauli doctrinas) sic Paulum interpretaris, & dicis: Sed erat ipsum ex Deo patre verbum, factum certè secundum hominè, & non alium quendam, sed seipsum visitatione & memoria dignans. Quid his verbis magis ridiculum? Cuius enim Deus verbum visitationis indigeret? Atquè cum in forma Dei effet, non rapinam arbitratus est, æqualis esse deo, sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiens: & angelicam quidem naturam non adsumpsit, semen autem Abraham adsumpsit. Meritò igitur Theodorus dixit eum, qui accepit, visitare: adsumptum autem, visitatum esse. Ità autem & propheta docens, Dominum quidem eum, qui visitauit, vocat: hominem verò eum, qui visitationem meruit.

EX EPISTOLA THEODORITI ad Hierenatum digamum, testimonium præbentis, quòd sub accusatione erat Theodorus, & dubitabatur de eo.

Quoniam verò inculpatis me, quòd sanctum & beatum reliqui patrem Theodorum in connumeratione Doctorum, necessarium existimaui & de hoc breuiter dicere. primum etenim amantissimum mihi caput, multos & alios nobiles viros, & nimis claros factos tacuimus. Deindè illud oportet considerare, quòd qui accusatur, indubitables testes debet producere, quos neq; accusatorum aliquis inculpate potest. Si autem à persecutoribus accusatos, qui accusatus est, ad testimonium vocet, nec ipse qui iudex est, patiatur suscipere. Nā si laudes patrum cōscribens, istum sanctum prætermisi, iniquum fecisse confiteor, & circa doctores ingratus fuisse. Si verò accusatus satisfactioem obtuli, & indubitables produxi testes, quid sine causa, qui horum nihil volunt videre, inculpant? Quomodò autem veneror virum, testis est, qui à nobis p illo codex conscriptus est, in quo aduersus eum factam inscriptionem dissoluimus, nō timentes accusatorum potentiam, nec futuras contra nos insidias.

Diodorus archidiaconus & primicerius reuerentissimorum notariorum, dixit: Quoniam quidam dicunt, quòd sanctæ memoriæ Cyrillus laudauit Theodorum mopsuestenum in quodam suo scripto, in quo dicunt quòd scriptum est, bono Theodoro: & super hæc, quòd & sanctæ memoriæ Gregorius Nazianzenus literis vsus est ad Theodorum Mopsuestenum, laudans eum. Qui autem ità hæc dicunt, & hoc adijciunt, quòd non oportet post mortem hæreticos ana-

Calumnja Cyrillo & Nazianzeno interata excutitur.

TOM. 2.

thematizari: hoc hinc & ad scientiam venit sancti vestri concilij. Nè quid eorum indiscussum relinquatur, necessarium putauimus & hæc vestræ sanctitati suggerere.

Sancta Synodus dixit: Quoniam profuerunt quidam, quòd dictum est, sancto Cyrillo, hoc est, quòd scriptum est, bono Theodoro: recitentur tam quæ antea, quàm quæ postea per sequentiam dicta sunt, ad perfectiorem rei scientiam. Et cum suscepisset Theodulus reuerentissimus diaconus & notarius, recitauit.

EX SECUNDO LIBRO CYRILLI Episcopi Alexandriae, de eo quòd vnus Christus, contra Theodorum.

Quod tamen voluit impius Nestorius dogmata Theodori sequi, non abolitionem ei accusationum facit: magis verò grandiore aduersus eum in damnationem operabitur. Cum enim liceret ei sanctorum patrum rectis verbis & immaculatis de Deitate sermonibus potiri, proposuisse dinoscitur veritati mendacium. Prætermisit enim quæ illorum sunt: magis verò elegit turpibus adherere, & tam distortis latificare sermonibus. Hunc verò, qui talem habet voluntatem & dementia, in hoc desiluisse inculpet aliquis, arbitror, & valdè meritò. Oportebat enim memoriam habere sanctissimi Pauli, planè scribentis nobis: Estote prudentes numularij. omnia

1. Thess. 5.

probate: quòd bonum est, tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Quòd & agere soliti nos, & solidorum probatores imitari festinantes, illa quidem quæ sunt turpia & reprobata dogmata, reprobamus, suscipimus verò & valdè libenter omnia, quæ resplendent clara veritatis pulchritudine. Iterum verò nobis ratio conuertetur ad decentem ei & propositam viam. Scriptum est igitur bono Theodoro aduersus hæresim Arrianorum & Eunomianorum viginti pendè numero vel ampliores libri, necnon etiā alij, interpretantes Euangelicos & Apostolicos libros: quos quidem labores nollet aliquis increpare, magis autem decreto studiū honoraret, si inesset eis dogmatum rectitudo. Si verò quidam extra destinatum ambulet, & rectam viam veritatis relinquens, per semitam eat distortam, simpliciorumq; corda vulneret, adulteratorum eis iniiciens intellectuum semina, tunc requiescere non sine damno erit eis, qui populis præsentent: mercedem verò habebunt & lucrum, si resistat. Ergò quoniam in his libris, siue memorati viri conscriptis, quæ modò nominauimus, inuenta sunt quædam vltimæ impietatis plena, quomodò erat consequens velle tacere? Diuidet enim indiuiduum Christum, & pro vno filio dualitatem colit à veritate excidentem, & quasi falsis nominibus coloratam. Nam Deum verbum, qui ex Deo patre est, hominem vocari dicit, nō tamen & hoc factum

factum esse secundum veritatem: hominem verò eum, qui ex Maria est, sicut dicit, quem & carnem astutè nobis nominat in multis locis: DEVM quidem dicit & filium DEI, non autem hoc esse secundum veritatem. Sancta synodus dixit: Ostenderunt ea, quæ recitata sunt, quòd arguens magis Theodorum & impia eius conscripta Cyrillus religiosæ memoriæ, nō tamen laudem quandam faciens de eo, huiusmodi verbis vsus est. Recitentur & epistola Gregorij sanctæ memoriæ, quæ quidem dicit ad Theodorum Mopsuestenum scriptas esse. Et cum suscepisset idem reuerentissimus diaconus & notarius Theodulus, recitauit.

Nazianzeno literæ ad Theodorū.

THEODORO GREGORIVS, commendans quosdam adiuuicem litigantes, & significans quòd tam sub sua, quàm illius gubernatione sunt, dicit autem sic:

Quæ à dominis meis charissimis episcopis scripta sunt ad tuam reuerentiam, hæc etiā à nobis ad te scripta esse existimans, da obscuro manum mulieribus, nec despicias eas tyrannicam violètiā patientes sub viri potentia, contra quem interpellauerūt.

ET POST ALIA:

Duos qui in hac re grauentur, cognosco, id est, tuā reuerentiā, & nos, si quòd iustum est, despiciat. Sub amborum enim gubernatione sunt qui iudicantur, & timor est, nè veritas verisimilibus verbis superetur. Quapropter & iudica, & pro nostra infirmitate pugnare festinare.

Calumnja alia in Nazianzenum diluitur.

Iterum aliam epistolam proferunt, quasi ad Theodorum Mopsuestenum scriptam à prædicto sancto Gregorio. Ex ipsa verò maxime conuincuntur mentientes. Adhortatur enim magis Tyanensem Episcopum ad martyrum festiuitatem peruenire, quæ in Ariantzis, prædio eiusdem sancti Gregorij celebratur in mense, quem ipse Cappadocum lingua Dathusa nominat. Arianza verò prædium est sub Nazianzo. Nazianzus autè videlicet sub Tyanensi ciuitate tunc erat. Habet autem epistola sic: Debes quidè nobis vt infirmis remediū, cum vnum est à mandatis agro tantum visitatio. Debes autem etiā sanctis martyribus annualè honorem, què in tuis Ariantzis solenniter celebramus die xxij. nostri mensis Dathuse: & nō pauca Ecclesiasticorū cōmunis indigent disceptationis. Propter omnia igitur impigrè peruenire digneris. licet enim nimis sit labor, sed æqualis est merces.

Alia Nazianzeni literæ.

Item alia.

ALIA EPISTOLA AD EUNDEM Theodorum scripta, per quam rogat de pauperibus, & prochorophis suæ parochiæ, qui peccauerunt. Initium verò Epistolæ sic est: Audio te grauiter ferre factas vobis à Monachis & pauperibus iniurias.

ET IN FINE:

TOM. 2.

Nunc puta omnes quidem antè pedes tuos cadere, & pauperes, & prochorophos, omnes verò monachos & virgines pro eis supplicantes de omnibus pro his gratiam, quoniam profligati sunt satis, sicut certum est, ex quibus nos rogauerunt: & ante omnes da nobis qui pro his precamur. Et si tibi graue esse videtur ab illis esse exonoratū, multo peius esse appareat, si te admonentes hæc nos non audiamur.

Vtuntur autem & alia epistola eiusdem S. Gregorij ad eundem Theodorum, habente laudes eiusdem Theodori. Ostenditur autè etiā ista magis ad Tyanensem episcopum scripta, per quam meminit monasterij adhuc constituti in prædio, quòd dicitur Pasa, sub Tyanensium positum ciuitate. Habet autem sic:

Deus te donauit ecclesijs ad gloriam nostram, multorum quæ ad vtilitatem, cum ita sis subtilis cautus quæ circa spiritalia, vt etiā nos facias cautiore, qui plus aliquid habere per ætatē putamur: quoniā igitur voluistis participes nos spiritalis habere disceptationis, (dico autem propter iuramentum, quòd Georgius Passenus iurasse apparet) quòd placuit nobis, tuæ reuerentiæ demonstramus, & cætera.

Et alia Epistola ad eundem, ex qua maxime ostenditur, quòd ad episcopum Tyanensem omnes sunt scriptæ. Rogat enim eum dare episcopum Nazianzo, tanquam primam prouinciæ. Habet autem sic: Tempus est mihi dicere, quòd habet scriptura, ad quem clamabo, patiens iniquitatem? Quis porriget mihi manum tribulato in quem grauen Ecclesiæ perueniet, malè sic habentis & desolata? Obrestor coram DEO & electis angelis, quòd non iusta patitur grex Dei, sine pastore & sine visitatione constitutus propter nostrā infirmitatem. Me enim morbus detinet, citius quæ abduxit ecclesiæ. Et nunc omninò vltima expirantem, & amplius contribulatum difficultatibus, & si quidem aliud caput haberet prouincia, ad illud clamare oportebat, & testificari tua verò superposita reuerentia, ad te respicere necesse est. Procura tuam ecclesiā quemuis modum, nec eam despicias indigna agentem. Vt enim alia prætermittam, qualia nūc adueniētes Apollinaris sequaces aliqua quædam commiserunt, aliqua verò interminantur, à dominis meis presbyteris cognosces Eulalio chorepiscopo & Eleusio, quos studiosè ad tuam reuerentiam direximus. Et hæc compescere non est nostræ ætatis & infirmitatis, sed tuæ solertiæ & virtutis: quoniam tibi cum alijs etiā præualere DEVS præbuit ad commune patrociniū Ecclesiæ. Sin autem hæc dicens & scribens non audiar, quòd reliquum est, solū hoc fiet, publicè prædicare omnibus & notum constitutere, quoniam Episcopo indiget Ecclesia.

Item adhuc alia.

Rursus alia.

Et abac. 1.

YY 3 fia,

fia, nè à nostra infirmitate lædatur: vos autem hoc quod sequetur, cognoscetis.

Et aliam epistolam scripsit ad eundem Tyanensem episcopum, per quam inculpauit eos, qui trahere eum volebant ad episcopatum Salymorum, & maxime Hella-dium Cafareæ: & cum multa de eo dixisset, rogat & de Bosphorio Doaron episcopo, qui ad Tyanensem tunc episcopum accusatus est, & iudicabatur apud eum.

Habet autem sic:

Item adhuc alia eiusdem literæ.

Addetur autem etiam illud literis, dominum meum religiosissimum comministrum Bosphorium, si quidem vestra ex damnatione circa fidem inuenerit malum, quod nec dicere fas est, vt relinquam longum tempus nostrumque testimonium, ipsi hoc iudicate. Si verò paræciarum causa, perfidiam illi inferunt, nouumque crimen, nè crimationibus subtrahamini, neque fortiores eas veritate faciatis, obsecro, nè multis tristitiam inijciatis benè agere volentibus. Et cum surrexisset Euphranta vir religiosissimus episcopus Tyanensis, dixit: Doceo vestram sanctam Synodum, quæ & ante verba mea cognoscitis, quod sine causa semetipsos decipiunt, qui putant quod Gregorius sanctæ memoriæ ad Theodorum Mopsuestenum scripsit recitatas epistolas. Ego enim, vt & Tyanensis ecclesiæ episcopus constitutus, & ex ipsa ortus, prouinciæ veritatem expono.

Theodorus episcopus fuit in mea ciuitate temporibus Gregorij sanctæ memoriæ. Prædicatur enim in sacris diptychis ita: Pro Euphychio, Anthemio, Aetherio, Deodato, Calliopo, Longino, Theodoro.

In illo autem tempore sub Tyanensi ciuitate erat & Dohara, & Nazianzus, vsque ad tempora huius pij Imperij. Pijssimus autem Imperator cum metropolitana iura dedisset ciuitati, quæ quondam quidem Mucissos, nunc verò Iustinianopolis nuncupatur, cum alijs ciuitatibus & Dohara, & Nazianzum subiecit ei. Et Arianus quidem prædium est, vnde ortus fuit idem sanctæ memoriæ Gregorius, sub Nazianzo constitutus, in quo prædio festiuitatem adhortatus est facere beatum Theodorum: & mensis autem apud Cappadocas prouinciali vocabulo Dathusa adijcitur, cuius & ipsius vna ex epistolis memoriam facit. Prædium autem quod dicitur Pasa, in quo & monasterium positum est, cui tunc præsidebat Georgius monachus, quem epistola Pasinum vocat, duodecim * millijs Tyanensis distat Metropoleos, & sub eadē ciuitate est vsq; hodiè. Sed & Dohara ciuitas, sicut dixi, sub gubernatione eiusdem Tyanensis Metropoleos tunc erat, & ordinationem episcoporum Tyanensis episcopus faciebat. Vnde & horrat eundem beatum Theo-

TOM. 2.

forte, * millijs

dorum tanquam Metropolitànum prædicatarum ciuitatum, ipse iam senectute fatigatus, ordinare episcopum in Nazianzo pro seipso. Secunda verò Cilicia, sub qua Mopsuestia constituta est, nullam communionem nec vnquam habuit, nec habet ad secundam Cappadociam, aut ad prædia, vel ciuitates eius, cum media sit prima Cilicia, & diuidat Cappadociam & secundam Ciliciam. Secunda autem Ciliciæ pars, Mopsuestia est. Nec possibile erat sanctæ memoriæ Gregorium pro gubernatione ecclesiarum secundæ Cappadociæ, & pro ordinatione episcoporum scribere episcopo oppidi, & eius sub alia paræcia constituti, & sub Metropolitano alio, vt nec ius creandi haberet episcopum. His ita dictis ab Euphranta reuerendissimo episcopo Metropolitano Tyanensi, surrexit & Theodosius reuerendissimus episcopus ciuitatis, quæ olim quidem Mucissos, nunc verò Iustinianopolis nuncupatur, & hæc dixit: Verè omnia docuit vestram sanctam synodum Euphranta religiosissimus. Et ego enim hæc scio, qui & de illa prouincia sum, & sub mea gubernatione modò est & Dohara, & Nazianzus, sub qua Nazianzo & Arianos prædium constitutum est: & nullam communionem vnquam habuit ad prædicta prædia, vel ciuitates secunda Cilicia, vel eius episcopi.

Sancta Synodus dixit: Et ipsa quidem per se epistolæ sancti Gregorij demonstrat, quod ad Theodorum religiosæ memoriæ Tyanensem episcopum, quæ secunda Cappadociæ metropolis est, scriptæ sunt, non tamen ad impium Theodorum Mopsuestenum. Adiectæ sunt autem & reuerendissimorum episcoporum depositiones. De eo autem, quod oportet & post mortem hæreticos anathematizari, iam quidem aliqua lecta sunt: veruntamen & siquid aliud ad hoc pertinet, recitetur.

Diodorus archidiaconus & primicerius reuerentissimorum notariorum, dixit: Sunt nobis præ manibus, quæ electa sunt ad præsentem quæstionem pertinentia, eò quod oportet hæreticos & post mortem condemnari.

Sancta Synodus dixit, Recitentur. Et cum suscepisset Photinus reuerentissimus diaconus & notarius, recitauit. Ex primo libro sanctæ memoriæ Cyrilli, de eo, quod vnus est CHRISTVS, contra Theodorum. Sunt enim, sunt, qui Redemptorem & Dominum suum negant, & Filium quidem verum DEI Patris, non dicunt eum esse, qui in vltimis seculi temporibus ex muliere secundum carnem natiuitatem propter nos sustinuit: apparuisse autem magis orbi terrarum DEVM recentem & posterum, filiationis gloriam extrinsecus acquisitam habentem, sicut & nos, & quasi quibusdam adul-

Etiam post obitum hæretici anathematizandi.

terinis gloriantem honoribus, vt iam anthropolatria & nihil aliud esset, & adoretur homo aliquis cum sancta Trinitate tam à nobis, quam à sanctis angelis. Hæc quidam valdè superbi, & magna sapientes in diuinarum scripturarum scientia, suis scriptis inseruerunt, & sicut dicit omnium Dominus per vnum sanctorum prophetarum, laqueum statuit ad corrupendos homines: Quid enim aliud sit, quam laqueus & scandalum, lingua loquens distorta, & sacris literis abhorrentia, & traditioni sanctorum Apostolorum & euangelistarum impudenter resistentia? Recusandū igitur eos, qui tam, malis culpis obnoxij sunt, siue in viuis sunt, siue non. Ab illo enim quod nocet, recedere necessarium est, & non ad personam respicere, sed id, quod Deo placet, oportet considerare. Quod sanctæ memoriæ Cyrillus Apostolica verba secutus, quæ dicit, Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem recusa, sciens quia peruersus est eiusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus, vsus est verbo quod est, & recusandos nobis tales esse, siue in viuis sint, siue non. Sed etiam in epistola, ad Martianū & alios Monachos scripta, idem sanctæ memoriæ Cyrillus ita dicit: Non iam quidē & sancta Synodus, Ephesi collecta Dei voluntate, contra Nestorij perfidiam iusta & subtilem sententiam profertens, & aliorū vaniloquia, qui post ipsum erunt, aut ante ipsum fuerunt aequalia sapientes ei, & dicere aut scribere præsumperunt, cum illo condemnauit, similem eis condemnationem imponens. Consequens enim erat, vno semel propter tam profana vaniloquia inculpato, non contra vnum magis peruenire, sed, vt sic dicam, contra omnem eorum sectam siue calumniam, quam fecerunt aduersus pia Ecclesiæ dogmata, duos colentes filios, & diuidentes indiuiduum, & crimen adscribentes celo & terræ, tanquam homini seruientibus. Adorat enim nobiscum superiorum spirituum sancta multitudo omnium Dominū Iesum Christum. Et his recitatis, surrexit Sextilianus reuerendissimus episcopus de Africana prouincia, vicem agēs Primosi religiosissimi episcopi Carthaginensis, & in medio stans, hæc dixit: Quoniam proposita sunt sancta euangelia, & oportet vnum quæque ea, quæ sunt suæ scientiæ, ad propositam quæstionem pertinentia facere manifesta, doceo sanctum vestrum Concilium, quod anterioribus temporibus in nostra prouincia multi episcopi cōgregati, & quædam de diuersis causis ad ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes, statuerunt de episcopis defunctis, qui hæreticis suas facultates relinquunt, ita vt post mortem anathemati subijciatur. Sūt verò etiam Augustini sanctæ memoriæ epistolæ, dicentes, quod si qui in vita sua non rectè sapuerunt, licet

TOM. 2.

Psal. 56. 118. 139. 140. 141.

Hæretici vitandi.

Tit. 3.

non condemnati fuissent adhuc viuentes, vt demonstrato peccato isti & post mortem anathemati subijciantur. Et si placet vobis, hæc ad lectionem porrigo.

Sancta Synodus dixit: Recitetur. Et cum suscepisset idem diaconus & Notarius oblatam chartam, recitauit:

SANCTI AVGVSTINI AD Bonifacium comitem de quibusdam Donatistis, accusantibus Cæcilianum episcopum, quod in vita sua codices Christianicos ad concremādum tradidit, qui propter hanc causam semetipsos separabant ab ecclesia: cuius principium sic habet:

LAudo, & gratulor, & admiror, fili dilectissime Bonifaci, quod inter curas armorum & bellorum, vehementer desideras ea nōsse, quæ Dei sunt.

ET POST ALIA:

Et Cæcilianum nequaquam fuisse traditorem, sed à maioribus istorum falsis criminibus & calumniis Augustini, quibus accusationibus adpetiferè verborum eius tum non quia in eò ecclesiæ sententia, quod ad hanc epistolam attinet. Enim iniquitas obstitit, per missionibus Dei, nec potest alicuius perire criminibus hæreditas Christi, quam ei donauit pater, dicens: Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Tamen qui propter ipsum occasionem inuenerunt schismatis perpetrandi, ostendendum est, purgatum fuisse in iudicio episcopali, & innocentem pronunciatum, non solum ab episcopis iudicibus, sed etiam ab ipso Constantino Imperatore, apud quem calumniosè ab istorū patribus accusatus est: vt agnoscant, quàm iniuste ab ecclesia, toto diffusa orbe, diuidantur propter eum, cuius nullum vnquam crimen nō ipsi, non præcessores eorū ostendere potuerunt: quantum (sicut etiam in memorata epistola diximus) etsi vera essent, hæc sunt quæ ab eis obiecta sunt Cæciliano, & non ipsa verba Augustini. iam mortuum anathematizaremus: sed tamen ecclesiam CHRISTI, quæ non litigiosis opinionibus fingitur, sed diuinis attestationibus comprobatur, propter quolibet hominem relinquere non debemus.

EIVSDEM SANCTI AVGVSTINI ex gestis, quæ apud Marcellinū virum clarissimum tribunum & notariū acta sunt, capitulo centesimo octogesimo septimo:

Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ, dixit: Non in hominibus spes ponenda est Ecclesiæ, si boni sunt: neque si mali sunt, iudicanda est Ecclesia Dei perisse. Sed tamen etiam iporum causam tanquā fratrum nostrorū suscipimus, & si nobis ostendi poterint criminosi, hodiè illos anathematizamus: non tamen propter illos Ecclesiam

YY 4 à deo

à DEO promissam & exhibitam deserimus aut relinquimus.

EIVSDEM EX EPISTOLA AD Catholicos:

SI forte isti libri ita designant traditorum suum, sicut designavit Dominus Iudá, legant in eis nominatim & expressè, vel Cæcilianum, vel ordinatorum eorundem librorum fuisse traditores, & si non eos anathematizauero, ipse eum iudicet tradidisse.

EIVSDEM EX OPERE ADuersus Cresconium grammaticum Donatistam, libro tertio:

Lib. 3. ca. 35. contra Cresconium.

EGO in ecclesia sum, cuius membra sunt illa omnes ecclesiae, quas ex laboribus Apostolorum natas atque firmatas simul in literis canonicis nouimus. Earum communionem, quantum me adiuuat Dominus, siue in Africa, siue ubique, non deseram. In hac communionem si fuerint quos nescio traditores, cum eos demonstraueris, & carne & corde mortuos detestabor, nequaquam tamen à uiuis, in eiusdem ecclesiae sanctae unitate manentibus, propter mortuos alienabor.

ET POST PAUCA:

Cap. 39.

SED dicis licere mihi etiã hodiẽ demortuis iudicare, quia iudicium non tantum de uiuis, sed etiã de mortuis fieri potest. Ecce uolo iudicare, sed uos causam ipsam non uultis agere. Et cum surrexisset Benignus Episcopus Heraclae & Pelagoniae, uicem agens Eliae uiri reuerendissimi episcopi Thessalonice, ita dixit: Et quae modo recitata sunt Augustini sanctae memoriae, conueniunt statui tenenti ab initio in ecclesia. Impium uero dogma iam inculpatum & condemnatum, & eos qui tali dogmati obnoxij sunt, anathematizari uult ecclesiae traditio, licet mortui essent. Idem & sanctae memoriae Augustinus dixit, quod si modò conuinceretur Cæcilianus de his, quae inferuntur ei, etiã post mortem eum anathematizo. Et hæc dicebat de Cæciliano episcopo Carthaginis, qui solus ex tota Africa peruenit ad Nicenum sanctum concilium. Sed etiã Valentinum, & Marcionem, & Basilidem à nulla synodo anathematizatos, tamen eò quod alienum pietatis erat dogma, quod illi defendebat, etiã post mortem anathematizat ecclesia Dei. Hoc uero etiã in Eunomium & Apollinarium factum. Hanc uero ecclesiasticam traditionem custodiens & Rambulas sanctae memoriae episcopus factus Edessense ciuitatis, qui in sacerdotibus exsplenduit, Theodorum istum Mopsuestenum etiã post mortem in ecclesia anathematizauit, propter impia eius conscripta, sicut testimonium prebet etiã epistola, quae ab Iba ad Marin hæreticum Persam scripta esse dicitur, necnò etiã illi, qui

* Macedonia

Traditio ecclesiae.

Cæcilianus solus ex Africa interfuit synodo Nicenae.

cum Eusebio erant Nicomediae episcopo, prius ea, quae sunt Arrii, sapientes, tunc uero consentientes fidei praedicatae à sanctis patribus Niceae congregatis & subscribentes in ea, quoniam ad suum vomitum Arrianae impietatis reuersi sunt, alij quidẽ uiuentes, alij uero etiã post mortem anathematizati sunt, & ex ecclesia DEI expulsi sunt, sicut est à sancti Athanasij de hoc scriptis in historica narratione inuenire. Maximè uero fidem eis imponit Constantinus pia recordationis per suam scriptionem ad Theodorum factam, significans per eam, quod & Eusebius, & Theognis illis que consentientes eieci sunt uniuersali ecclesia, tanquam contraria Nicenae sanctae synodo sapientes, cuius pars fuerunt. Sed etiã Romanorum ecclesia ante paucos annos Dioscorum, qui fuit Papa eiusdem ecclesiae, & post mortem anathematizauit, cum nec in fidem peccasset, & hoc sciunt omnes qui degunt Romae, & maximè qui in dignitatibus existunt, qui etiã eidem Dioscoro communicatores permanserunt usque ad eius mortem. Et postquam dixisset Benignus religiosissimus episcopus propositam depositionem, surrexit Theodorus episcopus Caesareae Cappadociae, Ioannes episcopus Nyssae, Basilus episcopus nouae Iustinianopoleos, quondam Camulianensium, & dixerunt:

Iam quidem quam habet uoluntatem sancta Synodus uestra de Theodoro Mopsuesteno, fecistis manifestum, secundum Deum decentem zelum excitati aduersus eum, & quae ille blasphemauit contra magnum Deum & saluatorem nostrum Iesum CHRISTVM. Quoniam uero quidam diligentes Nestorij perfidiam, idem uero est dicere Theodori insaniam, non recusant confingere quaedam, & utuntur uerbis tanquam in epistola positis, scripta à sanctae memoriae Cyrillo ad Iohannem Antiochiae episcopum, pro hoc, quod non oportet quasi Theodoro insultare, eò quod iam defunctus est: ut nihil eorum, quae ab eis dicuntur, uestram lateat beatitudinem, aut indiscussum permaneat, necessarium putauimus ista ad uos referre. Nusquam uero talis epistola scripta est à sanctae memoriae Cyrillo, nec in eius fertur codicibus, qualem diuulgant illi. Habet autem conficta epistola sic: Inspexi literas, quibus in unum uestra religiositas congregata, tanquam ex communi concilij uoluntate ad me uisa est. Et de epistola quidem primordij aliquid dicere, uel etiã eloqui superfluum existimaui ualde merito. Cum enim adspexissem tanquam, ut aliquis dicat, uos spiritu excitatos, & nimis obstupuissem, hoc quod necessarium est, facere festinaui. Quomodo enim nõ essem in mente habiturus tam mirandum sollicitumque uestrum studium, addam autem etiã agonem, quem uniuersaliter susce-

Hic Dioscorus per eorum mentionem electus cum Bonifacio paulò post obiit.

Epistola Dioscori talis in scriptis.

scribere

suscepistis pro uero non tantummodò mirabili, sed etiã maximam gloriam apud uos consecuto, Theodoro dico, in clamantibus quibusdam, sicut uidetur odiu aduersum habentibus, occasione quae facientibus impietatis, qua tenetur quaedam praua capitula, sicut quidam dixerunt, de quibus etiã uestram reuerentiam perturbauerunt, exigentes illorum abdicacione. Hoc uero etiã nunc, sicut epistola significat uestra, ad regiam accedentes urbem perturbant, si forte eis contigerit persuadere cum circunuentione quorundam, per formas Imperiales anathemati subijci ea, quae ab eis proferuntur, ad criminandos eorum defensores. Et propter hoc, sicut mihi uidetur & omni metem habenti, non est fas contristari uel grauiter ferre eos qui rectè sapiunt, sed etiã quam longissimè relinquere eiusmodi habentes uoluntatem, non dicam etiã in mente habere quod excogitauerunt, cum maximè nec certa est persona, quam supponit quemonia capitulorum & conuinctio. Incerta autem constituta, etiã hi, qui hoc egerunt, super incertum currentes, & aërem uerberrantes inueniuntur. Sed his praetermissis, illud dicam, quod conuenit eos, qui quocunque modo uel docere producuntur, uel scribere uolunt, syncerae mentis oculo intueri diuinæ intellectum scripturae, & ad eius intentionem rectè pergere, & sic suos sermones disponere in iudicio, timentes nõ forte aliter, quam ut habet, è contrario doctores uel sapientes, minimi uocentur in regno caelorum: cuius desiderium eos, qui ad hoc respiciunt, declinare compellit errores uiae, quae ad illud regnum perducit, & ad illam beatam uitam festinare. Dicam uero compendiosè ad uos religiosissimos hoc, quod etiã ad reuerendissimum episcopum Constantinopolitanam ciuitatis Proclum, uestris literis satisfaciens, scripsi ipsis uerbis sic: Quod prolata apud Ephesinam sanctam Synodum expositione, tanquam à Theodoro exposita, sicut dicebant qui protulerunt, nihil sanum habente, reprobauit quidem eam sancta Synodus tanquam peruersis plenam intellectibus, condemnans autem eos qui ita sapiunt, dispensatiue nullam fecit uiri mentionem, nec ipsum nominatim anathemati subiecit, nec uero alios propter dispensationem, sicut uidetur, nõ forte magnam existimationem uiri, quam mirificatur, attendentes Orientales seipfos separarent à coniunctione uniuersalis Ecclesiae corporis, & adderentur confortio odioso & execrando, & quam plurimis occasiones scandalorum generarent. Solet enim uulgus rumoribus quibuslibet cum plurima uoluptate aures praestare, & dicto citius à competenti ratione recedere: sed iuste audient, licet non uolunt, aures istorum: Latetis uos ipsos, aduersus ci-

nerem tendentes arcus: non enim superest, qui à uobis accusatur. Ac me nemo inculpet in ista uerba prolatum, sed cedo existimantibus graue esse defunctis insultare, licet seculares sint: quanto magis etiã eis, qui in Episcopatu à uita discesserunt? Prudentium enim est uirorum, iustissimè cedere praenoscanti uniuersiusque uoluntatem, & scienti qualis uniuersusque nostrum fiet. Benè ualentes uos & orantes pro nobis conseruet Dominus in omnibus religiosissimi.

Et ista quidem continet conficta epistola. Quis autem inspiciens eam, non statim inueniet alienam esse compositionem intellectuum & uerborum, cõferens ea cum alijs scriptis sanctae memoriae Cyrilli? Veruntamen apertè indè falsitas eius ostenditur. Iohannes enim Antiochiae Episcopus scripsit ad sanctae memoriae Cyrillum, dicens quaedam de hoc, quod non oportet anathematizari, neque Theodorum ipsum, neque cõscripta eius, tanquam conuenientia dictis à sanctis patribus, & ad ea rescriptis sanctus Cyrillus, planè reijciens Theodori conscripta, & increpans dicentes, ista consolare illis, quae sancti patres exposuerunt: addens literis etiã hoc, quod non oportet Theodori scripta defendere, tanquam consonantia in omnibus Nestorij uaniloquijs, & merito eieci cum illis, ut potè anathematizate, quod aduersus Nestorium factum est, procedente etiã aduersus eos, qui ante illum similia ei sapuerunt. Habet igitur sic epistola sancti Cyrilli, ad Iohannem rescripta: Non requieuit draco apostata, pessima uerè ac Deum impugnans bestia, nec cessabit unquam ab insita sibi prauitate. Infinitam autem inuidiam aduersus sanctas Ecclesias nutrens in seipso, linguas effrenatas sceleratorum & profanorum hominum, cauteriatam habentium conscientiam, excitare ausus est aduersus dogmata ueritatis: sed captus ubique & uictus est. Inefficacem enim eius prauitatem inceptorumque potentiam omnium nostrum saluator Christus demonstrauit.

Epistola S. Cyrilli.

ET POST ALIA:

ERat igitur necessarium, clarã nos propterea ducere festiuitatem, expulsa certè omni uoce à quocunque dicta, quae consonat Nestorij blasphemijs. Processit enim aduersus omnes eadem sequentes, uel iam secutos, quod absolute nos & uestram sanctitas dixit, Anathematizamus illos, qui dicunt filios duos, & duos Christos. Unus enim, ut dictum est, praedicatur à nobis & uobis CHRISTVS, & filius, & Dominus. Philip. 2. minus unigenitus Deus uerbum, in similitudine hominum factus, & in habitu inuentus ut homo, secundum uocem sapientissimi Pauli. Et iterum: Culpabiles uero sectas Dio-

Diodori, & Theodori, & aliorum quorundam, quos melius est non laudare, nè aliquid graue dicam, eò quòd sicut velis omnibus deiecti sunt à gloria CHRISTI. Nè quis diuulget, rogamus, sanctis & orthodoxis nostris patribus, Athanasio, Basilio, Gregorijs, & Theophilo, & alijs, nè quò modo scandali occasio res fieret, quibusdam putantibus secundùm veritatem sic sapere, & docere eos, qui totius rectitudinis cultores fuerunt, & qui non Nestorij solius blasphemij codices repugnantes reliquerunt, sed etiàm aliorum, qui dogmata Nestorij ante eum sapuerunt & conscripserunt. Ista sunt, quæ verè ad Iohannem Antiochenum scripsit sanctus Cyrillus. Quòd autem nihil eorum, quæ in conficta epistola continentur, scriptum est ab ipso, ostenditur etiàm ex quibus scripsit ad Acacium Melitenæ Episcopum, in quibus apertè narrat, quæ ad Iohannem rescripsit. Habent autem de hoc verba epistolæ sic:

*his, quæ

Epistola
Cyrilli ad
Acacium
episcopum.

Reuerentissimus & religiosissimus Diaconus & archimandrita Maximus ad me peruenit, & talem virum adspexi, sicut oportebat in longo tempore desiderantem videre. Vidi verò zelum eius & rectitudinem, & stimulum pietatis, quem habebat in CHRISTO. Contristatur verò ita, & plenum solitudinis animum habet, vt & omnem laborem subire velit, quatenus Nestorij perfidiam à partibus Orientis radicibus perderet. Perlegi verò epistolam tuam sanctitatis, scriptam ad religiosissimum & reuerentissimum Episcopum Antiochiæ Iohannem, plurimæ plenam confidentiæ simul & amoris DEI. Scripsi autem & ego tales epistolas ad ipsum: sed vt videtur, peiora vincunt. Conspicientes enim quæ Nestorij sunt odisse, alio iterum ea introducunt modo, quæ Theodori sunt admirantes, & certè æqualem, magis verò multò peiorem morbum impietatis habentia. Nec enim Theodorus Nestorij fuit discipulus, sed iste illius: & velut ex vno loquuntur ore, & vnum malæ doctrinæ ex suo corde euomunt venenum. Scripserunt ergò ad me Orientales, quòd non oportet, quæ Theodori sunt, accusari, nè, sicut dicunt, & beati Athanasij, & Theophili, & Basilij, & Gregorij dicta accusentur. Quæ enim locutus est Theodorus, eadem & illi. Ego verò scribentes ista non sustinui, sed fiducialiter dixi, quòd Theodorus quidem blasphemam habuit linguam, & calamum ministrantem ei: illi autem fuerunt totius orthodoxiæ doctores, & splenderunt in ea. Persuaserunt verò ita Orientalibus, vt exclamationes fierent in Ecclesijs à populis: Crescat fides Theodori: Sic credimus, sicut Theodorus, cum eum aliquandò lapidassent in sua Ecclesia ausum aliquid subloqui breue. Sed sicut Doctor vult, sic sapit

TOM. 2.

greg. Ego quidè nec cessauim increpās ea quæ scripserunt, nec cessabo. Quoniam verò oportebat & contradictiones scriptas esse apud eos, inspectis Theodori & Diodori libris, quos scripserunt non de incarnatione vnigeniti, sed magis contra incarnationem, posui aliqua capitulorum, & quo potui modo contradixi eis, declarans vbique abominationis plenam esse sectam eorum. Sed etiàm ad Theodosium piæ recordationis Imperatorem consonantia antelatis scribens, ita dicit: Theodorus quidam fuit, & ante eum Diodorus: hic quidem Tarficiuitatis, ille verò Mopsuestiæ. Isti Nestorij impietatis patres fuerunt. In suis enim libris quos composuerunt, immaniter blasphemauerunt contra CHRISTVM omnium nostrum saluatorem, nescientes ipsius mysterium. Voluit igitur impius Nestorius quæ sunt illorum, in medium proferre, & expulsus est à Deo de sacra aula. Cùm verò anathemati subiecissent dicta Nestorij aliqui Orientis episcoporum, alio modo iterum ea introducunt, admirantes scripta Theodori, & dicentes eum recta sapuisse & consonantia sanctis patribus nostris, Athanasio, & Gregorio, & Basilio: mentiuntur verò contra sanctos viros. Scripserunt enim quæ Theodori & Nestorij blasphemias impugnant. Quoniam igitur didici, quòd & ad pijsimas vestras aures quædam eorum referunt, rogo vt intactas & inuiolatas animas vestras conseruetis ab impietatibus Theodori & Diodori. Sicut enim iam dixi, Nestorius eorum verba locutus est, & propter hanc causam vt impius condemnatus est ab Vniuersali Synodo, quæ collecta fuit in Epheso DEI voluntate. Et ista quidem ad conuictionem Epistolæ, quæ à defensoribus Theodori falsò composita est. Conantur autem etiàm illud aliquid malignum peragere. Circumcidunt enim verba quædam, dicta à sancto Cyrillo contra Synuastias, per quæ etiàm ipsa volunt ostendere illum dicentem, quòd non oportet defunctis insultare: Omne verò contrarium continet ea, quæ ab ipso in eodem libro dicta sunt. Dicit enim, quòd sine causa quidem ferri aduersus defunctos nõ oportet, nè inimicitia hoc esse videatur: dogmatica verò proposita questione, licet defuncti sint illi, de quibus dicitur aliquid tale, nõ oportet tacere, sed conuincere ea, quæ malè illi dixerunt. Habet verò ita pars quæ de hoc est: Longa nobis modò elaborata est expositio, pro dogmatibus veritatis certare volentibus. Vnum enim Dominum IESVM Christum declarat vbique, qui ex DEO patre diuinè processit Deus verbum, humaniter autem & secundùm carnem ex muliere. Nec aliquis dicat, mentem habens circumspicere singulas res scientem, quòd illam non habentibus fidem immaniter sumus inue-

Cyrilli scriptum ad Theodosium.

inuecti, vocante ad hoc interdum quadam tristitia, quæ ad illos est quibus contradiximus. Habet enim indè res ipsa coniunctionem, nec ignauam satisfactionem. Nam illi quidem iam mortui sunt, & ab humanis rebus proficiscentes, ad aliam vitam migrauerunt: insipientia verò est, omninò non viuētibus, sed iam defunctis, inimicaliter insultare. Quoniam verò dogmaticæ rectitudinis amatoribus dilecta est veritas, & vera dicere eos necessariò decet, & exercitatos esse, vt possint vana solentibus loqui resistere, arbitratus sum oportere, innumerabili multitudine fratrum non mediocriter iniquitatem passa, ex quibus scripserunt de omnium nostrum Domino & saluatore Christo Diodoro Tarficiuitatis, & qui Mopsuestiæ fuit Episcopus, eloquentissimus Theodorus, pauca quædam dicere ad ea, quæ illi dixerunt, & sectæ amborum deformitatem legentibus demonstrare.

Intentione igitur sancti Cyrilli, quæ in prolatis continetur, demonstrata, certum facimus, quòd etiàm alia vtuntur Epistola, scripta ad sanctum Proclum ab eodem sanctæ memoriæ Cyrillo, quædam de anathemate Theodori continente. Coactus autem est illam scribere ex literis scriptis ab Iohanne & alijs Episcopis Orientalibus pro Theodoro, cùm exigeretur anathematizare Capitula Theodori, directa ipsi à Proclo sanctæ memoriæ. Habet verò Epistola ad sanctum Proclum à sanctæ memoriæ Cyrillo

Epist. Cyrilli ad Proclum.

for. sic &

scripta sic: Vix aliquandò multis quæ sudoribus sanctitatis tuæ sanctique Concilij, apud Ephesum congregati, Nestorij vaniloquia reiecerunt vbique Dei Ecclesiæ: nihil verò contristantur propter hoc quidam Orientalium, non solum laicorum, sed etiàm sacerdotum. Sicut enim diuturnæ passionibus difficiliore ad medicandum existit, vel forsitan etiàm hoc omninò abnegant: & anima ægrotas peruersorum intellectuum & dogmatum putredine, insanabilem habet passionem. Veruntamen Dei gratia, siue occasione, siue veritate vnum CHRISTVM & loquuntur & predicant, & impias Nestorij verboritates anathematizauerunt: & interim multa tranquillitas ibi est, & in fide quotidie confirmantur etiàm illi, qui aliquandò dubitabant. Nunc verò, sicut scripsit ad me dominus meus sanctissimus Episcopus Antiochiæ Iohannes, initium apud ipsos alterius tempestatis surrexit, & plurimus est timor, nè forsitan quidam instabiles ad priora reuertantur. Dicunt enim quosdam ad magnam illam ciuitatem peruenisse, deinde interpellasse pijsimos & Christianissimos Imperatores, & postulasse per diuinam eorum sanctionem anathematizari libros Theodori Mopsuesteni, ipsumque memoratum virum: magnum verò eius nomen esse per Orientem,

TOM. 2.

& mirificari nimium conscripta eius: & sicut dicunt, contristantur omnes, quòd vir nobilis & defunctus in communionem Ecclesiarum, anathematizatur. Nunc verò quòd in conscriptis eius inuenimus quædam nefariè dicta, & nimis plena blasphemie, nulli dubium est rectè sapientium. Sciat verò tua sanctitas, quòd prolata apud sanctam Synodum expositione ab eo composita, sicut dicebant qui protulerunt, nihil sanum habente, reprobaui quidem eam sancta Synodus, vt potè perueris plenam intellectibus & Nestorianam impietatem quasi effluentem: his verò condemnatis, qui sic sapiunt, nullam viri memoriam fecerat dispensatione, nec ipsam nominatim anathemati subiecit propter dispensationem, nè quidam ad existimationem viri respicientes, se ipsos ab Ecclesijs separent.

Theodori cur non damnatus nominati.

ET POST ALIA:

Et per alium verò modum anathematizatis & eiectis Nestorij blasphemij, vnà cū eis eiecta sunt & quæ illius sunt, plurimam habentia ad ista consonantiam. Et si quidem hoc agerent indubitanter per Orientem, nullumque esset tumultum indè sperare, dicebam vtique nullum esse impedimentum, nunc exigi eos etiàm in scriptis hoc facere: si verò, sicut scribit dominus meus sanctissimus Episcopus Antiochiæ Iohannes, eligant vtique magis comburi, quàm aliquid eiusmodi peragere, quare flammam sopitam resuscitamus, sedatosque tumultus non opportunè commouemus, nè forsitan vnquam vltima primis peiora inueniantur? Et hæc dico, vehementer quidem increpans, quæ scripsit memoratus Theodorus: timens verò futuros à quibusdam propter eam rem tumultus, nè forsitan aliquo modo ea, quæ Nestorij sunt, lugere quidem coloratim incipiant, secundum illud quod alicubi à Poeta dictum est apud Grecos, quòd occasione Patrocli suas calamitates vnaqueque lugebat.

Ista omnia demonstrantia intentionem, quam habuit sanctus Cyrillus de anathemate Theodori, relinquentes, illis vtuntur solis, quæ propter dispensationem dicta sunt, vt perfectè à Nestoriano errore illos abduceret adhuc in eo detentos, & compesceret tumultus, quos ab hæreticis fore suspicabantur. Proclus igitur sanctæ memoriæ, acceptis à sancto Cyrillo scriptis, acceptis verò etiàm ab Orientalibus plurimis deprecationibus, vt nè anathematizaretur Theodorus, nec impia eius conscripta, scribit adhortas eos vel Theodori blasphemias anathematizare, & liberos se ipsos tali suspitione demonstrare. Quoniam verò eiusmodi dispensationem Cyrilli & Procli sanctæ memoriæ non susceperunt, & contrariò verò permanserunt defendetes etiàm ipsas bla-

blasphemias Theodori, & dicentes eas confonare scriptis à sanctis patribus, videns sanctus Cyrillus crescentem impietatem, & indè simpliciorum læsionem timens, coactus est libros cõscribere aduersus Theodorum, & aduersus eius blasphemias, & post mortem eiusdem Theodori, & hæreticum, & impiũ, & super paganos, & super Iudæos blasphemum eum ostendere his verbis: Expauit celum propter hoc, & contremuit amplius vehementer, dicit Dominus. O intolerabilem malignitatem, O linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & mentem cornu in altitudinem extollentem. Paruum tibi esse videtur, adfixum esse ligno Dominum gloriæ, quem tu quidem neque filium verũ, neque Dominum esse dicis: Nos autem credimus, quod verè est & deus, creator & opifex omnium. Nec enim erat homo simpliciter, sed in specie humana ex Deo patre verbum, non translationem, nec mutationem in carnem passum, magis verò vnitum ei secundum fidem sacrarum literarum. Iste qui carne passus est, & suspensus est in ligno, miracula fecit in Aegypto, per sapientem Moysen suam gloriam manifestans. Et iterum idem sanctus Cyrillus aduersus Theodorum & eius blasphemias tradit: Sobrius estote ebrii ex vino vestro, acclamet aliquis sic errantibus, Impone homo tuæ linguæ ostium & feram: cessa cornu in altitudinem extollens, & loquens iniquitatem aduersus deum. Quousquẽ insultas patienti Christo? In mente habes scriptum à diuino Paulo: Sic verò peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam consciẽtiã, in Christum peccatis. Et vt aliquid ex prophetis loquar codicibus, iustificata est Sodoma ex te. Superasti paganorum verbositates, quas contra Christum fecerunt: stultitiam existimantes crucem, nihil esse ostendisti. Iudaicæ superbix crimina minorare præsumis: & quod ad te pertinet, detrahis ad infamiam eum, qui supernas sedes condecet, & vnã cum patre & Deo eandem sedem habet. Illum enim, qui ex mortuis resurrexit, in Deitatis sedibus sedere, inquit sapientissimus Paulus. Et Proclus autem sanctæ memoriæ, aduersus Theodorum & eius impietatem in Tomo ad Armenios ita dicit: Fugiamus turbulentos & cenosos fallaciæ riuos, DEVM impugnantes dico sectas: Arrij infaniam, diuidentem indiuiduã Trinitatem: Eunomij audaciam, circumcludentem scientia inoccupabilem naturam: Macedonij rabiẽm, separantem à Deitate inseparabiliter procedentem spiritum: & nouam istam & vanam blasphemiam, quæ Iudæorum plurimum vincit blasphemiam. Illi enim eum, qui est verè filius, reprobant, fraudantes ramo radicem: isti verò ei qui est, & alterum superinducunt, diuulgantes tanquam multa generatẽm incorruptibilem naturam. Dicamus igitur

TOM. 2.

cum Paulo: Christus est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Iudæum enim & paganũ per baptismum in vnum nouum hominem creauit, vnies virtute conuersatione distantia. Horreant condemnationem factores nouæ impietatis: siquidem distantia in conuentionem vnita sunt: ille autem qui vnij, in dualitate (quantum est in eis) diuisus est. Et iterum idem ex Epistola ad Iohannem Antiochenum Episcopum, aduersus easdem blasphemias Theodori ita dicit: Multi in clamant hic religiosissimum Episcopum Edessenorum Ibas, non solum clericum quidam Edesseni & monachi, sed etiam primates & clari militiæ, quibus rectæ fidei calidus zelus accenditur: quia tantum Nestorij dementia diligit, vt & quædam capitula, quæ supposita scripto à nobis ad Armenios Tomo direxi tuæ reuerentiæ, stulta ac profana constituta, & omni impietate plena, transferret Syrorũ voce & transmitteret vbiquẽ, vt multis simpliciorum inconsiderato auditu læsionem perniciosorũ suscipientibus persuaderet ita sapere, sicut abdicatum est Dei Ecclesiæ. Quæ quandò post lætitiã cognoueris, festinare digneris cum omni alacritate eum cõpelle: Tomo quidẽ scripto ad Armenios subscribere: vano loquium verò, magis verò monstrilouium, vel, quod est verius dicere, Iudaicã impietatem Capitolorum illorum condemnantem, viua voce & sana manu anathematizare dementia.

ET POST PAVCA:

Hic igitur est vnus filius vnigenitus. Sed non ita quidam, peruersa mente & cogitationis dementia istorum capitulorum genitores facti, impiorum abortiuorum & sibi perniciosorum patres apparuerunt. Deinde si memoratus comminister Ibas cognoscit ea, quæ ad legendum & audientium destructionem euomita sunt capitula sicut arbitrator eum, cum sit prudens, & à pueritia diuinis scripturis nutritus, abominari ea & reijcere, confidenti voce, & non erubescenti fronte, quod in anima sapit, ostendat, omnia supposita ad Armenios Epistolæ Capitula reijciens ac deculcans, vt potè diabolice insanix cõstituta, inuentiones, & omnia anathemate digna iudicans. Dicant igitur, qui vtuntur dictis sancti Cyrilli & Procli, quæ de Theodoro scripta sunt, si non Iudæis, aut paganis, aut Sodomitanis, & hæreticis cõnumeratur: immò magis eorum omnium impietatem magnitudine suarum blasphemiarum superans, & peruersa mente & cogitationis dementia istarum blasphemiarum genitor factus, impiorum abortiuorum, & sibi perniciosorum pater apparens, & ad destructionem legendum & audientium euomens eiusmodi blasphemias, anathemati subiectus est. Certum enim est, quod qui impius demonstratus est, omnimodò

Hier. 2.

1. Cor. 8.

Ezech. 16.

Heb. 1.

modò separatus est à DEO: sicut etiam ille, qui anathematizatus, tanquam impius separatus est. Nihil enim aliud significat anathema, nisi à Deo separationem. Si verò & propter dispensationem aliquid Patres dixerunt, vt separarent ab errore Nestorij tunc defensores eius, tamen quoniam nec susceperunt dicta illorum, & tempus, quod dispensationis indigeret, præterijt, iam ad perfectum venerunt, & scripserunt, quæ superius dicta sunt, & post mortem eius aduersus eum & impia eius cõscripta: sicut etiam Paulus Apostolus cum ad tempus concessisset circuncisionem Hebræis, necnon etiam ipse circuncidisset propter dispensationem Timotheum: postea verò quod est perfectũ docens, in Epistola ad Galatas inquit: Ecce ego Paulus dico vobis, quod si circuncidamini, CHRISTVS vobis nihil prodest. Testificor verò rursum omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est legis faciendæ. Euacuati estis à CHRISTO: qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. nam in CHRISTO IESV neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Et iterum: Ego verò fratres si circuncisionem prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam & abscondantur, qui vos conturbant. Et propter dispensationem iterum quandam castificatus in templo vnã cum alijs, etiam statutas pro castificatione legales oblationes offerens, infirmisque descendens, iterum regit dicens in Epistola ad Colossenses: Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum. Et iterum: Si mortui estis cum CHRISTO ab elementis mundi, quod adhuc tanquam viuentes in mundo, decernitis: nõ tetigeris, neque gustaueris, neque cõtractaueris? Quæ sunt omnia in corruptelam ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum. Per ista verò Apostolus legalem dispositionem & quasi corporalia legis recusans, docet quod interdum dispensatio per cõgruum tempus prodest, & interdum efficit læsionem ad temporis qualitatem. Cum enim opus est ignorantes vel errantes docere, tunc maxima dispensationis utilitas est. Quandò verò in doctrina perfectionis tempus est, tunc relinquentes patientiam, ad perfectionem dogmatum peruenimus. Veruntamen nihil prohibet, etiam per alia exempla persuadere defendentibus Theodorum, eiusque cõscripta, quod nihil prodest impiè agentibus, si contigerit quosdam vel ignorantia, vel præsumptione, vel etiam dispensatione quadam scripsisse aliquid pro eis. Nam Basilium sanctus quædam scripsit de Apollinario, sed nõ propter hoc

TOM. 2.

eum condemnatione liberavit. Sunt verò, quæ Basilium ad Patrophilum Episcopum Megarum scripsit, ista: Non multum autem tempus in medio & profectio vsque ad Cilicas, & indè reditus, & statim literæ abdicacionem habentes nostræ communiõis. Causa verò disruptionis, quod Apollinario scripsimus, & compresbyterum nostrum Diodorum habemus nobis communicantem. Ego verò Apollinarium quidem inimicum nunquam existimaui, sed sunt pro quibus hominem erubescere non tamen sic me ipsum homini coniunxi, vt illius crimina ipse suscipiam, cum habeo quædam etiam ego accusare eum, in scriptis quibusdam cõscriptis eius. Et Athanasius diuersas epistolas ad Apollinarium scribit, tanquam eadem in fide sapientem: & tamen postea libros integros etiam post mortem Apollinarij scripsit aduersus eum, cognitis illius in scripto blasphemijs: & nihil Apollinario profuerunt, quæ antè ad illum, tanquam eadem in fide sapientem, scripta sunt. Sed etiam Leo sanctæ memoriæ papa antiquioris Romæ & suscepit Eutychem, & rescripsit, cõprobans eum, & tamen postea condemnauit & anathematizauit eum tanquam hæreticum. Et multos quidem etiam alios inuenimus post mortem anathematizatos. Necnon etiam Origenem, & si ad tempora Theophili sanctæ memoriæ vel superius aliquis recurrerit, post mortem inueniet anathematizatum: quod etiam nunc in ipso fecit & vestra sanctitas, & Vigilus religiosissimus Papa antiquioris Romæ. Præsumperunt pars hæc sanctæ memoriæ Episcopi Constantinopolitani literas proferre, quasi ad Theodorũ factas, laudes eiusdem Theodori continentes. Quod verò falsã ista sunt, testimonium præbent qui Ecclesiasticas historias studiose scripserunt, aperte narrantes, quod ad Theodorum Mopsuestenum, cum à solitaria vita excidisset, scripta est epistola ab Iohanne multorum versus, & vtilissima. Sed etiam Theodoritus ipse in sua Ecclesiastica historia mentionem fecerat conuersationis, quam Iohannes & Theodorus simul in monasterio exercuerunt: quod aperte demonstrat eadem epistola, à seculari conuersatione ad pudicam in monasterio vitam reuocans eum. Sin autem & aliquis concedat ad ipsum Theodorum scriptam eam, quod non est: sed certum est, quod Iohannes, qui cum per totum suum pontificatum veritatis verbum rectè tractasset, ignorans tales blasphemias cõscripsisse Theodorũ, eiusmodi ad illum literas fecerat. Et quod dicitur à quibusdam, quod in communicatione & pace ecclesiarum defunctus est Theodorus, mendacium est & calumnia magis aduersus ecclesiam. Ille enim in communicatione & pace ecclesiarum defunctus est, qui

ZZ

Anathema quid.

Act. 16.

Galat. 5.

Ibidem.

Act. 21.

fortè, & corrigi Coloss. 2.

Ibidem.

Coniunctia quæ videntur, & quæ non.

Epist. 82.

*veneror

Hinc apparet in hac Synodo processisse damnationem Origenis, quæ Papa antiquioris Romæ. Præsumperunt pars hæc consideratur.

In pace ecclesiarum quis mori dicendus.

Litteræ Gregorij Nysseni.

qui vsque ad mortem recta Ecclesie dogmata & seruauit, & prædicauit. Quod uero Theodorus non seruauit neque prædicauit recta Ecclesie dogmata, certum est etiam ex eius blasphemijs. Veruntamen testimonium præbet etiam Gregorius Nyssenus Defensoribus impietatis Apollinarij, criminantibus Ecclesie sacerdotes propter Theodorum Mopsuestenum, illiusque blasphemias proferentibus, in quibus aperte duos filios colens ostendebatur. dicit idem Gregorius in epistola ad Theophilum sic: Apollinarium dogmatum defensores per querimoniam, quæ contra nos est, conantur sua confirmare, carnale uerbum, & Dominum seculorum hominis filium, & mortalem filij ueritatem facientes. Dicunt enim tanquam quibusdam in Catholica Ecclesia duos filios colentibus in dogmate, unum quidem secundum naturam, alterum autem secundum adoptionem postea adsumptum. Nescio à quo tale audierunt, & ad quem personam reluctantur. Nondum enim cognoui eum, qui talia loqui ausus est. Veruntamen quoniam istam proponentes aduersus nos causam, per hoc quod uidentur tale flagitium impugnare, suas sectas confirmant, bonum est, ut tua in gratia perfectio, sicut tibi in mentem ducet spiritus sanctus, in eadem occasione, & peruiuat eis, qui ista calumnialiter applicant Dei Ecclesie, quod nullum est eiusmodi dogma apud Christianos, nec prædicatur. Gregorius igitur sancto clamate apud Christianos nullum esse eiusmodi dogma, colentium duos filios, Theodoro autem hoc colente per tota sua conscripta, quomodo conantur dicere, in communione ecclesiarum tale impium & blasphemum mortuum esse, cum neque sancti patres susceperunt eos, qui dixerunt aut scripserunt, quod consonantia Athanasio, & Basilio, & Gregorij, & alijs impius Theodorus in suis libris exposuit & merito. Qui enim talia scripserunt, aliena pietate doctrinæ prædicatorum sanctorum patrum sapuerunt, sicut licet uolenti cum scriptis memoratorum sanctorum patrum conferre ea, quæ sunt Theodori, inuenire. Ille enim nimiam blasphemiam sua conscripta adimplens, ad pnicem legentium & consentientium illius impietati edidit: isti uero maxima lumina ecclesie, constituti super excelsa recta suorum operum firmæ edificationis, pietatem cum plurimis periculis, & omni fiducia prædicauerunt. Decet igitur uestram sanctitatem ea quidem, quæ dicta sunt, pro hæreticis auerari traditionem autem ecclesie, quod certe facietis, in omnibus sequi, & ecclesiam liberare criminatiõe, quæ infertur ei propter Theodorum & eius conscripta.

Diodorus Archidiaconus & Primicerius notariorū dixit: Præ manibus habemus & gesta, quæ Mopsuestie cõfecta sunt apud religio-

TOM. 2.

sam Synodū prouinciæ secundæ Ciliciæ, ex quibus manifestat, quod ex anterioribus temporibus nomen Theodori sacris diptychis eiectum est. Sancta synodus dixit Recitentur. Et cum accepisset Theodulus reuerend. diaconus & notarius, recitauit:

PIISSIMO ET CHRISTIANISSIMO nostro principi, merito diuinitus honorato, Flauio Iustiniano Augusto & Impatori, Iohanes, Thomas, Stephanus, Nicetas, Andreas, Procopius, Urbicius, Antonius & Cosmas humiles episcopi uestræ secundæ Cilicium prouinciæ. Semper quidem pro pietate ad Deum pertinente labores uestræ Christianitatis mirati sumus, & mercedem uobis studij, quod circa meliora & optima humanorum habetis, reddituram esse credimus cælestis regni participationem. Nihilominus autem & nunc festinantiam pijsime uestræ circa sanctam uniuersalis ecclesie pacem considerantes ex his, quæ de Theodoro olim Mopsuestenæ ciuitatis Episcopi, pie nobis directæ sunt & uestra Christianissima serenitate, super laudamus, & miramur circa recta dogmata zelum inuictissime tuum. Accessimus enim ad Mopsuestenam ciuitatem uniuersis, qui uestram secundam Ciliciam sacerdotum sumus sortiti, Marthano uiro magnifico nobis ea quæ aguntur cõplente, cum hoc uestra pietas iussisset, & religiosissimos eius clericos aduocauimus, necnon etiam clarissimos & laudabiles huius habitatores, electis ab ipsis his, qui ætate prouecti fuerunt, hoc, quod iustè à Christianissimis uobis præceptum est, interrogabamus, quando Theodoro prior sacris diptychis eiectus est, sed etiam quod loco illius inscriptus est. Ista uero eos dicere, adhortabamur sanctis & orandis propositis euangelij. Illi uero nobis fidem eorum, quæ dicenda erant, per uenerabilia iuramenta adfirmantes, & ætatem suam explanantes, ignorare dicebant, ex quo Theodori uetus uocabulum sacris diptychis deletum est, Cyrillus autem sanctæ memoriæ Alexandrinæ magnæ ciuitatis pontifex, in illius loco insertus est. Istitis consonare etiam ipsa præmanibus habentes sacra diptycha, teste deo, inuenimus. Sanctæ enim memoriæ pontificum memorata Mopsuestenæ ciuitatis nomina recitantes, Theodori quidem nullam memoriã insertam esse reperimus, Cyrillum uero unã cum sanctis, qui ad deum ante abiierunt, conscriptum, cum nullus Cyrillus Mopsuestenæ fuisse ciuitatis episcopus. In sine uero cõnumerationis Theodori conscriptum esse iuniorum inuenimus, qui ex Galatia ortus, vnus nostri factus Concilij, ante tres annos defunctus est. Omnia igitur gestis inferetes, & humili huic suggestiõi coniungetes, manifesta ea, quæ mota sunt, uobis Christianissimis fecimus, orantes magnum & saluatorẽ Deum, ut nobis & paci sanctarum Ecclesiarum te longæuum & uestram Christianissimam seren-

Acta Synodi Prouincialis secundæ Ciliciæ.

Litteræ Iustiniani Imperatoris.

renitatem custodiat. Iohannes misericordia Dei episcopus uestræ Iustinopolitanæ metropolis, subscripti. Thomas misericordia Dei Episcopus uestræ Aegææ ciuitatis, suggerens subscripti. Stephanus misericordia Dei Episcopus Castabaleæ ciuitatis, referens subscr. Nicetas misericordia Dei episcopus Epiphaniæ ciuitatis, suggerens subscr. Andreas misericordia Dei episcopus uestræ Flauideæ ciuitatis, suggerens subscripti. Procopius misericordia DEI episc. uestræ Irenopolitanæ ciuitatis, subscripti. Urbicius misericordia Dei episcopus uestri Alexandrini oppidi, suggerens subscripti. Antonius misericordia DEI episcopus uestræ Rosæ ciuitatis, suggerens subscripti. Cosmas misericordia DEI episcopus uestræ Mopsuestenæ ciuitatis, suggerens subscripti. Exemplum sacre Epistolæ, scriptæ ad beatissimum Iohannem Metropolitanum episc.

SIGNIFICAMVS tuæ sanctitati colligere omnes religiosissimos episcopos, qui de tua Synodo sunt, & peruenire in Mopsuestenam ciuitatem, & requisitiõem subtilem facere conuenientibus uniuersis ibi constitutis senioribus hominibus, siue clericis, siue laicis, & discere ab ipsis, si cognoscunt tempus, ex quo ablatum est nomen Theodori sacris diptychis. Si uero non meminerint, ex quo hoc factum est, confiteantur hoc ipsum, quod non cognoscunt insertum aut prædicatum in sanctis diptychis nomen Theodori & proferantur uobis & ipsa diptycha, ut cognoscatis quis pro illo insertus est: & tales confessiones gestis recipientes, & uestris suggestiõibus coniungetes, subscribat & tua sanctitas in ipsis, & ceteri religiosissimi episcopi: & sic dirigite unam quidem ad nos, alteram uero ad sanctissimum Papam. Et hoc tamen manifestum fiat, & vnusquisque eorum, qui confitentur, dicant & manifestent quot est annorum: & vos uero in proprijs confessionibus significate de prædicto capitulo, & quæ pro Theodoro insertum inuenistis. Scripsimus autem & Marthano uiro magnifico pro hoc, ut sine ulla dilatione ista agerentur, & nobis mitterentur. Legi.

Datur decimo Kalendas Iunias Constantinopoli, Imperij domini nostri Iustiniani perpetuõ Augusti anno uigesimo quarto, post Consulatum Basilij uiri clarissimi anno nono.

Alia Iustiniani litteræ.

Cosmæ sanctissimo episcopo Mopsuestie. Significamus tuæ sanctitati, quod iussimus Iohanni beatissimo Metropolitanò Anazarbenæ ciuitatis colligere omnes prouinciæ episcopos, & peruenire in uestram ciuitatem, & subtilem inquisitionem facere conuenientibus omnibus apud vos constitutis senioribus hominibus, siue clericis, siue laicis; & discere ab illis, si co-

TOM. 2.

gnoscunt, ex quo ablatum est nomen Theodori à sanctis diptychis: si uero non meminerint de tempore, & quando hoc ipsum factum est, & hoc ipsum cõfiteantur, quod non cognoscunt nomen Theodori in sanctis diptychis insertum, vel prædicatum ipsum in ecclesia. Oportet igitur proferri & ipsa sacra diptycha, ut omnes cognoscant religiosissimi episcopi, quo ordine nomina episcoporum in diptychis recitantur: & hoc ipsum manifestum uos facere per suggestiõem uestram: & confessiones gestis interuenientibus recipientes, & uestris coniungetes suggestiõibus, subscribe unam quidem ad nos, alteram uero ad sanctissimum Papam. Et hoc uero fiat manifestum in cõfessionibus eorum, ut vnusquisque dicat & manifestet, quot est annorum. Legi.

Datur uidecimo Kalendas Iunias Constantinopoli, Imperij domini nostri Iustiniani perpetuõ Augusti anno uigesimo quarto, post Consulatum Basilij uiri clarissimi anno nono.

Imperij diuini & pijsimi nostri domini Flauij Iustiniani perpetuõ Augusti & Imperatoris anno uigesimo tertio, post Consulatum Flauij Basilij uiri clarissimi anno nono, ante XV. Kalendas Iunias, mensis Iunij XVII. instantis XIII. Indictionis, in Mopsuestia Colonia Christianissima pudente in religiosissimo secreto uenerandi Episcopi Iohanne religiosissimo & sanctissimo Metropolitanò, confidentibus autem Thoma religiosissimo episcopo Aegææ ciuitatis, & Stephano religiosissimo episcopo Castabaleæ ciuitatis, & Niceta religiosissimo episcopo Epiphaniarum, & Andrea religiosissimo episcopo Flauidearum, & Procopio religiosissimo episcopo Irenopolitanorum, & Urbicio religiosissimo episcopo Alexandrini oppidi, & Antonino religiosissimo episcopo Roseorum, & Cosma religiosissimo episcopo Mopsuestie ciuitatis, necnon etiam Marthano uiro magnifico, comite domesticorum, & omnibus religiosissimis presbyteris, presentibus autem & omnibus religiosissimis diaconis, & subdiaconis, & lectoribus prædictæ Mopsuestenæ ciuitatis sanctissimæ Ecclesie: insuper presentibus Eumolpio & Theodoro clarissimis Comitibus, & Hypatio & Paulo clarissimis tribunis, & Eusebona clarissimo Palatino, & Paulo uiro honesto defensore, & Stephano uiro laudabili, & Paulo cognomine Neonis, alijsque laudabilibus habitatoribus eiusdem Mopsuestenæ ciuitatis, Iulianus diaconus & notarius dixit: Pijsima iussio serenissimi & Christianissimi nostri domini ad uestram peruenit sanctitatem, quædam de Theodoro

Synodus Mopsuestiana.

ZZ 2 doro

Traditio ecclesie in omnibus sequenda.

doro, factō olim istius Mopsuestenae ciuitatis episcopo, dicēs agere vosmetipsos & vestrum sanctum concilium: & hanc Marthanius vir magnificus per metropolim degenti vestrae sanctitati transmisit, qua suscepta, competentibus praecipis prompto animo finem imponere festinans, statim vsa literis ad omnes sanctissimos prouinciae episcopos, adhortando eos celeriter peruenire ad istam Mopsuestenam ciuitatem, & agere ea quae pie iussa sunt. Similia verò & ad Cosmam religiosissimū huius Mopsuestenae optimae ciuitatis episcopum scripta sunt ab eius pietate. Cū ista igitur sic processissent, adfuit, sicut videtis, omnes sanctissimi prouinciae Episcopi, necnon etiam Marthanius vir magnificus, & ipse ex diuinis praecipis iussus ea, quae pie praecipita sunt, ad effectū perducere. Adfuit nihilominus ex vestra iussione & omnes religiosissimi clerici per istam ciuitatem sanctae Ecclesiae, necnon etiam eius defensor honestus vir: insuper & clarissimi istius possessores & laudabiles habitatores, & illi quos seniores esse huius defensor putans manifestos nobis fecit. Habemus praemanibus vtranque piā iussionem, & hoc ipsum per iussionem sanctitatis vestrae suggerimus. Iohannes per misericordiam DEI episcopus Iustinopolitanae Metropolis, & Thomas episcopus Aegon, & Stephanus episcopus Castabaleorum, & Nicetas episcopus Epiphaneorum, & Andreas episcopus Flauideorum, & Procopius episcopus Irenopoleos, & Urbicius episcopus Alexandrini oppidi, & Antoninus episcopus Roseorum, & Cosmas episcopus Mopsuestenae, dixerunt: Primum omnium semper studium facit Christianissimus noster & serenissimus Imperator, circa DEVM vigilantiam & inculpabilem venerationem. Cū igitur ad sanctarum ecclesiarum statum quaedam acciderit causa, solitam & Deo verè dilectam alacritatem ostendit. Et nos igitur pijs & Deo placitis ab Imperatore praecipis administrantes, omnia diligenter agamus, quae iuste placita sunt eius Imperio. Diuinis igitur in medium prolatis scripturis, & his quae aguntur testimonium praebentibus, manifestae fiant pijsissimae iussiones serenissimi Imperatoris, & agendis anteponantur. Et prolata sunt in medium sancta Euangelia, & recitatae & antepositae sunt pijsissimae iussiones.

Iohannes misericordia DEI episcopus, & caeteri reuerendissimi episcopi dixerunt: Illos ad explananda & probanda capitula, quae à pijsissimo Imperatore exquisita sunt, productos reuerentissimos viros, & aetate subtilem scientiam habentes, oportet sua explanare vocabula, & quem habendum sacerdotij gradum sortiti sunt. Proiectos igitur aetate reuerentissimos ecclesiae defensores ab alijs separet. Eugenius diaconus &

TOM. 2.

ecclesiae defensor Mopsuestenae sanctae ecclesiae, dixit: Secundum interlocutionem vestrae sanctitatis proiectos aetate reuerentissimos presbyteros & diaconos à caeteris separet, & stant sicut videtis. Sanctissimi episcopi dixerunt: Agatur quod pronunciatum est. Martyrius dixit: Martyrius dicor, presbyter sum istius sanctae ecclesiae. Paulinus dixit: Paulinus dicor, presbyter sum istius sanctae ecclesiae. Stephanus dixit: Stephanus dicor, presbyter sum istius sanctissimae ecclesiae. Olympius dixit: Olympius dicor, presbyter sum istius sanctissimae ecclesiae. Iohannes dixit: Iohannes dicor, presbyter sum istius sanctae ecclesiae. Thomas dixit: Thomas dicor, presbyter sum istius sanctae ecclesiae. Theodorus dixit: Theodorus dicor, presbyter sum istius sanctae ecclesiae. Thomas dixit: Thomas dicor, presbyter sum istius sanctae ecclesiae. Eudoxius dixit: Eudoxius dicor, presbyter sum istius sanctae ecclesiae. Paulus dixit: Paulus dicor, presbyter sum istius sanctae ecclesiae. Theodorus dixit: Theodorus dicor, presbyter sum istius sanctae ecclesiae. Paregorius dixit: Paregorius dicor, archidiaconus sum istius sanctae ecclesiae. Iohannes dixit: Iohannes dicor, diaconus sum istius sanctae ecclesiae. Theodorus dixit: Theodorus dicor, diaconus sum in hac ciuitate natus. Paulus dixit: Paulus dicor, diaconus sum in hac ciuitate natus. Iohannes dixit: Iohannes dicor, diaconus sum in hac ciuitate natus. Thomas dixit: Thomas dicor, diaconus sum in hac ciuitate natus.

Sanctissimi episcopi dixerunt: Idem ipsum agant & clarissimi possessores & laudabiles huius habitatores, quos seniores istius ciuitatis honestus defensor demonstrauit, & ab alijs separati, sua dicant vocabula & statum. Eumolpius dixit: Eumolpius dicor, comes sum, in hac ciuitate natus. Theodorus dixit: Theodorus dicor, comes sum, in hac ciuitate natus. Eusebonas dixit: Eusebonas dicor, palatinus sum, in hac ciuitate natus. Stephanus dixit: Stephanus dicor, praefectianus sum, in hac ciuitate natus. Paulus dixit: Paulus dicor cognomine Neonis, in hac ciuitate natus. Anatolius dixit: Anatolius dicor, principalis, in hac ciuitate natus. Marinus dixit: Marinus dicor, in hac ciuitate natus. Eustachius dixit: Eustachius dicor, cognomine Rhoda, in hac ciuitate natus. Anatolius dixit: Anatolius dicor, in hac ciuitate natus. Rufinus dixit: Rufinus dicor, architectus, in hac ciuitate natus. Comitatus dixit: Comitatus dicor, agens in rebus, & pater istius ciuitatis. Theodorus dixit: Theodorus dicor, agens in rebus, in hac ciuitate natus. Iohannes dixit: Iohannes dicor, tabularius, in hac ciuitate natus. Addaeus dixit: Addaeus dicor, ciuis sum. Marcus dixit: Marcus dicor, praefectianus, in hac ciuitate natus.

ui-

uitate natus. Iohannes dixit: Iohannes dicor, lecticiarius in hac ciuitate natus. Nicetas dixit: Nicetas dicor, tabularius sum, in hac ciuitate natus.

Sanctissimi episcopi dixerunt: Quoniam adest honestus huius ciuitatis defensor, & quae dicta sunt à nostris notarijs, audiuit, insuper planius nos per suam doceat vocem, si seniores de his viris, qui ab ipso in praesenti demonstrati sunt, non cognoscit per istam ciuitatem. Paulus praefectianus & defensor dixit: Iussus à vestra sanctitate, quos potui inuenire verè seniores in laicis constitutos, clarissimos & honestissimos viros produxi, qui interrogati propositis scripturis de suo statu, manifestantes subtilius explanant & sua tempora, & quae sciunt ipsi illi magis pro semetipsis cognoscentes.

Sanctissimi episcopi dixerunt: Reuerentissimus sacrorum custos vasorum istius sanctissimae Ecclesiae, adferat ad considerationem nobis & recitationem huius sacrae diptycha, in quibus sanctae memoriae sacerdotum istius optimae ciuitatis scripta continentur vocabula. Iohannes presbyter & cimiliarcha dixit: Secundum iussionem vestrae sanctitatis inter sacra vasa, quae à me feruantur, habentes diptycha ista protuli, & ad recitationem porrigo. Habeo autem & alios duos membraneos quaterniones veteriores istis, quae nunc sunt & recitantur, quos & ipsos protuli sicut videtis.

Sanctissimi episcopi dixerunt: Ad auditum nostrae mediocritatis, sed etiam illorum, qui ad testimonium producti sunt reuerentissimi & clarissimi & honestissimi viri, recitentur sacra diptycha, quae declarant sanctae memoriae connumerationem sacerdotum istius Mopsuestenae ciuitatis, ex quo immaculata & orthodoxa fides praedicatur, vsque ad hunc sacerdotem qui in praesenti tertiadecima Indictione defunctus est. Et recitati sunt, & habent sic: Pro reuerentibus episcopis, Protogene, Zosimo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Bassiano, Iohanne, Auxentio, Palatino, Iacobo, Zosimo, Theodoro, Simeone. Ex alio diptycho: Pro reuerentibus episcopis, Protogene, Zosimo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Bassiano, Iohanne, Auxentio, Palatino, Iacobo, Zosimo, Theodoro, Simeone. Et ex alijs diptychis: Pro reuerentibus episcopis, Protogene, Zosimo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Bassiano, Iohanne, Auxentio, Palatino, Iacobo. Sanctissimi episcopi dixerunt: Porrigantur & nobis ad recitationem & considerationem, quae manifesta facta sunt, sacra diptycha, ut vnusquisque nostrum perlegat & inspiciat. Et oblata sunt sanctissimis episcopis. Sanctissimi Episcopi dixerunt: Sunt etiam alia prolata veteriora apud tuam reuerentiam? Iohannes presbyter & ci-

TOM. 2.

miliarcha dixit: Ista habeo Domine, quae & protuli. Sanctissimi episcopi dixerunt: Propositis diuinis scripturis, hoc ipsum explanauit. Iohannes presbyter & cimiliarcha dixit: Per istam virtutem, non habeo alia diptycha istis veteriora, sed omnia quae habeo, protuli. Sanctissimi episcopi dixerunt: Cū ipsa causa, quoniam ad animam respicit salutem, & reuerentissimus habitus vester adhortatur vos, nihil extra veritatem dicere, certum est, quod multam curam subtilitatis facietis. Vt verò omnis cogitatio praua foras reijciatur: ab his quae aguntur, & venerabilibus vos oportet iuramentis confirmare, quae dicturi estis. Sed vnusquisque sanctas & inuiolatas tangens scripturas, per ipsas fidem praebet nihil extra ea, quae cum veritate cognoscit, in his quae aguntur, dicere. Ad eandem verò iuramenti fidem respicientes, etiam suam aetate explanent, & pijsissimi domini rerum iussione sequentes, dicant si tempus sciunt & retinent, per quod Theodorus, olim episcopus factus istius ciuitatis, sacrorum praedicatione diptychorum eiectus est, & quis illius in istis sacris diptychis locum suppleuit. Martyrius dixit: Per istam virtutem, quicquid scio, veritatem dicam. Sum annorum octoginta plus minus: habeo autem in clero ordinatus sexaginta plus, & neque scio neque audiui, quod recitatus est Theodorus, olim factus istius ciuitatis episcopus, in sacris diptychis: sed audiui, quod S. Cyrillus Alexandriae, magnae ciuitatis episcopus factus, pro Theodoro taxatus est in diptychis, quibus inscripti sunt defuncti sanctissimi episcopi, & vsque adhuc ipse inscriptus est, & praedicatur cum alijs episcopis. Episcopum enim in nostra ciuitate nomine Cyrillum neque scio, neque audiui factum. Qui autem nunc insertus est Theodorus, ante tres annos obiit, & de Galatia erat. Paulinus presbyter dixit: Per istas sanctas scripturas, quod scio, cum veritate dico. Presbyter sum Mopsuestenae sanctissimae ecclesiae, & sum annorum septuaginta nouem: Habeo autem quadraginta nouem annos in clero, & neque scio neque audiui Theodorum veterem, qui fuit episcopus in ista ciuitate, praedicari in sacris diptychis sanctissimae nostrae ecclesiae, aut quando ablatum est nomen ipsius ex diptychis. Audio verò cum diptycha leguntur in diuino ministerio, nomen Cyrilli in connumeratione reuerentium episcoporum. Factum verò episcopum Cyrillum in hac ciuitate neque scio, neque audiui. Stephanus presbyter dixit: Per istam virtutem, quicquid scio, cum veritate dico. Sexaginta nouem annorum plus minusve sum: factus verò sum presbyter ante hos tres annos, & nullatenus scio vel audiui Theodorum, qui olim in nostra ciuitate fuit episcopus, nominatum in sacris diptychis. Cognoui autem, ex quo vene-

ZZ 3 ra-

rabili huic connumeror clero, quod illo adempto ex ipsis aliquando, Cyrillus Alexandrinæ civitatis episcopus, in illius loco insertus est sacris diptychis requiescentium Episcoporum, qui usque nunc pro ipso predicatur. Cyrillum verò factum nostræ civitatis episcopum neque scio, neque audivi. Theodorus verò, qui inscriptus est sacris diptychis, ante tres annos defunctus est. Olympius presbyter dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, veritatem dico. Annorum sum sexagintaquinque, in clero verò connumeror quinquagintaquinque, & non scio inscriptum fuisse nomen Theodori sacris diptychis, qui antea fuit hic episcopus, neque audivi eum unquam numerari: audivi verò ab illis, qui ante me erant, quod pro ipso insertus est sanctus Cyrillus, qui fuit Alexandrinæ civitatis episcopus. Quando verò ademptum est nomen Theodori, & insertus est pro ipso Cyrillus, non memini. Factum verò episcopum in ista civitate Cyrillum, nunquam audivi. Iste enim, qui nunc nominatur Theodorus in diptychis, ille est, qui ante tres annos defunctus est Galata. Iohannes presbyter dixit: Per istam virtutem & Deum, qui locutus est per istas scripturas, veritatem dico. Annorum sum sexagintaquinque plus minus: habeo verò in clero annos vigintiocto, & neque scio, nec cum essem laicus, nec postquam factus sum clericus, Theodori, qui olim episcopus fuit istius civitatis, neque numerari in sacris diptychis, nec quoad civitas est: predicari verò scio in diptychis in connumeratione requiescentium episcoporum nostræ civitatis sanctum Cyrillum, Archiepiscopum Alexandrinæ civitatis. Episcopum verò nomine Cyrillum non scio fuisse, nec audivi in nostra civitate. Ille enim, qui nunc nominatur Theodorus in diptychis, ante tres annos obiit, & de Galatia erat. Thomas presbyter dixit: Per istas sanctas scripturas & Deum, qui locutus est ipsis, quicquid scio, veritatem dico. Sexaginta annorum sum nomine: habeo verò in clero, licet peccator sim, quinquagintaquinque annos: & non scio, neque audivi nomen veteris Theodori, qui hic episcopus fuit, predicari in sacris diptychis, nec quoniam ablatus est, nec qui ipsum eiecit. Audivi verò à senioribus, quod Cyrillus, qui fuit Alexandrinæ civitatis episcopus, insertus est sacris diptychis pro Theodoro in connumeratiōe episcoporum nostræ civitatis, qui & usque nunc predicatur: Cyrillum autem episcopum fuisse hic neque audivi, neque scio. Iste verò, qui nunc nominatur cum mortuis episcopis Theodorus de Galatia oriundus, ante tres annos defunctus est. Theodorus presbyter dixit: Per istam virtutem, quicquid scio, cum veritate dico: Sum annorum sexaginta duorum plus minus: quinquagintaquinque autem annos habeo in ve-

nerabili clero istius sanctissimæ Ecclesiæ, & nunquam audivi nomen Theodori veteris, qui fuit hic episcopus, neque insertum esse sacris diptychis, neque recitari. Audivi verò ab antiquioribus, quod pro Theodoro insertus est sanctus Cyrillus episcopus Alexandrinæ in requiescentibus episcopis: Cyrillum verò fuisse nostræ Ecclesiæ neque scio, neque audivi. Iste verò, qui nunc insertus est diptychis Theodorus, Galata fuit, & ante tres annos defunctus est. Thomas presbyter dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, cum veritate dico: Sexaginta annorum sum plus minus: in clero autem quinquaginta annos habeo, & non scio, neque audivi insertum Theodorum, olim nostræ civitatis episcopum factum, neque audivi ipsum recitari cum requiescentibus sacerdotibus nostræ civitatis. Fuisse verò in nostra civitate episcopum nomine Cyrillum, neque scio, neque audivi per quodcumque tempus. Iste autem, qui nunc recitatur Theodorus in sacris diptychis, ille est, qui ante tres annos obiit, & de Galatia erat. Eudoxius dixit: Per istas sanctas scripturas, veritatem dico. Annos habeo in clero sanctissimæ ecclesiæ quadraginta duos: sum autem annorum sexaginta trium, & nec cum essem laicus, nec clericus factus, scio hic inscriptum esse aut predicari in sacris diptychis Theodorum veterem, qui fuit hic episcopus, nec quando vel quis deiecit ipsum ex sacris diptychis, scio: Audio verò predicari in diptychis mortuorum episcoporum nostræ civitatis Cyrillum episcopum Alexandrinæ. Episcopum enim fuisse in nostra civitate nomine Cyrillum, neque audivi, neque scio. Iste verò, qui predicatur Theodorus in diptychis, qui ante tres annos obiit, de Galatia erat. Paulus presbyter dixit: Per istam virtutem, quicquid scio, veritatem dico. Quinquaginta octo annorum sum domine: habeo autem in clero vigintiocto annos, & non scio Theodorum, qui olim fuit episcopus nostræ civitatis, predicari in sacris diptychis, sed neque pro ipso unquam insertum scio. Theodorus verò, qui nunc recitatur, de Galatia erat, qui ante tres annos defunctus est. Theodorus presbyter dixit: Per istam virtutem quicquid scio cum veritate dico. Sum plus minus annorum quinquaginta duorum: ex quo autem clericus sum, vigintiocto anni sunt, & non scio neque audivi, nec cum laicus essem, nec ex quo clericus factus sum, Theodorum, qui olim fuit episcopus nostræ civitatis, recitari vel inscriptum esse sacris diptychis. Audivi verò à senioribus, quod S. Cyrillus episcopus Alexandrinæ ipse pro illo insertus est sacris diptychis mortuorum episcoporum nostræ civitatis. Qui verò insertus est sacris diptychis Theodorus, ante tres annos defunctus, qui

qui fuit noster Episcopus, de Galatia erat. Paregorius archidiaconus dixit: Per istam virtutem veritatem dico: Annorum sum sexaginta sex: habeo verò connumeratus venerabili clero annos vigintiocto, & non scio, nec cum laicus essem, nec postquam factus sum clericus, insertum sacris diptychis nomen Theodori, qui antea fuit hic episcopus, neque audivi ipsum recitari. Audivi verò à senioribus, quod pro ipso insertus est sanctus Cyrillus episcopus Alexandrinæ civitatis, qui & usque nunc predicatur. Hic verò fuisse Cyrillum episcopum, neque scio, neque audivi. Qui verò nunc recitatur Theodorus in sacris diptychis, Galata erat, qui ante tres annos defunctus est. Iohannes diaconus dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, cum veritate doceo. Annorum sum quinquaginta octo: habeo verò connumeratus venerabili clero annos quadraginta octo, & non scio neque audivi insertum nomen Theodori sacris diptychis, qui antea hic fuit episcopus, nec predicari ipsum. Audivi verò aliquando, quod pro ipso insertus est sanctus Cyrillus Alexandrinæ civitatis, qui & usque nunc predicatur: neque scio, neque audivi hic fuisse Cyrillum episcopum. Iste verò, qui nunc recitatur Theodorus in sacris diptychis, Galata erat, qui ante tres annos defunctus est. Thomas diaconus dixit: Per istas sanctas scripturas, veritatem dico. Quinquaginta quinque annorum sum, quadraginta novem habeo in clero, & non scio neque audivi inscriptum esse sacris diptychis vel recitari eum, qui olim fuit nostræ civitatis episcopus Theodorus. Audivi verò à senioribus hominibus, quod beatus Cyrillus pro ipso insertus est, Alexandrinæ civitatis pontifex, qui & usque nunc recitatur in sacris diptychis cum requiescentibus episcopis nostræ civitatis. Cyrillum verò Episcopum fuisse in nostra civitate nescio, neque audivi. Iste verò, qui nunc recitatur in sacris diptychis Theodorus, ante tres annos mortuus, de Galatia erat. Iohannes diaconus dixit: Per istas sanctas scripturas, veritatem dico. Annorum sum sexaginta quinque plus minus: habeo verò in clero quinquaginta annos, & non audivi unquam Theodorum, qui olim fuit Episcopus nostræ civitatis, in sacris diptychis: nescio quando insertus est Cyrillus pro memorato Theodoro: scio verò predicari in diptychis in connumeratione requiescentium Episcoporum nostræ civitatis Cyrillum pontificem Alexandrinæ, qui & usque nunc predicatur: Episcopum nomine Cyrillum nec scio, nec audivi nostræ civitatis fuisse. Theodorus verò, qui nunc recitatur in sacris diptychis, ante tres annos defunctus, de Galatia erat. Paulus diaconus dixit: Per istam virtutem, quæ scio, dico cum veritate: Sum annorum quinquaginta sex plus minus: habeo verò in clero annos vigintiocto, & non scio, nec cum laicus essem, nec postquam factus sum clericus, insertum sacris diptychis nomen Theodori, qui antea fuit hic episcopus, neque audivi ipsum recitari. Audivi verò à senioribus, quod pro ipso insertus est sanctus Cyrillus episcopus Alexandrinæ civitatis, qui & usque nunc predicatur. Hic verò fuisse Cyrillum episcopum, neque scio, neque audivi. Qui verò nunc recitatur Theodorus in sacris diptychis, Galata erat, qui ante tres annos defunctus est. Iohannes diaconus dixit: Per istas sanctas scripturas, quæ reverentissimi clericorum scientiæ & memoriæ sunt, declarant roborem eorum, quæ mota sunt: superest verò, ut etiam præsentem rem testimonium consequatur eorum, qui extra sacrum concilium sunt. Singulatim igitur præsentibus clarissimi & honestissimi & laudabiles viri introducti, qui etiam ætate priores demonstrati sunt, declarent, tam vitæ tempus, quam ea, quæcunque sciunt, propter causam quæ nunc movetur, per præsentia divina & venerabilia Evangelia prius confirmantes ea, quæ dicturi sunt. Eumolpius Comes dixit: Per istam virtutem, quicquid scio, veritatem dico: Sum annorum plus minus sexaginta cognovit verò vestra sanctitas, quod militabam ministrans divinis & maximis iussionibus, & cum peruenissem ad istam civitatem, communicans in sancta ecclesia, nunquam audivi predicari in sacris diptychis nomen Theodori, qui fuit, sicut dicitur à senioribus, Episcopus huius civitatis. Iste enim, qui nunc recitatur Theodorus, de Galatia erat, qui ante tres annos defunctus est. Theodorus Comes dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, cum veritate dico: Quadraginta quinque annorum sum plus minus, & non scio nomen Theodori veteris, qui dicitur fuisse nostræ civitatis Episcopus, recitari in sacris diptychis. Theodorus verò, qui diptychis nunc inscriptus est, & predicatur cum mortuis Episcopis, de Galatia erat, & ante tres annos defunctus est. Eusebonas Palatinus dixit: Per istam virtutem sanctorum Evangeliorum, quicquid scio, cum veritate dico: Ex quo memini & convenio in sanctam ecclesiam, non scio nomen Theodori veteris, quem dicunt huius civitatis Episcopum fuisse, in sacris diptychis predicatum: plus tamen sum annorum quinquaginta. Stephanus Præfectianus dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, veritatem dico: Annorum sum sexaginta unum: nomen Theodori veteris episcopi Mopsestenæ civitatis non audivi in sacris diptychis recitari. Audio verò in connumeratione

episcoporum nostrae ciuitatis predicari Cyrillum, qui, sicut dicebant seniores, fuit episcopus Alexandriae magnae ciuitatis, qui & usque nunc cum requiescentibus episcopis nostrae Mopsuestenae ciuitatis recitatur: quoniam simplicitas magis quam curiositas accedens, diuina & inuiolata solitus sum mysteria suscipere. Ille enim, qui nunc insertus est Theodorus, ante tres annos defunctus, de Galatia erat. Paulus Neonis dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, cum veritate dico. Annorum sum septuaginta, & neque scio, neque audiui predicari Theodorum veterem in sacris diptychis, qui fuit episcopus nostrae ciuitatis, nec quando leuatus est, vel quis pro illo insertus est scio: nisi istum Theodorum de Galatia audio predicari, qui ante tres annos defunctus est. Anatolius Principalis dixit: Per istam virtutem, veritatem dico: Sum annorum sexaginta quinque plus minusve, Theodorum veterem Antiochenum, nostrae ciuitatis episcopum nescio in sacris diptychis recitari, nisi Theodorum ante tres annos defunctum, qui de Galatia erat. Marinus praefectianus dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, veritatem dico. Annorum sum sexagintatrium plus minusve, & non scio vel insertum esse vel predicari in sacris diptychis nomen Theodori veteris, qui fuit episcopus istius ciuitatis. Theodorus vero, qui nunc recitatur, de Galatia erat, & ante tres annos defunctus est. Eustathius dixit: Per istam virtutem, quae scio, cum veritate dico. Sum annorum septuaginta plus minusve, & non scio Theodorum, qui olim episcopus fuit Mopsuestenae ciuitatis, insertum esse vel predicari in sacris diptychis nostrae sanctissimae ecclesiae. Qui vero nunc recitatur in diptychis Theodorus, ante tres annos defunctus, de Galatia erat. Anatolius dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, cum veritate dico. Annorum sum septuagintatrium, & nescio vel taxatum in sacris diptychis sacrosanctae ecclesiae, vel predicatum Theodorum veterem, factum nostrae ciuitatis episcopum. Qui nunc vero nominatur, Theodorus est, qui ante tres annos defunctus est, Galata. Rufinus architectus dixit: Per istam virtutem, quicquid scio, cum veritate dico. Septuaginta annorum sum, & nec a parentibus meis audiui, nec scio, vel ex alio quodam audiui, insertum esse vel predicari in sacris diptychis nomen Theodori, qui olim fuit hic episcopus. Theodorus vero, qui nunc predicatur in sacris diptychis, ille est, qui ante tres annos obiit. * Comitas agens in rebus & pater ciuitatis, dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, veritatem dico. Nescio nec audiui recitari nomen Theodori, qui olim fuit, sicut dicunt, episcopus nostrae ciuitatis. Sum vero annorum qua-

draginta. Theodorus agens in rebus, dixit: Per istam virtutem, quicquid scio, veritatem dico. Sum annorum quinquaginta, & non scio vel audiui insertum esse sacris diptychis nomen Theodori veteris, qui fuit in hac ciuitate, sicut dicunt, episcopus.

Iohannes tabularius dixit: Per istam virtutem sanctorum Euangeliorum, quicquid scio, veritatem dico. Sum annorum sexaginta septem plus minusve, & Theodorum veterem, qui fuit episcopus nostrae ciuitatis, non scio recitari. Ille vero, qui nunc predicatur Theodorus, est de Galatia, qui ante tres annos mortuus est, qui fuit noster episcopus. Addæus dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, cum veritate dico.

Sum Domine sexaginta annorum, & non scio, nec audiui vnquam predicari in sacris diptychis nomen Theodori veteris, qui hic episcopus fuit. Ante tres autem annos defunctus est Theodorus de Galatia, qui hic episcopus fuit, & ipse predicatur cum alijs episcopis mortuis. Marcus praefectianus dixit: Per istam virtutem sanctorum Euangeliorum, quicquid scio, cum veritate dico.

Sum annorum quinquaginta quinque, & non scio, nec audiui in sacris diptychis recitari Theodorum veterem, qui hic episcopus fuit, nisi istum Theodorum Galatam, qui ante tres annos mortuus est. Iohannes leuciciarius dixit: Per istas sanctas scripturas, quicquid scio, veritatem dico. Sum annorum septuaginta, & non scio, nec audiui predicari in sacris diptychis nomen Theodori veteris, qui hic fuit episcopus, nisi istum Theodorum Galatam, qui ante tres annos mortuus est. Niceta tabularius dixit: Per istam virtutem, quicquid scio, cum veritate dico. Sum annorum quinquaginta quatuor, & non scio, nec audiui nomen Theodori veteris in sacris diptychis recitari sanctissimae nostrae ecclesiae, sed qui nunc recitatur Theodorus, est qui ante tres annos mortuus est episcopus. Iohannes misericordia Dei episcopus Iustinopolitanae metropoleos, & Thomas episcopus Aegaeae ciuitatis, & Stephanus episcopus Castabaleorum, & Niceta episcopus Epiphaneorum, & Andreas episcopus Flauiae deorum, & Procopius episcopus Irenopolitanorum, & Urbicus episcopus Alexandriae ciuitatis, & Antoninus episcopus Roseorum, & Cosmas episcopus Mopsuestiae, dixerunt: Nec ciuitatem in alto positam tegere aliquis, nec abscondere poterit, nec veritatis lumen obumbrare semper aliquis valet. Splendet enim dilucidè rectae & immaculae fidei lumen, & sub nulla haereseos nube tenebris cooperitur: & nunc veritatis reuelata est ratio, & valde euidenter declarata est, Theodorum veterem, qui per istam ciuitatem fuit episcopus, in antiquis temporibus extra praedicationem diuini mysterij fuisse,

Haereseos non
obscurat ve
ram fidem.

& sacris diptychis eiectum esse: pro illo vero alterum constitutum esse, & in illius vocabulum, inscriptum esse Cyrillum sanctae memoriae. Ista enim demonstraui planè & sine dubio testimonium, quod cum iuramentis factum est, virorem religiosissimum, & clarissimum, & laudabilem, qui in presenti in medium producti sunt. Sed etiam nos ipsi, sacra praemanibus gerentes diptycha eorum, qui antecesserunt, sanctorum huius ciuitatis episcoporum, inuenimus cum veritate, Theodori quidem veteris nullam penitus insertam esse memoriam, Cyrilli vero sanctae memoriae vocabulum insertum esse, & inadulterata esse sacra diptycha, quae prolata sunt, ex ipso considerauimus visu. Demonstrant vero euidenter, Cyrillum sanctae memoriae in alterius loco insertum esse, eoque quod nullus per istam ciuitatem fuit pastor eiusdem vocabuli, secundum quod testimoniorum robur explanat. Manifestum vero & illud testium fecit assertio, Theodorum, qui in fine sacrorum diptychorum scriptus est, non esse illum veterem, sed eum, qui ante tres annos mortuus est, qui ex Galatia erat, quem & nos nostrae connumerationis fuisse cognoscimus. His igitur pro veritate demonstratis, Christianissimo & pijsimo nostro Imperatori nota omnia, secundum quod placuit eius Christianae serenitati, faciemus, & in omnibus sanctissimo & beatissimo antiquioris Romae Papae. sed & communi omnes vocè caelestem supplicamus DEVM: Saluum fac Domine Imperatorem, & exaudi eum in quacunque die te inuocauerit. Iohannes misericordia Dei episcopus Iustinopolitanae Metropoleos: apud me confecta sunt ante posita gesta, & subscripta.

Psalm. 10.

Thomas misericordia DEI episcopus Aegaeae ciuitatis: in conspectu meo confecta sunt ante posita gesta, & subscripta. Stephanus misericordia DEI episcopus Castabaleorum ciuitatis: coram me confecta sunt ante posita gesta, & subscripta. Niceta misericordia DEI episcopus Epiphaneorum ciuitatis: coram me confecta sunt ante posita gesta, & subscripta. Andreas misericordia DEI episcopus Flauiae deorum ciuitatis: coram me confecta sunt ante posita gesta, & subscripta. Procopius misericordia DEI episcopus Irenopolitanae ciuitatis: coram me confecta sunt ante posita gesta, & subscripta. Urbicus misericordia DEI episcopus Alexandriae oppidi: coram me confecta sunt ante posita gesta, & subscripta. Antoninus misericordia DEI episcopus Roseorum ciuitatis: coram me confecta sunt ante posita gesta, & subscripta.

Cosmas misericordia DEI episcopus Mopsuestenae ciuitatis: coram me confecta sunt ante posita gesta, & subscripta. Facta est vero & suggestio ad sanctissimum Papam

antiquioris Romae Vigiliam ab ipsidem episcopis, ita habes: Decebat verè cum primam sacerdotem dignitatem sortiti estis sanctissimi, ea quae ad sanctorum ecclesiarum statum respiciunt, manifesta vestrae diuinitus honoratae beatitudini fieri. Hoc benè & Christianissimus noster Imperator considerans, & ad vestram scientiam quaedam, quae de Theodoro quondam Mopsuestenae ecclesiae episcopo mota sunt, iussit referri. Pijsimis enim ad nos literis vsus, hortatus est ad Mopsuestenam ciuitatem conuenire, quae vna secundae Ciliciae est, & cum subtilitate perscrutari, quando Theodorus, qui olim praedictae ciuitatis fuit episcopus, sacris diptychis eiectus est, & manifesta ea tamen eius tranquillitati, quam vestrae diuinitus honoratae facere beatitudini. Statim igitur Mopsuestiam accedentes, religiosissimum congregauimus clerum, & fidelem eius populum, eligentes eos, qui seniores sunt, qui & retinere forsitan memoria possent subtilitatem eius, quod querebatur: & diuina & adoranda eis proponentes Euangelia, vt suspicionem sui testimonij emundarent, dicere inuitauimus, si sciunt, quo tempore Theodori antiqui nomen sacris eiectum est diptychis. Illi vero multos annos, & suam excedentes memoriam esse iurauerunt, ex quo nulla eiusdem Theodori memoria sacris diptychis insertur: Cyrillum autem religiosae memoriae Alexandriae ciuitatis Pontificem in eius loco inscriptum esse, quae ex patribus suis audisse adseruerunt. Sed eorum, quae dicebantur, subtilitatem inuestigantes, & per ipsa uenimus sacra diptycha, & mortuorum episcoporum connumerationem considerabamus: & Theodori quidem in antiquioribus temporibus nullam memoriam inuenimus, in ipso vero sine sacrorum diptychorum Theodorus scriptus est, quem omnes nuper quidem mortuum esse dixerunt, ex Galatia vero ortum esse prouincia. Hunc & nos omnes nostri concilij partem factum, ante triennium mortuum esse cognoscimus. Haec ita habere, ipsa gesta vobis sanctissimis manifestent, quae humili suggestioni coniungentes, ad scientiam vestram destinauimus. Sed petimus diuinitus inspiratos vos religiosissimis & Deum placantibus vestris orationibus nos humiles suffulcire. Et subscripserunt episcopi in ea.

Sancta Synodus dixit: Sufficiunt quidem, quae dicta & prolata sunt, Ecclesiasticam traditionem demonstrare, eoque quod oportet haereticos & post mortem anathematizati. Et reliqua vero omnia, quae mota sunt, ostendunt, quemadmodum ex prolixis temporibus Theodorus Mopsuestenus, propter impia sua conscripta, & post mortem a catholica ecclesia eiectus est. Sed de his quidem sententia paulò post manifestemus: nunc vero & quae collecta sunt ex Theodoriti conscriptis,

Litterae synodi
odimopue
stene ad Vi
gillum.
deest, * in
ter, aut ali
& quid eius
modi.

Theodoriti scriptis, contra rectam fidem expositis, & contra sanctae memoriae Cyrillum & duodecim eius capitula, necnon pro Theodoro & Nestorio, & eorum blasphemis, recitentur. Et cum suscepisset Photinus reuerentissimus diaconus & notarius, recitauit. Ex his, quae à Theodorito scripta sunt aduersus duodecim capitula sancti Cyrilli. **EX HIS, QVAE AD PRIMVM Anathematismum scripsit.**

Certum igitur est ex praedictis, quod Dei forma non immutata in serui formam, sed manens quod erat, sumpsit serui formam. Si igitur non factus est caro Deus verbum, sed carnem viuam & rationabilem recepit, non ipse natura ex virgine natus est, conceptus est, complasmat & formatus, & initium inde ut esset accipiens, qui ante secula est, & Deus est, & ad Deum est, & cum patre est, & cum patre cognoscitur & adoratur. Sed cum sibi templum in virginali vtero complasmauit, cum illo erat qui complasmat, & conceptus, & formatus, & natus est. Quapropter & sanctam illam virginem Dei genitricem appellamus, non quod Deum natura genuit, sed quod hominem DEO vnitum, qui eum complasmauit.

EIVSDEM THEODORITI EX HIS, quae sunt aduersus Anathematismum secundum.

Vnum quidem Christum confitemur, diuinis doctrinis Apostolorum obediētes, & eundem propter vnitatem Deum & hominem nominamus: vnitatem verò, quae est secundum subsistentiam, omnino ignoramus tanquam nouam & alienigenam diuinarum scripturarum, & patrum, qui eas interpretati sunt.

EIVSDEM EX HIS, QVAE sunt contra quartum anathematismum.

Cui igitur adscribamus hoc quod est, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? & hoc quod est, Pater, si potest fieri, transeat calix iste à me. & hoc quod est, Pater, saluum me fac ab ista hora. & hoc quod est, Horam illam nemo cognouit, neque filius hominis: & alia, quae humiliter ab ipso, & à sacris Apostolis de ipso dicta & scripta sunt? Cui esuritionem & sitim applicemus? Cui laborem & somnum? Cui ignorantiam & formidinem? Quis est, qui angelico indiguit auxilio? Si Dei verbi haec sunt, quomodo ignorauit sapientia?

ET POST ALIA:

Non erat Dei verbi ignorantia, sed serui formae: quae tanta in illo tempore cognoscebat, quanta inhabitans Deitas reuelauit.

EIVSDEM ADVERSUS DECIMUM anathematismum.

Quis est, qui laboribus virtutis perfectus est, & non natura perfectus ex-

Matth. 27.
Matth. 26.
Ioan. 12.
Marc. 13.
Luc. 22.

istens? Quis est, qui experimento cognouit obedientiam, & istam ignorans ante experimentum? Quis est qui cum reuerentia vixit, & cum labore forti & lachrymis supplicationes obtulit, & saluum se facere non potens, sed obsecrans illum, qui poterat saluum facere, & mortis liberationem postulans? Non Deus verbum, qui immortalis est, qui impassibilis, qui incorporalis.

ET POST ALIA:

Sed id, quod ex semine Dauid sumptum ab ipso est, quod est mortale, quod est passibile, quod timet mortem, licet postea destruxerit mortis potentiam propter vnitatem Dei, qui hoc recepit, quod per omnem ambulauit iustitiam, & ad Iohannem dixit: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Hoc summi sacerdotij appellationem accepit, secundum ordinem Melchizedech. illud enim habebat naturae infirmitatem.

EIVSDEM EX EPISTOLA, quam ad monasteria contra sanctum Cyrillum scripsit.

Qui propè stant, derident nostram pugnam, & nostris fruuntur malis, & gaudent videntes nos à nobis ipsis consumptos. Causa verò istorum sunt, qui Apostolicam corrumpere fidem contendunt, & euangelicis dogmatibus instabilem doctrinam imponere praesumunt, & impij Cyrilli capitula cum anathemate in regiam ciuitatem transmiserunt suscipientes, & suis scripturionibus, ut putauerunt, confirmantes, quae manifestè ex amara Apollinarij radice exorta sunt: eandem verò habent Arrij & Eunomij blasphemiam. Quod si quis subtiliter perspicere voluerit, nec ab insania Valentini & Manae & Marcionis aliena sunt. Nam in primo quidem capitulo dispensationem pro nobis factam eiecit, non recepit Deum verbum naturam humanam, sed ipsum in carnem mutatum esse docens, & suspicione & phantasia Saluatoris nostri humanationem, sed non verè factam esse dogmatizans. Haec verò ab impietate Marcionis, & Manae, & Valentini generata sunt. In secundo autem & tertio capitulo quasi oblitus eorum, quae in principijs exposuit, vnitatem quae est secundum subsistentiam, introducit, & conuentum per vnitatem naturalem, temperationem quandam & confusionem per haec nomina factam esse docens diuinam naturam & serui formam. Hoc verò ab Apollinarij haeretica insania natum est. In quarto verò capitulo Euangelicarum & Apostolicarum vocum diuisionem abdicat, & non permittit secundum Orthodoxorum patrum doctrinas eas, quidem, quae DEO conueniunt, voces in diuina excipere natura, humiliores verò & humaniter dictas recipi & applicare huma-

Heb. 5.

Matt. 3.

Epistola Theodoriti contra Cyrillum impia.

humanitati, & inde igitur est inuenire bene sapientes impietatis cognationem. Arrius etenim & Eunomius creaturam, & ex his quae non sunt, & seruum vnigenitum Dei filium dicentes, humana, quae à Domino Christo humaniter dicta sunt, Deitati ipsius applicare ausi sunt, alienum paternam substantiam & dissimilem inde eum ostendere festinantes. Super haec, ut compediosè dicam, ipsam impassibilem & non mutabilem Christi Deitatem, & pati, & crucifigi, & mori dicit. Hoc verò & Arrij & Eunomij superat. Nec enim hi, qui creaturam audent dicere creatorem omnium & opificem, in istam exceleserunt impietatem. Blasphemant verò & sanctum spiritum, non ex patre ipsum procedere dicens secundum Domini vocem, sed ex filio esse. Et iste verò Apollinarij seminum fructus est: propinquat verò & Macedonij malignae culturae. Tales sunt Aegyptij partes maligni: patris verò peior progenies. Haec cum oporteret vel abortiua facere in ipsa conceptione, aut statim nata corrumpere eos, quibus animarum medicina commissa est, ut potè perniciofa, & nostrae naturae laesiones, nutrium magnanimitate, & multo digna esse studio iudicant, ad perniciem tam suam quam aliorum, qui aures eis patiuntur praefare.

deest, infania, aut aliquid eius modi.

for. partus

EX ALLOCVTIONE THEODORITI dicta aduersus sanctum Cyrillum Chalcedone, statim post Ephesinam primam Synodum, cum ab Epheso ascendisset ad Constantinopolim vna cum Orientalibus, pro Nestorio quasi iniuste condemnato.

Vides quomodo & differentiam naturarum scio, & vnitatem non soluo, o noue Christi impugnator, magis verò Dei impugnator? Hunc praescripto consilio & praescientia Dei traditum capientes, per manum iniquorum adfigentes interfecistis, quem Deus resuscitauit ex mortuis, solutis vinculis inferni.

Aetor. 2.

EX ALIA ALLOCVTIONE, dicta in eadem ciuitate contra sanctae memoriae Cyrillum.

Nunquid soluo vnitatem, o noue haeretice, neque tu confundis naturas? Dic inconfusam vnitatem, & suscipio vocem. Sed quid dicis, quod vna natura duae naturae factae sunt? Quis te haec propheta erudit? quis Apostolorum primus, secundus, medius, vltimus, qui est post duodecim, Paulus? Barnabas? Quis posterior illis doctor? Disce tuum doctorem. Hoc Asterius Arrianus genuit, & Apollinarius tuus pater. Te ipsum enim filium illius constituisti: cuius dogmatum haeres factus es, sis & appellationis haeres meritis.

De hoc Asterio vide Nic. ceph. lib. 8. cap. 53.

EIVSDEM EX ALLOCVTIONE, scripta in eadem ciuitate pro Nestorio.

Christus nobis praecedat sermonem: Christus, propter quem terribiles Pro-

phandis contemnitis fluctus, ut nostram vocem exaudiretis, imaginem putantem esse vocis vestri pastoris. Desideratis esse audire iucundos sibilos vestri pastoris, quem compassores arundinibus occiderunt, sic ut arbitrantur: at Deus per prophetam clamat: Pastores plurimi corruerunt vineas meas, contaminauerunt portionem meam, posuerunt portionem meam amabilem in desertum inuium.

alius vertit, pastores socij Hier. 12.

EPISTOLA THEODORITI AD episcopum Andream Samosatenum scripta ab Epheso.

AB Epheso scribens saluto tuam sanctitatem, quam beatifico quidem infirmitatis, amabilem verò Deo existimo, quoniam auditu, non experimento, cognouit mala, quae hic facta sunt, mala omnem rationis vim superantia, & historicam vincientiam narrationem, continuisque lachrymis & perpetuis fletibus digna. Periclitatur enim ecclesiae corpus dirumpi, magis id verò iam incisionem suscepit, nisi ille sapiens medicus diuisa & putrefacta membra resciceret & coniungeret. Insanit iterum Aegyptus aduersus Deum, & bellat cum Mose & Aaron & famulis eius, & plurima pars Israel aduersarijs consentit, nimis verò pauci sunt sani, qui & pro pietate labores spontè sustinent. Deculcata sunt pietatis venerabilia. Illi qui depositi sunt, sacerdotalia ministeria peragunt: & qui deposuerunt, domi sedent gementes. Illi qui cum depositis excommunicati sunt, depositos liberauerunt depositione, sicut arbitrati sunt. Talem ludunt synodum Aegyptij, & Palaestini, & Pontici, & Asiani, & cum his occasus. Plurima enim pars orbis terrarum morbum suscepit. Quales mimi ridiculorum in tempore impietatis sic pietatis in Comedia deluserunt? Qualis verò Comediae scriptor talem vnamquam fabulam recitauerit? Qualis verò Tragediae poeta dignè fletus eorum conscripserit? Tanta & talia Dei ecclesiae mala insultauerunt, magis verò breuissimam particulam narraui eorum, quae praesumpta sunt.

EIVSDEM AD NESTORIVM, post vnitatem inter Orientales & sanctissimum Cyrillum factam.

Domino meo reuerendissimo, & religiosissimo, & sanctissimo patri, Episcopo Nestorio Theodoritus in Domino gaudere. Quod non vrbana conuersatione delector, nec seculari curatione, nec gloria, nec altis sedibus sum alligatus, arbitror scire tuam sanctitatem. Licet enim & nihil aliud, ipsa tamen solitudo ciuitatis, quam gubernare fortitus sum, sufficit hanc me philosophiam docere. Non solum enim solitudinè, sed etiam plurimos habet rerum tumultus, qui possunt facere pigros etiam eos, qui ualde eis gaudent. Nemo igitur persuadeat tuae sancti-

TOM. 2.

sanctitati, quod ego episcopalem sedem cupiens, cohibedo oculos meos, tanquam orthodoxas suscepi Aegyptiacas literas. Vt enim cum ipsa veritate dicam, saepius eas perlegi, & subtiliter discussi, & haeretica illas amaritudine liberatas esse inueni, & timui quandam maculam eis imponere: & certe in odio habes quam alius quidam, patrem illarum, tanquam authorem tumultum existentem orbis terrarum, & spero nullas poenas sustinere huius gratia in die iudicij, quoniam intentionem iustus iudex exquirat. His vero, quae aduersus tuam sanctitatem iniuste & contra leges facta sunt, nec si ambas manus meas aliquis incidet, patiar consentire, diuina videlicet gratia me adiuuante, & infirmitatem animae supportante. Et hoc certum etiam exigentibus per literas feci. direxi vero etiam tuae sanctitati, quae rescriptimus ad ea quae scripsit nobis, vt cognoscas quod nullum nos tempus propter diuinam virtutem mutauit: nec multipedes vel versipelliones docuit, quorum hi quidem petras, illi folia per colorem imitantur. Vniuersam fraternitatem, quae tecum est, in Domino ego & qui mecum sunt, plurimum salutamus.

**THEODORETI AD IOHAN-
nem Episcopum Antiochia.**

Quoniam sapienter gubernat Deus, & nostrae prouidens concordiae, & populorum procurans salutem, congregare nos in vnum praeparauit, & consonantes sibi omnium ostendit voluntates. Communiter enim perlegentes Aegyptiacas literas, & examinantes earum subtiliter sensum, inuenimus consonantes dictis a nobis eas, quae inde directae sunt, & palam contrarias duodecim capitulis, quibus vsque ad praesens, vt alienis a pietate, repugnantes permanimus. Nam illa quidem habebant, carnaliter carnem factum esse Dei verbum, & per substantiam vnitatem, & conuentum per vnitatem naturalem, & Deum verbum primogenitum factum ex mortuis. Abdicabant vero & vocum diuisionem, quae de Domino facta sunt: & alia vero adhuc habebant Apostolicis quidem aliena, haereticorum vero germina zizaniorum. Quae vero nunc directae sunt, Euangelica generositate decorantur.

**THEODORETI AD IOHAN-
nem archiepiscopum Antiochiae episto-
la, scripta, cum mortuus esset Cyrillus archiepiscopus Alexandriae.**

Sed tandem & vix malus homo defunctus est. Boni enim & benigni ante tempore inde demigrat: mali vero in multo tempore vitam producit. Et arbitrator omnium dispensatorem bonorum prouidentem, celerius quam tempus est, humanis tribula-

Theodoreti in S. Cyrilli mortuum caluicis sycophantice.

TOM. 2.

tionibus eos abducere, & tanquam victores liberare luctationibus, & in meliorem vitam transducere: quae vita praemium propositum est his, qui pro virtute luctantur, sine, & tristitia, & solitudine libera. Malitiae vero amatores & operatores diutius concedit praesenti vita frui, vt aut fatietatem caperent malignitatis, & virtutem postea discerent, aut poenas darent & in hoc seculo, pro molestia suorum morum longo tempore amaris & malis vitae praesentis fluctibus aestuantes. Illum vero miserum nec ad similitudinem aliorum dimisit nostrarum animarum gubernator diutius eorum potiri, quae videntur esse delectabilia: sed crescentem quotidie viri malignitatem sciens & corpori ecclesiae nocentem, quasi quandam pestem amputauit, & abstulit opprobrium a filiis Israel. Laetificauit quidem superstites illius discessio: Contristauit vero forsitan mortuos, & timor est, ne praegrati eius conuersatione, iterum ad nos Delirantem remittant, vel illos diffugiat qui eum abdu-

Delirantem probet.

cunt, sicut ille tyrannus Cyni Ciliciam. Procurandum igitur est, & oportet tuam sanctitatem maxime hanc suscipere: festinantiam, & iubere collegio mortuos absentantium lapidem aliquem maximum & grauissimum sepulcro imponere, ne iterum huc perueniret, & inflabilem voluntatem iterum demonstraret. Infernis noua dogmata adferat: ibi diu noctuque sicut vult sermocinetur. Non enim timemus, ne & illos diuideret, aduersus pietatem publice adloquens, & morte circundans naturam immortalem. Lapidabunt enim cum non solum qui diuina eruditi sunt, sed etiam & Nemrod, & Pharaon, & Sennacherib, & si quis eorum similis est rei impugnator. Sed enim sine causa multa loquar: sicut enim miser inuitus. Egre dicitur enim, dicit, spiritus *Psalm. 145.* eius, & reuertetur in puluerem suum. in illo die peribunt omnes cogitationes. Ille vero & aliud habet silentium. Nudata enim illius facta alligant linguam, obstruunt os, frenant sensum, silere faciunt, in terram inclinare cogunt. Ideo plango miserum & ploro. nec enim puram mihi delectationem fecit mortis eius nunciatio, sed dolore permixtam. Laetor enim & iucundor, eiusmodi pestilentia commune ecclesiae videns liberatum: contristor vero & ploro, cogitans quod nec requiem malorum miserabilis susceperit, sed maiora & peiora pertentans defunctus est. Somniauit enim, sicut dicunt, & regiam urbem perturbare, & pijs iterum dogmatibus repugnare, & tuam sanctitatem accusare, vt potest ea colentem. Sed videt Deus & non despexit: immisit vero simum in os eius, & frenum in labia eius, & auertit eum in terra, ex qua sumptus est. Fiat vero orationibus tuae sanctitatis, vt misericordiam & veniam consequatur, & vincat immensa DEI clementia

mentia illius malignitatem. Rogo vero tuam sanctitatem, soluere nobis animae tumultus. Plurimae enim & diuersae famae circumsonant & nos, & perturbant, communes calamitates annunciantes. Quidam vero & tuam reuerentiam proficisci dicunt ad Comitatum sine voluntate: & vsque nunc despiciebam, vt potest falsa, ista quae diuulgantur. Quoniam vero vidi sola eademque omnes dicentes, necessarium existimavi veritatem a tua discere sanctitate, vt vel rideamus vt potest falsa, aut vt vera merito lugeamus.

ET ITERVM POST MORTEM beati Cyrilli idem Theodoritus in allocutione dicta Antiochia, praesente Domino, insultans morti eius, haec dicit:

Nemo neminem iam cogit blasphemare. Vbi sunt dicentes, quod Deus est, qui crucifixus est? Non crucifigitur Deus. Homo crucifixus est Iesus Christus, qui ex semine est Dauid, filius Abrahae. Homo est, qui mortuus est, Iesus CHRISTVS: Deus vero verbum resuscitauit suum templum. Qui est ex Dauid, sicut Dauid est: homo hominem generat. Qui vero natura filius DEI est, hic est DEVS verbum. Christus vero est filius Dauid, sed templum est filij DEI. Non iam est contentio: Oriens & Aegyptus sub vno iugo est. Mortua est inuidia, & cum eo obruta est contentio: requiescant Theopathitae.

ET ITERVM IN ALIA ALLOCUTIONE sic dicit:

Palpauit Thomas eum, qui resurrexit, & adorauit eum, qui suscitauit.

Sancta Synodus dicit: Et ex his, quae Theodoritus impie conscripsit, miranda est subtilitas sancti Chalcedonensis concilij. Sciens enim eius blasphemias, prius quidem multis sapiens vsa est contra eum exclamationibus: postea vero non aliter eum suscepisset, nisi prius anathematizasset Nestorium & eius blasphemias, pro quibus antea scripsit defendens eas. Cum itaque, & quae de his proposita sunt, finem acceperunt, alio die de reliquo capitulo nobis quaestio proponetur.

**IMPERII DOMINI
IVSTINIANI PERPETVI
AVGVSTI ANNO XXVII. POST
Consulatum Basilij viri clariss. anno
xij. die 14. Calendas Iunias,
Indictione I.**



Onsidentibus in Secretario venerabilibus episcopis huius regiae ciuitatis, Eutychio sanctissimo Patriarcha regiae Constantinopolis nouae Romae, Apollinario sanctissimo archiepiscopo Ale-

TOM. 2.

xandriae magnae ciuitatis, Domino sanctissimo patriarcha Theopoliitanae magnae ciuitatis, Stephano religiosissimo episcopo Raphiae, Georgio religiosissimo episcopo Tiberiadis, Damiano religiosissimo episcopo Sozysae, vicem agentibus Euflochij sanctissimi episcopi Hierosolymitani, Benigno religiosissimo episcopo Heracliae Pelagoniae, vicem agente Eliae beatissimi episcopi Thessalonicensis, Theodoro religiosissimo episcopo Caesareae primae Capadociae prouinciae, Andrea religiosissimo episcopo Ephesi, Sextiliano religiosissimo episcopo Tunienti, vicem agente Primosi religiosissimi episcopi Chartaginis, Megethio religiosissimo episcopo Heracliae Thraciae, Anastasio religiosissimo episcopo Tabiae, vicem agente Dorothei religiosissimi episcopi Ancyrae, Iohanne reuerendissimo episcopo Iliensi, vicem agente Euprepij religiosissimi episcopi Cyzicena ciuitatis, Eusebio religiosissimo episcopo Tyri, Iohanne religiosissimo episcopo Nicomediae, Stephano religiosissimo episcopo Chalcedonensi, Petro religiosissimo episcopo Tarfi, Iohanne reuerendissimo episcopo Cucuforum, vicem agente Palladij religiosissimi episcopi Melitenae, Iohanne religiosissimo episcopo Caesareae Palaestinae, Pompeiano religiosissimo episcopo Byzacij, Amazonio religiosissimo episcopo Edeffae, Alexandro religiosissimo episcopo Gangrorum, Thoma religiosissimo episcopo Apameae Syriae, Euphranta religiosissimo episcopo Tyanorum, Theodoro religiosissimo episcopo Hierapolis Syriae, Bosphorio religiosissimo episcopo Neocaesareae, Iohanne religiosissimo episcopo Bostrae, Philippo religiosissimo episcopo Myrorum, Theodoro religiosissimo episcopo Seleuciae Isauriae, Iuliano religiosissimo episcopo Dardani, Theodoro religiosissimo episcopo Gortyna, Eustathio religiosissimo episcopo Damasci, Theodosio religiosissimo episcopo Rhodi, Firmo religiosissimo episcopo Tysaron Africae prouinciae, Theodoro religiosissimo episcopo Antiochiae Pisidiae, Phosa religiosissimo episcopo Stalienti, Eulogio religiosissimo episcopo Perge, Severiano religiosissimo episcopo Aphrodisiadis, Cyriaco religiosissimo episcopo Amide, Senero religiosissimo episcopo Synnadorum, Petro religiosissimo episcopo Syde, Abrahamio religiosissimo episcopo Sergiopolitano, Aignio reuerendissimo episcopo Tranopolitano, vicem agente Iohannis religiosissimi episcopi Laodiceae Phrygiae Pacatiana, Iohanne religiosissimo episcopo Adrianopolitano Thraciae, Cresconio religiosissimo episcopo Cuieli, Theodosio religiosissimo episcopo

*Sida

AAA Iustina-

Iustinianopolitano secundae Cappadociae, Stephano religiosissimo episcopo Laodiceae siue Theodoradiadis, Auxanone religiosissimo episcopo Hierapolis Phrygiae, Eustathio religiosissimo episcopo Maximianopolitano, Aetherio religiosissimo episcopo Anazarbi, Domitio religiosissimo episcopo Chalcedis, Valeriano religiosissimo episcopo Obbae Africae provinciae, Dionysio religiosissimo episcopo Seleucia Syriae, Theodoro religiosissimo episcopo Dryziparon, Severo religiosissimo episcopo Pompeiopolitano Paphlagoniae, Georgio religiosissimo episcopo Iustinianae Cypselon, Romano reuerendissimo episcopo Gabalon, Gregorio reuerendissimo episcopo Iustinianopoleos Armeniae, Iohanne reuerendissimo episcopo Nyssae, Basilio reuerendissimo episcopo Iustinianopolitano Camilianorum, Iohanne reuerendissimo episcopo Barcuforum, Creconio reuerendissimo episcopo Zattarenti provinciae Numidiae, Sergio reuerendissimo episcopo Cynon secundae Aegypti, Christophoro reuerendissimo episcopo Archadiopolitano Asiae, Theodosio reuerendissimo episcopo Bybli, Leontio reuerendissimo episcopo Archae, Iohanne reuerendissimo episcopo Myrinae, Alexandro reuerendissimo episcopo Amphipolitano, Stephano reuerendissimo episcopo Clysmatis, Thoma reuerendissimo episcopo Berissae, Aristodemo reuerendissimo episcopo Philomelij, Thallelaeo reuerendissimo episcopo Adrianopolis Pisdiae, Theodotilo reuerendissimo episcopo Erythron, Diogeniano reuerendissimo episcopo Sozopolitano, Basilio reuerendissimo episcopo Tamathensi, Anatolio reuerendissimo episcopo Cymae, Diogene reuerendissimo episcopo Cratae, Restituto reuerendissimo episcopo Mileon Africae provinciae, Theodoro reuerendissimo episcopo Leontopolitano Aegypti, Aemiliano reuerendissimo episcopo Antipyrgi, Theodotisto reuerendissimo episcopo Prusae, Georgio reuerendissimo episcopo Ptolemaidis, Sotero reuerendissimo episcopo Aulonis, Zosimo reuerendissimo episcopo Antandri, Cypriano reuerendissimo episcopo Coryci, Elia reuerendissimo episcopo Diocletianopolitano, Theona reuerendissimo episcopo Cusson, Theodoro reuerendissimo episcopo Limyron, Gennadio reuerendissimo episcopo Zenonopolitano, Asyncretio reuerendissimo episcopo Aradi, Stephano reuerendissimo episcopo Botyron, Philippo reuerendissimo episcopo Phelli, Mena reuerendissimo episcopo Demyriangelis, Genethlio reuerendissimo episcopo Dorylaij, Thoma reuerendissimo episcopo Constantiniae, Theodoro reuerendissimo episcopo Leontopolitano, Severo reuerendissimo episcopo Taborum, Theodotisto reuerendissimo episcopo Halicarnasi, Cosma reuerendissimo episcopo Malli,

TOM. 2.

Dionysio reuerendissimo episcopo Megarensi, Callinico reuerendissimo episcopo Opuntis, Paschasio reuerendissimo episcopo Egijs, Erasmo reuerendissimo episcopo Cibrax, Iohanne reuerendissimo episcopo Neocæsareae Euphratenis, Nonno reuerendissimo episcopo Clauarorum, Stephano reuerendissimo episcopo Balaneon, Thoma reuerendissimo episcopo Circicij, Anatolio reuerendissimo episcopo Sebastae, Constantino reuerendissimo episcopo Midaij, Macario reuerendissimo episcopo Prymnesiae, Megalo reuerendissimo episcopo Myri, Thallelaeo reuerendissimo episcopo Indorum, Niceta reuerendissimo episcopo Epiphaniae, Alexandro reuerendissimo episcopo Dionysi, Pelagio reuerendissimo episcopo Azanon, Hierone reuerendissimo episcopo Anastasiopolitano Phrygiae, Glauco reuerendissimo episcopo Alion, Procopio reuerendissimo episcopo Antinoi, Petro reuerendissimo episcopo Dometiopolitano, Iohanne reuerendissimo episcopo Coloniae, Vranio reuerendissimo episcopo Tralliensis, Iohanne reuerendissimo episcopo Cerafontis, Phronymo reuerendissimo episcopo Sinaij, Macedonio reuerendissimo episcopo Iustinianopolitano Bithyniae, Ecdicio reuerendissimo episcopo Teni, Eulogio reuerendissimo episcopo Danaborum, Theodoro reuerendissimo episcopo Coradeon, Heliophoro reuerendissimo episcopo Anastasiopolitano Cariae, Cyrione reuerendissimo episcopo Dadimorum, Theodoro reuerendissimo episcopo Laodiceae, Sila reuerendissimo episcopo Tiberiopolitano, Diogene reuerendissimo episcopo Augustopolitano, Theodoro reuerendissimo episcopo Ingilon, Iuliano reuerendissimo episcopo Zeugmatis, Dorymenio reuerendissimo episcopo Adraon, Iohanne reuerendissimo episcopo Leri, Theodoro reuerendissimo episcopo Gargarum, Theodoro reuerendissimo episcopo Comanorum, Rufino reuerendissimo episcopo Sebastae Armeniae, Conone reuerendissimo episcopo Semneon, Cyriaco reuerendissimo episcopo Calatorum, Sifinnio reuerendissimo episcopo Praeneti, Iuliano reuerendissimo episcopo Batnon, Anastasio reuerendissimo episcopo Rachlae, Theodoro reuerendissimo episcopo Porthmi, Paulo reuerendissimo episcopo Stectorij, Stephano reuerendissimo episcopo Amasiae, Paulo reuerendissimo episcopo Adraffi, Euandro reuerendissimo episcopo Cnidi, Mena reuerendissimo episcopo Carpathi, Diodorus Archidiaconus & Primicerius reuerentissimorum notariorum, dixit: Scit vestra sancta synodus, quod praecedenti die post quaestionem factam de Theodoriti conscriptis, promissistis alio die & quod superest examinare capitulum, id est, epistolam, quae dicitur Iba. Hoc igitur ipsum suggerimus,

rimus, ad quod placuerit. Sancta Synodus dixit: Quae iam gesta sunt, relegantur. Quo facto, sancta Synodus dixit: Quoniam piissimus Imperator his, quae ad nos scripsit, & hoc adiecit, quod vindicare quidam conantes Epistolam, quam Ibas scripsisse dicitur, praesunt dicere susceptam esse a sancto Chalcedonensi concilio, verbis vti vnus vel duorum religiosissimorum Episcoporum, qui in eodem sancto concilio conuenerunt, quasi pro eadem epistola dictis, cum alij omnes non eiusdem facti sint voluntatis, necessarium esse putamus, proposita quaestione, recitationem ad Marim scriptae epistolae fieri. Et cum suscepisset Theodorus reuerentissimus diaconus & notarius, recitauit:

INTERPRETATIO EPISTOLAE, quae dicitur ab Iba Episcopo scripta esse ad Marim Persam.

Compendiosè verò sapientiae tuae lucida, quae per pauca multa cognoscit, qualia ante hoc & nunc facta sunt, manifestare festinauimus: scientes quod haec tuae reuerentiae scribentes, omnibus per tuum studium qui ibi sunt, fuerint manifesta, quae a nobis scribuntur, qui nullam immutationem a DEO datae scripturae acceperunt. Facio verò initium causae ex verbis, quae & ipse cognoscis. Factum est certamen ex quo tua reuerentia hic fuit, duobus hominibus istis, Nestorio & Cyrillo, & conscripserunt contra se verba nocibilia, quae scandala erant audientibus. Nestorius enim dixit in suis libris, sicut & tua reuerentia cognoscit, quod beata Maria DEI genitrix non est, ut putaretur pluribus de secta Pauli Samosatani esse, dicentis hominem purum esse CHRISTVM. Cyrillus verò volens verba Nestorij refutare lubricauit, & auentus est cecidisse in dogma Apollinarij. Conscripsit enim & iste similiter illi, quod ipse DEVS verbum factus est homo, ut non sit differentia inter templum & inhabitantem in eo. Conscripsit enim duodecim capitula, quae puto & tuam reuerentiam cognouisse, quod vna natura est Deitatis & humanitatis Domini nostri IESV CHRISTI, & quod non oportet, inquit, diuidere voces dictas, quas aut ipse Dominus pro se dixit, aut Euangelistae de ipso. Omni verò impietate ea plena sunt, & antequam nos dicamus, sicut & tua sanctitas cognoscit. Quomodo enim possibile est accipi verbum, quod ab initio est, pro templo, quod ex Maria natum est, aut illud, Minorasti eum paulominus ab Angelis, de Deitate vni geniti dictum fuisse? Ecclesia enim sic dicit, sicut & tua reuerentia cognoscit, & ab initio edocta est, & firmata diuina doctrina ex verbis beatissimorum

Psal. 8.

TOM. 2.

patrum, Duae naturae, vna virtus, vna persona, quod est vnus filius Dominus Iesus Christus. Propter hoc certamen victores & pij Imperatores iusserunt Primates Episcoporum in Ephesinam ciuitatem congregari, & sub omnibus libris Nestorij & Cyrilli iudicari. Antequam verò omnes Episcopi, qui iussi sunt congregari, in Ephesum peruenirent, antecedens idem Cyrillus aures omnium veneno obcaecanti oculos sapientium obtinuit, inuenit verò clausas ex odio contra Nestorium: & antequam in Synodum perueniret vir sanctissimus & reuerendissimus Archiepiscopus Iohannes, de Episcopatu Nestorium deiecerunt, iudicio & quaestione non facta. Post duos verò dies deiectionis eius venimus in Ephesum, & cum didicissemus, quod in deiectione Nestorij, quae ab his facta est, duodecim capitula conscripta à Cyrillo contra constituta fidei verae proposuerunt & confirmauerunt, & eis consenserunt, ut potè verae fidei consonantibus, omnes Orientis Episcopi ipsum Cyrillum deiecerunt, & contra alios Episcopos, qui consenserunt capitulis, excommunicationem statuerunt, & post hanc confusionem vnusquisque in sua ciuitate reuersus est. Nestorius verò, quoniam odio habebatur suae ciuitati, & maioribus in ea constitutis, illuc reuertì non potuit, & mansit Synodus Orientalis non communicans Episcopis communicantibus Cyrillo. Et propter hanc tribulatio multa inter eos facta est, & in certamine Episcopi ad Episcopos facti sunt, & populi ad populos, & quae scripta sunt, opere impleta sunt, quod erunt Math. 10. inimici hominis domestici eius. Et ex hoc maleloquia multa contra nos facta sunt, tam paganorum quam haereticorum: nec enim audebat aliquis de ciuitate in ciuitatem, & a provincia in provinciam ire: sed vnusquisque proximum ut inimicum persequebatur. Multi verò non habentes timorem DEI ante oculos, occasione zeli pro ecclesijs, quam habebant inimicitiam occultam in corde suo, ad effectum perducere festinauerunt: quorum vnus ex ipsis est nostrae ciuitatis tyrannus, quem & ipse non ignoras, qui occasione fidei non solum cum eo viuentes persequitur, sed etiam eos, qui dudum ad Dominum abierunt. Qui vnus ex ipsis est beatus Theodorus, praedicator veritatis & doctor ecclesiae, non solum in vita sua haereticos percussit in veram suam fidem, sed etiam post mortem arma spiritalia in suis libris filijs ecclesiae dereliquit, sicut & tua reuerentia cum eo colloca cognouit, & ex his, quae ab eo conscripta sunt, credidit. Istum ausus est, qui omnia audeat, in ecclesia manifestè anathematizare, qui propter zelum Dei non solum suam ciuitatem ab errore in veritatem conuertit, sed etiam longè aegrotantes ecclesias erudiuit

AAA 2 sua

Iadic. 17. &
21.

sua doctrina. Et de codicibus autem eius multa ubique inuestigatio facta est, non quod fidei verae alieni fuerant: vidi enim, quod illum viuentem frequenter laudabat, & in codicibus eius legebat: sed propter inimicitiam occultam, quam habebat ad eum, quoniam conuicit eum manifeste in synodo. Istis vero malis inter eos tenentibus, & vnoquoque ut volebat, sicut scriptum est, eunte, Deus noster adorandus, qui semper sua clementia curat ecclesiam, excitauit fidelissimi & victoris Imperatoris cor, mittere virum magnum & cognitum de suo palatio, qui compelleret virum religiosissimum & sanctissimum Archiepiscopum Orientis dominum Iohannem conciliari Cyrillo: ab ipso enim episcopatu deiectus erat. Et postquam suscepit literas Imperatoris, direxit sanctissimum & reuerendissimum Paulum episcopum *Emeſæ, scribens per eum veram fidem, & mandans ei, quod si isti fidei confenserit Cyrillus, & anathematizauerit dicentes, quod Deitas passa est, & dicentes, quod vna natura est deitatis & humanitatis, ut ei communicet. Voluit autem Dominus, semper curans pro sua ecclesia, sanguine suo redempta, & cor Aegyptij mollire, ut sine vexatione fidei consentiret, ut eam susciperet, & omnes extra eam credentes anathematizaret. Et cum communicassent inuicem, certamen de medio ablatum est, & pax in ecclesia facta est, & non iam decetero in ea dissidium, sed pax sicut prius est. Quae vero sunt verba a viro sanctissimo & reuerendissimo archiepiscopo Iohanne scripta, & quae rescripta suscepit a Cyrillo, ipsas Epistolas huic, quae ad tuam reuerentiam scripta est, coniungens, direxi tuae reuerentiae, ut legens cognoscas, & omnibus patribus nostris pacem amantibus adnuncies, quod certamen iam cessauit, & medius paries ablatum est inimicitiae, & qui inordinatè contra viuentes & mortuos irruerunt, in confusione sunt, satisfaciens pro suis culpis, & contraria priori sua doctrinae docentes. Non enim praesumit aliquis dicere, quod vna est natura Deitatis & humanitatis, sed contentur in templum & inhabitantem in eo, qui est vnus filius IESVS CHRISTVS. Hæc vero scripsi tuae reuerentiae ex multo affectu, quem habeo ad te, confidens quod tua sanctitas nostrum dièque in doctrina DEI teipsum exerceas, ut & multis prodesse. Sancta Synodus dixit: Scimus Proclum religiosae memoriae literis vsu esse ad Iohannem reuerendissimae memoriae Antiochenum Episcopum, in quibus scripsit apud se accusatum esse Ibam, eò quod Nestorij dogmata diligit, & quaedam ex impijs Theodori Capitulis in Syrorum transtulit linguam, & hæc scripsit, & ubique transmisit. Relegatur igitur prædicta Epistola, ad præsentem quæsti-

TOM. 2.

onem respiciens. Et cum suscepisset Calonymus reuerendissimus diaconus & notarius, recitauit.

EPISTOLA PROCLI EPISCOPI Constantinopolitani, ad Iohannem episcopum Antiochia.

ARbitror te cognoscere religiosissime, magis vero certe scio, non quamlibet a DEO colligere mercedem eos, qui indormitabili mentis oculo Ecclesiasticis inuigilant necessitatibus, nocte dieque procurare & consulere, quatenus benè quidem regatur omne, quantum populi familiariter coniunctum est, & a reprobis zizanij pura sit orthodoxa fides: prouidentiam verò mereatur hoc, quod secundum praesumptionem interim aduersariorum habeat morbum, ut & in eundem sensum & obedientiam transferatur, maximè diuina clamante scriptura, Qui eduxit dignum ab indigno, sicut os meum erit. Si enim negligere proximos labentes ad deteriora, & sollicitudina praepositi rapinam factos faucibus lupi voracis hominum, irrecusabilis damnationis experimentum munitur dormitanti, mercenarium, non pastorem, desidiosum & dissolutum scriptura vocante: quomodo non per omnia iustum est, studiosum quidem in talibus persequi, desidiosum verò in vrgentibus effugare? In eodem enim vtraque similia ad vituperationem existunt, & irrecusabilia ad condemnationem, & hoc quod ex quibus aliquis ipse negligenter viuit, videntes adhortatur in æmulationem deteriorum, & quod peccantes in fidem & delinquentes in vitam, non statim corrigit, licet despiciens, extra tale supplicium non est constitutus. Eiusmodi verò exemplum non ex me refingo, sed ex diuinis scripturis eruditus scribo. Heli ille ætate fatigatus, & in Silo pertinentia ad legem sacrificans, ipse quidem non operabatur, quæ pueri audebant: cooperabatur verò illis, postquam non prohibebat peccantes: quoniam secundum veram rationem, non prohibere flagitia, agenti cognatum est. Et iterum per actionibus gradum iniuriantes, indignos se, per quæ peccabant, sacerdotio demonstrantes, non solum eis quibus operabantur, cadebant, sed enim & ad peccandum alios euocabant, imaginem peccati sese æmulantibus proponentes. Propter quod pariter illatum est supplicium & eis qui impia fecerunt, & ei qui non prohibuit. Patri enim ad virtutem nocuit sollicitudo: filijs autem perniciem intulit inemendatio: & senex in iuuenem tempestate naufragium passus est, pro quibus affectum non gubernauit increpatione. Ità oportet religiosissime eum, qui sortitus est praesesse populo, & tenere habenas sacerdotij, non solum procurare quomodo ipse probus appareat, sed ut & hoc, quod ab ipso dicitur, sit purum ab omni vituperatione.

Hier. 15.

1. Reg. 2.

Rom. 7.

1. Reg. 4.

tione. Hoc enim quod prius est etiam mirandum, sed non tale, quale est hoc, quod post illud dictum: quanto illud quidem in vnum solum perficientem ea, quæ ad virtutem pertinent, concludit: hoc verò multos prouidentia saluos faciens, per singulos pietatis induit confidentiam. Ad quid verò dico? Quod multi in clamant hinc religiosissimum Edessenorum Episcopum Ibam, non solum quidam clerici Edesseni & monachi, sed enim etiam Primates & clari militia, quibus rectæ fidei calidus zelus accenditur, quod tantum diligit Nestorij insaniam, ut & quædam capitula, quæ suppositi scripto a nobis ad Armenios Tomo, & dixi tuae reuerentiae, quæ sunt stulta & prophana, & omni plena impietate, transferret voce Syrorum, & transmitteret ubique, & multis simpliciorum inconsiderato auditu læsionem perniciosorum suscipientibus, persuaderet sapere sicut abdicatum est DEI Ecclesiae: quæ quando per lectionem cognoueris, festinare digneris cum omni alacritate eum compellere Tomo quidem scripto ad Armenios subscribere, vaniloquium verò, magis verè monstrilochium, vel quod est verius dicere, Iudaeam impietatem capitulorum illorum condemnantem viua voce, & salua manu anathematizare dementiam. Flagitium enim est, virum non manifestè ostendi, qualis est. Siquidem enim capitulorum illorum, quod non credo, morbum habeat, defendat: si adest initalibus cogitationibus fidei vel verborum tenor, quomodo duos dicit filios, vnum quidem ante secula, alterum verò in vltimis? vel quomodo CHRISTVS alter præter DEVM verbum? Vel quomodo super terram visum & hominibus conuersatum calumniatur purum aliquem, sicut vnum ex coitatis, sed non ipsum, qui est sine principio & increabilis, ad quem non aestimabitur alter secundum prophetam? Si enim & visus est carne, sed ille erat incarnatus, qui omni quidem principio superior, omni verò passione liber, omni verò translatione & immutatione alienus, qui ex patre splenduit super sensum, & ex virgine ortus est super rationem, qui hoc quod est creabile, in Deitate non admittit, & hoc quod est phantasia, in carne reijcit: qui secundum veritatem & DEVS est, & factus est homo, & illud quidem quod erat, permansit: hoc verò quod factus est, saluum fecit. Hic igitur est vnus filius vnigenitus. Sed non ita quidam peruersa mente & cogitationis dementia capitulorum istorum genitores facti, impiorum abortiuorum & sibi perniciosorum patres apparuerunt. Deinde si memoratus comminister Ibas cognoscit ea, quæ ad destructionem legentium & audientium euo-

TOM. 2.

mita sunt, capitula, sicut & arbitror eum prudentem constitutum, & a pueritia diuinis scripturis nutritum, abominari ea & reijcere, confidenti voce, & non erubescens fronte, quod in anima sapit, ostendat, omnia subiecta ad Armenios Epistolæ capitula abijciens & calcans, utpote diabolice insaniam inuentiones constituta, & omnia anathemate digna esse iudicans, ut de viro hoc verum scientes qui hinc sunt omnes, iam indiscretam confidenter cogitationem ad illum habeant. Nec enim oportet religiosissime, sicut & ipse nobis consenties, eos despiciere, qui sine causa læduntur, ad deteriora impetum habentes: sed plurimam facere rationem eorum qui scandalizantur, ut indiscretio extendatur in omnes cum concordia, horrescentes maximè terribilissimam illam in Euangelij condemnationem, quæ pro vno humilium scandalizato inferitur audientibus vel despicientibus. Si enim beatus Paulus exempla honorum operum sacerdotum esse legitime statuit, quomodo non magis fidei authores & doctores, sine qua placere impossibile est? Nam alia quaedam virtutes, utpote ex moribus perfectionem accipientes, naturam habent ad emendationem doctricem: fides verò sola, quæ est natura & ratione superior, utpote huic propinquans quod semper est, & natura intelligibile, & inoccupabile, deprehensione & omni virtute melior est, per hoc solum cedens charitati, quod qui creditur DEVS, propter solam charitatem homo factus est. Rogo igitur studium adit effectum. Cognosce enim religiosissime, quod non alij cuidam gratificabitur memoratus Episcopus Ibas, obsecundans praesenti Epistolæ, quantum sibi ipsi. Habebit enim non solum eos, qui nunc de ipso dubitant, mirantes eum, sed enim etiam sanctissimum nostrum patrem presbyterum & archimandritam Dalmatium nimum honorantem & mirantem, si videat sapientem ea, quæ piæ fidei sunt. Modò enim, utpote super alijs eo vulgato, memoratus sanctissimus propter charitatem non mediocriter laceratur, quod ij, qui debent in diuinioribus predicare, in aduersis accusantur, siue zelo dicentium, siue invidia criminantium. Propter quod & Theodotum reuerendissimum nostræ ecclesiae diaconum ad tuam cum chartis reuerentiam direxi, ut cognoscas religiosissime, quod non contemptibilem, sed studiosam existimo causæ perfectionem. Sancta Synodus dixit: Omnibus manifestum esse putamus ex epistola, a Proclo religiosae memoriae scripta, quod non libera est ab accusatione apud eum proposita ad Marim Persam epistola. Nam Nestorium vindicat, & impij Theodori conscripta per omnia comprobant, quæ

Heb. 11.

Baruch 3.

AAA 3 quæ

quæ sanctæ memoriæ Proclus præcepit eum anathematizare, utpotè duo per hæc colentem. Consequens verò, & cæterorum examinationem procedere, quæ ad præsens capitulū pertinent. Et cum surrexisset Theodorus Cæsariæ Cappadociæ Episcopus, Andreas Ephesi, Megethius Heracleæ Thraciæ, Eusebius Tyri, dixerunt: Commoneamus vestram sanctitatem subtiliter sciētē, quod antequam sancta Synodus Chalcedone congregaretur, multis vicibus dinoscitur Ibas accusatus, ppter impia capitula, & dogmata inserta Epistolæ, quam ipse ad Marim Persam scripsisse dicitur. Et primò quidē aliqui clerici ecclesiæ Edessenæ ciuitatis & militantes, cum ad regiam urbē peruenissent, interpellauerūt piæ recordationis Theodosium, & Proclum sanctæ memoriæ Episcopum tunc Constantinopolitanæ urbis aduersus eundē Ibas, eò quod dicebatur Nestorij defendere impietatem, capitula impia Theodori transtulisse lingua Syrorū, & vbiq; trāsmisisse: de quibus etiā scripsit sanctæ memoriæ Proclus, sicut cognouistis, ad Iohannē episcopum Antiochiæ, ut compelleret Ibas recedere ab impietate Nestorij, capitulorumq; Theodori, de qua accusabatur. Cum verò à scriptis Procli religiosissimæ memoriæ nulla emendatio pro querimonijs accusatorū facta est, defuncto Iohanne, interpellauerunt Dominum eius successorem, iterum Ibas accusantes. Quoniā verò non eos Dominus suscepisset, iterum ijdem accusatores occupata regia vrbe, de ijdem interpellauerūt memoratum piæ recordationis Theodosiū & Flavianum sanctę memorię tunc episcopum Constantinopolitanæ urbis factū post Proclum sanctæ memoriæ. Et precibus susceptis, tam diuinę recordationis Theodosius, quam Flavianus sanctę memorię, delegauerunt examinationē, de quibus Ibas accusabatur, Photio episcopo Tyri, & Eutychio episcopo Berytorum ciuitatis, & deputati sunt executores causæ ab Imperatore quidem diuinę recordationis Theodosio, Damascius tribunus, Imperialibus literis hoc ei permittentibus: à Flauiano verò sanctæ memoriæ, Eulogius diaconus Constantinopolitanæ sanctæ ecclesiæ, cum eius literis factis ad Photium & Eustathiū. Qui executores cum ad Tyrum peruenissent, deduxerunt Ibas & eius accusatores Photio & Eustathio episcopis. Accusatores igitur Ibas & alias blasphemias, quàm impiam epistolam ad criminandum eundem Ibas proposuerunt, quæ super alijs insertis ei blasphemijs, sanctum quidem Cyrillum hæreticum vocat, & impia eius duodecim capitula: primam verò Ephesinam sanctam synodum reprobant, tanquàm sine examinatione & quæstione Nestorio ab ea condemnato. Ibas igitur propositam super his accusationem effugiens, & satisfaciens, inquit

TOM. 2.

nihil eiusmodi de sancto Cyrillo dixisse postquam Orientalibus vnitus esset. Impia verò epistola per illa, quæ in ea continentur, post vnitatem scripta esse ostenditur. Apparet igitur Ibas per hoc, quod dicit, nihil aduersus Cyrillum post vnitatem dixisse, abnegans epistolam. Photius verò & Eustathius nō eiusmodi abnegatione contenti, perspexerūt per suam definitionem Ibas ad Edessam peruenire, & manifestè in ecclesia anathematizare Nestorium, & impia eius dogmata, quæ impia epistola vindicabat, & Ephesinam primam Synodum ab eadem impia Epistola reprobata suscipere, tanquàm à sancto Spiritu congregatam, & æqualem eam habere sanctæ Synodo trecentorum decem & octo sanctorum patrum. Cum hæc ita iudicata essent, & sine non suscepissent, sicut est inuenire ex his, quæ postea mota sunt, eijcitur Ibas ab episcopatu, necnon etiā Dominus Antiochiæ episcopus, accusati tanquàm sanctum Cyrillum, & ab eo prædicatam rectam fidem iniuriantes & reprobantes. Et in loco quidem Domini ordinatur Maximus, in loco verò Ibas Nonnus Edessenæ ecclesiæ à Maximo ordinatur. Inde sanctissimis episcopis in vniuersalem sanctam synodum Chalcedone conuocatis, non vocatus est Ibas, sed Nonnus in sancta Synodo confedit, ut Edessenæ ecclesiæ Episcopus, qui etiā postea cum sua

Astutia

Hæretici
verfuit.

Astutia enim hæretica vtentes, ex interlocutionibus de Iba factis in gestis, apud Chalcedonē sanctam synodum habitis, vna quidem siue secunda vtuntur, prolata quasi pro epistola ad Marim Persam scripta: Tentant verò etiā alias falsas interpretari. Necessarium igitur esse putauimus, vestræ beatitudini etiā hæc scienti manifesta facere, quæ ad hoc pertinent: illo certo constituto, quod in concilijs non vnus vel secundi interlocutionem attendere oportet, sed hæc quæ communiter ab omnibus vel amplioribus definiuntur. Verum etiā si aliquis subtiliter requisierit & ea, quæ ab vno vel secundo quati pro eadē epistola dicta sunt, planissimam in ipsis inueniet epistolæ ejectionem. Cum enim etiā ipsi comprobassent, iudicium Photij & Eustathij, nihil aliud est, quam condemnare impiam epistolam. Nam aduersus eam & quæ in ea continentur, pronunciatum est Photij & Eustathij iudicium, per quod iussus est Ibas suscipere ephesinam primam sanctam synodū, ab impia epistola reprobata, & anathematizare auctorem malignæ impietatis Nestorium & sequaces eius, quæ defendebat eadē impia epistola. Hoc verò iudicium Photij & Eustathij etiā omnes episcopi secuti, perspexerunt ipsam anathematizare Nestorium & impia eius dogmata. Iuuenalis verò Hierosolymitanæ ciuitatis episcopus, ut de hæresi pœnitentiam agentem Ibas, veniam & clementiam maximè propter senectutem meruisse interlocutus est, secundum ecclesię traditionem: quam interlocutionem ita aptè prolata aduersus impiam epistolā, malè interpretari non recusauerūt eius defensores. Thalassius Cæsariæ primæ Cappadociæ episcopus aptè ostendit in sua interlocutione, quod nunquam suscepisset Ibas, nisi pollicitus esset anathematizare ea, quæ ab accusatoribus eius in scriptis aduersus eū deposita sunt. Certum verò est, quod accusatores Ibas epistolam protulerunt ad Marim Persam scriptam, in eius accusationem. Iohannes verò Sebastianæ episcopus, & Seleucus Amasiæ, & Constantinus Melitinae, & Patricius Tyanensium, & Petrus Gangrorum, & Atharbius Trapezuntensium, vicem agens Dorothei Neocæsariæ, omnes metropolitani, pariter simul interlocuti sunt, eò quod abnegauit Ibas illa, quæ ei inferebatur ab aduersarijs eius, quorum pars magna est epistola, perspexerunt suscipi. Habet autem interlocutio sic: Definitio religiosissimorum episcoporum Photij & Eustathij innocentè ostendit reuerendissimum Ibas: similiter verò & abnegatio eius, pmpiores nos ad suscipiendum eum constituit. Placet enim semper Christi misericordia. Si igitur & Iuuenalis, tanquàm aliqua hæresi pœnitentiā agētem, Ibas suscipi pspexit, &

TOM. 2.

Thalassius, & nominati metropolitani tanquàm in gestis apud Photium habitis abnegātem ea, quæ ab aduersarijs eius inferebantur, id est, prolata ad accusationem eius epistolam ad Marim Persam scriptam, & omnes religiosissimi episcopi perspexerunt eum anathematizare Nestorium, qui ab epistola defenditur: quomodo præsumūt istius defensores calumniari interlocutionem Eunomij, quasi partem quidem condemnantem epistolæ, partem autem comprobātem, cum tota epistola impietatis plena est? Vndè & Ibas eam abnegauit, eò quod dicit, quod post vnitatem non inuenior dixisse aliquid aduersus sanctum Cyrillum: necnō etiā Photio & Eustathio ad eiusmodi abnegationem dicentibus, quod sufficit abnegatio hæreseos ad pietatem. Si verò aliquis concedat, prout illi dicunt, priora quidem epistolæ impia esse, vltima verò recta esse, nec sic epistola effugiet debitam sibi condemnationem. In omnibus enim hæresibus, licet contigerit quædam hæreticos recta dicere, non idē impia condemnatione liberatur. Hic verò nullam partē epistolæ apparet Eunomius comprobasse: contrarius enim utiq; per hoc ipse sibi inueniretur, eadem collaudans & vituperans. Habet autem interlocutio Eunomij sic: Ex recitatis ostenditur reuerendissimus Ibas innocens esse. De quibus enim visus est inculpari, tanquàm maledixisset sancto Cyrillo, in posterioribus rectè confessus reculauit illa, de quibus inculpatus est. Vndè & ego, si anathematizet Nestorium & Eutychem, & impia eorum dogmata, & cōsentiat eis, quæ à religiosissimo episcopo Leone scripta sunt, & huic vniuersali Synodo, dignum esse episcopatu iudico. Ex his Eunomius ostenditur, quod eiusmodi fecit interlocutionem, gesta apud Photium & Eustathium habita attendens, in quibus apparet Ibas confessus, quod ante vnitatem quidem factam inter beatum Cyrillum & Orientales, cum alijs ei maledixit: post vnitatem verò non inueniuntur, sicut dicit, dixisse aliquid aduersus sanctum Cyrillum. Qui verò dicunt priora quidem Epistolæ impia esse, vltima esse recta, calumniatores demonstrantur. Posteriora enim inserta epistolæ, maiori impietate plena sunt, sanctæ memoriæ Cyrillum & similia ei sapientes iniuriantia & omnino impiam sectam Nestorij vindicantia.

Propter hæc enim omnes simul episcopi consonanter post factas interlocutiones exclamauerunt: Nestorium modò anathematizet: dogma eius modò anathematizet. Et sic Ibas, Nestorio anathematizato & Eutyche, & impijs eorum dogmatibus, necnon etiā anathematizatis omnibus nō ita sapientibus, sicut sapit sancta Synodus,

AAA 4 susce-

fufceptus est. Ostenditur igitur Ibas etiam inde, quod non solum abnegavit, sed etiam anathematizavit epistolam, contrariam per omnia constitutam exposita definitioni a sancto Chalcedonenfi concilio, sicut & vestra beatitudo per inquisitionem inueniet.

Sancta Synodus dixit: Scimus & nos hęc ita subsecuta esse, tamen cautiùs æstimantes talia iudicare ex his, quæ in antecedentibus sanctis Synodis disposita sunt, & scientes quod in Ephesina prima sancta Synodo de epistolis sancti Cyrilli, & in ipso Chalcedonenfi concilio de epistola sanctæ memoriæ Papæ Leonis quædam mota sunt, necessarium esse putauimus ex his, quæ in prædictis sanctis Synodis gesta sunt, partes illas quæ hæc continent, manifestari, vt pro ampliore subtilitate & inde instructam, sic propositorum disceptationem faciamus. Et cum suscepisset Calonymus reuerendissimus diaconus & notarius, recitauit.

PARS GESTORVM, QVAE in prima Ephesina sancta Synodo habita sunt, pro epistolis sanctæ memoriæ Cyrilli.

Ex gestis primæ Synodi Ephesinæ.

Petrus presbyter Alexandriae & primus sanctissimus & reuerendissimus Cyrilli archiepiscopi epistolam, scriptam ad reuerendissimum Nestorium, suasionis & admonitionis plenam, vt potè non rectè sapiente eo: quam si iusserit vestra sanctitas, legam. Acacius Episcopus Melitinae dixit: Quoniam religiosissimus & reuerendissimus presbyter Petrus, principium sermonis faciens, ait missa esse quædam à reuerendissimo & sanctissimo episcopo Cyrillo ad reuerendissimum Nestorium, vt potè non recta doctrina vtentem, consequens est & hæc legi. & prolata est epistola sanctæ memoriæ Cyrilli in Epheso, ita habens: Reuerendissimo & DEI cultori & confacerdoti Nestorio Cyrillus in domino salutem: Obloquitur quidam, sicut audio, de mea opinione apud tuam reuerentiam, & hoc frequentius conuentus maximè nobilium obseruantes, vt puto delectare tuum æstimantes auditum, & inconsultas emittunt voces, læsi quidem nihil, conuicti autem, & hoc vtiliter: vnus quidem, quod cæcos lædebat & pauperes: alter verò, quod contra matrem tetendit gladium: alius verò quod cum ancilla aurum furatus sit alienum, & huiusmodi semper habens opinionem, quæ non optet aliquis contingere aliquibus etiam valdè inimicis. Veruntamen non mihi multus de talibus sermo est, vt non vltra dominum & doctorem, neque super patres existentis in me breuitatis extendam mensuram. Non enim possibile est, prauorum importunitates euitare, si quoquo modo

TOM. 2.

Epist. Cyrilli ad Nestorium, quæ cõmodius verba habet sup. in Synodo Ephesina.

quis eligat viuere. Sed illi quidem maledictione & amaritudine plenum habentes os, reddent omnium iudici rationem: conuertar verò rursus ego ad hoc, quod magis condecet, & commemorabo etiam nunc vt fratrem in Christo, doctrinæ verbum & fidei sensum cum omni cautela facere ad populos: cogitare etiam, quod scandalizare vnum solum ex pusillis credentibus in CHRISTVM, intolerabilem habet indignationem: si verò multitudo sunt morientium, quomodò non omni arte necessè est, vt oporteat prudentius auferre scandala, & sanum fidei dilatare sermōem querentibus veritatem? Erit verò hoc & valdè rectè, si sanctorum patrum legentes libros, magni eos æstimare festinemus, & probantes nosmetipsos, si sumus in fide, secundum quod scriptum est, illorum rectis & irreprehensibilibus sēctis nostros intellectus optime cõiungamus. Ait igitur sancta & magna Synodus, ipsum ex DEO patre naturaliter genitum, filiū vnigenitū, ex Deo vero Deum verum, lumē de lumine, per quem omnia fecit pater, descendisse, incarnari, humanari, pati, resurgere tertia die, & ascendere ad cælos. Hæc & nos seq̄ oportet verba & dogmata, cogitantes, quid incarnari & humanari significet ex Deo verbo. Non enim dicimus, quod verbi natura conuersa facta est caro, neque quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore, translata est: illud verò magis, quod carnem animatam anima rationabili vnens verbum sibi secundum subsistentiam, ineffabiliter & incomprehensibiliter factus est homo, & appellatus est filius hominis, non secundum voluntatem solam aut complacitum: sed neque vt in adsumptione personæ solius, & quod differunt quidem, quæ ad vnitatem veram collatæ naturæ: vnus verò ex vtrisque; Christus & filius, non quasi differentia naturarum ablata propter adunationem, perfecerunt verò magis nobis vnum Dominū, & Christum, & filium, Deitatis & humanitatis, per ineffabilem & arcanum adunationis concursum: sic etiam dicitur, cum ante secula habeat essentiam, & genitus sit ex patre, nasci etiam secundum carnem ex muliere: nõ quasi diuina eius natura in sancta virgine initium vt esset acceperit, neque quod indigerit necessariò propter se secunda natiuitate post eam, quæ ex patre est: (Est enim fatuum simul & indoctum, existentem ante omnia secula, & consempiternum patri, dicere opus habere vt esset secundum initium:) quoniam verò propter nos & propter nostram salutem vnies sibi secundum subsistentiam humanitatem, processit ex muliere, ob hoc dicitur nasci carnaliter. Nõ enim primùm homo natus est communis de sancta virgine, & sic descendit in eum verbum: sed

*cõmone.

Matth. 18.

2. Cor. 13.

*instituitis

*i. deū verbum incarnatū & hominē factū esse.

fed ex ipsa vulua adunitam sustinuisse dicitur natiuitatem carnalem, vt potè suæ carnis natiuitatem propriam faciens. Sic dicimus eum & pati, & resurgere: non quasi quod Dei Verbum passum sit in sua natura aut plagas, aut perforaturas clauorum, aut quæcunq; alia vulnera, (impassibilis enim est veritas, quod & incorporea est) sed quoniam quod factum est eius proprium corpus, passum est, hæc iterum ipse dicitur pati pro nobis. Erat enim impassibilis in corpore passibili. Secundum cum verò modū, & in moriendo intelligimus immortalem. Etenim secundum naturam, & incorruptibile, & vita, & viuificans est DEI verbum. Quoniam verò proprium eius iterum corpus gratia Dei, secundum quod ait Paulus, pro omnibus gustauit mortem, dicitur ipse pati pro nobis mortem: non quasi quod in experimentum mortis venit, quod attinet ad eius naturam, (æsuporis enim est istud dicere aut sentire) sed sicut nupèr dixi, caro eius gustauit mortem. Sic & resurgente carne eius, iterum resurrectio ipsius dicitur: non quasi quod ceciderit in corruptionem, (absit) sed quia eius iterum resurrexit corpus. Sic CHRISTVM vnum & Dominum confitemur, non quasi hominem coadorantes Verbo, & non sectionis phantasia introducat, cum dicitur con, sed vt vnum & eundem, adorantes, quod non alienum est à Verbo corpus eius, cum quo & ipsi consedit patri: non vt duobus iterum confidentibus filijs, sed vt vno secundum vnitatem cum propria carne. Si autem secundum subsistentiam vnitatem vel quasi impossibilem aut indecoram recusamus, incidimus vt duos dicamus filios. Omnino enim necessè est distinguere & dicere, hominem. quidem specialiter filij vocatione honoratum, specialiter autem iterum DEI verbum filiationis nomen, & rem naturaliter habentem. Non ergò diuidendus est in duos filios vnus Dominus IESVS CHRISTVS. Proderit autem nullo modo rectæ fidei rationi ita dicere, licet personarum vnitatem diuulgēt quidam. Non enim dixit scriptura, quod Verbum hominis personam adunauit sibi, sed quia factum est caro. Quod verò caro factum est Verbum, nihil aliud est, nisi quod similiter nobis participauit sanguinem & carnem, proprium que corpus nostrum fecit, & processit homo ex muliere, non abijciens esse DEVS, & ex DEO nasci patre, sed in adsumptione carnis pmanens quod erat. Hoc adnunciat vbique integræ fidei ratio: ita reperiemus sanctos sapuisse Patres: sic præsumserunt DEI genitricem sanctam virginem, non quod verbi natura aut deitatis eius initium esset accepta à sancta virgine, sed vt nato ex ipsa sancto corpore, animato etiam rationabiliter, cui &

Heb. 2.

*infantia

Iohan. 1.

*θεοτόκου

TOM. 2.

secundum subsistentiam adunitum Verbum, nasci dicitur secundum carnem. Hæc & nunc ex dilectione, quæ in CHRISTO est, scribo, petens vt fratrem, & contestans coram Deo & electis angelis, hæc nobiscum & sapere & docere, vt custodiatur ecclesiarum pax, & concordia & dilectionis vinculum indisruptum permaneat sacerdotibus DEI. Cyrillus episcopus Alexandriae dixit: Audiuit sancta & magna hæc Synodus, quæ scripsi reuerendissimo Nestorio, defendens rectam fidem. Certus verò sum, quod nullo modo egressus inuenior à recta fidei ratione, aut prætergressus expositum à sancta & magna Synodo, quæ illo tempore in Nicea congregata est, symbolum: & peto vestram sanctitatem dicere, vtrum rectè & irreprehensibiliter & consonanter sanctæ illi Synodo talia scripserim, an non. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum, dixit: Perfecta sancta fide, quæ in Nicea, & epistola sanctissimi & reuerendissimi Episcopi Cyrilli, & quæ à sancta Synodo exposita sunt, consona inueniuntur: & his pijs dogmatibus consentio, & hæc probo. Firmus episcopus Cæsareæ Cappadociae, dixit: Compendiosè & capitulariter dicta à sancta Synodo, quæ in Nicea est, exponens tua reuerentia, subtiliter & ante pedes manifestam rem nobis & liquidiorē comprehensionem expositæ fidei fecit, vt nihil sit in dictis ambiguum, omnibus sibi inuicem consonantibus & fidei firmata. His igitur integre se habentibus & inconuertibiliter, & nullam inuolutionem inferentibus, & ego consentio, eandem fidem à sanctissimis episcopis meis patribus suscipiens. Memnon Episcopus Ephesi metropoliticos, dixit: Fidei exposita à sanctis patribus trecentis decem & octo Nicæe congregatis, consona & epistola, quæ lecta est, sanctissimi & reuerendissimi patris Cyrilli continet, quibus consentimus atq; probamus; nihilo minus inuenientes neque dissonans: Et postquam dixerunt centum viginti quatuor episcopi consonanter, in fine, ita scriptum est: Et omnes, qui supra scripti sunt sicut patres exposuerunt. & epistola sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli scripta ad Nestorium Episcopum manifestat. Palladius episcopus Amasiæ dixit: Consequens est & Epistolam reuerendissimi Nestorij relegi, cuius mentionem fecit in initio religiosissimus presbyter Petrus, vt cognoscamus, si & illa consonans est his, quæ exposita sunt à sanctis patribus in Nicea: & relecta est: Venerabili & Reuerendissimo comministro Cyrillo Nestorio in Domino salutem: Iniurias quidem, quæ contra nos sunt mirandarū tuarum literarum, dimitto, vt potè medicinali patientia dignas, dilata

Episto. Nestorij ad Cyrillum;

dilata rerum ipsarum responsione vsque ad tempus idoneum. Quod verò taciturnitatem non patitur, quasi magnum ferat si taceatur periculum, hoc vt possibile est, non ad multiloquium tendens, compendiosam narrationem facere tentabo, obscuræ & indigestæ loquacitatis cauens fastidium. Incipiam verò à sapientissimis tuæ dilectionis vocibus, ipsas ipsidem sermonibus apponens. Quæ sunt igitur admirandæ tuarum literarum doctrinæ voces? Sancta inquit & magna Synodus, ipsum ex Deo & patre secundum naturam genitum filium vnigenitum, ex Deo vero Deum verum, lumen de lumine, per quem omnia fecit pater, descendisse, incarnari, humanari, pati, resurgere. Hæc sunt tuæ reuerentiæ verba, & cognoscis fortè tua: audi verò & à nobis fraternam proprietate admonitionem, & quam magnus ille Paulus amato à se Timotheo contestatus est: Attendelectionem, consolationem doctrinæ: hoc enim facies, & te ipsum saluum facies, & audientes te. Quid verò vult hoc, quod dico, Attende? Quia sanctorum transitoriè legens traditionem, veni ad dignam ignorantiam. Ignorasti eos passibilem dixisse, arbitratus patri consempiternum verbum. Inspice autem, si placet, dicta diligentius, & diuinum illum reperies patrum chorum non consubstantiali deitatem passibilem dicentes, nec recens natam patri consempiternam, nec resurrexisse eam, quæ solutum templum suscitauit. Et si mihi aures in fraternam medelam præbueris, ipsas tibi sanctorum patrum voces apponens, à calumnia, quæ contra illos est, liberabo, & ab illa, quæ contra diuinas scripturas per illos est.

1. Tim. 4.

Locus obscurus.

Phil. 2.

Credo igitur & in Dominum nostrum IESVM CHRISTVM filium eius vnigenitum. Considera quomodò nominus, & IESVS CHRISTVS, & vnigenitus, & filius, primum ponentes communia deitatis & humanitatis vt fundamenta nomina, tunc humanationis & resurrectionis & passionis superaddificant traditionem, vt nominibus naturæ vtriusque communibus quibusdam significatiuis propositis, neque filiationis proprietates secantur, neque naturarum in filiationis singularitate confusionis exterminatione periclitetur. In hoc enim eis cruditor Paulus factus est, quod humanationis diuinæ mentionem faciens, & ea quæ passionis sunt illaturus, prius ponens Christus commune sicut paulò antè dixi, naturarum nomé, infert dictum vtriusque condecens naturis. Quid enim dixit? Hoc sapiatis in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Sed nè per singula discurram, obediens factus est vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quoniam enim memoriã mortis facturus

TOM. 2.

erat, nè deum verbu ex hoc quisquam passibile suspicetur, ponit Christum tanquam impassibilis & passibilis substantiæ in singulari persona appellationum significatiua, quatenus & impassibilis Christus & passibilis sine periculo vocetur: impassibilis quidem deitate, passibilis autem corporis natura. Multa de hoc potes dicere, et primum quidem, non natiuitatem in dispensatione, sed humanationem sanctos illos patres commemorasse, promissionem breuiloquij à me in principijs factam refrenantem sentio sermonem, & ad secundum tuæ dilectionis pergentem capitulum, in quo naturarum quidem laudabam diuisionem, secundum humanationis & deitatis rationem, & earu in vnus personæ coniunctionem, & Deum verbum secunda ex muliere dicerent non eguisse natiuitate, & passionis incapabilem profiteri deitatem. Orthodoxa enim, vt veritas habet, hæc huiusmodi sunt, & omnium hæresium malis sectis circa Dominicas naturas contraria. Reliqua verò si quidem aliquam sapientiam occultam inferebant legentium auribus, incomprehensibile est tua diligentia scire. Mihi enim videbantur prima peruertere. In primis enim impassibilem prædicatum, & secundæ natiuitatis incapabilem, iterum passibilem & recens creatum nescio quo modo intulit, quasi secundum naturam neo verbo accidentibus templi copulatione corruptis. Aut parum aliquid hominibus putatur, quod sine peccato templum, & à diuina inseparabile natura pro peccatoribus natiuitatem & mortem sustinet? aut nõ crediderit, quod dominica vox ad Iudæos clamat: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud: non, soluite diuinitatem meam, & in tribus diebus resurget? Iterum & hic latius volens dicere, promissionis meæ memoria conticeo. Dicendum est tamen, breui sermone me vte vbi què. Diuina scriptura quandoquè memoriam facit dominicæ dispensationis, natiuitatem nobis aut passionem nõ deitatis, sed humanationis Christi tradidit, vt vocetur secundum scrupulosam appellationem sancta virgo Christi genitrix, nõ DEI genitrix. Et audi hæc euangelijs clamantibus: Liber, ait, generatiõis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Et certum est, quia dauid filius, Deus verbum non erat. Accipe & aliud, si placet testimonium. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, ex qua natus est Iesus, qui dicitur Christus. Considera iterum alteram attestantem nos vocem: Iesu verò generatio ita est. desponsata enim matre eius Maria Ioseph, inuenta est in vtero habes de spiritu sancto. Creaturam verò spiritus quæ vtiq; vnigenti æstimabit deitate? Quid oportet dicere? quod mater Iesu erat ibi. & rursus: Cû Maria matre Iesu: & quod in ea natu est, ex spiritu sancto est. & Accipe pueru & matrem

for. mca

Iohann. 2.

Matth. 1.

Ibidem.

Ibid.

Iohann. 2.

Matth. 1.

Matth. 2.

Rom. 1.

Rom. 8.

1. Pet. 3.

1. Pet. 4. Lucæ 22.

Matth. 22.

Psal. 109.

Lucæ 22.

1. Tim. 4.

Esa. 11.

trem eius, & fuge in Aegyptum: & De filio eius, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem: & de passione rursus, Quod Deus suum filium misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato condemnauit peccatum in carne. Et iterum: Christus mortuus est pro peccatis nostris, & Christo passo carne, & hoc, Non Deitas, sed corpus meum, quod pro vobis frangitur: & mille alijs vocibus attestantibus hominum genus, non filij putare Deitatem recentem, aut passionis corporæ capabilem, sed coniunctam naturæ deitatis carnem. Vnde & Dominum Dauid CHRISTVS semetipsum & filium nominat. Quid enim, ait, vobis videtur de CHRISTO, cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. Respondit IESVS, & dixit eis: Quomodò ergo Dauid in spiritu Dominum cum vocat, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis? vtpotè filius existens omnino Dauid secundum carnem, secundum deitatem autem Dominus. Esse quidem deitatis filij corpus templum, & templum secundum summam quandam & diuinam vnitam coniunctionem, vt quæ sunt corporis, deitas propria ducat, bonum est confiteri, & euangelicis traditionibus dignum: nomini verò proprietatis adscribere & carnis proprietates, natiuitatem dico, & passionem, & mortem, aut errantis est frater intelligentiæ secundum paganos, aut desipientis Apollinarij & Arrij, & quæ sunt aliarum ægotantium hæresum: magis verò, si quid est illis grauius. Necessè est enim huiusmodi, qui proprietatis nomine attrahuntur, & lactationis confortem propter proprietatem deum verbum facere, & paulatim incrementi participem, & pauoris tempore passionis: auxilio etiã angelico indigentem. & taceo circuncisionem, & sacrificium, & sudores, & esuritionem, quæ propter nos carni contigerunt adorabilia contingentia. In deitate verò hæc falsè suscepta, & nobis tanquam calumniatoribus iustæ condemnationis causa sunt. Hæc sunt sanctoru patrum traditiones, hæc diuinarum scripturarum præcepta. Sic quispiam, & quæ sunt misericordiæ diuinæ, & quæ sunt auctoritatis diuinæ, loquitur. Hæc meditare, in his esto, vt tuus profectus manifestus sit omnibus, Paulus ad omnes dicit. Quod verò scandalizatis curam geras, benè facis esse sollicitus, & gratulamur diuinorum curam gerenti anime tuæ, & de nobis sollicitæ. Cognosce verò deceptum esse temetipsum ab eis, qui hæc à sancta Synodo depositi sunt, vtpotè sapientes ea, quæ Manichæorum sunt, aut certè forsan dilectionis tuæ clericis. Qui sunt enim Ecclesiæ, quotidie perficiunt, & populorum tanta multitudo crescit per gratiam Christi, vt videntes multitudines, quæ sunt propheta, clament: Implebitur

tur terra ad cognoscendum Dominu, quasi aqua multa cooperire maria. Principes verò incredibile gaudium habent, etiã quæ regni sunt illuminato dogmate. Et vt compendiosè dicam, illa in omnibus hæresibus, quæ contra Deum certant, & contra ecclesiæ recta dogmata, quotidie quis reperiet apud nos voce impleri: Domus Saul ibat & infirmabatur, & domus Dauid ibat & confortabatur. Hæc à nobis, vtpotè à fratribus ad fratrem passionem sunt. Si verò aliquis contendit, clamabit per nos ad huiusmodi Paulus: Nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesiæ Dei. Omnem, quæ tecum est in Christo fraternitatem, ego & qui mecum sunt, plurimum salutamus. Saluus & pro nobis orans permanes, Domine honoratissime & Dei cultor.

Cyrillus episcopus Alexandria dixit: Quid videtur sanctæ & magnæ huic Synodo de nuper lecta epistola? Putas videtur & ipsa consona esse definitæ fidei in Synodo sanctorum patrum, qui illo tempore congregati sunt in Nicea vrbe, an non? Iuuenalis episcopus Hierosolymorum dixit: Nullo modo consona existit piæ fidei expositæ à sanctis patribus, qui in Nicea fuerunt: & anathematizentur ita credentes. Aliena enim hæc omnia existunt ab orthodoxa fide. Flavianus episcopus Philippiensium dixit: Quæ sunt in relecta epistola, simul oia pugnancia existunt omnino, & aliena proculdubid ab exposita fide in Nicea à sanctissimis patribus, & alienos esse à recta fide ita credentes iudicamus. Firmus episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Formam pietatis apponens in principijs epistolæ, procedente sermone nullo modo suum sensum obumbrare valens, nudum à velamine suum adposuit sensum, dissentientem à fide sanctorum patrum trecentorum decem & octo, & epistolæ sanctissimi episcopi Cyrilli contraria habentem. Valerianus episcopus Iconij dixit: Omnibus conspicua est epistola & diuersitas reuerendissimi Nestorij, non solum fidei sanctorum patrum Niceæ, & epistolæ reuerendissimi & sanctissimi archiepiscopi Cyrilli dissonans, sed nec sibi conueniens. Et cum interlocuti essent sequenter trigintatres episcopi, omnes episcopi simul clamauerunt: Qui non anathematizat Nestorium, anathema sit. Istum recta fides anathematizat: istum sancta Synodus anathematizat. Qui communicat Nestorio, anathema sit. Omnes anathematizamus epistolam & dogmata Nestorij. Hæreticum Nestorium omnes anathematizamus. Communicantes Nestorio omnes anathematizamus. Impiam fidem Nestorij omnes anathematizamus. Impium dogma Nestorij omnes anathematizamus. Impium Nestorium omnes anathematizamus. Omnis mundus anathematizatur

1. Reg. 3.

1. Cor. 11.

Damnatur epistola Nestorij à Synodo Ephesina.

TOM. 2.

zat

zat impiam sectam Nestorij. Qui hunc non anathematizat, anathema sit. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum dixit: Legantur & literæ reuerendissimi & sanctissimi Archiepiscopi Romanorum Cælestini, quas destinavit de fide.

Litteræ Cælestini Papæ ad Nestorium.

EPISTOLA CAELESTINI EPISCOPI ROMA ad Nestorium. Dilectissimo fratri Nestorio Cælestinus. Aliquantis diebus vitæ nostræ, post nefandum & sæpè damnatum dogma Pelagij atque Cælestij catholica fides quietem habuit, quando eos cum suæ disputationis sequacibus telonitæ sententiæ Occidens Oriensque percussit. Denique sanctæ recordationis Atticus, catholice magister fidei, & verè beato Iohanni etiã ad ista successor, eos ita persecutus est pro rege communi, vt his ne itandi quidem illic copia præstaretur. Mansit nos post eius exitum sollicitudo vel maxima, cum successor suus vtrum etiã in eius fidem succederet quæreremus, quia difficile est continuari quæ bona sunt. Nam sibi sæpè alternis vicibus aduersa succedunt. Habuimus tamen post hunc, à quo eramus continuè deferendi, sanctum Simonium, celebratum simplicitate & sanctitate collegam, eam fidem quam inuenerat prædicantem. Legerat profectò simplex sanctitas, & sancta simplicitas, timendum magis, quàm alitè sibi esse sapiendum: & alibi, Altiora scrutanda nõ esse: & iterum, Si quis aliud prædicauerit, quàm quod prædicauimus, anathema sit: hoc tamen exente de seculo, cum se sollicitudo nostra intantum, in quantum ei Dominus permisit, extenderet, lætificauit animum nostrum venientium narratio nunciõrum, quam mox firmavit eorum, qui interfuerunt ordinationi tuæ, relatio collegarum, qui tibi testimonij tantum tulerunt, quantum ferri huic debuit, qui abinde videbatur electus. Tanta autè opinione vixisti, vt tuis te aliena ciuitas inuideret. Tanto nunc horrore vitaris, vt tui in alijs videant, qualiter fuerant liberati. Dudum sumpimus tuas epistolas, quibus in angusto nihil potuimus dare responsi. Erat enim in Latinum sermo vertendus, quod cum, licet serò, facimus, sancti fratris & coepiscopi mei Cyrilli probatissimi, sacerdotis per filium meum Posidonium diaconum, talia de te scripta suscepimus, quibus his, qui de tua ordinatione retulerant, perisse suum testimonium doleremus. Bonis enim principijs tuis malus, quantum videmus, successit euentus: bonis, inquam, principijs, quæ apud nos ita celebrata fuerant, vt responsum dantes ad relationem fratrum, nos faceremus participes gaudiorum. Sed considerantes nunc & querelam prædicti fratris, & interpretatas tandem Epistolas tuas, apertas blasphemias continententes, illud nobis apostolicum vi-

Rom. 11. Eccl. 3.

Galat. 1.

demus esse dicendum, Vellem immutare Galat. 4. vocem meam, quia confundor in vobis: Quinimò mutauit, nisi de præcipitijs se reuocet impius disputator. Necesse est enim malum ex nobis ipsis, sicut præcipitur, auferamus. Legimus ergo epistolarem tenorem, & eos libros, quos illustri viro filio meo Antiochio reddente suscepimus. In his quidem nobis vestigatus, depræhensus & tentus, quodam multiloquio vtebaris, dum vera inuoluis obscuris, rursus vtraque confundens, vel cõfiteris negata, vel niteris negare confessa: sed in epistolis tuis apertam non tam de fide nostra, quàm de te tulisti sententiam, volens de DE O verbo aliter, quàm fides habet omnium, disputare. Ecce inquam de te vocamur sententiam. Ecce quæ tuarum sunt beneficia nouitatum. Postquam ignoratus electus es, & cognitus accusaris, iam nunc cum illo gentium doctore dicendum est: Nam quid oremus secundum quod oportet, nescimus. Nonne hæc ecclesiæ illi verba conueniunt, quæ præbatos sibi viros, non notitiam tuam, sed famam secuta, contempsit? Impositum est opinioni benè de te creditum. Quis enim intra ouile vellus rapacem lupum putaret abscondi? Vox est eiusdem Apostoli, oportere etiã hæreses esse, vt probati manifesti fiant. Apèri aures tuas, & aus ad Timotheum vel Titum dictos audito sermones. Quid his aliud præcepit, quàm vt nouitates euitet vocum profanas? Ad impietatem quippe ista proficiunt, quæ semper spinas & tribulos intulerunt. Timotheum certè etiã rogasse se dicit, vt Ephesi remanens denunciaret quibusdam, nõ quis aliter prædicaret. Ante oculos mihi Hieremiæ prophetæ verba sunt: Horribilia, inquit, facta sunt super terram: Prophetæ iniquitatem prophetant. Hæc, dicas volo, quasi ignota te transeunt, aut quasi nota cõtēpnis? Si quasi ignota te transeunt, non sit pudoris rectum discere, quando timori nõ fuit docere peruersum. Si quasi nota contemnit, intellige te inexcusabilem fore, cum à te commissi tibi talenti quæsiuerit ille rationem, qui per nos de hoc sanctum sænus vel lucrum semper expectat. Adspice quæ poena illum maneat, qui abscondit acceptum: qui integrum certè restituit, quod accepit. Vndè euidenter aduerte, quod sit & quale periculum, nec hoc, quod acceperis, reddidisse. An tu Domino nostro dicturus, Quos dedisti mihi custodiui, cum sic scindi in partes audiamus eius Ecclesiã? Qua conscientia viuus penè ab omnibus in hac ciuitate desertus? Optauerã eos tunc fuisse tam cautos quàm nunc sunt, cum sibi desiderat subueniri. Vndè tibi in has quæstiones verba dirigere, quas sit blasphemum cogitasse? Vndè in populos hæc episcopo prædicare, quibus virginej partus reuerentia saucietur? Nõ debent veteris fidei

Rom. 8.

1. Cor. 11.

1. Tim. 6.

1. Tim. 1.

Hiere. 5.

loc obscurus.

Mat. 25.

Apocal. vi.

fidei puritatem blasphema in Deum verba turbare. Quis vnquam non dignus est anathemate iudicatus, vel adiciens vel detrahens fidei plenæ? Etenim manifestè tradita ab Apostolis nobis, nec augmentum, nec imminutionem requirunt. Legimus nostris libris non addi debere, nec detrahi. magna quippe & adentem & detrahentem poena constringit. Vndè cauterium paramus & ferrum, quod vltra non erunt fouenda vulnera quæ merentur abscondi. Scimus certè, maiora vitia maiore semper dolore sanari. Inter multa, quæ à te impiè prædicata vniuersalis recusat Ecclesiã, Symbolo ab Apostolis tradito plangim' hæc verba fuisse subblata, quæ nobis totius spem vitæ salutis quæ promittunt. Quod quare fiat, loquuntur Epistolæ tuæ, de quibus nulla dubitatio est, quia eas ipse misisti: quas in manus nostras nolueramus venire, nõ de tati cogere sceleris genere iudicare. Omnium disputationum tuarum vias breuiter earum sermo conclusit: exten disti te latius, multis anfractibus circuisisti, serò tam è diuerso itinere peruenisti ad impium constitutum. Scimus quid ille cauerit, qui præcipit contentiones & pugnas legis esse vitandas. sunt enim, inquit, inutiles & vanæ. Quod igitur vanum & inutile iudicatur, nemo dubitet minimè profuturum. Itaque quãuis iam frater Cyrillus secundis te Epistolis suis asserit esse conuictum, intelligas volo post primam & secundam illius & hanc correctionem nostram, quam constat esse iam tertiam, ab vniuersitate collegij, & conuentu Christianorum te proisus esse seicunctum, nisi mox quæ malè dicta sunt, corrigantur: nisi in eam viam redeas, quam se Christus esse testatur. Malè in hunc arma desperatiõe mouisti, qui te super familiam suam velut fidelem præditemque seruum permiserat antè constitui. Perijt tibi huius officij beatitudo promissa: non solum non das cibum in tempore, verum etiã veneno interficis, quos ille suo sanguine & sua morte quæsiuit. Venenum nanque est sub tuis labijs, quæ maledictionis & amaritudinis plena videmus, cum contra eum, qui suavis est, niteris disputare. Vbi diligentia pastoralis? Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis: mercenarius verò est, qui eas lupis dimittit & tradit. Quid hinc tu pastor acturus es, qui nomen gregem pro lupis ipse discerpis? Ad quæ iã grex sanctus septa confugiet, si intra ouilia Ecclesiæ saucietur? Quis futurus est tuitione defensus, qui te patitur pro custode raptogem? Et alias, inquit Dominus, habeo oues quæ non sunt de hoc ouili: & illas oportet me adducere. Ille alias se promittit adducere, tibi pereit quæ habebas: si quid è certum sit, quoties ista cõtingit, nõ oues pastoribus, sed magis ouibus pastores. Et vocè, inquit, meã audiet. Quare? Vt fiat vnus grex. Ad illi' vocè vnus fit grex, ad tuã aut in ficit aut fugat. Durus est, vt in te de

Actibus Apostolorum beati Pauli verba conueniant: Ego, inquit, scio, quia intrabunt post discessum meum lupi graues in vos, nõ parcentes gregi: & ex vobis ipsis exurget homines loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Hæc à te alijs, quàm tibi, dicta velimus: docenda enim tibi fuerat, non discenda, quæ dicimus. Nam quis ferat doceri Episcopum, qualiter esse debeat Christianus? Diligenter adspice, in quam conditionem voceris. Arcefferis, argueris, accusaris. Quid horum conuenit sacerdoti? Duris durã responsio: si tamen vicissitudo est verbis blasphema vindicare. An tibi à nobis existimas esse parcendum, cum animæ tuæ ita ipse non parcas, vt omnibus velis & præteritis, & presentibus, & futuris beneficium salutis auferre? Persequar planè boni Domini mei fidelis seruus inimicos, cum Propheta eos odio se odisse profecto. Moncor rursus altero loquente, nõ parcam. Quem hinc ego respiciam, cui honoris aliquid seruem, quando agitur vt mihi totius spei meæ causa tollatur? Ipsius in Euangelio verba sunt Domini, quibus ait, non sibi patrem, non matrem, non filios, non aliam necessitudinem debere præponi. Est enim talis frequenter pietas, ex qua nascatur impietas, cum vincente carnis affectu, charitati illi, quæ Deus est, charitas præponitur corporalis. Eius intuitu aliquibus sæpè deferrimus, at cum in hunc treditur, qui est ipsa dilectio, necesse est nec illa seruetur, quorum author vocatur ad causam. Expergiscere tardem, quia nõ sunt ista dicenda vigilat, quas non exhibes custodiam, sed rapinã. Dormire te volumus in hoc, quod prædicas, & vigilare ad hoc, quod impugnas. Lenius certè te ferremus, si in vtroque dormies: nemo tibi perditus esset, nemo quæsitus: nullo animarum dispendio maceraret ecclesiã, nullo compendio lætaretur. Satis ei esset, si hæc sponso suo ita vt susceperas resignares. Sed quid multis immoror? Loquente architecto Paulo, frustra per te superædificatum aliquid quæ vim maximam Catholicè sentientes, quibus nos communicamus, clericos sustinere, ita vt his etiã ciuitas interdicta dicatur. Lætatur eos præmium confessionis acquirere, sed dolemus, quod Episcopo persequente. Beatus apostolus Paulus persecutorem prædicatore mutauit: nefas est maximum, prædicatore persequente mutatum dicere. Enumera retrò hæreticos, qui huiusmodi quæstiones ecclesijs intulerunt. Quis vnquam de hoc certamine victor reuertitur? Habes certè tuæ ciuitatis exemplum. Paulus ciuis Samosatenus, occupata Antiochia Ecclesiã, cum aliqua prædicaret, collegit suorum seminum messem: reliquos inuentiones maiorum, ecclesijs occupatis, sententię censura semper non dispar eiecit. Hos quoque hæreticos, de quibus nos velut eorum, quæ

Act. 20.

Psal. 138.

deest refect aut quipiam eiusmodi.

Matth. 10.

1. Cor. 3.

gesta sunt, nescius cōsulere voluisti, sedibus suis iniusta dicentes expulsi iusta damnatio, quos illic inuenisse requiem, non putamus esse mirandum. Inuenerunt enim impiam p̄dicationem, cuius cōparatione se existimēt innocētes. Hoc loco, quia opportunitas sermonis exposcit, tacere non possumus, quod stupemus. Legimus quā benè teneas originale peccatum, qualiter ipsam naturā adferueris debitoricem, & eum debitum meritō reddere, qui descenderit de genere debitoris. Quid tecum faciunt, qui sunt hęc negando damnati? Nunquā sinē suspitione ea, quæ sibi sunt aduersa, conueniunt: eijcerentur deniquē, si tibi quoquē similiter displicerent. Cur tamen nunc ea, quæ in hos tunc sunt acta, quærantur, cum certum sit illinc ad nos, catholicos tunc antistite Attico, gesta directā? Cur non sanctæ memoriæ Siniuis ista quæsiuit? quia utique sub decessore suo probauerat eos iuste damnatos. Defleant infelices, se se hominum fuisse deceptos, quibus iam potuit propter cōmunionem sola pœnitētia subuenire. Ecce scire de his incepisti, antè nescisti. Causam tuā magis addo, quā aliorū, catholica & festina deliberatione curato: quia conuenienter dicimus, Medice, cura te ipsum, qui alijs desideras subuenire. Aegritudinis tuę qualitas non recipit aut præstari permittit inducias. Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotis fidem & probauimus, & probamus, & tu admonitus per eū, rursus senti nobiscū, si vis esse nobiscum; cui fratri si à te præbetur assensus, damnatis omnibus quæ hucusquē sensisti, statim hæc volumus esse correctā. Ipsum videas prædicare nos, & quod contra fas est, etiā sacerdotis volumus esse correctos: quibus ut p̄missa cōuentione consulimus, itā in nos necesse est damnationis sententiam, si abutuntur nostra salubri admonitione, firmemus. Hoc tamen erit post dānationem prauī dogmatis plenum correctionis indicium, si reuocentur omnes ad Ecclesiam, qui propter Christum caput eius videntur exclusi. quod nisi fiat, quos dicimus eijciendus eiecit, in nostra cōmunionem sicut isti, an q̄ talis cognoscitur extitisse? Ad clerum quoq; Ecclesiæ Cōstantinopolitanę, vel omnes, qui censentur nomine Christiano, qualia necessitas exigit, scripta direximus: ut si in pueris disputationis obstinatione persistes, nec hæc, quæ frater Cyrillus nobiscum prædicat, prædicabis, à nostro collegio, cum quibus tibi non potest esse cōmunitio, te intelligant separatam, scituri & exemplo iam cauti, qualiter anime suę decocto & maturo iudicio debeant prouidere. Apertè igitur hanc nostram scias esse sententiā, ut nisi de Deo Christo nostro ea prædices, quæ & Romana, & Alexandrina, & vniuersalis Ecclesia Catholica tenet, sicut & sacrosancta Cōstantinopolitana vrbis Ecclesia ad te vsque optimè

Luc. 4.

for. v. q̄ nos

loc. obscurus.

TOM. 2.

tenuit, & hæc per fidem nouitatem, quæ hoc, quod venerabilis scriptura cōiungit, nimitur separare, intra decimū diem, à primo innotescens tibi huius cōuentionis die numerandum, aperta & scripta professiōe damnaueris, ab vniuersis te Ecclesiæ Catholice cōmunionem deiectum. Quam formam ad te nostri iudicij per memoratum filium meum Possidonium diaconum, cum omnibus chartis ad sanctum confacerdotē meum memoratæ Alexandrinæ vrbis antistitem, qui ad nos super hoc plenius retulit, destinaui, ut agat vice nostra, quatenus statutum nostrum vel tibi, vel vniuersis fratribus innotescat: quia omnes debent nōsse quod agitur, quoties omnīū causa tractatur. Petrus presbyter Alexandriæ & primicerius notariorū, dixit: His quæ lecta sunt, consona rescriptis sanctitas reuerendissimi Episcopi nostri Cyrilli, quę & p̄p̄e manibus habemus, & si iubet vestra reuerētia, legimus. Flauianus Episcopus Philippensium, dixit: Lecta & hæc inserrantur gestis. Petrus presbyter & Primicerius notariorum, legit:

Cælestinus vices suas committit Cyrillo.

Reuerendissimo & sanctissimo ministro Nestorio Cyrillus, & quæ cōuenit Synodus Alexandriæ de Aegyptiaca dicecesi, in Domino salutē. Saluatore nostro apertè dicente, Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus: & qui diligit filium vel filiam super me, non est me dignus, quid patiemur nos, qui à tua reuerentia exigimur te diligere sup̄ saluatorem omnīū nostrū? quos nos in die iudicij iuuare poterit? aut quā inueniemus excusationem, qui silentium itā longum dileximus de factis à te contra ipsum blasphemis? Et si quidē temetipsum solum læderes, talia sapiens & docens, minus utique curæ esset: quoniam verò omnē scandalizasti Ecclesiam, & fermentum insolitæ hereseos & extraneæ iniecti populis, & nō ibi solummodò cōstitutis, sed etiā his, qui ubique sunt, (circunducti sunt etenim tuarum expositionū codices) quæ iam pro nostra taciturnitate sufficere ratio? aut quomodo non necessarium est, meminisse dicentis C H R I S T I, Non putaueritis, quia ueni mittere pacē super terram: non ueni mittere pacem, sed gladium: ueni enim diuidere hominem cōtra patrem suum, & filiam contra matrem suam? Cū enim fides læditur, valeat quidem, ut irrita & infirma, circa parentes reuerentia, quiescat autem & quæ in filios & fratres est affectionis lex, & pijs iam melior sit mors quā vita, ut meliorem resurrectionem facerentur, secundum quod scriptum est. Ecce igitur vnā cum Synodo, quę in magna Roma cōgregata est, præsidente sanctissimo & reuerendissimo fratre & cōministro nostro Cælestino ep̄o, etiā tertia te hac cōtestamur Epistola, adhortātes desistere à prauis sic & distortis dogmatibus, quæ & sapis & doces: pro his autem eligere rectam fidē, quæ

Littere Cyrilli & Synodi Alexandriæ ad Nestorium,

Matth. 10.

Ibidem.

Heb. 11.

Synodus Romana sub Cælestino.

quæ

quæ Ecclesijs ab initio tradita est per sanctos Apostolos & Euangelistas, qui & p̄spectores & ministri verbi facti sunt. Aut si hoc non egerit tua reuerētia, secundum statutas inducias in literis memoratis sanctissimi & reuerendissimi cōministri nostri Romane vrbis Episcopi Cælestini, cognosce te ipsum nullam cōmunionem habere nobiscum, neque locum aut verbum inter sacerdotēs Dei & Episcopos. Nec enim possibile est, despiciere nos ecclesias sic perturbatas, & scandalizatos populos, & rectam fidem despretam, & dissipatos à te greges, qui saluare debueras, si quidem esses secundum nos rectæ gloriæ amator, sanctorum patrum inuestigans pietatem. Omnibus autem à tua reuerentia separatis propter fidem vel depositis, tam clericis quā laicis, cōmunicatores sumus omnes. Nec enim iustum est illos, qui rectè sapere cognouerunt, tuis condemnari sententijs, quia benè facientes contraxerunt tibi. Hoc enim ipsum indicasti in Epistola, quæ scripta est à te ad magnę Romane sanctissimum Episcopum nostrum Cælestinum. Non sufficit autem tuæ reuerentia confiteri solum fidei symbolum, quod expositum est illo tempore in sancto Spiritu à sancta & magna Synodo, tunc tēporis cōgregata in Nicenorum ciuitate: (intellexisti enim & interpretatus es illud non rectè, distortè autem magis, quāuis confitearis voce dictionem) sed enim consequens est in scriptis & cum iureiurando cōfiteri, quia & anathematizas quidem tua scelerata & abominanda dogmata, sapiens autem & docebis ea, quæ & nos omnes, qui per Occidentem & Orientem Episcopi, & doctores, & populis præfidentes sumus. Confessit autem & Romana sancta Synodus, & nos omnes, ut rectè habentibus & irreprehensibiliter Epistolis ad tuam reuerentiam scriptis ab Alexandrina Ecclesia. Subiecimus autem his nostris literis, quæ te oporteat sapere & docere, & à quib; abstinere cōuenit. Hæc enim est Catholica & Apostolica Ecclesiæ fides, cui cōsentit oēs, & q̄ in Occidēte sunt, & q̄ in Oriente Episcopi. Credimus in vnū Deū patrem omnipotentem, omnīū visibillum & inuisibillum factorem. Et in vnū Dominum IESVM CHRISTVM filium Dei, natum de patre, vnigenitū, hoc est, ex substantia patris, Deū ex DEO, lumen ex lumine, DEVM verum ex Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri: per quem oīa facta sunt, quæ in cælo & in terra sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutē descendit, & incarnatus est, & homo factus, & passus est, & resurrexit tertio die, & ascendit in cælos, venturus iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquandò quandò nō erat, & priusquam nasceretur, non erat, & quæ ex non extantibus factus est, aut ex alia sub-

TOM. 2.

stantia aut essentia, dicentes cōuertibilem esse aut mutabilem filiū Dei, eos anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia. Sequentes autem ubique sanctorum patrum confessiones, quas fecerunt loquente in eis sancto Spiritu, & sensuum, qui in eis sunt, inuestigantes intentionem, tanquā regalem semitam ambulantes, dicimus quod ipse vnigenitus DEI verbum, qui ex ipsa natus est patris substantia, quia ex DEO vero DEVS verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & in terra sunt, propter nostram salutem descendit, & semetipsum dedit in exinanitionem, & incarnatus est, & homo factus est, hoc est, carnem accepit de sancta virgine, & suam eam fecit ex vtero, & secundum nos pertulit natiuitatem, & processit homo ex muliere, nō hoc quod erat amittens: sed quāuis factus est in assumptione carnis & sanguinis, & sic māsit quod erat Deus, videlicet natura & veritate. Neq; autem carnem dicimus in Deitatis naturam esse cōuersam, neque in naturam carnis ineffabilem dei verbi translata esse naturam. Inconuertibilis enim est & immutabilis omnino, idem ipse semper manens secundum scripturas. Cū videretur autem & infans, & pannis involutus adhuc, & in sinu genitricis Virginis, & tunc omnem implebat creaturam ut Deus, & confidebat genitorum diuinitas. Etenim sinē quantitate & sinē mensura est, & circumterminationē nō suscepit. Vnitum autem esse carni secundum substantiam confitentes verbum, vnū adoramus filium & Dominum IESVM CHRISTVM: neque per partem ponentes & diuidentes hominem & DEVM, ut potē coniuictos sibi inuicem dignitatis & autoritatis vnitione, (Nōuitas enim vocis hoc est, & aliud nihil) neque verbum, quod ex Deo est, specialiter CHRISTVM nominantes, & simili modo specialiter quasi CHRISTVM alterum eum, qui ex muliere est: sed vnū solum scientes CHRISTVM, verbum quod ex Deo patre est, cum sua carne. Tunc enim humaniter vnctus est nobiscum, ipse dans his, qui digni sunt accipere spiritum, & non ad mensuram, sicut dicit beatus Euangelista Iohannes. Sed neque illud dicimus, quod habitauit DEVS verbum quasi in homine quodam de sancta virgine nato, ut non deifer homo intelligatur CHRISTVS. Si enim & habitauit in nobis DEVS verbum, dictum est autem, etiā in CHRISTO quod d habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter: sed tamen consideramus, quia factus caro, non sicut in sanctis habitare dicitur, eodem modo & in eo factam esse habitationem pronunciamus: sed vnitus secundum naturam, & non in carnem mutatus, talem facit habitationem, qualem utique habere dicitur & hominis anima in suo corpore. Vnus igitur CHRISTVS, & filius, & Dominus,

BBB 2 minus,

* diuinitas.

Iohan. 3.

Iohan. 1.

Colos. 1.

minus, non velut coniunctione simpliciter habente homine ad Deum per vnitatem dignitatis vel auctoritatis, non enim equalitas honoris vnit naturas. Ecce enim Petrus & Iohannes aequales quidem honore sibi sunt, eod quod & Apostoli & sancti discipuli: veruntamen duo vnus non sunt. Neq; quidem secundum appositionem intelligemus modum coiunctionis: non sufficit enim hoc ad vnitatem naturalem: neq; quasi secundum participationem seruilem factam esse coiunctione dicimus, sicut nos adherentes Domino, secundum quod scriptum est, vnus spiritus sumus ad eum. Magis autem coiunctionis nomen recusamus, quia non potest significare vnitatem: sed nec DEVM aut Dominum CHRISTI Verbum, quod ex patre est, nominamus, ne iterum aperte in eisdem in duo vnum Christum, & filium, & Dominum, & blasphemiae crimen incurramus, DEVM & dominum sibi ipsum facientes. Vnitum enim, sicut praediximus, Dei Verbum carni secundum substantiam, Deus quidem est omnium, dominatur autem vniuersitati. Neque vero ipse sui seruus est aut dominus, (stultum enim est, magis autem & impium sic sapere vel dicere) Dixit enim suum patrem, cum sit Deus natura & de substantia eius: sed non ignorauimus, quia cum esset Deus, & homo factus est sub Deo, secundum legem conuenientem naturae humanitatis. Ipse vero sui quomodo fieret Deus aut Dominus? Ergo vt homo, & quantum pertinet ad hoc, quod decet exinanitionis mensuris, sub Deo nobiscum semetipsum esse dicit. Sic factus est & sub lege, cum certe locutus esset ipse legem, & legislator existeret vt Deus. Recusamus autem dicere de Christo: Propter eum qui induit, cum qui indutus est veneror: propter inuisibilem, adoro eum qui visibilis est. Horribile est ad hoc etiam illud dicere, quod ille, qui adsumptus est, ei qui assumpsit, coappellatur Deus. Qui enim hec dicit, in eisdem iterum in duos Christum, & hominem separatim ponit, & DEVM similiter. Denegat enim euidenter vnitatem, per quam non vt alter quidam alteri coadoratur, neq; quidem coappellatur DEVS: sed vnus intelligitur Christus Iesus filius vniogenitus, vna adoratione venerandus cum sua carne. Confitemur autem, quia ipse, qui ex Deo patre natus est filius, & Deus vniogenitus, cum vtiq; secundum suam naturam impassibilis esset, carne passus est pro nobis secundum scripturas, & erat in crucifixo corpore, suae carnis impassibiliter proprias faciens passiones. Gratia autem Dei & pro omnibus gustauit mortem, dans ei suum corpus, quanuis secundum naturam ipse sit vita & resurrectio. Vt enim ineffabili virtute calcans mortem, in prima sua carne fieret primogenitus ex mortuis, & primitiae dormientium, & viam faceret etiam humanae naturae.

TOM. 2.

turae ad incorruptionis recursum, gratia dei, sicut modò diximus, pro omnibus gustauit mortem: tertio autem die resurrexit, cum infernum spoliasset. Vnde licet dicat per hominem facta resurrectio mortuorum, sed intelligimus hominem factum ex DEO patre Verbum, & solutam esse per eum mortis potestatem. Veniet autem in tempore, vt vnus filius & Dominus in gloria patris, vt iudicet mundum secundum iustitiam, sicut scriptum est. Necessario verò & illud adiciemus. annunciantes enim secundum carnem mortem vnigeniti filij Dei, hoc est, Iesu Christi, & ex mortuis resurrectionem, & ad caelos ascensionem cōfitemur, sine sanguine in Ecclesiae ministerium celebramus. Accedimus etiam ita ad mysticas benedictiones, & sanctificamur, participes facti tamen sanctae carnis, quam venerabilis sanguinis omnium nostrum saluatoris Christi: & non vt carnem communem accipientes, (absit) neque quidem vt viri sanctificati & coiuncti verbo secundum vnitatem dignitatis, vel etiam quasi in habitationem diuinam habetis: sed vt viuificamur verè, & suam ipsius verbi. Vita enim exiles secundum naturam vt Deus, quoniam factus est vnus cum sua carne, viuificam eam ostendit. Itaque licet ad nos dicat, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non vt hominis secundum nos vnus & hanc esse aestimamus, (Quomodo enim hominis caro viuifica erit secundum naturam suam?) sed vt propriam verè factam eius, qui propter nos & filius hominis factus & appellatus est. Euangelicas autem Saluatoris nostri voces nec subsistentijs duabus, neque quidem personis diuidimus: (nec enim est duplex, vnus & solus CHRISTVS, licet ex duabus intelligatur & diuersis rebus in vnitatem indiuiduam coadunatus: sicut certe & homo ex anima intelligitur & corpore, & non duplex magis, sed vnus ex vtroque) sed humanas etiam & praeerea diuinas voces ab vno dictas esse existimamus, rectè sapientes. Quando enim diuine dicitur de ipso, Qui videt me, videt & patrem: & Ego & pater vnus sumus, diuinam eius & ineffabilem intelligimus naturam, secundum quam vt vnus est ad suum patrem propter identitatem substantiae, imago etiam, & figura, & splendor gloriae eius. Quando autem humanitatis mensuram non dedignans Iudaeos alloquitur, Modò me queritis interficere hominem, qui veritate vobis locutus sum: iterum nihilominus ipsum, qui in aequalitate & similitudine est patris, DEVM verbum & ex humanitatis eius mensuris agnoscimus. Si enim est necessarium credere, quia DEVS existens natura factus est caro, siue homo animatus anima rationali, qualem vtiq; habeat rationem erubescere quosdam in-

Heb. 2.
1. Cor. 15.
Psal. 95.
Inuenti
Inuenti
Missa sacri-
ficium.
Iohan. 6.
Iohan. 14.
Iohan. 10.
Heb. 1.
Iohan. 8.
vo-

1. Cor. 6.

Golo. 4.

Ita loque-
bat Nesto-
rius,

Heb. 1.

Heb. 2.
1. Cor. 15.

vocibus eius, si facta sunt homini condecentes? Si enim recuset homini decencia verba, quis est qui coegit eum fieri secundum nos hominem? Qui verò descendit propter nos in spontaneam exinanitionem, ob quam causam recusaret exinanitioni conuenientia verba? Vni igitur personae, omnes voces Euangelij insertae, applicandae sunt, id est, vni subsistentiae incarnati Verbi. Dominus enim vnus Iesus Christus secundum scripturas. Sin autem vocetur Apostolus & princeps sacerdotum confessionis nostrae, vt potè sacrificans DEO & patri fidei confessionem, quae à nobis ipsi, & per ipsum DEO & patri offertur, necnon & sancto spiritui: iterum ipsum esse dicimus ex DEO secundum naturam filium vnigenitum, & non homini attribuimus praeter ipsum alteri sacerdotij nomen & ipsam rem. Factus est enim mediator Dei & hominum, & conciliator in pace, semetipsum dedicans in odorem suauitatis DEO & patri. Nam & dicebat, Sacrificium & oblationem noluit: holocaustomata & de peccato, tibi non complacuerunt, corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me facere DEVS voluntatem tuam. Oblit enim pro nobis in odorem suauitatis suum corpus, & non magis pro se ipso. Quia enim indigeret oblatione vel sacrificio pro se, superior omni peccato existens vt Deus? Si enim omnes peccauerunt, & deest illis gloria DEI, secundum quod facti sumus nos proprii ad transgressionem, & informata est humana natura in peccato: ipse verò non ita, & vincimur ob hoc gloriae eius: quomodo iam crit ambiguum, quia immolatus est propter nos, & pro nobis agnus verus: & dicere, quia obtulit semetipsum pro se & pro nobis, nullo modo excedit impietatis crimina? Deliquit enim nullo modo, neque fecit peccatum. Quia ergo opus habuit oblatione, dum peccatum non esset, pro quo merito fieret? Cum autem dicit de Spiritu, Ille me glorificauit, intelligentes rectè non vt gloria indigentem alterius dicimus vnum CHRISTVM & filium à sancto spiritu gloriam accipere, quia nec potior eo est, nec supra eum spiritus ipse. Quoniam autem ad demonstrationem suae diuinitatis vtebatur suo spiritu magna operatione, glorificatus esse ab eo dicit, veluti si quidam homo dicat de infirma sibi fortitudi-

1. Cor. 8.

Heb. 3.

1. Timo. 2.

Ephe. 5.

Psal. 39.

Rom. 3.

Regemus

1. effugit
Esa. 53.

De Conf.
dist. 5. De
spiritu dic.

TOM. 2.

ne forsitan vel disciplina qualibet, quia glorificabunt me. Quanus enim est in subsistentia speciali spiritus, & intelligitur separatim secundum quod spiritus est, & non est filius, sed tamen non est alienus ab eo. spiritus enim veritatis non offunditur, & est CHRISTVS Veritas, & effunditur ab eo, sicut & ex DEO & patre. Operatus igitur spiritus & per manum sanctorum Apostolorum miracula post ascensum Domini nostri IESV CHRISTI ad caelos, glorificauit eum. Creditus est enim quia Deus secundum naturam est, iterum ipse operans per suum spiritum. Propter hoc & dicebat, De meo accipiet, & nunciabit vobis. Et non dicimus, quod ex participatione sapiens est spiritus & potens, omnino enim perfectus est, & non deest illi quodcunque bonum. Quoniam autem patris virtutis & sapientiae, quae est filius, spiritus est, verè est sapientia & virtus. Quoniam verò DEVM vnitum carni secundum substantiam sancta virgo genuit carnaliter, idè & DEI genitricem dicimus eam: non quia verbi naturam essentiae suae initium habeat ex carne, (erat enim in principio, & DEVS erat Verbum, & Verbum erat apud DEVM, & ipse est caelorum factor consempiternus patri, & omnium opifex) sed sicut iam praediximus, quoniam secundum substantiam vnies sibi humanam naturam, & ex ipso vtero natiuitatem sustinuit carnalem: non quia indigebat necessario propter propriam naturam & generatione temporalis, & in vltimis seculi temporibus, sed vt ipsum essentiae nostrae benediceret initium, & eod quod peperit eum mulier, cesset iam contra omne genus hominum maledictio, transmittens ad mortem terrena nostra corpora, & illud quod dictum est, In tristitia paries filios, per ipsam destructum, verum ostenderet, quod per prophetam vocem dictum est, Deuorauit mors praualens, & iterum, Abstulit Deus omnem lachrymam ab omni facie. Propter hanc enim causam dicimus eum dispensatiue & ipsas benedixisse nuptias, & venisse vocatum in Cana Galilaeae vna cum Apostolis. Hae sapere edocti sumus tam à sanctis Apostolis, quam Euangelistis, & ab omni diuina scriptura, & beatissimorum patrum vera confessione. In his omnibus & tuam reuerentiam consentire oportet sine omni dolo. Quae verò necessario oportet anathematizare tuam

BBB 3 reue-

reuerentiam, subiecta sunt huic nostrae Epistole.

XII. anathematismi Cyrilli.

I Si quis non confitetur DEVM esse secundum veritatem Emmanuel, & propter hoc DEI genitricem sanctam virginem, (genuit enim carnaliter carnem factum Verbum, quod est ex DEO) anathema sit.

II Si quis non confitetur carni secundum substantiam vnitum esse Verbum, quod est ex DEO patre, & vnum esse CHRISTVM cum sua carne, eundem ipsum videlicet DEVM simul & hominem, anathema sit.

III Si quis in vno CHRISTO diuidit substantias post adunationem, sola iungens eas coniunctione, quae est secundum dignitatem, vel auctoritatem, aut potentiam, & non magis concursu secundum naturalem vnitionem, anathema sit.

III Si quis in personis duabus seu substantijs diuidit voces in Euangelicis vel Apostolicis scriptis de CHRISTO a sanctis dictas, aut ab ipso de se, & quaedam quidem vt homini praeter DEVM Verbum intelligendo specialiter applicat, quaedam vero vt DEO decentes, soli Verbo qui est ex DEO patre, adscribit, anathema sit.

V Si quis audet dicere hominem de se esse CHRISTVM, & non magis DEVM esse secundum veritatem, vt vni natura filium, secundum quod ipsum verbum factum est caro, & communicauit similiter nobis sanguini & carni, anathema sit.

VI Si quis dicit DEVM aut Dominum CHRISTVM esse verbum, quod ex DEO patre est, & non magis eundem confitetur simul DEVM & hominem esse, vt potest factum carne verbo secundum scripturas, anathema sit.

VII Si quis ait tanquam hominem purum operationem suscepisse ex DEO verbo IESVM, & vni geniti gloria circumdatum esse, tanquam alterum praeter DEVM verbum hominem existentem, anathema sit.

VIII Si quis audet dicere hominem receptum adorari oportere cum DEO verbo, & glorificari, & coappellari, vt alterum cum altero, (nam qui addit, Cum, manifeste ostendit alterum cum altero adorari) & non magis vna adoratione honorificat Emmanuel, & vnam ei glorifica-

TOM. 2.

tionem refert propter hoc, quod verbum factum est caro, anathema sit.

IX Si quis ait vnum Dominum IESVM CHRISTVM glorificatum esse a spiritu, quasi aliena virtute ab illo data videntem, & ab ipso accepisse, vt posset operari contra spiritus immundos, & adimplere in hominibus Deitatis miracula, & non magis eius esse spiritum dicit, per quem & operatus est Deitatis miracula, anathema sit.

X Principem sacerdotum & apostolorum confessionis nostrae factum esse CHRISTVM diuina dicit scriptura. obrulit enim semetipsum pro nobis in odorem suauitatis DEO & patri. Si quis ergo principem sacerdotum & apostolorum nobis factum esse dicit, non ipsum DEVM verbum, quando factus est caro, & secundum nos homo, sed vt alterum praeter ipsum specialiter hominem ex muliere: & si quis dicit & pro seipso obtulisse semetipsum oblationem, & non magis pro nobis solis, (nec enim indigeret oblatione, qui nescit peccatum) anathema sit.

XI Si quis non confitetur Domini carnem viuificam esse, & propriam ipsius Verbi, quod est ex DEO patre, sed vt altero quodam praeter ipsum, coniuncto ei secundum dignitatem, siue vt solam diuinam inhabitationem habente, & non magis viuificam, sicut dixi, quia facta est caro propria verbi, quod omnia viuificare valet, anathema sit.

XII Si quis non confitetur DEI verbum passum carne & crucifixum esse carne, & mortem gustasse carne, factum etiam primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & viuificus vt DEVS, anathema sit.

Et collatione facta eorum, quae a sanctis patribus dicta sunt, & eorum quae Cyrillus religiosae memoriae in prolatis duabus Epistolis scripsit ad Epistolam Nestorij, & testimonia eiusdem Nestorij prolata, & sic manifestata impietate Nestorij, facta est depositio eius. Ex hac quidem est pars gestorum, quae Ephesi acta sunt. Pars autem gestorum, quae Chalcedone habita sunt de Epistola sanctae memoriae Leonis, ita habet.

EX TERTIA ACTIONE

Magnificentissimi & gloriosissimi Iudices, & amplissimus Senatus dixerunt: Pri-

ore

24. q. 3. quid autiniquus

ore conuentu de damnatione beatae memoriae Flauiani & Eusebij religiosissimi Episcopi inquisitio facta est, & omnibus nobis manifestum est constitutum, quam iuste & secundum consequentiam prouenit examinatio, & ostensi sunt tunc crudeliter & non decenter damnati. Quae nobis igitur visa sunt super hoc capitulo fieri oportere, tunc per interlocutiones vobis manifesta facta sunt. Nunc autem quaerendum & iudicandum, vt vera fides contineatur, pro qua maxime & Concilium factum est. Scientes igitur quia & DEO rationem reddituri estis tam proprijs animabus singuli vestrum, quam pro nostris omnibus, qui & doceri quae ad religionem pertinent, recte desideramus, & omnem ambiguitatem auferri ex omnium sanctorum patrum concordia & consensu, & consona expositione & doctrina, festinate sine vlllo timore & gratia atque inimicitia fidem puram exponere: ita vt qui videntur non eadem cum omnibus sapere, per veritatis agnitionem ad concordiam reuocentur. Scire enim vos volumus, quia tam sacratissimus & pijsimus terrae orbis dominus, quam nos, Catholicam fidem a sanctis trecentis decem & octo, & a sanctis centum quinquaginta, necnon etiam & a ceteris sanctissimis & gloriosissimis patribus traditam custodimus, & secundum ipsam credimus.

Et recitato Symbolo trecentorum decem & octo sanctorum patrum, necnon expositione centum quinquaginta sanctorum patrum, & Epistolis sanctae memoriae Cyrilli, oblata est legenda & epistola sanctae memoriae Leonis, quae sic habet:

DILECTISSIMO FRATRI Flauiano Leo Episcopus.

Lectis dilectionis tuae literis, quas miramur fuisse tam seras, & gestorum Episcoporum ordine recensito, tandem quid apud vos scandali contigerit, atque contra integritatem fidei exortum fuisset, agnouimus: & quae prius videbantur occulta, nunc nobis reuerata patuerunt. Quibus Eutyches, qui presbyteri nomine honorabilis videbatur, multum imprudens & nimis imperitus ostenditur, vt etiam de ipso dictum sit a Propheta: Noluisti intelligere vt bene ageret: iniquitatem me-

TOM. 2.

ditatus est in cubili suo. Quid autem iniquius, quam impia sapere, & sapientioribus doctioribusque non credere? Sed in hac insipientiam cadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad Apostolicas literas, nec ad Euangelicas auctoritates, sed ad semetipsos, recurrunt: & idem magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. Quam enim eruditionem de sacris noui & veteris Testamenti paginis acquisiuit, qui nec ipse quidem Symboli initia compraebendit, & quod per totum mundum omnium regenerandorum voce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur? Nesciens igitur quid deberet de Dei verbi incarnatione sentire, nec volens ad promerendum lumen intelligentiae in sanctarum scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem & indiscretam confessionem sollicito recepit auditu, qua fidelium vniuersitas proficitur credere se in Deum patrem omnipotentem, & in Christum Iesum filium eius vnicum, Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto & Maria virgine: quibus tribus sententijs omnium teret haereticorum machinae destruuntur.

Cum enim Deus, & omnipotens, & aeternus pater creditur, consempiternus eidem filius demonstratur, in nullo a patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de aeterno natus est coaeternus: non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non diuisus essentia. Idem vero sempiterni genitoris vni genitus sempiternus, natus est de Spiritu sancto & Maria virgine: quae natiuitas temporalis illi natiuitati diuinae nihil minuit, nihil contulit, sed totum se reparando homini, qui erat deceptus, impendit, vt & mortem vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare possemus peccati & mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet & suam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. Conceptus quippe est de Spiritu sancto intra uterum virginis matris, quae illum ita salua virginitate edidit, quemadmodum salua virginitate concepit. Sed si de hoc Christianae fidei fonte purissimo syncerum intellectum haurire non poterat,

BBB 4 quia

Laici discere debent religionem ab Episcopis.

IX

X

Hebr. 3.

Ephes. 5.

XI

XII

1. Cor. 15.

Epistola 2.

Psalm. 35.

quia splendorem perspicuae veritatis obcaecatione sibi propria tenebrarum, doctrinae se Euangelicae subdidisset, & dicente Mattheo, Liber generationis IESV CHRISTI, filij David, filij Abraham, Apostolicae quoque praedicationis expectasset instructum, & legens in Epistola ad Romanos, Paulus servus IESV CHRISTI, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium DEI, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ex femine David secundum carnem, ad propheticas paginas piam sollicitudinem contulisset, & inueniens promissionem dei ad Abraham dicentis, In semine tuo benedicentur omnes gentes, ne de huius seminis proprietate dubitaret, secutus fuisset Apostolum, dicentem: Abraham dicta sunt promissiones, & semini eius. Non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, quod est CHRISTVS. Esaias quoque praedicationem interiore apprehendisset auditu dicentis, Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est, interpretatum, Nobiscum DEVS. Eiusdemque prophetae fideliter verba legisset, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius potestas super humeros eius, & vocabunt nomen eius magni consilij angelus, admirabilis consiliarius, DEVS fortis, princeps pacis, pater futuri seculi. Nec frustratorum loquens, ita verbum diceret carnem factum, vt editus vtero virginis CHRISTVS, haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem. An forte idem putavit Dominum IESVM CHRISTVM non nostrae esse naturae, quia missus ad beatam Mariam angelus ait, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius DEI: vt quia conceptus virginis diuini fuit operis, non de natura concipientis fuerit caro concepti. Sed non ita intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis, & mirabiliter singularis, vt per nouitatem creationis, proprietatem remota sit generis. fecunditatem enim virgini Spiritus sanctus dedit, veritas autem corporis sumpta de corpore est, & edificante sibi sapientia domum, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, hoc est, in ea carne, quam sumpsit ex homine, & quam spiritu vitae rationalis animauit. Salua igitur proprietate vtriusque naturae, & in vnam coeunte personam, suscepta est a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab aeternitate mortalitas, & ad resoluendum conditionis nostrae debitum, natura inuolabilis naturae est vnica passibili, vt quod nostris remedijs congruebat, vnus atque idem mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus & mori posset ex

TOM. 2.

vno, & mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis perfecta que natura, verus natus est Deus: totus in suis, totus in nostris. Nostra autem dicimus, quae in nobis ab initio creator condidit, & quae reparanda suscepit. Nam illa, quae deceptor intulit, & homo deceptus admisit, nullum habuerunt in saluatore vestigium. Nec quia communionem humanarum subiit infirmitatum, ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Assumpsit formam serui sine forde peccati, humana augens, diuina non minuens: quia exinanitio illa, qua se inuisibilis visibilem prae-buit, & creator ac Dominus omnium rerum, vnus voluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, non defectio potestatis. Proinde qui manens in forma DEI, fecit hominem, idem in forma serui factus est homo. Tene enim sine defectu proprietatem suam vtraque natura: & sicut formam serui, DEI forma non adimit: ita formam Dei, serui forma non minuit. Nam quia gloriabatur diabolus hominem sua fraude deceptum, diuinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subiisse sententiam, seque in malis suis quoddam deprauaricatoris consortio inuenisse solatium, DEVM quoque, iustitiae exigente ratione, erga hominem, quem in tanto honore considerat, propriam mutasse sententiam, opis fuit secreti dispensatione consilij, vt incommutabilis DEVS, cuius voluntas non potest sua benignitate priuari, primam erga nos dispositionem pietatis suae sacramento occultiore compleret, & homo diabolicae iniquitatis versutia actus in culpam, contra neque propositum non periret. Ingressus ergo haec mundi infima filius Dei, de caelesti sede descendens, & a paterna gloria non recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus. Nouo ordine, quia inuisibilis in suis, visibilis est factus in nostris. Incomprehensibilis voluit comprehendere. Ante tempora manens, esse cepit ex tempore: Vniuersitatis Dominus seruilem formam, obumbrata maiestatis suae immensitate, suscepit. Impassibilis DEVS, non dedignatus est homo esse passibilis: & immortalis, mortis legibus subiaceret. Noua autem natiuitate generatus, quia inuolata virginitas concupiscentiam nesciuit, carnis materiam ministravit. Assumpta igitur est de matre Domini natura, non culpa: nec in Domino IESV CHRISTO, ex vtero virginis genito, quia natiuitas est mirabilis, ideo natura est dissimilis. Qui enim verus DEVS, idem verus est homo: & nullum est in hac vnitate mendacium, dum in inuicem sunt & humilitas hominis, & altitudo Deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim vtraque forma cum altero

rius

rius communionem, quod proprium est verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Vnum horum coruscant miraculis, aliud succumbit iniurijs: & sicut verbum ab aequalitate paterna gloria non recedit, ita caro naturam nostri generis non reliquit. Vnus enim idemque est, quod sepe dicendum est, verum Dei filius, & verum hominis filius: Deus per id, quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Homo per id, quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Deus per id, quod omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Homo per id, quod factus est ex muliere, factus est sub lege. Natiuitas carnis, manifestatio est humanae naturae: partus virginis, diuina est virtutis indicium. Infantia paruuli, ostenditur humilitate cuniarum: magnitudo altissimi, declaratur vocibus angelorum. Similis est rudimentis hominum, quem Herodes impietate molitur occidere: sed Dominus est omnium, quem Magi gaudent suppliciter adorare. Iam cum ad praecursoris sui Iohannis baptismum venit, ne lateret, quod carnem velamine diuinitatis tegeteretur, vox patris de caelo intonans, dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene est complacuit. Quem itaque sicut hominem diabolica tentat astutia, eidem sicut Deo angelica famulantur officia. Esurire, sitire, lassescere, atque dormire, euidenter humanum est: sed quinque panibus quinque millia hominum satiari, & largiri Samaritanarum aquam viuam, cuius hauitus viuenti praestet, ne vltra iam sitiat: supra dorsum maris plantis non subsidentibus ambulare, & clauiones fluctuum increpata tempestate consternere, sine ambiguitate diuinum est. Sicut ergo, vt multa praeteream, non eiusdem naturae est flere miserationis affectu amicum mortuum, & eundem, remoto quadriduanarum aggerum sepulturae, ad vocis imperium excitare rediuuam: aut in ligno pendere, & in noctem luce conuersa, omnia elementa tremefacere: aut clavis transfixum esse, & paradisi portas fidei latronis aperire: ita non eiusdem naturae est, dicere, Ego & pater vnum sumus: & dicere, Pater maior me est. Quauis enim in Domino Iesu Christo, dei & hominis vna persona sit, aliud tamen est, vnde in vtroque communis est contumelia, aliud vnde communis est gloria. De nostro enim illi est minor patre humanitas, de patre illi est aequalis cum patre diuinitas. Propter hanc vnitatem personae in vtraque natura intelligendam, & filius hominis legitur descendisse de caelo, cum filius Dei carnem de ea virgine, de qua est natus, assumpsit. Et rursus, filius DEI crucifixus dicitur ac sepultus, cum haec non in diuinitate ipsa, qua vnigenitus consempiternus & consubstantialis est patri, sed in naturae humanae sit infirmitate perpassus. Vnde vnigenitum filium Dei crucifixum &

TOM. 2.

sepultum, omnes etiam in simbolo confitemur, secundum illud Apostoli dictum: Si enim cognouissent, nunquam Dominum maiestatis crucifixissent. Cum autem ipse Dominus noster atque saluator, fidem discipulorum suis interrogationibus erudiret: Quem, inquit, dicunt homines esse filium hominis? Cumque illi diuersas aliorum opiniones retexissent: Vos, ait, quem me dicitis esse? me vti que, qui sum filius hominis, & quem in forma serui, atque in veritate carnis adspicitis, quem esse me dicitis? Vbi beatus Petrus diuinitus inspiratus, & confessio-ne sua omnibus gentibus profuturus, Tu es, inquit, Christus filius Dei viui. Nec immerito beatus est pronunciatum a Domino, & a principali petra soliditatem & virtutis traxit & nominis, qui per reuelationem patris eundem & Dei filium est confessus, & Christum, quia vnum horum sine alio receptum, non proderat ad salutem: & aequalis erat periculi, Dominum Iesum Christum, aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse. Post resurrectionem verum Domini, quae vti que veri corporis fuit, quia non alter est resuscitatus, quam qui fuerat crucifixus & mortuus: quid aliud quadraginta dierum mora gestum est, quam vt fidei nostrae integritas ab omni caligine mundaretur? Colloquens enim cum discipulis suis, & cohabitans atque conuiscens, & pertractari se diligente curiosoque contactu ab eis, quos dubietas perfringebat, admittens, ideo & clausis ostijs ad discipulos introibat, & statu suo dabat spiritum sanctum, & donato intelligentiae lumine, sacrarum scripturarum occulta pandebat. Et rursus idem vnus lateris, fixuras clauorum, & omnia recentissima passionis signa monstrabat, dicens: Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere: vt agnosceretur in eo proprietatem diuinam humanamque naturam: individua permanere: & ita sciremus verbum non hoc esse, quod carne, & vt vnum Dei filium, & verbum confiteremur & carnem. Quo fidei sacramento Eutyches iste nimium aestimandus est vacuus, qui naturam nostram in vnigenito Dei, nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnouit: nec sententiam beati Apostoli & Euangelistae Iohannis expauit, dicentis: Omnis spiritus, qui confitetur IESVM CHRISTVM in carne venisse, ex DEO est: & omnis spiritus, qui soluit IESVM CHRISTVM, ex DEO non est, & hic est Antichristus. Quid autem est soluere Iesum, nisi humanam ab eo separare naturam, & sacramentum fidei, per quod vnum saluati sumus, impudentissimis vacuare figmentis? Caligas verò circa naturam Christi corporis, necesse est, vt etiam in passione eius eadem obcaecatione desipiat. Nam si crucif

Do.

Matth. 1.

Rom. 1.

Gene. 22.

Galat. 3.

Esa. 7.

Esa. 9.

Luc. 1.

Prou. 9. Iohan. 1.

Matth. 16.

Act. 1.

Iohan. 20.

Ibid.

Luc. 24.

Ibid.

Iohan. 4.

Iohan. 19. Domini non putat falsam, & susceptum pro mundi salute supplicium verum fuisse non dubitat, cuius credit mortem, agnoscat & carnem: nec diffiteatur nostri corporis hominem, quem cognoscit fuisse passibilem quoniam negatio verae carnis, negatio est etiam corporeae passionis. Si ergo Christiana suscipit fidem, & a praedicatione Evangelij suum non auertit auditu, videat quae natura transfixa clavis pepederit in crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat vnde sanguis & aqua effluerint, vt Ecclesia Dei & lauacro rigaretur & poculo. **1. Petr. 1.** Audiatur & beatum Petrum apostolum praedicantem, quod sanctificatio spiritus per adspersionem sit sanguinis Christi. Nec transitorie legat eiusdem apostoli verba, dicentis: Scientes, quod non corruptibilibus argento & auro redempti estis de vana vestra conuersatione paternae traditionis, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Beati quoque Iohannis apostoli testimonio non resistat, dicentis: Et sanguis Iesu filij dei emundat nos ab omni peccato. Et iterum: Hec est victoria, quae vicit mundum, fides nostra. Quis est qui vicit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei? Hic est, qui venit per aquam & sanguinem, Iesus Christus: non in aqua solum, sed per aquam & sanguinem. Et spiritus est, qui testificatur, quoniam spiritus est veritas. Quia tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua & sanguis: & tres vnum sunt. Spiritus utique sanctificationis, & sanguis redemptionis, & aqua baptismatis, quae tria vnum sunt, & indiuidua manent, nihilque eorum a suis connectione seingitur: quia catholica ecclesia hac fide viuunt ac proficit, vt nec sine vera diuinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate diuinitas. Cum autem ad interlocutionem examinis vestri Eutyche responderit, dicens: Confiteor ex duabus naturis fuisse hominum nostrum ante adunationem, post vero adunationem vnam naturam confiteor, miror tam absurdam, tamque peruersam eius professionem nulla iudicantium increpatione reprehensam, & sermonem nimis insipientem nimisque blasphemum ita omissem, quasi nihil quod offenderet, esset auditum, cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem vnigenitus Dei filius fuisse dicatur, qui nefarie postquam verbum caro factum est, natura in eo singularis asserit. Quod ne Eutyche ideo vel recte, vel tolerabiliter aestimet dictum, quia nulla vestra est sententia confutatum, dilectionis tuae diligentiam commoneamus, frater charissime, vt si per inspirationem misericordiae Dei ad satisfactionem causa perducitur, imprudentia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui peste purgetur: qui quidem, sicut gestorum ordo patefecit, bene coeperat a sua persuasione discedere, cum vestra sententia coarctatus, profiteretur se di-

cere, quod ante non dixerat, & ei fidei acquiescere, cuius prius fuisset alienus. Sed cum anathematizando impio dogmati nolisset praebere consensum, intellexit cum fraternitas vestra in sua manere perfidia, dignumque esse, qui iudicium condemnationis exciperet. De quo si fideliter atque vtiliter dolet, & quam recte mota sit Episcopalis auctoritas, vel sero cognoscit, vel si ad satisfactionis plenitudinem omnia, quae ab eo male sunt sensa, viua voce & praesenti subscriptione dannaerit, non erit irreprehensibilis erga correctum quatacunque miseratio: quia Dominus noster verus & bonus pastor, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & qui venit animas hominum saluare, non perdere, imitatores nos suae vult esse pietatis, vt peccantes quidem iustitia coarceat, conuersos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissime fides vera defenditur, quaedo etiam a sectatoribus suis opinio falsa dannaerit. Ad omnem vero causam pie ac fideliter exequendam, fratres nostros Iulianum Episcopum & Renatum presbyterum tituli sancti Clementis, sed & filium meum Hilarium diaconum vice nostra direximus, quibus Dulcimum notarium nostrum, cuius fides nobis est saepe probata, sociamus, confidentes ad futurum diuinitatis auxilium, vt is qui errauerat, damnata sensus sui prauitate saluetur.

EX EADEM ACTIONE

Atticus reuerendissimus Episcopus Nicopolitanae ciuitatis, dixit: Quoniam praesentis magnificentia vestra suarum aurium facilitatem cum patientia, precamur & inducias dari nobis, vt intra paucos dies tranquilla mente & non turbato animo, quae Deo placent, a sanctis patribus ordinentur. Quoniam vero nunc domini nostri & sanctissimi patris & archiepiscopi Leonis, adornantis Apostolicam sedem, lecta est Epistola, oportet vero & beatae memoriae Cyrilli Epistolam scriptam ad Nestorium, (in qua iubet eum consentire duodecim capitulis) & hanc dari nobis, vt in tempore disceptationis parati inueniamur. Reuerendissimi Episcopi clamauerunt: Si iubetis dari nobis inducias, petimus patres perscrutari. Magnificentissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Differatur audientia vsque ad quinque dies, vt inter hos conueniens vestra sanctitas ad sanctissimum archiepiscopum Anatolium, communiter de fide tractetis, vt qui dubitant, doceantur.

EX QVARTA ACTIONE EIVSDEM SANCTI CONCILII:

Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Vnusquisque reuerendissimorum episcoporum huius praesentis sancti Concilij, quomodo credit, per scripturam sine aliquo metu, Deum praesens oculis habens, festinet exponere, sciens quia sacratissimus & piissimus noster Dominus secundum expositionem sanctorum patrum trecentorum

Iohan. 19. Luc. 9.

rum decem & octo, & secundum expositionem sanctorum centum quinquaginta, qui post haec collecti sunt, & secundum canonicas Epistolas & expositiones sanctorum patrum, Gregorij, Basilij, Hilarij, Athanasij, Ambrosij, & Cyrilli canonicas duas epistolas, quae sunt in primo Ephesino publicatae Concilio atque firmatae, credit, nullo modo ab eorum fide recedens. Nam & reuerendissimus archiepiscopus senioris Romae Leo, pro contentione, quae ab Eutyche infideliter contra catholicam religionem facta est, videtur ad reuerendissimae memoriae Flavianum epistolam direxisse.

Est Epistola 8.

ET POST ALIA:

Gloriosissimi iudices & amplissimus Senatus dixerunt: Quoniam sancta Evangelia posita ad reuerentiam vestra perspeximus, singuli reuerendissimi episcopi, qui conuenerunt, doceant, si expositio trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui olim in Nicea collecti sunt, & post haec centum quinquaginta, qui in regia congregati sunt ciuitate, consonat Epistolae reuerendissimi papae Leonis. Anatolius reuerendissimus episcopus regiae Constantinopolis, dixit: Epistola sanctissimi & Apostolici archiepiscopi Leonis, consonat symbolo trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui apud Niceam, & centum quinquaginta, qui apud Constantinopolim postea sunt collecti, qui eandem fidem confirmauerunt: sed & ipsae, quae in Epheso sub beatissimo & sanctissimo Cyrillo gesta sunt ab vniuersali & sancto Concilio, quando maledictum Nestorium condemnauit. Quapropter consensu, & eidem epistolae libenter subscripsi.

Paschasius & Lucenarius viri reuerendissimi episcopi, & Bonifacius vir reuerendissimus presbyter, vicarij sedis Apostolicae, per Paschasium dixerunt: Manifestum est, nec poterit dubitari, vnam fidem beatissimi papae, sedis Apostolicae rectoris Leonis, cum trecentorum decem & octo apud Niceam patrum concordare atque seruari, sed & centum quinquaginta apud Constantinopolim congregatorum sacerdotum, qui eandem fidem firmauerunt, sed & Cyrilli sanctae recordationis viri apud Ephesum, quando Nestorius pro suo errore damnatus est, statuta in nullo penitus discordare. Ideoque etiam beatissimi papae epistola, quae eandem fidem exposuisse pro erroris Eutyche causa dinoscitur, vno sensu vnoque spiritu videtur illi fidei esse coniuncta. Maximus reuerendissimus episcopus Antiochie Syriae, dixit: Concordat epistola sanctissimi Archiepiscopi regiae Romae Leonis, expositionibus trecentorum decem & octo apud Niceam sanctorum patrum, & centum quinquaginta apud Constantinopolim noquam Romam, & in Epheso a sanctissimo Cyrillo exposita fidei, & subscripsi. Stephanus reuerendissimus episcopus Ephesi, dixit: Consonat, & subscripsi. Diogenes reuerendissimus

episcopus Cyzici, dixit: Consonat, & subscripsi. Et cum omnes sequenter eadem interlocuti essent, omnes reuerendissimi episcopi clamauerunt: Omnes consentimus, omnes confitemur, omnes similiter credimus, omnes eadem sapimus: sic sapimus, sic credimus.

Sancta synodus dixit: Ex his, quae recitatae sunt, manifestum factum est, quomodo sanctae synodi ea, quae apud eas proferuntur, probare solent. Cum enim illi sanctissimi viri, qui recitatas epistolas scripserunt, sic splenderunt, tamen epistolarum earum comprobationem non simpliciter, nec sine inquisitione fecerunt, nisi per omnia cognouissent consonare eas expositioni & doctrinae sanctorum patrum, ad quam & collatio facta est. Vnde omnes, qui in synodo fuerunt, vna voce & consonantia vsi sunt. Hanc igitur regulam sequentes, perspicimus recitari definitionem pro fide expositam a sancto Chalcedonensi Concilio. Et cum suscepisset Stephanus reuerentissimus Diaconus & Notarius & instrumentarius, recitauit:

Sancta & magna & vniuersalis synodus, quae secundum gratiam Dei, & decretum piissimorum Imperatorum Valentiniani & Mariani Augustorum, congregata est in Chalcedonensi ciuitate, metropoli prouinciae Bithyniae, in basilica sanctae ac triumphatricis martyris Euphemiae, statuit quae subter comprehensa sunt.

Hec sub duplici versione habetur in synodo Chalcedonensi sub num. 150.

Dominus & saluator noster Iesus Christus, fidei agnitione proprios confirmas discipulos ait: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: vt nulla fidei dissensio inter proximos oriatur, sed ex aequo veritatis praedicatione ostendatur. Sed quia non desinit malignus in ipsius pietatis feminibus zizania sua inserere & noui quiddam aduersus veritatem semper excogitare: idcirco Dominus noster humano generi solite cupiens prouidere, piissimum hunc & fidelissimum Imperatorem crexit ad zelum, qui vndique sacerdotum pontifices ad se conuocauit, vt gratia Domini nostri Iesu Christi cooperante, omnem mendaciam pestilentiam ab ouibus CHRISTI remoueat, easque veritatis germinibus reficiat. Quod & communi decreto peregrinatus, erroris quidem sectam abijcientes, & puram & rectam patrum fidem renouantes, trecentorum decem & octo patrum symbolum omnibus praedicantes, & velut vos patres alios centum quinquaginta huic piissimo titulo consentientes notauimus, qui post haec in amplissima vrbe Constantinopolitana conuenientes, etiam ipsi eandem fidem consignauerunt. Statuimus igitur, ordinem & omnes fidei formulas custodientes & nos sanctae etiam synodi dudum Ephesi factae, cuius fuerunt auctores venerabilis memoriae Caecilianus Romanae urbis, & Cyrillus Alexandrinae ecclesiae sacerdotes, vt praesulgeat quidem recta & inculpabilis fidei expositio trecentorum decem

for. hos

cem & octo sanctorum ac beatissimorum patrum, qui in Nicea sub Constantino pia memoria Imperatore conuenerunt: obtinere autem & centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in vrbe Constantinopolitana conuenerunt, decretum, ad peremptionem quidem sectarum tunc pullulantium, confirmationem verò ipsius catholicae atque Apostolicae nostrae fidei.

INCIPIT Symbolum trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui in Nicea conuenerunt.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei, de patre natum, vnigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumē ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homouision patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiae, per quem omnia facta sunt, quae in caelo & quae in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus, & homo factus, passus est, & resurrexit tertio die, & ascendit in caelos, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in sanctum spiritum. Eos autem, qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex non extantibus factus est, aut ex alia substantia vel substantia dicitur esse, aut conuertibilem, aut mutabilem filium dei, anathematizat catholica & Apostolica Ecclesia.

SYMBOLVM CENTVM QVINGVAGINTA PATRVM.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem caeli ac terrae, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum Dominum nostrum Iesum Christum, filium dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumē ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homouision patri, hoc est, eiusdem cum patre substantia, per quem omnia facta sunt: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, homo factus, crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato, & sepultus, tertio die resurrexit, ascendit ad caelos, sedet ad dexteram patris, iterum venturus est in gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis: Et in spiritum sanctum Dominum & viuificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadorandum & cōglorificandum, qui locutus est per prophetas. In vnam catholicam & apostolicam Ecclesiam: confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri saeculi, Amen.

Hec quoque in Act. 5. Synod. Chalced. sub qua Sufficeret quidem ad plenissimam pietatis agnitionem & confirmationem, sapientissimum hoc & salutare diuinæ gratiae symbolum.

TOM. 2.

lum. De patre enim & filio & spiritu sancto doctrinam perfectam edocet, & incarnationem Domini fideliter suscipientibus manifestat. Sed quoniam hi, qui praedicationem veritatis destruere nituntur, quasdam per proprias haereses vocum nouitates parturiunt, (quidam enim Dominice dispensationis mysterium pro nobis actum audentes corrumpere, & vocabulum θεοτόκος, quod est Dei genitrix, in virgine denegantes, alij autem temperamentum confusionemque inducentes, & vnam esse naturam carnis & Deitatis insensate componentēs, passibilem vnigeniti diuinam naturam tali confusione prodigiose diuulgant) idcirco omnem aduersus veritatem opponendam ab ipsis machinationem volens excludere haec sancta & magna vniuersalis synodus, antiquam praedicationem immobilem docens, statuit precipue trecentorum decem & octo sanctorum patrum fidem incontaminatam manere: Et propter eos qui spiritui sancto aduersantur, patrum paulo posteriore tempore in vrbe Constantinopolitana centum quinquaginta conuenientium de substantia spiritui sancti traditam doctrinam corroborauit, quam etiam illi omnibus insinuauerunt, non quod praecedebat aliquid deesse adijcentes, sed de spiritu sancto eorundem intellectum aduersus eos, qui Deitatis eius dominationem nituntur adimere, scripturarum testimonijs plenius manifestantes. Propter eos sane, qui dispensationis mysterium tetant corrumpere, & purum hominem esse, qui ex sancta virgine natus est, impudenter diuulgant, beatissimi Cyrilli Alexandrinae quondam ecclesiae sacerdotis, synodicas epistolas, tam ad Nestorium quam ad ceteros per Orientem, congruas suscepit, ad confutationem quidem Nestorianae amentiae, interpretationem verò eorum, qui religiozelo salutaris symboli cupiunt intellectum. Quibus & epistolam sancti & beatissimi primae sedis archiepiscopi Leonis, scriptam ad Flavianum sanctae recordationis archiepiscopum, ad perimendam Eutychem malignitatem, quaeque magni Petri confessioni concordat, & communem, quaedam paginam existentem contra eos, qui male credunt, ad confirmationem Catholicae religionis euidenter subiunxit. Nam & eos, qui in duos filios dispensationis Dominice mysterium scindere moluntur, execratur: & eos, qui passibilem diuinitatem vnigeniti filij audent asserere, de concilio sacerdotum repellit: & eos, qui in duabus naturis Christi temperamentum vel confusionem argumentantur, auersatur. Et qui caelestem aut alterius cuiuscunque substantiae existere formam serui, quam ex nobis assumpsit, insanendo asserunt, procul abijcit: & eos, qui duas quidem ante adunationem naturas Domini declarant, vnam verò post adunationem constringunt, anathema facit. Consentientes igitur sanctis patribus,

duplici editione habetur, sub numero 152.

bus, vnum eundemque filium confiteri Dominum nostrum Iesum Christum, consona voce pariter edocemus, perfectum eundem in diuinitate, perfectum eundem in humanitate, Deum verum & hominem verum, eundem ex anima rationali & corpore, secundum diuinitatem vnium cum patre naturae, secundum humanitatem eundem vnium naturae nobiscum, per omnia similem nobis absque peccato: ante secula quidem ex patre natum secundum diuinitatem, in nouissimis verò diebus eundem propter nos & nostram salutem ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem, vnum eundemque Christum, filium, Dominum, vnigenitum, in duabus naturis in confusum, immutabiliter, indiuisum, inseparabiliter cognoscendum, in nullo naturarum differentias propter humanitatem perimendas, magis autem salua vtriusque naturae proprietate, & in vna persona vnaque substantia concurrente, non in duabus personis partendum vel diuidendum, sed vnum eundemque filium vnigenitum, Deum verbum, Dominum Iesum Christum, sicut ab exordio prophetae de eo, & ipse nos IESVS Christus erudiuit, & patrum nobis tradidit symbolum. His itaque cum omni vndique subtilitate & diligentia à nobis ordinatis, statuit sancta & vniuersalis synodus, aliam fidem nulli licere proferre, aut scribere, aut componere, aut sapere, aut docere aliter. Qui verò audent aut exponere aliam fidem, aut proferre, aut docere, aut tradere aliud symbolum volentibus conuerti ad scientiam veritatis ex gentibus, aut ex Iudaeis, vel haeticis quibuscunque, si quidem Episcopi aut clerici fuerint, alienos esse episcopos ab episcopatu, & clericos à clero: si verò monachi vel laici fuerint, anathema fieri.

Sancta Synodus dixit: Nunc necessarium nobis esse videtur conferre epistolam, quam Ibas scripsisse dicitur, cum definitione profide Chalcedonenſi Concilio prolata, & insuper ad ea, quae ibi acta sunt, nec non etiam cum his, quae sancti patres scripserunt: considerare autem & quae consonanter praedictae Epistolae & Theodoro, & Nestorio haeticis exposita sunt. Notarij dixerunt: Ea, quae pro his annotatis, praemanibus habemus.

Sancta Synodus dixit: Recitetur. Et cum accepisset Thomas reuerentissimus diaconus & notarius, recitauit:

Epistola Ibe confertur ad Synodum Chalcedon.

Chalcedonenſis sancta synodus in definitione, quam de fide fecit, praedicat Deum verbum incarnatum, hominem factum esse, qui est Dominus noster Iesus Christus, vnus de sancta Trinitate: Epistola eos, qui verbum Deum incarnatum & hominem factum esse dicunt, haeticos & Apollinaristas vocat.

Sancta Chalcedonenſis Synodus Dei genitricem sanctam virginem Mariam praedicat: Epistola autem sanctam virginem Mariam

TOM. 2.

abnegat Dei genitricem esse. Dicit enim: Quomodo possibile est accipi Deum verbum, qui ab initio est, pro templo ex Maria nato: aut illud, Minorasti eum paulo minus ab angelis, de Deitate vnigeniti? Diuina scriptura, & sancti patres & doctores Ecclesiae exinanitionem & mitigationem Dei verbi incarnati esse dicunt. Iterum Chalcedonenſis sancta synodus in definitione, quam pro fide exposuit, omnes sequi se dicit formas sancti Ephesini primi Concilij, & Nestorium anathematizat: Epistola autem iniuriat. Ephesinam primam sanctam synodum, & Nestorium defendit, tanquam sine examinatione & quaestione ab ea damnatum. Chalcedonenſis sancta Synodus Cyrillum sanctae memoriae, & doctorem sibi adscribit, & suscipit Synodicas eius epistolas, quarum vni duodecim capitula supposita sunt, ex quibus Nestorius condemnatus est: Epistola autem de Nestorio quidem, qui tanta blasphemiauit & condemnatus est, dicit, quod putatus est quibusdam de secta Pauli Samosatani esse, Cyrillum verò sanctae memoriae haeticum vocat, & dicit de eo, quod lapsus est in Apollinarij dogma, eo quod dicit, quod ipse Deus verbum homo factus est: & cum impia vocasset duodecim capitula, dicit quod in eis vnam naturam dixit Cyrillus Deitatis & humanitatis Domini nostri Iesu Christi, vt non sit differentia inter templum, & cum qui in templo habitat. Ex quibus manifeste ostenditur scriptor Epistolae, quod duas introducens personas, accusat sanctum Cyrillum, qui secutus est anteriores sanctos patres & doctores Ecclesiae, & duarum naturarum, secundum substantiam vnitatem edocuit, quod non vnam naturam Deitatis & humanitatis Domini nostri Iesu Christi significat, sed quod Deus verbum incarnatus, homo factus est. Qui enim impietatem Theodori & Nestorij insertam Epistolae vindicant, diuisionem diligentes, & propter hoc duas personas introducentes, accusant vnitatem, quae secundum substantiam est. Hanc autem faciunt accusationem contra huiusmodi confessionem, quoniam diuisionem non suscipit. Certum etenim est, quod vnitatem secundum substantiam, inconfusa & indiuisa custodit ea, quae conuenerunt, ex quibus inefabilis vnio facta est.

Iterum impia scriptor Epistolae, volens secundum Theodori & Nestorij impietatem separatim Deo verbo, & separatim homini euangelicas & apostolicas voces diuidere, accusat sanctae memoriae Cyrillum, eo quod non secundum eorum insaniam per partes duabus personis voces diuidit. Quod autem sanctae memoriae Cyrillus vocum quidem scit differentiam in vno Domino nostro Iesu Christo, deo verbo incarnato, non autem diuidit eas per partes, & distribuit separatim Deo verbo, & separatim homini, euidenter

CCC in

in suis expositionibus ita scribit: Vocum autem differentiam nullo modo interemimus, licet in re diximus diuidere eas, vt filio separatim Deo verbo, qui ex patre est, & vt homini iterum separatim filio intelligedo, qui ex muliere est. Ex quibus ostendit scriptor epistolae haereticus & calumniator. Iterum Chalcedone congregati sancti patres, consonanter in gestis apud eos habitis consentunt ita credere, sicut exposuit sanctae memoriae Cyrillus, & anathematizant eos, qui ita non credunt: Epistola de eo, & qui similia ei sapiunt, dicit, quod in confusione & poenitentia sunt, contraria priori suae doctrinae docentes. Chalcedonense sanctum Concilium in definitione, qua de fide exposuit, anathematizat eos, qui aliud symbolum, praeter quod exposuerunt trecenti decem & octo sancti patres, proponunt aut tradunt: Epistola laudat Theodorum, qui super alias innumerabiles blasphemias, ausus est & impiu exponere symbolum, in quo aliud dicit Deum verbum, & aliud Christum, & anathematizat idem Theodorus eos, qui non secundum sceleratum quasi symbolum ipsius sapiunt, vt secundum insaniam ipsius omnes sanctos patres & doctores Ecclesiae condemnaret. Hoc autem impium Theodori symbolum, in Ephesino primo Concilio prolatum, anathematizatum est cum suo scriptore. Iterum Chalcedonensis sancta synodus Domnum Antiochiae Episcopum, eo quod scripsit debere taceri duodecim capitula sanctae memoriae Cyrilli, & post mortem condemnauit, cum confirmasset condemnationem eius, & suscepisset Maximam ordinationem. Si igitur propter duodecim capitula Dominus condemnatus est, quomodo dicere praesumunt quidam, epistolam, quae impia eadem duodecim capitula dicit, susceptam esse a sancto Chalcedonensi Concilio? Sancti patres & doctores Ecclesiae, quos secuta est sancta Chalcedonensis synodus, differentiam Deitatis & humanitatis significare volentes, duas dicentes naturas, vnitatem earum secundum subsistentiam consentunt, quod est vnus Dominus Iesus Christus, Dei verbum incarnatus, & homo factus: scriptor autem epistolae, dicens duas naturas, & vnam virtutem, & vnam personam, & vnum filium, & non confitens quod Deus verbum incarnatus & homo factus est, (quod est duarum naturarum secundum subsistentiam vnitatem) cuius duas naturas dicit. Sed certum est, quod pro personis naturas ponit, & effectiualem vnitatem dicit secundum Theodorum & Nestorium impios, quos defendit & laudat scriptor epistolae. Et isti enim duas personas, & duos Christos, & duos filios dicentes, suam impietatem obumbrare volentes, duas naturas & vnum filium dixerunt. Dicit enim impius Nestorius in epistola ad Alexandrum Hierapolitanum Episcopum, eadem ei sapien-

TOM. 2.

tem, haec: Oportet manere naturas in suis proprietatibus, & sic per mirabilem & omnem rationem excedentem vnitatem, vnam intelligi gloriam, & vnum confiteri filium. & iterum: Non duas personas vnam personam facimus, sed vna appellatione CHRISTI duas naturas simul significamus. Theodorus autem, sicut praediximus, effectiualem vnitatem dicens, & naturas pro personis siue subsistentiis accipiens, ita dicit in vndecimo libro de Incarnatione: Ad haec itaque sufficiunt quidem & quae diximus, vbi & naturarum differentiam ostendimus, & personae vnitatem, & quod secundum naturas iste quidem beneficium accipit, ille autem beneficium dat, certa constituta vnitatem, ex qua indiuisa ab vniuersa creatura honor impletur. Oportet considerare, quod cum naturas dixisset, & ad personas peruenit inferens, quod iste quidem beneficium dat, ille autem beneficium accipit, per solum honorem duarum personarum vnitatem dicens, sicut & Nestorius vnum filium secundum gloriam constituitur. Quomodo autem & Nestorius duas dicit naturas, & quod pro personis eas accipit, licet videtur vnum dicere filium, euidenter ex eius blasphemis demonstratur, quas sanctae memoriae Cyrillus contra eum in Epheso protulit, ita habentes: Propter hoc & CHRISTVS DEVS verbum nominatur, quoniam habet coniunctionem ad CHRISTVM perpetuam. Et in alijs Nestorius dicit, Propter eum qui induit, eum qui indutus est adoro: propter eum qui occultus est, eum qui apparet adoro. Inseparabilis ab eo, qui apparet, DEVS est: propter hoc eius, qui inseparabilis est, honor non separo, separo naturas, sed vnio in adoratione. & iterum: quoniam enim filius homo est, & DEVS (dicit) destinauit filium suum, factum ex muliere: vt cum audieris factum ex muliere, deinde videris nomen appositum, quod duas naturas significat, vt natiuitatem ex Maria virgine filium quidem voces, (filium etenim DEI peperit & Christotocos virgo) sed quoniam filius DEI duplex est secundum naturas, non genuit quidem filium Dei, sed genuit humanitatem, quae est filius propter coniunctum ei filium. Theodorus autem in octauo de Incarnatione libro, & ipse naturas pro personis accipiens, ita dicit: Sicut & Dominus de viro & muliere dicit, quod iam non sunt duo, sed vna caro: dicamus & nos rationabiliter secundum vnitatis rationem, quoniam non sunt duae personae, sed vna, scilicet naturis discretis. Sicut enim ibi non nocet numero dualitatis vnam dici carnem, (certum est enim secundum quid vna dicitur) ita & hic non nocet naturarum differentiae personae vnitatem. Quando etenim naturas discernimus, perfectam naturam DEI verbi dicimus, & perfectam personam. (nec enim sine

Galat. 4.

Matth. 19.

per-

persona est subsistentiam dicere) perfectam autem & hominis naturam & personam, similitur. Quando autem ad coniunctionem respicimus, vnam personam tunc dicimus. Insuper epistola dicit, oportere confiteri in templum, & in eum qui in templo habitat, quod euidenter duas introducit personas. Sed & Nestorius ipsam vsus est verbis, ita dicens: Eamus igitur & naturas confitentes, & coniunctionem naturarum constringentes: & dignitatem quidem dicentes vnam, & dominationem vnam templi, & qui in templo habitat, duas autem naturas. Et iterum dicit: Dominus enim & templum est, propter coniunctionem ei dominationem. Ex his autem Nestorii verbis, & ex his quae in epistola continentur, manifestum est, quod alium dicit Christum, quem templum vocant, & alium Deum verbum, quem dicunt habitare in templo: & secundum eorum impietatem, effectiualem dicentium vnitatem, nulla sit differentia inter Christum & fideles homines, de quibus dixit Apostolus: Vos templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Quonia vero & vnam virtutem in duabus naturis dicit scriptor epistolae, hoc & Theodorus & Nestorius dicunt, quos laudat & defendit. Theodorus quidem in duodecimo libro eiusdem opusculi, ita dicens: Ad haec autem beatus Apostolus respondens, conatur ostendere, quomodo participes est diuini honoris, & quod eo fruatur non propter suam naturam, sed propter inhabitantem virtutem. Oportet & considerare, quod purum hominem dicit Christum, non propter suam honorandam naturam, sed propter in eo habitantem virtutem. Nestorius autem de deo in euangelio, quod simile est regnum caelorum homini regi, ita dicit: Coniunctionis, & dignitatis, & ad quod videtur potentiae, & diuinae filiationis, & ipsius nominis Christi non est diuisio, rationis autem Deitatis & humanitatis est diuisio. Hanc autem impietatem vnitatis, quae secundum virtutem est, beatus Cyrillus interimens, ita dicit: Si quis dicit per coniunctionem secundum dignitatem, vel authoritatem, vel potentiam siue virtutem, & non magis conuentu, qui est secundum vnitatem naturalem, vnitatem factam esse, anathema sit. Hanc doctrinam accipi a sanctis patribus, per quam condemnant eos, qui non consentunt, quod Deus verbum carni animatae anima rationabili & intellectuali secundum subsistentiam vnitus est, sed dicit vnitatem factam esse secundum dignitatem, & authoritatem, & virtutem. Vna enim virtus, & vna gloria, vel dignitas, non sicut scriptor epistolae, & Theodorus, & Nestorius impie exposuerunt, in diuersis naturis dicitur, sed in diuersis personis, eundem honorem & dignitatem & equalitatem habentibus, quod in sancta Trinitate confitemur. Sancta Synodus dixit: Ostendit manifestum.

1. Cor. 3.

Matth. 18. & 22.

Anathematismo.

TOM. 2.

ste facta collatio, quod contraria per omnia est Epistola, quam Ibas scripsisse dicitur, definitioni, quam pro recta fide sancta Chalcedonensis Synodus pronunciauit. Vnde & procedentes omnes, exegerunt Ibas anathematizare Nestorium, quem vindicabat impia Epistola, & insuper impia eius dogmata, & subscribere definitioni, quam pro fide exposuerunt ad refutanda certe ea, quae praedicta Epistola vindicat. Et haec fecerunt, pro nullo habentes ea, quae ab vno vel duobus pro eadem Epistola dicta sunt, qui & ipsi eiusdem omnibus facti voluntatis, Ibas susceperunt, cum poenitentiam egisset, & Nestorium anathematizasset, & subscripsisset definitioni ab eodem sancto Concilio expositae. Omnes Episcopi exclamauerunt: Haec omnes diximus, Epistola haeretica est, Epistola, quae dicitur Ibae, omnes condemnamus. Istam omnes anathematizamus. Epistola aliena Synodo est, Epistola contraria definitioni est, tota Epistola haeretica est, tota Epistola blasphema est. Qui hanc non anathematizat, haereticus est: qui istam suscipit, haereticus est. Epistolam definitio sanctae Chalcedonensis concilij condemnauit. qui eam suscipit, non confitetur Deum verbum hominem factum esse. Qui eam suscipit, Cyrillum non suscipit. Definitio Chalcedonensis Concilij Epistolam, quae Ibae dicitur, eiecit. Vnus Nestorius, vnus Theodorus: anathema Theodoro & Nestorio, & Epistolae, quae dicitur Ibae. Qui Epistolam suscipit, Cyrillum rejicit, qui epistolam suscipit, Chalcedonenses sanctos patres rejicit. Chalcedonensis Synodi & Cyrilli aeterna memoria: sanctarum quatuor Synodorum aeterna memoria. Qui non anathematizat Epistolam, Chalcedonensem Synodum iniuriat. Multis annis Imperatorem, orthodoxum Imperatorem multis annis. Et post istas exclamationes sancta synodus dixit: Sufficiente quaestione, quae pro tribus capitulis facta est, alio die quod agendum est consideremus.

Epistola Ibae anathematizatur.

IMPERII DOMINI IVSTINIANI PERPETVI
 AVGVSTI, ANNO XXVII. POST
 Consulatum Basilij vni claris. anno xxi.
 die decimo octavo Kalendas Iulias, Indictione prima.

Confessio seu Collatio 7.



Onsidentibus in secreta-rio venerabilibus Episcopis, huius regiae ciuitatis Eutychio sanctissimo patriarcha regiae Constantinopolis nouae romae, Apollinario sanctissimo archiepiscopo Alexandrinae magnae ciuitatis, Dominino sanctissimo patriarcha Theopolitano magne ciuitatis, Stephano religiosissimo

CCC 2 epi-

episcopo Raphia, Georgio religiosissimo
 episcopo Tiberiadis, Damiano religiosissi-
 mo episcopo Sozya, vicem agentibus Eu-
 stochij sanctissimi episcopi Hierosolymita-
 ni, Benigno religiosissimo episcopo Hera-
 cleae Pelagoniae, vicem agente Elię beatissi-
 mi episcopi Thessalonicensis, Theodoro re-
 ligiosissimo episcopo Caesareae primae Cap-
 padociae prouincia, Andrea religiosissimo
 episcopo Ephesi, Sextiliano religiosissimo
 episcopo Tunienfi, vicem agente Primosi re-
 ligiosissimi episcopi Carthaginis, Megethio
 religiosissimo episcopo Heracleae Thraciae,
 Anastasio religiosissimo episcopo Tabiae,
 vicem agente Dorothei religiosissimi epi-
 scopi Ancyrę, Iohanne reuerendissimo epi-
 scopo Aelensi, vicem agente Euprepij religi-
 osissimi episcopi Cyzicena ciuitatis, Euse-
 bio religiosissimo episcopo Tyri, Iohanne
 religiosissimo episcopo Nicomediae, Step-
 hano religiosissimo episcopo Niceae, Const-
 antino religiosissimo episcopo Chalcedonen-
 si, Petro religiosissimo episcopo Tarsi, Io-
 hanne reuerendissimo episcopo Cucuforu,
 vicem agente Palladij religiosissimi episcopi
 Melitinae, Iohanne religiosissimo episcopo
 Caesareae Palaestinae, Pompeiano religiosissi-
 mo episcopo Byzacij, Amazonio religiosif-
 simo episcopo Edessa, Alexandro religiosif-
 simo episcopo Gangrorum, Thoma religi-
 osissimo episcopo Apameae Syriae, Euphranta
 religiosissimo episcopo Tyanorum, Theo-
 doro religiosissimo episcopo Hierapolis Sy-
 riae, Bosphorio religiosissimo episcopo Ne-
 ocaesareae, Iohanne religiosissimo episcopo
 Bostrae, Philippo religiosissimo episcopo
 Myrorum, Theodoto religiosissimo episco-
 po Seleucia Isauriae, Iuliano religiosissimo
 episcopo Sardiensi, Theodoro religiosissi-
 mo episcopo Gortynę, Eustathio religiosif-
 simo episcopo Damasci, Theodosio religi-
 osissimo episcopo Rhodi, Firmo religiosif-
 simo episcopo Potipason Africanę prouincie,
 Theodoro religiosissimo episcopo Antio-
 chiae Pifidiae, Phoca religiosissimo episcopo
 Stalienti, Eulogio religiosissimo episcopo Per-
 geg, Seuerino religiosissimo episcopo Aphro-
 disiadis, Cyriaco religiosissimo episcopo Ami-
 dae, Seuero religiosissimo episcopo Synna-
 dorum, Petro religiosissimo episcopo Sidae,
 Abrahamio religiosissimo episcopo Sergio-
 politano, Asgrio reuerendissimo episcopo
 Traianopolitano, vicem agente Iohannis re-
 ligiosissimi episcopi Laodiceae Pacatianae,
 Iohanne religiosissimo episcopo Adriano-
 politano Thraciae, Cresco religiosissimo epi-
 scopo Cuiculi, Theodosio religiosissimo epi-
 scopo Iustinianopolitano secundę Cappadocie,
 Stephano religiosissimo episcopo Laodiceę
 siue Theodoriadis, Auxanone religiosissi-
 mo episcopo Hierapolis Phrygiae, Eustathio
 religiosissimo episcopo Maximianopolita-
 no, Aetherio religiosissimo episcopo Anazarbi,

TOM. 2.

Dometio religiosissimo episcopo Chalci-
 dis, Valeriano religiosissimo episcopo Ob-
 ba Africanae prouincia, Dionysio religi-
 osissimo episcopo Seleucia Syrię, Theodoro
 religiosissimo episcopo Dryziparon, Seue-
 ro religiosissimo episcopo Pompeiopolita-
 no Paphlagoniae, Georgio religiosissimo epi-
 scopo Iustinianę Cypselon, Romano reueren-
 dissimo episcopo Gabalon, Gregorio reue-
 rendissimo episcopo Iustinianopoleos Ar-
 meniae, Iohanne reuerendissimo episcopo Nyffe,
 Basilio reuerendissimo episcopo Iustiniano-
 politano Camulianorum, Iohanne reueren-
 dissimo episcopo Barcuforum, Cresconio
 reuerendissimo episcopo Zatarensi prouin-
 ciae Numidiae, Sergio reuerendissimo epi-
 scopo Cynon secundae Aegypti, Christophoro
 reuerendissimo episcopo Archadiopolita-
 no Asie, Theodosio reuerendissimo episco-
 po Bybli, Leontio reuerendissimo episcopo
 Archae, Iohanne reuerendissimo episcopo My-
 rinæ, Alexandro reuerendissimo episcopo
 Amphipolitano, Stephano reuerendissimo
 episcopo Clysmatis, Thoma reuerendissimo
 episcopo Beriffae, Aristodemio reuerendissi-
 mo episcopo Philomelij, Thallelaeo reueren-
 dissimo episcopo Adrianopolis Pifidie, The-
 octisto reuerendissimo episcopo Erithron,
 Diogeniano reuerendissimo episcopo Sozo-
 politano, Basio reuerendissimo episcopo Ta-
 mathensi, Anatolio reuerendissimo episcopo
 Cyme, Diogene reuerendissimo episcopo Cratae,
 Restuto reuerendissimo episcopo Mileon
 Africanę prouincie, Theodoro reuerendif-
 simo episcopo Leontopolitano Aegypti,
 Acmiliano reuerendissimo episcopo Anti-
 pyrgi, Conone reuerendissimo episcopo
 Magoedenfi, Theoctisto reuerendissimo epi-
 scopo Pruffae, Georgio reuerendissimo epi-
 scopo Ptolemaidis, Sotero reuerendissimo epi-
 scopo Aulonfi, Zosimo reuerendissimo epi-
 scopo Antandri, Cypriano reuerendissimo epi-
 scopo * Coruci, Elia reuerendissimo epi-
 scopo Diocletianopolitano, Theona reueren-
 dissimo episcopo Cuffon, Theodoro reue-
 rendissimo episcopo * Lymiron, Gennadio
 reuerendissimo episcopo Zenopolitano, Afyn-
 cretio reuerendissimo episcopo Aradi, Ste-
 phano reuerendissimo episcopo Botron, Phi-
 lippo reuerendissimo episcopo Phelli, Me-
 na reuerendissimo episcopo Demyriange-
 lis, Genethlio reuerendissimo episcopo Do-
 rylaij, Thoma reuerendissimo episcopo Co-
 stantinę, Theodoro reuerendissimo episco-
 po Leontopolitano, Seuero reuerendissimo
 episcopo Taborum, Theoctisto reuerendif-
 simo episcopo Halicarnasi, Cosma reueren-
 dissimo episcopo Malli, Dionysio reueren-
 dissimo episcopo Megarensi, Callinico reue-
 rendissimo episcopo * Opyntij, Paschasio reueren-
 dissimo episcopo Aegij, Erasmo reuerendif-
 simo episcopo Cibyrae, Iohanne reuerendif-
 simo episcopo Neocaesareae Euphratensis, Nonno reuerendif-
 simo episcopo

* Lymiron
* Limyron

episcopo Dausarorum, Stephano reueren-
 dissimo episcopo Balaneon, Thoma reueren-
 dissimo episcopo Circisij, Anatolio reueren-
 dissimo episcopo Sebastae, Constantino reueren-
 dissimo episcopo Midajj, Macario reueren-
 dissimo episcopo Prymneseae, Megalo reue-
 rendissimo episcopo Miri, Thallelaeo reue-
 rendissimo episcopo Iindorum, Niceta reueren-
 dissimo episcopo Epiphaniae, Alexandro reue-
 rendissimo episcopo Dionyfi, Pelagio reue-
 rendissimo episcopo Azanon, Hierone reue-
 rendissimo episcopo Anastasiopolitano Phry-
 gia, Glauco reuerendissimo episcopo Alion,
 Procopio reuerendissimo episcopo Antinoi, Pe-
 tro reuerendissimo episcopo Dometiopolitano,
 Iohanne reuerendissimo episcopo Coloniae, Vra-
 nio reuerendissimo episcopo Trallienfi, Iohanne
 reuerendissimo episcopo Certasuntis, Phrony-
 mo reuerendissimo episcopo Sinaj, Macedonio
 religiosissimo episcopo Iustinianopolitano
 Bithyniae, Ecdicio reuerendissimo episcopo Te-
 ni, Eulogio reuerendissimo episcopo Danabo-
 rum, Theodoro reuerendissimo episcopo Cara-
 deon, Helpidophoro reuerendissimo episcopo
 Anastasiopolitano Cariae, Cyrione reueren-
 dissimo episcopo Dadimorum, Theodoro reue-
 rendissimo episcopo Laodiceę, Sila reuerendif-
 simo episcopo Tiberiopolitano, Diogene reueren-
 dissimo episcopo Augustopolitano, Theo-
 doro reuerendissimo episcopo Ingilon, Iuliano
 reuerendissimo episcopo Zeugmatis, Doryme-
 nio reuerendissimo episcopo Adraon, Iohanne
 reuerendissimo episcopo Leri, Theodoro reue-
 rendissimo episcopo Gargaron, Theodoro reue-
 rendissimo episcopo Comanoru, Ruphi-
 no reuerendissimo episcopo Sebastig Arme-
 niae, Conone reuerendissimo episcopo Sem-
 neon, Cyriaco reuerendissimo episcopo
 Cafatorum, Sifinnio reuerendissimo episcopo
 * Preneti, Iuliano reuerendissimo episcopo Ba-
 tnon, Anastasio reuerendissimo episcopo Rachę,
 Theodoro reuerendissimo episcopo Por-
 thmi, Paulo reuerendissimo episcopo Srectorij,
 Stephano reuerendissimo episcopo Amasie,
 Paulo reuerendissimo episcopo Adraffi, Euá-
 dro reuerendissimo episcopo Cnidi, Mena
 reuerendissimo episcopo Carpathij, Dio-
 dorus archidiaconus & primicerius notari-
 orum, dixit: Superiore die collecta vestra
 sancta synodus quędam egit de epistola, quę
 dicitur Ibae, & promissit altero die quę agen-
 da sunt examinare, & suggerimus ad hoc
 quod placuerit. Sancta synodus dixit: Quę
 iam acta sunt, relegantur, & relecta sunt: &
 priusquam aliquid apud sanctam synodum
 ageretur, Constantinus gloriosissimus Que-
 stor sacri palatii, missus a pijsimo Imperato-
 re, & ingressus, ita dixit: Certu est vestre be-
 atitudini, quantum semper studium victor
 habuit Imperator, vt finem contentio a qui-
 busdam exorta de tribus capitulis, quę tunc
 apud vos requiruntur, susciperet, & calunia
 pro his illata liberaretur sancta Dei Ecclesia

TOM. 2.

non tanquam ignorans in dogmatibus tē-
 ditudinem vestrae sanctitatis, & voluntatem
 quam de his, quę mouentur, habetis: sed vt
 etiā Synodicę de his tribus capitulis defi-
 nitio cōstitueretur. Et Vigilii verō religiosif-
 simum adhortatus est vnā vobiscum conue-
 nire, & istorum capitulorum quæstioni re-
 cta fidei conuenientem finem imponere. Il-
 le verō sapius in scripturis suam manifesta-
 uit voluntatem, condemnans prædicta tria
 capitula, quod etiā & sine scriptis sapius
 dixit coram pijsimo domino, præsentibus
 quidem gloriosissimis iudicibus, præsentibus
 verō quāplurimis de vestra sancta syn-
 odo, & non intermisit semper anathematizans
 defensores Theodori Mopsuesteni, &
 epistolā quę dicitur Ibae, & conscripta The-
 odoreti, quę aduersus rectam fidem & duo-
 decim capitula sancti Cyrilli exposuit: com-
 muniter verō conuenire inuitatus, & hoc fa-
 cere vnā cum vestra sancta synodo, pollici-
 tus est per seipsum facere, & dare pijsimo
 domino. Vt igitur etiā ea, quę sapius ab
 ipso facta sunt ad condemnationem trium
 capitulorum, vos audientes alacriores effi-
 ciamini de his formam celeriter proferre, di-
 rexit, per me vestrae sanctitatis condemnatio-
 nem, ab ipso Vigilio religiosissimo prolata
 aduersus Rusticum & Sebastianum dia-
 conos Romanę sanctę Ecclesie, & alios quos-
 dam, necnon etiā literas, alias quidem ad
 Valentinianum religiosissimum Scythię epi-
 scopum ab ipso scriptas, alias verō ad Aure-
 lianum religiosissimum, qui præfideret Arela-
 ti venerandę Ecclesie, quę prima est sancta-
 rum Gallie ecclesiarum, omnibus translatis
 ad Græcam linguam, ad faciliorem scientiam
 vestrae sanctitatis: per quas manifestum
 facit idem religiosissimus Vigilius, quod per
 totum tempus, eorundem trium capitulorū
 impietatem auersatur. Et illud verō pars est
 eorum, quę permisit mihi pijsimus domi-
 nus vestrae asserere beatitudini, quoniam il-
 li, qui istorum impietatem capitulorum ap-
 plicare Dei Ecclesie festinant, dicere tenta-
 uerunt ad pijsimum dominum, quod decet
 eius pietatem custodire statum Ecclesie, qui
 tenuit sub diuinę recordationis patre suo.
 Volens pijsimus dominus ostendere vestrae
 beatitudini, qualem etiā ipse diuinę recor-
 dationis pater eius voluntatem habuit de
 his, quę nunc proposita sunt, sacram Epi-
 stolam ab illo scriptam ad Hypatium, tum
 magistrum militum Orientis, direxit vestrae
 beatitudini, vt cognoscatis quod volunta-
 tem a patre diuinę recordationis de his ac-
 ceptam semper custodit, verum tamen pro re-
 cta fide zelum multiplicauit. Cū enim sug-
 gessissent ab Oriente quidam Iustino piæ
 recordationis, quod clerici venerandę ec-
 clesie Cyri, imaginem Theodoriti rhedæ
 imposuerunt, & in prædictam ciuitatem psal-
 lentes introduxerunt: Sergius verō tunc ci-

CCC 3 uita-

uitatis Episcopus, collectionem celebrauit Theodori, & Diodori, & Theodoriti, & Nestorij, tanquam vnus sanctorum martyru: literis vsus est ad Hypatium magistrum militum tunc Orientis, vt hoc requireret, & ad Imperium referret. Et his ita habere demonstratis, eiectus est ab episcopatu Sergius, & vsque ad mortem ita permanfit, sicut omnes quidem Theopolitanae sanctae Ecclesiae clerici sciunt, & Dionysius vero religiosissimus Episcopus Seleucienfis Ecclesiae, & Hermiligenes reuerendissimus presbyter venerandae Ecclesiae regiae vrbis, necnon etiam Hieradius reuerendissimus presbyter Theopolitanae sanctissimae Ecclesiae, scientes quod vsque ad mortem permanfit Sergius extra sanctam Ecclesiam, propter condemnationem de his contra illum tunc factam. Decet igitur vestram sanctam synodum, cum omnia cognouerit, mirari quidem pijsimi domini patientiam, festinare vero celerem imponere causae finem, ne per longiorem dilationem maius scandalum simplicioribus efficiatur, & permaneant haeretici semper sanctissimae Ecclesiae adscribentes istorum impietatem capitulorum.

Sancta synodus dixit: Chartae, quarum gloriosissimus Quaeator mentionem facit, recitentur. Et cum suscepisset Diodorus archidiaconus & primicerius reuerentissimorum notariorum, recitauit. Vigilius Episcopus Rustico & Sebastiano. Diu vobis, Rustice & Sebastiane, canonibus & decessorum nostrorum congruentem vltionem inferre pro Apostolica moderatione distulimus; sed quia Doctores gentium in cordis vestri duritia, quod a nobis cum nimia tristitia dicitur, verba videmus impleta, quibus ait, Nescitis quia patientia DEI ad poenitentiam nos adducit? tu autem secundum duritiam tuam & impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae: vt excessus vestros ex plurimis paucos interim, in quantum possumus, designemus, venientibus nobis hic in regiam ciuitatem, tu Rustice, dum aliqua nobis ignorantibus legeres, quae hominem loci tui omnino legere non decebat, & plura committere dicereris, quae etiam nostram, si te non prohibuissimus, quod absit, opinionem atque animam laedere potuissent: dicente quoque de te nobis aliqua Paulo diacono, etiam te praesente, sicut oportuit, & pro affinitate, qua nobis a germano, quem dileximus, iungebaris, & pro eo quod nos te ad Leuiticum prouexeramus officium, frequenter & secretè paterna monuimus charitate, vt si ea, quae de te dicebantur, ex aliqua parte cognosceres, a talibus temperares, ne, quia DEI causam indiscussam non patemur qualibet ratione relinquere, canonicum per nos in te iudicium proueniret. Tu autem non solum admonitionem nostram audire maleuolo spiritu noluisti, sed etiam,

Literae Vigiliij, quibus excommunicat Rusticum & Sebastianum diaconos, &c.

Rom. 2.

TOM. 2.

sicut scriptum est, Argue sapientem, & adma-
bit te: stultum, & odio habebit te: & iterum,
Noluit intelligere vt bene ageret: iniquitatem
meditatus est in cubili suo, ad hoc malitia tua
perducta est, vt nostra admonitione contempta,
in odium potius profilires, & occasionem quaereret,
quatenus causa capitulorum, id est, de dictis Theodori
Mopsuesteni eiusque persona, sed & Epistola,
quae ab Iba ad Marim Persam perhibetur scri-
pta, necnon & dictorum Theodoriti, quae
contra rectam fidem & Epistolam beatae re-
cordationis Cyrilli Synodicae ad Nestorium
cum duodecim Capitulis, quam & sancta
Synodus Ephesina prima suscepit, & beata
Chalcedonenfis synodus, ad conuincendas
Nestorij vesanas in definitione fidei le-
gitur posuisse, quae te etiam instante certum
est flagitata; ita vt filijs nostris Sapato & Pau-
lo diaconis, sed & Surgentio notariorum
primicerio clamitans dicens, non solum nomen
& scripta Theodori Mopsuesteni a nobis
debere damnari, sed & territorium eius
ipsum, vbi positus est, & si ossa eius euulsa
quisquam de sepultura eijceret, & cum eodem
territorio incenderet, gratanter acciperes. Et
cum neesse esset, vt negocium, quod fuerat
in iudicio nostro perductum, te etiam quam
maximè inter alios tacerati Ordinis quam
sequentis consentiente, sententia finiretur,
quod constat effectum, & quid de eodem
iudicato feceris, quomodo etiam in palatio
vt fratri nostro Menae, ad quem scriperam,
celeriter traderetur institeris, nulli habetur
incertum, ita vt filio nostro Surgentio Pri-
micerio petenti, schedam ipsam iudicati no-
stri, vt apud se pro loco suo secundum con-
suetudinem retineret, per multos dies dare
penitus noluisses, donec exemplaria per plu-
rimos sacerdotes ac laicos, sed & per glorio-
sum virum Tyrannum magistrum militum,
aliosque laicos in Africana prouincia desti-
natos, quod in Ecclesia nostra a diacono nu-
quam factum est, ac nobis etiam nescientibus,
eius exemplaria destinaret. Nam &
Sabbato sancto, quo ipsum, te, sicut praefati
sumus, imminente, protulimus iudicatum,
in Ecclesiam sessum processisse, & communi-
casse, & officium tuum implere cognosceris.
Nam & eodem die reuertens ab Ecclesia,
coepiscopo nostro, quantum perhibet,
Iuliano hoc diceret, quia melius fieri
non potuit, quam quod factum est iudica-
tum, & hortareris vt Deus oraretur, neque
quod factum est tolleretur. Quo detiam suc-
cedente Dominico die Paschae similiter effe-
cisti; & diu in eadem perdurando sententia,
alios, vt iudicatum nostrum libenti animo
sequerentur, nihilominus hortabaris. Nam
dum Antiochena Ecclesiae apocrifarij eius-
dem iudicati exemplaria nos dare petenti-
bus differremus, sed hoc magis iustum esse
praedictis apocrifarijs diceremus, vt a fratre
nostro

Prou. 9.

Psal. 35.

nostro Menae potius exemplaria peterent,
ad quem a nobis videbatur fuisse prolatum,
tu autem publica voce deposceres, dies do-
minum Leonem ita de Epistola sua diuersis
exemplaria destinasse, nos facere debere si-
militer, asserendo, quia metueres, nisi vni-
uersitas iudicati nostri exemplaria de feri-
nio nostro edita teneret, qualibet ratione
postea forsitan celaretur. Nam dum occasi-
onem euntis ad Siciliam reperisses, & iudi-
catum nostrum laudesque eius, vbi etiam
filij nostri Diaconus Primiceriusque tecum
manifestum est subscripserunt, filijs nostris Pe-
lagio Diacono alijsque dirigere voluisses
pro cautela, ne ab aliquo inueniri forsitan
potuisset, nobis etiam ignotatibus, in mem-
brana conscriptum, & in breuitate quadru-
plicatum, literis scriptum minutissimis des-
tinasti. Nam & Vincentio secundae regionis
subdiacono, iterum a nobis postea ad Sici-
liam directo, per eum filio nostro Pelagio
diacono similiter scripsisti: sed quia ita me-
moratus subdiaconus prosperè nauigauit,
vt illum, qui in membrana scripta portauerat,
praecedere potuisset, quantum nobis re-
tulit, ea quae in membrana scriperas, Pelagi-
us diaconus ipso praesente percepit. Ergo
dum & te praeparatione imminente prola-
tum fuerit iudicatum, & tanta in eius iudicati
laude successus per multum tempus scripse-
ris, fecerisve, vt nunquam te crederemus
ab hac posse rectitudine deuiare, immula-
tum te subito post haec quadam animi leui-
tate, vulgare opinione comperimus, & cum
aduersarij Ecclesiae, qui contra iudicati no-
stri seriem nitebantur, & a nobis sunt per iu-
dicati ipsius tenorem a communionem suspen-
si, secretè tractare, & dum filius noster dia-
conus Paulus ad Italiam discedere voluisset,
postea quam & ad eum peruenit, quod scan-
dalum Ecclesiae, in communionem adhuc no-
stra positus, secretè & hic, & in Africana prou-
incia, vbi antea defendendo & laudando
iudicatum nostrum, eius exemplaria destina-
stis, facere nitebaris, tunc tibi coepit insiste-
re & dicere, vt si verum esset, producere de-
buisses, quod tu conuictus, celare minimè
potuisti. Tunc vero memoratus nobis coepit
imminere diaconus, vt aut corrigere te
ab his, quae illicitè faciebas, sub nostra praesentia
clericorumque promitteres, aut certe
petitionem aduersum te & varietatem
tuam atque fallaciam ab eo factam, quam &
praeparatione gerebat, debuissimus accipere
ad hoc es propria voluntate perductus,
vt tactis Euangelij sacramentis praestares, &
verba tua a notario scripta in nostro teneantur
serinio, quibus inter alia legeris promi-
sisse, te nunquam a nostro penitus obsequio
discessurum. Posteaquam vero peior te Se-
bastianus, pro solo scandalo faciendo, sicut
& initia ipsius venientis in Constantinopoli
monstrauerunt, & exitus peior edocuit, no-

TOM. 2.

scitur aduenisse, ita vt mox tui immemor sa-
cramenti, coniurationem inter vos contra
statuta canonum nobis ignorantibus faci-
entes, in apertum vterque proruperis scan-
dalum. Sed vt tua, Sebastiane, non inquam-
tum sunt, sed in quantum referre possumus,
mala quae feceris diuersi cognoscant, & iuste
te, nam magis tardè, Canonice aduertant
subijisse sententiam, ad tuae ordinationis ve-
niamus initia. Absentibus filijs nostris dia-
conis Anatolio atque Stephano, a nobis po-
stulasti, vt ad tempus pro implendo officio
absentium loco diaconum te interim facere-
mus. Quod idè tibi ad praesens speranti co-
cessimus, quia ante ordinationem tuam cau-
tionem nobis propria voluntate legeris emi-
sisse, quae & testibus roborasti, & tactis Euan-
gelij iuramentum corporaliter praestitisti,
vt quicquid tibi a nobis pro Ecclesiastica
utilitate fuisset iniunctum, fideliter & sine
aliqua fraude compleres: officium vero lo-
cumque diaconi sine aliquo vitio, sine ali-
qua superbia, sine aliquo neglectu, donec
reuerteretur diaconi memorati, aut quanto
te tempore in Leuitarum voluissimus ordi-
natione ministrare, cum omni humilitate &
studio sine neglectu modis omnibus imple-
turum: in eadem cautione rursus adiciens,
quod si de his omnibus, quae cum sacramen-
to tactis corporaliter Euangelij promissisti,
aliquid minus impleres, tunc a sancta com-
munionem es suspensus: ita vt si a die exce-
sus tui intra annum poenitentiam noluisses col-
la submittere, tu tibi anathema manu pro-
pria scribendo dixisti. Tunc ergo ad praesens
factus es sub ea, quam sperabas & pollicitus
fueras, conditione diaconus. Postea vero, vt
a nobis ad Dalmatarum patrimonium mitereris,
summis precibus postulasti. Quod nos securi,
quia talem feceras cautionem, animo
libenti concessimus. Qui dum in Salonitana
vrbe pro ordinatione patrimonij aduen-
nisset, quantum ad nos postea est plurimorum
relatiōe perductum, illicitis te & a sede Apo-
stolica prohibitis ordinationibus miscessisti,
& quos Honorius, tunc praedictae ciuitatis
Episcopus, contra consuetudinem Romae
vel suae Ecclesiae, & sedis Apostolicae consti-
tuta sacris ordinibus applicauerat, non solum
prohibere penitus noluit, sed nec nobis
ex hac causa vel scripto referre, vel quan-
do Thessalonicae nobis occurreras, memor
conscientiae tuae, ne verbo quidem suggere-
re voluisti, & cum illis, tanquam cum legitimo
& rationabili ordine factis, cupiditatis
spiritu acquieuisisti procedere, & eorum soci-
us es communionis venalitate repertus. Ite-
rum Thessalonica ad Dalmatias patrimonij
regendi causa remissus es, ex qua prouin-
cia frequenti te autoritate monuimus, vt
non antea discederes, nisi omnes secundum
pollicitationem tuam tam de Dalmatarum
patrimonio, quam de Praevalitano collige-

CCC 4 res

res pensiones. Sed tu omnia prætermittens, ad Constantinopolitanam urbem pro solo faciendo venire scandalo festinasti, quantum & sequens exitus declarauit. Relegens tamen cõstituti nostri seriem, quam de præfatis capitulis ad Menam huius ciuitatis antistitem dedisse relegimus, in conspectu diaconorum, subdiaconorumque vel vniuersorum clericorũ, publica voce laudabas, vt de celo iudicatum nostrum ordinatum atq; prolatum omnibus, sicut præfati sumus, clericis loquereris. Dicta verò Theodori Mopsuesteni asserabas te in Romana vrbe inter aliquos codices inuenisse, quæ confirmabas omni execratione & blasphemijs esse completa. Hæc dicendo, in nostro obsequio, & in Ecclesia publicè & in Placidias officium diaconatus implebas. Natiuitatis CHRISTI DEI Domini & saluatoris nostri secundum carnem, præterito anno dies aduenit: vocauim te, quia ad nos, quæ supra meminimus te fecisse in Dalmatij de recentibus peruenerunt: & sicut oportuit, diximus tibi, si cum illis, qui contra sedis Apostolicæ constituta in sacratis sunt applicati ordinibus, processisti, aut eorum te communioni, sicut dicitur, sociasti, necesse nobis est, vt si nos DEVS ad nostram dignatur Ecclesiam reuocare, quæramus ista, & veritatem manifestius cognoscentes, secundum Canones vindicemus. Tu verò conscientia tua reatu perterritus, quia contra Apostolica feceris constituta, occasione tibi discedendi dissimulans requirebas: Nam cum te pro certo mandata cum Iohanne Episcopo & Surgentio primicerio atque Saturnino consulario nostro ad Menam fratrem nostrum, huius ciuitatis antistitem, misissemus, reuersus in Placidias, multis præsentibus & officium diaconi tu & Rusticus ex more complētis, & quādō clementissimus princeps dominus filius noster, vt alia die ad Ecclesiam procedere deberemus, referendarium destinauit, vt ei promitteremus, cum alijs diaconis & clericis nos tu & Rusticus fuisset hortati. Nam & ad refectioem pariter in nostra mensa ambo fuisset simili ratione probabimini. Sed sicut Iudas postquam buccellam accepit, de traditione Domini cogitauit, ita & vos noctis horis pro concitando scandalo Ecclesie discessistis. Nos autem alio die mandantes vobis, vt aut procederetis locum diaconi ex more complentes, aut à communionem vos cognosceretis fuisse suspensos: tu verò Sebastianus his, quos inter alios miseramus, fratribus nostris Iohanni & Iuliano Episcopis hoc, quantum renunciauerunt, dixisti: Ego iudicatum, quod Papa protulit, sequor, si tamen in illis vindicat, qui contra iudicatum faciunt. Nam & simili eis, quantum perhibent, ratione dixisti, tantum vt diceret ibi venisse Lampredium & Felicem monachos, qui nostrum iudicatum susce-

Iohan. 13.

TOM 2.

renoluerunt, & mandasse vos eis, Non vos possumus videre, quia vos aliam causam habetis, & nos aliam. Postea verò ad hoc nequitia vestra peruēnit, vt excommunicatis communicare contra canones superbo præsumeretis spiritu, id est, memoratis vel alijs, quos pro hoc, quod contra iudicatum nostrum scripserant, per eiusdem iudicati seriem constabat iam à nobis communionem suspensos: cui iudicato, sicut supra meminimus, vos acq̄uissse & consensisse & comunicasse, catholica p̄bauit Ecclesia: Vnde constat vos secundum regulas Canonum iuste damnari. Definiunt enim Canones, Si quis excommunicatus ante audientiam communicare præsumperit, ipse in se damnationem protulit. Item, Placuit vniuerso concilio, vt qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, siue Episcopus, siue quilibet clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audientiam communicare præsumperit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam. Adiecit etiam execranda superbia, quæ nec leguntur, nec sine sui pontificis iussione aliquādō ordinis vestri homines præsumperunt, auctoritatem vobis prædicationis contra omnem consuetudinem vel Canonem vindicare, Ephesinæ primæ synodi impugnationem & exprobrationem, sed & beatæ recordationis Cyrilli, blasphemias quoque contra IESVM Dominum nostrum dictas simili defendentes insania, & per omnes prouincias fallaciter scribentes, nos aliquid commississe quod reperiatur aduersum definitionem sanctæ Chalcedonen-sis Synodi, quæ præcedentium se trinum, id est, Nicenæ, Constantinopolitanæ, atque Ephesinæ primæ concordat fidei Synodorum. Itā ergo cunctorum animos, qui vestram malitiam nescierunt, sed tanquam à Romanis diaconis suscipientes scripta, simpliciter crediderunt, ad tantum scelus operatio fallaciæ vestræ peruēnit, vt humanus sanguis in aliquibus locis intra Ecclesiam, quod dici nefas est, funderetur: & omnem legem Ecclesiasticam superbo spiritu conculcare voluistis, sanctarum quoque regularum consequentiam iniurijs affecistis, impia & que non sunt licita, per vniuersas contra nos prouincias fallaciter indicando. Nup̄er etiam malis vestris addentes peiora prioribus, dominum Leonem prædecessorem nostrum in Theodori Mopsuesteni dictis, quæ contra rectam fidem legitur scriptis, consensum præbuisse atque firmasse, dato scripto ad Christianissimum Principem dominum filium nostrum ausi fuistis adstruere. Absit ergo quilibet credere Christianum, quod aliquid tale, quod contra rectam fidem à quolibet inueniatur scriptum, illius tati psulis sanctitas suscepisset, quippe qui in vniuersis Epistolis suis & Nestoriũ, & Eutyche, vel eis similia sapiētes, pari legitur

scu-

sententia condemnasse. In quo memorato scripto, etiam contra diuinas scripturas, non solum pontificibus multis, sed etiam, quod dici nefas est, ipsi quoque principi sacrilegas iniurias irrogare tentasti, quatenus ignorantem Christianũ populum diabolica amplius deciperetis astutia. Hæc ergo sustinentes per multa temporis spatia, patientia sacerdotali refecare distulimus, credentes vos forsitan resipisci, & ab illicitis temperare. Sed quia semel & secundò adhortatione nostra per fratres nostros Ep̄os, id est, Iohannem Maricanum & Iulianum Cingulanum, vel Sapatum filium nostrum atque diaconum, necnon & per gloriosum virũ patricium Cethegum, & religiosum virum item filium nostrum Senatorem, aliosque filios nostros communiti noluisse audire, & neque ad Ecclesiam, voluistis detestanda superbia: & idēd necesse nobis est in vobis Canonicè vindicare, ne videamur diuinarum scripturarum increpationibus subiacere. Scriptum est enim: Videbas furem, & simul currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas, & ipse Dominus ac Saluator noster dicit: Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eũ, & projice ab te. Expedi enim tibi, vt perdat vnum membrum tuum, quam totum corpus mittatur in gehennam. Et quoniam iste intellectus magis de officijs ecclesiarum, vel proximis non rectè agentibus, & scandala in ecclesijs mittentibus sano sensu debet aptari, sic, & alibi nos admonet, dicens, Oportet venire sc̄dala, sed v̄ illi per quem veniunt: & beatus Apostolus simili prædicat ratione, Vtinam & abscedantur qui vos conturbant: & iterum sancta scriptura nos commonet, dicens, Eijce pestilentem de concilio, & exiet cum eo iurgium: oportet ergo nos iam post tantas admonitiones in vobis, Rustice & Sebastiane, per auctoritatem beati Petri, cuius nos Dominus sibi voluit vice seruire, regulariter vindicare, propterea ne si iam diutius differamus, omnis Ecclesiasticus ordo soluat. Ideoque quod à nobis cū gemitu, sed cum beati Petri auctoritate dicendum est, pro supra scriptis excessibus alienos vos à diaconi esse honore decernimus, & omni ministerio officij Leuitici, prædictũ vobis honorem auferentes, penitus summo-uemus, nullam vltius licentiam habentes, vt ex Leuitico nomine aut gradu aliquid facere præsumatis, vel sub nomine diaconorũ scribendo, iterum Dei conturbetis Ecclesia: quippe qui ex Apostolica auctoritate & patrum regulis, contra quas multa spiritu superbo atque irreligioso fecistis, vos olim dignos damnationem præsentem auctoritate deponimus. Et vt vniuersi nos hæc pro loco, in quo nos Deus esse voluit, & auctoritate beati Petri Apostoli rectè fecisse cognoscant, Canonum constituta posuimus, quæ sancta

Phil. 49.

Math. 5.

Math. 18.

Gala. 5.

Prou. 22.

TOM 2.

Chalcedonen-sis Synodus apud se relecta, laudauit. Etius archidiaconus relegit: Si quis presbyter aut diaconus, suum contemnens Episcopum, à communione semetipsum suspendit Ecclesie, & secretius collectam facit, & altare constituit, & noluit euocanti Episcopo consentire, & noluerit eidem acquiescere, neque obedire & prius & secundò vocanti, hunc omninò damnari, nec vnquam hunc curationem mereri, nec recipere eum posse honorem. Si autem permanserit turbas faciens & seditiones Ecclesie, per extraneam potestatem tanquam seditiosum debere comprimari. Omnes reuerendissimi Episcopi clamauerunt, Hæc iusta regula, hæc regula patrum. Pariter statuentes, vt si nobis viuētib; sicut optamus, sub humilitate & mansuetudine Canonicè pœnitētes, matrem recognoueritis Ecclesiam, competenter à nobis venia concedatur. Si verò, quod non optamus, sub regulari pœnitētia ad matrem Ecclesiam consueta distuleritis redire superbia, conciliorum in vobis, quorum regulas posuimus, celsura seruetur, vt nullus post tractatum nostrum contra constitutum nostrum, quod ex beati Petri, cuius locum licet immeriti gerimus, auctoritate proferimus canonum regulas exequētes, in Ecclesiastico gradu audeat reuocare Iohannem, Gerontium, Seuerinum, Importunum, Iohannem atque Deusedit, quos constat vestre conuersionis & conspirationis esse participes, quos nos potentes bonos, militare Ecclesie, cui Deo præsidemus authore, nostro tempore feceramus: tamen vt & ipsi possint & diuersi cognoscere, de subdiaconorum & notariorũ vel defensorum officio præsentem sententiam nouerint fuisse depositos, & nullum penitus in Ecclesia nostra gradum vltius detinere, nisi forte, sicut præfati sumus, nobis in hac luce superstitibus, & ipsi pœnitentiæ canonicæ colla submiserint. Felicem etiam monachum Afrum, qui Gillitano monasterio dicitur præfuisse, & leuitate sua atque inconstantia congregationem eiusdem monasterij per diuersa loca certum est dispersisse, & vestra prauitatis inceptor est, cum vniuersis, qui eum vel vos, tam clerici vel monachi, & laici post p̄sentia interdicta in aliqua vestra se societate polluerint, aut consensum consiliumque præbuerint, regularem in his, quæ item superius legitur, constituimus manere sententiam: quatenus in his remedijs, ordine seruato Canonico, nullus præsumat pacem, quam Dominus diligit, vltius Ecclesie perturbare. Præsentem autem sententiam per Iohannem Maricanum, Zacharium & Syllacænum, Iulianum Cingulanum, fratres & coepiscopos nostros, sed & Sapatum atque Petrum filios nostros diaconos, necnon & filium nostrum Surgentium primicerium notariorum, atque Seruum Dei subdiaconũ regionis primæ, Agnon & Vincentium sub-

di-

diaconum regionis secundae nostrae, cui pre- fidemus, Ecclesiae vobis noscitur transmi- sisse.

ITEM EX ALIA CHARTA RE- citatum est.

Epistola Vi- gili ad Va- lentinianu Scythiae Episcopu.

Dilectissimo fratri Valentiniano Episco- po de Tomis provinciae Scythiae, Vi- gilius. Fraternitatis tuae relegendae scripta, pontificalem in vobis sollicitudinem inesse gratanter accepimus: quia prophetica tibi possunt verba competere aptari, quibus ait: Saluabo gregem meum, & suscitabo super eum pastorem, qui pascat eum, feruum meum. Oportet ergo charitatem tuam ea quoque Domini nostri verba sectari, per quae dixit: Speculatore te posui domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annuncias eis ex me: & conuocatos eos, quos scandalizari diuersis rumoribus retulisti, incessanter hortari, ne per hos forsitan seducantur, qui sub praetextu Catholico, nequissimo spiritu simplici Christianorum corda, fallacia sua decipere moluntur, & patris sui diaboli consuetudinem maligno sectantes spiritu, ecclesiam tibi commissam diuersis mendacibus scriptis conturbare desiderat, quibus Apostolica lectio congruenter aptatur, dicens: Rogo autem vos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Et infra, Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra autem obedientia in omni loco diuulgata est: quatenus fraternitatis vestrae adhortatione saepe commo- niti, nulla fideles eorum animos a rectitudine viae, quae Christus est, qui ait, Ego sum via, & veritas, & vita, qualibet maligna annunciatio- ne sum moueat: sed si, quod non oportet, ab aduersariis conturbati, aliquid, quod Deus auertat, contra fidem factum forte formidat, cum mansuetudine, quae conuenit Christianis, prophetica verba sectentur, dicentis: Interroga patrem tuum, & annunciat tibi: seniores tuos, & dicent tibi, & alius propheta, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Et quoniam Basilianus illustris & magnificus vir, filius noster, cum his, qui pro actibus tuae fraternitatis Ecclesiae in Constantinopoli obseruati, pari ratione dixisse noscuntur, etiam hoc Dei inimicos suffulisse memos, quod personae Episcoporum Ibae atque Theodoriti in nostro, quod absit, fuissent iudicato damnatae: legant ergo quod de causa, quae hic mota est, ad fratrem nostrum Menam Constantinopolitanam vrbis Episcopum scribentes legimus definisse, & tunc cognoscunt nihil a nobis, Deo nos custodiente, commissum, vel certe dispositum, quod contra fidem praedicationemque venerandarum quatuor Synodorum, quae pro vna eademque fide definita sunt, id est, Nicenae, Constantinopolitanae, Ephesinae primae, & Chalcedonen- sis reperiat aduersum, aut vni-

Ezech. 34.

Ezech. 3.

Rom. 16.

Iohan. 14.

Deut. 32.

Malac. 2.

Ex his, qui definitioni supra scriptae Chalce-

TOM 2.

donensis fidei subscriperunt, tamen iniuria: vel quod decessorum praecessorumque nostrorum inueniat, quod absit, constitutus forte contrarium: sed in omnibus Apostolicae sedis praesulum, & beatae recordationis papae Leonis, & praedictarum Synodorum aduersariis restitisse. Fraternitatem autem vestram credimus non latere, inimicos fidei Christianae hoc semper seculari & re- prauanda molitos astutia, ut Euangelistas quatuor contraria sibi, quod absit, dixisse monstrarent: quibus a sanctis patribus per Euangeliorum concordiae libros est caelesti sapientia contradic- tum. Quod nunc quoque sancti Chalcedonen- sis Concilii aduersarij (inter quos etiam Rusticus & Sebastianus) conperimus istos auctores scandalis, quos olim pro meritis suis a sacra communione suspendimus, in quibus nos, si non resipuerint celeriter, fraternitas tua cognoscat Canonica sententia proluros) qui sub praetextu falsae defensionis student, ut eandem Synodum contra praedictas tres Synodos dixisse, quod absit, ostendant. Quibus haec conantibus, prophetica dicta consonanter aptatur, dicentis: Verum mendacium operatus est sty- lus mendax scribarum. Verbum Domini nostri proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. Docue- runt enim linguam suam loqui mendacium: ut inique agerent, laborauerunt. Quibus, si non penituerint, veniet Psalmista inuocata sententia, dicentis, Ut destruas inimicum & defensor. Credimus enim Catholicis Ecclesiae filijs ea, quae tunc ad fratrem & coepiscopum nostrum Menam scripsimus, id est, de blasphemis Theodori Mopsuesteni eiusque persona vel de epistola, quae ad Marimum Persem scripta ab Iba dicitur, & scripta Theodoriti, quae contra rectam fidem & duodecim capitula sancti Cyrilli facta sunt, abunde posse sufficere: quippe dum in constituto nostro superius designato possit diligenter agnosci, quia in ipsa definitione fidei, quae sancti Chalcedonen- sis Concilii sacerdotes secundum praecedentes eam tres alias sanctas Synodos protulerunt, non aliquid mutauerunt, sed laudantes omnia, quae a superioribus acta sunt, sancta definitione sua perpetuo roborare firmauerunt. Tamen si post haec aliquis, quod non credimus, dubitare voluerit, hortamur ut cum tuae fraternitatis ordinatione ad nos venire festinet, quatenus lucida admonitione cognoscat omnia quae decessorum nostrorum & antea- fatarum quatuor Synodorum sunt de vna eademque fide acta scriptaque temporibus, a nobis inuolabiliter fuisse seruata. Qua ratione percepta, sublato, sicut oportet, de Christianis- simis animis scandalo, pax Deo placita in eius Ecclesia illibata perduret. Hoc quoque fraternitatem tuam credimus adhortanda, ne ulterius praedictorum Rustici & Sebastiani, aut illorum, qui prauae eorum praesumptionis praebant esse participes, scripta suscipiat: sed & vniuersos ad tuam pertinentem ordinationem commoneas, ne vel ipsi a praedictis relegant aliquid destinatum, vel falsitati eorum ulterius animum suum credulitate accomodent. Deus te incolumem custodiat frater charissime. Dat. xv. Kal. Aprilis, Imperij domini Iustiniani perpetui Augusti anno xxiiij, post consulatum Basilij viri clarissimi anno ix, per Iohannem presbyterum & Apocrisarium, & ipse direxit eam per Maxentium hominem suum.

* repbanda

Hier. 8.

Hier. 9.

Psal. 8.

Epistola Vi- gili ad epi- scopu Arelate.

loco obse- rui.

i. Pet. 5.

Rom. 16.

dulitatis accomodent. Deus te incolumem custodiat frater charissime. Dat. xv. Kal. Aprilis, Imperij domini Iustiniani perpetui Augusti anno xxiiij, post consulatum Basilij viri clarissimi anno ix, per Iohannem presbyterum & Apocrisarium, & ipse direxit eam per Maxentium hominem suum.

ITEM EX ALIA CHARTA recitatum est:

Dilectissimo fratri Aureliano Episcopo Arelate, Vigilius. Fraternitatis vestrae literas pridie Idus Iulias, Anastasio deferente, suscepimus: & gratias referimus diuinae clementiae, quia sollicitudinem vestram in fidei causa, vel in nostrae opinionis personae, sacris relegendis conuenienter mandatis, ut digne charitati tuae verba Dei & conuenienter aptetur, quibus ait: Elegit sacerdotem ex omnibus, ait, ascendens ad altare meum, & portes coram me nomen magni cunctis diebus vitae tuae. Necessum ergo nobis est, charitatis vestrae sollicitudinem breui interim, quantum pro temporis qualitate potuimus, releuare collo- quio: quatenus modis omnibus confidatis, nihil nos penitus admisisse, quod decessorum nostrorum constitutus, vel sanctae, quae vna eademque est, fidei quatuor Synodorum, id est, Nicenae, Constantinopolitanae, Ephesine primae, atque Chalcedonen- sis, inueniat (quod absit) esse contrarium, aut quod ad personarum iniuriam pertineat, quae definitioni eiusdem sanctae fidei subscriperunt, vel sanctorum praedecessorum nostrorum Caesitini, Xyfti, Leonis, aliorumque praecedentium atque sequentium definitis reperiat aduersum, sed a nobis omnibus praedictis Synodis vnam venerationem, vnamque fidei credulitatem indubitabiliter exhiberi: & eos, qui omnes supra scriptas quatuor Synodos in rectitudine fidei non sequantur, vel vnam ex ipsis vel omnes in fide reprauant, aut reprauare, aut iniuriare, vel repudiare nituntur, abijcimus: sed & ea, quae in eiusdem sanctae fidei iniuriam verbo dicta vel reperiuntur scripta, anathematizanda execrandaque iudicauimus & constituimus iudicanda, simili poena plecentes etiam eos, qui fidem beati Cyrilli, quem sanctae recordationis Leo praedecessor noster ad praecessores vestros aliosque datis praebuit & laudauit scriptis, & Chalcedonen- sis veneranda sancta Synodus legit, protulisse, aliorumque patrum, quos Apostolicae sedis praesules susceperunt atque secuti sunt, execranda superbia impia vocauerunt. Fraternitas ergo tua, quem Apostolicae sedis per nos constat esse vicarium, vniuersis Episcopis innotescat, ut nullis aut falsis scriptis, aut mendacibus verbis aut nuncijs qualibet ratione turbentur, sed potius primi Apostolorum, sicut conuenit, verba sectentur, dicentis: Aduersarius vester diabolus, ut leo rugiens, circumit, quaerens quem deuoret, cui resistite fortes in fide: & quod item doctor gentium dicit Apostolus: Ro-

TOM 2.

go autem vos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis, in Domino confidentes, quia, sicut praefati sumus, ab Apostolis fidem traditam, & a praedictis sanctis quatuor Concilijs declarata, & a decessoribus nostris & ab antedictis patribus praedictam, atque inuolabiliter custoditam, sincera voluntate tenuimus, tenemus, venerati sumus, veneramur, atque defendimus, & contra eam facientes Apostolica autoritate damnamus. Sed quanta possumus pro filium nostrum Anastasium de his, quae gesta sunt, breuiter nos indicare necessum est, & cum nos dominus filius noster clementissimus Imperator, sicut promissit, Deo (qui cor ipsius tenet) iuuante reuerti praeeperit, hominem, qui vobis ad singula subtiliter innotescat, Deo propitio destinamus. Quod idem adhuc non fecimus, quia & hyemis asperitas, & Italiae, quae vos non latet, necessitas praepediuit, donec serenissimus princeps, sicut desiderat, Domino sibi subueniat. Illud quoque credimus sperandum, ut quia reat aliqd scriptum est, Frater fratrem adiuuans exaltabitur, & sicut de creditibus in domino Actum Apostolicorum scriptura testatur, quia erat credentibus in Domino cor vnum & anima vna, ut sit fraternitas vestra in hac quoque parte sollicita, & glorioso filio nostro Childeberto regi, quem Christianitatis studio venerationem integram sedi Apostolicae, cui nos DEVS praesse voluit, cognouimus exhibere, supplicare non desinas, quatenus in tanta rerum necessitate circa Ecclesiam Dei sollicitudinem, sicut & confidimus, Christiana deuotione persoluat: ut quia Gothi cum rege suo in ciuitate Romana perhibentur ingressi, hoc eis digne scribere, ne se in ecclesiae nostrae praedicio, quippe velut alienae legis, immisceat, & aliquid faciat, aut fieri qualibet ratione permittat, unde Catholica possit Ecclesia perturbari. Dignum enim est, & Catholico, sicut est, regi conueniens, ut fidem & Ecclesiam, in qua Deus illum voluit baptizari, omni debeat virtute defendere. Scriptum est enim: Viuo ego, dicit Dominus, quia glorificantes me, glorificabo. Festina ergo, frater charissime, ut in sancta fidei sinceritate persistens, ecclesiarum pacem, quae vel a Deo per meritum sacerdotij tibi commissa est, vel a nobis per Apostolicam autoritatem vicaria potestate mandatur, competenti sollicitudine, Deo propitiantie, custodias, & vicarium te sedis nostrae dignis deo manifestes operibus. Deus te conseruet, frater charissime. Dat. iij. Kal. Maias, Imperij domini nostri Iustiniani perpetui Augusti anno vicesimo quarto, post consulatum Basilij viri clarissimi anno octauo, per hominem, quem Anastasius direxit.

ITEM EX ALIA CHARTA ITALAE recitatum est:

LE.

Narratio de imagine Theodori &c.

Lecta sunt nobis gesta, confecta apud Antiochenae ciuitatis defensorem, quibus inferbantur testimonia militum, significantium, vt compendiosè dicamus, quod priusquam Sergius reuerendissimus Cyrestenam ciuitatem accederet, quidam, id est, Andronicus presbyter & defensor, & Georgius diaconus, accipientes imaginem Theodori, qui vndique inculpatur propter fidei errorem, in currum eam imposuerunt, & in Cyrestenam Ciuitatem introduxerunt, psallentes & ostendentes, quod eiudem illi sectae sunt. Sergius autem postea cum ciuitatem accepisset, & collectionem celebravit ipsius Theodori, & Diodori, & Theodori, necnon & Nestorij cuiusdam, quem martyrem esse dixit, cum prouincia nullum habebat martyrium, huic appellationi conueniens. Euidenter igitur mirati sumus, primò quidem si latuerunt tuam eminentiam talia gesta, in ciuitate confecta. Deinde si, cum cognouisses quod factum est, non sine dilatione quaestione fecisti negocij, maximè cum degere Sergius diceretur, & cum Patulo reuerendissimo esse. Verùm etiàm lecta sunt nobis paulò post gesta confecta apud Cyrestenae ciuitatis defensorem, quae reuerendissimi responsales Sergij reuerendissimi dixerunt, multorù voces continentia, quod nulla vnquã nec praedicata est, nec facta est collectio in Nestorij cuiusdam nomine. Super hac autem gesta, & preces audiuius tam ipsius Sergij, quam reliquorum Episcoporum Euphratenis prouinciae, qui repellunt vbiquè Nestorij nomẽ, & declinare quidem eius sectam consentunt, consentire autẽ sanctis quatuor Concilijs. Sancimus igitur nihil subtilitatis vel studij eminentiam tuam relinquere, sed conuocare quidem sine dilatione Cyrestenae ciuitatis Episcopum ibi degentem, sicut audiuius, trahere autem ad se milites etiàm, qui testimonia in gestis Antiochiae confectis praestitisse inueniuntur de numero tertio Stabilianorum, necnon etiàm Andronicum & Georgium, qui ea, quae de imagine dicta sunt, fecisse dicuntur, & singula cum subtilitate requirere, hoc est, si quod dicitur de imagine, factum est, & si psalmũ, cuius mentio gestis Antiochiae confectis inserta est, psallentes ad imaginis honorem pcedebant, & si Sergius reuerendissimus cum hac post Antiochie confectis inserta est, psallentes ad imaginis honorem ea, cognouisset, & clericos admisit, & diuinis eis communicauit mysterijs: & si collectionem Theodori, & Theodori, & Diodori praedicari fecit, aut celebrari concessit, & si hoc idem factum est & in Nestorij nomine: & omem circumire viam tua magnitudo festinet, vt nihil subtilitatis possit latere. Nè autem eminentia tua nostram tantummodò timeret indignitatem, sed etiàm dei iram, non piget nos & iuramentum ei imponere in nomine Do-

TOM. 2.

mini & saluatoris Christi Dei nostri, ad quæ talia pertinet, vt ipsam veritatẽ vndiquè requiras, & si quidem inueniantur milites per omnia falsa dixisse, & neque pro imagine, neque pro collectione vera dixisse, non tantum ea, quae in Nestoriorum referuntur, sed etiàm illa, quae in Theodoritum, & Theodorũ, & Diodorum, mox fortissimo numero eiciantur, in quo militare noscuntur, & omnibus tormentis eorum corpora crucientur. Si autem veritatem in suis depositõibus dixerunt, siue pro imagine, siue pro collectione vel Nestorij, vel aliorum trium, de omnibus nobis suggere, vt cognoscere possimus eos, qui in veram & immaculatam, quam & nos colimus, fidem peccauerunt. Nè quid autem ex his, quae nobis lecta sunt, tuam magnitudinem lateat, iussimus eadẽ gesta, quae Cyri confecta sunt, & ad nos relata, necnon rescripta eorum, quae Antiochiae confecta sunt, tibi transmitti, vt post confecta omnia quae iussimus, iterum nobis remittatur ipsa, quae in Cyro confecta sunt. Pro hac etenim causa destinauimus Thomam deuotissimũ, agentem in rebus, & subadiuam, Legi. Dat. vij. Id. August. Constantinopol. Rustico viro clarissimo Conf.

Sancta Synodus dixit: Euidenter & nunc Deum placans intentio pijsimi & tranquillissimi Imperatoris ostensa est, qui omnia semper fecit & facit, quae sanctam Ecclesiam & recta dogmata conseruant: qui & modò recitatas chartas direxit, manifestates & ipsas, quod nec latuit aliquem, alienam ab initio esse istorum capitulorum impietatis, sanctam Dei Ecclesiam. Et Christianissimus quidem Imperator mercedè pro his habebit de Christo magno Deo, qui talia multiplicare solet: nos autem orationes quotidianas facientes pro eius serenitate pro tribus Capitulis altero die, adiuuante Deo, Synodicam sententiam proferemus.

IMPERII DOMINI IVSTINIANI PERPETVI AVGVSTI, ANNO XXVII. POST Consulatum Basilij viri clarissimi. die 4. Nonas Iunias, Indictione 1.



Onsidetibus in Secretario venerabilibus Episcopis huius regiae ciuitatis, Eutychio sanctissimo patriarcha regiae Constantinopolis nouae Romae, Apollinario sanctissimo Archiepiscopo Alexandriae magnae ciuitatis, Dominico sanctissimo Patriarcha Theopolitanae magnae ciuitatis, Stephano religiosissimo Episcopo Raphiae, Georgio religiosissimo Episcopo Tiberiadis, Damiano religiosissimo Episcopo Sozuse, vicem agentibus Eustochij sanctissimi Episcopi Hierosolymitani, Benigno religio-

Confessio seu Collatio 8.

giosissimo Episcopo Heracleae Pelagoniae, vicem agente Eliae beatissimi Episcopi Thessalonicensis, Theodoro religiosissimo Episcopo Caesareae primae Cappadociae prouinciae, Andrea religiosissimo Episcopo Ephesi, Sextiliano religiosissimo Episcopo Tuentiensi, vicem agente Primosi religiosissimi Episcopi Carthaginiensi, Megethio religiosissimo Episcopo Heracleae Thraciae, Anastasio religiosissimo Episcopo Tabiae, vicem agente Dorothei religiosissimi Episcopi Ancyrae, Iohanne reuerendissimo Episcopo Ilienensi, vicem agente Euprepij religiosissimi Episcopi Cyzicenaeciuuitatis, Eusebio religiosissimo Episcopo Tyri, Iohanne religiosissimo Episcopo Nicomediae, Stephano religiosissimo Episcopo Niceae, Constantino religiosissimo Episcopo Chalcedonensi, Petro religiosissimo Episcopo Tarsi, Iohanne reuerendissimo Episcopo Cucuforum, vicem agente Palladij religiosissimi Episcopi Melitena, Iohanne religiosissimo Episcopo Caesareae Palaestinae, Pompeiano religiosissimo Episcopo Byzacij, Amazonio religiosissimo Episcopo Edeessa, Alexandro religiosissimo Episcopo Gangrorum, Thoma religiosissimo Episcopo Apameae Syriae, Euphranta religiosissimo Episcopo Tyanorum, Theodoro religiosissimo Episcopo Hierapolis Syriae, Bosporio religiosissimo Episcopo Neocaesareae, Iohanne religiosissimo Episcopo Bostrae, Philippo religiosissimo Episcopo Myrorum, Theodoro religiosissimo Episcopo Gortyna, Eustathio religiosissimo Episcopo Damasci, Theodosio religiosissimo Episcopo Rhodi, Firmo religiosissimo Episcopo Potipaloni Africanae prouinciae, Theodoro religiosissimo Episcopo Antiochiae Pisidiae, Phoca religiosissimo Episcopo Staliensi, Eulogio religiosissimo Episcopo Pergae, Seueriano religiosissimo Episcopo Aphrodisiadis, Cyriaco religiosissimo Episcopo Amidae, Seuero religiosissimo Episcopo Synnadorum, Petro religiosissimo Episcopo Sidae, Abrahamio religiosissimo Episcopo Sergiopolitano, Alignio reuerendissimo Episcopo Traianopolitano, vicem agente Iohannis religiosissimi Episcopi Laodiceae Phrygiae Pacatiana, Iohanne religiosissimo Episcopo Adrianopolitano Thraciae, Cresco religiosissimo Episcopo Cuiculi, Theodosio religiosissimo Episcopo Iustinianopolitano secundae Cappadociae, Stephano religiosissimo Episcopo Laodiceae siue Theodoriadis, Auxanone religiosissimo Episcopo Hierapolis Phrygiae, Eustachio religiosissimo Episcopo Maximianopolitano, Aetherio religiosissimo Episcopo Anazarbi, Dometio religiosissimo Episcopo Chalcidis, Valeriano religiosissi-

TOM. 2.

mo Episcopo Obbae Africanae prouinciae, Dionysio religiosissimo Episcopo Seleucia Syriae, Theodoro religiosissimo Episcopo Pompeiopolitano Paphlagoniae, Georgio religiosissimo Episcopo Iustiniana Cypselon, Romano reuerendissimo Episcopo Gabalon, Gregorio reuerendissimo Episcopo Iustinianopolitano Armeniae, Iohanne reuerendissimo Episcopo Nyssae, Basilio reuerendissimo Iustinianopolitano Camulianorum, Iohanne reuerendissimo Episcopo Barcusorum, Cresconio reuerendissimo Episcopo Zattarensi prouinciae Numidia, Sergio reuerendissimo Episcopo Cynon secundae Aegypti, Christophoro reuerendissimo Episcopo Archadiopolitano Asiae, Theodosio reuerendissimo Episcopo Bybli, Leontio reuerendissimo Episcopo Arca, Iohanne reuerendissimo Episcopo Myrinae, Alexandro reuerendissimo Episcopo Amphipolitano, Stephano reuerendissimo Episcopo Clysmatis, Thoma reuerendissimo Episcopo Berissa, Aristodemo reuerendissimo Episcopo Philomelij, Thalleleo reuerendissimo Episcopo Adrianopolitano Pisdiae, Theodisto reuerendissimo Episcopo Erythron, Diogeniano reuerendissimo Episcopo Sozopolitano, Basso reuerendissimo Episcopo Tannatensi, Anatolio reuerendissimo Episcopo Cymae, Diogene reuerendissimo Episcopo Cratae, Restituto reuerendissimo Episcopo Mileon Africanae prouinciae, Theodoro reuerendissimo Episcopo Leontopolitano Aegypti, Aemiliano reuerendissimo Episcopo Antipyrgi, Conone reuerendissimo Episcopo Magoedensi, Theodisto reuerendissimo Episcopo Prusae, Georgio reuerendissimo Episcopo Ptolemaidis, Sotero reuerendissimo Episcopo Aulonisi, Zosimo reuerendissimo Episcopo Antandri, Cypriano reuerendissimo Episcopo Coryci, Elia reuerendissimo Episcopo Diocletianopolitano, Theona reuerendissimo Episcopo Cusson, Theodoro reuerendissimo Episcopo Lymiron, Genadio reuerendissimo Episcopo Zenonopolitano, Asyncretio reuerendissimo Episcopo Aradi, Stephano reuerendissimo Episcopo Botryon, Philippo reuerendissimo Episcopo Phelli, Mena reuerendissimo Episcopo Demyriangelis, Genethlio reuerendissimo Episcopo Dorylaj, Thoma reuerendissimo Episcopo Constantiniae, Theodoro reuerendissimo Episcopo Leontopolitano, Seuero reuerendissimo Episcopo Taborum, Theodisto reuerendissimo Episcopo Halicarnasi, Cosma reuerendissimo Episcopo Malli, Dionysio reuerendissimo Episcopo Megarensi, Callinico reuerendissimo Episcopo Opuntis, Paschasio reuerendissimo Episcopo Aegij, Erasmo reuerendissimo Episcopo Cibyre, Iohanne reuerendissimo Episcopo

DDD scopo

scopo Neocesarea Euphratenfis, Nonno reuerendissimo Episcopo Dausarorum, Stephano reuerendissimo Episcopo Balaneon, Thoma reuerendissimo Episcopo Cyrcisij, Anatolio reuerendissimo Episcopo Sebastae, Constantino reuerendissimo Episcopo Midaij, Macario reuerendissimo Episcopo Prymnesae, Megalo reuerendissimo Episcopo Myri, Thallelaeo reuerendissimo Episcopo Isyndorum, Niceta reuerendissimo Episcopo Eptphaniae, Alexandro reuerendissimo Episcopo Dionysi, Pelagio reuerendissimo Episcopo Azanon, Hierone reuerendissimo Episcopo Anastasiopolitano Phrygiae, Glauco reuerendissimo Episcopo Alion, Procopio reuerendissimo Episcopo Antinoi, Petro reuerendissimo Episcopo Dometiopolitano, Iohanne reuerendissimo Episcopo Coloniae, Vranio reuerendissimo Episcopo Trallienti, Iohanne reuerendissimo Episcopo Cerasuntis, Phronymo reuerendissimo Episcopo Iustinianopolitano Bithyniae, Ecdicio reuerendissimo Episcopo Teni, Eulogio reuerendissimo Episcopo Danaborum, Theodoro reuerendissimo Episcopo Coradeon, Helpidophoro reuerendissimo Episcopo Anastasiopolitano Cariae, Cyrione reuerendissimo Episcopo Dardimorum, Theodoro reuerendissimo Episcopo Laodiceae, Sila reuerendissimo Episcopo Tiberiopolitano, Diogene reuerendissimo Episcopo Augustopolitano, Theodoro reuerendissimo Episcopo Ingeloh, Iuliano reuerendissimo Episcopo Zeugmatas, Dorymenio reuerendissimo Episcopo Adraon, Iohanne reuerendissimo Episcopo Garoarum, Theodoro reuerendissimo Episcopo Comanorum, Rufino reuerendissimo Episcopo Sebastiae Armeniae, Conone reuerendissimo Episcopo Semneon, Cyriaco reuerendissimo Episcopo Cafatarum, Sifinnio reuerendissimo Episcopo Praeneti, Iuliano reuerendissimo Episcopo Batnon, Anastasio reuerendissimo Episcopo Rachlae, Theodoro reuerendissimo Episcopo Porthni, Paulo reuerendissimo Episcopo Stectorij, Stephano reuerendissimo Episcopo Amasiae, Paulo reuerendissimo Episcopo Adraasi, Euandro reuerendissimo Episcopo Cnidi, Mena reuerendissimo Episcopo Carpathij, Diodorus, Archidiaconus & Primicerius reuerentissimorum notariorum, dixit: Scit vestra sancta synodus, quod ante aliquot dies in diuersis conuentionibus acta sunt quaedam apud vos de Theodoro Mopsuesteno, & quae impiè conscripsit Theodorus, & impia Epistola, quae dicitur Ibae, ad Marim Perlam conscripta, & quod in vltima actione promisit vestra

TOM. 2.

sancta synodus, perfectam & Synodicam sententiam imponere his quae examinantur. Quoniam igitur ad hoc ipsum conuenistis, suggerimus ad quod placuerit.

Sancta Synodus dixit: Ea quae de propositis quaestionibus apud nos acta sunt, manifestentur. Et postlectionem, cum suscepisset Calonymus reuerentissimus diaconus & notarius sententiam, recitauit: Magni Deo & saluatore nostro IESU CHRISTO, secundum parabolam in euangelij dictam, pro vniuersisq; viribus talia distribuite, & operam eorum opportuno tempore exigente, si is, qui creditum sibi vnum talentum sine diminutione seruauit, eod quod non operatus est, & amplificauit hoc quod sibi creditum est, condemnatur: quanto maiori & horribili iudicio subiacet, qui non solum de ipso neglexerit, sed etiam alijs scandalis & perturbationis causam praebuerit: cum sit omnibus fidelibus manifestum, quod quando de fide ratio moueatur, non solum impius condemnatur, sed etiam ille, qui potest quidem prohibere impietatem, negligit verò aliorum correptionem. Et nos igitur, quibus regere Ecclesiam Domini creditum est, timentes maledictionem quae imminet his, qui negligenter opera Domini faciunt, festinamus bonum fidei seminum conseruare ab impietatis zizanij, quae ab inimico infeminantur. Quoniam igitur videbamus, quod Nestorij sequaces conati sunt per Theodorum impium, qui Mopsuestia fuit Episcopus, & impia eius conscripta, & insuper per ea, quae impiè Theodorus conscripsit, & per Epistolam sceleratam, quae ab Iba dicitur ad Marim Perlam scripta esse, suam impietatem Dei Ecclesiae applicare: ided ad eorum quae mouebantur, correctionem surreximus, & pro DEI voluntate, & iussione pijsimi Imperatoris vocati ad hanc regiam primum conuenimus. & quia contingit Vigilium religiosissimum, in hac regia vrbe degentem, omnibus interesse, quae his tribus capitulis annotata sunt, & tam sine scriptis, quam in scripturis ea sepius condemnasse, postea tamen & consensit in scriptis in Concilio conuenire, & disceptare vna nobiscum de his tribus capitulis, vt definitio communiter ab omnibus nobis praebatur fidei rectè conueniens, pijsimus Imperator, secundum quod inter nos placuit, tam ipsum quam nos hortatus est communiter conuenire, eod quod sacerdotes decet communibus quaestionibus finem communem imponere.

Vndè necessariò petiuimus ipsius Reuerentiam, scriptas suas promissiones adimplere. nec enim iustum esse, amplius scandalum pro tribus istis Capitulis crescere, & Dei

Sententia Synodi contra Theodori scripta, & Ibae Epistolam. Matth. 25.

horribili oratori

Hier. 49

Matth. 13

Act. 15.

Prou. 18.

Ecl. 4.

Matth. 18.

Rom. 14.

Matth. 18.

Act. 18.

DEI Ecclesiam conturbari. Et pro his ad memoriam eius perduximus magna illa Apostolorum exempla, & patrum traditiones. Licet enim sancti Spiritus gratia & circa singulos Apostolos abundaret, vt non indigerent alieno consilio ad ea, quae agenda erant, non tamen aliter voluerunt de eo, quod mouebatur, si oporteret gentes circuncidi, definire, priusquam communiter congregati, diuinarum scripturarum testimonijs vniuersisque sua dicta confirmauerunt. Vndè communiter de eo sententiam protulerunt, ad gentes scribentes: Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil aliud imponere vobis oneris, praeterquam necessarium, vt abstineatis ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Sed & sancti patres, qui per tempora in sanctis quatuor Concilijs conuenerunt, antiquis exemplis vtentes, communiter de exortis haesibus & quaestionibus disposuerunt, certo constituto, quod in communibus disceptationibus cum proponuntur, quae ex vtraque parte discutienda sunt, veritatis lumen tenebras expellit mendacij. Nec enim potest in communibus de fide disceptationibus aliter veritas manifestari, cum vnusquisq; proximi adiutorio indiget, sicut in prouerbij dicit Salomon: Frater fratri adiutorium praestans, exaltabitur sicut ciuitas munita: valet verò sicut regnum fundatum. Et iterum in Ecclesiaste dicit: Optimi duo quam vnus, quibus est merces bona in labore ipso, vnus. Sed etiam ipse Dominus dicit: Amen dico vobis, si duo ex vobis conuenerint super terram, de omni re quamcunque petierint, contingeret illis à patre meo, qui in caelis est. Vbi cunctum enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum in medio ipsorum.

Cum autem sepius & à nobis omnibus inuitatus, & insuper gloriosissimis iudicibus missis ad ipsum à pijsimo Imperatore, promisit per seipsum de iisdem tribus capitulis sententiam proferre, huiusmodi responso audito, Apostoli nos admonitiones in corde habentes, quod vnusquisque pro se rationem reddet DEO, timentes autem & iudicium imminens eis, qui vel vnum ex minimis scandalizant, quanto magis Imperatorem ita Christianissimum, & populos & Ecclesias totas, & quod dictum à DEO ad Paulum, Nè timeas, sed loquere, & nè taceas, quoniam ego sum tecum, & nemo poterit nocere tibi: congregati ante omnia compendiosè confessi sumus fidem illam tenere, quam Dominus noster IESVS CHRISTVS verus Deus tradidit sanctis suis Apostolis, & per eos sanctis ecclesijs, & qui post illos fuerunt sancti patres & Doctores Ecclesiae, creditis sibi populis tradiderunt. Tenere autem & seruari & praedicare sanctis ecclesijs confessi sumus hanc fidei confessio-

TOM. 2.

onem, quam latius exposuerunt trecenti decem & octo sancti patres Niceae congregati, qui sanctum mathema siue symbolum tradiderunt: insuper autem & ceterum quinquaginta in Constantinopoli collecti exposuerunt, qui eandem fidei confessionem secuti sunt, & eam explanauerunt: & ducentorum sanctorum patrum, prius Ephesi collectorum, pro eadem fide consensus: & quae à sexcentis triginta Chalcedone congregatis definita sunt pro vna eademque fide, quam & ipsi secuti praedicaerunt. Eos autem, qui pro tempore condemnati vel anathematizati à Catholica Ecclesia, & praedictis quatuor Concilijs sunt, confessi sumus condemnatos & anathematizatos habere.

Cumque haec ita confessi sumus, initium fecimus examinationis trium Capitulorum, & proposuimus prius de Theodoro Mopsuesteno: & cum in medio prolatae sunt blasphemiae codicibus insertae, mirati sumus DEI in his patientiam, quod non diuino igni statim incensa est lingua & mens, quae haec eructauit: & nunquam concessimus procedere lectorem praedictarum blasphemiarum, pro sola memoria illarum indignationem DEI timentes, (vt potè vnaquaque blasphemiam magnitudine impietatis antecedentem superante, & mente auditoris funditus permouente) nisi eos, qui talibus blasphemijs gloriantur, videremur indigere confusione, per manifestationem earum eis inferenda: vt nos omnes, zelo blasphemiarum contra DEVM expositarum incensi, & in medio lectionis, & post ipsam, inclamationes & anathematismos contra Theodorum vt viuentem & praesentem faceremus, Propitius sis Domine, dicentes: nec daemones ausi sunt talia contra te loqui. O intolerabilem linguam illam, O prauitatem viri, O altam illam manum, quam extendit contra creatorem suum. Scripturas scire miser ille pollicitus, non meminit Osee prophetae dicentis: Vae illis, quoniam exili fuerunt in mesam: facti sunt, quia impij fuerunt in me, iniqua loquuti sunt aduersum me, & aduersum me excogitantes, loquuti sunt pessima. Ided cadent in framae propter improbitatem linguae suae. Hic contemptus eorum in sinu eorum, quia transierunt testamentum meum, & aduersus legem meam impiè egerunt. Iste Theodorus impius merito subiicitur. Prophetas enim, quae de CHRISTO sunt, reiiciens, festinauit dispensationis pro nostra salute magnum mysterium, quantum ad se pertinet, reprobari: fabulas tantummodo ad risum propositas gentibus diuina eloquia multis modis conatus ostendere, & contemplit tam alias propheticas pronuntiationes contra impios factas, & quod dixit diuinus Habacuc de his, qui medaciter dolent: Vae qui adaequat proximum sibi euer-

En vt vel audire horreant hareticorum blasphemias.

Osee 7. & 8.

Habac. 2.

DDD à spe-

speluncas eorum, id est, tenebrosas & omnino à luce alienas doctrinas eorum. Et quid oportet multa dicere? Liceat volentibus occidit impij Theodori præ manibus accipere, vel quæ ex impijs codicibus eius, gestis apud nos habitis inserta sunt, impia capitula, & inuenire nimiam insaniam & nefanda illa quæ dixit. Vt iterum enim procedere, & iterum memoria repetere nefanda illa veremur. Recitata nobis sunt & quædam à sanctis patribus contra illum & omnes hæreticos superantem eius insaniam conscripta, & insuper historia, & leges Imperiales, illius impietatem ab initio diuulgantes: & quoniam post hæc omnia impietatis illius defensores, iniurijs contra creatorem suum dictis gloriantes, dicebant non oportere eum post mortem anathematizare, licet cognoscere mus Ecclesiasticam de impijs traditionem, quod & post mortem hæretici anathematizant: tamen necessarij putauimus & de hoc perferuari, & fertur in gestis, quomodo diuersi hæretici & post mortem anathematizati sunt, & per multa manifestati est apud nos, quod qui hæc dicunt, nullam curam dei iudiciorum faciunt, nec apostolicarum, pronuntiationum, nec paternarum traditionum. Libenter utique interrogemus eos, quid dicant de domino, dicente de se ipso, Qui crediderit in eum, non iudicatur: qui autem non crediderit in eum, iam iudicatus est, quia non crediderit in nomine vnigeniti filij DEI: & Apostolo clamante: Licet nos aut angelus de celo euangelizauerit vobis, præterquam euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit, præterquam quod accepistis, anathema sit. Domino enim, quod iam iudicatus est, dicente, & Apostolo etiam angelos, si docerent præter quod euangelizari sumus, anathematizate, quomodo presumunt dicere, qui omnia audient, de viuis tantummodò hæc dicta esse? Aut ignorant, magis autem scientes ignorare constringunt, quod iudicium anathematis nihil aliud est, nisi separatio à Deo? Quod impius licet non verbo ab aliquo suscepisset, tamen anathema re ipsa sibi infert, per suam impietatem semetipsum à vera vita separans. Cuius autem dicunt & ad Apostolum iterum dicentem, Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem euita, sciens quoniam peruersus est huiusmodi homo, & peccat, & est à semetipso damnatus? Quibus consonantia sanctæ memoriæ Cyrillus in libris, quos contra Theodorum scripsit, ita dicit: Euitadi sunt illi, qui tam pessimis culpis detinentur, siue in viuis sunt, siue non. A nocete enim semper refugere necessarij est, & non ad personam magis respicere, sed ad hoc, quod Deo placet. Et iterum idem sanctæ memoriæ Cyrillus, scribens ad Iohannem Episcopum

Hæretici traditionem patrum negligunt.

Iohan. 3. Gala. 1.

Anathema quid.

Tit. 3.

TOM. 2.

Antiochiæ, & congregatam ibi Synodum de Theodoro, vtpote vna cum Nestorio anathematizato, ita dicit: Erat igitur necessarium, clarum propterea ducere festiuitatem, expulso certe omni voce à quocunque dicta, quæ consonat Nestorij blasphemijs. Processit enim aduersus omnes, qui eadem sapiunt, vel sapuerunt aliquandò, quod absolute nos, & vestra sanctitas dixit: Anathematizamus illos, qui dicunt filios duos, & duos Christos. Vnus enim, vt dictum est, prædicatur à nobis & vobis CHRISTVS, & filius & Dominus, vnigenitus, vt homo, secundum vocem sapientissimi Pauli. Sed etiam in Epistola ad Alexandrum, & Martinianum, & Iohannem, & Pargorium, & Maximum presbyteros & patres monachorum & eos qui cum ipsis erant solitariam vitam exercentes, ita dicit:

Iam quidem & sancta Synodus Ephesi secundum Dei voluntatem congregata, contra Nestorianam perfidiam iusta & subtili prolata sententia, & aliorum vaniloquia, qui vel postea futuri sunt, vel iam fuerunt, eadem illi sapientes, & dicere vel scribere tale aliquid presumentes, vna cum ipso condemnauit, æqualem condemnationem eis imponens. Consequens enim erat, vno semel profuis tam profanis vaniloquijs condemnato, non contra vnum tantum venire, sed (vt ita dicam) contra omnem eorum hæresin siue calumniam, quam fecerunt contra pia Ecclesiæ dogmata, duos colentes filios, & diuidentes indiuiduum, & anthropolatricæ crimen inferentes celo & terræ. Adorat enim nobiscum supernorum spirituum sancta multitudo vnum Dominum IESVM CHRISTVM. Sed etiam Augustini religiosæ memoriæ, qui inter Africanos Episcopos splenduit, diuersæ Epistolæ recitatæ sunt, significantes quod oportet hæreticos & post mortem anathematizari. Talem autem Ecclesiasticam traditionem, & alij Africani reuerendissimi Episcopi seruauerunt: sed & Romana sancta Ecclesia quosdam Episcopos & post mortem anathematizauit, licet pro fide in vita sua non essent accusati: & vtrunque apud nos habita gesta significant. Sed quoniam euidentissimè veritatem impugnantes Theodori & ipsius impietatis discipuli, quædam verba sanctæ memoriæ Cyrilli & Procli proferre conantur, quasi pro Theodoro scripta, oportunitatem est propositis aptare verba prophete, dicentis: quia rectæ sunt viæ Domini, & iusti ambulant in eis: impij autem infirmabuntur in eis. Nam & isti male excipientes ea, quæ benè & opportunè à sanctis istis patribus scripta sunt, & excusantes excusationes in peccatis, hæc verba proferunt. Apparent enim patres non liberantes anathemate Theodorum, sed dispensatiuè talibus quibusdam

vtentes

vtentes verbis propter defensores Nestorij & eius impietatis, vt ab huiusmodi errore eos abstrahentes, ad perfectum deducerent, & docerent non solum discipulum impietatis Nestorium addicere, sed etiam doctorem eius Theodorum. Itaque & in ipsis dispensationis verbis suam patres intentionem ostendunt de eo, quod oportet anathematizari Theodorum, sicut per plurima in gestis apud nos habitis demonstratum est ex his, quæ ad condemnationem Theodori & eius impietatis Cyrillus & Proclus sanctæ memoriæ scripserunt. Et talem dispensationem in diuina scriptura est inuenire: ad hoc & Paulus Apostolus in principio prædicationis fecisse ostenditur, propter eos, qui ex Hebræis erant, Timotheum circuncidens, vt per hanc dispensationem & cõdescensionem ad perfectum eos deduceret. Vnde postea interdicens circuncisionem, ad Galatas ita scripsit: Ecce ego Paulus dico vobis, quod si circuncidimini, Christus vobis nihil prodest. Inuenimus autem & illud, quod solent hæretici facere, & à Theodori defensoribus factum. Quædam enim ex his, quæ sancti patres scripserunt, circuncidentes, quædam verò falsa ex semetipsis componentes & confingentes, Cyrilli sanctæ memoriæ Epistola conabantur quasi ex testimonio patrum prædictum impium Theodorum anathemate liberare: in quibus & ipsis veritas demonstrata est, his quidem quæ circuncidantur, per sequentiam anteriorum & posteriorum perlectis, mendacio autem falsitatis per collationem eorum, quæ vera erant, per omnia conuicta. In omnibus autem istis, qui talia vana loquuntur, secundum quod scriptum est, confidunt falsis, & loquuntur vana: quia concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem, telam aranæ textentes. His ita de Theodoro & eius impietate discussis, pauca & ex his, quæ impiè à Theodoro conscripta sunt contra rectam fidem, & duodecim Capitula sancti Cyrilli, & contra Ephesinam primam Synodum, necnon quædam ad defensionem Theodori & Nestorij impiorum ab eo conscripta, ad satisfactionem legentium in gestis apud nos confectis recitari & inseri perspeximus, vt sciant omnes, quod iuste isti eijciuntur & anathematizantur. Tertio loco Epistola, quam dicitur Ibas ad Marim Persam scripsisse, ad examinationem proposita, necessarium esse perspeximus & eam recitari. Statim igitur ex ipsa lectione impietas ei inserta omnibus manifestata est: & oporteret quidem, vsque ad hoc quæstione facta, condemnationem & anathematismum prædictorum trium capitulorum facere: sed quia Theodori & Nestorij impiorum defensores alio modo machinabantur confirmare eorum personas & impietatem, & dicebant istam impiam Epistolam, quæ laudat & defendit Theodorum

Act. 16.

Gala. 5.

Hæretici prauè citant scripta Patrum.

Esa. 59.

TOM. 2.

& Nestorium, & eorum impietatem, susceptam esse à sancto Chalcedonensi Concilio, necessarium esse putauimus per omnia ostendere, liberam esse sanctam Synodum ab impietate, quæ in Epistola continetur, eò quod qui talia dicunt, non fauore sancti Concilij hoc faciunt, sed vt per eius nomen suam impietatem confirmarent. Et ostendebatur in gestis, quod & anterioribus temporibus accusatus est Ibas propter eandem impietatem, quæ & in Epistola continetur: Primò quidem apud Proclum sanctæ memoriæ Episcopum Constantinopolitanum, postea verò apud Theodosium piæ recordationis, & Flavianum, qui post Proclum Episcopus ordinatus est, qui & causæ examinationem delegauerunt Photio Episcopo Tyri, & Eustathio Episcopo Berytiorum ciuitatis. Postea verò inculpatus idem Ibas, ab episcopatu deiectus est. His ita subsecutis, quomodo presumit aliquid dicere, ista impia Epistola susceptam esse à sancto Chalcedonensi concilio, eamque per oia secuta esse sanctum Chalcedonense Concilium? Tamen nè quæcunque remaneret occasio eis, quæ tales calunias applicari perspeximus ea, quæ apud sanctas Synodos, Ephesinam primam & Chalcedonensem, pro Epistolis sanctæ memoriæ Cyrilli, & religiosæ memoriæ Papæ antiquioris Romæ Leonis mota sunt. Et cum ex his accepissemus, quod non aliter oportet suscipi, quæ ab aliquo scribuntur, nisi prius rectæ fidei sanctorum patrum consonare demonstretur, interlocuti sumus recitari & definitio-nem, quæ de fide expolita est à sancto Chalcedonensi Concilio, vt conferantur quæ in Epistola & quæ in definitione continentur. Quo factò, demonstratum est contrariam per omnia Epistolam esse his, quæ definitione consonat his, quæ iudicata sunt pro vna eademque fide, tam à trecentis decem & octo sanctis patribus, quam à centum quinquaginta, & his qui prius Ephesi conuenerunt. Impia autem Epistola illa cõtinet, quæ Theodorus & Nestorius hæretici blasphemaerunt, & defendit eos, & doctores sibi adscribit: sanctos autem patres hæreticos vocat. Et illud autem omnibus facimus manifestum, quod nec partes interlocutionum vnius vel secundi, quibus vtuntur Theodori & Nestorij sequaces, præterire sustinimus, sed & istis & alijs omnibus interlocutionibus in medio prolatis, & his quæ eis continentur consideratis, inuenimus quod non aliter passi sunt prædictum Ibas suscipere, priusquam exegissent eum Nestorium & impia eius dogmata, quæ in Epistola vindicantur, anathematizare. Et hoc fecerunt tam alij religiosi Episcopi prædicti sancti Concilij, quam illi duo, quorum interlocutionibus quidam vt conantur. Hoc enim & in

Ea sola scribitur, quæ Patribus sunt consona.

DDD 3 The-

Impudens
hæreticorū
calumnia.
2. Cor. 6.

Synodus
anathemate
plectit The
odorum, &
scripta que
dam Theo
doritū, &
Ibæ episto
lam.

Anathema
tizant eti
am horum
defensores,
&c.

Matth. 16.
Portæ infe
ri, linguæ
hæreticorū.
Olea 2.

Theodorito obseruauerunt, & exegerunt cum anathematizare ea, pro quibus accusabatur. Si igitur Ibam non alio modo suscipere sustinissent, nisi impietatem, quæ in Epistola continetur, condemnasset, & subscripsisset definitioni, quæ pro fide à sancto Concilio data est, quomodo conantur dicere, susceptam esse impiam Epistolam ab eodem sancto Concilio? Quæ enim, ut verè dicamus, participatio est iustitiæ & iniquitatis? Et quæ societas est luci cum tenebris? Quæ autem conuentio est Christi cum Belial? Aut quæ pars est fidei cum infideli? Quæ autem est commixtio templo Dei cum idolis? Reperitis igitur omnibus, quæ apud nos acta sunt, iterum confitemur, quod suscipimus sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Cōstantinopolitanam, Ephesinam primam, & Chalcedonensem, quæ pro vna eademq; fide definiuerunt, prædicauimus & prædicamus. Eos autem, qui hæc non suscipiunt, alienos Catholicae Ecclesiæ iudicamus. Condemnamus autem & anathematizamus vnā cum omnibus alijs Hæreticis, q̄ condemnati & anathematizati sunt à p̄dictis sanctis quatuor concilijs, & à sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, & Theodorū, qui Mopsuestiæ Episcopus fuit, & impia eius conscripta, & quæ impiè Theodoritus conscripsit contra rectam fidem, & contra duodecim capitula sancti Cyrilli, & contra Ephesinam primam Synodum, & quæ ad defensionem Theodori & Nestorij ab eo scripta sunt. Super hæc anathematizamus & impiam Epistolam, quam dicitur Ibam ad Marim Perfam scripsisse, quæ denegat DEVM verbum de sancta DEI genitrice & semper virgine Maria incarnatum, hominem factum esse, & sanctæ memoriæ Cyrillum, qui rectè docuit, tanquam hæreticum & similiter Apollinario scribentem, criminatur: & inculpat quidem Ephesinam primam Synodum, tanquam sine examinatione & questione Nestorio ab ea deposito, & duodecim sancti Cyrilli capitula impia & contraria rectæ fidei vocari: defendit autem Theodorum & Nestorium, & impia eorum dogmata & conscripta. Prædicta igitur tria capitula anathematizamus, id est, Theodorum impium Mopsuestenum, cum nefandis eius conscriptis, & quæ impiè Theodoritus conscripsit, & impiam Epistolam, quæ dicitur Ibæ, & defensores eorum, & qui scripserunt vel scribunt ad defensionem eorum, vel recta eadē dicere præsumunt, vel omnino impietatem eorum nomine sanctorum patrum, aut sancti Chalcedonensis Concilij defendunt, aut defendere conantur. His ita cum omni subtilitate dispositis, in memoria tenentes promissiones de sancta Ecclesia factas, & qui dixit, quod portæ inferni non præualebunt aduersus eam, id est, hæreticorum mortiferæ linguæ: recordantes autem

& quæ per Oseam de ea prophetata sunt, in quibus dicit, Et sponsabo te mihi in fide, & cognosces Dominum: hæreticorum quidem effrenatas linguas, & eorum impiissima conscripta & eosdem ipsos hæreticos, qui vsque ad mortem in sua impietate permanserunt, patri mendacij diabolo connumerantes, illis dicemus: Ecce omnes vos ignem accenditis, & cōualescere facitis flammam ignis: ambulabitis in lumine ignis vestri, & per flammam quam accenditis. Nos autem mandatum habentes, per doctrinam rectam exhortari populum, & loqui in cor Hierusalem, id est, DEI Ecclesiam, meritò seminare quidem in iustitia festinamus, vindemiantes fructum vitæ, & illuminantes nobis ipsis lumen scientiæ ex diuinis scripturis & patrū doctrina, necessariū esse putauimus capitulis cōprehendere & p̄dicationē veritatis, & hæreticorum, nec non eorū impietatis condemnationem. Si quis non confitetur patri & filij & spiritūs sancti vnā naturam siue substantiam, & vnā virtutem & potestatem, Trinitatem consubstantialitem, vnā Deitatem in tribus subsistentijs siue personis adorandam, talis anathema sit. Vnus enim DEVS & pater, ex quo omnia: & vnus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & vnus spiritus sanctus, in quo omnia. Si quis non confitetur DEI verbi duas esse natiuitates, vnā quidem ante secula ex patre sine tempore incorporaliter, alteram verò in vltimis diebus eiusdem ipsius, qui de cælis descendit, & incarnatus de sancta gloriosa Dei genitrice & semper virgine Maria, natus est ex ipsa, talis anathema sit. Si quis dicit alium esse Deum verbum, qui miracula fecit, & alium CHRISTVM, qui passus est, vel Deum verbum cum Christo esse nascente de muliere vel in ipso esse vt alterum in altero, & non vnū eundemq; Dominum nostrum IESVM Christum, Dei verbum incarnatum, & hominem factum, & eiusdem ipsius miracula & passiones, quas volūtariè carne sustinuit, talis anathema sit. Si quis dicit, secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum æqualitatem honoris, vel secundum auctoritatem, aut relationem, aut affectum, aut virtutem vnitionem Dei verbi ad hominem factam esse, vel secundum bonam voluntatem, quasi quoddam placuit DEO verbo homo, eò quod bene visum est ei de ipso, sicut Theodorus infans dicit: vel secundum homonymiam, per quam Nestoriani Deum verbum filium & Christum vocantes, & hominē separatim Christū & filiū nominantes, & duas personas euidenter dicentes, p̄ solā nominationē, & honorē, & dignitatem, & adorationē, vnā personā, & vnū filium, & vnū Christum confingunt dicere: sed non confitentur vnitatem DEI verbi ad carnem

Tit. 1.
Esa. 40.

Olea 101

1. Cor. 8.

II

III

III

carnem animatam anima rationabili & intellectu, secundum compositionem siue secundum subsistentiam factam esse, sicut sancti patres docuerunt, & id eò vnā eius subsistentiam cōpositam, qui est Dominus noster Iesus Christus, vnus de sancta Trinitate, talis anathema sit. Cū enim multis modis vnitas intelligitur, qui impietatem Apollinarij & Eutychetis sequuntur, interemptionem eorum que conuenerunt, colentes, vnitionem secundum cōfusionem dicunt: Theodori autem & Nestorij sequaces, diuisione gaudentes, affectualem vnitatem introducunt. Sancta DEI Ecclesia vtriusque perfidiæ impietatem reiiciens, vnitionem DEI verbi ad carnem secundum compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Vnitio enim per compositionem in mysterio Christi non solum inconfusè ea, que cōueniunt, conseruat, sed nec diuisionē suscipit. Si quis vnā subsistentiam Domini nostri Iesu Christi sic intelligit, tanquam suscipientem plurimarum subsistentiarum significationem, & per hoc introducere conatur in mysterio Christi duas subsistentias seu duas personas, & duarum personarum quas introducit, vnā personam dicit secundum dignitatem, & honorem, & adorationē, sicut Theodorus & Nestorius infantes cōscripserunt, & calumniatur sanctam Chalcedonensem synodum, tanquam secundum istum impium intellectum vnus subsistentiæ vtenem vocabulo, sed non confitetur Dei verbum carni secundum subsistentiam vnitum esse, & propter hoc vnā eius subsistentiam seu vnā personam, & sic & sanctum Chalcedonense Concilium vnā subsistentiam Domini nostri Iesu Christi confessum esse, talis anathema sit. Nec enim adiectionē personæ vel subsistentiæ suscepit sancta Trinitas, ex incarnato vno de sancta Trinitate deo verbo. Si quis abusiue & non verè Dei genitricē dicit sanctam gloriosam semper virginē Mariam, vel secundum relationem, quasi homine puro nato, sed non Deo verbo incarnato & nato ex ipsa, referenda autem, sicut illi dicunt hominis natiuitate ad Deum verbum, eò quod cum homine erat nascente, & calumniatur sanctam Chalcedonensem synodū, tanquam secundum istum impium intellectum, quem Theodorus execrandus adinuenit, Dei genitricem virginem dicentem, vel qui hominis genitricē vocat aut Christotocōn, id est, Christi genitricem, tanq̄ si Christus Deus non esset, & nō propriè & verè Dei genitricem ipsam confitetur, eò quod ipse, qui ante secula ex patre natus est Deus verbum, in vltimis diebus ex ipsa incarnatus & natus est, & sic piè & sanctam Chalcedonensem synodum Dei genitricem eam esse confessam, talis anathema sit.

Si quis in duabus naturis dicens, non vt in Deitate & humanitate, vnū Dominum nostrum Iesum Christum cognosci confitetur, vt per hoc significet differentiam naturarum, in quibus inconfusè ineffabilis vnitio facta est, neq; Deo verbo in carnis naturam transmutato, neque carne in verbi naturam transducta, (manet enim vtrunq; hoc quod est natura, etiā facta vnitate secundum subsistentiam) sed pro diuisione per partem talē excipit vocem in mysterio Christi, vel numerum naturarum confitendo in eodem Domino nostro Iesu Christo, Deo verbo incarnato, non intellectu tantummodo differentiam excipit earum, ex quibus & cōpositus est, non interemptam propter vnitatem, (vnus enim ex vtroque, & per vnū vtraq; sed in hoc numero vtitur, vt separatim vnaquaque natura suam habente subsistentiam, talis anathema sit. Si quis ex duabus naturis deitatis & humanitatis confitens vnitatem factam esse, vel vnā naturam Dei verbi incarnatam dicens, non sic ea excipit, sicut patres docuerunt, q̄ ex diuina natura & humana vnitione secundum subsistentiam facta, vnus Christus effectus est, sed ex talibus vocibus vnā naturā siue substantiam Deitatis & carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit. Secundum subsistentiam enim dicentes vnigenitū Deum verbum carni vnitum esse, non cōfusionem aliquam naturarum in se inuicem factam esse dicimus, sed magis p̄manente vtraque hoc quod est, vnitum esse carni Deū verbum intelligimus. Propter quod & vnus est Christus, Deus & homo, idem ipse consubstantialis patri secundum deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse secundum humanitatem. Aequaliter enim & eos qui per partem diuidunt vel incidunt, & eos qui confundunt diuinæ dispensationis mysterium Christi, reiicit & anathematizat Dei ecclesia. Si quis in duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duas adorationes introducūt, separatim Deo verbo, & separatim homini: vel si quis ad interemptionem vel ad confusionem deitatis & humanitatis, vnā naturā siue substantiam eorum, que conuenerunt, introducens, sic Christū adorat, sed non vna adoratione Deum verbum incarnatum cum propria ipsius carne adorat, sicut ab initio Dei ecclesiæ traditum est, talis anathema sit. Si quis non confitetur Dominum nostrū Iesum Christū, qui crucifixus est carne, Deum esse verum, & Dominum gloriæ, & vnū de sancta Trinitate, talis anathema sit. Si quis non anathematizat Arrium, Euenomium, Macedonium, Apollinarianum, Nestorium, Eutychem, Origenē cum impijs eorum conscriptis, & alios omnes hæreticos, q̄ condemnati & anathematizati sunt à sancta catholica & Apostolica Ecclesia, & à p̄dictis sanctis quatuor Concilijs, & eos qui similia

VII.

IX.

X.

XI.

prædictis hæreticis sapuerunt vel sapiunt, & vsque ad mortem in sua impietate permanserunt vel permanent, talis anathema sit.

XII. Si quis defendit impium Theodorū Mopsuestenum, qui dixit alium esse Deum verbum, & alium Christum, à passionibus animæ & desiderijs carnis molestias patientem, & à deterioribus paulatim recedentem, & sic ex profectu operum melioratum, & à * conuersione immaculatum factum, & tanquam purum hominem baptizatum esse in nomine patris & filij & spiritus sancti, & per baptismum sancti spiritus gratiam accepisse, & filiationem meruisse, & ad similitudinem Imperialis imaginis in persona Dei verbi adorari, & post resurrectionem immutabilem cogitationibus & impeccabilem omninò factū fuisse. Et iterum dixit idem impius Theodorus, talem factam esse vnitionem DEI verbi ad Christum, qualem dixit Apostolus de viro & muliere, Erunt duo in carne vna. Et sup alias innumerabiles blasphemias, ausus est dicere, quòd post resurrectionem cum infusisset Dominus discipulis, & dixisset, Accipite spiritum sanctum, non dedit eis spiritum sanctum, sed figuratim tantummodò infusit. Iste enim & confessionem quam fecit Thomas, cum palpasset manus & latus Domini post resurrectionem, dicens, Dominus meus & Deus meus, inquit non esse dictum à Thoma de Christo. Nec enim dicit Theodorus Deum esse Christum, sed ad miraculū resurrectionis stupefactum Thomam glorificasse Deum, qui Christum resuscitauit. Et quod peius est, etià in interpretatione, quā in Actus apostolorū scripsit Theodorus, similem fecit Christum Platoni, & Manichæo, & Epicuro, & Marcioni, dicens, quòd sicut illorum vnusquisque ex dogmate, quòd inuenit, suos discipulos fecit vocari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Marcionistas: simili modo & cum Christus dogma inuenisset, ex ipso Christianos vocari.

Ephes. 5.

Iohan. 20.

Ibid.

Si quis igitur defendit prædictum impium Theodorum, & impia eius conscripta, in quibus tam prædictas, quàm alias innumerabiles blasphemias effudit contra magnū Deū & saluatorem Iesum Christum, & non anathematizat eum, & impia eius conscripta, & omnes qui suscipiunt vel defendunt eum, & dicunt orthodoxè eum exposuisse, & q scripserunt pro eo, & eadem illi sapuerunt, vel scribunt pro eo, vel impijs eius conscriptis, & eos qui similia illi sapiunt, vel aliquandò sapuerunt, & vsque ad mortem permanserunt vel permanent in tali impietate, talis anathema sit.

XIII. Si quis defendit impia Theodoriti conscripta, quæ contra rectam fidem, & contra primam Ephesinam sanctam synodū, & sanctum Cyrillū & duodecim eius capitula exposuit, & omnia quæ conscripsit pro Theodoro & Nestorio impijs, & pro alijs qui ca-

TOM. 2.

dem prædictis Theodoro & Nestorio sapuerunt, defendens eos & eorum impietatem, & propter hoc impios vocans doctores Ecclesiæ, qui vnitatem secundum subsistentiam DEI verbi ad carnem continentur, & non anathematizat ea, & eos qui similia eis sapuerunt vel sapiunt, insuper autem & omnes, q scripserunt contra rectam fidem & sanctum Cyrillum & duodecim eius capitula, & vsq; ad mortem in tali impietate permanserunt, talis anathema sit.

Si quis defendit epistolam, quam dicitur Ibas ad Marim Persam hæreticum scripsisse, quæ abnegat quidem Deum verbum de sancta Dei genitrice & semper virgine Maria incarnatum, hominem factum esse, dicit autem purum hominem ex ipsa natum esse, quem templum vocat, vt alius sit Deus verbum, & alius homo, & sanctum Cyrillum, qui rectam fidem Christianorum prædicauit, tanquam hæreticū, & similiter Apollinario impio scripsisse criminatur, & inculpat primam Ephesinam sanctam synodum, tanquam sine examinatione & quæstione Nestorium condemnantem, & duodecim capitula sancti Cyrilli impia & contraria rectæ fidei vocat eadem impia epistola, & defendit Theodorū, & Nestorium, & impia eorū dogmata & conscripta. Si quis igitur memoratam impiam epistolā defendit, & nō anathematizat eam, & defensores eius, & eos qui dicunt eam rectam esse, vel partem eius, & eos qui scripserunt, vel scribunt pro ea, vel pro impietate q in ea continetur, & præsumit eam defendere, vel insertam ei impietatem nomine sanctorum patrum, vel sancti Chalcedonensis concilij, & in his vsque ad mortem permanent, talis anathema sit.

Cum igitur hæc ita rectè confessi sumus, quæ tradita nobis sunt tam à diuinis scripturis, quàm à sanctorum patrū doctrina, & ab his, quæ definita sunt de vna eademq; fide à prædictis sanctis quatuor Concilijs, facta autem nobis & condemnatione contra hereticos & eorum impietatem, nec non etià contra eos, qui defenderunt vel defendunt prædicta impia tria capitula, & permanserunt in suo errore, vel qui permanent: si quis conatus fuerit contra hæc, quæ piè disposuimus, vel tradere, vel docere, vel scribere, si quidem episcopus, vel clericus sit, iste tanquam aliena à sacerdotibus & statu Ecclesiastico faciens, denudabitur episcopatu vel clericatu: si autem monachus, vel laicus sit, anathematizabitur.

Euty chius, misericordia Dei episcopus Constantinopoleos nouæ Romæ, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, condemnno, & anathematizo super alios hereticos & impia eorum conscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vnà cum impijs eius conscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus conscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibas, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

XIII.

sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, condemnno & anathematizo super alios hereticos & impia eorum conscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vnà cum impijs eius conscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus conscripsit, sicut prædictum est, & impiam Epistolam, quæ dicitur Ibas, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Apollinarius, misericordia Dei episcopus Alexandriae, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, condemnno & anathematizo super alios hereticos & impia eorum conscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vnà cum impijs eius conscriptis, & oia quæ impiè Theodoritus conscripsit, sicut prædictum est, & impiam Epistolam, quæ dicitur Ibas, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Domninus, misericordia Dei episcopus Theopolitanae ciuitatis, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, vt omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, condemnno & anathematizo super alios hereticos & impia eorum conscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vnà cum eius impijs conscriptis, & omnia, quæ impiè Theodoritus conscripsit, sicut prædictum est, & impiam Epistolam, quæ dicitur Ibas, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Stephanus, misericordia Dei episcopus Rapheoranæ ciuitatis, vicem agens Eustochij sanctissimi patriarchæ Hierosolymitanæ ciuitatis, vnà cum Georgio & Damiano religiosissimis episcopis, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, condemnno, & anathematizo super alios hereticos & impia eorum conscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vnà cum impijs eius conscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus conscripsit, sicut prædictum est, & impiam Epistolam, quæ dicitur Ibas, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

TOM. 2.

erunt & sapiunt, & subscripsi.

Georgius, misericordia Dei episcopus Tiberiadis, agens vicem Eustochij sanctissimi patriarchæ Hierosolymitanæ ciuitatis, vnà cum Stephano & Damiano religiosissimis episcopis, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, condemnno & anathematizo super alios hereticos, & impia eorum conscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vnà cum impijs eius conscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus conscripsit, sicut prædictum est, & impiam Epistolam, quæ dicitur Ibas, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Damianus, misericordia Dei episcopus Sozytanæ ciuitatis, agens vicem Eustochij sanctissimi patriarchæ Hierosolymitanæ ciuitatis, vnà cum Stephano & Georgio religiosissimis episcopis, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, condemnno & anathematizo super alios hereticos & impia eorum conscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vnà cum impijs eius conscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus conscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibas, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Benignus, misericordia Dei episcopus Heraclætanæ ciuitatis, quæ est primæ Macedoniae, agens vicem Eliæ sanctissimi Archiepiscopi Thessalonicensium ciuitatis, tam pro illo, quàm etià pro me decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra Capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, condemnno & anathematizo super alios hereticos & impia eorum conscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vnà cum impijs eius conscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus conscripsit, sicut prædictum est, & impiam Epistolam, quæ dicitur Ibas, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Theo.

Theodorus, misericordia Dei episcopus Cæsareæ primæ Cappadociæ, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, cōdemno & anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibæ, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Andreas, gratia Christi episcopus Ephesi, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, cōdemno & anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia, quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibæ, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Sextilianus, misericordia Dei episcopus Ecclesiæ catholicæ Tunienfis, agens vicem Primosi archiepiscopi Carthaginis, totiusque Concilij prouinciæ proconsularis, tam pro illo vel illis, quam pro meipso decreui, quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, cōdemno & anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibæ, & qui similia eis sapuerunt vel sapiunt, & subscripsi.

Megethius, gratia Dei episcopus sanctæ DEI catholicæ Ecclesiæ ciuitatis Heraclææ Thraciæ, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, cōdemno &

TOM. 2.

anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibæ, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Anastasius, misericordia Dei episcopus Tabianensium ciuitatis, agens vicem Dorothei religiosissimi episcopi Ancyranorum metropoleos, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, cōdemno & anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibæ, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Iohannes, misericordia Dei episcopus Illiorum ciuitatis, agens vicem Euprepij religiosissimi episcopi Cyzicenorum metropoleos, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens sicut supra scriptum est, cōdemno & anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia, quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibæ, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Eusebius, misericordia Dei Episcopus Tyrionum metropoleos, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, cōdemno & anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibæ, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Iohannes, humilis episcopus Nicomedien-
cium

ensium metropoleos, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, cōdemno & anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibæ, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Stephanus, misericordia Dei episcopus Nicenorum metropoleos, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, cōdemno & anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibæ, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Constantinus, misericordia Dei episcopus sanctæ Dei ecclesiæ Chalcedonensium metropolitane ciuitatis, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, cōdemno & anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur Ibæ, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Petrus, misericordia Dei episcopus Tarsi metropolitane ciuitatis, decreui quæ proposita sunt, & confitens sic habere, sicut omnia supra capitula & dogmata continent, & suscipiens sanctas quatuor Synodos, id est, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, & quæ ab ipsis de vna eademque fide definita sunt, & in his omnibus permanens, sicut supra scriptum est, cōdemno, & anathematizo super alios hæreticos & impia eorum cōscripta, Theodorum impium, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, vna cum impijs eius cōscriptis, & omnia quæ impiè Theodoritus cōscripsit, sicut prædictum est, & impiam epistolam, quæ dicitur

TOM. 2.

Ibæ, & qui similia eis sapuerunt & sapiunt, & subscripsi.

Iohannes, misericordia Dei episcopus Cucusenorum ciuitatis, agens vicem Palladij religiosissimi episcopi Melitenorum metropoleos, similiter.

Iohannes, misericordia Dei episcopus Cæsareæ Palæstinae, similiter.

Pompeianus, misericordia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ ciuitatis Victoriænæ prouinciæ Byzacena, similiter.

Amazonius, gratia Christi episcopus Edesenorum metropolitane ciuitatis, similiter.

Alexander, misericordia Dei episcopus Grangrenorum metropoleos, similiter.

Thomas, misericordia Dei episcopus Apamenorum metropolitane ciuitatis, similiter.

Euphrantas, misericordia Dei episcopus Tyanensium metropoleos, similiter.

Theodorus, misericordia Dei episcopus hieropolitanorum apud Euphratem metropoleos, similiter.

Bosphorius, patientia Dei episcopus Neocæsareensium metropoleos, similiter.

Iohannes, misericordia Dei episcopus Bostrenorum metropoleos, similiter.

Philippus, misericordia Dei episcopus Myrensiū metropoleos Lydiæ prouinciæ, similiter.

Theodotus, misericordia Dei episcopus Seleucensium apud Isauros metropoleos, similiter.

Iulianus, misericordia Dei episcopus Sardinianorum metropoleos Lydiæ prouinciæ, similiter.

Theodorus, misericordia Dei episcopus Gortynæ, quæ est metropolis Cretensium prouinciæ, similiter.

Eustathius, misericordia Dei episcopus Damasci metropolitane ciuitatis, similiter.

Theodosius, misericordia Dei episcopus Rhodiorum metropoleos, similiter.

Theodorus, misericordia Dei episcopus Antiocheniū metropoleos Pisidiæ prouinciæ, similiter.

Eulogius, misericordia Dei episcopus Pergenorum metropolitane ciuitatis Pamphylia prouinciæ, similiter.

Cyriacus, misericordia Dei episcopus Amydenorum metropoleos, similiter.

Seuerianus, misericordia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ ciuitatis Aphrodisiadis Carrensiū prouinciæ, similiter.

Seuerus, misericordia Dei episcopus Synnadeniū metropoleos Phrygiæ Salutariæ prouinciæ, similiter.

Petrus, misericordia Dei episcopus Sidetanorum metropoleos Paphlasiæ prouinciæ, similiter.

Abrahamus, misericordia Dei episcopus Sergiopoleos metropolitane ciuitatis, similiter.

Asignius, misericordia Dei episcopus Traopolitanorum ciuitatis, agens vicem Iohannis religiosissimi episcopi Laodicensiū metropoleos Phrygiæ Pacatiæ prouinciæ, similiter.

Iohannes, gratia Christi episcopus Adria-

nopo-

*Thraciae nopolitanorum metropoleos & eminentiorum prouincia, similiter.
 Iohannes, misericordia Dei episcopus Maronitanorum metropoleos Rhodię prouincia, similiter.
 Theodosius, misericordia Dei episcopus Iustinianopolitanorum metropoleos secundae Cappadocum prouincia, similiter.
 Stephanus, misericordia Dei episcopus Laodiceae metropoleos Theodorianorum prouincia, similiter.
 Auxanon, misericordia DEI episcopus Hierapolitanorum metropoleos, similiter.
 Eustathius, misericordia Dei episcopus Maximianopolitanorum metropoleos, similiter.
 Paulus, misericordia Dei episcopus Aemorum metropoleos Rhodopię prouincię, similiter.
 Dometius, misericordia Dei episcopus Chalcidensium ciuitatis, similiter.
 Aetherius, misericordia Dei episcopus Anazarbensium siue Iustinianopolitanorum metropoleos, similiter.
 Valerianus, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae catholice ciuitatis Obbae prouincia proconsularis, similiter.
 Dionysius, misericordia Dei episcopus Seleucia ciuitatis, similiter.
 Theodorus, misericordia Dei episcopus Dryziparenorum metropoleos, similiter.
 Seuerus, misericordia Dei episcopus Pompeiopolitanorum ciuitatis Paphlagoniae prouincia, similiter.
 Georgius, misericordia Dei episcopus nouae Iustinianae Cypselitanorum ciuitatis, similiter.
 Crefcus, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae catholice Cuiculitanae prouincia Numidia, similiter.
 Romanus, misericordia Dei episcopus Gabalorum, similiter.
 Gregorius, misericordia Dei episcopus Iustinianopolitanorum ciuitatis magnae Armeniae prouincia, similiter.
 Iohannes, misericordia Dei episcopus Nyfseorum ciuitatis, similiter.
 Basilus, misericordia Dei episcopus nouae Iustinianae Camulianensium, similiter.
 Iohannes, misericordia Dei episcopus Iustinianopolitanorum siue Barcusenae ciuitatis, similiter.
 Sergius, misericordia Dei episcopus nouae Iustinianae secundae Aegyptiorum, similiter.
 Christophorus, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae Archadiopoleos Asiae prouincia, similiter.
 Stephanus, misericordia Dei episcopus Clysmatis, similiter.
 Theodosius, misericordia Dei episcopus Byblierum ciuitatis, similiter.
 Leontius, misericordia Dei episcopus Armeniae, similiter.
 Iohannes, misericordia DEI episcopus

TOM. 2.

Myrines prouincia Asiae, similiter.
 Alexander, episcopus Amphipoleos prima Armeniae, similiter.
 Thomas, gratia Christi episcopus sanctae ecclesiae Berisforum ciuitatis, similiter.
 Theodorus, misericordia Dei episcopus Leontopoleos, similiter.
 Aemilianus, misericordia Dei episcopus Antipyrgi ciuitatis, similiter.
 Aristodemus, misericordia Dei episcopus Philomelensium ciuitatis, similiter.
 Thallelegus, misericordia Dei episcopus Adrianopolitanorum Pisdie prouincia, similiter.
 Theodotus, misericordia Dei episcopus Erythron ciuitatis prouincia Asiae, similiter.
 Diogenianus, misericordia Dei episcopus Sozopolitanorum ciuitatis Pisdie prouincia, similiter.
 Bassus, misericordia Dei episcopus Thamiatheos, similiter.
 Anatolius, misericordia Dei episcopus Cyngorum ciuitatis prouincia Asiae, similiter.
 Conon, humilis episcopus Magoedenis ciuitatis Pamphylie prouincię, similiter.
 Diogenes, misericordia Dei episcopus Cratianorum ciuitatis, similiter.
 Theodotus, humilis episcopus Prusa ciuitatis, similiter.
 Georgius, misericordia DEI episcopus Ptolemaidis, similiter.
 Elias, misericordia Dei episcopus Diocletianopoleos, similiter.
 Theonas, misericordia Dei episcopus Cufstanorum ciuitatis, similiter.
 Theodorus, misericordia Dei episcopus Lymirensium ciuitatis Lyciae prouincia, similiter.
 Zosimus, misericordia Dei episcopus Antandrensiū ciuitatis, similiter.
 Asyncretius, misericordia Dei episcopus Aradorum ciuitatis, similiter.
 Stephanus, misericordia Dei episcopus Botryenorum, similiter.
 Philippus, humilis episcopus Phellitanorum ciuitatis, similiter.
 Menas, misericordia Dei episcopus Myriangeli, similiter.
 Cyprianus, misericordia Dei episcopus Coryceotanorum ciuitatis, similiter.
 Restutus, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae catholice ciuitatis Mileon prouincia Numidia, similiter.
 Thomas, misericordia Dei episcopus Constantinorum ciuitatis Osroenorum prouincia, similiter.
 Theodorus, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae Helenopoleos, similiter.
 Seuerus, misericordia Dei episcopus Taborum, similiter.
 Theodotus, misericordia Dei episcopus Halicarnassensium ciuitatis Carie prouincia, similiter.

Tho-

Thomas, misericordia Dei episcopus Ciresij, similiter.
 Soterus, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae Aulonensium, similiter.
 Gennadius, misericordia Dei episcopus Zenonopolitanorum ciuitatis Pamphyliae prouincia, similiter.
 Cosmas, humilis episcopus Malleotianorum ciuitatis, similiter.
 Dionysius, misericordia Dei episcopus Megarensiū ciuitatis, similiter.
 Callinicus, misericordia Domini Christi episcopus Opuntiorum ciuitatis, similiter.
 Paschalius, misericordia Christi episcopus sanctae ecclesiae Aegij ciuitatis, similiter.
 Erasmus, misericordia Dei episcopus Cybiratanorum ciuitatis, similiter.
 Sergius, misericordia Dei episcopus Himeros, similiter.
 Iohannes, misericordia Dei episcopus Neocaesareae Euphratesis, similiter.
 Thallelaus, misericordia Dei episcopus Inidorum Pamphyliae prouincia, similiter.
 Cresconius, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae catholice municipij Zatarensis prouincia Numidia, similiter.
 Anatolius, humilis episcopus Sebastenorum ciuitatis, similiter.
 Nonnus, episcopus misericordia Dei Dauron, similiter.
 Stephanus, misericordia Dei episcopus Balaneotanorum, similiter.
 Victor, misericordia Dei episcopus catholice ecclesiae municipij Sinna prouincia proconsularis, similiter.
 Constantinus, misericordia Dei episcopus Midai, similiter.
 Macarius, misericordia Dei episcopus Prymnesiorum ciuitatis Phrygiae salutaris prouincia, similiter.
 Megalus, misericordia Dei episcopus Myrenorum ciuitatis Phrygiae salutaris prouincia, similiter.
 Genethlius, misericordia Dei episcopus Dorylaj, similiter.
 Crefciturus, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae catholice ciuitatis Boffae prouincia proconsularis, similiter.
 Niceta, misericordia Dei episcopus Epiphaniensium ciuitatis secundae Ciliciae prouincia, similiter.
 Alexander, misericordia Dei episcopus Dionysi ciuitatis, similiter.
 Pelagius, misericordia Dei episcopus Azanorum ciuitatis prouincię Phrygiae Pacatiana, similiter.
 Hieron, misericordia Dei episcopus Anastasiopolitanorum ciuitatis Phrygiae Pacatiana prouincia, similiter.
 Glaucus, misericordia Dei episcopus Alionorum ciuitatis Pacatiana prouincię, similiter.
 Procopius, misericordia Dei episcopus

TOM. 2.

sanctae ecclesiae Antenon Thebanae ciuitatis, similiter.
 Petrus, misericordia Dei episcopus Domitianopolitanorum ciuitatis Iauriae prouincię, similiter.
 Iohannes, misericordia Dei episcopus Colonenis siue Theodoriadis ciuitatis, similiter.
 Phronymus, misericordia Dei episcopus Simaitanorum Phrygiae Pacatiana prouincia, similiter.
 Iohannes, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae Dorostoli ciuitatis, similiter.
 Vranus, misericordia Dei episcopus Trallenorum ciuitatis Lydiae prouincię, similiter.
 Iohannes, misericordia Dei episcopus Cesarenorum ciuitatis Lydiae prouincię, similiter.
 Macedonius, misericordia Dei episcopus nouae Iustinianae Bithyniae prouincia, similiter.
 Ecdicius, misericordia Dei episcopus Tennesis, similiter.
 Eulogius, misericordia Dei episcopus Dabon ciuitatis, similiter.
 Theodorus, misericordia Dei episcopus Coradensium ciuitatis, similiter.
 Elpidophorus, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae Anastasiopoleos Cariae prouincia, similiter.
 Cyrion, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae Dadimorum, similiter.
 Theodorus, misericordia Dei episcopus Laodicensium ciuitatis, similiter.
 Silas, misericordia Dei episcopus Tiberiopolis Pacatiana prouincię, similiter.
 Megas, misericordia Dei episcopus Myrenorum ciuitatis, agens vicem Diogenis, religiofissimi episcopi Augustopolitanę ciuitatis, similiter.
 Theodorus, misericordia Dei episcopus Ingilon ciuitatis, similiter.
 Iulianus, misericordia Dei episcopus ciuitatis Zeugmatis, similiter.
 Dorymenes, misericordia Dei episcopus ciuitatis Adrao Arabiae prouincię, similiter.
 Iohannes, misericordia Dei episcopus Leri ciuitatis, similiter.
 Theodorus, misericordia Dei episcopus Comanensium ciuitatis secundae Armeniae prouincię, similiter.
 Rufinus, misericordia Dei episcopus Sebastianorum metropoleos, similiter.
 Conon, misericordia Dei episcopus Semneatanorum ciuitatis, similiter.
 Cyriacus, episcopus sanctae ecclesiae Casatanorum ciuitatis, similiter.
 Sifinnius, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae Preneti ciuitatis, similiter.
 Iulianus, misericordia Dei episcopus Bantnon ciuitatis, similiter.
 Anastasius, misericordia Dei episcopus Rachlenorum ciuitatis prouincia Tyriorum, similiter.
 Theodorus, misericordia Dei episcopus

EEE san-

sanctae ecclesiae Porthmi Graeciae prouinciae, similiter.

Paulus, misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae Stektorij ciuitatis Pentapoliticę regionis Phrygiae salutaris prouinciae, similiter.

Stephanus, misericordia Dei episcopus Amalensorum clarae metropoleos, similiter.

Paulus, misericordia Dei episcopus Adrafenorum ciuitatis, similiter.

Euander, humilis episcopus sanctae Dei ecclesiae Cnidi ciuitatis, similiter.

Menas, peccator & humilis episcopus Carpathorum insularum, similiter.

Eleusini, misericordia Dei episcopus Traianopolitanorum metropoleos Rhodopiae prouinciae, similiter.

Sabbatius, misericordia Dei episcopus Archadiopoleos, similiter.

Stephanus, misericordia Dei episcopus

metropoleos Iustinianae nouae siue Darasi, similiter.

Stephanus, misericordia Dei episcopus Chersonis, similiter.

Cyprianus, misericordia Dei episcopus Adrianotheron ciuitatis, similiter.

Iohannes, misericordia Dei episcopus Apamenorum ciuitatis Pisidiae prouinciae, similiter.

Leontius, misericordia Dei episcopus Amalensorum ciuitatis, similiter.

Theodorus, gratia Christi episcopus Byzienorum metropoleos, similiter.

Paulus, misericordia Dei episcopus Anchiali ciuitatis, similiter.

Conon, misericordia Dei episcopus Adrianitanae ciuitatis, similiter.

Explicit.

In hac synodo federunt episcopi CLXV.

DE V. SYNODIS OECVMENICIS, NICAENA, CONSTANTINOPOLITANA PRIMA, EPHESINA PRIMA, Chalcedonens, & Constantinopolitana secunda, quae est quinta vniuersalis synodus, sententia sanctissimi Pontificis Gregorij I. ex lib. I. Epistol. 24.

Rom. 10.
Dist. 15, Sic-
ut.



Reterea quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: sicut sancti Euangelij quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere & venerari me fateor: Nicenum scilicet, in quo peruersum Arrij dogma destruitur: Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur: Ephesinum etiam primum, in quo Nestorij impietas iudicatur: Chalcedonense vero, in quo Eutychetis Dioscorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio: quia in his, velut in quadrato lapide, sanctae fidei structura consurgit. Et cuiuslibet vitae atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiamsi lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet. Quintum quoque Concilium pariter veneror, in quo epistola, quae Ibae dicitur, erroris plena, reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantijs separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur, & in quo scripta quoque Theodoriti, per quae beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiae prolatae refutantur. Cunctas vero, quas praefata veneranda Concilia personas respuunt, respuo: quas venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se non illa destruit, quisquis praesumat aut soluere quos religant, aut ligare quos soluunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.

Quisquis vero praedictarum Synodorum fidem tenet, pax ei sit a Deo patre per Iesum Christum filium eius, qui cum eo vniuit & regnat consubstantialiter DEVS in vnitae spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

TOM. 1.

AVRE-

AVRELIANENSE

CONCILIVM SECVNDVM, CIRCA TEMPORA

Papae Vigiliij.

TITVLI CANONVM HVIVS

synodi prouincialis.

Vt nullus ad Concilium venire dissimulet. 1
Vt metropolitanus prouinciales ad Concilium vocet. 2

Vt nihil de ordinationibus accipiant. 3

Vt nullus sacerdotium pecunia appetat. 4

Vt nullus ad sepeliendum sacerdotem venire dissimulet. 5

Vt qui sepelit episcopum, descriptam domum ecclesiae relinquat. 6

De ordinatione metropolitanorum. 7

De captiuis diaconis, ne matrimonio copulentur. 8

Ne presbyter cum secularibus habitet. 9

Ne quis cum nouerca iungatur. 10

Ne infirmitate coniugium resoluatur. 11

Ne in lasciujs vota Deo reddantur. 12

Ne vllus praeter episcopum apostolia dare presumat. 13

De his, qui officium implere despiciunt. 14

De oblationibus interfectorum. 15

De his, qui literas aut baptizandi ordinem nesciunt. 16

De diaconissis, quae coniugio copulantur. 17

De iisdem, ne ordinentur. 18

Ne Christianus Iudaeam, aut Iudaeus Christianam accipiat. 19

De his, qui ad idolorum cibos transeunt, & suffocata praesumunt. 20

De contumacibus Abbatibus. 21

AVRELIANENSIS SECVN- di concilij canones.



VM ex praeeptione gloriosissimorum regum, in Aurelianensem urbem de obseruatione legis catholicae tractaturi, Deo auxiliante, conuenimus: ibique, quid de antiqis regulis, quid de nouis ambiguitatibus pro capto intelligentia, illuminatae Domino, senserimus, expressimus sigillatim: descriptisq; constitutionibus, quae (Deo propicio) in posterum sint obseruanda, ex veterum canonum auctoritate conscripsimus.

1 Id ergo est constitutum, vt nullus episcoporum, admonente metropolitano episcopo, nisi certa tædij causa detentus, ad concilium vel ordinationem sacerdotis venire penitus vlla excusatione detrectet.

2 Vt metropolitani singulis annis com-prouinciales suos ad concilium euocent.

3 Ne quis episcopus de quibuslibet causis, vel episcoporum ordinationibus, ceterorumq; clericorum aliquid praesumat accipere: quia sacerdotem, nefas est, cupiditatis venalitate corrumpi.

Matth. 10. a

TOM. 2.

4 Si quis sacerdotium per pecuniae multitudinem execrabili ambitione quaesierit, abijciatur vt reprobus: quia apostolica sententia donum dei esse praecipit pecuniae trutinam minime comparandum.

5 Nullus episcopus ad sepeliendum episcopum venire confecta occasione dissimulet, ne cuiuslibet corpusculum diutius inhumatum, negligentia interueniente, soluitur. Is vero episcopus, qui defunctum aduenit sepelire, praeter expensam necessariam, nihil precij pro fatigatione deponat.

6 Vt episcopus, qui ad sepeliendum episcopum venerit, euocatis presbyteris in vnu, domum ecclesiae adeat, descriptamque idoneis personis custodiendam sub integra diligentia derelinquat, vt res ecclesiae vllorum improbitate non pereant.

7 In ordinandis metropolitanis episcopis antiquam institutionis formulam renouamus, quam per incuriam omnimodis vidimus amissam. Itaque metropolitanus episcopus a com-prouincialibus episcopis, clericis, vel populis electus, congregatis in vnu omnibus com-prouincialibus episcopis ordinetur, vt talis (Deo propicio) ad gradum huius dignitatis accedat, per quem regula ecclesiae in melius acta, plus floreat.

8 Si quis diaconus, in captiuitate redactus, uxori fuerit copulatus, reuersus, ab officij omnino ministerio remouendus est. Cui sufficere debet, pro actus sui leuitate impleta poenitentia, pro satisfactione communio.

9 Nullus clericorum sine permissioe presbyteri episcopi sui cum secularibus habitare praesumat. Quod si fecerit, ab officij communionem pellatur.

10 Nullus nouerę suę, id est, uxori patris sui, vlla copulatione iungatur. Quod si praesumpserit, nouerit se anathematis supplicio feriendum.

11 Contracta matrimonia, accedente infirmitate, nulla voluntatis contrarietate soluantur. Quod si qui ex coniugibus fecerint, nouerint se communionem priuandos.

12 Ne quis in ecclesia votum suum cantando, bibendo, vel lasciuendo dissoluat: quia Deus talibus votis iratur potius quam placetur.

13 Abbates martyrarj, reclusi vel presbyteri, apostolia dare non praesumant. (Hic caepistolae non valde obscure scriptus habetur.)

14 Clerici, qui officium suum implere despiciunt, aut vice sua ad ecclesiam venire detrectant, loci sui dignitate priuentur.

15 Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem praebentur proprijs manibus intulisse.

EEE 2 16 Pre-

16 Presbyter vel diaconus, sine literis, vel si baptizandi ordinem nesciat, nullatenus ordinatur.

17 Fœminæ, quæ benedictionem diaconatus hæcenus contra interdicta canonum acceperunt, si ad coniugium probatur iterum devolutæ, à communionem pellantur. Quod si huiusmodi contubernium, admonitæ ab episcopo, cognito errore dissoluerint, in communionis gratiâ, acta pœnitentiâ, reuertant.

18 Placuit etiâ, vt nulli postmodum fœminæ diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur.

19 Placuit, vt nullus Christianus Iudæa, neque Iudæus Christianam in matrimonio ducat vxorem: quia inter huiusmodi personas, illicitas nuptias esse censemus. Qui si cõmonitri à cõsortio hoc se separare distulerit, à communionis gratiâ sunt sine dubio submouendi.

20 Catholici, qui ad idolorum cultum, non custodita ad integrum accepti baptismi gratiâ, reuertuntur, vel qui cibis idolorum cultibus immolatis, gustu illicitæ præsumptionis vtuntur, ab ecclesiæ cœtibus arceantur. Similiter & hi, qui bestiarum moribus extincto, vel quolibet morbo aut casu suffocato vescuntur.

21 Abbates, qui episcoporum præcepta despiciunt, ad communionem nec penitus admittantur, nisi contumaciam humilitate suscepta deponant. Sanè si qui post hanc diligentissimam sanctionem non obseruauerint,

quæ sunt superius compræhensa, reos se diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futuros esse cognoscant.

Honoratus in Christi nomine episcopus Bituricensis, subscripsi sub die 9. Kalend. Iulij, anno 22. domini Childeberti regis. Aspatus episcopus *Elofensis, subscripsi. Agrippinus episcopus Hedudorum, subscripsi. Asclepius presbyter pro Adelphio episcopo Rauracensi, subscripsi. Præsidonius presbyter pro Arthemio episcopo subscripsi. Cronopius episcopus *Petragoticensis, subscripsi. Calistus episcopus *Elofensis, subscripsi. Clarentius episcopus subscripsi. Eleutherius episcopus. ecclesiæ Antiodorensis, subscripsi. Aetherius episcopus Carnotensis, subscripsi. Eumerius episcopus Nannetensis, subscripsi. Emeilius episcopus ecclesiæ Parisiensis, subscripsi. Eusebius episcopus subscripsi. Flauius episcopus Rothomagensis, subscripsi. Laurentius presbyter pro Gallo episcopo Aruernorum, subscripsi. Importunus episcopus subscripsi. Inuarius episcopus ecclesiæ Turonensis, subscripsi. Iulianus episcopus ecclesiæ Viennensis, subscripsi. Innocentius episcopus subscripsi. Leontius episcopus Aurelianensis ecclesiæ, subscripsi. Lupicinus episcopus. Engolismensis, subscripsi. Lauto episcopus. Constantinensis, subscripsi. Orbatus presbyter pro Leone episcopo Senonensis, subscripsi. Marcus episcopus subscripsi. Marcellus episcopus. subscripsi. Perpetuus episcopus. Abrincensis, subscripsi. Præsidius episcopus Conuenarum, subscripsi. Passiuus episcopus Sagicensis, subscripsi. Proculianus episcopus Aucicensis, subscripsi. Suffratius episcopus Cadurcensis, subscripsi. Eledius presbyter pro Sebastio episcopo subscripsi.

AVRELIANENSE

CONCILIUM TERTIUM TEMPORE CHILDEBERTI regis, circa tempora Vigilij Papæ. Est prouinciale.

TITVLI CAPITVLORVM sequentis Concilij.

- NE à metropolitano comprouinciales vocati ad synodum intra biennium celebrandum, venire prætermittant. 1
- Nè à subdiacono & supra quis se, proprijs vxoribus misceat. 2
- De electione metropolitanorum, & de consensu populi. 3
- De familiaritate & cohabitatione extranearum mulierum cum clericis. 4
- De oblatiis & collatis basilicis. 5
- Qua ætate presbyter vel diaconus ordinetur, & nè duarum vxorum vir, aut renupte maritus, aut pœnitentiâ professæ, nec publicè arrepticus promoueatur. 6
- De ordinatis clericis, nè nubât, & nè quis inuitus ordinetur. 7
- De clerico conuictio de furto, aut falsitate, & de periuro. 8
- De his, qui vxoribus defunctis, concubinas sibi crediderint sociandas. 9
- De incestis coniunctionibus, vel si ante baptismum se coniunxerint, ignorantes, vel

TOM. 2.

- à quibus personis coniugalis copula sit seruanda. 10
- De clericis, propter patrocinia secularium, officium suum minus implentibus. 11
- De agris ecclesiæ ab episcopo inutiliter distractis, & dilactorum tricenaria repetitione. 12
- De mancipijs Christianis, que Iudæorum seruitio detinentur. 13
- Vt Missarum celebritas hora tertia inchoetur. 14
- Vt episcopi in diœcesi aliena clericos non ordinent, nec altaria consecrare præsumant, nec sine commendatitijs clericus vsquam pergat. 15
- De raptu virginum sacrarum. 16
- De eo quod id, quod clerici beneficio ecclesiæ perceperint, à successore minimè auferatur. 17
- De clericis, qui in oratorijs ordinatiõem acceperint. 18
- De clericis contumacibus. 19
- De clericis iniuste oppressis à suis pontificibus. 20

De

De clericorum conspiratione per rebellionem, in scripturis aut aliâs factam. 21

De sacerdotibus ecclesiæ res debitas occupantibus, & in suam potestatem redigentibus, & de retinentibus defunctorum oblationes. 22

Ministris ecclesiarum non liceat ecclesiæ res sine episcopi consensu alienare. 23

Quod pœnitentiâ non sit iuuenibus temerè credenda, nec senibus cõiugatis sine consensu cõmuni, nec his, qui accepta pœnitentiâ, ad militiâ redierint secularem. 24

Nè seruus vel colonus ad honorem promoveatur ante receptam ingenuitatem. 25

Vt clericus honoratus, pecuniam non donec ad vsuram. 26

Quod die Dominico operari non permittitur. 27

Vt ante Dominicam orationem expletam, de ecclesia nullus discedat. 28

Vt Iudæis, à die cœnæ domini vsq; in secundam sabbati, inter Christianos procedere non liceat. 29

De hæreticis vel Bonofiacis. 30

Vt clericus sine pontificis sui consensu, nullum ad iudicem trahat secularem, neq; laicus clericum. 31

Quid de episcopis, qui suprascripta obseruare distulerint. 32

CANONES AVRELIANENSES concilij tertij.

CVM in Dei nomine in Aurelianensem urbem ad synodale concilium venissemus, de his, quæ per longum tempus, obseruatione cessante, fuerat intermissa, priorum canonum tenore seruato, præsentibus regulis vetera statuta renouauimus, & noua pro causarum vel temporum conditione addenda credidimus.

Capitulum primum.

Primum, vt vnusquisq; metropolitanus in prouincia sua cum comprouincialibus suis singulis annis synodale debeat opportuno tempore habere concilium. Quod si illum infirmitas aut necessitas certa tenuerit, vt ad alium constitutum locum adesse non possit, ad suam ciuitatem suos euocet fratres. Quod si intra biennium diuinitus temporum tranquillitate concessa, admonitis comprouincialibus, à metropolitano synodus indicta non fuerit, metropolitani ipse pro euocationis tarditate anno integro Missas facere non præsumat. Quod si euocati, non corporali infirmitate detenti, adesse sua abusione despexerint, simili sententiæ subiacebunt. Qui tamen & hanc excusationem sibi nouerint esse sublatam, si absentiam suam diuisione sortis crediderint excusandam.

2 Vt nullus clericorum, à subdiacono & supra, & quos vxores in proposito suo accipere inhietur, propriæ (si fortè iam habeat) misceatur vxori. Quod si fecerit, laica cõmunione contentus, iuxta priorum canonum sta-

TOM. 2.

tuta ab officio deponatur. Quem si sciès episcopus suus in hac vilitate permixtionis uiuentem, ad officium postea admiserit, & ipse episcopus ad agendam pœnitentiâ tribus mensibus sit à suo officio sequestretur.

3 De metropolitano rum verò ordinationibus id placuit, vt metropolitani à metropolitano omnibus (si fieri potest) presentibus comprouincialibus ordinentur, ita vt ipsi metropolitano ordinandi priuilegium maneat, quem ordinationis cõsuetudo requirit. Ipse tamen metropolitani; à comprouincialibus episcopis (sicut decreta sedis apostolicæ constant) cum consensu cleri vel ciuium eligatur: quia æquum est, sicut ipsa sedes Apostolica dixit, vt quæ præponendus est omnibus, ab omnibus eligatur. De comprouincialibus verò ordinandis cum consensu metropolitani, cleri & ciuium, iuxta priorum canonum statuta, voluntas & electio requiratur.

4 De familiaritate extranearum mulierum licet iam multa, quæ obseruari debeant, multis canonicis sententijs fuerint statuta, tamè quod agnoscutur sæpè transcendendi, conuenit replicari. Ideo quæ statuimus, vt nè quis antistitum clericorumq; omnium licentiam habeat intra domum suam, vllam absq; his propinquis mulieribus, quas priores canones eloquantur, habere personam. Quibus etiâ id specialiter inhietur, vt si quis clericorum suspcionem aduersam ad obloquutionem populi de muliere quacumq; fortassis incurrit, eam statim, si intra domum habet, abijciat. Si certè extranea, & sui iuris est, ita omnibus conditionibus studeat euitare, vt infamia, quæ excitata est, abrogetur. Quod si quilibet ille antistitum vel clericorum, quod supra scriptum est, vitare noluerit, pro inobedientia, triennij excommunicatione mulctetur. Quod si adulterij permixtio fuerit approbata, in regradatione honorum, priorum canonum statuta seruentur. In quibus communicationibus metropolitani à comprouincialibus suis, comprouincialis à metropolitano cum reliquis comprouincialibus distringatur.

5 Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collate fuerint basilicis in ciuitatibus constitutis, ad potestatem episcopi redigantur. Et in eius sit arbitrio, quid ad reparationem basilicæ, aut obseruationem ibi substantiam deputetur. De facultatibus verò parochiarum vel basilicarum, in pagis ciuitatum constitutis, singulorum locorum consuetudo seruetur.

6 De clericorum prætermittenda cõuersione, id omnimodis obseruetur, nè vllus ex laicis ante annualem cõuersionem vel ætatem legitimam, id est, 25. annorum diaconus, & triginta presbyter, ordinet: ita vt de ipsis quoquæ, qui ordinandi sunt, clericis, regulari custodiatur studio, nè aut duarum vxorum vir, aut renupte maritus, aut pœnitentiâ pro-

EEE 3 felius;

feffus, aut x senius corpore, aut qui publice aliquandò arreptus sit, ad suprascriptos ordines promouetur. Quòd si sciens episcopus contra hæc statuta agendum esse crediderit, is quidem, qui ordinatur, suscepto iuxta anteriores canones priuatur officio, sed ille pro ordinationis temeritate sex mensibus à celebrandis officijs sequestratur. Quòd si Missas intra statutum tempus facere præsumperit, anno integro omnium fratrum charitate priuetur. De quorù promotionibus si quis clericus aut cuius testis extiterit, quorù testimonio dum creditur, frequenter pòtificis ignorantia præuenitur, cum agniti fuerint, ordinationem illicitè celebratam, anno integro à communione pellantur. Qui si in infirmitate deciderint, eis viaticum non negetur.

7 Clerici verò, qui cum vxores non haberent, benedictione suscepta, crediderint eligenda, qui volentes absque vlla reclamazione in etate fuerint legitima ordinati, cum ipsis mulieribus, quas acceperint, excommunicatione percellantur. Quòd si inuitus vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, sed non à communione pellatur. Episcopus aut, qui inuitum aut reclamantem præsumperit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus, Missas facere non præsumat. De adulterijs autem honoratorù clericorum id obseruandum est, vt si quis adulterasse aut confessus fuerit vel conuictus, depositus ab officio, communione concessa, in monasterio toto vitæ suæ tempore retrudat.

8 Si quis clericus furtum aut falsitatem admisit, quia capitalia etiã ipsa sunt crimina, communione concessa, ab ordine regradetur. De periurio verò id censuimus obseruandum, vt si quis clericus in causis, quæ sub iure iurando finiendæ sunt, pbuerit iuramenta, & pòst, rebus euidentibus detegitur peccasse, biennium temporis excommunicatione plectatur.

9 De his, qui ex concubinis filios habent, & vxores legitimas habuerunt, aut defunctis vxoribus, sibi concubinas publicè crediderint sociandas, id obseruandum esse censuimus, vt sicut eos q iam sunt clerici per ignorantiam ordinati, non remoueamus: ità statuimus, nè vterius ordinentur.

10 De incestis coniunctionibus ità quæ sunt statuta, seruètur, vt hi, qui aut modò ad baptismum veniunt, aut quibus patrù statuta sacerdotali prædicatione antea in notitiã non venerunt, ità pro nouitate cõuersionis ac fidei suæ credidimus consulendù, vt contracta hucusquè huiusmodi coniugia, non soluantur: sed in futurum, quod de incestis cõiunctionibus in anterioribus canonibus interdictum est, obseruetur: id est, vt nè quis sibi sub coniugij nomine sociare præsumat relictam patris, filia vxoris, relictam fratris, sororem vxoris, cõsobrinam, aut sobrinam, relictam auunculi vel patrui. Quòd si qui in

TOM. 2.

hoc incesto adulterio potius quàm cõiugio fuerint sociati, quandiù se non sequestrauerint, à communione ecclesiastica repellantur. Illud etiã adijciendum esse credidimus, vt in episcopi discussione consistat, de his, qui in ciuitate sua ac territorio consistunt, & tali sunt ordine sociati, vtrum ignorãter ad illicita coniugia venerint, an per contumaciam, quæ sunt interdicta, præsumperint: quia sicut his, qui per ignorantiam lapsi sunt, subuenitur: ità illis, quibus priùs patrum statuta in notitiã venerunt, quiq; etiã cõtra sacerdotum interdicta, in tali permixtione versantur, priorum canonù in omnibus statuta seruèntur, vt non priùs ad communionem recipiantur, quàm incesti adulterium (sicut scriptum est) separatione sanauerint, quia in lege Domini manifestè legitur: Maledictus q dormit cum vxore patris sui, cum priuigna, vel vxoris suæ sorore, & reliqua his similia. Quo fit, vt quos DEVS maledixit, nos, nisi emendatos, benedicere non possimus.

Deut. 27. 3

11 Si qui clerici ministeria suscepta quacunq; occasione agere, sicut & reliqui, detrahant, & excusatione de patrocinijs quoruncunq; nè officium impleant, prætentunt, ac sacerdotes suos sub huiusmodi causa estimant per inobedientiam contemnendos, inter reliquos clericos canonicos, nè hac licetia alij vitentur, nullatenùs habeantur, neq; ex rebus ecclesiasticis cum canonicis stipèdia aut munera vlla percipiant.

12 De agellis verò, cæterisq; facultatibus ecclesiasticis, à sacerdotibus non alienandis, nec per contractus inutiles obligandis, priorum canonum statuta seruètur, vt nobis per nullos contractus res ecclesiasticas alienare, aut inutiliter liceat obligare. Ea etiã, quæ de rebus ecclesiasticis ab antecessoribus alienata, vel quibuscunq; instrumentis inutiliter in dispendium Ecclesiæ obligata noscuntur, & intra tricenaria tempora repetitio suppetit, quæ acta sunt, suffragante iustitia, per publicum aut electorum iudicium reuocentur. Quòd si is, qui rem ecclesiasticam tenet, admonitus iudicium declinãrit, quo usquè aut ad discussionem veniat, aut rem restituat Ecclesiasticam, communione priuetur.

13 Demancipijs Christianis, quæ in Iudæorum seruitio detinètur, si eis quod Christiana religio vetat, à dominis imponitur: aut si eos, quos de ecclesia excusatos tollent, p culpa, quæ remissa est, affligere aut cedere fortasse præsumperint, & ad ecclesiam iteratò confugerint: nullatenùs à sacerdote reddantur, nisi precium offeratur ac detur, quod mancipia ipsa valere pronũciauerit iuxta taxatio. Christianis quoquè omibus interdicim⁹, nè Iudæorum cõiugijs misceantur. Quod si fecerint, vsque ad sequestrationem, quisq; ille est, communione pellatur. Item Christianis cõiugia interdicimus Iudæorum, in quibus

bus

bus si fortè fuisse probatur, annuali excommunicatione p huiusmodi contumacia subiacent.

14 De Missarum celebritate, in præcipuis duntaxat solennitatibus, id obseruari debet, vt hora tertia Missarum celebratio in DEI nomine inchoetur, quòd facilis intra horas competens ipso officio expedito, sacerdotes possint ad vespertina officia, id est, in vespertino tempore conuenire: quia sacerdotè vespertinis officijs ab ecclesia, talibus præcipuè diebus, nec decet deesse, nec conuenit.

15 Episcopus in dioceses alienas, ad alienos clericos ordinandos, vel cõsecrandam altaria, irruere non debet. Quod si fecerit, re motis his, quos ordinauerit, altaris tamen cõsecratione manente, transgressor canonum anno à Missarum celebritate cessabit. De his verò clericis, qui sub qualibet occasione aut conditione in aliorum ciuitatibus vel territorijs crediderint immoradum, nec ad vllum clericatùs honorem, absque sui episcopi scripto atque consensu, debeant promoueri. Verum etiã presbytero, diacono, vel subdiacono, sinè episcopi sui literis ambulati, iuxta statuta priora, communionem nullus impendat.

16 De raptoribus virginum consecratarum, seu in proposito sub deuotione viuentium, id statuimus, vt si quis consecratæ vel deuotæ, id est, religionè professæ, vim inferre præsumperit, à communione Ecclesiastica vsque ad exitum repellatur, viatico tantùm ei, infirmitatis periculo, reseruato. Quòd si, quæ rapta dicitur, cum raptore habitare cõsenserit, & ipsa excommunicatione simili feriatur. Quæ forma & de pœnitentibus ac viduis, in proposito manentibus, sub districtione Ecclesiastica conseruetur. Quòd si quis sacerdos sciens huiusmodi personis communicauerit, anno integro pacem ecclesiæ non habebit.

17 De munificentijs verò sacerdotum id obseruandum, vt si quid præsentit tempore à clericis decedentium munificentijs habetur, vel possidetur, deinceps à successoribus nullatenùs auferatur: ità vt qui decessorum largitatibus gaudent, officia ecclesiæ, obedientiam & affectum sacerdotibus præbeant. De quibus tamen munificentijs, quæ præsentit tempore ab his (sicut dictum est) possidentur, si pro oportunitate episcopo placuerit, quod voluerit commutare, sinè accipientis dispendio, in locis alijs commutetur. De munificentijs verò p̄sentibus, quas vnusquisque clericus pro sua gratia eorum obsequijs existimat conferendas, sicut in arbitrio dantis est, vt tribuere, quibus voluerit, debeat: ità si inobedientia vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita, in arbitrio sit præsententis, vtrum vel qualiter debeat reuocari.

JOM. 2

18 De his verò clericorum personis, quæ de Ciuitatenis ecclesiæ officio, monasteria, dioceses, vel basilicas in quibuscunq; locis positas, id est, sine in territorijs, siue in ipsis ciuitatib⁹ suscipiunt ordinandas: in potestate sit episcopi, si de eo, quod antè de ecclesiastico munere habebat, eos aliquid aut nihil exindè habere voluerit: quia vniciuiq; facultas suscepti monasterij, diocesis vel basilicæ, debet plena ratione sufficere.

19 Si quis superbia elatus, officii suum indignatione quacunq; implere noluerit, iuxta statuta priora laica communione contentus, ab ordine depositus tam diù habeatur, quandiù digna (sicut scriptum est) pœnitentia & supplicatione satisfecerit præsententi pòtifici: tamen illis regulariter, & charitatem integram, & quæcunq; illis stipendiorum iuxta cõsuetudinem debentur, pro qualitate temporis ministranti. De quibus si querela procedat, officium agens, recurrat ad synodum.

20 Si quis clericorum circa se aut districtiõnem, aut tractationem episcopi sui putat iniustam, iuxta antiquas constitutiones recurrat ad synodum.

21 Si quis clericorum (vt nupèr multis locis, diabolo instigatè, actum fuisse p̄pauit) rebellis auctoritate se in vnũ cõiuratione intercedere collegerint, & aut sacramenta inter se data, aut chartulã conscriptã fuisse patuerit, nullis excusationibus hæc p̄sumptio p̄ueletur, cum in synodũ ventũ fuerit, in præsumptoribus, iuxta personarum & ordinum qualitatem, à pontificibus, qui tunc in vnũ collecti fuerint, vindicetur: quia sicut charitas ex præceptis dominicis corde, nõ chartulæ cõscriptione, vel cõiurationibus, est exhibenda: ità quod supra sacras admittitur scripturas, auctoritate & districtione pòtificiali est reprimendum.

11. q. 2. Abbatibus, presbyteris.

22 Si quis res ecclesiæ debitas vel proprias sacerdotis, horrenda cupiditate occupauerit, retinetur, aut à potestate ex cõpetitione p̄ceperit, vt eas nõ restituat, nullis reb⁹ excuset: sed si agnito iure ecclesiastico, non statim Ecclesiæ vel sacerdoti reformauerit, aut vt ipsum ius agnoscere possit, in iudicium electorũ venire distulerit, tam diù à communione Ecclesiastica suspèdatur, quandiù restituitis rebus, tam ecclesiam quàm sacerdotem reddat indemnem. Similis etiã his, qui oblatiões defunctorum legaliter dimissas, quolibet ordine assignare tardauerint, vel retinere præsumperint, districtiõnis Ecclesiasticæ iuxta priores canones forma seruatur. Cui etiã sententiæ subiacebit, quisq; ille quolibet ordine, quod pro deuotione sua ecclesijs dedit, reuocare præsumperit.

23 Abbatibus, presbyteris, cæterisq; ministris, de rebus ecclesiasticis vel sacro ministerio alienare vel obligare, absque permisso & subscriptione episcopi sui, nil liceat.

12. q. 2. Abbatibus, presbyteris.

EEE 4 Quod

Quod qui præsumpserit, regradetur, communione concessa. Et quod temerè præsump- tum, aut alienatum est, ordinatione episco- pi reuocetur.

24. De pœnitentium conuersione, vt ne quis benedictionem pœnitentiæ, iuuenibus personis credere præsumat. Certè coniuga- tis, nisi ex consensu partium, ætate iam plena, eam dare non audeat. Si quis pœnitentiæ benedictione suscepta, ad secularem habitum militiamque reuertit præsumpserit, viatico concesso, vsque ad exitum excommunicatione plectatur.

25. Vt nullus seruilibus, colonarijsq; condi- tiõibus obligatus, iuxta statuta sedis Apo- stolicæ, ad honores Ecclesiasticos admitta- tur, nisi prius aut testamento, aut per tabulas eum legitime constiterit absolutum. Quod si quis Episcoporum, eius qui ordinatur, condi- tionem sciens, transgredi per ordinationem in debitam fortasse voluerit, anni spatium Mis- sas facere non præsumat.

26. Vt clericus à diaconatu & supra, pec- uniam non commodet ad vsuras: nec de p- stitis beneficijs quicquam amplius, q̄ datur, speret. Neve in exercendis negocijs, turpis lucri cupiditate verteretur, sicut publici ne- gociatores, qui ad populares pensam obser- uant, aut sub alieno nomine interdita ne- gicia audeat exercere. Quod si quis aduer- sum statuta venire præsumpserit, communi- one concessa, ab ordine regradetur.

27. Quia persuasum est populis, die Do- minico agi cum caballis aut bobus & vehi- culis itinera nõ debere, neque vllam rem ad victum preparare, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem, nullatenus exercere: quæ res quia ad Iudaicam magis, quàm ad Christianam obseruatiam pertinere probat- ur, id statuimus vt die Dominico, quod an- tè fieri licuit, liceat. De opere tamen rurali, id est, agricultura, vel vinea, vel seclione, vel missiõne, excussione, vel exacto sepe, censu- imus abstinerendum, quò facilius ad ecclesiam venientes, orationis gratia vacent. Quod si inuentus fuerit quis in operib; suprascriptis, q̄ interdita sunt, se exercere: qualiter emen- dare debeat, non in laici districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

28. De Missis nullus laicorum antè disce- dat, quàm Dominica dicatur oratio. Et si Episcopus præsens fuerit, eius benedictio expectetur. Sacrificia verò matutina, Missa- rum, siue vespertina, nõ quis, cum armis per- tinentibus ad bellorum vsum, spectet. Quod qui fecerit, in sacerdotis potestate consistat, qualiter eius districtione debeat castigari.

29. Quia Deo propicio, sub catholicorū regū dominatiõne cõstitimus, Iudæi à die cœ- nę dñi, vsq; in secundā sabbati in pascha, hoc est, ipso quadragesimo, pcedere inter Christia- nos, neq; catholicis populis se vllò loco, vel quacunque occasione miscere præsument.

TOM. 2.

*vt publicè qui ad po- puli respon- sum nego- ciatores ob- seruant.

Loco deprauatus non- nihil.

30. Iudex ciuitatis vel loci, si hæreticum, aut Bonosiacum, vel cuiuslibet alterius hæ- resis sacerdotem, quamcunque personam de catholicis rebaptizasse cognouerit: quia re- ges hos constat habere catholicos, non sta- tim rebaptizantes adstrinxerit, & ad regis fi- dem atque iustitiam propterea distinguen- dos adduxerit, annuali excommunicationi subdatur.

31. Clericus cuiuslibet gradus, sine pon- tificis sui pmissu, nullum ad seculare iudici- um præsumat attrahere. Neque laico, incon- sulto sacerdote, clericum in seculare iudiciū liceat exhibere.

32. Quocirca hæc, quæ inspirantē Deo, communi consensu placuerunt, si quis anti- stitum viuentium, vel eorū quos spiritus dei esse voluerit successores, relicta obseruati- nis integritate, custodire & implere neglex- rit, reum se diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futurum esse cognoscet: quia cano- nes suos nec ignorare quenquam, nec dissi- mulare (id est, præterire) permittitur.

¶ SVBS CRPTIONES EPI- scoporum, qui eidem synodo interfuerunt.

¶ Lupus in Christi nomine ecclesiæ Lug- dunen metropolitani Episcopus, iuxta id, quod omnibus sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit, patrū statuta secutus, his constitutionibus subscripsi, die Nonarū mensis tertij quarto, Paulino iuni- ore viro clarissim. cõsule, anno domini Chil- deberti regni. xxvj. Archadij in Christi no- mine Episcop⁹ Ecclesiæ Bituricen metropo- lis, his cõstitutionibus cõsensi. Agrippin⁹ in Christi nomine epus ecclesiæ Heduo- rum, his cõstitutionib; cõsensi. Albin⁹ in Christi nomine epus ecclesiæ Andegauen, his cõstituti- onibus cõsensi. Antonin⁹ in Christi nomi- ne epus ecclesiæ Aurelianen, his cõstitutiõ- bus cõsensi. Auolus presbyter directus à do- mino meo Agricola episcopo ecclesię Cabi- loneñ, subf. Aetherij in Christi nomine epi- scopus ecclesiæ Carnoten, his const. subscri- ptis. Amelius in Christi nomine episcopus eccle- siæ Parisiorum, his constitutionibus cõsensi. Marcellian⁹ directus à domino meo Eume- rio Episcopo Ecclesiæ Nanneten, subscripsi. Flauius in Christi nomine episcop⁹ ecclesiæ Rothomagen metropolitani, his cõstituti- onibus cõsensi. Euanthius presbyter direct⁹ à domino meo Gregorio episcopo Ecclesiæ Lingonen, subf. Optardenus presbyter dire- ctus à domino meo Gallo episcopo ecclesię Aruernorum, subf. Campanus presbyter di- rect⁹ à domino meo Iniurioso Episcopo ec- clesię Turonice, subf. Leo in Christi nomine episcopus ecclesiæ Senonen metrop. cum comprouincialibus meis his constitutioni- bus cõsensi. Lauchadius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Tricassinæ, his constitu- tionibus cõsensi. Lauro in Christi nomine Episcopus ecclesiæ Constantinensis, his cõ- sensu. Lucinijus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Ebroicen, his cõstitutionibus con- sensu. Patagathus in Christi nomine metrop. episcopus, ecclesiæ Viennen, iuxta id, quod omnibus sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit, patrū statuta sequu- tus, his const. subf. Placidus in Christi nomi- ne episcopus ecclesiæ Matistonen, his const. cõsensi. Passiuus in Christi nomine episco- pus ecclesiæ Sagien, his const. cõsensi. Bau- daltis presbyter direct⁹ à domino meo Per-

11. q. 1. Cle- ricus cuius- libet. Et in- dec. epistola Marcellini papæ.

*xxj.

¶ circa tẽpo- ra Vigilij papæ.

¶ for. archi- mandrita.

tionibus cõsensi. Lauro in Christi nomine Episcopus ecclesiæ Constantinensis, his cõ- sensu. Lucinijus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Ebroicen, his cõstitutionibus con- sensu. Patagathus in Christi nomine metrop. episcopus, ecclesiæ Viennen, iuxta id, quod omnibus sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit, patrū statuta sequu- tus, his const. subf. Placidus in Christi nomi- ne episcopus ecclesiæ Matistonen, his const. cõsensi. Passiuus in Christi nomine episco- pus ecclesiæ Sagien, his const. cõsensi. Bau- daltis presbyter direct⁹ à domino meo Per-

petuo episcopo Ecclesiæ Abynceñ, subscri- ptis. Rusticus in Christi nomine Episcop⁹ Eccle- siæ Niernen, his const. cõsensi. Eleutherij in Christi nomine Episcopus ecclesiæ Anti- siodoreñ, his const. cõsensi. Vincetijs pre- sbyter direct⁹ à domino meo Sultratio Epi- scopo ecclesiæ Cadurcenis, his const. cõsen- si. Theodobaud⁹ in Christi nomine episco- pus ecclesiæ Lexouien, his constitutionibus cõsensi. Ursulus in Christi nomine episco- pus ecclesiæ Gratianopolitanæ, his const. cõsensi.

¶ Aurelianensis concilij tertij finis.

BREVIARIUM CAV- SAE NESTORIANORVM ET EPTYCHIANORVM,

collectum à sancto Liberato archidiacono Ecclesiæ Carthagi- nenfis regionis sextæ, complectens cap. xxiiij. quorum sequuntur tituli.

- ¶ Pro cœmum. 1
De Paulo Samosateno, & quod author sit Nestorianæ hæresis. 2
De Apollinario, & quod author sit Nestori- anæ hæresis. 3
De Nestorij ordinatione, & eius hæresi. 4
De synodo Ephesina prima, & Nestorij da- mnatione. 5
De discordia Cyrilli Alexandrini, & Iohan- nis Antiocheni. 6
De ordinatione Maximini Constantinopo- litani Episcopi. 7
De pace Cyrilli & Ioannis. 8
De Cyrilli epistolis pro Orientalibus episco- pis scriptis. 9
De Nestorianorum scádalo & monachis Ar- rianorum. 10
De Eutyche presbytero & Egumeno, & ei⁹ hæresi, eiusque damnatione. 11
De synodo Ephesina secunda, & Flauiani morte. 12
De synodo Chalcedonensi, & damnatione Dioscori. 13
De exilio Dioscori, & ordinatione Proterij Alexandrini Episcopi. 14
De ordinatione Timothei Aeluri, & mor- te Proterij. 15
De ordinatione Timothei catholici, & Petri hæretici. 16
De ordinatione Ioanis catholici, & damna- tionem Acacij. 17
De episcopis Alexandrinis. 18
De Seuero, Iuliano, ac Macedonio. 19
De Gaiano & Theodosio. 20
De Agapeto Papa, & Anthimo Cõstantino- politano episcopo. 21
De Siluero & Vigilio. 22
De Paulo Alexandrino episcopo, & mona- chis Hierosolymorum. 23
De Pelagio & Theodoro Cappadociæ. 24

PRO OEMIIVM.

¶ Eregrinationis necessitatibus defatiga- tus, & aliquatenus feriatas animo à cu- TOM. 2.

ris temporalibus, duarum hæresum, hoc est, nestorianorum & Eutychianorum, ex eccle- siastica historia nupèr de Græco in Latinum trãslata, & ex gestis synodalibus, vel sancto- rum patrū epistolis hoc Breuiarium colle- gi, necens temporum curricula illa, quæ in Græco Alexandria scripto accepi, vel gra- uissimorum hominum didici narratione fi- deli. Quod faciens pro mea eruditione & re- sponstone contra falsos quos vtrunq; par- tium sectatores, qui consueto studio aliter loquuntur de suis authoribus, quàm veritas habet, libenter offero catholicis fratribus, ignorantibus acta ipsarum hæresum, & lege- re volentibus.

¶ DE PAULO SAMOSATENO, & quod author sit Nestorianæ hæresis. Cap. II.

Igitur Nestoriani dogmatis author, vt multi volunt, Paulus agnoscitur Samosatenus episcop⁹, qui secut⁹ doctrinã antiquorū hæ- reticorum, uominū nostrum Iesum Christū, purum hominem asseruit natum & passum. De sancta verò & summè beata Trinitate, vt Græci tradunt, Sabellij sententiam sequutus est. Et propterea dicunt Nicenū statuisse cõ- cilium, Paulianos omninò baptizandos, po- nentes differentiã inter Pauli Nestorijq; do- ctrinam, eò quod Nestorius confundes exi- stentiã diuinitatis filij dei, Christū purū ho- minē tradidit conceptū atq; formatū, & po- stea in Deū prouectū, hoc est, hominē deifi- catū, & non verbū carnē factū, & habitasse in nobis, quod predicat euangeliū, & catholica confitetur ecclesia, negat. Propterea in Epi- toma chronicorū Lucetius hoc ponit & di- cit: Felice & Tauro consulibus, Nestori⁹ Cõ- stantinopolitanus episcopus, nouū ecclesijs molitur errorem inducere, prædicans Chri- stum hominē tantum, nõ etiã Deū natū, ei⁹; di- uinitatē collatã esse pro merito dicit. Socra- tes verò in libro Ecclesiast. hist. dirimit Ne- storium

Iohan. 1. b

*Leontius

Niceph. lib. 14. cap. 32.

1. Cor. 2. b

storum à Paulo, eorumque differentiam sic ponit: Apparet, inquit, Nestorium ignorasse lectiones antiquorum. Quapropter, ut dixi, in sermone solo moratus est. Et non solum sermonem examini dedit, sed etiam omnino Deum esse, qui natus est, denegauit. Nos autem fatemur, quoniam qui de sancta virgine natus est, crucifixus est, Dominus est gloria, sicut dicit Apostolus: Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Porro Nestorius dicit: Noli gloriari Iudae. Non crucifixi DEVM, tanquam ipse Dominus gloriae, idem non sit Deus. Nam quia purum hominem non dicit Christum, sicut Photinus, & Paulus Samosatenus, etiam homiliae, quas fecit, ostendunt. Nusquam enim DEI verbi subsistentiam perimit, sed ubique eum subsistere confitetur, & habere subsistentiam, & non sicut Photinus & Paulus Samosatenus, eius subsistentiam perimenter. Haec Socrates de Paulo & Nestorio, cuius testimonio utens, sequar quid alia respondeat lectio: Ignarus Nestorius expositionum sanctorum patrum, praedicationum Dei filii vnitioe naturae suae in personam suscepisse hominem, quam non habet cum patre communem, propter indiuiduam & inseparabilem patris & filii naturam, beatam Mariam noluit dicere Dei genitricem, ne patri quoque natiuitatem applicaret, ignorans demes, quoniam pater & filius natura vnum sunt, discreti personis: quoniam qui genuit, non est genitus: neque, qui genitus est, generauit. Hoc ignorant Nestoriani, quasi nodosam & indissolubilem nobis haecenus proponunt questionem, impudenter obijcientes patrem cum filio natum, si beatam Mariam Θεοτόκον confiteamur. Verum his ita se de Nestorio habebimus, ceptum opus percurramus.

¶ De Apollinario, & quod auctor sit Nestoriana heresis.

Cap. III.

Post damnationem Pauli Samosatani, vna temporis generatione transacta, Apollinarius Laodiceus episcopus, de incarnatione Domini, Atrianorum blasphemiam sequens, asserens contraria Paulo, carnem & omnipotentem Dei verbum, vnius esse praedicauit substantiam, contentiosissime asserens, verbum carnem factum, vel aliquid verbi in carnem fuisse conuersum atque mutatum, non autem carnem de Maria virgine sumptam atque susceptam, ut absque peccato consubstantialis nobis, & per omnia similibus agnoscatur Christus, sicut ait Apostolus. Theodoritus episcopus in ecclesiastica historia Apollinarem & eius heresim sic notat: Apollinoris (inquit) Laodiceus episcopus, dum pietatis indueret vultum, & apostolica se fingeret dogmata conseruare, post paululum manifestus hostis apparuit. De diuina namque natura adulterinis rationibus utebatur, gradus quosdam dignitatum generans, & sacramentum dispensationis imperfectum expla-

TOM. 2.

nare praesumens, animamque rationalem, quam corpus resurgit, priuatam salute confirmans. Si enim animam non assumpsit, secundum illius rationem, Deus verbum, neque medicinam animae tribuit, neque honorem dedit, sed corpus quidem terrenum ab inuisibilibus virtutibus adoratur: anima vero secundum diuinam imaginem facta, in inferiore permansit, contumeliosus induta peccati. Qui etiam plurima super haec vesanus asseruit. Aliquando enim pariter confitebatur & ipse ex sancta virgine assumptam carnem: Aliquando vero, eam cum Deo verbo calidius descendisse: Aliquando, eum ipsum carnem factum, & sumpsisse nihil ex nobis: aliasque plurimas & inanes fabulas sacris opinionibus copulabat, quas in praesenti dicere superfluum iudicauit. Talia quidem ille dicens, non solum suos peste compleuit, sed etiam quosdam nostrorum fecit huiusmodi lepre participes. Post paucum vero tempus, dum suum viderent opprobrium, & Ecclesiae claritatem, penes cuncti reuersi sunt. Non tamen priorem deposuere languorem, sed magis plurimos constantiam latenter faucauerunt. Ex hac ergo radice in Ecclesijs germinauit vna carnis deitatisque natura, & ut diuinitati vnigeniti passio copuletur, & alia quaecumque populis & sacerdotibus certamina genuerunt. Et post pauca: Verum Apollinarius praesulatu nudatus, nouitatem doctrinae suae aperta impudentia in ecclesia praedicebat, ducem semetipsum ostendens haereseos. Quapropter apparet ex omnibus superius dictis atque prolatis, à Paulo Nestorianos fuisse propagatos, & ab Apollinari, vnius naturae praedicatorum, ut sunt acephali & Eutychiani. Cuius dictis & epistolis respondebat eo tempore Dioscorus Tarsetus episcopus, deinde Gregorius Nazianzenus, Basiliius, & Theodoros Mopsuestenus, probabiliter ostendentes ex diuinis testimonijs duarum proprietates naturarum in vna Christi persona, sicut ipsa probant eorum volumina. Sequimur iam nunc, vtrarumque heresim auctoritatibus demonstratis, earum acta narrare, sicut praefatio pollicetur.

¶ De Nestorij ordinatione, & eius heresi.

Cap. IIII.

Post Apollinarius damnationem & depositionem aliquot temporibus euolutis, mortuo Sisinio, qui post obitum beati Atrici, Constantinopolitanae ecclesiae praesulatum suscepit, visum est Imperatoribus, nullum ordinare de Constantinopolitana ecclesia pontificem: sed ab Antiochia Syriae, vnde prius illa ecclesia Ioannem suscepit, aliquem aduenam accersire, & episcopum facere. Et sicut Socrates in Ecclesiastica narrat historia, Li. 7. ca. 39. Erat quidam presbyter Antiochianus nomine Nestorius, genere Germanicis, boni eloquij, quem quasi utilem ad docendum Con-

stanti-

stantinopolim principes euocauerunt. Et transactis tribus mensibus, ab Antiochia venit Nestorius, qui castitate inter plurimos praecipuus habebatur. Quibus autem moribus institutus fuerit, sapientes à prima eius homilia cognouerunt. Erat cum eo & Anastasius presbyter pariter destinatus, quem nimis honorabat, & consiliarium habebat in causis suis. Ordinato ergo Nestorio die primo mensis Aprilis, consilium Felicis & Tauri, Anastasius coram Ecclesia docens: Dei, inquit, genitricem Mariam nullus dicere presumat, quoniam Maria homo fuit, & Deum ab homine generari nimis est impossibile. Quod cum pariter audissent plurimi clericorum & laicorum, multum conturbati sunt. Dixerant enim antiquitus, Deum confiteri Christum, & nullatenus per dispensationem hominem à Deo separatum credebant. Tumultu ergo facto in Ecclesia, Nestorius volens firmare Anastasij sermonem, eum quod eum honoraret, tanquam blasphemum noluit arguere, sed frequenter hoc coram Ecclesia docebat, & agitabat hanc questionem cum contentionibus, abnegans DEI genitricis confessionem. Vnde diuisio nata est in Ecclesia, & concussionem magnam orbem terrarum tepidissimi tractatus Nestorij concitauerunt. Sed eo non emendante, Constantinopolitana ecclesia erat in scandalo, & velut in nocturna lite repleta omni confusione, sociorum & hostium nulla erat agnitio, diuersis nunc his, nunc alijs consentientibus, & verba propria mutantibus, quoniam Nestorius in ea erat opinione, quod omnino purum hominem diceret CHRISTVM, introducens in Ecclesiam Pauli & Photini doctrinam. Quod audiens Cyrillus Alexandrinus episcopus, cui tunc dabatur primatus de talibus agendi, venerunt ad eum aliqui de populo Constantinopolitano non communicantes Nestorio, & suggerunt ei, quae Constantinopoli acta fuerant. Dixit ergo Nestorio epistolam Cyrillus, cuius est principium, Venerabiles filij ac fide digni: persuadens ei, ut si in plebe lapsus fuerat sermo, in tractatibus corrigeretur, ut Dei puerperam diceret sanctam virginem, id est, Θεοτόκον, ut totius orbis offensio conuiesceret. Iam enim quaterniones expositionum eius per Antiochum quendam illustrem papa Caesestinus acceperat, dogmaque ipsius Nestorij manu eius subscriptum, & ab eo directum: legerat atque tractauerat, totusque Oriens ex eius scriptis iam cognitum habebat. Sed Nestorio emendare nolente, rursus quoque Cyrillus secundam ad eum direxit epistolam, cuius est principium, Obloquitur me quidam apud tuam fraternitatem: quae ei & incarnationis CHRISTI plenam reddidit rationem, rogans eum, ut cum eo illa sentiret, ut ecclesiarum pax persisteret incolumis, & sacerdotibus indissisa concordia per-

Suprà Tomo isto 2. pag. 31.

TOM. 2.

maneret. Adhaec autem Nestorius contrariam scribens Cyrillo epistolam, cuius principium est, Iniurias quidem, quae contra nos sunt, mirandarum tuarum literarum. Veruntamen beatam Mariam Θεοτόκον noluit dicere, nec suum emendauit errorem. Iohanes quoque Antiochenus direxit Nestorio epistolam, cuius est principium, Meam intentionem circa tuam reuerentiam: per quam eum hortatus est, ne se repelleret bonum sibi futurum consiliarium, dum eum dicere piget, beatam virginem DEI genitricem, quod sancti patres docuerunt & scripserunt. In qua epistola meminit Theodori Mopsuesteni, ostendens ei retractationis exemplum, quomodo ille dum tractat, tumultu facto, surgens fortissimus vir, sine confusione suam sententiam retractauit, & quae parum prodesse ignorantibus videbantur, velociter ad utilitatem correxit ecclesiae. Sed hanc Nestorius contemnens, ciuitati suae odibilis factus est. Cyrillus vero per Possidonium diaconum suum retulit de eo papae Caesestino, & quod Constantinopoli ageretur, ei per epistolam suam allegauit. Idem Cyrillus tertiam Nestorio synodicam direxit epistolam, in qua & duodecim capitula contra eius dogma distulit & inseruit. Et est principium: Dicente Domino, Qui amat patrem suum, aut matrem suam plus quam me, non est me dignus. Cuius exemplar epistolae pueniens ad Ioannem Antiochenum, offensus est in ipsis Cyrilli capitulis. putauit enim eum, dum immoderate occurreret Nestorio, in sectam Apollinarianam incidisse. Mandauit ergo Andreg & Theodorito episcopis concilij sui, ut scripto responderent contra ipsa xij capitula, tanquam Apollinarianae dogma instaurantia. Cognoscens itaque Nestorius, quod Cyrillus non pateretur ecclesiam sic esse in perturbationibus, & populos in scandalo, subripuit pio principi Theodosio, ut sacram ad eum dirigeret, & à sua eum persecutione cōpesceret. Et scripsit quidem eum ad sacram Imperator, arguens eum tanquam inquietum & scandala sectantem, qui sine consortio sacerdotum ageret atque scriberet.

¶ De synodo Ephesina prima, & Nestorij damnatione.

Cap. V

ET post haec scripsit aliam sacram ad vniuersos episcopos, ut Ephesum conuenerent, & conferrerent de Nestorij libris & Cyrilli iudicium. Scripsit Imperator sacram & beato Augustino Hipponensi episcopo Ebagnium magistrum, ut ipsi concilio praesentaret sui praesentiam. Qui Ebagninus veniens Carthaginem magnam, audiuit à Capreolo ipsius urbis antistite, beatum Augustinum ex hoc mundo migrasse ad Dominum. Accepitque ab eo ad Imperatorem litteris, loquentibus de obitu beati Augustini, Constantinopolim, vnde venerat, redijt. Porro Capreolus archiepiscopus propter impe-

zug

tus Vandalorum, Aphricanas regiones obfidentium, vniuersale non valens congregare concilium, Vessulam diaconum suum misit Ephesum ad concilium legatum. Cælestinus verò papa Romanus scripsit Nestorio in reparationis epistolam cum exhortatione & vituperatione, quia errare nõ debuerit, ad cuius ordinationem gauisus est. Et est eius principium, Aliquãtis diebus vitæ nostræ: tribuens ei decem dierum spatium, hoc est, a prima die acceptionis ipsius epistolæ, vsque in vltimam diem, vt si minimè Nestorius emendaret expositiones suas, & reuocaret ad ecclesiam, qui propter Christum, qui est caput eius, ab eo fuerant expulsi, cognosceret se ab eius collegio & omnium sanctorum episcoporum consortio esse separatam, insinuans ei dedisse vicem suam in concilio Cyrillo per epistolam suam, cuius principium est, Tristitia nostræ, sanctitatis vestræ literæ: qua Cyrillum admonuit, vt si per illos decem dies doctrinam suam minimè Nestorius emendaret, disponderet eum à communi corpore remouendum, & protidendum illi ecclesiæ, eadem de re pariter scripsit Ioanni Antiocheno, Rufo Thessalonice, Iuuenali Hierosolymitano, & Flauiano Philippei archiepiscopis. Scripsit & ad clerum Constantinopolitanum, admonens eos contra doctrinam Nestorij fortiter stare, eiusque persecutiones patienter ferre, quæ fructus afferunt coronarum, scientes, ab eo excommunicatos vel deiectos, in Apostolicæ sedis permanere communionem. Continuo autem post Paschalem festiuitatem Nestorius cum maxima multitudine venit Ephesum, & inuenit plurimos episcopos collectos. Porro Cyrillus Alexandrinus modicum retardatus, circa Pentecosten occurrit, & Iuuenalis Hierosolymorum. Sed Ioanne Antiocheno remorante, quaestionem mouebant presentes episcopi de B. Maria Dei genitrice. Cyrillus autem deflorationes quasdam librorum Nestorij faciebat, cum perturbare volens. Erat enim (vt dicitur) eius inimicus. Et cum plurimi Deum confiterentur Iesum Christum, Ego (inquit Nestorius) qui fuit duorum vel trium mensium, nunquam confiteor Deum, qua gratia ter mudus sum à sanguine vestro, & amodo ad vos non venio. Et his dictis, cum reliquis congregabatur episcopis, qui eius sententiam sequebantur. Præsentes ergo episcopi, in duos ordines sunt diuisi. Porro Cyrillus cum suis habens vices sedis Apostolicæ, concilio euocato ducentorum episcoporum, Nestorium vocauerunt. At ille venire noluit, differens vsque in præsentiam Ioannis Antiocheni. Scripsit enim ipse Ioannes de itinere Cyrillo, positus in sexta mansione, festinationem suam, & itineris labores, animalium ruias, & episcoporum, qui secum erant, necessitates insinuans. Qui verò circa Cyrillum erant episcopi, homilias Nestorij, quas de hac

Ecclesiastice historie lib. 12. cap. 5.

TOM. 2.

quaestione protulerat, sepius relegentes, priusquam Orientis concilium & aliarum prouinciarum episcopi ipsi concilio conuincti, ad synodum occurrerent, iudicantes Nestorium, tanquam blasphemantem Dei filium, damnauerunt. Hoc factò circa Nestorium, Ioannes & episcopi, qui cum eo erant, alterum concilium apud se facientes, damnauerunt Cyrillum, & cum eo Memnonem Ephesorum episcopum.

De discordia Cyrilli Alexandrini, & Ioannis Antiocheni.

Cap. VI.

Post biduum verò venit Ioannes Antiochenus: & cognoscens ita acta, quæ supra diximus, & post hæc quæ gesta fuerant in damnatione Nestorij, & illa xij. capitula Cyrilli, in ipso concilio suscepta & confirmata, indignabatur valde contra Cyrillum, tanquam seditionis auctorem, quod feruentissimè Nestorij fecisset damnationem. Qui autem cum Ioanne conuenerant episcopi, id est, Alexander Apameæ, Ioannes Damasci, Arianus Seleuciæ, Alexander Hierapoleos, Himerius Nicomediæ, Helladius Tarfi, Maximus Anazarbi, & ceteri numero xxxiij. qui tunc cum eo Ephesi occurrerant, querebantur de Cyrillo, dicentes: Secundum iussionem principis, cur nõ sunt expectati aliarum prouinciarum episcopi, vt quomodo iudicauit de libris Nestorij, & de Cyrilli dictis concilium iudicaret? Congregatis ergo illis Ephesi, Ioannes contra Cyrillum & Memnonem ita inuectus est: Orabam quidem secundum regulas sanctorum patrum & secundum literas pijsimorum & Christianorum Imperatorum nostrorum cum pace fieri synodum. Quam autem audacia & seditione & heretico sensu vtentes, soli cõseditis, nobis propinquatibus, secundum literas pijsimorum Imperatorum nostrorum, & omni turba sancta synodum impleritis, vt nõ requirerent capitula, quæ conueniunt Apollinaris & Arrii & Eunomij perfidia & impietati, neque expectatis presentiam sanctorum episcoporum, qui vndique à pijsimis Imperatoribus euocati sunt, cum magnificentiss. comes Candidianus in scriptis, & sine scriptis precepisset vobis, nil tale præsumere, sed expectare commune omnium sanctorum Episcoporum concilium: ideò scitote, quod depositi estis & alieni ab Episcopatu tu Cyrille Alexandrine Episcopi, & tu Memnon huius ciuitatis, & omni Ecclesiastico ministerio alieni, vt potè vniuersa seditionis & iniquitatis auctores, qui, vt regulæ patrum & imperiales sanctiones decalcarètur, causam dedistis. Ceteri autem omnes, qui consensistis seditionis, agentes contra leges & aduersus sanctiones imperiales, excommunicati estis, donec agnoscentes proprium delictum, penitentiam agatis, & fidem sanctorum patrum, qui in Nicea congregati sunt, suscipiatis, nihil aliud nouum introducentes, & anathematizatis hæretica capitula, quæ à Cyrillo Alexandri-

Ecclesiastice historie vbi supra, 6. ca.

no

DE ORDINATIONE MAXIMIANI Constantinopolitani Episcopi.

Cap. VII.

His ita proueniens de electione episcopi rursus quaestio exorta est. Multi enim Philippum querebant presbyterum, qui à beato Ioanne cognomento Chrysostomo, diaconus fuerat ordinatus, multaque conscripserat volumina contra Imperatorem Iulianum apostatam. Alij verò Proclum presbyterum querebant, quem ad Cyzicum Sisinium episcopum ordinauerat. Qui priusquam Cyzicum proficisceretur, præcedentes eius eiusdem ciuitatis, Dalmatium monachum sibi met ordinauerunt episcopum, quoniam Attico præcessori Sisinij soli hoc præstitum videbatur: sed proceribus palatii, vt fieret, displicuit, quod quidem postea factum est. Manebat enim Proclus, non habens ecclesiam propriam, qui tamen in doctrina ecclesiastica Constantinopoli valde florebat. Cumque quatuor transissent menses post Nestorij damnationem, Maximianus ordinatur episcopus, vita quidem monachus, ordine verò presbyter, constans quidem in fide vera, idiota autem sermone, & sub quiete viuere potius eligebat.

DE PACE CYRILLI ET IOANNIS.

Cap. VIII.

Post paululum verò videns Imperator Cyrilli & Ioannis permansisse discordiam, intolerabilem iudicabat eorum dissensionem. Et vocans tunc ad se Maximianum episcopum, & alios plurimos Constantinopoli repertos episcopos, quo modo tolleretur ecclesiarum dissensio, cogitabat. At illi dixerunt, quia nõ aliter hoc fieri posset, nisi prius iretur, & præferretur vnus fidei vinculum, & Ioannes Antiochenus episcopus anathematizaret Nestorium, & improbata dogmata eius. Et gauiso valde super hoc Imperatore, missus est hoc ipsum agere Aristolaus tribunus, sacram principis deferens Ioanni & Cyrillo, in qua comminatus est vtrisque; Nicomediam exilium, nisi pacem haberent adinuicem. Scripserunt autem & episcopi de Constantinopoli Cyrillo, quia amicitiarum modum & pacem ecclesiarum sanctarum non aliter fieri conueniret, nisi omnia, quæ ab eo in causa scripta sunt, episcopis & Tomis & libris euacuerentur. Cyrillo verò, hoc facere importabile visum est. Verum Ioannes Antiochenus Imperatori mandauit: Propter illa ipsius capitula fidem meam Cyrillo dirigam, quam si suscipiens subscripserit, communicabo ei: alio qui pacificus cum eo esse non potero. Et congregatis iterum Ioannes apud Antiochiam concilium, dictauit fidem, ita se habentem: Con-

Ecclesiastice historie lib. 7. ca. 34.

TOM. 2.

FFF fitemur

sitemur Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore: ante secula quidem ex patre natum secundum diuinitatem, in fine vero diuerum eundem propter nos, & propter nostram salutem de Maria virgine secundum humanitatem: consubstantiali patri secundum diuinitatem, & consubstantiali nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum unio facta est, propter quod unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur. Secundum hunc inconfusam unitionis intellectum, confitemur sanctam virginem Dei genitricem. Propter quod Deus verbum incarnatum est homo factus. Et ex ipsa conceptione uniuert sibi templum, quod ex ipsa suscepit. Euangelicas vero atque Apostolicas de Domino voces sciunt deo quos viros quidem quidem coniungentes, tanquam in vna persona: quaedam diuidentes, tanquam in duabus naturis: & diuinores quidem atque altiores, secundum diuinitatem Christi: humiliores autem, secundum humanitatem eius tradentes. In isto ergo modo hanc fidei regulam interponens Ioannes epistolae suae, cuius est principium: Dudum per sanctionem pijsimorum principum, quam tradidit Paulo episcopo Emeveno, & direxit Alexandriam Cyrillo. In qua urbem veniens Paulus, & gratissimè à Cyrillo susceptus est, & sine difficultate vel contentione (ut à multis putabatur) memoratam fidem Orientalium suscepit episcoporum. Tunc Paulus Dominico die fecit sermonem in populo, praesente Cyrillo, & exposuit capitulum de Euangelio Ioannis: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Conspice (inquit) Ioannem duas naturas predicantem, & unum filium. Aliud enim habitaculum, & aliud qui habitat. Aliud enim templum, & aliud qui habitat, deus. Intendite eis, quae dicta sunt, rogo. Nò dixit, alter & alter, tanquam in duabus personis: aut in duobus Christis, aut in duobus filiis: sed aliud & aliud, ut in duabus naturis. Quando ergo dixit, & habitauit in nobis, & predicauit duas naturas: tunc addidit, & vidimus gloriam eius gloriam tanquam unigeniti à patre, plenum gratia & veritate. Et in sequentibus fidem, quam Cyrillo portauerat, diserebat, aperte predicans duas in nomine Christo naturas in vna persona. Et clamante populo, Bene venisti orthodoxe: mox Cyrillus similia tractauit, & inter cetera ait: Quid his clarius dici potest? Qua indigent haec explanatione? Aptè nos docuit, quia aliud quidem est qui inhabitat, & aliud qui inhabitatur. Et concludens sermonem, ad confirmationem eorum, quae à Paulo dicta sunt, Conspice (inquit) Ioannem duas naturas predicantem, & unum Christum, duas naturas unigeniti, & vnà personam. Et quòd

TOM. 2.

dixit, Et habitauit in nobis, & predicauit duas naturas: tunc addidit haec, Et vidimus gloriam eius, gloriam tanquam unigeniti à patre, plenum gratia & veritate. Haec Cyrillus Paulo praesente tractauit, & Alexandriam docuit ecclesiam, ita de Christo credere, sicut Paulo dudum tractante didicerat. Post haec Cyrillus fidem epistolae, quae à Paulo suscepta, epistolae suae interponens, cuius principium est, Latentur caeli & exulter terra, satisfaciens aliquorum rumoribus, qui de illo habitati sunt, quoniam non assereret, de caelo corpus Christum sumpsisse, neque fermentationem aut commixtionem senserit naturarum eius, scripsit, & subscripsit praefatam fidem, & Orientalibus direxit episcopis. Ascendens ergo Antiochiam Paulus, obtulit Ioanni archiepiscopo & omni concilio eius, epistolam Cyrilli. Qui, ut cognouerit eum suscepisse fidem à se directam, & in eius subscripsisse confirmationem, pacem cum eo & eius fecerunt concilio, damnantes Nestorium, & suscipientes Maximianum, qui pro illo factus fuerat episcopus, dubitantibus adhuc ex eis aliquibus Cyrillo communicare, putantibus eum errasse, & postea veritatem agnouisse, & culpantes Ioannem, cur ab eo non expetierit capitulorum eius damnationem. Ex altera autem parte quidam de palatio, per Eulogium presbyterum & apocrifarium Alexandriam ecclesiam, culpauerunt Cyrillum, cur suscepit ab Orientalibus episcopis duarum confessionem naturarum, quod Nestorius dixit & docuit. Sed & Valeriano Iconij, & Acacio Melitenensi episcopis, hoc ipsum de Cyrillo videbatur.

DE CYRILLI EPISTOLIS
pro Orientalibus scriptis. Cap. IX.

Scripsit ergo eis Cyrillus in defensionem Orientalium episcoporum, & pro duabus vnus Christi naturis. Et superfluum non esse reor, interponere aliqua huic operi ex ipse epistolis, ad confusionem Alexandrinorum phantasiastrarum vel corrupticolarum, gloriantium de Cyrillo tanquam de patre atque auctore suo. Commonet ergo Eulogium presbyterum suum Cyrillus, & dicit: Reprehendunt quidam expositionem quam fecerunt Orientales, & dicunt: Cur duas naturas nominatis eis, passus est audire, aut etiam laudari Alexandrinus episcopus? Alij vero dicunt idem dixisse Nestorium. Dicunt & illi sic sapere, surreptentibus subtilitatem. Oportet enim culpantibus nos illa dicere, quia non omnia, quae dicunt haereticis, fugere aut refutare decet. multa enim contententur, sicut & nos confitemur, Velut Arriani, quando dicunt patrem, qui creator est omnium & Dominus, nūquid propter hoc fugere consequens est huiusmodi confessiones? Sic in Nestorio, licet duas personas * asserat, significans diuersitatem carnis & verbi:

bi: (altera enim verbi natura, altera carnis est) sed tamen nequaquam unitatem confiteretur nobiscum. Nos autem vnientes haec, unum Christum, vnū filium, eundem unum Deum confitemur. Et iterum: Nestorius itaque in suis expositionibus simulat se dicere, vnus filius, vnus Dominus, sed refert filiationem ad solum Dei verbum. Cū autem venerit ad dispensationem, rursus alium Dominum, qui ex muliere est, seorsum hominem dicit, copulatū dignitate, aequo honore, quia habet copulationem ad Christum. Quomodo non apertum est, duos eum dicere Christos, si Christus ad Christum habet coniunctionem, alter ad alterum? Qui verò ex Orientibus nihil tale dicunt. Voces autem diuidunt solum. Diuidunt autem secundum hunc modum, ut alias quidem Deo decibiles esse dicant, alias autem humanas, alias autem communes factas, tanquam habentes simul, & quod Christo Deo decibile est, & quod humanū, veritatem dictas ab vno eodemque Christo. Et non sicut Nestorius alias quidem Deo verbo seorsum tribuit, alias autem ei, qui ex muliere est, tanquam alteri filio. Item Acacio Melitenensi episcopo scribens, inter alia sic dicit: Nestorius etenim Christum seorsum nominari dicit Dei verbum, habere autem coniunctionem ad Christum continuam. Putas ergo, non duos Christos apertissimè dicit? Orientales verò Christum vnū & filium, & Deum, & Dominum confitentur se adorare, eundem ex patre secundum diuinitatem, & eundem ex sancta virgine secundum humanitatem. Duarum namque naturarum unitionem factam dicunt, tamen unum Christum, unum filium, unum Dominum confitentur aperte factum. Et in sequentibus concordans aliquatenus Tomo Papae Leonis Cyrillus, sic dicit: Sunt aliqua vocum maximè Deo decibiles, aliqua verò sic rursus hominem concedentes. Alia autem quendam ordinem obtinent, ostendentes filium Deum existētem & hominem simul. Et idem: Quando enim Philippo dicit, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, non credis quia ego in patre, & pater in me est? Qui videt me, videt & patrem. Et, Ego & pater vnus sumus, Deo decentissimam affirmamus vocem: Quando verò Iudaicum increpat populum, illud dicens, Si filij Abraham essetis, opera utique; Abraham faceretis: nunc autem queritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, hoc Abraham non fecit, homini decenter haec dicta dicimus. Huius epistolae sequentia duarum naturarum probabilem continent expositionem, cuius tamen pro huius operis compendio omnia ponere intermissimus necessaria documenta. Valeriano autem Iconij ita rescripsit: Vniuersi Orientales episcopi simul cum Domino meo religiosissimo Antiochenorum episcopo Ioan-

TOM. 2.

ne, per scriptam manifestamque conditionem clarum constituere vniuersis, quoniam polutas quidem Nestorij nouitates condemnant, anathematizantque nobiscum, & nullatenus eas vnquam sermone dignantur: sed euangelica & Apostolica sequuntur dogmata, & patrum confessionem nullo modo contristant. Confessi sunt enim & ipsi nobiscum, quia dei genitrix sit sancta virgo, & non addiderunt, quia Christi genitrix sit, sicut inquit, qui Nestorij infelices & respuendas opinatiunculas curant, sed inquit palam, vnus esse Christum, & filium, & Deum ex Deo, ex patre ante omne seculum ineffabiliter genitum Dei verbum, in vltimis verò temporibus huc ipsum etiam ex muliere secundum carnem, ita ut idem ipse sit simul Deus & homo, perfectus in Deitate, & perfectus in humanitate idem ipse, & vnus eius esse personam, nullo modo diuidetes in duos filios, aut Christos, aut Dominos. Si ergo quidam mentientes dicunt alia quaedam praeter haec sapere illos, nò eis credatur, sed sicut impostores & fallaces secundum patrem suum diabolium, projiciantur, ut non perturbent eos, qui rectè ambulare desiderant. Si verò & epistolas libimet componentes quidam circumferunt, velut ex persona clarorum virorum, minimè oportet presumere de his. Qui enim semel scripto confessi sunt fidem, quomodo poterunt alteram scribere, velut ex poenitentia reuocati, ut rectè sapere non velint? Alloquere fraternitatem, quae apud te est. Te, qui nobiscum sunt, in nomine salutant. In hac conclusione epistolae suae, in qua dicit Cyrillus, si verò epistolas libimet componentes quidam circumferunt, &c. probat Hypatius iphesiorum episcopus in collatione, quae contra Acephalos suscepit iustione Iulianiani principis, medio Strategio comite sacrarum largitionum in palatii loco, qui dicitur Hepta, contra Cyrillum epistolae hinc fecisse mentionem scriptae ad Marim Persam, quae neque Cyrillus condemnandum iudicauit, neque Nestorianum esse in ipsa sua notauit epistola. Et haec sunt, quae Cyrillus scripsit in defensionem Orientalium episcoporum pro duabus vnus Christi naturis. Quam quicumque tunc minimè receperunt, hos esse puto auctores Acephalorum, qui neque Cyrillum habet caput, neque quem sequantur ostendunt. Tunc & Euoptyns Ptolemaidis Pentapoleos regionis episcopus, accipiens exemplar literarum Theodoriti, qui scripserat contra duodecim capitula Cyrilli, direxit illud Cyrillo, ut responderet ad ea, & sua capitula exponeret. Quod gratissimè suscipiens Cyrillus, fecit interpretationem capitulorum suorum, duodecim addens expositiones, quo videretur, plenam pro eis reddere rationem. Itaque Cyrillo suscipiente & defendente fidem Orientalium episcoporum, & sua capitula exponente, pax & vni-

FFF 2 tas

Ioan. 1. b

Ioan. 14. a

Ioan. 10. f

Ioan. 8. c

* asserat

tas ecclesijs reddita est. In qua pace gaudente Ecclesia, inimicus pacis, æmulus vnitatis, non quicuit aduersus eam mouere vasa sua, & superfeminare zizania.

DE NESTORIANORVM Scandalo, & monachis Armeniae. Cap. X.

Nestorij nanq; sectatores, videntes libros illius blasphemos, nõ posse proferri in publicum, eõ quõd synodo Ephesina anathematizante, fuerant condemnati, & Imperiali lege prohibitum fuerat, nõ quis eos legere auderet aut defendere, tunc cõperit Diodori Tarfensis, & Theodori Mopsuestenæ ciuitatis episcopi, & aliorum episcoporum, qui contra Eunomium & Apollinarem vnus naturæ assertores, libros compositur duas in Christo ostendentes naturas in vna persona, (quod Nestorius sic non dixerat) circũferre volumina: & simplicissimos quosq; decipere cupientes, aiebant nõ sapuisse noua Nestorium, sed antiquorũ patrum profecutum fuisse doctrinã, & intantum studij gesserunt, vt ipsa, eorum volumina malitiosè in Syrorum linguam, & Armeniorum atq; Persarum transferrent. Sed vbi hæc agnouerunt Acacius Melitenen, & Rabula Edessæ ciuitatis episcopus, (de quo Ibas successore eius in epistola sua dicit, huc præsumpsit, qui omnia præsumit, apertè in ecclesia sua anathematizare, scilicet de Theodoro Mopsuestenõ superius loquẽs) scripserunt Armeniæ episcopis, nõ Theodori Mopsuesteni libros susciperent, tanquã hæretici, & authoris dogmatis Nestoriani, in simulantibus episcopis Ciliciæ Rabulam & Acacium, quõd hoc non ex charitate, sed ex æmulatione atque contentione fecissent. Congregati sunt ergõ in vnum venerabiles Armeniæ episcopi, & miserunt duos presbyteros Leontium & Aberium ad Proclum Constantinopolitanum episcopum, secundum morem cum libellis suis, & vno volumine Theodori Mopsuesteni, scire volentes, vtrum doctrina Theodori, an Rabulæ & Acacij, vera esse probaretur. Itaque Proclus accipiens Armeniæ episcoporum libellos, & illud Theodori volumen, diligentius vtraque examinans, Tomum Armenijs scripsit & destinauit. In quo posuit ad interimendas Nestorianorum versutias, qui duas in Christo inducũt personas, vnum de Trinitate incarnatum, quem & direxit Ioanni Antiocheno per Theodorum diaconum suum, continentem subtèr capitula ab hæreticis prolata, experens ab eo pro communi fide seruanda, vt cum suo concilio eum susciperent, & subscriberent. Ioannes autem, & qui cum eo erant cõgregati episcopi, legentes Tomum, & eius laudantes compositionem, subscripserunt in eo, & Proclo transmiserunt. Hunc & Chalcedonẽ synodus per relationem suam, & multorum

Libri hæreticorũ non legendi.

Quedã manuscripta

Post 16. acti Chal. cõcil. sequitur hæc relatio.

peratori direxit, ad probandum, non tantum gestis synodalibus, verum etiam epistolis fidem constare, inter sanctorum patrum epistolas suscepit, & confirmauit. Scripsit autem idem Proclus epistolam ipsi Ioanni, cui & Tomum suum direxerat, in qua dicit: Dicentes autem iterum passibilem Deum, id est, Christum, confitemur eum non esse passum, quod est, sed quod factum est, id est, propria carne: & ita prædicantes, nullo modo fallimur, quoniam quidem & vnum ex Trinitate secundum carnem crucifixum fatemur, & diuinitatem passibilem minime blasphemantes. Sed Basilius quidam diaconus, sumens Tomum Procli, quem Armenijs scripserat, Alexandriam venit, & Armeniorum libellos suis libellis annectens, obtulit Cyrillo eiusdem vrbs antistiti. Quibus (vt ferunt rumores) permotus Cyrillus, quatuor libros scripsit, tres aduersus Diodorum & Theodorũ, quasi Nestoriani dogmatis authores, & alium de incarnatione librum. In quibus continentur antiquorum patrum incorrupta testimonia, id est, Felicis papæ Romani, Dionysij Areopagite Corinthiorum episcopi, & Gregorij mirabilis τῆς ἁγιωσύνης vel Corinthiorum cognominati. Et licet in eius libris Theodori dicta laudentur contra Arrianos edita, ipsum tamen magistrũ Nestorij fuisse contendunt. Contra quos Catholicis veritatis defensores sic Accephalis responderunt, illos libros non esse Cyrilli, quoniam testimonijs, qui contra mortuos posuisse in eis dicitur, contra viuentem Nestorium non est usus, neq; in synodo, neque in aliquibus epistolis. Vnde dicit, illos nec didisse Cyrillum, nec edidisse libros. Itaq; Basilius diaconus Constantinopolim veniens, libellos cõposuit, & archiepiscopo Proclo porrexit, allocians cuncta, quæ antehac Cyrillo archiepiscopo obtulerat. Proclus verò iam destinauerat Tomum suum Armenijs, in quo Tomo nullam facit de Theodoro reprehensionis mentionem. Quod cognoscens Basilius, scripsit libellum, in quo docuit libros Theodori vitandos, sicut Arrij & Eunomij blasphemias. Quod quidem prudentibus inconuenienter eum scripsisse apparet, quoniam Arrius & Eunomius vnam in Christo degenerem patris substantiam prædicauerunt: Theodoros autem (vt ipsi accusant) duas e contrariõ docuit in Christo naturas. Post hæc autem occasione accepta, surrexerunt quidam monachi ab Armenia Apollinaris sectatores, duo vel tria (sicut refert Ioannes Antiochenus in epistola sua) portantes excerpta capitula (vt dicebant) de libris Theodori Mopsuesteni, vel aliorum sanctorum patrum, qui in illo tempore (sicut diximus) cõtra Apollinarem scripserant. Et intrantes regiam ciuitatem, & multorum

minis

καὶ δεκάτη τῶν

Post a. 16. huius conc. habetur hæc relatio.

fordidantes auditum, calliditate sua omnia perturbabant: Deinde circumeuntes totius Orientis ciuitates & vniuersa monasteria, damnanda esse cum authoribus clamabant, accusantes ea Nestoriano sensu fuisse conscripta. Quia si Nestorius iuste damnatus est, damnentur & ista, dicebãt, cum suis authoribus. Et hæc agebant, firmare volentes ea, quæ Apollinaris sunt, qui per vnam naturam Christum nobis cõsubstantialẽ non exposuit. Qui quorundam videntes patriocinio, terrebant nimis clericos, populos & monachos, qui vitam sectabantur quietam. Tunc Ioannes Antiochenus synodo congregata, tres pro Theodoro Mopsuesteno dictauit epistolas. Et vnam quidem direxit Theodosio imperatori, aliam autem Cyrillo Alexandrino, & tertiam Proclo Constantinopolitano episcopo, laudans in eis Theodorum, & eius exponens sapientiam. Ad hæc autem Imperator dirigens sacram Ioanni, derogatores illos Theodori contra salutem propriam venire iudicauit. Cyrillus autem prescripto suo Theodorum præferens, tale de accusatoribus eius tulit iudicium, eõ quõd dogmata veritati contrario vterentur, interponens de symbolo in concilio sibi oblato tresdecadas factas à Charisio presbytero, Nihilominus & Proclus per Maximum diaconum suum ipsi Ioanni rescribens, cuius essent illa capitula, quæ Theodori dicebantur, quæsiuit. Qui pro eius excusatione ignorare se dixit. Veruntamen duas memorati Ioannis epistolas, id est, primam & tertiam, laudes Theodori Mopsuesteni continentes, Chalcedonẽ Synodus per relationem suam Martiano Imperatori directam, cum Tomo Procli (quem ad Armenios direxit) & alijs sanctorum patrum epistolis, suscepit & confirmauit. His ergõ sopitis atque transactis, mortuo Cyrillo tricesimo & secundo episcopatus sui anno, ordinatus est episcopus Alexandria Dioscorus, qui fuit quidem archidiaconus eiusdem Cyrilli. Qui neque vxorem, neque filios habuit, quem narrat opinio, ciuium suorum maiorem habuisse dilectionem. Siquidem opprimens Cyrilli hæretes, & per calumnias, multas ab eis auferens pecunias, dedit eas sine fœnore artopolis & cauponibus ciuitatis, vt mundissimum panem & preciosissimum vinum viliori precio populis exhiberent. Ioanne autem archiepiscopo defuncto, Antiochenæ ecclesiæ Dominus ordinatur archiepiscopus. Sed & Proclo defuncto, ecclesiæ Constantinopolitanæ Flavianus sortitus est sedem. Ipso verò tempore Ibas Edessenum episcopum, quidam presbyteri & diaconi suis libellis quasi Nestorianum accusauerunt Domno archiepiscopo, eõ quõd alloquens Deum dixerat: Non in uideo Christo, quia Deus factus est, quoniam si volo, & ego fio.

Qui cum ascēdissent Antiochiam, eos Ibas excommunicauit. Sed superueniente festiuitate quadragesimæ ascensionis, iussi sunt à Domno excommunicatione absolui, sub ea conditione, vt Antiochiam non exirent, alioquin à suo deponerentur ordine. Sed quidam eorum, archiepiscopi Domni præcepta contemnentes, profecti ad comitatũ, sacros apices mernerunt ad Photium & Eustathium & Vranium episcopos, vt in Beryto audirentur. Fuerunt autem cum ijs Eulogius diaconus Constantinopolitanus, & Damascius vir spectabilis tribunus & notarius. Quod cum agnitiũ fuisset, illos clericos Constantinopolim perrexisse, damnati sunt à Domno & eius concilio. Et post hæc Ibas Beryto ad audientiam occurrit. Cui cum accusatores (sicut gesta demonstrant) nihil probare potuissent, superuenit relatio & postulatio clericorum Edessenum, flagitantium pro ecclesia episcopi sui presentiam, in qua sibi arrogauerunt omnes pœnas horribilis gehennæ, si meminissent tale aliquid dictum in illo tractatu, de quo Ibas accusabatur, & iudicibus nõ manifestassent. Quamobrem fecerunt iudices accusatores ipsos cum suo episcopo in secretario communicare, simulq; pacificos dimiserunt.

De Eutyche presbytero & Egemeno, & eius hæresi, eiusq; damnatione. Cap. XI.

for. Archimandrita

His temporibus Eutyches quidam presbyter & archimandrita præsidens Constantinopoli celeberrimo monasterio, vrgente satana, prædicabat Dominum nostrum Iesum Christum cõsubstantialẽ nobis non esse secundum carnem, sed de celo corpus habuisse. Rursusq; varians, dicebat ante adunationem duas in Christo fuisse naturas, post adunationem verò vnam factam esse. Quem audiens talia docentem & prædicantem Eusebius episcopus Dorylenæ ciuitatis prouinciæ Phrygiæ Salutaris, cum esset orthodoxus, & purus etiã amicus, prohibuit eũ talia sapere & docere. Sed pertinaciter Eutyche audire nõ lète, retulit Eusebius causam ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum. Qui & ingressus est eius concilium, quod collectum fuerat pro Florentio Sardeorum metropolita viro aduersus episcopos sub eo constitutos Ioannẽ & Cossiniũ, & data forma de aliquibus causis eorum, libellos obtulit Eusebius Flavianus & omni Concilio, coniuans omnes aduenire aduersus Eutychen presbyterum, vt sub eorum presentia conuinceretur ab eo, hæretici dogmata sapere & docere. His Flavianus episcopus auditis, per Ioannem presbyterum & defensorem & Andream diaconum, Eutychen ad concilium suum venire præcepit: Quibus euntibus ad se, tale Eutyches reddidit responsum, hoc apud se esse decretũ, vt nunquam egrederetur à sua fraternitate,

Vide acti. r. Chal. cõcil.

ternitate, sed tanquam in sepulcro degeret in monasterio. Secundo vero conuentu postulauit Eusebius, duas Cyrilli synodicas recitari epistolas: vnā, quā Nestorio direxerat, cuius principium est, Obloquuntur me quidam apud tuam fraternitatē: & alteram ab eo Ioanni Antiocheno directam, cuius est principium, Letetur cæli & exultet terra, quas & synodus Chalcedonenfis postea suscepit. Quod cum fuisset factum, Eutyches rursus per Mamam & Theophilum presbyteros scripto vocatus est ad concilium. Qui ad eum minime ingressi, audierunt ab eius monachis, quod ægrotaret, & ideo eum videre non possent. Ingressi sunt tamen ad eum postea, & obtulerunt ei synodicam chartam. Quibus iterum dedit responsum: Ego definitum apud me habeo, extra mortis necessitatem non egredi monasterium. Sed hanc chartam manu scriptā accipite, & synodo offerte. Et post hæc recusante illo, renunciauerunt concilio eius excusationem. Eutyches direxit Tomos per monasteria cum suis dogmatibus ad abbates, vt subscriberet ea. Innotuit hoc concilio Eusebius episcopus. Et rursus Flauianus vnā cum suo concilio per Memnonem presbyterum & Epiphanium & Germanum diaconos scripto eum tertia vocauerunt uocatione. Quibus cum identidem Eutyches de infirmitate se excusaret, cōpellentibus tamen eis, qui missi fuerāt, petijt vnus septimanę dilationem, vt post septem numerum dierum audientię occurreret. Qui refugiens ad Imperatorem Theodosium, impetrauit ab eo (vt fertur) per Chrysostrum Eunucho, quem Eutyches susceperat de sacro baptismate, vt cum Patricio Florentio & magno Silentario Concilium illud Flauiani ingrederetur. Timere enim se dicebat Flauiani calumnias. Postquam ire secum meruit magnum Silentarium cum Imperatoris scripto, accepit & officium excubitorum & chlamydatorum, & venit ad concilium. In quod ingressus, recitauit, qui cum ipso erat, magnus Silentarius in synodo Imperatoris mandatum, ita se habens: Si pacem cogitamus sanctarū ecclesiarum, & catholicę fidei custodiri volumus rectam & Deo inspirante prædicatam fidem à Patribus nostris, qui in Nicea congregati sunt, trecentorū decem & octo episcoporum, & ab his, qui in Epheso interfuerunt damnationi Nestorij: hoc ergo volumus, ne scandalum in prædicta catholica fide immitteretur. Et quoniam scimus magnificentissimum Florentium Patricium esse fidelem & probatum & recta fide, volumus cum interesse audientię synodi, quoniam sermo de fide est. Et superueniente Patricio Florentio, & eo sedente, flagitabant episcopi ab Eutyche, vt confiteretur Dominum nostrum Iesum Christum consubstantialē nobis secundum carnem in duarum naturarum vni-

TOM. 2.

tione. At ille libellum suum legi patebat, & credere se dicebat secundum Niceni concilij fidem. Interrogante autem Patricio Florentio Eutychem, si diceret Christum, qui ex virgine est, consubstantialē nobis, duasque in eo vnitas naturas: qui confiteri se quidem hæc ante adunationem, post adunationem autem, vnā se confiteri dicebat. Et dicente ad eum synodo, Oportet te hoc confiteri, & anathematizare omne dogma huic fidei contrarium: respondit, non se dixisse hoc prius, sed posse se dicere, quia ipsi dicebant: sequi se tamen patres aiebat, quoniam in scripturis hoc non inueniat explanatum, nec patres ita dixisse. Surgens autem sancta synodus, anathematizauit eum. Cui identidem Patricius Florentius dixit: Qui non confitetur duas in Christo naturas, non credit recte. Ille autem dixit legem se habere sancti Cyrilli & Athanasij, qui ex duabus quidem naturis dixerunt ante adunationem, post adunationem autem & incarnationem non duas naturas, sed vnā. Surgens autem sancta Synodus iterum, anathematizauit eum. Venerabilis vero Flauianus, quoniam Valentinus & Apollinaris hereticorum errore Eutyches ægrotasset, expoliāns eum honore presbyterij, anathematizauit atque damnauit, & conclusis gestis, in eius damnationem concilium subscripsit. Quibus gestis iungens epistolam suam venerabilis Flauianus, Leonis papę direxit, & quid in concilio gestum fuerat, allegauit fideliter. Et Eutyches de sua dānatione papę Leoni scribens, posuit edita apud Constantinopolim, & iniustitiam se fuisse passum, populū contestatus est. Leo vero direxit Flauiano Tomum, sanam incarnationis Christi doctrinam continentem, & mirifice perimentē Eutychetis assertiones, cuius principium est post proemium, Lectis dilectionis tuę literis. Eutyches vero obtulit preces Imperatori, questus de falsitate gestorum, quasi aliqua à notarijs superaddita fuissent, aliqua vero dicta, nec gestis inserta. Et postulauit, vt sub præsentia Thalassij episcopi & Florentij patricij, rursus in palatio Flauiano occurrente, ipsum congregaretur Concilium, & ex interrogatione personarum veritas panderetur. Annuuit Imperator fieri, & easdem preces manu sua ita subscripsit: Deponant apud reuerendissimos episcopos, non solum qui dudum conuenerunt, verum etiam & apud reuerendissimum Thalassium, vt omnibus his presentibus, quę supplicatio loquitur, negocij veritas inquiratur. Cumque concilium congregaretur, Eutyches absens factus, ad vicem suam misit Constantinū diaconum ad conciliū, vt pro eo respondens examinantibus iudicibus, gestorū falsitas repræhēderetur. Sed discussis gestis, instantibus notarijs cum episcopis Deum timētibus, cum Eutycheti aliqui fauerent pro tempore, nihil falsitatis

In Epistola Leonis.

1. Pet. 3. c

Rom. 1. b

sitatis inueniri potuit: sed hoc tantum actū est, vt apud magistrum Officiorū, gesta conficerentur de falsitate notariorum, adstantibus aliis quibus laicis de officio principis, qui interfuerant gestis ipsis tempore Concilij. Postea expetiuit Imperator a Flauiano, fidei eius confessionem manu eius scriptam & subscriptam. Scripsit ergo Flauianus, fidem suam manu propria, & Imperatori in hoc themate direxit: Flauianus episcopus Constantinopolitanus, amator Christi Imperatoris nostri Theodosij salutem. Nihil ita conuenit sacerdoti Dei, & dogmatibus erudito diuinis, quod paratum esse ad satisfactionē omni petenti rationem de spe, quę in nobis est, & gratia. Non enim erubescō euangeliū Dei. Virtus enim DEI est ad salutem omnium credenti. Quia ergo & nos misericordia regis omnium Christi Dei, sacerdotium tale sortiti sumus, sapimus recte & inculpabiliter semper scripturas diuinas, sequentes expositionem sanctorum patrum, qui in Nicea conuenerunt, & centum quinquaginta, qui hæc cōgregati sunt, & qui in Epheso sub sanctę memorię Cyrillo, qui fuit Alexandrinorum episcopus, & prædicamus Dñm nostrum Iesum Christum, ante secula quidē ex Deo patre sine principio natum secundum diuinitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos & propter nostrā salutem ex Maria virgine secundum humanitatem. Ex duabus utique naturis consistentes Christum post incarnationem ex sancta virgine, & humanatum, in vna subsistentia & in vna persona, vnū Christū, vnū filium, vnū dominum confitemur. Et vnā quidem Dei verbi naturam, incarnatam tamen & inhumanatam dicere non negamus, eō quod ex ambabus vnus atque idem sit dominus noster IESVS Christus. Eos vero, qui aut duos filios, aut duas subsistentias, aut duas personas annunciant, & non vnū eundemque dominum nostrum Iesum Christum filium DEI viui prædicant, anathematizamus, & alienos esse ab Ecclesia iudicamus. Et ante omnes Nestorium impiū anathematizamus, & sapientes quę eius sunt, & loquentes ea, & abscondantur huiusmodi à filiorum adoptione promissa recte credentibus. Et subscriptio: Domine Iesu Christe, adiuua nos. Et iterū: Hęc scripti manu mea ad satisfactionē vestrę potestatis, vt cōfundantur calumniam facientes nostrę simplicis conuersationi.

DE SYNODO EPHESINA
secunda & Flauiani morte. Cap. XII.

Postquam ergo nihil probatum est notariorum de falsitate gestorum, Eutyches petijt Dioscorū Alexandrinū episcopum, vt quæret, quæ de illo acta sunt, & causam examinaret. Agebat apud principem vniuersalem fieri Synodū, vt probaretur iudicium

TOM. 2.

Flauiani. Scripsit ergo Dioscorus Theodosio Imperatori, quia aliā fieri synodū generalem oportet, & vt fieret, persuasit Eutychem. Annuuit Imperator. Et dirigēs sacra Dioscoro in Alexandriam, præcepit, vt cum decem metropolitanis Episcopis, quos voluisset, ipse eligeret, & veniret Ephesum: & cōgregato vniuersali concilio, Eutychetis causam discuteret, iubēs Barsumā archimandritam interesse concilio, & vices agere omnium monachorum Orientales episcopos accusantiū. Theodoritū vero Cyri episcopū adesse concilio interdixit, & in sua ciuitate permanere eum iussit. Iam enim Iba Edeffenum episcopum, ne synodo adesset, per illum filium suū, quē superius dixi, Chrysostrum, in multas mansiones Eutyches relegarat exilio. Et sic Ephesi generale conciliū, ad quod cōuenerunt Flauianus quidē & Eutyches, tanquā iudicadi, Iuuenalis & Thalassius & omnes illi metropolitani episcopi cum suis Concilijs, & iudices Constantinopolitani Concilij, quę Eutychem iudicauerāt. Dioscorus vero secum habebat fortissimos milites Reipublice cum monachis Barsumę. Et sedentibus in Basilica Dei genitricis Marię illis episcopis, Ecclesię Romanę diaconi vices habentes papę Leonis, assidere non passi sunt, eō quod non fuerit data præfessio sanctę sedi eorū. Insuper etiā, quod non lecta fuerat ad Flauianum epistola in Eutychetis damnatione à Leone papa Leone scripta, & occultata fuerat epistola eius per supra memoratos legatos ad ipsam synodum directā. Et est eius principium, Religiosa clementissimi principis fides. Cumque Flauianus iudicaretur à synodo propter Eutychetis dānationē, Dioscorus libellum, quem Eutyches manu sua portabat, iussit suscipi & recitari. Et cum recitaretur, surgens Dioscorus, & stans in suppedaneo sedis sue, dicebat concilio: Optima Eutychetis fides concordat fidei trecentorum decem & octo sanctorum patrum, & recte credit Eutyches, fratres. Tunc synodus iussione Dioscori, Iba Edeffenum damnauit vt absentem, multis nescientibus episcopis quid de illo actum fuisset. Et tertio vocatū, tanquā contemptorem & non occurrētem ad sanctum concilium, damnauit absentem. Clamabatur autem, quoniam testimonium contra eum phibeatur ab aduersarijs tanquā dixisset: Non inuideo Christo factō DEO, quoniam si volo, & ego fio. Et quasi dixisset, Hodie Christus factus est Deus, & alia huiusmodi, & propter epistolā ad Marim ab Iba directam. Iterum synodus authore Dioscoro Theodoritum episcopū Cyri dānuuit absentē, & nec egressum de sua ciuitate, propter illa, quę scripsit cōtra duodecim anathemata Cyrilli, & propter epistolam missam ab eo clericis & monachis & laicis cōtra primam ephesi synodū ante ecclesię pacem. Ad hæc dānuuit quoque memorata synodus

FFF 4 Eu.

¶ Parenthum
de hoc acti.
14. conc.
Chalced.

De hoc cir-
ca sine acti.
1. Chal. cōc.

Eusebium episcopum Dorylei, eō q̄ dixe-
rit duarum naturarum p̄fectarum Christi.
Et cum eo damnauit similiter Flavianū Cō-
stantinopolitanū episcopū, quasi malē da-
mantem Eutychem, & quia dixerit, in dua-
bus naturis cognosci Ch̄m. Quare surgen-
tes quidam venerabiles episcopi, tenuerūt
genua Dioscori, & rogabant, nē Flavianus
innocens dānaretur: qui nec diū petere po-
tuerūt metu militum & monachorum stan-
tium cū gladijs & fustib⁹. Deposuit quoq;
& Sauinianum episcopum Perrēsum. Post
omnes autem & Domnū Antiochenū rema-
nentem ab orthodoxorum depositione, q̄
particeps factus Dioscori in depositiōe or-
thodoxorum & Eutychem absolutiōe. De-
positus est autem dolo Dioscori sic: Postq̄
consensit in omnibus Dioscoro, datis in
medio eius epistolis, quas ad ipsum Diofco-
rum Antiochen⁹ Domnus cōtra duodecim
Cyrilli capitula scripserat, eō q̄ essent ob-
scura, damnauit ægrotum & absentem illa
die. Hæc ergo synodo decernente, & resti-
tuente Eutychi presbyterij dignitatem &
ministerij præfulatum, Flavianus quidem &
Eusebius custodiæ mancipantur. Porro lo-
cum obtinentes papæ Leonis, omnibus quæ
sunt gesta, contradixerant. Flavianus autem
contra se prolata sententia, p̄ eius legatos se-
dem Apostolicam appellauit libello. Et hūc
terminū illa synodus habuit. His ergo om-
nibus malis à Dioscoro perpetratis, cæsus Fla-
uianus, & multis iniurijs affect⁹, dolore pla-
garum migravit ad Dñm. Ordinatusq; est
pro eo Anatolius diaconus, qui fuit Con-
stantinopoli apocrifarius Dioscori, & pro
Domno Antiocheno ordinatus est Maxi-
mus, & pro Iba Nonnus, & pro Sauiniano
Athanasius, pro Theodorito autem & Eu-
sebio nullus ordinatus est. Soluta ergo illo
Cōcilio, & ad suas sedes reuerſis episcopis,
scilicet facta est inter eos, qualis antea nunq̄
contigerat. Aegyptij, Thraces & Palæstini
episcopi, Dioscorum sequebantur: Orien-
tales, Pontici & Asiatici, sanctæ memorię Fla-
uianum. Quod schisma permansit vsque ad
obitum Theodosij principis. Sed q̄renti ple-
nitus scire atrocina Dioscori in ipsa syn-
odo pertractata, prima actio synodi Chal-
cedonenſis, in qua nec nominādī Ephesini se-
cundi concilij recitata sunt acta & gestis in-
ferta, legenti omnia plenissimē innotescit.
Nam nos ista nup̄ Alexandriæ de Græco
in Latinum translata suscepimus. Porro le-
gati sedis Apostolicæ ab ipso Concilio fu-
gientes, retulerunt papæ Leoni iniquitates
Dioscori, quomodo Dioscorus vi magis, q̄
iustitia, in illa egerit synodo. In cuius gesta
timore episcopi subscripserunt in Eutyche-
tis absolutiōe, & orthodoxorū episcoporo-
rum depositionem, hæresim non recipien-
tium, & quomodo omnibus gestis eius con-
tradixerunt. Quos sequutus Theodoritus

TOM. 2.

episcopus, papæ suggestit, quanta mala per-
tulerit ex insidijs Dioscori, rogans, vt eēle-
rius tali causæ subueniretur per alium cōn-
uentum episcoporū, nē hæretica Eutyche-
tis dogmata permanerent à Dioscoro con-
firmata. Sed fortissimus Leo audiens lega-
torum suorum suggestionem, & Theodo-
riti querelas suscipiens, literis suis Theodo-
sium Imperatorem & Pulcheriam Augustā
petit, vt fieret intra Italiam generale Conci-
lium, & aboleretur error fidei per violētiam
Dioscori factus. Valentinianum autem Im-
peratorem & Eudoxiam vxorē eius, ad me-
moriā beati Petri, cum multis episcoporū
genibus, puolutus, Romanus pontifex de-
precatus est, vt Imperatorem Theodosium
hortarentur aliam fieri synodum, ad retra-
ctādum illa, quæ à Dioscoro malē acta atq;
perpetrata fuerant in damnatione Flauiani
episcopi, & orthodoxorum depositiōe. Eis
scribentibus & petentibus rescripsit Theo-
dosius Imperator, Flavianum lesibilis no-
uitatis reū, dignum mortis debitum susce-
pisse, & idē omnis pax & concordia in Ec-
clesia regnaret, principe contentions sacro
iudicio humanis rebus ablato. Illos verō, q̄
depositi fuerāt, indignos sacerdotio fuisse:
& qui digni iudicati sunt, à synodo esse sus-
ceptos. Hæc de Flauiano Theodosij Archi-
dij principis filius, nepos Imperatoris The-
odosij maioris, cuius temporibus omnia hæc
scandala contigisse noscuntur.

¶ DE SYNODO CHALCEDO-
nensi, & de damnatione Dioscori.
Cap. XIII.

Sed eo defuncto, cum Martianus impe-
rij culmen fuisset adeptus, pro illa Papæ
& principum Romanorū petitione vniuer-
sale concilium in Nicea cōgregari iussit, vbi
occurentibus sexcentis triginta episcopis,
& eis sedentibus, legati papæ Leonis Marti-
anum petierunt, vt sui præsentia p̄staret cō-
cilio: alioquin ipso absente, ipsi ad conciliū
non occurrerēt. Et ita iussit Imperator syn-
odum trāsferri Chalcedonā, vt de proximo
ad concilium veniens, eorum impleeret pe-
titionem. Formidabāt autem aliqui episco-
porum, nē ab Eutychanis tumultus à Con-
stantinopoli de vicino nasceretur. Sed Im-
patore p̄mittente, nullū audere tale aliquid
p̄tentare, apud Chalcedonā synodus sedit.
Igit̄ p̄spectis ijs, q̄ in secunda synodo Ephe-
sina gesta sunt, corā sacro fenatu, & Cōstan-
tino & Beroniano à secretis, & omni vni-
uersali cōcilio, cū Paschasino & Lucetio epi-
scopis, & Bonifacio presbytero, locū tenen-
tibus Leōis papæ Romani, & Anatolio Cō-
stantinopolitano, p̄sente Dioscoro & om-
nibus metropolitānis episcopis, vt q̄rerēt de-
positiō & mors Flauiani, & depositiō ortho-
doxorū episcoporū, q̄ p̄ fide depositi sunt.
Et prima quidem sessione, recitante Ber-
oni-

roniciano gesta nefandi concilij Ephesini
secundi, in quibus continebantur de Euty-
che Constantinopoli acta, lecta sunt etiā
& gesta synodi Ephesini primæ, in qua Ne-
storius à Cyrillo damnatus est, & gestis in-
ferta: & omnibus ritē discussis, clamanti-
bus episcopis, Anathema Nestorio, anathe-
ma Eutychi, anathema qui diuidit, anathe-
ma qui confundit: iniquitas Dioscori refe-
rata & manifestata est de Flauiani morte, &
de episcoporum orthodoxorum depositi-
one. Et ita soluto primo conuentu, secundo
secretario interloquentibus iudicibus, vt
cum omnium episcoporum deliberatione
fides tractaretur & cōfirmaretur, lectæ sunt
duæ epistolæ Cyrilli, quæ in concilio Fla-
uiani (sicut diximus) gestis Cōstantinopoli
continentur. Lectus est & tomus papæ Le-
onis ad memoratum Flavianum, cōtra do-
gma Eutyche directus. Et dubitantibus Il-
lyricianis & Palæstinis episcopis sanctis in
aliquibus locis eius, Theodoritus episcopus
& Aëtius archidiaconus Constantinopoli-
tanus, ex dictis & epistolis eius similia Cy-
rillum scripsisse docuerunt. Et clamantibus
Aegyptijs & Illyricianis episcopis, Omnes
peccauimus, omnes veniam petimus: dilatio
dierum quinq; concessa est, vt cum omī de-
liberatione fides tractaretur, & confirmare-
tur. Et ita secundo conuentu soluto, tertio
quoq; secretario libellos obtulit Eusebius
Dorylei episcopus aduersus Dioscorum, &
synodo questus est de sua & piæ memoriæ
Flauiani depositione, & de consensu ciuicū
Dioscori in dogma Eutyche, & vt vocare-
t ab eis, & ab eo conuinceretur de his accu-
sationibus. Sed questus est, si venisset Diof-
corus, & inuentus non est. Ad quem directi
sunt episcopi, Constantinus Bostrenſis, & At-
ticus Zelenſis, & Acacius Ariarathrenſis, & Hy-
merius lector & notarius, vt eū scripto cō-
uenirent, vt ad Concilium occurreret. Qui-
bus Dioscorus respondit: Custodior ego:
Si permittunt me descendere, dicant magi-
striani. Ego enim paratus sum venire, sed p̄-
hibeor. Hæc scripto mandauit concilio Dio-
scorus. Sed adueniens adiutor magistri Of-
ficiorum, dedit ei facultatem, vt liberē ad
Concilium occurreret. Cursusque ad eum
directi sunt Pergamius, Cecropius, & Rufi-
nus episcopi, vt scripto eum conuenirent,
nē ad concilium venire contemneret, sed
magis satisfaceret concilio de his, quæ ab
Eusebio dicebantur. At ille respondit eis: Iu-
dicent de his iudices & senatores, ego ægri-
tudine grauatus, ad conciliū venire nō pos-
sum. Et tertio vocatus est ad concilium per
Francionem, Iulianum & Ioannem episco-
pos cum Palladio notario, vt verbis eius scri-
ptis, intimarent concilio, quid Dioscorus
remandarēt: sed in hac tertia uocatione, in-
cepta Dioscorus respōsione venire differēs,
conciliū damnatiōis in eum p̄tulit senten-

TOM. 2.

tiam: q̄ missa est pio Impatori, subscribenti-
bus in ea episcopis. Depositus est ab episco-
patu Dioscorus septimo ordinationis suæ
anno. Clericis verō Alexandrinis mandauit
conciliū, iam cum non putare episcopū esse,
sed omninō cognoscerent, eum de gradu
suo esse deiectum. Sed & aliquibus putan-
tibus Dioscorum recuperare posse episco-
patum, propositum est edictum, & omnib⁹
manifestatum est, Dioscorum irrecuperabi-
liter honore fuisse abiectū. Quarto autem
secretario interloquentibus iudicibus, simi-
li sententiæ, qua Dioscorus iudicatus est,
hos episcopos subiacerē, Iuuenalem Hiero-
solymitanorum, Thalassium Cæsareæ Cap-
padociæ, Eusebiū Ancyræ Galatiæ, Eusta-
thium Beryti, & Basilium Seleuciæ Isauriæ,
qui potestatem habuerunt, & principes fu-
erunt tunc Ephesini latrocinij, vt alieni ab
episcopatu fierent. et post hæc quinq; diē
dilatatiōe facta, vt vnusquisq; episcopus quō-
modō crederet, scripto p̄ferret, & vt eli-
geret Anatolius Episcopus certos & ido-
neos ad tractandum episcopos, & delibera-
retur regula fidei, & firmaretur. Firmata est
autem fides Niceni cōcilij, & Constantino-
politani, & Ephesini primi, & epistola Leo-
nis papæ, q̄ & ab omnibus subscripta cogno-
scitur. Kursus interloquentibus iudicibus
de Iuuenale & Thalassio, Eusebio, Basilio &
Eustathio episcopis, quid cōcilio videatur,
acclamauit omne concilium: Dioscorum
Deus deposuit, Homicidam deus deposuit.
Et intercedente pro eis Concilio quia con-
fenserant in subscriptione supra memoratę
papæ Leonis epistolæ, & nē maius iterum
nasceretur schisma, iussi sunt in concilio p̄-
manere. Post hæc duodecim episcopi Aegy-
ptij libellos obtulerunt fidei cum illusiōe.
Sed iudicante cōcilio, vt Eutychem anathe-
matizarent, & subscriberēt tomō papæ Le-
onis, dixerunt illi, hoc non se facere posse,
donec ordinaretur Alexandrinus episcopus,
vt cum eius iussione sine suo periculo hoc
implerent, & pro multitudine Aegyptiorū
episcoporū solos se facere non posse. Et de-
cretum est, vt datis ab eis fideiussoribus sa-
cramento prælitō, expectarent ordinatiō-
nem Alexandrini episcopi, & consentirent,
& subscriberent ad omnia synodalia insti-
tuta. Hoc & de archimāditis, & monachis
aliquibus similiter excusantibus, in conci-
lio ordinatum est, vt dilationem acciperēt.
Et ita quarto secretario peractō, quinta ses-
sione hoc actum est, tractantibus cum epi-
scopis & iudicibus, vt fides confirmaretur,
& ex tractatu Anatolij Constantinopolita-
ni episcopi, & omī episcoporū metropolita-
norum, dictatum est fidei symbolum cum
definitione, & ab omnibus confirmatū est. Et
legētē illud Aëtio archidiacono, acclamatū
est ab omni synodo: Hæc patrum fides, Hæc
est fides Cyrilli & Leōis, Multos annos Im-
pera-

elusione.

pera-

peratoribus. Et petierunt rursus acclamare, ut mox ab omnibus metropolitanis & toto concilio sine dilatione subscriberetur. Sed intermissum est à iudicibus, ut primum principi legeretur. Et cum hoc fieret, soluta est synodus. Sexto autem secretario adueniens Martianus Imperator ad concilium cum iudicibus & sacro senatu, alloquutionis verba fecit in concilio, & inter alia dixit, se ad confirmandam fidem, non ad potentiam ostendam, exemplo Constantini, synodum intrasse. Unde abiecta omni prauitate & avaritia, quorundam amputatis erroribus, in perpetuum, que à vobis ordinata fuerint, referentur. Et recitata fidei definitione, confirmata est ab omni concilio sine aliqua dubitatione, & ab omnibus subscripta est. Septimo quoque secretario tres actus sunt causæ, propter quod tres eius computantur actiones. Prima est, qua firmata sunt, quæ conueniunt inter Maximum Antiochenum, & Iuvenalem Hierosolymitanum episcopos, ut duæ Phœnicæ & Arabia dependerent sedi Antiochenæ, Hierosolymitanæ verò tres Palestinæ provincie. Alia quoque celebrata est actio, in qua Theodoritus episcopus Cyri, quem Dioscorus expulerat, orthodoxus iudicatus est, & dignus sede sua. Tertia verò actio est, ubi causa Ibe Edeffeni episcopi, qui similiter fuit per violentiam Dioscori ab episcopatu depositus, legitur esse discussa, in alterum diem finali dilata sententia. Octauo autem secretario decima actione, eadē causa finita est, ubi & relata sunt gesta apud Phorium & Eustathium atque Vranium in Tyro ac Beryto celebrata, in quibus continentur & illa, quæ apud Theodosium Imperatorem super eius fuerant negotio acta. Sed & gesta apud Dominum episcopum Antiochiæ prius habita, necnō & ipsius Ibe epistola, ad Marim Persam scripta, in eadem actione decima orthodoxa pronuntia monstratur. Ex eius tenore dignus iudicatus est Ibas episcopatum suamque ecclesiam recipere. In qua actione id etiam inuenitur decretum, ut quod sub Dioscoro in Epheso congregatum est, nec vocaretur concilium, atque ut peteretur ab Imperatore, ut hoc ipse lege sanciret. Nono quoque secretario acta est actio, ubi Bassianus, qui ad ciuitatem Euazentium episcopus ordinatus est, & ecclesiæ incubuerat Ephesinæ, & Stephanus, qui & ipse male ordinatus, prædictum Bassianum de Epheso expulerat, iudicati sunt ambo remouendi, & ut alius ipsi ecclesiæ ordinaretur. Sed quia fuit aliquorum diuersa sententia, causæ terminus in sequente dilatus est actionem. Decimo ergo secretario eadem causa finita est, & omnium concordia sententia uterque iudicatus est amouendus. Alia verò causa est, Eunomij Nicomedienis atque Anastasij Niceni altercatione continens, super ciuitate Basiliopolim, quis eo-

rum illic ordinaret episcopum. Et interdictum est, ne hoc Nicenus aliquis presumeret. Undecimo secretario duæ actus sunt actiones. Prima, in qua ecclesiæ Parthum redditus est Saurianus episcopus, quem Dioscorus expulerat, & Athanasium fecerat illi restitui. Qui pro criminibus obiectis, cum sæpe deuocatus ad iudicium non occurreret, & episcopatu renuntiaret, à Domino Antiocheno fuerat antè damnatus.

Et alia, in qua post discessum iudicium & senatorum, & legatorum apostolicæ sedis, regulæ constitutæ sunt ecclesiasticæ, & quedam priuilegia deputata Constantinopolitanæ ecclesiæ, usurpante sibi hoc Anatolio eiusdem vrbs episcopo, occasione accepta ex Dioscori damnatione. Quod alia die cognoscentes legati papæ Leonis, (quæ est vltima & duodecima dies concilij) petierunt, ut rursus cum iudicibus ad concilium conuenirent. Quibus requirentibus à concilio, quid pridem fuerit ordinatum, lectis gestis cognouerunt, quid Anatolius consentiente concilio egerat, & obtinuerat. Quibus eius præsumptioni contradicentibus, à iudicibus & episcopis omnibus illa contradictio suscepta non est. Et licet sedes apostolica nunc vsque contradicat, quod à synodo firmatum est, Imperatoris patrociniis permanet quodammodo.

DE EXILIO DIOSCORI, ET ordinatione Proterij Alexandrii Episcopi. Cap. XIII.

Expleto ergo magno & venerabili Chalcedonenſi concilio in duodecim secretariis & sedecim actionibus, Dioscorus quidem exulare in Gangrena ciuitate præceptus est. Reuersi sunt autem Alexandria, qui cum eo venerat episcopi & clerici, Athanasius Buirios episcopus, & Nestorius Phlagonos, & Auxonius Sebennitenſis, & Macarius Chabaseniſis, qui cōfederant in Chalcedona, & anathematizauerunt Eutychen & eius dogma, cum Dioscori damnatione, epistola papæ Leonis subscribentes, ut cum omnium ciuium voluntate eligerent ordinandum episcopum, sacris ob hoc cliteris præcedentibus ad Theodorum tunc augustalē. Collecti sunt ergo nobiles ciuitatis, ut eum, qui esset vita & sermone pontificatu dignus, eligerent. Hoc enim & Imperialibus sanctionibus iubebatur. Cumque super hoc multa dubitatio processisset, volentibus ciuibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, (Dioscoro quippe viuentē) nouissimè in Proterium vniuersorum sententia declinauit, utique cui & Dioscorus commendauit ecclesiam, qui & eum archipresbyterum fecerat. Ordinatus ergo Proterius, præsentibus supra memoratis episcopis, qui in synodo (sicut dictum est) subscripserat, inthronizatur.

DE ORDINATIONE TIMOTHEI Aeluri, & morte Proterij. Cap. XV.

Inthronizato autem eo, diuisio & discelsio populi orta est, eodē quod viueret Dioscorus, & esset in exilio. Multa ergo pericula Proterius passus est, ita ut militari custodia indigeret auxilio plurimo tempore sui pontificatus, & vsque ad mortem Martiani Imperatoris, inimicorum manus valuit euadere. Sed Timotheus quidem cognomento Aelurus, & Petrus Moggus diaconus, qui de ordinatione fuerunt Dioscori, ab Alexandrina ecclesia se separauerunt, nolentes communicare Proterio. Quos cum Proterius episcopus ad ministerium proprium reuocare non posset, vtrosque damnauit. At illi captata morte Martiani Imperatoris, collectis turbis hæreticorum, qui Dioscorum sequebatur, ordinato episcopo Timotheo Aeluro, veniunt Alexandria. Et ante triduum Paschæ, quo cœna Dni celebratur, ab ipsis turbis concluditur in ecclesia sanctæ memoriæ Proterius, quod se timore cōtulerat. Ibique eadem die in baptisterio occidit, lahiatur, eicitur, & funus eius incenditur, spargitur & cineres eius in ventos. Ab isto ergo Timotheo duo episcopi Alexandriæ ceperunt esse. Et dum ecclesias tenuissent, soluerunt eam, quam habebant vnitatem, expulsi ab eis plurimis episcopis orthodoxis, qui sub euangelistæ erant sede beatissimi Marci. Interea Leo sumit Imperium, ad quem tati facinoris catholicorum querela puenit, ascendentibus ad imperiale ciuitatem cum clericis aliquantibus Alexandrinæ ecclesiæ episcopis, quæ erant à Timotheo sedibus suis pulsi. Supplicationes ab eis oblatae sunt Leoni Imperatori, quatenus mors vindicaret Proterij, & expelleret episcopali sede Timotheus Aelurus, tanquam non legaliter institutus. Hæc quidem egerunt episcopi & clerici, synodi Chalcedonenſis defensores. Sed & à parte Timothei quidam episcopi & clerici Timothei ascendentes, funturi legatione pro Timotheo Aeluro, dederunt & ipsi petitiones Impatori, contra synodum sæpe facientes, ut eadem Chalcedonenſis synodus tolleretur. Eccestrà, illi à parte Proterij vindicta sceleris postulabant. Et ambarum partium supplicationes Imperator legens, & considerans, nimis esse graue vexari tanto itinere sacerdotes, quorum aut ætas, aut infirmitas, aut paupertas hunc laborem subire prohibebat, impossibile iudicauit eos congregari, sed scripsit singularum ciuitatum episcopis de vtroque negotio, cōsulens, quid fieri oporteret vel de ordinatione Timothei, vel de terminis synodi Chalcedonenſis, & direxit per totum Orientem magistrianos. Mittit & Anatolius episcopus Aſclepiadē diaconum suum, per quos omnes illi episcopi, qui Chalcedone fuerant con-

gregati, quid Alexandriæ gestum fuit, agnoscere. Qui rescribunt Chalcedonenſem synodum vsque ad sanguinem vindicandam, eodē quod non alteram fidem teneret, quam synodus Nicena cōstituit. Timotheum verò non solum inter episcopos non haberi, sed etiam Christiana appellatione priuari. Et hæc epistola vel relationes episcoporum omnium, in vno codicis corpore vocantur encycliæ. Quo facto, scripsit Imperator Leoduci Alexandriæ Stilæ, ut pelleret quidem ab episcopatu modis omnibus Timotheum, inthronizaret autem alium decreto populi, qui synodum vindicaret.

DE ORDINATIONE TIMOTHEI catholici, & Petri hæretici. Cap. XVI.

Visione suscepta, dux Stila fecit que fuerant imperata. Et exilio relegatur Timotheus Aelurus Cherſonam arcta custodia, & sit pro Proterio Timotheus, cognomento Salophaciolus siue Asbus. Hic Timotheus catholicorum episcopus, vixit quidem sine seditione quiete in Alexandrina ecclesia omni tempore Leonis, & omni tempore Zenonis, donec Basiliscus arripere tyrannidem, Zenone in Isauriam fugiente. Et cum Basiliscus tenuisset Imperium, scripsit vniuerso orbi sanctionem suam, quam appellauit Encycliam contra Chalcedonenſem concilium. Tunc enim Basilisco reddente episcopatum Timotheo Aeluro, & hæreticis sedibus suis restitutus, fugit Timotheus catholicus in Canopi castellum, & in monasterio latuit. Petrus hæreticus iterum se cum Timotheo iunxit, cum quo fuerat antè damnatus. Postquam ergo Imperator Zenon reuersus est ad imperium, Timotheus Aelurus metuens zelum, quem habebat circa Chalcedonenſem concilium, optauit sibi met mortem. Et istud perseueranter orans, ab humana vita hausto veneno solutus est. Dicunt verò sequaces eius, præscisse eum diem mortis sue. Et reuera, quia se veneno parabat interficere, sciebat. Post cuius obitum ordinauerunt sibi hæretici episcopum Petrum, cognomento Moggum, qui vocatus est Blefus, qui fuerat archidiaconus. Morabatur autem tunc Timotheus catholicus (ut dictum est in Canopo castello. Et cognoscentes Zenon Imperator calliditatem hæreticorum, scripsit Anthemio Augustali, ut Petrum quidem sacerdotio priuaret, Timotheum verò in episcopatum reduceret, & authores inthronizati Petri puniret. Anthemius verò accepta Imperiali iussione, expulit sacerdotio Petrum tanquam adulterum, & contra leges ecclesiæ catholice factum, & in episcopalem sedem Timotheum Salophaciolum reuocauit. Qui episcopatu recepto, misit quosdam clericos gratias agens Imperatori. Cum quibus erat Ioannes, ex æconomis presbyter factus

maioris,
secundum
Chalcedo-
nen concil.

Tabennesiotis, cognomēto Talaia, & Gennadius episcopus inferioris Hermopolis, sanguine proximus Salophacioli, quem expulerat quidem episcopatu Aelurus, restituit verò Salophaciolus. Cumque hi, qui fuerat missi, gratias egissent Imperatori, Gennadius quidem ibi remansit, ut cum alijs responsa faceret archiepiscopi. Porro Ioannes ex œconomō, amicus factus est Ello magistro, qui cum reliquis descendit Alexandriam. Factusque est iterum œconomus, habens causas omnium Ecclesiarum. Qui multa & preciosa xenia direxit Ello magistro, despiciens Gennadium parētem archiepiscopi, & præfulem Acacium Constantinopolitanū. Interea scribit ad papam Simplicium Timotheus, rogans & dicens, Petrum illum Moggum in diaconatu esse damnatum, nunc etiā Christiana societate remotum. Idemque scribens Imperatori, ut eundem Petrum longius in exilium dirigeret, quia latitabat Alexandria, & infidiabat ecclesiæ. Scripsit autē papa Simplicius Acacio episcopo, ut Imperatori suggereret, eoque iuste Timotheus postulasset. Sed quoniam idem Timotheus sic mitissimus erat in episcopatu, ut etiam a suis communicatoribus accusaretur Imperatori, tanquam nimis remissus, & circa hæreticos placidus, ita ut ei scriberet Imperator, ut neque collectas, neque baptismata sineret hæreticos celebrare, ille tamen mansuetē agebat. Dum ergo tali modo gubernaret episcopatum, amabant eum Alexandrini, & clamabant ei in plateis & in ecclesijs: Vel si non tibi communicamus, tamen amamus te. Post breue verò tempus moritur Timotheus Salophaciolus, anno episcopatus sui viciesimotertio, mense sexto. Obijt autem sine molestia.

De ordinatione Ioannis Catholici, & damnatione Acacij. Cap. XVII.

Ordinatur autem a communicatoribus eius episcopis & clericis & monachis, qui eius nouerant fidem & gubernatiōem, Ioānes ex œconomō, cognomento Talaia. Eodem tempore imperante Zenone, Simplicius Romanæ præsidebat ecclesiæ, Constantinopolitanæ autem Acacius. Porro hæretici (ut iam dictum est) Petrum latēter instituerant, quē iussit Zenon Imperator expelli, tanquam hæreticum & adulterum. De quo etiam Acacius synodicam Romano papæ misit epistolam, petēs, nē etiam adulterum & hæreticum in episcopali dignitate reciperet. Verum Ioannes Talaia, de ordinatione sua neglexit per suos synodicas literas Acacio episcopo Constantinopolitano destinare. Habens enim amicum Ellum supradictum magistrum, ei de sua quidem ordinatione scripsit. Scribens etiam principem, quatenus per Ellum magistrū omnis eius causa disponeretur, putans eum Constanti-

TOM. 2.

nopoli permanere. Mandauit ergo magistrano literas synodicas, delegans ei omnia cum illius facere voluntate. Cōtigit autem tunc, Ellum magistrum ab Imperatore Zenone mitti in Antiochiam, ut teneret Leontium, qui illic ab exercitu cum voto Verinæ Augustæ fuerat ordinatus. Cumque magistrianus, qui fuerat ab Ioanne missus, nō inuenisset Ellum magistrū, neque Acacio, neque Imperatori literas obtulit, sed perrexit Antiochiam. Post hæc Acacius audiens de ordinatione Ioannis, & contristatus, quia synodicas epistolas non direxisset, & vnā faciens cum Gennadio episcopo parente beati Timothei, volētes ei nocere, trahebāt apud Zenonem, & accusabant eum, habentes adiutores patronos Petri moggi, quasi opportunus episcopatu non esset Ioannes, eoque viuentē Timotheo catholico, traçtauerit exire de ecclesia, & ab ipso suaderetur idem Timotheus suscipere Dioscorum in diptychis post mortem, Petrum autem amabilem in populo, & posse eum in communionem populum congregare. Occurrerūt quidam & à Petro, volentes quasi fieri vnitate. Quos iucundissimè suscepit Acacius, & Imperatori præsentauit, & persuasit ei, ut scriberet Apollonio Augustali & Duci Pergamio, ut Ioannem ab Alexandrina sede, quasi eam contra suum iusiurandum, quod in regia ciuitate dedit, arripuisset, & cooperaretur Petro Moggo, ut remaneret in sede. Nec tamen prius hoc faceret, nisi susciperet henoticon principis, & synodicas destinarer epistolas Constantinopolitano Acacio, & Simplicio Romano, & cæteris archiepiscopis. Acacius verò, promittente Petro facere vnitate, nec adhuc implente legitime, nomen eius in diptychis recitari permisit, tanquam iam Alexandrini p̄sulis in sede catholica positi. Ioannes Talaia iudicatur à Zenone ab episcopatu pelli. Acacius auxilio patronorum Petri, persuasit Zenoni, ut fieret henoticon, ad cuius perlationem seu professionem suscipit communicantes sibi clericos Petri hæreticos, & laicos, inuentos Constantinopolitano. Communicauit etiam & Petrus Moggus his, qui descenderūt cum henotico, & Acacio synodicam scripsit epistolam, & ab eo recepit. Henoticon verò Zenonis, quod latine dicere possumus vnitiuum, huiusmodi est:

DE EPISCOPIS ALEXANDRINIS. Cap. XVIII.

Imperator Cæsar Zenon, pius, victor, triumphator, maximus, semper Augustus, vniuersis episcopis sanctis & populis per Alexandriam, Aegyptum, Libyam, & Pentapolim. Principium & statum, virtutemque & scutum inexpugnabile nostris scietes Imperij, solam rectam veramque fidem, quā aduentu diuino exposuerunt soli, qui in Ni-

*deest ex-
pelleret, aut
aliqd tale.
i. vnitiuum
vel vnionis
conciliatio-
riuum.

Vide Ni-
ceph. lib. 16.
cap. 12.

cca

cea congregati sunt, 318 sancti patres, firmauerunt autem & qui Constantinopolim cōuenierunt, centum quinquaginta similiter sancti patres, noctibus ac diebus; oratione & studio & legibus nitimur multiplicari peccata sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam, incorruptam, & sine obitu matrem nostrorū sceptrorum. In pace verò & concordia, quæ circa Deum est, pios populos perseuerantes, acceptabiles pro nostro imperio supplicationes offerre, cum sanctissimis archiepiscopis & Dei cultoribus, clericis & archimandritis. Magno enim Deo, & saluatore nostro Iesu Christo, ex sancta virgine DEI genitrice Maria incarnato & nato, ex concordiam glorificationem atque culturam laudante, pariterque suscipiente, hostium quidem generationes conterētur: omnes autem inclinabūt post Deum suam potestati nostræ ceruicem. Pax autem & bona, quæ ex ea sunt, aëris temperantia, & fructuum vbertas, sed & alia hominibus vtilia, largientur. Cum sic ergo immaculata fides & nos & Romanam seruet rempublicam, supplicationes nobis oblatae sunt à DEO amantissimis archimandritis & eremitis, & alijs reuerendis viris, supplicantibus vnitate sanctissimæ Ecclesiæ, ut copulē membra membris, quæ bonitatis inimicus ex longis retrò temporibus separare conatus est, sciens, quia aduersus totum Ecclesiæ corpus exercendo bella deuincitur, & ex hoc euenisse, generationes innumeras in tantis annis vita priuatas, alias quidem lauacro regenerationis fraudatas obisse, alias sacra communionem nequaquam participantes, ad diffusum inuitabilem hominum fuisse deductas, necesseque præsumptas decies millies, & sanguinum redundantiam pollutam nō solum terram, sed etiam ipsum aërem. Hæc quis non optet ad bona transformare? Propterea cognoscere vos studuimus, quia & nos, & vbiquæ sanctissimæ orthodoxorum ecclesiæ alterum symbolum, aut mathema, aut terminum fidei, aut fidem citra prædictum sanctum symbolum 318. patrum, quod etiam firmauerunt memorati ceterum quinquaginta sancti patres, neque habuimus, neque habemus, neque habebimus, neque habentem scimus: & si quis habuerit, alienum eum existimamus. Hoc enim solum nostrum (sicut diximus) Imperium saluare cōfidimus. Sed & omnes populi, qui salutare baptisma promerentur, hoc solum percipientes baptizantur. Quod secuti sunt omnes sancti patres, qui Ephesi conuenerunt, qui quæ deposuerūt impium Nestorium cum Eutyche. Contraria sapientes anathematizamus, suscipientes & duodecim capitula, quæ dicuntur facta à Deo amabilis memoriæ Cyrillo, qui Alexandrinorum catholice ecclesiæ archiepiscopus fuit. Cōfitemur autem vnigenitum Dei filium & Deū, qui secundum veritatem

TOM. 2.

inhumanatus est, vnim nostrū Iesum cōsubstantialē patri secundum diuinitatē, & cōsubstantialē nobis secundum humanitatem, eundem, qui descendit, & incarnatus est ex spiritu sancto, & Maria Dei genitrice virgine, vnū existere filiū, & non duos. Vnius enim esse dicimus vnigeniti filij Dei & miracula & passiones, quas spontē carne percipit. Eos autem, qui diuidunt, aut cōfundunt, aut phantasiam introducūt, omnino non recipimus, quia sine peccato ex DEI genitrice secundum veritatē incarnatio augmentum filij non fecit. Mansit enim Trinitas & incarnato vno de Trinitate DEO verbo. Scientes itaque quæ neque sanctissimæ vbiq; orthodoxæ ecclesiæ, neque harum præfules Deo amantissimi sacerdotes, neque nostrum Imperiū, symbolum aut terminū fidei citra prædictū sanctū mathema receperunt, aut recipiunt, vnite vosmetipsos, nihil dubitantes. Hæc enim scripsimus, non innouantes fidē, sed vobis satisfacientes. Omnem verò, qui aliud quicquam sapit, aut sapit, aut nūc aut aliquā, aut in Chalcedōa, aut in quacunq; synodo, anathematizamus, præcipue verò prædictos Nestoriū & Eutychem, & quorum sunt sapientes. Copulamini ergo spiritali matri ecclesiæ, eadem sapientes nobiscū, in eadē positi cōmunionē, secundum prædictum vnū & solū fidei terminū eorundem sanctorum patrū. Sanctissima nanque mater nostra Ecclesia, tanquæ genuit vos, filios expectat amplecti ex longo post tempore, dulcemque vocē vestram cōcupiscit audire. Cogitate siquidē vosmetipsos. Hæc enim facientes, & saluatoris nostri Domini, applicationem ad vos attrahetis, & à nostro imperio laudabimini.

His ita gestis, episcopus quidem Antiochiæ suscepit synodicā Ioannis Talaia, quæ per magistrum miserat cum illo magistro. Imperator autem putans, quod Ioannes episcopus non sanè saperet de cōcilio Chalcedonensi, sed omnia simulatē ageret, consilio Acacij scripsit literas Pergamio Duci & Apollonio Augustali, ut pellerent quidem Ioannem Talaia, inthronizarent autem Petrum suscipiente henoticon, & clericos Timothei catholici, & quam transmisit synodicam Acacio & Simplicio Romano. Descenderunt ergo Alexandriam abbas Amon, & qui cum illo erāt, pro Petro deferentes apices imperiales. Et quidem Petrus inthronizatur ab omnibus. Scriptū est ab Imperatore, ut consentientes, susciperēt eos, qui erant à parte Timothei catholici. Ioānes autem Talaia, eiectus de sede Alexandrina propter Petrum Moggū, profectus est Antiochiam, ut videret Ellum magistrum. Cui cum narrasset, quæ sibi euenerant, eius consilio ingressus est ad Calēdionem Antiochenū patriarchā, Et sumptis ab eo intercessiōnis synodicis litteris, Romanū pontificē Simplicium appellauit,

GGG

uit, sicut & beatus fecit Athanasius, & suavit
scribere pro se Acacio Constantinopolita-
no episcopo. Et quidem ad hoc Simplicius
preparati animi & voluntatis fuit. Acacius
*Simplicij, verò susceptis epistolis *, simpliciter rescrip-
sit ei, quia Iohannem quidem Alexandriæ
ignoraret episcopum, Petrum verò Moggum
suscepisset in communionem in Zenonis prin-
cipis vnituo, & quod hoc citra eius gessis-
set sententiam propter vnitatem Ecclesia-
rum, principis iussione. Simplicius verò su-
scipiens huiusmodi literas, contristatur ad-
uersus Acacium, eiq; rescribit, quod nõ be-
nè fecerit, contra sententiam apostolicè se-
dis ad communionem hæreticum hominè
suscipiens. Oportebat enim communi de-
creto damnatum, tãquàm adulterum, com-
muni concilio à dånatione liberari. Ad hæc
autem, quia non sufficeret Petro, confiteri
communicatorem se esse Ecclesiæ catholicæ
secundum edictum, sed oporteret, eum se-
cundum terminum Chalcedonen concilij,
& secundum epistolam papæ Leonis, Eccle-
siæ amplecti, communionem. Vnum enim
duorum necessariò agere deberet, aut sua-
dere Petro, purè suscipere terminum syno-
di, aut remouere se ab eius cõmunionem. Sed
cum ad Acaciũ hæc scripta venissent, & de-
liberaret, quid eum oporteret rescribere,
papa Simplicius defunctus est, & ordinatur
Felix Romanæ præsul ecclesiæ. Ioannes ve-
rò Talaia, habens episcopi dignitatem, re-
mansit Romæ, cui papa Nolanam dedit ec-
clesiam, quæ est in Cãpaniæ regione, in qua
plurimos residens annos, in pace defunctus
est. Igitur Petrus Moggus ab abbate Amo-
ne, & Ioanne episcopo Magileos, & ab ab-
batibus monachorũ inferioris Aegypti bel-
la passus, & seditione ei in Cæsarea basilica
(vt dicitur) facta, anathematizauit synodũ
Chalcedonen, & tomum papæ Leonis. Et
hæc fecit, cum iam scripsisset Acacio & Sim-
plicio, quia communicator eorum esset &
sanctæ synodi. Et his ita gessis, abscesserunt
quidam à Petri cõmunionem, & Romam
nunciauerunt papæ Romano, vnde rescrip-
tum est Acacio, & obedire noluit. Addi-
dit Acacius, quod de alio Petro Antioche-
no hæretico scripserat, Petrum apud Con-
stantinopolim monasterium gubernasse, &
hoc propter crimina derelicto, Antiochiam
refugisse, vbi pulso Martyrio episcopo, per-
vilissimum populum & hæreticum sedem il-
lius occupasset, continuoq; damnatum ab
episcopis, & Leois imperio. Samum depor-
tatum. Qui fugiens, redisse dicitur Cõstan-
tinopolim, & dedisse fidem, se per vilissimas
urbas nihil audere: sed (sicut superius dictũ
est) Basilisci temporibus à Timotheo illo
damnato, qui Constantinopolim venerat,
Antiochiam missus est, episcopatum tenere.
Quo facto, idem Petrus Ioannem ordinat
Apamensis episcopum, à quibus nõ recepit,
TOM. 2.

redijt Antiochiã, & Petrum episcopatus sui
pellit authorè, & inuadit eius ecclesiã, cum
quo simul damnatus est. Iterum Acacius di-
rexerit Romã literas, petes ab apostolica sede,
vt si ad eãdem fortè confugerint, nõ ipso q-
dem digni habeantur adpectu: & si iam in-
dulgentiam aliquam impetrassent, irritam
esse debere. Quid multa? Ipsum Ioannem,
quem Acacius cum Petro damnauerat, Ty-
riorum misit ecclesiã præsidere: sed & Pe-
trum Alexandrinum, anathematizantẽ syno-
dum Chalcedonen & tomũ papæ Leonis,
qui sublato noĩe Proterij & Timothei cat-
holicis de diptychis, Dioscori & Timothei
Aeluri nomina scripsit, qui eiusdem Ti-
mothei catholici corpus de terra leuauit, &
foràs proiecit, qui inter episcopos catholi-
cos sepultus fuerat, miris cum laudib; pro-
secutus est Acacius, de quo se tanta crimina
anteã meminerat retulisse. Et cum p quinq;
annos sæpius fuisset admonitus Acacius, vt
de statu Alexandrinæ ecclesiæ, sancti papæ
solicitudinem releuaret, nihil vnquã re-
spondere dignatus est. Quĩ verò tot episto-
læ, quæ vel ad Acacium à papa, vel ad Impe-
ratorem missæ sunt, nihil penitus profecerunt:
ex deliberatione Vitalis & Mefenus
episcopi in legatione directi sunt, vt q; supe-
rius dicta sunt, allegarēt, & Petrus, sicut an-
teã, de Alexandrina ecclesia pelleret. Itum est
Constantinopolim, & supradicti episcopi
in custodia sunt redacti, chartis sublati nõ
catholicis, quibus scriptũ fuerat, redderent.
Quos iterum Acacius post hæc de custodia
eijciēs, secũ fecit pcedere, vt quali cõfirma-
to Petri sacerdotio dimitterentur. Redeunt
aliqui legati, sed pcesserant monachi, qui eos
grauiter de pditione purgebant. Auditi co-
minus, & cõuicti ex ipsis literis, quas detu-
lerunt, à locis proprijs sunt remoti. Felix de-
fensor Ecclesiæ, qui cum legatis directus fu-
erat, impediens infirmitate, cum ipsis per-
gere non potuit. Sed postq; Vitalis & Mefenus
à custodia Constantinopoli sunt egres-
si, prexit cum chartis ecclesiasticis Constan-
tinopolim. Passusq; est & ipse, sublati char-
tis, grauissimã custodiã. Vbi ergo ad plenũ
detectus est Acacius hæreticus, papa Felix in
literis suis synodicis ad Acacium sic posuit:
Peccasti, nõ adijcias, & de prioribus suppli-
ca. Susceptis his Acacius literis perseuerat,
neq; recedens à cõmunionem Petri, neq; sua-
dens ei palãm suscipe Chalcedonen concilium,
& tomũ papæ Leonis. Hæc cognoscēs
papa Felix, damnatiõis scripturã misit Aca-
cio per Totũ defensorẽ, cuius est principi-
um: Multarũ transgressionũ repiris obno-
xius. Et datis Acacio huiusmodi literis, eas
nõ suscepit, patrociniõ fultus Impatoris, itã
vt cogrentur, q; eas detulerunt, p quẽdam
ignotum monachũ Achimetensem, ipsam
chartã dånationis, dum ingredere ad cele-
branda sacra, suspẽdere in eius pallio, & dis-
cede-

Epistola
hæc supra
habetur in
pag. 289.

cedere. Qui tamen vsq; ad mortem, patro-
cinante Imperatore, remansit sacrificans.
His ergo prouenientibus, & Acacio perma-
nente in Petri cõmunionem, separauit se q-
dem sedes Apostolica à Constantinopoli-
tana. Eo siquidem tempore Ellus cõiunctus
Leontio in Antiochia, expugnatur à Vala-
meriacis, & qui cum eis erant iuncti. Et Le-
ontius quidem perimitur, Ellus autem in ca-
stellum Papyrij fugit. Interea Calendion ar-
chiepiscopus Antiochenus deponitur. Accu-
satur in aperto, tanquàm indeuotus prin-
cipi, mittens populum in rebellionem cum
Ello: latenter autem, quia se non suspenderet
& à Felicis papæ & Ioannis cõmunionem.
Porro Petrus de proprijs ciuitatibus cat-
holicos expulit sacerdotes, ex quibus non
nulli apud Constantinopolim persequuti-
onem grauissimam pertulerunt. Scandalizabat
autem Imperator & illos, qui à parte
Nephalij abbatis erant, & qui circa Ioanem
episcopum Egumenum, monasterij Diol-
chon: & agens contra ipsum Ioannem, præ-
positurã ei abstulit, & eam tradidit mona-
sterio abbatis Amonis: sed permãsit in epi-
scopatu, scribens Acacio, quia esset synodi
communicator, & fallens Alexandrinus, q-
non communicaret synodo, itã vt quidam
communicatorum eius, clerici, monachi &
laici, cognoscentes eius fallaciã, separauerint
se ab eius cõmunionem. Et extrã colle-
ctas facientes, nõ passũ sunt nomini eius cõ-
municare, & eorum, qui post eum episcopa-
tum habuerunt Alexandrinũ, eò quod nõ
Petri haberent in diptychis. Huic populo
à Palestina quidam diaconus, nomine
Esaia, ordinatus est episcopus, & Alexan-
driam missus est, sed ab omnibus non est re-
ceptus. Ab isto ergo Esaiani sunt in Aegy-
pto. In istis posita ecclesia, moritur Acacius,
& ordinatur post eum Flauitas presbyter,
qui fuit à sancta Tecla, qui nõ confensit si-
nè Romano Episcopo in thronizari, sed trã-
smisit synodicam papæ Romano Felici. Qui
modico viuens tempore, moritur, non ac-
cipiens epistolam ipsius: & factus est Euphe-
mius episcopus genere Alexandrinus, qui &
suscepit à papa Romano scripta. Et mortuo
Zenone, post aliquod tẽpus expulsus est ab
Anastasio. Et hæc quidem Constantinopoli
contigerunt. Non post multum tempus
moritur & Petrus Moggus Alexandriæ, &
post eum in ea sede ordinatur Athanasius,
qui & ipse in edicto Constantinopolitana,
& Antiochena, & Hierosolymitanæ cõmu-
nicauit ecclesiæ. Cumq; scandalizaretur &
in ipso populi, eò quod nõ Petri habe-
ret in diptychis, ascenderunt quidam & ad-
uersantium & communicantium ei, ad Im-
peratorem Anastasium: & dum haberet cõ-
tra principem contentionem, alijs quidem
pponentib; anathematizari synodũ, & itã
communicare, alijs verò pacatis in vnitiuo

edicto adijci ea, q; fatis facerent his, qui cõ-
cauerant Petro, considerans Imperator, q; si
adiecctionem edicto faceret, tumultum mo-
ueret ecclesiæ, & anathematizari synodum
esset impossibile: p sua sit eis, sufficere vniti-
uum edictum, vt communicarent adinuicẽ
sibi, sicut & ceteri ecclesiarũ episcopi. Et cũ
non obedirent hoc agere, nihil impetrantes
dimisit. Sic enim Athanasio hæretico tem-
pus episcopatus sui cõplente, post eum or-
dinatur Alexandrinus episcopus Ioãnes, cõ-
gnomento Mela, qui & ipse secutus Petrum
& Athanasium pcessores, in edicto vnitiuo
communicauit alijs sedibus, id est, Cõstan-
tinopolitanæ, & Antiochena, & Hierosoly-
mitana. In cuius præfulatu, dum Alexandri-
na ecclesia diuisionem habuisset Dioscori-
tarum propter Petrum Moggum, quasi cõ-
municasset synodo, etiã ipse defunctus est
tempore Macedonij Constantinopolitani
episcopi. Post quem ordinatus est Alexan-
driæ Ioannes Machiota, qui etiã ipse fu-
os priores secutus est, suscipiens quidẽ vniti-
uum Zenonis edictũ, non autẽ Chalcedo-
nen conciliũ, & epistolã papæ Leonis, tanq̃
non cõmunicaret Flauiano Antiocheno &
Eliã Hierosolymorũ episcopis, & Timo-
theo Constantinopolitano. Dicebat enim
imperfectè edictum se habere, nec ad vnita-
tem sufficere, quod non in anathemate syno-
di fuisset factũ. Deniq; cum ei Imperator
Anastasio scripsisset, vt vniretur Cõstan-
tinopolitano episcopo, hæc rescripsit, q-
nõ sufficeret ei ad pfectã vnitatem, eò q; nõ ana-
thematizaret synodũ. Et tñ etiã itã sapiēs,
separatos habuit Dioscoritas, nõ suscipien-
tes Petrum Moggum. Mortuo Ioanne Ale-
xãdriæ, ordinat Dioscorus iunior, sub quo
interfectus est à populo Theodosius Au-
gustalis filius Calliopi. Hic om̃ Dioscorus,
proponente *Ipsocrate scholastico acta fa-
cere ante defensorẽ in ecclẽsiõ synodi, he-
noticon suscipere in damnatiõem synodi,
vnitiuum suscepit edictum, sicut ipsã osten-
dunt gesta, q; apud defensore ciuitatis co-
ram eo confecta sunt. In quibus testatus est,
in expulsiõem synodi se suscipere edictũ. Vn-
dè cum satisfactũ fuisset his, qui propter Pe-
trum Moggũ extra illam Ecclesiã cõmuni-
cabant, vniti sunt ei. Nam vsq; ad istũ Dio-
scorum, in diuisiõem erat Alexandrina ecclesia.

DE SEVERO, ET IVLIA-
no, ac Macedonio. Cap. XIX.

Hoc tempore Macedonius Constanti-
nopolitanus episcopus, ab Imperato-
re Anastasio dicitur expulsus, tanq̃ euange-
lia falsasset, & maximè illud Apostoli dictũ,
Quia apparuit in carne, iustificatum est in
spiritu. Hunc enim mutasse vbi habet (60)
hoc est, qui monosyllabum Græcum, litera
mutata, o in ω vertisse, & fecisse (60), id est,
vt esset Deus, apparuit per carnem. Tãquàm
GGG 2 Nesto-

*Niciota

Hic Seuerus
author est
sectæ Acco-
phalorum.

Nestorianus ergo culpatus, expellitur per Seuerum monachum. Is enim Seuerus, cum sederet prius in monasterio, non suscipiebat Zenonis edictum, nec Petrum Moggū. Deinde sedens in Abbatis Romani & Mama, qui post eum profuit, monasterio, exinde missus est permanere Constantinopoli apocrisarius, & sit inter eos, qui Petri Moggi erant. Dumque obijceretur ei, quomodo prius anathematizabas Petrum? dicebat, quia Petrum anathematizavi Apamenū. Hic Seuerus apud Constantinopolim synodo derogabat, & affirmabat, quia ea anathematizata, omnes communicarent, ita ut ob hoc scriberet & ipsi Flauiano, sicut eius significatur epistolis, & ad Maronam lectorem, & Eleusinum & Euthreum episcopos, & ad Oecumenium scholasticum Isauriae. Fertur autem expositio eius, quae ab eo dicta est in inthronismo, in qua & vnicuique suscipit Zenonis, & anathematizat Chalcedonē concilium, & communicare se confitetur Alexandrino & Constantinopolitano. Erant autem tunc Constantinopoli Timotheus, Alexandriae verò Ioannes Machiota. Et tamen dum talis esset, valuit damnare Macedonium, & expellere ab Antiochena sede Flavianum. Sed nec ipse potitus est episcopatu eius plusquam quinque annis, sed & vexabatur in episcopatu, tanquam anathematizaret quidem synodum, nominaret autem episcopos synodi. Cuius expulsio ita contigit: Mortuo Impatore Anastasio, & Iustino facto Impatore, Seuerus à Vitaliano magistro militum viro religioso & orthodoxo accusatus, quod despiceret Imperatoris iussu, & synodum non susciperet. Iustinus Imperator misit magistrum, ut Seuerus Constantinopolim adduceretur, & redderet causam tractatum suorum, quos fecerat contra synodum. Iam enim ab ipso pio Imperatore Iulianus Hilarianus episcopus pro eadem sancta synodo, eodem quod eam non reciperet, pulsus fuerat sede. Quod sciens Seuerus, & prudens, quid sibi immineret, clam nocte descendit Seleuciam, & nauim conscendens, fugit Alexandriam, ad quam ciuitatem & Iulianus fugerat. Ordinatusque est pro eo archiepiscopus Antiochia Paulus orthodoxus, suscipiens Chalcedonē synodum. Eo tempore Alexandriae mortuo Dioscuro iuniore, Timotheus ecclesiam ipsius susceperat episcopatum, à quo gratissimè suscepti Seuerus & Iulianus, sedebant ad laborem. Sub isto Timotheo, de corruptibili & incorruptibili, apud ipsam ecclesiam quaestio mota est hoc modo: Requisiuit quidam monachus Seuerum, quid oporteret dicere Corpus domini nostri Iesu Christi, corruptibile, an incorruptibile: Ille respondit ei, sanctos patres corruptibile illud dixisse. Hoc audientes quidam Alexandrinorum, cum requisissent Iulianum in alio loco sedentem, quid & ipse diceret de eadem

TOM. 2.

questione, ille dixit sanctos patres contraria dicere. Horum itaque singuli statuere responsum proprium volentes, scripserunt libros aduersus alterutrum. Qui venientes in multitudinem ciuitatis, ecclesiam illam diuiserunt: & alios quidem, fecerunt Corrupticolae appellari: verum in incorruptibilitatis assertores, Phantasiaistas. Timotheus verò, magis sententiam Seueri secutus est. Cui cum diceret Themistius diaconus eius, Si corpus Christi corruptibile est, debemus eum dicere & aliqua ignorasse, sicut de Lazaro. Hoc Timotheus negauit dicendum. A cuius communicatione Themistius desiscens, schisma fecit. Et ab ipso dicti sunt in Aegypto Themistiani.

DE GAIANO ET THEODOSIO. Cap. XX.

Dum haec Alexandriae aguntur, defuncto Bonifacio papa Romano, Ioannes cognomento Mercurius, sedis Apostolicae suscepit praesulatum. Ad quem missi sunt ab Imperatore Iustino Hypatius Ephesiorum episcopus, & Demetrius à Philippis, consulere sedem Apostolicam contra legatos Acumicorum, Cyrum & Eulogium, negantes esse confitendum beatam Mariam verè & propriè Dei genitricem, & vnum de Trinitate incarnatum, & carne passum. Sed papa Iohannes, nobis ibi positus, hoc confitendum epistola sua firmavit, & Imperatori direxit. A cuius communicatione discedentes Romae quidam monachi, Acumicorum legatos sequuti sunt, & vsque nunc hanc de Christo confessionem non suscipiunt. Ea tempestate mortuo Epiphano Constantinopolitano episcopo, Theodora Augusta Anthimum traxit in eandem sedem, qui fuit episcopus ciuitatis Trapezuntae regionis Ponti, latenter Chalcedonense concilium non suscipientem. Romae quidam defuncto Timotheo Alexandrino episcopo, studio & permissione Calotychi cubicularij partis Theodora Augustae, Theodosius ordinatus. Qui licet haberet cleri decretum, contradicere volentibus non permisit certamen populi. Monachorum quos non habuit, pro Gaiano fuerunt. Consuetudo quidem est Alexandriae, illum, qui defuncto succedit, excubias super defuncti corpus agere, manumque dexteram eius, capiti suo imponere, & sepulto manibus suis, accipere collo suo B. Marci palli, & tunc legitime sedere. Dum haec Theodosius pertentat, cognouerunt populi & monasteria, quod esset factum vespe in episcopio studio Calotychij & iudicium, id est, Aristomachi ducis & Dioscorigustalis. Mox Theodosium persequuti sunt, & expulerunt, ne colligeret funus Timothei. Inthronizauerunt autem Gaianum, qui fuit tunc archiepiscopus ex parte assertorum incorruptibilitatis. Habens autem consentaneos aliquantos ex clero, & pos-

Corrupti-
colae.

Phantasia-
istae.

Acumico-
rum,

Acumico-
rum

possessores ciuitatis, & corporatos, & milites, & nobiles, & omnem prouinciam, permansit Gaianus in episcopatu dies centum tres. Post haec à iudicibus pulsus, abcessit. Et post menses duos Narfes cubicularius missus ab Augusta Theodora, Theodosium quidem inthronizauit, porro Gaianum missum in exilium. Qui adductus Carthaginem magnam, & inde quasi Sardiniam directus, quod de eo contigit, ignoratur. Mansit autem Theodosius in sede annum vnum & menses quatuor, paucis ei communicantibus. Plurimi enim communicabant ad nomen Gaiani. Populi autem pugnaverunt pro Gaiano multis diebus. Qui caesi à militibus, maiore sui parte amiserunt. Sed & militum maior cecidit numerus. Vincabatur autem Narfes non armis, sed ciuitatis concordia. De superioribus domorum iactabant mulieres super milites, quicquid manibus occurrisset. At ille igne vicit, quod ferro non potuit. Diuisa est vsque nunc illa ciuitas hoc schismate, ut Gaianitas & Theodosiani in ea vocentur, id est, Phantasiae & Corrupticolae. Nouissime Theodosius de sede discessit, non ferens seditiones & bella, quae contra eum exercabantur à populo. Missus est Constantinopolim cum honore, eodem quod ita Augusta scripta praeciperent. Quod illo veniente, promittebat Augusta Imperatori, quoniam posset Theodosius Chalcedonem suscipere synodum: sed persistente & nolente eo, cum eius voluntate fors ciuitatem regiam sexto milionario in exilium missus est, iuxta Basilicam Arisphocae, in via, quae ducit ad Stomaphotem. Viuitque vsque nunc.

DE AGAPETO PAPA, ET ANTHIMO Constantinopolitano episcopo. Cap. 21.

Verum mortuo Ioanne Mercurio, Agapetus archidiaconus Romanus ecclesiae, papa ordinatus in regulis ecclesiasticis apprime eruditus. Quo tempore Theodatus rex Gotthorum, scribens ipsi papae & senatui Romano, interminatur, non solum senatores, sed & uxores & filios, filiasque eorum gladio interempturum, nisi egissent apud Imperatorem, ut destinatum exercitum suum de Italia submoueret. Sed papa pro eadem causa, legatione suscepta, Constantinopolim profectus est. Et primum quidem honorifice suscipiens directos sibi ab Imperatore, spreuit trucidationem, eumque ad salutandum suscipere noluit. Deinde viso principe, causam agebat legationis susceptae. Imperator autem pro multis fisci expensis ab Italia destinatum exercitum auertere nolens, supplicationes papae noluit audire. At ille, quod summum fuit, Christi legatione fungebatur. Denique petentibus principibus, ut Anthimum papa in salutatione & communicatione susciperet, ille fieri inquit posse, si se libello, praeretur orthodoxum, & ad cathedram suam reuertere-

*suum

TOM. 2.

tur. Impossibile esse aiebat, translatitium hominem in illa sede permanere. Augusta verò clam permittente munera multa, & rursus papae minas intentante, in hoc papa persistit, ne eius audiret petitionem. Anthimus verò videns se sede pulsus, pallium, quod habuit, Imperatoribus reddidit, & discessit, ubi eum Augusta suo patrocinio tueretur. Tunc papa principis fauore Menam pro eo ordinavit antistitem, consecrans eum manu sua in basilica sanctae Mariae. Fuit iste Menas praepositus xenodochij maioris, quod vocatur Samson, genere Alexandrinus, suscipiens Chalcedonensem Synodum.

DE SILVERIO ET VIGILIO. Cap. XXII.

His peractis, constituens papa apud Imperatorem apocrisarium ecclesiae suae Pelagium diaconum suum, dum in Italiam reuertitur disponit, Constantinopoli obijt. Ne cuius decessu audiens Romana ciuitas, Siluerium subdiaconum, Hormisdam quoddam papae filium, elegit ordinandum. Augusta verò vocans Vigilium Agapeti diaconum, profiteri sibi secretum ab eo flagitauit, ut si papa fieret, tolleretur synodum, & scriberetur Theodosio, Anthimo, & Seuero, & per epistolam suam eorum firmaret fidem, promittens dare ei praecipuum ad Belisarium, ut papa ordinaretur, & dari centenaria septem. Luberter ergo suscepit Vigilium promissum eius, amore episcopatus & auri. Et facta professione, Romam profectus est: ubi veniens, inuenit Siluerium papam ordinatum. Quin & Rauennae reperit Belisarium in eadem vrbe sedentem, eamque obtinentem. Cui tradens praecipuum Augustae, promisit ei duo auri centenaria, si Siluerio remoto, ordinaretur ipse pro eo. Belisarius verò Romam reuersus, euocans Siluerium ad palatium, intentabat ei calumniam, quasi Gotthis scripsisset, ut Romam introirent. Fertur autem Marcum quendam scholasticum, & Iulianum quendam praetorianum fictas de nomine Siluerij composuisse literas regi Gotthorum scriptas, ex quibus conuinceretur Siluerius Romanam velle perdere ciuitatem. Secretum autem Belisarius & eius coniunx, persuadebant Siluerio implere praecipuum Augustae, ut tolleretur Chalcedonē synodus, & per epistolam suam haereticorum firmaret fidem. Qui mox de palatio egressus, quid de eo fieret, consiliarijs suis loquutus est. Et veniens contulit se in basilicam B. Mariae Sabinae, ibique manebat, ubi & directus est ad eum Photis filius Antoninae patriciae, ut praestito sacramento, inuicaret eum venire ad palatium. Qui autem Siluerio adstantibus, persuadebat ei, ne Graecorum crederet iuramentis. Ille tamen exijt, & ad palatium venit. Et illa quidem die per iuramento ad ecclesiam redire permissus est. Ad quem rursus mandauit Belisarius, ut ad pa-

GGG 3 latium

latium veniret. Qui de ecclesia exire volebat, dolos sibi paratos agnoscens. Sed postea orans, & causam suam Dño commendans, exijt, & ad palatium venit. Qui solus ingressus, à suis vterius non est visus. Et alia die Belissarius, conuocatis presbyteris & diaconibus & clericis omnibus, madauit eis, vt alium sibi papam eligerent. Quibus dubitantibus, & nonnullis ridentibus, fauore Belissarij ordinatus est Vigilus. Siluerius autem in exilium missus est in ciuitatem p. uinciae Lyciae, quae ratera dicitur. Post ordinationem ergo suam compellabatur Vigilus à Belissario implere promissionem suam, quam Augustae promiserat, & vt sibi redderet duo auri centenaria promissa. Vigilus autem timore Romanorum, & auaritia patrocinate, nolebat sponsones suas implere. Sed Siluerio veniente Pataram, venerabilis episcopus ciuitatis ipsius venit ad Imperatorem, & iudicium Dei contestatus est de tantae sedis episcopi expulsionem, multos esse dicens in hoc mundo reges, & non esse vnum, sicut ille papa est super Ecclesiam munditotius, à sua sede expulsus. Quem audiens Imperator, reuocari Romam Siluerium iussit, & de literis illis iudicium fieri, vt si probaretur, ab ipso fuisse scriptas, in quacunq; ciuitate episcopus degeret: si autem falsae fuissent probatae, restitueretur sedi suae. Pelagius verò currens cum voluntate Augustae, volebat irritum facere Imperatoris praecipitum, ne Siluerius Romae reueteretur: sed praualente Imperatoris iussione, Siluerius ad Italiam reductus est. Cuius aduentu terrore Vigilus, ne sede pelleretur, Belissario mandauit: Trade mihi Siluerium, alioquin non possum facere, quod à me exigis. Ita Siluerius traditus est duobus Vigilij defensoribus & seruis eius. Qui in Palmariam insulam adductus, sub eorum custodia defecit inedia. (Scribitur Historici, Vigilium iam pontificem factum, constantinense negasse assensum petitionibus Theodori Augustae, nec diuis supplicis ad consensum adigi potuisse. Quae ergo hic vsque ad capitis huius finem habentur, ab improbo quodam nebulone conficta videntur, meritoq; vt suspecta rejiciantur.) Vigilus autem p Antoninam Belissarij coniugem implens, pelliōem suam, quam Augustae fecerat, talē scripsit epistolam: Dominis & Christis Vigilus. Scio quidem, quia ad sanctitatem vestram antea fidei meae credulitas, Deo adiuuante, puenit. Sed quia modò gloriosa filia mea patritia Antōina, Christianissima, desideria mea fecit impleri, q fraternitati vestrae praesentia scripta transmitterem: salutans ergo vos gratia, qua nos Deo nostro Christo saluatori cōiungimur, & eam fidem, quam tenetis Deo adiuuante, & tenuisse & tenere significo, sciens, quia illud inter nos praedicamus & legimus, vt & anima vna sit, & cor vnum in Deo. * Profertus meus, qui vester est, Deo adiuuante, v-

Agor. 4.
Prouer. 2.

TOM. 2.

bis gaudia maturauit ex meo animo, sciens fraternitatem vestram quae optat, & libenter amplecti. Oportet ergo vt haec, quae vobis scribo, nullus agnoscat: sed magis tanquam suspectum hinc me sapientia vestra ante alios existimet habere, vt facilius possim haec, quae cepti, operari & perficere. Et subscriptio: Orate p nobis Deū, mihi, fratres, in Christo Dño nostro charitate cōiuncti. Sub hac epistola Vigilus fidem suam scripsit, in qua duas in Christo dānauit naturas, & resoluens tomum papae Leonis, sic dixit: Non duas Chm naturas cōstitemur, sed ex duabus naturis compositum vnum filium, vnum Christum, vnum Dñm. Et iterum: Qui dicit in Christo duas formas, vnaquaq; agente cum sua communione, & non confitetur vnam personam, vnam essentiam, anathema sit. Qui dicit, quia hic quidem miracula faciebat, hoc verò passionibus succumbebat: & non confitetur miracula & passiones vnus eiusdemq; quas sponte sua sustinuit carne nobis confubstantiali, anathema sit. Qui dicit, q Christus velut homo, misericordia dignatus est: & non dicit ipsum Deum verbū & crucifixum esse, vt misereatur nobis, anathema sit. Anathematizamus ergo Paulum Samosatenum, Dioscorum, Theodorum, & Theodorum, & omnes qui eorum statuta coluerunt, vel colunt. Et haec Vigilus scribens haereticis occulte, permanit sedens. In quo impletum est illud testimonium, quod Salomon in prouerbij dicit: Edent viuae suae fructus, & consilij suis saturabuntur. Ab ipsa haeresi afflictus Vigilus, nec coronatus, qualē vitae terminū suscepit, notū est oibus. Sed redeam⁹ ad causam Alexandrinorum.

DE PAULO ALEXANDRINO archiepiscopo, & monachis Hierosolymorum. Cap. XXIII.

Postquam ergo Theodosius Alexandrinus in exilium missus est, Paulus quidam vnus abbatum Tabennensium monachorum, ad Alexandrinam sedē ordinatur episcopus, Pelagio interueniente apocrifario Romano, planē orthodox⁹, suscipiēs Chalcedonē synodum, Ordinatus est à Menna Constantinopoli, praesente eodem Pelagio responsario Vigilij, & apocrifarijs Euphremij Antiocheni, & apocrifarijs Petri Hierosolymorum. Seuerus autem Antiochenus iam fuerat condemnatus, & Anthimus Constantinopolitanus ab Agapeto papa Romano, & Menna Constantinopolitano, & libellis datis aduersus eos Imperatori Iustiniano à praesulibus monasteriorum praesulibus primae & secundae Syriae, & praesulibus monasteriorum Hierosolymorum & eremi. Hoc ergo modo vnitas facta est Ecclesiarum, anno decimo Imperij gloriosi Iustiniani Augusti. Ille Paulus spre-

Pro. x. d

tus erat Constantinopoli, vt dicitur, ab aliis quibus monachis suis, & venerat Constantinopolim pro se agere apud Imperatorem. Qui diuino nutu cathedram vacantem inueniens, meruit per Pelagium diaconū Alexandriae Episcopatum. Accepitq; ab Imperatore potestatem super ordinationem ducum & tribunorū, vt remoueret haereticos, & p eis orthodoxos ordinaret. Per illos enim populi inualescebant. Qui Alexandriam descendens, timore sui suaq; industria omnem ciuitatem & omnia monasteria adduxerat suscipere Chalcedonē synodum, nisi interuentu diaboli talis emergeret causa. Cogitante Paulo episcopo remouere Eliam magistrum militum, Psoius quidā diaconus & oconomus ecclesiae, amicus Eliae, per portitores literarū velocissimos pedestres, quos Aegyptij Simacos vocant, omnia molimina Pauli, Eliae scribebat. Contigit autem, Paulū inuenire literas eius Aegyptiacē scriptas, & legere, & timens, quod de Proterio contingerat, sollicit⁹ de eo factus est, & cepit Psoiū compellere, facererationes ecclesiae. Quem tradidit iudici, & Imperatori de eo retulit. Eo tempore apud Alexandriam Rhodo erat augustalis, qui eum accipiens custodiēdum vsq; ad Imperatoris praecipitum, cōsilio cuiusdam prioris ciuitatis, nomine Arsenij, acceptis muneribus, in scio (vt fertur) Episcopo, clam nocte totis viribus eum magno cruciatu occidit. Cuius filij & affines Imperatorem interpellantes, suggererāt ei, qua vi eorum parens debitum mortis persoluisset, Quod audiens Imperator, vocauit Liberium, & fecit Augustalem, misitq; eum Alexandriam, inquirere causam. Ad quam vrbē Liberius cum venisset, Rhodonem ad se venire iussit, & ab eo requirebat, quomodo occidisset diaconum. Ille verò respondit, iussione Episcopi factum fuisse: habere se Imperatoris delegationē aiebat, vt quicquid iuberet Episcopus, modis omnibus impleret. Sed negante Paulo episcopo, & se noscīre clamitante, prior ille ciuitatis Arsenius, homicidij illius author inuentus, morte multatus est. Porro episcopo Paulo Gazam in exilio missō, Rhodo cum gestis de eo actis directus est Constantinopolim. Cuius gesta cum intra palatium legerentur principi, iussit eum ab scurrone duci, & foras regiam ciuitatem occidi. Et post haec misit Imperator Pelagiū diaconum & apocrifarium primae sedis Romanae Antiochiam cum sacris suis, quibus praecipit, vt cum Euphremio eiusdem vrbs Episcopo, & Petrus Hierosolymita, & Hypatius Ephesinus venirent Gazam, & Paulo episcopo pallium auferrent, eumq; & deponerent. Pelagius ergo profectus Antiochiā, & indē Hierosolymam, cum memoratis patriarchis & aliquantis Episcopis venit Gazam. Et auferentes Paulo pallium, deposuerunt eum, & ordinauerunt pro illo Zoilum,

TOM. 2.

quem postea Imperator deposuit, & Apollinarem ordinauit, qui nūc est praesul ipsius Alexandriae ecclesiae. Sed redeunte Pelagio Constantinopolim, monachi quidam ab Hierosolymis, per quos Pelagius in Gazam transitum habuit, venerūt ad eum in comitatu, portantes capitula de libris Origenis excerpta, volētes agere apud Imperatorem, vt Origenes damnaretur cum illis capitulis. Igitur Pelagius aemulus existens Theodoro Caesareae Cappadociae episcopo, volens ei nocere, eō quod esset Origenis defensor, vnā cum Menna archiepiscopo Constantinopolitano, flagitabat à principe, vt iuberet fieri, quod illi monachi supplicabāt, vt, Origenes dānaretur, ipsaq; capitula talia decernita. Annuuit Imperator facillimē, gaudēs se de talibus causis iudicium ferre. Iubente eo, dictata est in Origenem & illa capitula anathematis damnatio, quam subscribentes, vnā cum Menna archiepiscopo apud Constantinopolim reperti, deinde directā est Vigilio Romano episcopo, Zoilo Alexandrino, Euphramio Antiocheno, & Petro Hierosolymitano. Quibus eam accipientibus & subscribentibus, Origenes damnatus est mortuus, qui viuens olim fuerat antē damnatus.

DE PELAGIO ET THEODORO. Cap. XXIII.

Referato aditu aduersarijs Ecclesiae, vt mortuus damnaretur, Theodorus Caesareae Cappadociae episcopus, dilectus & familiaris principum, secta Acephalus, Origenis autē defensor acerrimus, & Pelagio aemulus, cognoscens Origenem fuisse damnatum, dolore damnationis eius, ad Ecclesiae conturbationem, damnationem multus est in Theodorum Mopsuestenū, eō quod Theodorus multa opuscula edidisset contra Origenem, exosusq; & accusabilis haberetur ab Origenistis, & maximē quod synodus Chalcedonē (sicut probatur) laudes eius susceperit in tribus epistolis. Cuius damnationē memoratus Theodorus tali machinatione perfecit: Scribente principe contra Acephalos in defensionē synodi Chalcedonē, accedens idem Theodorus Cappadox vnā cū suis satellitibus, qui sub nomine catholico Acephalis studebant, cū Theodori Augustae fauore Imperatori suggessit, scribēdi laborem nō eum debere pati, quandō cōpendiō posset acephalos omnes ad suā communionem adducere. Siquidem illi (inquit) hoc offenduntur in synodo Chalcedonē, quod laudes susceperit Theodori mopsuesteni episcopi, epistolamq; Ibae, quae per omnia Nestoriana esse cognoscitur, Synodus ipsa iudicio suo pronunciauerit orthodoxā. Qui Theodorus, si cum dictis suis & haec epistola anathematizetur, tanquam retractata Synodus atq; purgata, suscipietur ab eis per omnia &

GGG 4 in

Origenis 7
dānatio fa-
cta est in 31
Synodo
oecumeni-
ca.

in omnibus, & sine pietatis vestrae labore Ecclesiae catholicae sociati, gaudente vniuersali Ecclesia, clementiae vestrae laus erit sempiterna. Haec audiens Imperator, & dolum doloform minimè prospiciens, suggestionem eorum libenter accepit, & hoc se facere promptissimè spondit. Sed rursus illi callida fraude rogauerunt eum, ut diceret librum in damnationem trium capitulorum: quò libro eius edito, & toti mundo manifestato, dum emendare princeps erubescit, irreuocabilis causa fieret. Sciebant enim, principè solita pietate, scàdalo emergente, sententiam suam posse corrigere, seque ad periculi peruenire. Annuit eis princeps, & hoc se laetus implere promisit. Et relinquens operis sui studium, vnum in damnationem trium capitulorum condidit librum, pro delictis nostris nobis omnibus notissimum. Cetera verò, quae subsequenter in episcopis & catholica Ecclesia ab eodem principe facta sunt, quomodo consentientes episcopi in trium damnationem capitulorum, muneribus ditabatur, vel non consentientes depositi, in exilium missi sunt, vel aliqui fuga latitantes, in angustijs felicem exitum susceperunt, quoniam nota sunt omnibus, puto nunc à me silenda. Illud liquere omnibus credo, per Pelagium diaconum, & Theodorum Caesareae Cappadociae episcopum, hoc scandalum in ecclesiam fuisse ingressum. Quod etiam publicè ipse Theodorus clamitauit, se & Pelagium viuos incendendos, per quos hoc scandalum introiuit in mundum.

¶ Finis huius breuiarii sancti Liberati archidiaconi ecclesiae Carthaginiensis.

Candido Lectori F. Laurentius Surius S.

Sunt in hoc Liberati Breuiario nonnulla praesertim capite 22. & 24. quae certè caute & cum iudicio legenda sint. Nam cum alijs historicis non consentiunt, & nescio quid monstri parturire videantur. Quòd autem nonnunquam asserit, in Chalcedonensi synodo approbatam esse Ibae Episcopi Edeseni epistolam ad Marim Persam, & quaedam alia, id nunc verò consentaneum sit, ex synodo 5. Constantinopolitana, nunc recòns addita, facile perspicere licebit. Atque tamen in synodo Chalcedonensi quaedam fortassis legantur eiusmodi, tamen quinta synodus disertis verbis negat, Ibae Epistolam hanc ab illo Concilio approbatam, vocatq; eam impiam, planeq; reijcit & anathematizat, sicut & Theodorum Mopsuestenum & scripta illius. Itaq; ad 5. synodum vniuersalem, quae nunc demum prodit in publicum, recurrendum est, in qua diffusè tractatur de Theodori Mopsuesteni scriptis, atque de Ibae Edeseni epistola, ex quorum collatione quid de his, quae apud Liberatum capite 24. & alijs quibusdam locis habentur, statuendum sit, haud obscure apparebit. Nec vacat suspitione, quòd Episcopos trium capitulorum damnationi subscribentes

TOM. 2.

ait Liberatus (si tamen non ab alio quopiam hac inserta sunt) fuisse ab Imperatore muneribus affectos, & alios ea approbantes, in angustijs felicem exitum suscepisse: cum satis euidenter 5. Synodus doceat catholicos esse non posse, qui ea capitula probent. Verum, ut dixi, haec & pleraq; alia scitu digna Lectori studiosus in 5. Synodo offendet.

SANCTI QUINTIANI EPISCOPI ESCULAMI AD PETERUM ANTIOCHENUM FIDES.

Omnis itaque, qui dicit vnam naturam Dei verbi & carnis, & non duas vnitas indiuisasq; damnatur.

Si quis confundit duas Christi naturas, dicens Deum passum carne, secundum Apostolum, damnatur.

Si quis impassibilem & immortalem Deum verbū, dicit còuersum in passione ac morte, & non haec reddit eius carni, dānetur.

Si quis vocem trisagiam, id est, ter sanctam dicit propter nos crucifixam, & non Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei vniuentum, damnatur.

Si quis post vocem ter sanctam dicit Deum crucifixum propter nos, & non potius vnum filium, cui in medio ter sanctae vocis hymnus dicitur, damnatur.

Si quis hominem dicit, qui pro nobis crucifixus est, siue Deum, diuidendo naturas, & non eas copulando in crucifixione eius, damnatur.

Si quis dicit duas personas seu subsistentias, & non potius duas naturas, in vnam personam & vnam subsistentiā in vnum concurrentes, damnatur.

Si quis Deum hominem, & non magis Deum & hominem dicit, damnatur.

Si quis dicit creatum patris verbum, & non magis eius carnem, damnatur.

Si quis dicit consubstantialē carnem Domini Deo patri, & non potius Deum verbum, damnatur.

Si quis dicit, sine mente & sine anima Dominum nostrum Iesum Christum, & pro ea habuisse diuinitatem, & quia ex hoc dicens passum carne Deum verbum, & non magis mente cum anima rationali inhumanatum Deum verbum, & impassibilem dicendo eundem diuinitate, humanitate verò passibilem, damnatur.

Si quis apponit in trisagio crucem praeter filium Dei, anathema sit.

Si quis quaternitatē introducit in trisagio, apponens post Trinitatē Christum crucifixum, anathema sit.

Si quis confundit Trinitatem, eundem dicens esse patrem, & filium, & spiritum sanctum, anathema sit.

Si quis distinguit vnam essentiam Trinitatis in duas, anathema sit.

Si quis vnum filium fecat in dualitatem filiorum, anathema sit.

Si quis

Si quis Dei verbum & carnem dicit vnam naturam, ignorans naturarum differentiam, anathema sit.

Si quis diuinam naturam filij confundit passionibus carnis eius, & non confitetur eum spiritu impassibilem, carne verò passum, anathema sit.

Si quis dicit Deum passibilitatem aut mortem gustasse, tanquam ad haec eum bona voluntate venisse, cum conuersus esset, &

non confitetur eum tanquam Deum non fuisse sub damnatione mortis, mortem verò mortificasse per carnem suam mortalem, quam assumpsit, anathema sit.

Credimus enim, quia vita vita est, & non recedit in mortem: tu autem cognosce & abscede, in quibus iniquè loquutus es. Tamen sit & est Dei gratia cum his, qui rectè praedicant verbum veritatis.

Finis.

ARVERNENSE CONCILIUM, CIRCA TEMPORA VIGILII PAPAE, ESSE Prouinciale.

Aruerni, vel potius Auerni, à Troianis oriundi, populi Aquitaniae, Romanorum fratres olim se nominarunt, cum quibus etiam crebro bella gesserunt. Vide Strabonem libro 4. Plinium libro 4. capite 19. vulgò oppidum huius gentis Alibet dicitur.

CAPITVLA ARVERNENSIS Synodi.

In synodis quid quo potissimum ordine tractandum.

Pontificij honorem non votis, sed meritis quaerendum.

Cadavera mortuorum non obuoluenda pallis sacratiss.

Res ecclesiasticas à regibus obtinere desiderantes, excommunicandos.

Opertorio corporis Dominici ad nihil aliud, quam ad ipsum Domini corpus, vti debere.

Neque Christianum Iudaeae, neque Iudaeum Christianae coniugari licere.

Suppellectilia Ecclesiae sacra ad nuptias seu res mundanas non vsurpanda.

Iudaeos non praesciendos Christianis iudices.

Parochiam alienam nulli episcopo inuadendam.

Alienum clericum, alieno episcopo non vtendum.

Coniugia incestuosa quae quibus quantoperè vitanda.

Presbyteris ac diaconis quam strictè continentia ab vxoribus seruanda.

Munera Ecclesiae sub Sacramento collata, quo supplicio neque fraudanda, neque retinenda, neque supprimenda.

Festiuitates quae quibus clericis cur vbi tantum peragenda.

Episcopis, presbyteris & clericis quantam conscientiae munditia viuendum.

Quas tantum foeminas cohabitare clericis debeat.

PROOEMIUM.

TOM. 2.



Pud Ecclesiam Aruernam sub die sexto Iduum Nouembrii, post consulatum Paulini iunioris, cum in Dei nomine congregante sancto spiritu, consentiente domino gloriosissimo

pioq; rege Theodeberto, in Aruernam vrbem sancta synodus conuenisset, ibiq; flexis in terra genibus pro rege, pro eius regno & longaeuitate, & pro populo Dominum deprecemur, vt qui nobis congregationis tribuerat potestatem, regno eius Dominus noster felicitatem tribueret, Imperium regeret, & in iustitia gubernaret, in ecclesia ex more confedimus Inspectisque canonibus, id nobis rationale visum est, vt quantum Ecclesiasticae regulae pendè omnia comprehendant, quaedam tamen vel adderentur noua, vel repeterentur antiqua.

Capitulum primum.

In primis placuit, vt quoties secundum statuta patrum sancta Synodus congregatur, nullus episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea, quae ad emendationem vitae, ad serenitatem regulae, ad animae remedium pertinent, finiuntur.

2 Placuit etiam, vt sacrum quis pontificij honorem non votis quaerat, sed meritis: nec diuinum videatur munus còparare rebus, sed moribus: atq; eminentissime dignitatis apicem omnium còscendat electione, non paucorum fauore. Sit in eligendis sacerdotibus cura praecipua, quia irreprehensibiles esse conuenit, quos praesse necesse est corrigendis. Diligenter itaq; quisq; inspiciat praediū Dominici gregis, vt sciat, quod meritum constituendi debeat esse pastoris: Episcopatum ergò desiderans, electione clericorum vel ciuium, consensu etiam metropolitani eiusdem prouinciae pontifex ordinetur. Non patrocinia potentum adhibeat, non calliditate subdola, ad conscribendum decretū alius hortetur pmijs, alius timore compellat. Quod si quis fecerit, ecclesiae, cui indignus fesse cupit, còmuniōe priuabitur.

3. Obser-

3 Obseruandum, nè pallis vel ministris diuinis, defunctorum corpuscula obuoluantur: & nè à potentibus seculi, clerici contra episcopos suos villo modo erigantur.

4 Qui reculam ecclesie petunt à regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à communione ecclesie, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur.

5 De opertorio Dominici corporis, seu palla altaris, nunquam sacerdotis corpus, dum ad tumulum euehitur, obtegatur: quia sacro velamine visibus suis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluantur.

6 Si quis Iudaicæ prauitati, iugali societate coniungitur, & seu Christiana Iudæo, siue Iudæus Christianæ mulieri consortio miscetur carnali, quicumque horum tantum nefas admisisse dinoscitur, à Christianorum cœtu atque conuiuio, & à communione Ecclesie, cuius sociatur hostibus, segregetur.

7 Nè ad nuptiarum ornatum ministeria diuina præstentur, nè, dum improborum contactu, pompaque secularis luxuriæ polluantur, ad officium sacri mysterij videantur indigna.

8 Nè Iudæi Christianis populis iudices præponantur.

9 Nè parochiam cuiuslibet episcopi, alterius ciuitatis episcopus canonum temerario inuadat: & vesanæ cupiditatis facibus inflammatus, suis quoquo modo non contentus, rapiat alienam.

10 Nè vllus episcopus alterius clericum, contra voluntatem episcopi sui, suscipere audeat, aut sacerdotio prærogare.

11 Si quis relictam fratris, sororem vxoris, priuignam, consobrinamve relictam, id est, patris vel auunculi, carnalis contagij macula crediderit violandam, & ausu sacrilego auctoritatem diuinæ legis, ac iura naturæ perruperit, & cui charitatis ac pij affectus solatia exhibere debuerat, suorum hostis ac pudicitie expugnator, vim inferre tentauerit, Apostolicæ constitutionis sententia feriatur: & quandiu in tanto versatur scelere, à Christiano cœtu atque conuiuio, & ecclesie communione priuabitur.

12 Cùm presbyteri atque diaconi, sublimi dignitatis apice prærogentur, a ceteris omnino seculi renunciant, & ad sacrum ministerium electi, repudient, & quisquis est presbyter atque diaconus, diuino munere benedictione percepta, vxoris sue prius, frater illic efficiatur ex coniuge: attamen quosdam reperimus ardore libidinis inflammatos, abiecto militia cingulo, vomitum pristinum & inhibita rursus coniugia repetisse, atque incesti quodammodo crimine clarum decus sacerdotij violasse, quod nati etiam filij pro-

TOM. 2.

diderunt. Quod quisquis fecisse cognoscitur, omni in perpetuum (quam, admissio iam crimine, perdidit) dignitate priuabitur.

13 Si quis cuiuscumque ecclesie munuscula quælibet sub sacramenti scriptura collata, nefaria calliditate fraudauerit, inuaserit, retinere tentauerit, atque suppresserit, & non statim à sacerdote communitus, collata reddiderit, ab Ecclesie catholicæ communione pellatur.

14 Si quis ex presbyteris, aut diaconis, Burchard. li. 2. cap. 23. qui neque in ciuitate, neque in parochijs, canonicus esse dinoscitur, sed in villulis habitas, in oratorio sancto deseruiens, celebret diuina mysteria: festiuitates præcipuas, Domini natale, Pascha, Pentecosten, & si quæ principales sunt festiuitates reliquæ, nullatenus alibi, nisi cùm episcopo suo in ciuitate teneat.

Quicumque sunt etiam ciues natu maiores, pari modo in vrbibus ad pontifices suos in prædictis festiuitatibus veniat. Quod si qui improba temeritate contempserint, eisdem festiuitatibus, quibus in ciuitatibus adesse despiciunt, communione pellantur.

15 Episcopus, presbyter atque diaconus, tam sancta conscientia resplendeant, ut effugiant probitate actuum, maledicorum obloquia, & testimonium in se diuinum implere contendant, quo Dominus ait: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes vestra bona opera, glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Matth. 5. b

16 Igitur auctoritate canonica, aliqua mansura in ea constitutione sanximus, ut fugiatur ab his extraneorum mulierum culpanda libertas, & tantum cum auia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas cõpulerit, habitent. De quibus omnibus (ut priorum canonum series cõtinet) nefas est, aliud, quàm natura constituit, suspicari. In cubiculo etiã horum atque cellario, vel familiari quolibet seruitio, neque sanctimonialis vlla, neque extranea mulier, neque ancilla villo modo admittatur. Quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica cõmunionis sine dubio iacturam subire. Quod si antistes culpã hãc in presbytero aut diacono suo discernere canonico rigore noluerit, ipse seueritate sententiæ vel seueritatis sententia feriatur.

Honoratus in Christi nomine episcopus ecclesie Bituricæ, subscripti. Gallus in Christi nomine episcopus ecclesie Aruerne, subscripti. Gregorius in Christi nomine episcopus ecclesie Lingonicæ, consensu & subscripti. Hilarius in Christi nomine episcopus ecclesie Gabalitanæ, consensu & subscripti. Ruricius in Christi nomine episcopus ecclesie Lemouicæ, consensu & subscripti. Nicetius in Christi nomine episcopus ecclesie Treuerorum, subscripti. Deuterius in Christi nomine episcopus ecclesie Lotene, subscripti. Dalmatius

matius in Christi nomine episcopus ecclesie Ruthene, subscripti. Flavius in Christi nomine episcopus ecclesie Rhemen, deo propicio, subscripti. Lupus in Christi nomine episcopus ecclesie Cathalaunens, subscripti. Domitianus in Christi nomine epi-

scopus ecclesie Tongrorum, A Tongris sedes episcopalis in tra quod est Traiectum, subscripti. Venantius in Christi nomine episcopus ecclesie Verobæ Leodisem. rone, subscripti. Gramma-

scopus ecclesie Meten, subscripti. Desideratus in Christi nomine episcopus ecclesie Verdunen, subscripti. Superius in Christi nomine episcopus ecclesie Auentorum, subscripti.

Finit Concilium.

¶ Desumptum ex vetusto codice quinque librorum partialium, capitulum concilij Aruerne, quod in decreto Gratiani non habetur.

¶ Ex eodem lib. 2. cap. 103. Ut presbyteri plebes suas admoneant, quod hospitales sint.

Placuit, ut presbyteri suas plebes admoneant, ut hospitales sint, & nulli iter facienti, mansionem denegent. Et ut omnis occasio rapinæ tollatur, nihil carius vendat transfretibus, nisi quanto in mercato vendere possint. Quod si carius vendere voluerint, ad presbyterum transeuntes hoc referant, & illius iusu cum humanitate eis vendant.

¶ Decreta alia quatuor capitula concilij Aruerne, ex codice æquè vetusto 16. librorum partialium, quæ etiam in decreto Gratiani non adnotantur.

¶ Ex libro primo, cap. 20. Cap. I. De possessione 30. annorum, nè repetatur. Quicumque episcopus alterius episcopi dioccesim per 30. annos sine aliqua interpellatione possederit, admittenda non est contra eum actio reposcendi: sed hoc intra 3. extra verò nullo modo: nè, dum diocesis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

¶ Ex libro secundo, cap. 37.

Cap. II.

Vt in vita episcopi, alius non superponatur. Vt nullus, viuentis episcopo, alius superponatur aut superordinetur episcopus, nisi forsitan in eius locum, quem capitalis culpa dececerit.

¶ Ex libro secundo, cap. 44.

Cap. III.

De presbyteris, qui de crimine fornicationis, siue aliquo capitali flagitio accusantur, & non habent collegas, cum quibus se expurgare possint, aut si forte lapsi fuerint, quomodo satisfaciant, in quorum iudicio neque ad dexteram, neque ad sinistram declinandum est, sed recta via gradiendum. In concilio nanque Neocesaren scriptum est:

TOM. 2.

Presbyter, si vxorẽ acceperit, ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.

¶ Ex libro tertio, cap. 14.

Cap. IIII.

Quod licitum sit episcopis, cùm cõsilio cleri, de thesauro ecclesie suæ familiarẽ succurrere.

Licitum sit episcopis, præsentibus presbyteris & diaconibus, de thesauro ecclesie, familiarẽ & pauperibus eiusdem ecclesie, secundum canonicam institutionem, iuxta quod indigerint, erogare.

DECRETA

PELAGII PAPAE I.

Ex libro Pontificali.



Elagius natione Romanus, Anno Domini 552, ex patre Ioanne Vicariano, sedit annos 11. menses 10. dies 8. Et dum non essent episcopi, qui eum ordinarẽt, inuenti sunt duo episcopi, Ioanes de Perusio, & Bonus de Ferentino, & Andreas presbyter de Ostia, & ordinauerunt eum pontificem. Tunc enim non erant in clero, qui eum possent promouere. Et multitudo religiosorum, sapientum & nobilium, subdixerunt se à cõmunionem eius, dicentes, quia in morte Vigilij papæ se immiscuit, ut tantis pœnis affligeretur. Eodem tempore Narfes & Pelagius papa, consilio inuito, data litaniam à sancto Pãcratio cum hymnis & canticis spiritualibus, venerunt ad sanctum Petrum Apostolum. Qui Pelagius tenens Euangelia & crucem Domini super caput suum, in ambonẽ ascendit. Et sic satisfecit cuncto populo & plebi, quia nullum malum peregrisset contra Vigilium. Item adiecit Pelagius papa, & dixit: Peto, ut petitionem meam confirmetis, ut si quis ille est, qui promouendus est in sancta ecclesia, ab ostiario vsque ad gradum episcopatus, neque per aurum, neque per aliquas promissiones proficiat: (vos enim omnes scitis, quia hoc Simonia cum est) sed si quis ille est doctus in opere Dei, bonam vitam habens, non per dationem, sed per bonam conuersationem, iubemus eum vsque ad primũ gradum venire. Eodem tempore ecclesie rebus præfecit Valentinũ notarium suum timen- tem Deum, & restitui fecit omnia vasa aurea & argentea, & pallia per omnes ecclesias. Eodem tempore iniata est basilica Apostolorum Philippi & Iacobi. Quæ dum initiaretur fabricari, mortuus est, & sepultus in basilica beati Petri Apostoli 6. Nonas Martias. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrium, presbyteros 26. diacones 9. episcopos per diuersa loca numero 49. Et cessauit episcopatus menses 3. dies 25.

EPI.

EPISTOLA PELAGII PAPAE PRIMI AD VIGILUM EPISCOPUM.



Elagius episcopus Vigilio Coepiscopo salutem.

Gaudeo fidei deuotione, quod religiosum studium & diuinu officium dignanter impedis, & maxime, quod d fidei inimicos aemularis, Apostolicæ sedis quærens exempla. Didici sanè tam per latorem literarum tuarum, quàm & per literas tuas, quod sint quidam penès vos, qui dicentes garrunt, qualiter pater & filius vnus potest esse Deus, cum præter patrem alius non sit Deus, qui dicatur ingenuus atq; inuisibilis. Hi sanè, si scirent donum Dei, & veræ fidei regulas intelligerent, nequaquam talia mullitarent. Sed quia non habentes mundum cor, quo videre secreta Dei, & intelligere mysteria valeat diuina, mundanda sunt prius corda eorum per pœnitentiam, vt intelligere postmodum & capere lumen veritatis possint: quibus tamen, ad eorum ac multorum illuminationem, corrigendo talium errorem, Apostolica autoritate respondendū est ita: Quomodo vos patre & filium vnum profiteri non vultis? Eos enim nos vnum & verum Deu à prophetis & Apostolis ostendimus prædicatū, à quibus etiā spiritum sanctum credimus non esse discretum, Esaiâ propheta dicente: Ego sum Deus, & non est alius præter me. Et: Per memetipsum iuro, quia exiit ex ore meo veritas, & sermo meus non auertitur, quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua iurabit per Dominu, dicens: Iustitia & gloria ad eum veniet. Et vt hoc in testimonio patrem simul & filium cognoscas fuisse, Paulum audi dicentem: Vt in nomine (inquit) Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & inferorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris omnipotentis. Quod si iste filius minor est patre suo, ergo minorata est gloria patris in filio. Et vbi est, quod in Salomone scriptura loquitur, dicens: Sicut etiā in conspectu eorum (inquit) magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus, quoniam non est Deus præter te, Domine? Diligenter attende, & agnosce filium esse, qui magnificabitur in iudicio, dum venerit viuos & mortuos iudicare. Item Esaiâs: Audite domus Iacob, & residuum domus Israel, qui egredimini ex vtero meo, & erudimini à puero vsque ad senectutem. Ab initio ego sum, & quousq; senescatis, ego sum. Ego vos feci, & ego sustineo. Ego remittam, & ego suscipiam, dicit Dominus. Et iterum: Ego sum Dominus Deus, & præter me non est alius Deus, annuncians nouissima priusquam fiant, & statim consummata sunt.

TOM. 2.

Item alibi: Audi me, Iacob & Israel, quem ego feci. Ego sum Dominus Deus tuus, & non est alius præter me. Item alibi: Ego sum Dominus Deus tuus, primus & ego nouissimus, & in ea, quæ superuentura sunt in nouissimo, ego sum. Item alibi: Ego sum Deus, qui te creauit, qui te adiunxi, & communiui dextera mea. Et vnitatem patris & filij assignans, loquitur dicens: Ego testis vester, dicit Dominus Deus, & puer meus, tu quem ego elegi, vt sciatis & credatis, quia ego sum. Ante me non fuit alius deus, & post me non erit. Vnum hæretice elige è duobus: Aut facere patrem, & post me vnum Deum, aut si solum patrem Deum esse contendis, ergo tibi Dominus Iesus Christus Dei filius non erit Deus, quia scriptum est: Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit. Si secundum te ita est, cur Apostolus talia prædicat, & eundem filium, Deum super omnia benedictum, insinuat? Quorum patres (inquit) ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Item Esaiâs dicit: Dominus Deus Israel, qui liberauit eu de Aegypto. Ego sum primus, & ego post hæc, & præter me non est Deus, sicut ego sum, qui stet, & vocet, & præparet mihi, ex quo hominem feci in seculo. Item alibi: In te est Deus, & nesciebamus: Deus, & non est alius Deus præter te. Tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel saluator. Vnus Deus non sunt pater & filius? Quis est hic Deus, in quo esse dicitur Deus, præter quem alium Deum non esse propheta sapè numero singulari protestatur? Et Hieremias: Hic Deus noster, ait, & non applicabitur alter ad eum, qui inuenit omnem scientiâ viam, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & inter homines conuersatus est. Et in Salomone: Miserere nobis, Deus omnium, & ostende nobis lumen miserationis, & immitte timorem tuum super gentes, quæ nõ exquisierunt te, vt cognoscant, quia non est alius Deus, nisi tu. Item ibi: Domine Deus Israel, non est tibi similis in caelo sursum, neque in terra deorsum. Et Psal. 17. Quoniâ quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum? Et in Genesios: Et pluit Dominus à Domino ignem & sulfur super Sodomam & Gomorrhâ, & euertit ciuitates illas. Si solus pater Deus est, quis pluit ignem & sulfur à Domino, vt supradictas ciuitates euerteret, quæso responde. Et in Deuteronomio: Dominus solus deducebat eos, & non fuit cum illis Deus alienus. Et Paulus Apostolus: Vnus Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Et ad Corinthios: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Et iterum: Non est Deus nisi vnus. Et ad Galatas: Mediator autem vnus non est, Deus autem vnus est. Et vnitatem patris & filij & spiritus sancti

Esa. 45. d

*reuertetur

Philip. 2. b

Ecci. 36. a

Esa. 46. a

Esa. 46. c

Esa. 44. a. b

intermittim

Esa. 41. b. c

Esa. 43. b

Esa. 34. d

Rom. 9. b

Esa. 43. a

Esa. 45. a

Batuch. 3. b

Ecci. 36. a. &

Deut. 4. c

3. Reg. 8. c

Gen. 19. e

Deut. 2. b

Rom. 3. d

2. Cor. 5. d

Galat. 3. d

tuffancti

Ephe. 4. e

Suprà in epistola Euariasti papæ.

Rom. 8. a

Philip. 2. a

Esa. 33. d

Esa. 65. a

Rom. 10. a

Hiere. 12. b

Mich. 1. a

Zach. 2. d

1. Tim. 1. d

Malach. 3. a

tuffancti monstrans, Ephesijs scribens, ita confirmat: Sufferentes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. Si enim prædicti hæretici vnitatem fidei voluerint simplici corde recipere, ex hoc iam testimonio in vno spiritu possunt simul patris & filij vnitatem condiscere. Patrem igitur (vt ipsi se dicunt inuenisse in diuinis literis) genitum propriè positu, nec legere possunt penitus, nec probare. Sed quia id ipsum fides exigit Christiana, absq; vlla dubitatione ingenuus creditur, qui tamen secundum seriem scripturarum, in filio à se genito, visus esse monstratur. Apostolus verò Paulus missionem filij Dei in spiritu sancto longè antè conspiciens, Romanæ ecclesiæ scribens, hæc testatus est, dicens: Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impletur. Cernisne, quoniam filius non secundum Deitatem à patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer & piè pro nobis assumere non dedignatus est? Nã quod semetipsum, exinanita maiestatis suæ potentia, idem se filius miserit, Apostolus cõtestatur, dicens: Semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortẽ, mortem autem crucis. Et Esaiâs: Non legatus, neq; angelus, sed ipse Dominus veniet, & saluabit eos. Item ibi: Palam apparui nõ quærentibus me. Et in Hieremia: Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, & veni, & factus sum illis in opprobrium. Et in Michæa: Ecce Dominus veniet, & commouebuntur montes sub eo. Et in Zacharia: Gaude & exulta filia Sion, quia ecce ego venio, & commorabor in medio tu, dicit Dominus. Et Apostolus ad Timotheum: Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et Malachias: Ecce

subitò veniet in templum suum Dominus, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Et in Euangelio: Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiã. Item: Quid nobis & quid tibi IESV fili Dei? venisti ante tempus perdere nos? Item ibi: Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. Item ibi: Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Item ibi: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis, qui est in caelo. Nunquid in his tantis ac talibus testimonijs, quibus se filius Dei à semetipso venisse testatus est, poteris dicere, ab alio & non à semetipso venisse, dum manifestu est, cum, qui carnem nostram dignanter assumpit, voluntariè, & non ab alio missum, aduenisse? Nam qui in patre manens, vbiquè potentia sua cõsistit, vbi à patre mitteretur, omnino non habuit. Scimus enim, quoniam nulla pars caelorum ac terræ à conspectu patris excipitur, vbi secundum eos à patre filius mitteretur. Interim verò det operam (quantum fieri potest) tua dilectio, vt omnibus Ecclesiæ filijs innotescat, quid contra impium sensum secundum Euangelicam doctrinam & Apostolicam prædicemus: quia licet plenè, quæ semper fuisse atq; esset catholicorum sententia, scripserimus, tamen nunc quoq; ad confirmandas omnium mentes non parum exhortationis addimus. Memor enim sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cuius à Domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides omnes quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat. Et intelligo, aliter mihi non licere, quàm vt omnes conatus meos ei causæ, in qua vniuersalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. Nè autem aliqua negligentia occasione scripta nostra ad vos non potuerint peruenire, exemplaria eorundem nunc mittenda credimus, vt nullo modo fidei, quã defendimus, prædicatio vestra doctrinæ notitiæ subtrahatur. Data quinto Nonas Maij, Ioanne & Narsete viris clariss. coss.

Finis.

AVRELIANENSE CONCILIVM QVARTVM, CIRCA TEMPORA PELAGII PAPAE PRIMI, & tempore Childeberti Regis.

Esse Prouinciale.

Table with 2 columns: TITVLI CAPITVLOIVM SE- quentis quarti concilij. and Quod clerici canonum statuta ab episcopis percipiant. Rows include: De festiuitate paschali celebranda, De oratorijs, & clericis in illis seruire debentibus, De poenitentia lapsorum in hæresim, De relictis, venditis, ac alienatis à sacerdote cuiuslibet ecclesiæ, De indignis ad sacerdotium promotis, & qui indigni censeantur.

TOM. 2.

HHH De non

Matt. 9. b &

Marc. 2. c

Marc. 1. c

Luc. 19. b

Iohan. 10. b

Iohan. 3. b

Matth. 16. c

De non distrahendis his, quæ monasterijs vel ecclesijs sunt collata. 11
 De eo, quod si episcopi discordes fuerint inter se de repetitione possessionis. 12
 De iudicibus, qui quemlibet clericum cuiuslibet ordinis, publicis actionibus implicauerint. 13
 Vt, quæ episcopus ecclesiæ dederit, hæredes sui non auferant. 14
 De his, qui post baptismum dæmonibus offerunt, ad vomitum reuersi. 15
 Christianus super pecudes non iuræt. 16
 Clerici honorati, cum coniugibus suis lectum communem non habeant. 17
 Ecclesia præiudicium non patiat ex alienatione bonorum per clericos. 18
 Quod ecclesiæ collatum est, nec à collatore, nec ab illius hæredibus repeti debet. 19
 Quod iudex secularis clericum constringere non audeat, aut discutere. 20
 Nè de ecclesiarum septis fugitium quemcunque quis quacunque occasione abstrahat. 21
 Nullus per potestatem filiam competat alienam. 22
 De seruis ecclesiæ aut sacerdotum, prædas agentibus. 23
 De mancipijs, propter spem coniugij, ad ecclesiam confugientibus. 24
 De clerico aut laico, qui per potestatem regiam res ecclesiæ, contempto pontifice, petere aut possidere præsumperit. 25
 De ecclesijs in domo potentum existentibus, & clericis earum. 26
 De incestis coniunctionibus. 27
 De homicidio voluntariè factò. 28
 De mulieribus in adulterio cum clericis deprehensis. 29
 De mancipijs Christianis seruientibus Iudæis. 30
 De Iudæis, qui aduenam vel Christianum ad Iudaicam superstitionem seduxerint, vel sibi ancillam Christianam sociauerint. 31
 De existentibus genere seruilibus personis, & earum posteritate. 32
 De facientibus in agro suo oratorium, vt clericis sufficientem ibidem facultatem prouideant. 33
 De agellis sacerdotum, ac alijs eorum facultatibus, vt firma eis maneant. 34
 De substituendo antistite. 35
 Si episcopus clerico alienæ ciuitatis aliquid dederit possidendum, post eius obitum ad ecclesiam reuertatur. 36
 Vt synodus annis singulis celebretur. 37
 Vt, quæ statuta sunt, obseruentur. 38

PROEMIVM.



Vm in Aurelianensis vrbe vnanimiter in Christi nomine sancta adfuisse congregatio sacerdotum, & de his, quæ ad sacrum propositum pertinet, vel quæ

secundum ecclesiasticam ordinationem regulari conueniunt disciplinæ, Deo medio tractata decernerent, placuit, vt quæ sunt definita, secundum antiquam consuetudinem scripta monstrarentur. Et quo firmitus statuta seruentur, cum consensu omnium docet adnotata subscriptio.

Capitulum primum.

Placuit itaq; Deo propitiò, vt sanctum Pascha, secundum laterculum Victoris, ab omnibus sacerdotibus vno tempore celebretur. Quæ festiuitas annis singulis Epiphaniarum die in ecclesia populis denunciatur. De qua sollemnitate quoties aliquid dubitatur, inquisita vel agnita per metropolitano à sede Apostolica sacra constitutio, teneatur.

1 Hoc etiã decernimus obseruandum, vt quadragesima ab omnibus ecclesijs æqualiter teneatur. Neq; quinquagesimam aut sexagesimam ante Pascha quilibet sacerdos præsumat indicare. Sed neque per sabbata absq; infirmitate quisquam soluat quadragesimæ ieiunium, nisi tantum die Domitico prandeat. Quod sic fieri specialiter patrù statuta sanxerunt. Si quis hanc regulam irruerit, tanquam transgressor disciplinæ à sacerdotibus censeatur.

2 Quisquis de prioribus ciuibus Pascha extra ciuitatem tenere voluerit, sciat sibi à cuncta synodo esse prohibitum. Sed principales festiuitates sub præsentia episcopi teneant, vbi sanctum decet tenere conuentum. Tamen si aliquis certa necessitate constringatur, vt hoc implere non possit, ab episcopo postulet commeatum. Quod si hoc postulare despexerit, & eundem locum idem in festiuitate præsentibus tenere voluerit, suspendatur.

3 Vt nullus in oblatiõe sacri calicis, nisi quod ex fructu vineæ speratur, aqua mixtum offerre præsumat: quia sacrilegium iudicatur, aliud offerri, quam quod in mandatis sacratissimis saluator instituit.

4 Id etiã regulariter esse perspeximus decernendum, vt Episcopus in ciuitate, in qua per decretum eligitur ordinandus, in sua ecclesia, cui præsiturus est, consecratur. Sanè si subitò necessitas temporis hoc implere non patitur, licet melius esset in sua ecclesia fieri, tamen vbi sub præsentia metropolitani, aut certè vt eius autoritate intra prouinciã omnino à comprouincialibus ordinetur.

5 Parochiani clerici à pontificibus suis necessaria sibi statuta canonum legèda percipiant, nè se ipsi vel populi, quæ pro salute eorum decreta sunt, excusent postmodum ignorasse.

6 Vt in oratorijs, domini prædiorum minime contra votum episcopi, ad quem territorij ipsius priuilegium noscitur pertinere,

fort. * & in eodem loco festiuitatem præsentem tenere

Luc. 22, 6

re, peregrinos clericos intromittat: nisi forsitan quos probatos ibidem districtio pontificis obseruare præceperit.

7 De his, qui post baptismi sacramentum ad hæresis lapsum (carne suadente) descendunt, & agnoscentes reatum, ad vnitatem fidei Catholicæ venire desiderant, in episcoporum potestate consistat, cum eos viderint dignam pœnitentiam agere, quando vel qualiter communioni pristinæ reformentur.

8 Vt episcopus, qui de facultate propria ecclesiæ nihil relinquit, de ecclesiæ facultate si quid aliter, quam canones eloquuntur, obligauerit, vendiderit, aut distraxerit, ad ecclesiam reuocetur. Sanè si de seruis ecclesiæ libertos fecerit numero competenti, in ingenuitate permaneant, ita vt ab officio ecclesiæ non recedant.

9 Si quis episcoporum sciens aut bigamum, aut interruptæ maritum, ad officium Leuiticæ dignitatis siue presbyterij, contra ius canonum, promouere præsumperit, noverit se vnus anni spatio ab omni officio sacerdotij esse suspensum. Cui si fortè sententiæ subiacere contempserit, à communionem eius vsque in magnam synodum se fraternitas vniuersa suspendat: illi verò, qui illicitè promoti sunt, regradentur.

10 Si quid abbatibus, aut sacris monasterijs, aut parochijs pro dei fuerit contemplatione collatum, in sua proprietate hoc abbatibus vel presbyteri minime reuocabunt, nec alienare quod cunctis fratribus debetur, quacunque occasione præsumant. Quibus si fuerit necessarium vt statuta conuellant, non aliter valeat, nisi episcopi sui subscriptione firmatum.

11 Si inter episcopos de rebus terrenis aut possessionibus sub repetitione, aut retentionis titulo nascatur contentio, intra anni spatium pro studio charitatis, quæ cunctis debet rebus temporalibus anteferri, per epistolas fratrum affectuosè cõmoniti, aut inter se, aut in præsentia electorum iudicum, negocium sanare festinent. Quod si distulerint, donè ipsa causatio abrogetur, à charitate fratrum, qui distulerit, habeatur extraneus: quia iniustum est, vt qui cunctis præsumunt, inter se quacunque causatione dissentiant.

12 Si quis iudicum clericos de quolibet corpore venientes, atq; altario mancipatos, vel quorù nomina in matricula ecclesiæ tenentur inscripta, publicis actionibus applicare præsumperit, si à sacerdote admonitus emendare noluerit, cognoscat se pacè Ecclesiæ nõ habere. Similiter & ad vllam administrationem pontificis, presbyteros atq; diaconos ideò excusatos esse decreuimus, quia quod lex seculi etiã paganis sacerdotibus & ministris antè præstiterat, iustum est, vt erga Christianos specialiter conseruetur.

13 Quæcunq; ecclesijs aut pontificibus sub competenti ac iusto documento fuerint derelicta ab hæredibus legitimis, dignum est vt Dei contemplatione seruentur.

14 Si quis post acceptum baptismi sacramentum ad immolata dæmonibus sumenda, tanquam ad vomitum reuertitur, si cõmonitus à sacerdotibus ex hac præuaricatione se noluerit reuocare, à communionem Catholica pro emendatione sacrilegij suspendatur.

15 Si quis Christianus (vt est gentilium consuetudo) apud cuiuscunq; terræ vel pecudis exta, inuocatis insuper nominibus paganorum, fortassis iurauerit, si se ab hac superstitione cõmonitus noluerit cohibere, donè reatum emendet, à consortio fidelium vel Ecclesiæ communionem pellatur.

16 Vt sacerdotes siue diaconi, cum coniugibus suis non habeant communem lectum & cellulam, nè propter suspensionem carnalis consortij religio maculetur. quod qui fecerint, iuxta præfatos canones ab officio regradentur.

17 Vt quicunq; clericus aliquid de iure ecclesiastico, seu verbo, seu scriptura acceperit ad vtendum, & postmodum hoc alienare quacunque ratione præsumperit, non valebit: quia, secundum canonum statuta, proprietatem ecclesiæ non violat in alios quamlibet longa possessio. Sed in pontificis potestate consistat, qualiter pro conseruando iure Ecclesiastico, rem possessam inter clericos debeat communicare.

18 Quicunq; pro deuotione sua oblationis studio, aliquid in campellis, vel in vineolis, etiã absque scriptura probatur ecclesiæ contulisse: si postmodum vel ipse vel hæredes eius quacunque occasione auferre à iure hoc ecclesiæ vel alienare voluerint, quoad usque à tali intentione discedant, aut peruasa restituant, à communionem Ecclesiastica suspendantur.

19 Vt nullus secularium personarum, prætermisso pontifice seu præposito ecclesiæ, quenquam clericorum pro sua potestate cõstringere, discutere audeat, vel damnare. Sed & clericus si pro causæ appetitione cuiuscunque, fuerit ab ecclesiastico ordinatore cõmonitus, se ad audientiam spondeat affuturum, & respondere nulla calliditate dissimulet: sed quæcunq; causatio quoties inter clericum & secularè vertitur, absq; presbytero aut archidiacono, vel si quis esse præpositus ecclesiæ dinoscitur, iudex publicus audire negocium non præsumat. Sanè si causam habentibus placuerit ire ad iudicium, fortè ex voluntate communi, permitte præposito ecclesiæ, clerico licentia tribuatur.

20 Si quis necessitatis impulsu ad ecclesiæ septa confugerit, & sacerdote vel præposito ecclesiæ prætermisso atque contempto,

cum quisque de locis sacris vel altaris seu vi seu dolo abstrahere aut sollicitare fortè præsumperit: vt inimicus ecclesiæ, ab eius liminibus arceatur, quousq; iuxta pontificis districtiõnem digna pro indicta pœnitentiã emendatio subsequatur, eo tamen qui abstractus est, prius ecclesiæ restituito.

22 Vt nullus per imperium potestatis, siam *competere audeat alienam, nè coniugium (quod contra parentum voluntatem piam copulatur) velut captiuitas iudicetur, sed sicut est prohibitum, non admittatur. Si qui perpetraverint, excommunicationis seueritas pro modo piaculi imponatur.

23 Vt seruis ecclesiæ vel sacerdotũ prædas & captiuitates exercere non liceat: quia iniuquum est, vt quorum domini redemptiõnis præstare solent suffragium, per seruorum excessum disciplina ecclesiastica maculetur.

24 Quæcunq; mancipia sub specie coniugij ad Ecclesiã confugerint septa, vt per hoc credant posse fieri coniugium, minimè eis licentia tribuatur, nec talis coniunctio à clericis defensetur: quia probatum est, vt si nè legitima traditione coniuncti, pro religionis ordine statuto tempore ab Ecclesiæ communiõne suspendantur, nè in sacris locis turpi concubitu misceantur. De qua re decernimus, vt parentibus aut proprijs dominis (prout ratio postulat personarum) accepta fide excusati, sub separationis promissione reddantur. Postmodum tamen à parentibus atq; dominis libertate concessa, si voluerint, eos propria voluntate coniungat.

25 Si quis clericus aut laicus sub potentum nomine atq; patrocinio, res ad ius ecclesiæ pertinentes, contempto pontifice, petere seu possidere præsumperit, primum admonatur, quæ abstulit, ciuilitè reformare, aut certè iudicium sacerdotis seu iudicis opperiri, vt possit sacra religio. Quod si in peruationis pertinacia persistit, tam diu ab ecclesiã liminibus arceatur, dondè, cum satisfactiõne iustissima, peruasa aut occupata restituat.

26 Si quæ parochiæ in potentum domibus constitutæ sunt, vbi obseruantes clerici, ab archidiacono ciuitatis admoniti, secundum qualitates ordinis sui fortassè, quod ecclesiæ debent, sub specie domini domus implere neglexerint, corrigantur secundum Ecclesiasticam disciplinam. Et si ab agentibus potentum, vel ab ipsis rei dominis de agèdo officio ecclesiæ ab aliquo prohibentur, authores nequitia à sacris cæremonijs arceantur, dondè subsequuta emendatione, in pace Ecclesiastica reuocentur.

27 De incestis coniunctionibus id statum obseruandum, vt si quis post synodi cõstituta illicita tori iura præsumperit, circa eũ secundum statuta Epauensium canonũ, à sacerdotibus ecclesiæ seueritas tenatur.

Epau. ca. 30.

28 Quisquis homicidium voluntate commiserit, ita vt occidere audeat innocentem, si à principibus aut à parentibus quacunq; re se reddiderit absolutum, pro modo pœnitentiæ distringendus, in sacerdotis potestate consistat.

29 Si quæ mulieres fuerint in adulterio cum clericis deprehensæ, clericis districtiõne adhibita, mulieres ipsæ, prout sacerdoti visum fuerit, districtiõni subiaceat, & à ciuitatibus, vt sacerdos præceperit, repellantur.

30 Cùm prioribus canonibus iam fuerit definitum, vt de mancipijs Christianis, quæ apud Iudæos sunt, si ad ecclesiam confugerint, & redimi se postulerint, etiã si ad quoscunq; Christianos refugerint, & seruire Iudæis noluerint, taxato & oblato à fidelibus iusto precio, ab eorum dominio liberentur: ided statumimus, vt tam iusta constitutio ab omnibus catholicis conferuetur.

31 Hoc etiã decernimus obseruandũ, vt quicunq; Iudæus profelytum (qui aduena dicitur) Iudæum facere præsumperit, aut Christianum ad Iudaicam superstitionem adducere: vel si Iudæus Christianam ancillã suam sibi crediderit sociandam, vel si de parentibus Christianis natum, Iudæum sub promissione fecerit libertatis, mæcipiorum amissione mulctetur. Ille verò, qui de Christianis natus, Iudæus factus est, si sub conditione fuerit manumissus, vt in ritu Iudaico permanens habeat libertatem, talis conditio nõ valebit: quia iniustum est, vt ei libertas maneat, qui de Christianis parëtibus veniens, Iudaicis vult cultibus adhærere.

32 De genere seruili id decernimus obseruandum, vt descendens indè posteritas, vbicunq; quauis post longa spatia temporum, reperiat in loco, cui authores eius cõstat fuisse deportatos, reuocata studio sacerdotis, in ea, quæ cõstituta est à defunctis, cõditione permaneat. Cui præcepto si quis secularium, humanæ cupiditatis impulsu, crediderit obuiandum, quousq; se corrigat, ab ecclesia suspendatur.

33 Si quis in agro suo aut habet, aut postulat habere diocesium, primum & terras ei deputet sufficienter, & clericos, qui ibidem sua officia impleat, vt sacratissimis locis reuerentia condigna tribuatur.

34 Quisquis agellum ecclesiæ in diem vitæ, pro quacunq; misericordia à sacerdote, cui potestas est, acceperit possidendum: quæcunq; ibi profecerit, alienandi nullam habeat potestatem, nec sibi parentes sui ex ea re aliquid existiment vindicandum.

35 De substituendo antistite, si fortassis mora extiterit, & voluntas decessoris antè fuerit referata, quàm successor accedit ecclesiæ, non impediatur successorem. Si quispiã clericorum aliquid de facultate illa presumpserit, in potestate sit aduenientis episcopi, vtrum audire an reijcere decessoris sui debeat

Aurel. 3. cap. 10.

beat voluntatem, nec ecclesiæ in obiecto veniant tempora legitima constituta, dum non extitit persona, quæ de utilitate ecclesiæ attentius cogitaret.

36 Si quis Episcopus, alterius ecclesiæ clerico de facultatibus suæ ecclesiæ aliquid sub titulo quocunq; donauerit, post eius obitum, qui acceperit, ad ecclesiæ eius, de cuius facultate discesserat, reuertatur: quia iniuquum est, vt sub hac specie damnus ecclesiæ, quæ multis subuenit, patiatur.

37 Placuit præterea, vt cuncti metropolitani de comprouincialibus suis in prouincia sua annis singulis synodum debeant congregare, vt dum in vnum se fraternitas iungit, semper & censura teneatur, & charitas.

38 Quapropter (auxiliante Domino) quæ synodus sancta constituit, decernimus, vt à cunctis fratribus hæc definitio sancta conferuetur. Quod si quis quæ salubriter perspiciunt instituta, indecenter transgredi quacunq; occasione tentauerit, nouerit se Deo & cunctæ fraternitati culpabilem esse futurum: quia iustum est, vt per vnitatem antistitum & ecclesiastica fulgeat disciplina, & in conuulsa maneat constitutio sacerdotum.

Nomina Episcoporum, qui subscriperunt.

*Elofaticõs Aspasius episcopus ecclesiæ *Elofens, conscripsit & subscripsit. Alitius episcopus ecclesiæ Vafens, cõscripsit & subscripsit. Agri-

cola episcopus ecclesiæ Cabilonens, conscripsit & subscripsit. Cyprianus episcopus ecclesiæ Telonens, conscripsit & subsc. Daniel episcopus ecclesiæ Pictauiens, conscripsit & subscripsit. Dalmatius episcopus ecclesiæ Ruthenicæ, conscripsit & subscripsit. Euarius episcopus ecclesiæ Antipolitanæ, conscripsit & subscripsit. Aetherius episcopus ecclesiæ Carnotens, cõscripsit & subscripsit. Eleutherius episcopus ecclesiæ Antisiodorens, conscripsit & subscripsit. Euantius episcopus ecclesiæ Gabalitanæ, conscripsit & subscripsit. Eumerius episcopus ecclesiæ *Nannetens, conscripsit & subscripsit. Flauius episcopus ecclesiæ Rothomagens, cõscripsit & subscripsit. Gallicanus episcopus ecclesiæ Ebredunens, conscripsit & subscripsit. Galus episcopus ecclesiæ Aruernicæ, cõscripsit & subscripsit. Heracleus episcopus ecclesiæ *Tricastinens, cõscripsit & subscripsit. Inuoriosus episcopus ecclesiæ Turonicæ, cõscripsit & subscripsit. Leontius episcopus ecclesiæ Burdegalen, cõscripsit & subscripsit. Maximus episcopus ecclesiæ Aquisgranensis, conscripsit & subsc. Prætextatus episcopus ecclesiæ Aptensis, conscripsit & subscripsit. Placidus episcopus ecclesiæ Matisconens, conscripsit & subscripsit. *Roricus episcopus ecclesiæ Lemo-uicens, conscripsit & subscripsit. Rufus episcopus ecclesiæ Vafaticens, cõscripsit & subscripsit. Vindemialis episcopus ecclesiæ Arauicens, conscripsit & subscripsit.

Aurelianensium IIII. concilij Finis.

TVRONICA SECVNDA SYNODVS, CIRCA TEMPORA PELAGII papæ primi. Etsi verò Prouinciale.

TVRONICAE SECVNDAE Synodi Capitula De conuentione Synodi per singulos annos. 1 De pace sacerdotali. 2 De compositione corporis Dominici super altario. 3 Nè laici in ecclesia clericis misceantur. 4 De pastu pauperum propriorum. 5 De epistolis dandis. 6 De remotione abbatum. 7 De his, qui excommunicatis communicant. 8 Vt in Britannia sine consensu metropolitani vel comprouincialium, episcopi non ordinentur. 9 Vt nullus clericorum familiaritate extranearum mulierum vtatur. 10 Vt episcopus nullam ignauiam ad distringendum habeat, sed etiã si necesse fuerit, ab alijs adiuret episcopis. 11 Vt nullam det episcopus occasionem ad detrahendum sibi. 12 Episcopus clericos, & in domo ac alijs, ha-

beat conuersationis testes. 13 Nè episcopum mulieres prosequantur. 14 Nè duo clerici in vno stratu recumbant. 15 Nè monachus coniugio copuletur. 16 Nè sola mulier monasterium adeat. 17 De obseruatione ieiuniorum. 18 De obseruatione psallendi. 19 Nè archipresbyteri coniugati, sine testimonio clericorum dormiant. 20 De virginibus & reliquis castitatem professis vel viduis, quæ post mutatam vestem coniugio copulatæ sunt. 21 De adulterinis, vel incestuosis coniunctionibus. 22 De Kalendis Ianuarij, & cathedra sancti Petri. 23 De hymnis recipiendis. 24 De his, qui per discordias regum, res ecclesiarum aut sacerdotum competunt. 25 De peruaforibus rerum ecclesiasticarũ. 26 De iudicibus, qui pauperes opprimunt. 27 Nè sacerdotium per pecuniam acquiratur. 28

PROOEMIUM.

HHH 3

Eccle.



Celestia disciplina debet esse suffragium, congregatio sacerdotum: nec aliud erit sue sollicitudinis tam peculiare describere, quam quid ad fundamentum religionis proficere

recognouerit, operari non cesset, ut cum pastoralis cautela propagatur in oculis custodia, paucorum veneranda decreta, sint salutis publicae documenta. Et quoniam quod omitti non decet, oportet implere, praesertim cum cuius ad animarum intellectualium (de quibus Deo cura est) forma processit, eius traditionis lex ad pontifices manuit: necesse est vigilantissime providere, repulso torpore, ut quicquid ab antiquis patribus statutum de tramite canonico, quarundam personarum temeritate cernitur imminutum, reuocandum est in statum pristinum, ut possint male admissa corrigi, & non admittenda damnari. Magna est enim in ipsa securitate pietas, per quam tollitur peccandi facultas. Nam ubi insana libertas generat vulnera, sacerdotalis distinctio dat medelam. Quapropter (Christo auspice) in Turonica ciuitate concilio concordante, iuxta conuentionem gloriosissimi domini Chariberti regis annuentis, coadunati pro pace & instructione ecclesiae, opportunum credimus, subter annexa decreta conficere, & subscriptionibus propriis roborare, ut retundantur noxia, propagentur optata, ne taciturnitate silentij, vitiosorum criminum nutriri videretur licentia, non abscondi: & quae opportuna erant pro qualitate temporis adiaci, non paterentur negligi, sed procurantur impleri.

Capitulum primum.

Placuit itaque sancto concilio, interposita virtute domini Martini, in sancta basilica sua conscribi, ut bis ad synodum annis singulis metropolitanus & comprouinciales sui in locum, quem deliberatio metropolitana elegerit, Deo propiciante conueniant, aut si necessitas, sicut haecenus, in euitabilis praepediit, vel semel in anno, sine cuiuslibet excusatione personae, id est, regiae vel priuatae, sine cuiuscunq; utilitatis obstaculo, praeter infirmitatis certissimae labore praeventum, nullius occasione vel amnis habeat vnusquisque concursus: sed (sicut dictum est) neq; per impedimentum ordinationis regiae, neq; sub occasione utilitatis, aut causae propriae debeat a concilio separari, Apostolo praedicante: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? & reliqua. Non debet spirituali operi etiam regalis praeferi praecipio, cum primum in Ecclesia sit mandatum, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.

Matth. 6.

a Arithberti

Roma, 8. f.

Matth. 22. d

TOM. 2.

Vnde non debet praecipio Domini persona cuiuslibet hominis anteponi, neq; debet terrenae conditionis actio vel persona terere, quos Christus spe crucis armauit. Si quis Episcopus (ut superius dictum est) ad synodum venire distulerit, usque ad maiorem synodum a metropolitano & comprouincialibus maneat excommunicatus, nec ei ex alia prouincia vllus episcopus interea communicare praesumat. Ipse enim suae diuisionis praeparat instrumenta, qui cum suis fratribus in membris Ecclesiae non concordat.

2 Item decernitur propter illud caeleste mandatum, Pacem meam do vobis, ut pontificalis affectus inter sacerdotes inuolubiler conferuetur. Verum si pro peccatis (ut assolent) ex causa liuor emerit, ut pendente certamine sibi inuicem reconciliari non possint, electis ab utraque parte fratribus, id est, presbyteris, praeponderante dulcedine litis iacula finiant, & vota pacis acquirant. Nam qua fronte festucam de alterius oculo velit eruere, qui in suo trabem non respicit imminentem? Aut quid in alijs arguit, a quo magis vitij sors inundat? Si qui autem ab utraque parte (ut dictum est) electis presbyteris, atq; mediantibus fratribus, hoc est, suis membris, reconciliari neglexerit, cum ad synodum venerit, non solum reatum coram coepiscopis se cognoscat incurere, verum etiam congruae poenitentiae intelligat vindictam subire. Opportunum namq; est, illum animaduersione succumbere, qui intelligendo peccauit: & quod docere debuit, in seipso neglexerit.

3 Ut corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur.

4 Ut laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos tam ad vigiliis, quam ad Missis, stare penitus non praesumant: sed pars illa, quae a cancellis versus altare diuiditur, choris tantum psallentium pateat clericorum. Ad orandum vero & communicandum laicis & saeminis, sicut mos est, pateant sancta sanctorum.

5 Ut vnaquaeque ciuitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires, ut tam vicini presbyteri, quam ciues omnes, suum pauperem pascant: quo fiet, ut ipsi pauperes per ciuitates alias non vagentur.

6 Ut nullus clericorum vel laicorum, praeter episcopos, epistolia facere praesumat.

7 Ut episcopus nec abbatem, nec archipresbyterum, sine omnium suorum compresbyterorum & abbatum consilio, de loco suo praesumat eijcere, neq; per premia alium ordinare, nisi facto concilio tam abbatum quam presbyterorum suorum, quos culpa aut negligentia eijcit, cum omnium presbyterorum consilio restitatur.

Ioan. 14. d

Matt. 7. a

Noratu d. gnum



8 Qui-

8 Quicumque episcopus illum, quem alter episcopus excommunicatum habet, postquam fuerit de ipsius excommunicatione communitus, communicare praesumpserit, usque ad synodum excommunicatus habeatur.

9 Adijcimus etiam, ne quis Britannum aut Romanum in Armorico, sine metropolitano aut comprouincialium voluntate vel literis, episcopum ordinare praesumat. Quod si quis contraire tentauerit, sententiam in anterioribus canonibus prolatam obseruet, & a nostra charitate usque ad maiorem synodum se cognoscat remotum & excommunicatum: Quia merito a charitate nostra, vel nostris ecclesijs segregantur, qui patrum statuta contempnunt.

10 De familiaritatibus mulierum licet crebrius sit in canonibus replicatum, attamen necesse est, ut si seculi vir atq; mulier, qui male pullulauerant, redeant, rursus fidei salce succidantur, & iam radicibus eruantur: Nullus ergo deinceps clericorum pro occasione necessitatis faciendae vestis, aut causa ordinandae domus extraneam mulierem in domo sua habere praesumat. Et cum inbeamur victum aut vestitum artificum querere, & manibus proprijs laborare: quid opus est in domo serpitem includere pro veste, quae multiformem vestem non propterea deponit, ut nudetur, sed ut se, dum renouatur, ostendat clariorem?

11 Nullus ergo clericorum, non episcopus, non presbyter, non diaconus, non subdiaconus, quasi sanctimoniam, aut viduam, vel ancillam propriam, pro confirmatione rerum in domo sua stabilire praesumat: quae & ipsa extranea est, dum non est mater, aut foror, aut filia: quae etiam propinqua quibit ad culpam, dum dignoscitur subiecta dominatui. Si quis episcopus, aut presbyter, seu diaconus, aut subdiaconus, de hac re statuta patrum vel nostra temerare praesumpserit, excommunicetur.

12 Si quis episcopus ad distringendum eos, qui in hac facilitate perdurant, negligens apparuerit, sicut in ipsa sancta basilica est publice recitatum, ex consensu communitatis atq; totius populi, sententiam praedecessorum canonum se incurere omnino cognoscat, sicut tamen, ut tam metropolitano suis comprouincialibus, quam comprouinciales metropolitano suo, si resistere, aut contemnere episcopum clerici sui praesumpserint, dent omnino solatium. Et quia dixit sancta scriptura, Frater fratrem adiuuans, exaltabitur: quicumque pro causa Dei, fratri suo solatium communitus dare distulerit, usque ad synodum remoueat. Nam si episcopus se contemni sentiens, fratres suos in solatium suum non commouerit, ipse sciat, qualiter reddat Domino rationem.

13 Episcopus coniugem, ut fororem, habeat: & ita sancta gubernatione gubernet

domum omnem, tam ecclesiasticam, quam propriam, ut nulla de eo suspicio quaqua ratione confurgat. Et licet (Deo propicio) clericorum suorum testimonio castus viuatur, quia cum illo tam in cella, quam vbiq; fuerit, secum habitent, eumque presbyteri, & diaconi vel deinceps clericorum turba iuniorum (Deo adiutore) conseruent: sicut tamen propter zelotem verum nostrum, tam longe absint, mansionis propinquitate diuisi, ut nec hi, qui ad spem recuperandam clericorum seruitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.

14 Episcopus, episcopam non habentem, nulla sequatur turba mulierum, licet saluet vir per mulierem fidelem, sicut & mulier per virum fidelem, ut Apostolus ait. Nam vbi talis custodia necessaria non est, quid est necesse, ut miseria prosequatur, vnde fama confurgat? Habeant ministri ecclesiae, utique clerici, qui episcopo seruiunt, & cum custodire debent, licentiam, extraneas mulieres de frequentia cohabitationis eijcere.

15 Et ne occasio famam laceret honestatis, quia aliqui laici, dum diuersa perpetrant adulteria, hoc quod de se sciunt, in alijs suspicantur, sicut ait Seneca, pessimum in eo vitium esse, qui in id, quo insanit, caeteros putat furere. Ut ergo ipse sinistra existimationis aditus amputetur, nullus sacerdotum ac monachorum colligere alium in lecto suo praesumat. Nec liceat monachis cellulas habere communes, vbi aut bini maneant, aut peculiare reponi possint, sed schola labore communi construatur, vbi omnes iaceant, aut abbatem, aut praeposito gubernante: ut dum duo vel tres vicissim & legant & excubent, alij consolentur: ut non solum sit custodia corporum, sed & surgat pro lectio assidua profectus animarum.

16 Si qui in monasterio conuersi sunt, aut conuerti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi, nec (quod absit) vllus eorum coniugem ducere, aut extraneam mulierum familiaritatem habere. Nam sicut supra dictum est, si uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris male sociatae consortio, etiam iudicis auxilio separetur. Quod si iudex ad hoc solatium dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix monachus tali coniunctione foedatus, si per cuiuscunq; patrocinium se conatus fuerit defendere, & is, qui in hac pertinacitate perdurat, & illi, qui eum exceperint ad defendendum ab Ecclesia segregentur, donec reuertatur ad septa monasterij, & indictam ab abbate, quam diu praecipio ei fuerit, agat poenitentiam, & post satisfactioem reuertatur ad gratiam.

17 Ut mulier intra septa monasterij nullatenus introire mittatur. Si abbas in hac parte aut praepositus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non statim eiecerit, excommunicetur.

Prou. 28. e

TOM. 2.

HHH 4 18 De

18 De ieiunijs verò antiqua à monachis instituta conferuentur, vt de pascha vsque quinquagesimam, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur. Post quinquagesimam tota hebdomada exactè ieiuent. Postea vsque ad Kalendas Augusti, ter in septimana ieiuent, secunda, quarta, & sexta die, exceptis his, qui aliqua infirmitate cõstricti sunt. In Augusto, quia quotidie Missæ sanctorum sunt, prandium habeant. In Septembri toto & Octobri & Nouembri, sicut priùs dictum est, ter in septimana. De Decembri vsque ad natalem Domini, omni die ieiuent. Et quia inter natalem Domini & Epiphaniam, omni die festiuitates sunt, itemq; prandebunt. Excipiuntur triduum illud, quo ad calcandam Gentilium consuetudinem, patres nostri statuerunt priuatas in Kalen. Ianuarij fieri litanias, vt in ecclesijs psallatur, & hora octaua in ipsi Kalendis circuncisionis Missa Deo p̄picio celebretur. Post Epiphaniã verò vsq; ad quadragesimam, ter in septimana ieiuent.

19 Itemq; pro reuerentia domini Martini, vel cultu ac virtute, id statuimus obseruandum, vt tam in ipsa basilica sancta, q̄ in ecclesijs nostris, iste psallendi ordo seruetur: Vt in diebus festis ad matutinum sex antiphonæ binis psalmis explicentur. Toto Augusto x̄mationes fiant, quia festiuitates sunt & Missæ sanctorum. Septembri, septem antiphonæ explicentur binis psalmis. Octobri, octo ternis psalmis. Nouembri, nouem ternis psalmis. Decembri, decem ternis psalmis. Ianuario & Februario, itidem vsque ad pascha. Sed vt possibilitas habet, qui facit amplius pro se, & qui minus, vt potuerit: superest, vt vel duodecim psalmi expediantur ad matutinum, quia patrum statuta præceperunt, vt ad sextam sex psalmi dicantur, cum Alleluia: & ad duodecimam duodecim, itemq; cum Alleluia, quod etiam (angelo ostendente) didicerunt. Si ad duodecimam duodecim psalmi, cur ad matutinum non itemq; vel duodecim explicentur? Quicunq; minus q̄ duodecim psalmos ad matutinum dixerit, ieiunet vsq; ad vesperam, panem cum aqua manducet, & non illi sit altera in illa die vlla refectio. Et qui hoc facere contempserit, vna hebdomada panem cum aqua manducet, & ieiunet omni die vsque ad vespereum.

20 Archipresbyteri vicani, & diaconi & subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspitione tenentur à populo, quod cum coniugibus suis maneant. Pro qua re hoc placuit obseruare, vt quotiescunq; archipresbyter seu in vico manserit, seu ad villam suam ambulauerit, vnus lector canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella, vbi ille iacet, lectum habeat pro testimo-

TOM. 2.

nio. Septem tamen inter subdiaconos & lectores vel laicos habeat concessos, qui vicissim septimanas suas cum illo facere omnino procurent: & qui distulerit, fustigetur. Et si in hoc presbyter negligens inuentus fuerit, quod non hoc sic implere cõtendat, triginta diebus communionem priuetur, donec pœnitentiam agat, & sic reuertatur ad gratiam. Reliqui presbyteri, & diaconi, ac subdiaconi vicani, hoc studio se custodiant, vt mancipiola sua ibi maneant, vbi vxores suæ: illi tamen segregatim solitarij in cella iaceant, & orent, & dormiant. Nam qui vxores non habent, in parte de mancipolijs suis habeant cellulas segregatim, vbi & ipsi itidem & orent segregati, & dormiant. Nam si inuentus fuerit presbyter cum sua presbytera, aut diaconus cum sua diaconissa, aut subdiaconus cum sua subdiaconissa, annum integrum excommunicatus habeatur: & depositus ab omni officio clericali, inter laicos se obseruare cognoscat: eo tamen permisso, vt inter lectores in psallentium choro colligatur. Illi verò archipresbyteri, qui talem cautelam super iuniores suos habere noluerint, & non eos habuerint studio distringendi, ab episcopo suo in ciuitate retrudatur in cellam, ibiq; mense integro panem cum aqua manducet, & pœnitentiam agat pro sibi credito clero: quia nulli clericorũ, iuxta sententiam canonum, cum coniuge sua manere permittitur. Et quia hæresis Nicolaitarum per Nicolai facilitatem surrexit, vbi legi ista hæresis presbyterorum à quo presbytero primũ surrexerit? etiam quod nullus potuit estimare, quod auderet ille, q̄ corpus Domini consecrat, talia perpetrare, nisi tempore nouissimo pro peccatis nostris ista surrexerunt. Si illi diaconi omnium sententia episcoporum damnati sunt, & hæretici reputati, ac si tales diaconi illi subiacent maledictiõis, quos patrum statuta pro hac causa damnarunt: quid illi infelices presbyteri, qui tali sunt peccato subiecti, vt alios trahat in præceps secum, qui eos tali ordine viuere cernunt? Et qui deberent esse forma præcepti, ipsi inueniantur norma peccati? Rectus est, vt caput morbidum, si curari non potest, amputetur, quàm grex per eundem inficiatur: talis ergo sacerdos & pastor nõ debet à populo venerari, sed renui, qui non formam disciplinæ, sed vitij docet, dum se ipsam non corrigit.

21 Et quia in sententia papæ Innocentij ad Victricium episcopum Rothomagensis lata, legitur scriptum de virginibus, quæ CHRISTO spiritaliter nupserunt, & velari à sacerdote meruerunt, si postea nupserint, quod vix etiã ad agendam pœnitentiam mereantur accedere, quia sic dicit: Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcunq; (viuente viro) alteri nupserit, habeatur adultera: quanto magis & illa damnanda est, quæ antè immortali sponso se coniúxerat, & postea ad humanas nuptias trãsmigrauit? Et adiecit: Hæc verò, quæ necdum sacro velamine teclæ sunt, tamen in proposito virginali semper se manere simulauerant, licet velata non sint, si postea nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia est, quia sponso earum à deo tenebatur. Nam si inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio, quæ cum Deo pepigerunt, solui sine vindicta nõ debet. Post hoc de viduis adiunxit: Nam si Paulus Apostolus, si à proposito viduitatis discesserunt, dixit eas habere damnationem, vbi ait, quia primam fidem irritam fecerunt, &c. quis sacerdotum contra decreta talia, quæ à sede apostolica procellerunt, agere præsumat? vel quis (quod peius est) cõtra sententiam, quæ vas electionis Paulus apostolus (spiritu sancto ministrante) promulgauit, aliud cõscribere vlla ratione præsumat, cum dicat ipse per spiritum sanctum, Qui prædicauerit p̄ter id, quod p̄dicauit, anathema sit? Et quorum autorum valere possit p̄dicatio, nisi quos sedes apostolica semper aut intromisit, aut apocryphos fecit? Et patres nostri hoc semper cultodierunt, quod eorum præcepit autoritas. Nos ergò hoc sequentes, quod vel apostolus Paulus, vel papa Innocentius statuit, in canonicis nostris inferentes statuamus obseruandum, vt nullus sacramentum Deo virginè quæ in honorè Christi vestem mutauit, aut rapere, aut competere, aut sibi coniugem sociare præsumat: quia etiã lex Romana constituit, vt quicunq; sacramentum Deo virginem, vel viduam fortasse rapuerit, si postea eis de coniunctione conuenerit, capitis sententia feriantur. Item si quis, non dicam rapere, sed attentare matrimonij iungendi causã, sacram virginem ausus fuerit, capitis sententiã feriat. Cum etiã in chronicis habeatur de virginibus Gentilium tempore, quæ se deæ Vestè sacrauerant, postmissa proposito, & corrupta virginali gratia, legali sententia viuas in terra fuisse defossas. Si prophana colentes, tali sunt sententia cõdemnatæ: quanto magis, quæ in honorem redemptoris sui se veste mutauerint, & perseuerare noluerint, vtique; grauem debent expectare sententiam? sicut in Arelateni synodo habetur insertum: De puellis, quæ se vouerunt deo, & pelari nominis decore floruerunt, si post 25. p̄sertim ætatis suæ annũ ad terrenas nuptias spontè trãsierint, id custodiendum esse decreuimus, vt cum his, quibus se alligauerunt, cõmuniõne priuentur, itã vt eis postulantibus, pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communiõ multo tempore differatur; cum etiã id in antiquis Mileuitanis canonicis fuerit statutum. Itẽ placuit, vt quicunq; episcoporum necessitate periclitatis pudicitie virginalis (cum vel pe-

studiosè

Locus obscurus.

Cap. 12. 26. q. 1. Quæ Christi

Cap. 13. 27. q. 1. Hæc verò

1. Tim. 5. b

Autoritas sedis Apostolicæ.

Galat. 1. d

1. Si quis. C. de episc. & cleric.

In 2. syno. cap. 33.

Can. 26. eiusd. conc.

tor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis serupulo periculo cõpuncta fuerit, nõ non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet) velauerit virginè, seu velauit intra 25. annos ætatis, non ei obfit concilium, quod de isto annorũ numero constitutum est. Nos verò quos lex perimmi iubet, (si cupiunt audire præconem) volumus vt conuertantur ad vitam. Nam perimendi sunt oris gladio, & à comuniõne priuandi, si relicta sibi decreta seniorũ obseruare noluerint, & pastorem suum audire despexerint, & esse separati noluerint. Qui ergò in hac pertinacia perdurare voluerint, & plus in volutabro malæ conuersationis permanere, q̄ se de verito coniugio separare, perenni excommunicatione damnentur. Et quicunq; episcoporum, aut presbyterorum, vel diaconorum, aut subdiaconorum eos communicare p̄sumperit, vsq; ad synodum ab omnibus episcopis excommunicatus habeatur: & excludatur excusatiõis ad inuentio, quam modò aliqua dicere meditantur, q̄ propterea se veste mutauerint, nõ eas inferiores personæ maculent, cum nõ solùm domini gloriose memoriæ Childebertus & Clotharius reges, constitutionem legum de hac custodierint & seruauerint, (quam nunc dominus Charibertus rex successor eorum, p̄cepto suo roboraui) vt nullus vllam puellam absq; parentum voluntate trahere aut accipere p̄sumat. Quæcunq; ergò timet violentiam, & non vult habere maritum, refugiat ad ecclesiam, donec propinqui possint eam principis Imperio, aut sacerdotis vel ecclesiæ beneficio liberare & defendere, ac cõdigno sociare marito. Nam quæ se veste mutauerit, absque dolo, in eo proposito quod dispõsuit, perseuerare procuret. Illud verò, quod aliqui dicunt, vidua, quæ benedicta non fuit, quare non debet maritum accipere? cum omnes sciant, quod nunq̄ in canonicis libris legitur benedictio vidualis: quia solum propositum illi sufficere debet, sicut in Epauensibus canonicis à papa Auito, vel omnibus episcopis conscriptum est: Viduarum consecrationem (quas diaconas vocant) ab omni religione nostra penitus abrogamus. Et expressius decretum est in synodo Arelateni, professas viduas, si in incontinentia persistierint, cum raptoribus esse damnandas. In prophetis legitur, quæ de alienigenis contra interdicta DEI, Hebraei sortiti fuissent vxores, populum Dei à Gentibus superatum. Post prædicante propheta, quæ dimisere vxores & filios, & separauerunt se ab illicitis coniugijs, statim victoriam fuisse secutam. Quicunq; ergò de laicis ingenuus, cum talibus excommunicatis participare p̄sumperit, excommunicatum se esse cognoscat.

22 De incestis verò cõiunctionib; censuimus,

Carthag. 3. cap. 4.

Arithmet. 118

Can. 21. eiusd. concilij.

Can. 27. eiusd. concilij. 2. Eld. 9. Num. 26. Necem. 13.

TOM. 2.

suimus, statuta canonum vetera non irrum-
pi. Satis enim facimus, si in hac parte statuta
prisca seruemus. Sed propterea fuit iterare
necessarium, quia dicunt plures, quasi illud
per prædecessorū negligentiam sacerdotum
illis non fuisset apertum. Sed reuera menti-
untur, cum sciamus tales ac tantos viros nul-
latenus huic negligentia subiacuisse: sed hoc,
quod scripturæ sanctæ testatur, assidue præ-
dicasse. Propterea placuit etiam de volumi-
nibus librorum pauca perstringere, & ca-
nonibus inferere, vt excerpta lectio de alijs
libris in vnum, recitetur ad populum. Sic
Leu. 18. a b e enim Dominus locutus est: Custodite leges
meas atq; iudicia, quæ faciens homo, viuet
in eis. Ego dñs: Omnis homo ad proximā san-
guinis sui nō accedet, vt reuelat turpitudi-
nem eius. Ego dñs: Turpitudinem patris
tui, & turpitudinem matris tuæ non disco-
operies: mater tua est, non reuelabis turpi-
tudinem eius. Turpitudinem vxoris patris
tui non discooperies, turpitudinem enim pa-
tris tui est. Turpitudinem sororis tuæ ex pa-
tre, siue ex matre, quæ domi vel foris genita
est, non reuelabis. Turpitudinem filia filij
tui, vel neptis ex filia, non reuelabis: quia tur-
pitudinis tua est. Turpitudinem filia vxoris
patris tui, quam peperit patri tuo, & est so-
ror tua, non reuelabis. Turpitudinem soror-
is patris tui, nō discooperies, quia caro est
patris tui. Turpitudinem sororis matris tuæ
non reuelabis, eō quod sit caro matris tuæ.
Turpitudinem patris tui nō reuelabis, nec
accedes ad vxorem eius, qui tibi affinitate
coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ nō
reuelabis, quia vxor filij tui est, nec disco-
operies ignominiam eius. Turpitudinē vxor-
is fratris tui non reuelabis, quia turpitudinis
fratris tui est. Turpitudinem sororis tuæ &
filia eius non reuelabis. Filiam filia eius, &
filiam filia illius non sumes, vt reuelas igno-
miniam eius, quia caro illius sunt: & talis co-
itus incestus est. Sororem vxoris tuæ in pel-
licatum illius non accipies, nec reuelabis tur-
pitudinem eius. Cum vxore proximi tui nō
coibis, nec feminis commixtione macula-
beris. Maledictus homo, qui faciet sculpti-
le & conflatile, abominationem dñi, opus
manuum artificum, ponetq; illud in absco-
dito: & respondebit omnis populus & di-
cet, Amen. Maledictus, qui nō honorat pa-
trem suum & matrem: & dicet omnis popu-
lus, Amen. Maledictus, qui transfert termi-
nos proximi sui: & dicet omnis populus,
Amen. Maledictus, qui errare facit cæcum
in itinere: & dicet omnis populus, Amen.
Maledictus, qui peruertit iudiciū adueng,
pupilli ac viduæ: & dicet omnis populus,
Amen. Maledictus, qui dormit cum vxore
patris sui, & reuelat operimentum lectuli
eius: & dicet omnis populus, Amen. Male-
dictus, qui dormit cum sorore sua filia pa-
tris sui, siue matris suæ: & dicet omnis po-
TOM. 2.

pulus, Amen. Maledictus, qui dormit cum
socrum sua: & dicet omnis populus, Amen.
Maledictus, qui clam percussit proximū
suum: & dicet omnis populus, Amen. Item q;
git sacra sententia legum, quæ in hac expla-
natione omni homini tam docto quàm in-
docto aperta est, vt quisquis aut sororis, aut
fratris filiam, aut certè gradu consobrinam,
aut fratris vxorē, sceleratis sibi nuptijs iun-
xerit, huic pænæ subiacet, vt de tali con-
fortio separetur, & reliqua. Item alia, Quæ-
cunq; mulier sororis suæ maritū post mor-
tem illius acceperit, vel si quis ex viris, mor-
tua vxore, sororem eius alijs nuptijs sibi co-
iunxerit, nouerit tali confortio se esse nota-
bilem. In synodo Aurelianē, quam inui-
ctissimus rex Clodouæus fieri supplicauit,
sic decretum est, nē superstes nuptijs torū de-
functi fratris præsumat ascendere, nēve si-
bi quisquam amissa vxoris sororem audeat
sociare: quod si fecerint, ecclesiastica distri-
ctione feriuntur. In Epauensibus canonibus
à papa Auito vel reliquis episcopis con-
stitutum est: Incestus coniunctionibus nihil
proorsus venia referuamus, nisi cum adul-
terium separatione sanauerint. Incestus ve-
rò nec vllò coniugij nomine prædicandos,
p̄ter illos quos dinumerare funestū est, hos
esse censuimus: Vt si quis relictam fratris, q̄
penè prius soror extiterat, carnali coniun-
ctioe violauerit: Si quis insup̄ germanam
vxoris suæ acceperit, si quis nouercam du-
xerit, si quis consobrina, sobrinaq; se soci-
at, ab ecclesia segregetur. Quod vt à præsen-
ti tempore prohibem⁹, ita ea q̄ sunt anteri-
us instituta, non soluimus, nē quis relicta
auunculi miscatur, aut patris, aut priuignę
conubitu polluat. Sanè quibus coniun-
ctio illicita interdicitur, habebunt ineundi
melioris coniugij facultatem. In canonibus
etiā Aruernensibus à beatissimis patribus
sic habetur insertum: Si quis relictam fra-
tris, sororem vxoris, priuignam, consobri-
namve relictam, id est, patris, vel auunculi,
carnalis contagij macula crediderit violan-
dam, & ausu sacrilego auctoritatem diui-
næ legis, ac iura naturæ peruerit, & cui
charitatis ac pij affectus solatia exhibere
debuerat, suorum hostis ac pudicitia ex-
pugnator, vim inferre tentauerit, apostoli-
cæ Constitutionis sententia feriat. Et
quàm diū in tanto versatur scelere, à Chri-
stiano cætu atque conuiuio, & ecclesiæ cō-
munionem priuabitur. Nos hoc, quod patres
nostri statuerunt, in omnibus roboramus:
quia præcepto domini, Apostolo prædicā-
te docemur, vt à nobis filij nostri seuerita-
te potius corrigantur, quàm ignaua tepidi-
tate ad perpetranda grauiora laxentur, vbi
ait: Quid vultis in virga veniā ad vos, an
charitate & spū māsuerudinis? Omnino au-
tē inter vos fornicatio, & talis fornicatio,
qualis nec inter gētes, ita vt vxorē patris sui
ali-

Can. 20.

Can. 30.
Epaunen
Concil.

Ca. 11. eiusd.
concl.

aliquis habeat. Et vos inflati estis, & nō ma-
gis luctum habuistis, vt tollatur de medio
vestrām, qui hoc opus fecit. Ego quidem
absens corpore, præsens autem spiritu, iam
iudicauī, vt præsens, eum, qui sic operatus
est, in nomine Dñi nostri Iesu Christi, con-
gregatis vobis in meo spiritu, cum virtute
Dñi nostri Iesu, tradere huiusmodi hominē
fatana in interitum carnis, vt spiritus saluus
sit in die Dñi nostri Iesu Christi. Ergo quia
dixit Apostolus, Imitatores mei estote, sic
ut & ego Christi: non nos præsumptuosos
excitemet homo, si sequentes Apostolum,
quenquam ab Ecclesia segregamus, doncè
remiscatur, & reuertatur ad vitam, quam
per Dominum nostrum Iesum Christum
& baptismum meruit habere perpetuam, nē
iam, peccato faciente, ac diabolo persuadē-
te, perdat & baptismi gratiam & vitam eter-
nam.
23 Enimuerò, quoniā cognouimus nō-
nullos inueniri sequipedas erroris antiqui,
qui Kalē Ianuarij colūt, cum Ianus homo
gentilis fuerit rex quidem, sed Deus esse nō
potuit. Quisquis ergo vnum Deum patrem
regnantem cum filio & spiritu sancto cre-
dit, certè hic nō potest integer Christianus
dici, quia aliqua de gentilitate custodit. Sūt
etiā, qui in festiuitate cathedræ Domni
Petri apostoli * cibos mortuis offerunt; &
post Missas redeūtes ad domos proprias, ad
gentilium reuertuntur errores, & post cor-
pus Domini, sacras dæmoni cscas accipi-
unt. Contestamur illam sollicitudinem tam
pastores q̄ presbyteros gerere, vt quēcūq;
in hac fatuitate p̄sistere viderint, vel nescio
ad quas petras, aut arbores, aut ad fontes
designata loca gētilium perpetrare, quæ ad
ecclesiæ rationem non pertinent, eos ab ec-
clesia sancta auctoritate repellant, nec par-
ticipare sancto altario permittant, qui gen-
tilium obseruationes custodiunt. Quid em̄
dæmonibus cum Christo commune, cum
magis sumendo iudicium delicta videatur
addere, quàm purgare?
24 Licet hymnos Ambrosianos habea-
mus in canone, tamen qm̄ reliquorum sunt
aliqui, qui digni sunt forma cantari, volumus
libenter amplecti eos, p̄ter ea quorum au-
thorum nomina non fuerint in limine præ-
notata: quoniam quæ fide constiterint, di-
cendi ratione non obstant.
25 Illud quoq; quanquā priorum ca-
nonica sit auctoritate præfixū, q̄ dum inter
se sequūt dñi nostri, ac malorū hoīm stimu-
lo concitatur, & alter alterius res rapida cu-
piditate peruadit, nē ista cadauca actioe, qua
inter se aguntur, ecclesiastica rura continge-
re, aut contaminare præsumant, inuiolabi-
liter obseruandum censemus, vt quicūq;
tam ecclesiæ quàm episcopi res proprias (q̄
& ipsæ ecclesiæ noscuntur esse, quas ponti-
fex actōribus ecclesię dinoscitur assignasse)
TOM. 2.

1. Cor. 4. a
1. Cor. 11. a

victimas

1. Cor. 11.

vel abbatum aut monasteriorum siue præ-
sbyterorum quaquā temeritate peruadere,
competere vel confiscare præsumperit, tūc
referuato correctōnis hoc loco adhuc præ-
sbyter eiusdem ecclesiæ, cuius interest, per-
uasorem conuenit ad mōnere: & si restituti-
onem distulerit, adhuc quasi filius ab omni-
bus fratribus ad reddendum missis episto-
lis compellatur. Qui si pertinaciter in per-
uasione perstiterit, & se tollere post tertiam
commonitionem de re illa aut Ecclesię aut
propria noluerit, conuenit vt omnes omni-
nō vna conuientia simul cum nostris ab-
batibus ac presbyteris vel clero, qui stipen-
dijs ex ipso alimento pascuntur, quia arma
nobis non sunt alia, auxiliante Christo, cir-
cunsepto clericali choro, necatori pauperū,
qui res peruadit ecclesiæ, psalmus 108, dica-
tur, vt veniat super eum illa maledictio, quę
super Iudā venit, qui dum loculos faceret,
subtrahebat pauperum alimēta: vt non solū
excommunicatus, sed etiā anathematiza-
tus moriatur, & caelesti gladio feriatur, qui
in despectu Dei & ecclesiæ & pontificum,
in hac peruasioe p̄sumit assurgere. Illud eti-
ā annecti placuit, vt qui de fratribus ad
dandum solatium venire pro certa infirmi-
tatis necessitate non potuerit, abbates &
presbyteros in vice sua transmittat. Qui si
p̄ter certā infirmitatis excusationē com-
monitus, aut venire, aut transmittere nol-
uerit, remotum se à fratrum charitate esse co-
gnoscat. Nam, quod quidem nō credimus,
si quis contra decreta nostra tali temerato-
ri communicare præsumperit, in se causam
excommunicationis trāsformet, & cum eo-
dem se à charitate omnium sacerdotum co-
gnoscat esse remotum.
26 Placet itaq; ac omnibus nobis con-
uenit obseruare, vt quia nonnulli memores
sui, per quaslibet scripturas pro captu ani-
mi, de facultatibus suis ecclesijs aliquid cō-
tulisse probatur, quod à diuersis Deum mi-
nūs timentibus, eatenus mortifera callidi-
tate tenetur, vt aliorum oblatio illis perti-
neat ad ruinam: nec intueri corde possint di-
em iudicij, dum nimia cupiditatis delectā-
tur ardore. Quicunque ergo immemor in-
teritū sui, res ecclesijs (vt supra dixim⁹) de-
legatas, iniuste possidēs, præsumperit reti-
nere, & veritate comperta, res Dei seruis ei⁹
dissimulauerit reformare, ab omnibus eccle-
sijs segregatus, à sancta communionem habē-
atur extraneus: nec aliud mereatur habere
remedium, nisi cum culpam propriam rerū
emendatione purgauerit. Indignè enim ad
altare Domini properare permittitur, qui
res Ecclesiasticas & audet rapere, & iniuste
possidere iniqua defensionem perdurat. Nec-
atores enim pauperum iudicandi sunt, qui
eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacer-
dotalis tamen debet esse prouisio, vt vin-
dictam admōnitio manifestè p̄cedat, vt res
vsur-

In Parisi-
cā synod. 11.
cap. 1.

vsurpatis iniuste q. abstulit, adhibita equitate restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, postea prae donem sacerdotalis districtio maturata percellat: neque quam per interregna res Dei nitatur defendere, quia Dei potentia, cunctorum regnorum terminos singulari dñatione cõcludit.

27 Vt iudices aut potentes, qui pauperes opprimunt, si communiti à pontifice suo se non emendauerint, excommunicentur.

for. salutē

28 Cauta enim est in salute prouisio, ad effugiendam culpam delicti, aditum delinquendi repellere. Nullus episcoporum de ordinationibus clericorum pramiam præsumat exigere, quia nõ solum sacrilegum, sed & hereticum est, (sicut in dogmatibus ecclesiasticis habetur insertum) ad ordinandum clericum, per ambitionem (ad imaginem Simonis magi) pecuniã offerre sacerdoti, quia dicitur: Gratis accepistis, gratis date. Et cum

Act. 8, c Matth. 10, 2

Anno Dñi 552.

PARISIENSE CONCILIVM PRIMVM, CIRCA TEMPORA PELAGII papæ primi. Est prouinciale.

Parisiorum vrbis Lutetia, Interatorum & literarum nomine insignis, cum maximis Europæ vrbibus certat magnitudine & frequentia. Meminit eius Plinius lib. 4. cap. 18. Strabo lib. 4.

CANONVM CONCILII I. PARISIENSIS TITULI.

- 1 Nemo res ecclesiarum aut peruat, aut cõpetat, aut retineat.
- 2 Nemo res episcopi proprias aut competere, aut confiscare præsumat.
- 3 Nè episcopus alterius episcopi res cõpetat.
- 4 De illicitis & incestis coniunctionibus.
- 5 De sanctimonialium raptarum indecenti copula.
- 6 Nullas familiam alterius agere competat, aut rapiat.
- 7 Nemo ex cõmunicatus ab alijs colligatur.
- 8 De ordinatione episcoporum.
- 9 De famulatu & ministerio seruorum degenorum.

IN EIVSDEM CONCILII CANONES PRÆFATIUNCULA.



Admonet pontifices temporum qualitas, & improbae necessitatis praeuenda conditio, vt non solum rerum presentium, sed & futurorum quoq; vtilitas congrua prouisione tractetur, quatenus, quos custodiae ordinatio, ac pro amore diuino sollicitudinis cura cõstringit, & praeuidisse sequentia, & opportune vigilasse probentur. Et quia sibi sacerdotes in hoc maxime cõsulant, si importunorum voluntatibus obuiasse noscantur, coniuncti in vnũ, Christo opitulante, Parisius pro vtilitatibus ecclesiarum, vnde nõ

for. Parisijs

talis sit, qui gratiã DEI à sacerdote estimat precio comparari, qualis ille, qui vendit, vterq; vsq; ad synodum ab ecclesia segregetur. Cauta est enim in salute prouisio ad effugiendam culpam delicti, aditum delinquendi repellere.

Notauit sub die 15. Kalen. Decemb. anno 6. regni domini nostri Chariberti gloriosissimi regis. Prætextatus, etsi peccator, in Christi nomine episcopus ecclesie Rothomageni, hunc consensum nostrum secundum patrum statuta, relegi, consensit, & subscripsit sub die 15. Kalen. decemb. Turonis. Germanus peccator, consensit & subscripsit. Felix peccator, consensit & subscripsit. Caleticus peccator, cõsensit & subsc. Domitianus peccator, consensit & subscripsit. Victurius peccator, consensit & subscripsit. Dominulus peccator, consensit & subscripsit. Leodobaudus peccator, consensit & subscripsit.

*Ariehber.

leuiter rationem sumus quandoq; reddituri, in quantum diuina pietas virtutum dare dignata est, tentauimus salubri consideratione prospicere, nõ, dum periculosa abusione ordinatio superna negligitur, in nobis aliorum crimina vindicentur. Capitulum I.

Itaq; placet, ac omnibus nobis conuenit obseruare, vt quia nonnulli memores sui, p. quolibet scripturas pro captu animi, de facultatibus suis ecclesijs aliquid contulisse probantur, quòd à diuersis Deum minus timentibus, eatenus mortifera calliditate tenetur, vt aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam: nec intueri corde possint diem iudicij, dum nimia cupiditatis delectantur ardore. Quicunq; ergo immemor interitus sui, res ecclesie (vt supra diximus) delegatas, iniuste possidens, præsumpserit retinere, & veritate comperta, res Dei seruis eius dissimulauerit reformare, ab omnibus ecclesijs segregatus, à sancta communione habeatur extraneus: nec aliud mereatur habere remedium, nisi cum culpa propriam rerum emendatione purgauerit. Indigne enim ad altare nõi properare permittitur, qui res ecclesiasticas & audeat rape, & iniuste possidere iniqua defensione perdurat. Necatores enim pauperum iudicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse prouisio, vt vindictam admonitio manifesta præcedat, vt res vsurpatis iniuste qui abstulit, adhibita æquitate restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, postea prae donem sacerdotalis districtio maturata percellat: neq; quisquam per interregna res DEI defendere nitatur, quia Dei potentia, cunctorum regnorum

In Synodo Turonensi. cap. 26.

terminum singulari damnatione cõcludit. Quod si præsumpserit, & ipsius offensam & prædictæ damnationis periculum sustinebit. Cõpetitoribus etiã huiusmodi frenu districtio imponimus, qui facultates ecclesie, sub specie largitatis regie, improba surreptione peruasent. Sera nanq; de his rebus pœnitentia commouemur, cum iam antea actis temporibus contra huiusmodi personas, canonum suffulti præsidio, se sacerdotibus Dñi erigere debuissent, nè mansuetudo indulgentie, ad similia perpetranda improborum audaciam adhuc quotidie prouocaret: sed nunc tardè, iniuriarum mole depressi, damnis quoq; dominicis compellentibus, excitamur. Quòd si is, qui res DEI competit, in alijs q. vbi res agit, maxime solet terriorijs commorari, sacerdotem loci ipsius, vbi habitat, episcopus de huiusmodi prauitate contemptis, neglecta persona, literis mox reddat instructum: tunc antistes, ipsi fratris anxietate comperta, aut peruasorem admonitione corrigat, aut canonica districtione condemnet. Accidit etiã, vt temporibus discordie supra promissionem bonæ memorię domini Clodouei regis, res ecclesiarum aliqui competitissent, ipsasque res improuisa morte collapsi, proprijs hæredibus reliquissent: placet & hos quoque, nisi res Dei, admoniti à pontifice, agnita veritate reddiderint, similiter à sanctæ communionis participatione suspendi, quoniam res Dei, quas antecessores eorũ maturata morte credendi sunt peremisse, non debent filij vterius possidere. Iniquum esse censemus, vt potius custodes chartarum, per quas aliqui ecclesijs à fidelibus psonis legitur derelictum, quam defensores rerum creditarũ, (vt præceptum est) iudicemur.

2 Et quia episcoporum res propriae, ecclesiarum res esse noscuntur, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatũ, peruasores rerum memoratarum, canonum districtione feriantur, vt dum vindicta corrigi, qui non motibus proprijs, ac nulla cõscientie castigacione corripitur, saltem regulę obtudatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res ecclesie confiscare, aut competere, aut peruadere periculosa infestatione præsumpserit.

3 Et quia exempla boni operis, à pontificibus debent primũ (Christo opitulante) procedere, nullus episcopus res competat alienas: aut si competitas aut à se, aut ab antecessore suo forte quis possedit, domino proprietatis possessionem propriam, absq; iudicio liberalitatis regie, integra reformatione restituat: vt quia Deus dona reprobato iniquorum, non ad iudicium suum, ecclesie res exteras derelinquat.

4 Conuenit etiã vniuersis fratribus, vt non solum presentium rerum actus, sed & animarum quoq; debeant præparare re-

media. Nullus ergo illi cita coniugia, contra præceptũ Domini, sortiri præsumat, id est, fratris relictam, nec nouercam suam, relictamq; patru, vel sororem vxoris suæ sibi audeat sociare, neq; auunculi quoque, quæ relicta est, neque nurus suæ vel materteræ coniugio potiatur. Pari etiã conditione à coniugio amitæ, priuignæ, ac filie priuignæ coniunctiõibus præcipimus abstinere.

5 Sacrarum etiã virginum, neque per raptum, neq; per competitiones aliquas quam coniugia sortiantur. Similiter de earũ erit coniunctionibus abstinendum, (& hi, qui eas rapere, aut competere voluerint, à communione sunt remouendi) quæ vestitiũ commutacione, tam viduæ quàm puellæ, religionem, pœnitentiam, aut virginitatẽ publicã fuerint declaratione professæ. Quòd si contra interdicta quis venerit, & sacerdotem suum audire neglexerit, & in præsentia communione ecclesie Catholice habeatur extraneus, & perpetuo anathemate feriatur.

6 Et quia vtilium rerum cõpitiõ causã tractari, hoc vniuersitas præcauere quoq; debet, tam sacerdotes, quàm principes, omisq; populus, vt nullus res alienas competere à regis audeat potestate. Nullus viduam, neq; filiam alterius extra voluntatem parentum, aut rape præsumat, aut regis beneficio æstimet postulandam. Quòd si fecerit, similiter ab Ecclesie communione remotus, anathematis damnatione plectatur.

7 Et quia vniuersis sacerdotibus ita conuenit, vt si quis de eis à communione ecclesie pro contemptu canonum, aut peruasione rerum ecclesiasticarum, aliquẽ fortasse suspenderit, à nullo penitus episcopo recipi præsumat. Quòd si factum fuerit, is, qui eum contra interdicta receperit, & à fratrum suorum erit cõcordia separatus, & æterni iudicis in futurum (vt confidimus) iracundiã sustinebit.

8 Et quia in aliquibus rebus consuetudo prisca negligitur, ac decreta canonũ violantur, placuit vt iuxta antiquam consuetudinem, canonum decreta seruentur. Nullus ciuibus inuitis ordinetur episcopus, nisi quẽ populi & clericorũ electio plenissima quæsiãrit voluntate, nõ principis imperio, neq; per quamlibet conditionem, contra metropolis voluntatem vel episcoporum comprouincialium ingeratur. Quòd si per ordinacionem regiam honoris istius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præsumpserit, à comprouincialibus loci ipsius episcopus recipi nullatenus mereatur. Quem in debite ordinatum cognoscunt, si quis de comprouincialibus recipere contra interdicta præsumpserit, sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate remotus. Nam de actis ordinationibus pontificum ita conuenit, vt coniuncti metropolitani cum suis comprouincialibus episcopis,

pls, vel quos vicinos episcopos eligere voluerit, in loco ubi conuenerit, iuxta antiqua statuta canonum, omnia communi consilio & sententia decernantur.

9 De degeneribus seruis, qui sepulcris defunctorum pro qualitate ipsius ministerij deputantur, hoc placuit obseruari, ut sub qua ab actoribus fuerint conditio dimissis, & siue heredibus, siue ecclesijs pro defensione fuerint deputati, voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conseruari. Quod si ecclesia eos defuncti functionibus in omni parte defenderit, tam illi quam posterorum ecclesie defensione in omnibus portiantur, & occursum impendant. Et quia huic definitioni cuncti fratrum interesse minime potuerunt, hoc omnis congregatio sacerdotum Christo propiciante decreuit, ut constitutio presens a quantis oblata fuerit, subscriptionibus eorum debeat probari, quatenus in hoc, quod ab vniuersis obser-

uandum est, vniuersitas debeat consentire.

¶ Subscriptiones episcoporum. Probianus in Christi nomine episcopus ecclesie Bituricensis, consensit & subscripsit. Prætextatus in Christi nomine episcopus ecclesie Rothomagensis, consensit & subscripsit. Chardaricus peccator, consensit & subscripsit. Domitianus peccator, consensit & subscripsit. Chaleticus peccator, consensit & subscripsit. Eudibius peccator, consensit & subscripsit. Felix peccator, consensit & subscripsit. Ferrocinctus in CHRISTI nomine episcopus, consensit & subscripsit. Gonothigernus peccator, consensit & subscripsit. Leontius in Christi nomine episcopus, consensit & subscripsit. Germanus peccator, consensit & subscripsit. Lasciuus peccator, consensit & subscripsit. Paternus peccator, consensit & subscripsit. Samson peccator, consensit & subscripsit in nomine Christi.

AVRELIANENSE

CONCILIUM QUINTVM, CIRCA TEMPORA PELAGII

pape primi habitum, sub die 5. Calend. Nouemb. anno 38. regni domini Childoberti regis, Indict. 13. ESE vero prouinciale.

TITVLI CAPITVLORVM AVRELIANENSIS CONCILII QVINTI.	
Dogmata Eutycheis vel Nestorij damnanda.	1
Neminem a sacerdote de leuibus causis damnandum.	2
De extraneorum mulierum familiaritate.	3
Si post acceptam benedictionem incontinentens inuenitur.	4
Nullus clericum alienum recipere, vel promouere sine epistola pontificis sui presumat.	5
Seruum alienum, clericum non ordinandum.	6
De manumillis.	7
Pontifice mortuo, nullus in ciuitate, aut per parochias ordinare clericos, aut altaria audeat consecrare.	8
Nullus ex laicis ante annuam conuersationem episcopus ordinetur.	9
Nulli episcopatum precio liceat comparare.	10
Nullus inuitis ordinetur episcopus.	11
Nullus, viuente episcopo, præter culpabile, alius superordinetur.	12
Qui facultates ecclesie subtraxerit, alienauerit, vel retinuerit, puniatur.	13
Episcopus, vel quicumque, res ecclesie cuiuscunque, regni vel loci non occupet.	14
De eo quod ex xenodochijs collatum fuerit.	15
Qui ecclesie oblata auferre presumpserit.	16
Ecclesie cause qualiter & per quos finiantur.	17
Vocati prouinciales a metropolitano, ad concilium venire teneantur.	18
De oblatione puellarum in monasterijs.	19

TOM. 2.

Incarcerati, dominicis diebus ab ecclesie prepositis visitentur.	20
De solitudine infirmorum vel sustentatione.	21
De annua euocatione concilij.	22
De his, qui ad ecclesiam confugerunt.	23.

PRAEFA TIVNCVLA.



Diuinam gratiam referendum est, cum vota principum concordant animis sacerdotum, ut dum sit pontificale concilium, norma viuendi teneat recapitulatio antiqua canonum, velut locus & tempus est quibuscunque titulis veteribus, ad huc noua constitutio sanctiorum. Igitur cum clementissimus princeps, triumphorum titulis inuictissimus, Childobertus rex pro amore sacrae fidei, studio religionis in Aurelianensium urbem congregasset in vnum Domini sacerdotes, cupiens ex ore patrum audire, quod sacrum est, & quod pro ecclesiastico ordine autoritate promeretur pastoralis, & quod aduentibus sit norma, & presentibus disciplina, quae conueniat a presentibus tempore in posterum custodiri, praesente Deo, signanter est titulis praenotatum.

Capitulum primum.

Primum itaque, nefariam sectam, quam auctor malè sibi conscius, & à viuo sanctae fidei catholicae fonte discedens, sacrilegus quondam condidit Eutycheis, vel si qua à venefico similiter impio sunt, plura Nestorio,

rex vult discere à sacerdotibus.

rio, quas etiam sectas sedes Apostolica sancta condemnat, similiter & nos easdem cum suis auctoribus & sectatoribus execrantes, praesentis constitutionis vigore anathematizamus atque damnamus, apostolicum fidei ordinem in Christi nomine praedicantes.

2 Nullus sacerdotum, quenquam rectae fidei hominem, pro paruis & leuibus causis a communione suspenderit, praeter eas culpas, pro quibus antiqui patres ab ecclesia arceri iusserunt committentes.

3 Vt nullus Episcoporum, presbyterorum, & diaconorum, extraneorum mulierum intra annum praesumat habere solatium, quibus etiam pro utilitate sua aliqua familiaribus regenda committat. Quod etiam de propinquis feminis indicentes, similiter prohibemus, nisi, sub concessa sibi licentia parentali, ex earum sequipedis, memoratorum vita vel opinio polluat. Quod si episcopus nunc vetitis uti sub quadam praesumptione voluerit, anno vno à metropolitano, vel à comprouincialibus suis, ab officio suspendatur. Clerici vero à proprijs episcopis, modo, qui supra scriptus est, corriganter.

4 Si quis clericus post acceptam benedictionem cuiuslibet loci vel ordinis, ad coniugalem torum, iam sibi illicitum, denuo redire presumpserit, usque in diem vitae ab honore accepti ordinis & (sicut habent antiquorum patrum canones) ab officio deponatur, ei tantummodo communione concessa.

5 Vt nullus clericum seu lectorem alienum, sine sui concessione episcopi, vel promouere, vel sibi quibuslibet conditionibus audeat vendicare. Quod si quis hanc constitutionem fuerit quacunque praesumptione transgressus, memoratae personae ab eo, cuius sunt, debitè seu Ecclesiastico iure seu proprio reuocata, quia illicita vocatione discesserit, ab honore vel officio suscepto, iuxta arbitrium sui pontificis suspendatur. Episcopus vero, qui ordinauerit, sex mensibus Missas facere non praesumat.

6 Vt seruum, qui libertatem à dominis proprijs non acceperit, aut etiam iam libertum, nullus episcoporum ab eius tantum voluntate, cuius seruus est, & eum absoluisse dinoscitur, clericum audeat ordinare. Quod si quisquam fecerit, is, qui ordinatus est, à domino reuocetur: & ille collator ordinis, si sciens fecisse probatur, sex mensibus missas tantum facere non praesumat. Si vero secularium seruus esse conuincitur, qui ordinatus est, benedictione seruata, honestum in ordine domino suo impendat obsequium. Quod si secularis dominus amplius eum voluerit inclinare, ut sacro ordini inferre iniuriam videatur: duos seruos (sicut antiqui canones habent) episcopus, qui eum ordinauit, domino seculari restituat: & episcopus eum, quem ordinauit, ad ecclesiam suam reuocandi habeat potestatem.

TOM. 2.

7 Et quia plurimorum suggestione conperimus, eos, qui in ecclesijs iuxta consuetudinem à seruitio fuerint absoluti, prohibito quorumcunque iterum ad seruitium reuocari: impium esse tractauimus, ut quod in ecclesia Dei consideratione à vinculo seruitutis absoluitur, irritum habeatur. Ideo pietatis causa, communi consilio placuit obseruandum, ut quaecunque mancipia ab ingenitis dominis seruitute laxantur, in ea libertate maneat, quam tunc à dominis perceperunt. Huiusmodi quoque libertas, si à quocunque pulsata fuerit, cum iustitia ab Ecclesijs defendatur: praeter eas culpas, per quibus leges collatas seruis reuocare iusserunt libertates.

8 Vt in ciuitate, ubi pontifex iure humanae conditionis obierit, nullus episcopus ante substitutionem deputati per ordinem successoris, aut in ciuitate, aut per parochias ordinare clericos, aut altaria audeat consecrare, vel quicquam de rebus ecclesie praeter humanitatem praesumat auferre. Quod si quisquam temerario ausu statuta transierit, conuictus ab instituto pontifice, verecundiae suae consulens, sine dilatione ablata restituat. Si vero suae voluntatis arbitrio, vel quorumcunque precibus actus, quamcunque personam promouere, aut contra interdictum ire presumpserit, anno integro Missas facere non praesumat.

9 Nullus ex laicis, absque annua conuersione praemissa, episcopus ordinetur, ita ut intra anni ipsius spatium, à doctis & probatis viris, disciplinis & regulis spiritualibus plenius instruat. Quod si hoc quisquam episcoporum transcendere quacunque conditione praesumpserit, anno integro ab officio vel charitate fratrum habeat extraneus.

10 Vt nullum episcopatum praemijis aut coparatione liceat adipisci, sed cum voluntate regis iuxta electionem cleri ac plebis, sicut in antiquis canonibus continetur scriptum, consensu cleri ac plebis, à metropolitano, vel quae vice sua miserit, eum comprouincialibus pontifex consecretur. Quod si quis hanc regulam huius sanctae constitutionis per coemptionem exceperit, eum, qui per praemia ordinatus fuerit, statim remouendum.

11 Item (sicut antiqui canones decreuerunt) nullus inuitis detur episcopus, sed nec per oppressionem potentium personarum, ad consensum faciendum ciues aut clerici (quod dici nefas est) inclinentur. Quod si factum fuerit, ipse episcopus, qui magis per violentiam, quam per decretum legitimum ordinatur, ab indepto pontificatus honore in perpetuum deponatur.

12 Nulli viuente episcopo alius superponatur, aut superordine episcopus, nisi forsitan in eius loco, quem culpa capitalis deiecerit.

13 Nè cui liceat res vel facultates ecclesiarum, aut monasterijs, vel xenodochijs, per quae

III 2 cun-

cunque elemofyna cum iustitia delegatas, retentare, alienare, atq; subtrahere. Quod quisquis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum sententijs restrictus, ab Ecclesie liminibus excludatur, quam diu ab ipso ea, quae sunt ablata vel retenta, reddantur.

14 Vt nullus episcoporum, aut cuiuslibet ordinis clericus, vel alia quaecunq; persona, quibuslibet conditionibus, seu in vno regno seu in alio positus, alterius cuiuscunq; ecclesie res aut petat, aut praesumat accipere. Quod si fecerit, tam diu habeatur a communione altaris, vel omnium fratrum ac filiorum charitate suspensus, donec ipsi ecclesie, cuius directo ordine res est ablata, restituantur.

for. *res est ablata, directo ordine restituantur.

Hoc capitulum 14. in quodam vetustissimo manuscripto exepari non habebatur: sed eius loco duo alia inserta sunt. Primum est: Si quis presbyter aut diaconus quolibet corburno ordinationem episcopi sui despexerit, aut calliditate faciente, ipsum iniuriare aut detrectare presumpserit, tribus annis a communione suspensus, & in monasterium retrusus, aqua tantummodo & pane diebus singulis sustentetur, nec comam nec barbâ facere praesumat, nec ad arâ Domini penitus accedere permittatur. Alterum est: Si episcopo aut presbytero causa criminalis, hoc est, homicidium, adulterium, furvum & maleficium imputatum fuerit, se de eo, quod ei obiectum fuerit, innocentem reddere faciat. Quod si non fecerit, quinque annis a liminibus Ecclesie extraneus habeatur, sicut in Nicenis canonibus antiqui patres instituerunt. (Nec vltimum capitulum valde depravati scriptum fuit: itaque quaedam ex eo, q. legi non possent, omisimus.)

15 De xenodochio verò, quod piissimus rex Childebertus & coniugalis sua Vltrotho regina in Lugdunensi vrbe (inspirante Dño) condiderunt, (cuius institutionis ordinem vel excriptione petentibus ipsis, manu noster subscriptione firmavim) visum est pro Dei contemplatione, iunctis nobis in vnum, permanens auctoritate decernere, vt quicquid pfato xenodochio, aut per supradictorum regum oblationem, aut per quorumcunq; fidelium elemofynas collatum aut conferendum est, in quibuscunq; rebus atque corporibus, nihil exinde ad se quolibet tempore antistes ecclesie Lugdunensis reuocet, aut ad ius ecclesie transferat, vt succedentes sibi per temporum ordinem sacerdotes, non solum de facultate xenodochij ipsius, aut de consuetudine vel institutione nihil minuunt: sed dent operam, qualiter rei ipsius stabilitas, in nullam partem detrimentum aut diminutionem aliquam patiatur, prouidentes ad intuitum retributionis aeternae, vt praepositi semper strenui ac Deum timentes decedentibus substituantur, & cura aegrotantium, ac numerus, vel exceptio peregrinorum, secundum indictam institutionem, inuiolabili semper stabilitate

te permaneat. Quod si quis quolibet tempore cuiuslibet potestatis vel ordinis contra hanc constitutionem nostram venire tentauerit, aut aliquid de consuetudine vel facultate xenodochij ipsius abstulerit, vt xenodochium (quod auertat Deus) esse desinat, vt necator pauperum, irreuocabili anathemate feriatur.

16 Quisquis etiam aut maiorum aut mediocrium personarum, quodcunq; muneris vel facultatis sacerdotibus, aut ecclesijs, aut quibuslibet locis sanctis, studio mercedis cum iustitia pro Dei contemplatione contulerit, aut ea, quae a parentibus donata nocetur, postmodum auferre presumpserit, superiori sententia, vt necator pauperum, communione priuetur.

17 Placuit etiam, vt si quaecunq; persona contra episcopum, vel actores Ecclesie se proprium crediderit habere negocium, prius ad eum recurrat charitatis studio, vt familiarit aditione commonitus, sanare ea debeat, quae in querimonia deducuntur. Quam rem si differre voluerit, tunc demum ad metropolitanam audientiam veniatur. De qua re, cum literas suas metropolitanas ad comprouincialem episcopum dederit, & causa ipsa inter utrosq; quaecunq; occasione amicis medijs non fuerit definita, vt ipsi metropolitanam necessarium sit in eodem negocio iterare scriptum, & secundò admonitus, aut mittere aut venire distulerit, tandiù a charitate metropolitana sui nouerit se esse suspensum, donec ad praesentiam eius veniens, causa ipsius, de qua petitur, reddiderit rationem. Quod si patuerit, episcopi ipsum contra iustitiam fatigatum, is, qui eum iniusta interpellatione pulsauit, anni spatium a communione ecclesiastica suspendatur. Si verò metropolitanus a quocunq; comprouinciali episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, & eum audire distulerit: ad proximam synodum, quae constituetur, negocium suum in concilio licentiam habeat exercendi: & quicquid pro iustitia a comprouincialibus suis statutum fuerit, studeat obseruare.

18 Id etiam huic decreto credidimus inferendum, vt si quis de comprouincialibus episcopis a metropolitano suo ad concilium intra suam prouinciam fuerit euocatus, & praeter euidentem infirmitatem ad concilium venire distulerit, atq; de synodali conuentu, antequam cuncta conueniant, sine comatu concilij ipsi discedere fortasse presumpserit, sicut est praecedentibus regulis statutum, sex mensibus a Missarum officio suspendatur. Quod si quae a concilio quaecunq; necessitas illata distulerit, a metropolitano suo veniam postulans, ad Missarum faciendarum gratiam reuocetur.

19 Quaecunq; etiam puellae seu propria uoluntate monasterium expetunt, seu a parentibus offeruntur, annu in ipsa, qua intrauerint veste permaneant. In his verò monasterijs, ubi

js, ubi non perpetuò tenentur inclusa, triduum in ea, qua intrauerint, veste permaneant: & postmodum secundum statuta monasterij ipsius in loco, quo elegerint permanere, uelimenta religionis accipiant. Quae si deinceps sacra relinquentes loca, propositum sanctum seculi ambitioe transcederint: ille, quae in domibus proprijs, tam puellae quam uiduae, comutatis uelibus couersantur, cum his, quibus coniugio copulantur, Ecclesiae communione priuentur. Sanè, si culpam sequestratione sanauerint, ad communionis gratiam reuocentur.

20 Id etiam misericordis intuitu aequum duximus custodiri, vt qui pro quibuscunq; culpis in carceribus detinentur, ab archidiacono seu a praeposito Ecclesiae diebus Dominicis requirantur, vt necessitas uinculorum secundum praepceptum diuinum misericorditer subleuetur: atq; a pontifice, instituta fidei & diligenti persona, quae necessaria prouideat, competens victus de domo Ecclesiae tribuatur.

21 Et licet (propicio Deo) omnium Domini sacerdotum, vel quorumcunq; haec cura possit esse fidelium, vt egentibus necessaria debeant ministrari: specialiter tamen debilibus id pietatis causa conuenit, vt unusquisque episcoporum incolis, quos infirmitate incurrisse, a territorij sui, quae ciuitatis, agnouerit, de domo Ecclesiae iuxta possibilitate victui & uelut necessaria subministrat, vt non eis desit misericordiae cura, quos per duram infirmitatem intolerabilis costringit inopia.

22 His itaque Deo propitio constitutis, quod praecipue in omnibus patrum concilijs habetur scriptum, congrua diffinitione sancimus, vt intra anni circuli unusquisque metropolitanus episcopus, iunctis in vnum locum comprouincialibus suis, intra prouinciam suam studeat habere concilium: vt aut, si qua accesserint, charitatis emendentur studio: aut si pax regalis vel disciplina in cunctis (Deo adiuuante) permanserit, auctoritate bonorum omnium Deo, de charitate & praesentia gratulentur. Haec ergo (Deo propicio) constantè & unanimiter definita seruantes, etiam praeteritorum statuta canonum, his decernimus, vt (Christo auctore) deinceps inconuulsa uniuersa seruentur: vt manente concordia, quae diuina inspiratione salubriter in praesenti tempore definita sunt, amoddò & habeant vigorem, & custodiant charitatem.

23 De seruis verò, pro qualibet causa si ad Ecclesiae septa confugerint, id statuimus obseruandum, vt si quid in antiquis constitutionibus tenetur scriptum, pro concessa culpa, datis a domino sacramentis, quisquis ille fuerit, egrediat, de uenia iam securus. Enim uerò, si in memoriam fidei dominus, transcendisse conuincitur quod iurauit, vt is, qui ueniam acceperat, probetur postmodum p

ea culpa, qualicunq; supplicio cruciatur: dominus ille, qui in memoriam fuit datae fidei, suspensus sit ab oim communione. Iterum, si seruus pro uenia, datis sacramentis a domino, iam securus, exire noluerit, ne sub tali contumacia requirès locum fugae, domino fortasse deperat, egredi nolentem, a domino eum liceat occupare, vt nullam, quasi propter tentationem serui, quibuslibet modis molestiam aut calumniam patiatur Ecclesiae: fidem tamen dominus, quam pro concessa uenia dedit, nulla temeritate transcedat. Quod si gentilis dominus fuerit, aut alterius sectae, qui a conuentu ecclesiae probatur extraneus: is, qui seruus repetit, personam requirat bonae fidei Christianum, vt ipse in persona domini pro seruo praestet sacramentum: quia ipsi possunt seruare quod sacrum est, qui post transgressionem, Ecclesiae metuunt disciplinam.

NOMINA EPISCOPORVM

qui subscripserunt.

Sacerdos in Christi nomine Ecclesie Lugdunensis episcopus, constitutionem nostram relegi, & subscripsi quinto Kalendas Nouembris anno trigesimo octauo regni domini Childeberti regis. Aurelius in Christi nomine Episcopus ecclesiae Arelatenensis, constitutionem nostram subscripsi. Apasius episcopus Elosaticensis ecclesiae, subscripsi. Antonius episcopus Olorensis ecclesiae, subscripsi. Aredius episcopus Dinienensis ecclesiae, subscripsi. Agricola episcopus Cabilonensis ecclesiae, subscripsi. Auo-
lus episcopus Auenensis ecclesiae, subscripsi. Ambrosius Episcopus Trecentis Ecclesiae, subscripsi. Basilius episcopus Gandetenensis ecclesiae, subscripsi. Beatus episcopus Ambianensis ecclesiae, subscripsi. Constitutus episcopus Senonensis ecclesiae, subscripsi. Clementinus Niuernensis ecclesiae episcopus, subsc. Cronopius Meldorum Ecclesiae episcopus, subsc. Desideratus Bituricensis ecclesiae episcopus, subscripsi. Domitianus Tungrensis ecclesiae episcopus, subscripsi. Eusebius Xantonensis ecclesiae episcopus, subscripsi. Eradius Aptensis ecclesiae episcopus, subscripsi. Edebiolus Eleutherius, Altisiodorensis ecclesiae episcopus, subscripsi. Aegidius Abrincatinæ Ecclesiae episcopus, subsc. Firminus Vticensis ecclesiae episcopus, subsc. Felix Carnotenæ ecclesiae episcopus, subsc. Faustus Lactorienæ ecclesiae episcopus, subsc. Fredigernus Syluaneccensis ecclesiae, subsc. Fegafius Abrincenæ Ecclesiae episcopus, subscripsi. Gramatius Vindonei ecclesiae episcopus, subscripsi. Gallus Aruernicæ ecclesiae episcopus, subsc. Gallus Valentinae ecclesiae episcopus, subsc. Efy-chius Viennensis ecclesiae episcopus, subsc. Iulianus Aquei ecclesiae episcopus, subscripsi. Lauto Constantinae ecclesiae episcopus, subsc. Leucaadius Maximus Carducei, Cadurcenæ eccle-

for. pro se

*Antonius episc. ecclesie Aurelianensis subsc.

*Constantinus

Meldec

*Tongrensis

*Eradius

*Seledus subsc. *Cadurcenæ

ecclesie episcopus, subsc. Nectarius Augu-
stodunens eccle. episcopus, subscr. Nicetius
Treuereñ eccle. episcopus, subsc. Prætexta-
tus Rothomagen eccle. episcopus, subscri-
Proculianus Aufciens ecclesie episcopus,
subscr. Passinus Sagien ecclesie episcopus,
subsc. Placidus Matifconensis ecclesie epi-
scopus, subscripti. Palladius Telonenſis ec-
cle. episcopus, subsc. Præſidius Conuenarū
eccle. episcopus, subscripti. Quintianus Ru-
thenſis eccle. episcopus, subscripti. Rufus
*Lexoniens *Valensium Octodoren eccle. episcopus, sub.

Saphoracus Parisien eccle. episcopus, subsc.
Sabaudus Luxouien eccle. episcopus, subsc.
Tetricus Lingonenſis ecclesie episc. subsc.
Vrbicus Viſontionenſis eccle. episc. subsc.
Vinian Aginnen ecclesie episc. subscripti.
*Vebrionenſis Valerius Tullenſis
ecclesie episcopus, subsc. Valerius Ebroi-
cen eccle. episc. sub. Velleſius Vapincen eccle.
episc. sub. *Vetusſimus manuſcriptus codex ha-
bet hoc loco nondecim partim archidiaconorum,
partim presbyterorum nomina, qui pro totide epi-
scopis illorū absentiu nomine ſubſcripſerunt.*

for. *Bifun-
tineſi

*Lexoniens

PARISIENSE QVOD DAM BREVE CONCILIVM.



Vm in urbem Parisien, ad
inuitationem domini regis
gloriosissimi Childeberti, venissem, & in vnū
positi, q̄ ad ecclesiasticum
ordinē, vel fidei catholice
authoritatē p̄tinēt, Chri-
sto adiuuante, q̄ erāt necessaria tractarem,
& ex hoc magis pro ordināda Ecclesia me-
moratę vrbis, eius nos dignatio iugiter ad-
moneret, vt eundem sacerdotem (sicut de-
ſedum est) manifesta siquidem culpa deie-
cerat, qualiter reparari dominici gregis pa-
stor prouidus debuisset, pontificalis conue-
tio declararet. Ob hoc in domo Ecclesie
vnanimiter residentes, gesta in quibus quō-
dā discussio Saphoraci episcopi habita fu-
erat, nobis postulauimus recenseri: quam p̄
ordinem relegentes, cum venissemus ad lo-
cum, vbi eius confessio de crimine tenebat-
ur, quam præsentiſſimis sanctis ac venerabi-
libus viris episcopis Medouecho, Leube-
no, vel Leubachario abbate, Hiculpho pre-
sbytero, Aeterno archidiacono, necnon &
Astricio diacono, professus fuerat memora-
tus quondam episcopus Saphoracus: ipsos
denuō interrogantes, supra scripti profes-
sionem nobis denuō ore proprio retulerūt:
quod etiā facinus necnō & episcopus Ar-
daricus à memorati Saphoraci ore se etiā
veridica assertione audisse perdocuit. & qa-
tanti ac tales viri, quos interfuisse discussio-
i veridica docet scripta relatio, quęq; reuera
dicta vel agnita sunt, gestis teneatur inſcri-
ptum sanctorum antistitum & laudabilium
viroꝝ, quos studiōſiſſimē indagasse ostē-
dit conscripta discussio, tātę eorum discus-
sioni vnanimiter præsentes assensum, pla-
cere nobis, q̄ eum in monasterio duxerunt,
præsentiſſimis etiā decretis vnanimiter pro-
fitemur. Et quia sine dubio culpas eius esse
capitales, canonum autoritate mōstratur,
vtiquē confessione proprię linguę deiectioni
ipse se fecit obnoxium. Igitur tam aper-
ta confessione, secundum sententiam cano-
num, quę de huiusmodi transgressioe in

TOM. 2.

Aurelianens synodo nup̄er habita sunt de-
creta, à metropolitano, cui redigendi actio
vel ordinatio de cōprouincialib; eius eccle-
sie manet, in memorata vrbe scripta seruen-
tur, ac regulariter pagant, vt discipulina
modus maneat: & qui tanto ordini p̄sunt, adiu-
uante Chro, bonę vitę autoritate viuē-
tes, quę secundum ordinem sacrum possitis
ordinare, p̄uideant, vt nec falsa obiectio cul-
pę maculet innocentes, & illi, qui inuenti &
comprobati in culpa fuerint, in nulla distri-
ctione habeantur immunes.

Sabaudus in Chri nomine episcopus Are-
lateñ, subsc. Agricola episc. Cabilonen, sub.
*Aredius episc. *Dieñ, sub. Audolus episc. sub. *Eraclinus
Agrestius episc. sub. Constans episc. Seno- *Eradius
neñ, sub. Clementius episc. sub. Clemētinus *Digneñ
episc. Niuernens, sub. Estius episc. Viennens, *Alfichius
sub. Etnetius episc. sub. Expectatus episc.
sub. Firminus episc. Vicien, sub. Leontius
episcopus sub. Lucretius episc. sub. Leobin-
us episcopus sub. Medouechus episc. sub.
Matthæus episc. sub. Nicetius episc. Treue-
ren, sub. Placidus episcopus *Matifconens, sub.
Sinidius episc. sub. *Syagrius episc. Edu-
orum, sub. Tetricus episc. Lingonen, sub.
Tetradius episcopus sub. Velleſius episc.
Vapincen, sub. *Vincētius episc. subscripti.

*Eraclinus
*Eradius
*Digneñ
*Alfichius

for. *Vienn-
tiolus

DECRETA IOANNIS PAPAE III.

Ex libro Pontificali.



Ioannes natione Romanus, Anno Dñi
de patre Anastasio illustri, 563.
sedit annos xij. menses xj.
dies xxvj. Hic ampliauit &
restaurauit cæmeteria san-
ctorum martyru. Hic cō-
stituit, vt oblatioes, & amu-
la, vel luminaria in eadem cæmeteria per
omnes dominicas de Lateranis ministra-
rentur. Hic perfecit ecclesiam sanctorum
Philippi & Iacobi, & dedicauit eam. Eodem
tempore *Eruli in *Turſiam exierunt, & in Tusciam
leua-

for. *Heruli
leua-

leuauerunt sibi regem Sindual, & premebat
cunctam Italiam. At egressus Narſes ad eum,
interfecit regem, & omnem gentem Eru-
lorum sibi subiugauit. Deinde venit Amin-
gus dux Francorum, & Buccellinus, & simili
modo ipsi premebant Italiam. Sed auxilian-
te Domino, & ipsi à Narſete interfecti sunt.
Erat ergo tota Italia gaudens. Tunc Roma-
ni inuidia ducti, suggererunt Iustino & So-
phiaz, * quia expediret, Romanos Gotthis
seruire, quàm Græcis, vbi Narſes eunuchus
imperat, & seruitio nos subiicit, & piſſimus
Imperator hæc ignorat. Aut libera nos de
manu eius & ciuitatem Romanam, aut cer-
tę gentibus deseruiemus. Quo audito, Nar-
ſes dixit: Si malę feci Romanis, malę inueni-
am. Tunc egressus Narſes de Roma, venit in
Campaniam, & scripsit genti Longobardo-
rum, vt venirent, & possiderent Italiam. Vt
cognouit Ioannes papa, quia suggestionem
suam ad Imperatorem contra Narſetem mi-
ſissent, festinus venit Neapolim, cepitque
eum Ioannes papa rogare, vt reuertetur
Romam. Tunc Narſes dixit ei: Dic sanctissi-
me papa, Quid mali feci Romanis? Vadam
ad pedes eius, q̄ memiſit, & cognoscat om̄is
Italia, quomodō totis viribus laboraui pro
ea. Respondit Ioannes papa, dicens: Citius
ego vadā, quàm tu de hac terra egressus fue-
ris. Reuersus est ergo Narſes cum Ioanne
sanctissimo papa. Tunc sanctissimus papa re-
tinuit se in cæmeterio sanctorū Tiburtij &
Valeriani, & habitauit ibi multum tempo-
ris, vt etiā episcopos ibi consecraret. Nar-
ſes verō ingressus Romam, post non multū
temporis mortuus est. Cuius corpus positū
est in locello plumbeo, & reductum est cum
omnibus diuitijs eius Constantinopolim.
Eodem tempore Ioannes papa & ipse mor-
uus est, & sepultus in basilica B. Petri Apo-
stoli, tertio Idus Iulias. Hic fecit ordinatio-
nes duas per mēsem Decembrium, presby-
teros 38, diacones 13, Episcopos per diuersa
loca numero 61. Et cessauit Episcopatus
mensis decem, dies tres.

for. *quia
magis

DECRETALIS IOANNIS pape tertij Epistola.

1 Primum chorepiscopos quosdam te-
merarios, olim iam damnatos arguit, quod
nimium sibi sumerent autoritatis in im-
positione manuum.
2 Deinde monstrat Clementem 1. post
beatum Petrum sedem apostolicam rexisse,
idq; tradente sibi ipso Petro.
3 Tertio tradit, quanta cura atq; sollicitu-
do illi subeunda sit, qui gregē Christi pascat.



IOANNES EPISCO-
pus vniuersis per Germa-
nię & Gallię prouincias
cōstituitis, in Domino sa-
lutem. Optaueram si-
quidem charissimi, p̄ no-
stri charitate collegij, oēs

TOM. 2.

Domini sacerdotes in vna deuotione persi-
stere, nec quenquam prohibita, gratia aut
fauore sacerdotum sectari, aut à via recta
discedere. Et quanquā credamus, dilecti-
onem vestram ad omne opus bonū esse pa-
ratam, vt tamen efficacior fiat, congruum
nobis visum est, literis sedis Apostolicę (vt
antecessorum quoquē nostrorum vestigia
imitemur) vos monere, præcepta diuina &
Apostolicę sedis instituta viriliter perage-
re, & prohibita non tangere, sed cauere: nec
cuiquam liceat vnquā doctrinam patrum
deserere, & sacerdotali honore gaudere,
Perlatum est ad sedem Apostolicam, emer-
ſisse, & denuō reuiuiscere prohibitum, &
funditus extirpatum, tam à sancto Damaso,
quàm à sancto Leone viris Apostolicis, atq;
ab vniuersis synodali autoritate Episco-
pis, repræhensibilem atque oppidō inoli-
tum vsum, cō quod quidam chorepiscopi
(qui & à prædictorum antecessorum san-
ctorum Apostolicorum patribus & viris
apostolicis, & ab ipsis, siuē à nobis sunt pro-
hibiti, sicut eorum hæc tēdēs testantur de-
creta) vltra modum suum progredientes,
donum sancti spiritus per impositionem
manuum tradant, & alia, quę solū ponti-
ficibus debentur, contra fas peragant, præ-
fertim cum nullus ex septuaginta discipulis,
quorum speciem in ecclesia gerunt, legatur,
donum spiritus sancti per manus impositio-
nem tradidisse. Quod autem solis apostolis,
eorumque successoribus proprij sit officij
tradere spiritum sanctū, liber Actuum Apo-
stolorum docet. In concilio verō * Cæsare-
nſi itā de chorepiscopis habetur scriptum:
Chorepiscopi quoq; ad exemplum & for-
mam Septuaginta videntur esse: vt commi-
nistri autē, propter studium, quod erga pau-
peres exhibent, honorentur. Si enim melio-
res sanctioresq; sanctis Apostolis esse puta-
tis, facite quę illi nō fecerunt, & super extol-
lite vos illis. Si verō eiusdem ordinis estis, &
æquiparare vos vultis illis, nolite ea agere, q̄
illi nō egerunt: sed imitamini, prout melius
potestis, exempla & vestigia eorum. Illi autē
præcipiente Domino, illisq; denunciante,
vt illi & successores eorum tātummodō per
manus impositionē traderēt spiritū sanctū,
nulli vnq; ex septuaginta tradere sp̄m sanctū
p̄ manus impositionē permiserūt, eis (quo-
rum typum, vt prædictum est, chorepiscopi,
anteq; prohibiti essent, gerebant in ecclesia)
scientes illicitum fore, dantes successoribus
eorū exemplum, nē vnquā talia præsumere-
rent. Vnde in Actibus Apostolorū scriptum
est: Cum audissent Apostoli, qui erāt Hiero-
solyms, quia recepit Samaria verbū dei, mi-
serūt ad eos Petrum & Ioannē. Qui cum ve-
nissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperēt spi-
ritum sanctum. Necdū em̄ in quęquam il-
lorum venerat, sed baptizati tñ erant in no-
mine domini Iesu. Tunc imponebat manus

I
*deuotam

*solis

Act. 8.

Neozel. cō-
cil. cap. 13.

Act. 8. c

III 4 super

super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Non ergo (vt iam dictum est) aliquem ex septuaginta, licet pauci essent apostoli, ad hoc opus perficiendum direxerunt, sed Petrum & Ioannem Apostolos per manus impositionem tradere spiritum sanctum miserunt: quorum vice Episcopi in Ecclesia gerunt, & non chorepiscopi, qui septuaginta discipulorum formam ante prohibitionem eorum gerebant. Quod illi non fecerunt, vos facere nolite, ne dissimiles eis, & indigni eorum successione & ministerio esse videamini: quia (vt ait Dominus in Euangelio) qui non est mecum, aduersum me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Si autem Petrus princeps Apostolorum, adiutores sibi adsciuit Linum & Cletum, non tamen potestatem pontificij, aut ligandi, aut soluendi eis norma tradidit, sed successori suo sancto Clementi, quod sedem Apostolicam post eum, & potestatem pontificalem tradente sibi beato Petro, tenere promeruit. Linus vero & Cletus ministrabant exteriora, princeps autem Apostolorum Petrus verbo & orationi insistebat, quae non incongrue ad traditionem spiritus sancti per manus impositionem pertinent. Vnde & in Actibus Apostolorum scriptum habetur: Non est aequum, nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Quapropter septuaginta electi sunt discipuli, qui exteriora peragerent, ipsi vero apostoli verbo & orationi insisterent: inde & in Euangelio secundum Lucam scriptum est ita: Post haec autem designauit Dominus & alios septuagintaduos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quod erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calcamenta, & neminem per viam salutaueritis. In quamcunq; domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illum pax vestra. Sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunq; ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quae apponuntur vobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquabit in vos regnum Dei. In quamcunq; autem ciuitatem intraueritis, & non receperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem, qui adhesit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. Tam enim hoc scitote, quia appropinquabit regnum Dei. Dico vobis, quia Sodomis in illa die remissus erit, quam illi ciuitati. Et in Matthaeo Euangelista scriptum est: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes.

Luc. 11. c

II
8. q. 1. Si autem Petrus

Act. 6. a

*habetur
Luc. 10. b

Math. 10. b

tes, & simplices sicut columbae. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad reges & praesides duceamini propter me, in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Linum namque & Cletum nihil legitur vnquam ex pontificali ministerio egisse potestatiue: sed quantum eis a beato Petro praecipiebatur, tantum solummodo agebant. Nam & in canone legitur Niceno: Episcopum namque conuenit, maxime quidem ab omnibus, qui sunt in prouincia, episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, a tribus tamen omnimodis in idipsum conuenientibus, & absentibus quoque pari modo discernentibus, & per scripta consentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum, quae geruntur per vnquamque prouinciam, metropolitano tribuatur episcopo. Omnia quoque maxima concilia affirmant, eum non esse episcopum, qui minus quam a tribus episcopis, auctoritate etiam metropolitani, fuerit factus episcopus. Ideoque illos, quos chorepiscopos vocatis, quia ab vno (vt audiimus) sunt episcopo, episcopos non esse, nec aliquid de pontificali priuilegio agere debere, perspicuum est. Quoniam si nomen non habent, quomodo officium possunt habere? Si ergo episcopi non sunt, & presbyteri (quorum vicem gerunt, quia ad exemplum & formam Septuaginta olim fiebant) esse despicunt, quid erunt? Profecto quod ratione caret, aut nihil, aut parum prorsus est. Si quis de his amplius, & quod fieri non debeant, voluerit scire, legat praedictorum Apostolicorum decreta, & ibi reperiet. De quibus aliqua & hic inserere, dignum duximus. Si Domini desideramus esse discipuli, ipsius imitemur vestigia, vt de nobis dicatur: Ego sum pastor bonus, & agnosco oves meas, & voco eas nominatim, & cognoscut me me, & reliqua. Et iterum, monente Dominice vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina repetitione mystice sanctionis imbuitur, vt Christi oves, qui Christum amat, diligenter & cum magna cura pascat, quoniam ipsius sanctae sedis (cui per abundantiam diuinae gratiae praesumus) ipse amor & reuerentia cohortamur, vt tanta superstitionis, quae nullius (vt saepe dictum est) sulcitur auctoritate, periculum (quantum possumus) declinemus, ne beati magistri nostri Petri summi Apostoli dilectio, qua se amatorem Dei esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quoniam omnis negligenter passens toties commendatum sibi Dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem: nec eius velle se discipulum fieri, cuius exempla negligit imitari. Nam gratia prorsus maior acquiritur, si de commissis ouibus lucrum offerat Domino sollicitudo pastoris. Nam & beatus Iacob, qui pro vxoribus diu seruiert, dixisse meminimus: Viginti annis fui tecum: oves tuae & caprae steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia offendi tibi: ego damnatum omne reddebam: & quicquid furto perierat, a me exigebas. Die noctuque aestu videbar & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis. Si igitur sic laborat & vigilat, qui pascit oves Laban: quanto labore, quantisque vigilis debet intendere, qui pascit oves Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ouibus animam, & adiuuet nos, vt de his, qui nobis commissi sunt, fructum multiplicem, ac mensuram superfluentem ad aeterna gaudia reportare concedat: tantisque nos beati Petri Apostolorum principis amor accendat, vt in ouili ipsius, cui oves creaturae sunt tradite, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita praesumentes, sanctis vestris studijs summo reintegrare cum desiderio festinetis, & qualiter animae precioso Christi sanguine demptae, eorum non depereant deceptione. Restat etiam, quod per ostium hi nequaquam subintrarunt: quia non habebant ostium, per quod ingrederentur: quia (vt dictum est) si nec episcopi sunt, & plusquam presbyteri esse ambiunt, per quod ostium intrabunt? cum hi tantum duo ordines in Ecclesia legantur, nec amplius ad pastorale officium aliquid patet ostium, per quod pastor intret. Audite fratres non me, sed ipsam veritatem, dicentem: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed accessit aliunde, ille fur est & latro, & reliqua. Cum etiam egregius praedicator dicat, Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est: praedicta duo fundamenta in Ecclesia tantummodo posita inueniantur, quicquid amplius in his positum inuenitur, stare nullatenus poterit. Et ideo, cum omnibus suis fundamentis, actionibus atque radicibus vt euellatur, necesse est, ita vt amplius nec pullulare, nec germinare valeat. Non ergo generet, & non faciat vobis, fratres, toties repetita loquutio fastidiosa: quia summa necessitas est saepius prohiberi, quod toties illicitè vsurpatur: & quoniam veritas saepius exagitata, magis splendescit in lucem: & quod toties repetendo admonetur, minus vsurpatur. Super his enim multa iam ab antecessoribus nostris dicta sunt: a quibus ipsi, sicut nunc a nobis, ita olim ab ipsis,

Niceni cōc. cap. 4.

*facera

Damasī scilicet & Leonis.

Damasī pater episcopi. 4. Ioan. 10. c

III

Ioan. 6. d

sumus) declinemus, ne beati magistri nostri Petri summi Apostoli dilectio, qua se amatorem Dei esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quoniam omnis negligenter passens toties commendatum sibi Dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem: nec eius velle se discipulum fieri, cuius exempla negligit imitari. Nam gratia prorsus maior acquiritur, si de commissis ouibus lucrum offerat Domino sollicitudo pastoris. Nam & beatus Iacob, qui pro vxoribus diu seruiert, dixisse meminimus: Viginti annis fui tecum: oves tuae & caprae steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia offendi tibi: ego damnatum omne reddebam: & quicquid furto perierat, a me exigebas. Die noctuque aestu videbar & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis. Si igitur sic laborat & vigilat, qui pascit oves Laban: quanto labore, quantisque vigilis debet intendere, qui pascit oves Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ouibus animam, & adiuuet nos, vt de his, qui nobis commissi sunt, fructum multiplicem, ac mensuram superfluentem ad aeterna gaudia reportare concedat: tantisque nos beati Petri Apostolorum principis amor accendat, vt in ouili ipsius, cui oves creaturae sunt tradite, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita praesumentes, sanctis vestris studijs summo reintegrare cum desiderio festinetis, & qualiter animae precioso Christi sanguine demptae, eorum non depereant deceptione. Restat etiam, quod per ostium hi nequaquam subintrarunt: quia non habebant ostium, per quod ingrederentur: quia (vt dictum est) si nec episcopi sunt, & plusquam presbyteri esse ambiunt, per quod ostium intrabunt? cum hi tantum duo ordines in Ecclesia legantur, nec amplius ad pastorale officium aliquid patet ostium, per quod pastor intret. Audite fratres non me, sed ipsam veritatem, dicentem: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed accessit aliunde, ille fur est & latro, & reliqua. Cum etiam egregius praedicator dicat, Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est: praedicta duo fundamenta in Ecclesia tantummodo posita inueniantur, quicquid amplius in his positum inuenitur, stare nullatenus poterit. Et ideo, cum omnibus suis fundamentis, actionibus atque radicibus vt euellatur, necesse est, ita vt amplius nec pullulare, nec germinare valeat. Non ergo generet, & non faciat vobis, fratres, toties repetita loquutio fastidiosa: quia summa necessitas est saepius prohiberi, quod toties illicitè vsurpatur: & quoniam veritas saepius exagitata, magis splendescit in lucem: & quod toties repetendo admonetur, minus vsurpatur. Super his enim multa iam ab antecessoribus nostris dicta sunt: a quibus ipsi, sicut nunc a nobis, ita olim ab ipsis,

Iohan. 22.

Gen. 31. a

*quantenus

Ioan. 10. a

1. Cor. 3. c

damnati & prohibiti sunt: ideo saepius repetentes, omnes monemus, vt vitentur huiusmodi, & a talibus se abstineant, qui noluerint vnà cum eis a sacerdotali ministerio, vt rebelles, fieri alieni. Quod ita demum probare poterimus, si tales extirpare, & non eis fauere, decertaueritis: & ita in postmodum decali re querela cessabit: quia contumeliae studio sit quicquid interdictum toties vsurpatur. Omnia haec decretalia, & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quae de ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinis, ita vobis & omnibus episcopis, ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari: quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et merito nos, qui summa Ecclesiae tenere debemus gubernacula, causa respicit, si silentio faueamus errari. Data *xiiij. Kalendas Augusti, *Iustino sexto *xiiij. & Narsete viris clarissimis consulibus. *Iustiniano

DECRETA BENEDICTI PAPAE I.

Ex libro Pontificali.



Benedictus natione Romano. Anno Domini manus ex patre Bonifacio, sedit annos quatuor, mensum vnum, dies vigintiocto. Eiusdem tempore gens Longobardorum inuasit totam Italiam, simulque & fames nimia, vt etiam multitudo castrorum se traderet Longobardis, vt temperare posset inopiam famis. Quod dum cognouisset Iustinus piissimus Imperator, quia Roma periclitaretur fame & mortalitate, misit in Aegyptum, & oneravit naues frumento, & transiit Romam. Et sic miseris est Deus Italiae. In istis laboribus & afflictionibus positus sanctissimus Benedictus papa, mortuus est. Qui sepultus est in basilica beati Petri Apostoli in secretario, pridie Kalendas Augusti. Hic fecit ordinationem vnā per mensem Decembrem, presbyteros quindecim, diacones tres, episcopos per diuersa loca numero viginti vnum. Et cessauit episcopatus menses tres, dies decem

BENEDICTI PAPAE PRIMII Epistola decretalis.

Probat ex sacris literis summam Trinitatem vnitatem esse.



Ruerendissimo fratri episcopo David, Benedictus salutem in Domino. Respondere literis vestris plenius cogitavi: sed cum hoc meditarer, tantus me

dolor tetigit, vt magis flere, quam aliquid dicere, delectatus sim. Sed ne funditus remaneret, pauca vobis rescribere curavi, ad potiora vos tempora congrue inuitans. Quod autem literarum testes sunt, quosdam intra prouinciam Baticam esse, qui dicerent neminem veraciter posse probare, Trinitatem vnitatem fieri, cum neque tres vnum, neque vnum in tribus posse quemquam proprie approbare: quas ob causas dilectissime fili, consulta tibi Apostolica sedis misimus, vt aut his eos ad rectam fidem conuerti facias, aut ab Ecclesia, antequam pestis hanc latius diuulgetur, repellas. His (frater) scripturarum testimonijs vnitatem Trinitatis agnosce, & desine Arrianorum prauitatem sequi, vt ab eadem possis peccatorum indulgentiam promereri, Esaias propheta dicente: Vidi Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum, & Seraphim stabant in circuitu eius: sex alae vni, & sex alae alteri. Duabus velabat faciem eius: duabus autem velabant pedes eius, & duabus volabant. Et clamabant ad alterutrum, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Si Trinitas non est, quare tertio sanctus dixerunt? Et si vnitatis non est, quare sub trina repetitione vnum Deum ac Dominum intimarunt? Si Trinitas non est, cur in Genesios dicitur, Dixit Deus, fecit Deus, & benedixit Deus? Si verò vnitatis non est, quare tertio dixit, Deus, & non deos pluraliter commendauit? Et si Trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio, Domine, domine, domine, miserator & misericors? Si vnitatis non est, quare dum tertio diceret, Domine, postea miserator singulariter dixit, & non miseratores, vt plures ostenderet, intimauit? Si Trinitas non est, cur Abraham ad illicem Mambre sedens, tribusque occurres, vni, Domine, dixit: & non (vt viderat) tribus salutationis obsequium reddidit? Si vnitatis non est, quare cum Moysi, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, tertio diceret: vnitatem ostendens, Hoc mihi nomen est, dixit: & non, Hanc sunt nostra nomina, designauit? Si Trinitas non est, quare Dauid tertio dixit: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus? Si vnitatis non est, quare cum, Deus, tertio nominasset, benedicat, & non, benedicant, adiunxit? Si Trinitas non est, cur Esaias denuo dixit, Domine Deus Sabaoth, Deus Israel qui sedes super Cherubim? Si vnitatis non est, quare, qui sedes, dixit, & non, qui sedetis, adiunxit? Si Trinitas non est, quare in Regnorum libro dicitur, Domine Deus omnipotens, Deus Israel, sermones tui fideles sunt? Si vnitatis non est, quare tui dicitur, & non vestri potius intimatur? Si Trinitas non est, cur in Psalmo 58. cantatur, Domine Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes? Si vnitatis non est, quare intende posuit, & non intendite,

Esa. 6. a
Sequentia vsq; ad illud, Ceterum frater charissime, habetur in decretali prima Alexandri I.

Gene. 1. per totum

Exod. 3. 4. a

Gene. 18. a

Exod. 3. d

Psal. 66.

Esa. 37. c

*adstruxit? 2. Reg. 7. d & 3. Reg. 8. per totum

vt predicatus est, intimauit? Si Trinitas non est, quare in Apocalypsi tertio dixit: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat? Si vnitatis non est, quare non, qui sunt, pluraliter, sed qui erat, designauit? Si Trinitas non est, quare in Deuteronomio dictum est, Dominus Deus tuus, Deus misericors est, & audiet vocem tuam? Si vnitatis non est, quare audiet, posuit, & non, audient, intimauit? Si Trinitas non est, quare in Iesu Nauè dicitur libro, Dominus Deus deorum est? Si vnitatis non est, quare, est, dixit, & non, sunt, more loquutionis induxit? Si Trinitas non est, quare Elias orando, Domine, Domine, Domine, Deus Israel, ostende, quia tu es Deus meus, dixit? Si vnitatis non est, quare, ostende, & non, ostendite, posuit? Si Trinitas non est, cur Mardocheus orando, Domine Domine Deus omnipotens, omnia in potestate tua sunt, dixit? Si vnitatis non est, quare, in in tua, posuit, & non, in vestra, signauit? Si Trinitas non est, cur etiam Iudith orando dixit: Domine Deus omnium virtutum, respice in orationem meam? Si vnitatis non est, quare, respice, posuit, & non, respicite, designauit? Si Trinitas non est, quare in Hieremia dicitur, Dominus Deus vester Deus verax est? Si vnitatis non est, quare, verax est, dixit, & non, veraces, potius intimauit? Si Trinitas non est, quare in Apocalypsi scriptum est, Dominus Deus & spiritus prophetarum misit angelum suum, ostendere seruis suis, quæ oportet fieri cito? Si vnitatis non est, quare, cum patrem & filium & spiritum nominasset, misit Dominus, dixit, & non, miserunt, sub preterito trium personarum & nominum introduxit? Si Trinitas non est, quare in Deuteronomio dicitur, Dominus Deus vester hic est Deus? Si vnitatis non est, quare, Hic est, dixit, & non, hi sunt, plurali numero designauit? Si Trinitas non est, quare in eodem dicitur libro, Dominus Deus tuus, Deus magnus & potens est? Si vnitatis non est, quare, magnus & potens, non pluraliter nominatur? Si Trinitas non est, cur Tobias filium suum cum in Rages ciuitate cum Raphaelo angelo mitteret, benedicens eos, ita dixisse docetur: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ipse impleat benedictionem suam in vobis? Si vnitatis non est, quare ipse impleat, dixit, & non ipsi impleant, intimauit? Postremo, si Trinitas non est, quare Dominus discipulos suos in nomine patris & filij & spiritus sancti, vniuersas gentes misit baptizare? Si vnitatis non est, quare, in nomine, dixit, & non, in nominibus, precipiendo perdocuit? Si Trinitas non est, quare Apostolus Paulus ait, ex ipso, & p ipsum, & in ipso sunt omnia? Si vnitatis non est, quare, ex ipso, posuit, & non, ex ipsis, adstruxit? Si enim certo certius volueris vnitatem Trinitatis agnoscere, à sapedito doctore gentium Apostolo pote-

Apo. 4. c

Deut. 4. e

Iosue 2. c. & deu. 10. d in forma ponitur.

Hester 13. c

Iudith 9. d

Hiere. 10. b

Apo. 1. a

Deut. 10. d

Ibidem d

Tob. 7. d

Matt. 28. d

Rom. 11. d

poten-

DECRETA PELAGII PAPAE II.

Ex libro Pontificali.



Elagius natione Romanus Anno Dni ex patre Vuinigildo, sedit 580. annos 10, menses duos, dies decem. Hic ordinatur abscque iussione principis, eo quod Longobardi obsiderent ciuitatem Romanam, & multa vastatio ab eis in Italia fieret. Eodem tempore tanta pluuia fuerunt, vt omnes dicerent, quia aqua diluuij superinundarent. Et talis clades fuit, qualem à seculo nullus meminit fuisse. Eodem tempore inuestiuit corpus B. Petri Apostoli tabulis argenteis deauratis. Hic domum suam, xenodochium fecit pauperum senum. Hic fecit cœmeterium B. Hermetis martyris. Hic fecit supra corpus B. Laurentij martyris basilicam à fundamento constructam, & tabulis argenteis exornauit sepulcrum eius. Qui mortuus est, & sepultus ad B. Petrum Apostolum, sexto Idus Februarias. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros 82, diacones 8, episcopos per diuersa loca numero 48. Et cessauit episcopatus menses 6, dies 25.

DECRETALIS EPISTOLA Pelagij papae secundij.

- 1 Generales Synodos non posse conuocari, nisi auctoritate Apostolica sedis, nullamque synodum ratam esse, quæ non fuerit huius auctoritate fulta: neminemque debere se vniuersalem Episcopum nominare.
- 2 Quot ciuitates vnaqueque prouincia habeat.
- 3 Maiores & difficiliores questiones ad sedem Apostolicam semper esse referendas.
- 4 Pontificum accusatores ac calumniatores, vt patrum inuafiores ac mactatores, habendos esse.



Ilectissimis fratribus vniuersis episcopis, qui illicita vocatione Ioanis Constantinopolitani Episcopi, ad synodum Constantinopolim conuenerunt, Pelagij. Manifesto (sicut optauimus) per gratiam Dei lumine Evangelicæ veritatis, ab vniuersali Ecclesia, perniciosissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in Domino: sed non modico contristamur mœrore, quia ea, quæ olim calcata fuerant, & funditus damnata, nec vnquam fieri debuerant, rediuiuis radicibus germinant atque pullulant. Et quoniam multa, quæ penitendum possunt generare, proueniunt: necesse est ea cassare, quæ

2. Cor. 13. e

1. Tim. 3. d

Ibidem ca. 4. ab cd

*lij.

poteris vniuersa condiscere, & sequi catholicam fidem, & Arrianorum prauitatem respuere. Gratia Domini nostri Iesu Christi, inquit, & charitas Dei, & comunicatio sancti spiritus. Ipsa est patris, & filij, & spiritualis sancti. Quomodo autem in Trinitate vnum sunt? quia natura atque ab inuicem separari non possunt. Ceterum, frater charissime, quæ tua continebant scripta, ex subiectis sententijs maxime omnia poteris colligere. Necesse est, frater charissime, adesse diuinum, vbi humanum cessat, auxilium. Et vt iuxta Apostolum dicamus, licet verba replicemus, quæ ipse Timotheo scribit, dicens: Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum est veritatis. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus dicerent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocritis loquentium mendacium, & caueritiam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem, quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc propones fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbo fidei & bonæ doctrinæ, quæ assuetus es. Ineptas autem & inanes fabulas deuita, & exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est saluator omnium hominum, maximeque fidelium. Præcipe hæc, & doce. Nemo adolefcentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & doctrinæ, in ista in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Fame enim nimis affligitur populus Romanus, qua clade atque alijs anxietatibus vexatus, longam epistolam minime scribere valui. Tempore congruo denuo (si necesse fuerit) mitte, & ea, quæ desideraueris, sume. Deus te in columnam custodiat, frater charissime. Amen. Data quarto Nonas Aprilis, Iuliano & Libio viris clarissimis consulis.

quæ contra ordinem & omnem authoritatem facta esse noscuntur. Vndè, fratres, reiecta penitus audacia, quæ contra Apostolicam sedem, & contra ipsam Domini saluatoris vocem, qua dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, sumpta est, disputandi contra Domini præcepta vana errantium corda conuincant, ne liceat defendi, quod non liceat agere. Relatum est ergò ad Apostolicam sedem, Ioannem Constantinopolitanum episcopum, vniuersalem se scribere, vosq; ex hac sua præsumptione ad synodum conuocare generalem, cum generalium synodorum conuocandi autoritas, Apostolicæ sedi B. Petri singulari privilegio sit tradita, & nulla vnquam synodus rata legatur, quæ Apostolica autoritate non fuerit fulta. Quapropter, quicquid in prædicto vestro conuenticulo (quia synodus taliter præsumpta, esse non potuit) statuitis, ex autoritate sancti Petri Apostolorum principis, & Domini saluatoris voce, qua beato Petro potestatem ligandi atque soluendi ipse saluator dedit, quæ etiam potestas in successoribus eius indubitater transiuit, præcipio omnia, quæ ibi statuitis, & vana, & cassata esse, ita vt deinceps nunquam appareant, nec ventilentur. Etenim ipse saluator beato Apostolo Petro, tanquam ipsa per se veritas loquitur, dicens: Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælo. Multis denudò Apostolicis & canonicis, atque Ecclesiasticis instrumur regulis, non debere absq; sententia Romani pontificis concilia celebrari: quapropter (vt iam dictum est) rectè non Concilium, sed vestrum conuenticulum vel conciliabulum cassatur: & quicquid in eo actum est, irritum habetur & vacuum. Vos quoq; deinceps, vt nullius hortatu talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communionem carere nõ vultis. Modò verò idèd suspenditur vltio, vt locum possit habere correctio. Prædecessores verò Ioannis, & ipse Ioannes non semel, sed sepius in epistolas atq; libellos propria manu subscriptos, sanctis antecessoribus nostris miserunt, quibus coram Deo protestati sunt, nihil vnquam proteruè contra Apostolicam sedem agere, nec de illius, aut aliorum privilegijs quicquam usurpare. Qui hæc tunc in archiuo sanctæ Romanæ ecclesiæ, sub sigillis ac chirographis eorum roborati habentur integri. In ipsis enim epistolis vel libellis, anathematis vinculo se & successores eorum constrinxerunt, si vnquam aliquod contra eos præsumpserint, aut contra Apostolicam, vel vllius alterius episcopi sedem, quicquam aduersi quoquo modo essent moliti. Idcirco eos non est necesse excommunicare, aut anathematizare: quia ipsi anathematis vinculo, proprijs manibus professiones suas suaq; scripta roborando, constrin-

* sed mutilentur.

Matth. 16. c

Dist. 17. multis denuo

for. * ipsi se

TOM. 2.

xerunt. Sciat se tamè & ipse Ioannes, nisi errorem suum citò correxerit, à nobis excommunicandum fore, & Apostolicæ sedis atq; omnium sanctorum episcoporum communionem carere. Vniuersalitati quoq; nomen, quod sibi illicitè usurpauit, nolite attendere, nec vocatione eius ad synodum, absque autoritate sedis Apostolicæ, vnquam venire, si Apostolicæ sedis & cæterorum episcoporum communionem vultis frui. Nullus enim patriarcharum hoc tam profano vocabulo vnquam vtatur: quia si summus patriarcha, vniuersalis dicitur, patriarcharum nomè ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cuiusquã mente, hoc sibi vel velle quæpiam arripere, vndè honorem fratrum suorum imminuere ex quantalacumq; parte videatur. Quapropter charitas vestra neminè vnquam suis in epistolis vniuersalem nominet, nè sibi debitè subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum. Aduersarius nanq; noster diabolus, qui contra humiles sanctos, sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, non iam (vt cernimus) caulas circuit: sed ita validè in quibusdam ecclesijs necessarijs membris dentem figit, vt nulli sit dubium, quia nisi vnanimiter (sauente domino) cunctorum prouida pastorum turba concurrat, omne (quod absit) citius ouile dilaniet. Perpenditis fratres charissimi, quid è vicino subsequatur, cum & in sacerdotibus erumpunt tam peruersa primordia. Quia enim iuxta est illi, de quo scriptum est: Ipse est rex super vniuersos filios superbiae: (quod non sine graui dolore dicere compellor, dum frater & coepiscopus noster Ioannes mandata Dominica, & Apostolica præcepta, regulasq; patrum despiciens, cum per elationem præcurrere conatur in nomine) vestra beatitudini indicet omnipotens Deus, quàm graui considerationis huius gemitu torquor, quòd ille quondam mihi notissimus, ille omnibus dilectus, ille qui cleomosynis, orationibus, atq; ieiunijs videbatur occupatus, & ex eo, quo scetebat, cinere, ex ea, quam prætebat, humilitate instantiam tantam sumpsit, ita vt vniuersa sibi tenet ascribere, & omnia, quæ soli vni capiti cohærent, videlicet Christo, per electionem pompatici sermonis eiusdè Christi sibi studeat membra subiugare. Nec mirum, quòd ille tentator, qui initium omnis peccati scit esse superbiam, & tunc ea in primo homine ante omnia usus est, & nunc eam in quibusdam hominibus ponit in fine virtutis: & qui aliquatenus bonis vitæ studijs videbantur crudelissimas manus eius effugere, eis in ipsis metis boni operis, & in ipsa quodammodò apponat perfectionis conclusione tendiculum. Vndè magnoperè orandù est, & omnipotens Deus assiduis precibus implorandus, vt hunc à mente illius aueriat errorem, hoc ab vnitatem atq; humilitate Ecclesiæ malè superbia

Dist. 96. nullus patriar.

1. Pet. 5. c

Iob 41. d

Ecc. 10. b

bie & confusionis amoueat, & fauente Deo, omnibus viribus concurrendum atque prouidendum, nè in vnus veneno sermonis, videntia in Christi corpore membra moriantur. Si enim dici hoc licenter permittitur, honori patriarcharum omnium negatur: & forsatis is in errore perit, qui vniuersalis dicitur, & nullus iam episcopus remansisse in statu veritatis inuenitur. Oportet ergò, vt constanter ac sine præiudicio seruetis, sicut accepistis, ecclesias, & nihil sibi in vobis hæc tentatio diabolicæ usurpationis ascribat. State fortes, state securi: scripta quæ vniuersalis nominis falsitate cõdemnata sunt, nec dare vnquam, nec accipere præsumatis. Omnes episcopos curæ vestræ subiectos, ab huius adulationis iniquatione prohibete, vt vniuersa vos Ecclesia patriarchas non solum in bonis operibus, sed etiam in veritatis autoritate cognoscat. Si qua autem forsitan aduersa subsequantur, vnanimiter perfestete, etiam moriendo debemus ostendere, quia in damno generalitatis, nostrum specialiter aliqd non amamus. Dicamus cum Paulo: Mihi viuere Christus est, & mori lucrũ. Audiamus, quod primus omnium Apostolorum dicit: Si quid patimini propter iustitiam, beati eritis. Mihi enim credite, quia honorem, quem pro prædicanda suscepimus veritate, si necessitatis causa exigit, securius pro eadem veritate relinquimus, quàm tenemus. Orate, fratres, vt honor ecclesiasticus nostris diebus nõ euacuetur: nec vnquam Romana sedes, quæ (instituentem Domino) caput est omnium ecclesiarum, priuilegijs suis vsquàm careat, aut expolietur. Cõfidimus autem de vobis, charissimi, meliora atque viciniora salutis: quia neque mors, neque vita, neque angeli, neq; principatus, neque instantia, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neq; creatura alia (magistro gentium docete) poterit nos separare à charitate Domini nostri Iesu Christi, & quæ in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes aduersariorum, quatenus fidè intemeratam vsque in finem conseruantem, repromissionem percipiamus, quam repromisit his, qui legitime certare deproperant. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui vterus est veniet, & non tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam assistit, coronas hilariter promittens his, qui pro eo passionibus submituntur. Quòd si quis se subtraxerit, nõ placebit animæ meæ, sed cadet de promissione propter negationem. Nos aut non sumus subtractionis filij in perditione anime. Propter quod assumite arma Dei, vt possitis resistere in die illo, aduersus omnes inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ & vestros, & induite lorica iustitiæ, calceati pedes in præparationem euangelij pacis, in omnibus assumentes scutum

Phil. 1. c

1. Pet. 3. c

Heb. 6. b

Rom. 8. g

Heb. 10. g

Abac. 2. iuxta lxx.

Iaco. 5. b

Heb. 10. g

Eph. 6. c

TOM. 2.

fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis accipite, & gladium spiritus, quod est verbum DEI, per omnem orationem & obsecrationem radicati & fundati in solatio fratrum pro CHRISTO Iesu nomino nostro. Sed & hunc, fratres, commendamus vos omnes Domino, & verbo gratiæ eius, qui potest perficere & dare hæreditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem Deus pacis & consolationis, det vobis id ipsum sapere in alterutrum, vt vobis inimicem succuratis, & non sitis diuisi, vt vnanimis, vno ore & vno corde honorificemus eum in concordiam & consolationem fratrum, qui potens est confirmare vos secundum euangelium eius, & iuxta reuelationem mysterij æternis temporibus taciti, quibus vobis futurorum gaudiorum largièda sunt munera. Summoperè etiam considerare debetis, quòd hi, qui fratribus inuident, eosque damnare aut perdere cupiunt, per se & sua dogmata destruantur. Dicit enim Dominus: Omne regnum in se diuisum, non stabit: & omnis scientia & lex aduersum se diuisa, non stabit. Ideoque necesse est, vt concorditer salubres suscipiatis hortat, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimis, diuinis & Apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentissima canonum decreta violari, quatenus & Nicenorum canonum constituta, & quæ à nobis, vel à prædecessoribus nostris sunt prouidè & salubriter decreta, intemerata permaneat in futuro. Et in Apocalypsi Dominus per Ioannem loquitur, dicens: Nolite timere, ego sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum. Et habeo clauem mortis & inferni. Et paulò post: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Item idè: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et iterum: Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo ei potestatem super gètes, & reget illas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur. Item idem: Ecce sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & confedi cum patre meo in throno eius. Vos, fratres, si non vultis cum eo damnari, (quia non solum, qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, rei sunt) hortamini eum, & monete recedere à præfatis illicitis, & memor sit, vndè exciderit, & agat pœnitentiam, & prima opera faciat. [Sin minus, non mea loquar verba, sed ipsa Domini saluatoris, quæ per prædictum Ioannem in iam dicto libro locutus est, replicans, aio: Veniam, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Ipse enim magis tenet

A. 8. 2. d.

Roma. 15. b

Roma. 16. d

* destruantur Matth. 12. b

Apo. 1. d

Apo. 2. b Ibid. c

Apo. 2. g

Apo. 3. d

Roma. 1. d

Apo. 2. a

Apo. 2. b

KKK net

Ibidem d

net doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalum coram filiis Israel, sicut iste docet vos scandalizare sanctam matrem Ecclesiam, & vniuersum cœtum tam sacerdotum, quam religiosorum Christianorum atque fidelium. Vndè & in supradicto libro cõtinetur ita: (Semper enim potius vos verbis Domini saluatoris ferire & instrui cupio, quã meis, licet & ipsa Apostolicae autoritatis sint ponderibus plena.) Noui opera tua nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te, quia permittis mulierem Iezabel, quae fedicit prophetam, docere, & seducere seruos meos, fornicari & mäducare de idolothytis. Et dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum, & qui mœchantur cum ea, in tribulationem maximam, nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis, & filios eius interficiã in morte. Et scient omnes Ecclesiae, quia ego sum scrutans corda & renes, & dabo vnicuique vestrum secundum opera vestra. Hæc, fratres, valde cauenda sunt, & precepta Domini, atque sancte sedis Apostolicæ, quae vice Domini saluatoris legatione fungitur, monita fideliter amplectenda & peragenda. De cetero, fratres, super prouinciæ causa, vndè sedem Apostolicam dudum consulere voluistis, videtur nobis sufficienter tractatũ à sanctis prædecessoribus nostris. Sed quia denuò nostrã mediocritatem de eadem re interrogate dignum duxistis, scitote, certam prouinciã esse, quae habet decem vel vndecim ciuitates, & vnũ regem, & totidem minores potestates sub se, & vnum episcopum, aliosque suffragatores decem, vel vndecim episcopos iudices, ad quorum iudicium omnes causae episcoporum, & reliquorũ sacerdotum, ac ciuitatum causae referantur, vt ab his omnibus iustè consona voce discernantur, nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab his, qui iudicandi sunt, appellatũ. Vndè non oportet, vt degradetur, vel dehonoretur vnaqueque prouincia, sed apud semet ipsam habeat iudices, sacerdotes, & episcopos singulos, videlicet iuxta ordines suos. Et quicumque causam habuerit, à suis iudicibus iudicetur, & non ab alienis, id est, à suis iustis iudicibus prouinciæ, & non ab externis, nisi (vt iam prælibatum est) à iudicatis fuerit appellatũ. Si verò in qualibet prouincia ortu fuerint quæstiones, & inter ipsius prouinciæ episcopos discrepare cœperit ratio, atque inter ipsos dissidentes non conueniat, ad maiorem tunc sedem referantur. Et si illæ faciliè & iustè non discernuntur, vbi fuerit synodus regulariter cõgregata, canonicè & iustè iudicentur. Maiores verò & difficiles quæstiones, (vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedem Apostolicam semper referantur. Ceterum sanctorum patrum statuta sequentes, synodali auctoritate omnes, qui aduersus patres armanantur,

Ibidem f

II

6. q. 1. Scias te certam.

Indicandis vult. 17. multis denuò.

III

III

TOM. 2.

vt patrum inuasores & mactatores, infames esse censemus: quoniam ea vulnera, quae formentis non sanantur, ferro abscondi vel curari necesse est. Vndè fratres, cessent iniustæ æmulationes, cessent insidiae, cessent falsæ criminationes, nè infirmus quisquam, propter quem CHRISTVS mortuus est, talibus laceretur insidijs: nè ouis, precio Christi redempta, lupinis à fratre saucietur moribus. Meritò ergò causa nos respicit, si talibus fauere cœperimus. Corripiantur semper talia, nec illis, qui hæc exercere conantur, aut patribus vel fratribus insidiantur, liberè loqui concedatur, aut pro voluntate sermo proferri permittatur. Liqueat omnino, quod conueneant illis, qui talia eos loqui permittit: quoniam occurreret veritas, si falsitas & calumnia displiceret vel odium. Desinat igitur falsitas incescere veritatem, desinat suspicio, quae iustè repellitur, insidari: desinat odium & inimicitia persequi patres vel fratres: desinat conspiratio, quae ab omnibus est repudiata, infestare magistros. Horum igitur vitiorum auctores vel pattores, non sunt in accusatione pontificum recipiendi, sed penitus repellendi: quoniam iubent canonica decreta patrum, vt accusatio vel testimonium eorum, qui odio quolibet insequuntur, vel qui inimici aut suspecti habentur, nullo modo recipiantur. Quorum statuta & nos firmantes, eadem omnibus inuiolabiliter futuris temporibus tenere censemus. Quicquid autem super hac causa patres nostri decernendum duxere dignũ, vt concedet, necesse est, cum labefactari vel infirmari cœperit, Apostolica denuò auctoritate firmari ac renouari, fratribusque dari. Data Caleñ Martij, indictione 5.

EPISTOLA PELAGII PAPAE SECUNDI, ad Benignum archiepiscopum.

An, & quatenus liceat episcopo de vna ciuitate in aliam transire.

Dilectissimo fratri Benigno archiepiscopo, Pelagius episcopus. Lectis fraternitatis tuæ literis, vigorem fidei tuæ quem dudum noueramus, agnouimus: congratulantes dilectioni tuæ, quod ad custodiendum gregem CHRISTI, pastoralem curam vigilanter impendis, & pro tibi subditis sollicitus existis. Ad nostram enim lætitiã & beneficia perueniunt, & si aliqua secus, quam oportet, prouenerint, non modico nos mœrore conturbant. Magnam enim gratulationem diuina cõcedit gratia, quando tribuit inter nos & salutaris disciplinæ normam literis conferre, & prouenire ad pacificorum studia facit præoptata. Exigit ergò dilectio tua, consulta sedis Apostolicæ, si licitum foret apiscopum transire, aut mutare de ciuitate ad ciuitatem, dum quidam canones

nitentur

6. q. 1. Scias dilectissime

Matth. 2. 0. d

Sardic. concil. ca. 1.

Sardi. Concil. ca. 2.

6. q. 1. Scias dilectissime

canones (vt tibi videtur) hoc fieri prohibeant. Significasti etiã literis tuis, quendam fratrem, nomine & actu DE IERUUM, causa utilitatis mutare te vellem in locum & ciuitatem defuncti, licet quidam dicant hoc fieri non licere, nisi consensum Apostolicæ sedis habuisses. Quapropter scias, frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis & utilitatis, & aliud causam præsumptionis & propriæ voluntatis. Non ergò mutat sedem, qui non mutat mentem, id est, qui non causa avaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel suæ electionis migrat de ciuitate ad ciuitatem, sed causa necessitatis aut utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas, vnius utilitati aut voluntati præferenda est. Aliud est enim mutari, & aliud mutari: sicut aliud est ministrare, & aliud ministrari. Vndè Dominus in Euangelio loquitur, dicens: Nõ veni ministrari, sed ministrare. Quod em in canonibus legitur, nõ debere episcopum de ciuitate ad ciuitatẽ transire, vel transferri, non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, aut autoritate maiorũ hoc agunt: sed de his, qui avaritiæ ardore inflammati, sponte sua prosiliunt, & potius ambitioni, quam utilitati ecclesie seruire, & vt dominationem agant, insistere cupiunt. Vndè & in subiectis canonibus cõtinetur: Si aliquis extiterit temerarius, qui forsitan excusationem afferat, quod populi literas accepit, & ideò migrauerit, dum manifestum sit, præmio & mercede paucos, qui synceram fidem non habent, potuisse corrumpi, vt clamaret in ecclesia, & ipsum petere videretur, omnino has fraudes remouendas esse censemus. His verbis & alijs multis ex eplis liquet non de his dicere (vt paulo superius prælibatum est) qui pulsi, aut non recepti à ciuibus, vel à quibuscunque, aut necessitate cogente, vel auctoritate Maiorum transiunt de ciuitate ad ciuitatẽ: sed de his, qui spontè prosiliunt, aut temeritatis, aut ambitionis causa hoc faciunt. Nam aliud est spontè transire, & aliud est coactè aut necessitate venire. Vndè non isti mutãt ciuitates, sed mutantur: quia non spontè, sed coactè hoc agunt. Quis enim vnquam audeat dicere, sanctum Petrum Apostolorum principem non bene egisse, quando mutauit sedẽ de Antiochia in Romam? Aut quis eum negat, ob id sanctum non esse, aut dignitatem, aut meritum vnquam apostolatus tam in caelis, quam in terris perdidisse? Aut quis negat, sanctos non esse multos alios episcopos, qui de ciuitatibus ad ciuitates translati sunt, aut meritum pontificatus perdidisse? Quorum nomina si cœperim enumerare, antè dies pertransiet, quam hæc omnia perscribere possim, & prolixior erit epistola, quam necesse sit. Aut quis vnquam potest approbare, sanctum non esse Alexandrum, qui Hierosolymam de altera ciuitate translatus est? aut sanctum Gregori-

um Nazianzenum, qui in Nazianzo constitutus est? aut sanctum Proclum, qui de Cyzico translatus, & Constantinopolim in thronizatus est? Non ergò bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causæ utilitatis aut necessitatis fieri non posse, quoties communis utilitas aut necessitas persuaferit. Nullum enim ex his, aut ex alijs, qui meliori concilio mutauerunt ciuitates necessitate quadam, vel utilitate Ecclesiastica, aut laica communiõne carere reperimus, nec vllatenus vnquam fieri debet. Sententia verò, quæ in Antiocheno Concilio habetur, vt episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, tota, atque omnes sententiæ de ea rem superius compræhensam retinent, & nihil prætaxato modo translationibus episcoporum actis aut agendis nocent, sed magis robor eis ac Domini saluatoris, quæ omnes canonicos super exaltat libros, auctoritatè præstant. Tales autem quæstiones magis ex inuidia, quam ex charitate aut utilitate nasci videntur, cum ipsa per se veritas dicat: Si vos persequuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam, & reliqua. Huic ergò sententiæ nullus catholicorum vsquam contradicere potest, quæ non alterius, sed ipsius proprio Domini ore prolata, & firmata esse dinoscitur. Cui si aliquis contradixerit, non solum extorris, sed etiã anathematizatus ab ecclesia pellatur. Et Dominus in Euangelio aliàs dicit: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Si eos Dominus beatos dicit, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quis eos damnare potest? Et si ipse de ciuitate ad ciuitatem propter persecutionem fugere præcipit, quis eos detrahere, aut damnare propterea audeat vel potest, quod verbis dominicis obtemperant? Profectò is, qui contradicit aut resistit, seipsum damnat, quia ori Domini contumax & inobediens existit. Vndè & ipsa per se veritas dicit: Quis iohan. 8. f ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos nõ creditis mihi? Qui ex deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Omnino oportet Deo obedire plus quam hominibus. Et idcirco, quod Deo obedimus, & de ciuitate ad ciuitatem (ipso præcipiente) persecutionis causa, id est, necessitatis aut utilitatis transimus, damnandi sumus? Non omnino, sed potius venerandi atque portandi, quoniam nec ipsi episcopis hoc imputari potest. Qui his resistit, profectò dei ordinationi resistit, & est infideli deterior: quia melius est non cognoscere viam veritatis, quã post agnitionem retrorsum abire. Nam & ipse Dns de loco ad locum fecerit, id est, transiuit, Iudeis illum quærentibus. Fugiens ille quæretes & persequetes se, dedit nobis exemplum fugere nos persequetes, & de ciuitate ad ciuitatem transire, dicens: Si vos persequuti fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam, & cetera his similia.

Ibidem e

Antioche. concil. ca. 21.

Matth. 10. c

Matth. 5. a

Acto. 5. c

Petr. 2.

Matth. 10. c

K K K 2 lia.

TOM. 2.

1. Reg. 22. a

Acto. 7. h

*ministerijs

Antiocheni Concil. ca. 18. & Dist. 92. Si quis episcopus,

TOM. 2.

lia. Na si fugere, malū est: psequi, multo deterior. Hic quidē, nē moriatur, absconditur: hic autem persequitur, vt occidat: & vt fugiatur, praecepitur: quia, qui quærit occidere, prauaricatur legem, & magis fugiendi præbet occasionem. Si fugam improperant persequentes, erubescant potius semetipsos, & quiescant insidiari, & quiescent continuo fugientes. Nemo enim mitem fugit aliquando, sed magis ferocem simul & callidū. Omnis enim qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat & veniebat ad Dauid. Si ergo piissimus atque iustissimus Dauid sciret peccatum esse, persequutionem fugientes, & trāsfruentes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatem, tales nequaquam reciperet, nec se cum teneret, nec in alijs ciuitatibus eos collocaret. Qui enim persequitur Domini episcopo pos, eosq; de ciuitatib; ad ciuitates trāsire compellunt, non eos tantum persequuntur, quantum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, cuius legatione funguntur. Nec ipsi in hoc peccant episcopi, quoniam non sponte, sed coactē hoc agunt: sed illi, à quibus persequitur: nec ipsi episcopi hoc imputari potest, sed illis, qui eos hoc agere cogunt. Sanctus enim protomartyr Stephanus lapidabatur, sed Iesus suscipiebat plagas. Ideo q; vnicuique praeuidendum est, nē aliquem iniuste persequatur, iudicet, vel puniat, nē Iesum persequatur, iudicet, & puniat. Qui autem negant misericordiam faciendam fugientibus ac necessitatem patientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia & veritas, & omnibus necessitatem patientibus subuenire iubet. Pauca sunt, frater, quæ afferui: sed quanta ex his pendent, tua prouidentia poteris æstimare. Quarē hanc adnituntur maleuoli irrumpere misericordiam? Cur illudere vanis intentionibus felicitatem? Excusationem iam nō habet furor iste in credētibus: nec interest, quibus itinere ad mūdi principem currat, qui à beneuolentia fratrum desciscit, aut necessitatem patientibus misericordiam negat. Negat misericordiam necessitatem patientibus, qui populis indigentibus diuinis *mysterijs, & non habentibus proprium episcopum, qui eos instruat, causa vtilitatis atque necessitatis, ex alia ciuitate (licet minor sit) in eā, quæ non habet episcopum, doctiorem vel vtiliorem, meliori consilio, non sponte, transeuntem, sed Maiorum exhortatione mutare, aut episcopum eiectum & persecutionem patientē, causa vtilitatis aut necessitatis inthronizari non permittit. Apud veteres enim, si nē vlla differentia de vna ciuitate ad alteram migrabat episcopus, dum vtilitas aut necessitas euocaret. Quapropter ipsam etiā regulam huic epistolæ placuit inseri, vt monstretur, eos mentitos esse, qui episcopum nō posse inthronizari dixerūt. Vndē & in canonicis legitur ita: Si quis episcopus ordinat,

ad parochiam in qua ordinatus est, minime proficiat, non sua culpa, sed aut populo respuente, aut propter aliam quamlibet causam necessitate factā, hunc honore ministerioq; participare, nec tamē misceri rebus ecclesiæ, in qua collectas celebrat, sed sustineret quoque, quod puincia synod; suo iudicio terminauerit, decernimus. Huic regulæ contradicere nullus potest, q; etiā causa vtilitatis aut necessitatis inthronizari episcopū iubet, & mutari, ac transire eū de ciuitate ad aliā ciuitatē, non propriū habentē ep̄m, finit. Piaque hostias litat diabolo, qui his resistit nititur, aut misericordiā & vtilitatē ecclesiæ iā dictis negat, id est, & episcopis & populis. In vanum ergo contra simplices, qui hæc oīllm dicentes agere prohibuerūt, tendicula deinceps parabunt, cum his & alijs armati administrant, nouerint, quid super his sit agendū, & quid vitandū. Nihil enim armatus est, qui illa, q; aduerfari; misericordiæ, vtilitatis atq; cordiē ministrat, tela contēnit. Sufficit ergo contra omnia iacula iurgiorum fidei nuda oppositio. Scio te non ignorare (frater) memoratas canonum sententias atque euāgelicas sanctiones, nouas non esse, sed nostros assensui mancipari. Cur his contradicentes, & emigratiōes episcoporum vtilitatis & necessitatis causa fieri prohibentes, vt sæpē dictum est, & non avaritię aut temeritatis, in perniciem sacerdotū ac populorum, lædunt sacerdotale Concilium? Cur lacerāt sententiam, in qua, inspirante Christo, oracula superna patuerunt, & inter Deū & homines, interpres extitit lingua pontificum? Illa enī cæli curia variarum dotibus aucta curulum, & multo redēptoris nostri auro ostroq; decorata, nihil in illa decisione auctore se protulit, sed per humanā linguā ministerium diuino militauit Imperio. Intellexit non esse suum, quicquid impulsu cōstituit: nihil quoque habet in illa sententia, nisi vndē de sola deuotione gratuletur. Nam dum prophanis memoratorum verbis creditur, & suæ vesaniæ inscitiam produnt, & liuorem. Quis hinc locus erroris, vbi congruētia pari ductu exempli & historiæ verba concurrunt? Nec diuersum est ab intellectu catholico & lectio-nibus, quod profertur. Nam non benē nod; in scirpo quæritur, dū inuoluit nebula prædicatē lucis authores. Fæda quoque à nitore Dñi sui obligatione dissoluitur, qui statutis cęlestib; minis mera fide depēdit officia. Taliū ergo dictiōes vel prohibitiōes indignæ etiā sūt memoratu. Profunda est ergo nimis impitā eorū, & sepulcrū patēs guttur eorū, q; linguis suis dolose agunt. Nō est enī in ore eorū rectū, interiora eorū insidiæ, dēsis cor eorū veprib; suffocāt, & interna vitia alijs certāt ascribere. Nobilitatē ergo dat facinorib;, qui in talib; ventilationē ipsorū in exēplū sumit, aut ad aures posteras digna relatiōe transmittit. Tibi autē nō sit cura taliū quæstio-

pal.

1. Tim. 4. b

*transferre,

1. Tim. 6. c

Eccī 34. c. d

*iniquorū

tionū, sed sequere sententiā B. Pauli apostoli, q; monet p discipulū cūctos, & clamat, dicens: Inanes q̄stiones deuota. Inanes nanq; (iuxta Apostolū) q̄stiones semp deuota, & age, quod meliori cōsilio, nō avaritię vel temeritatis, sed vtilitatis & necessitatis (vt sæpē dictū est) causa, faciēdū vtiliter pspexeris. Quapropter (charissime) his Apostolicis fultus auctoritatibus, muta episcopum causa necessitatis aut vtilitatis, super quo consulerē nos voluisti: & alios fratres nostros, quibus hoc faciendum necessitas aut vtilitas compulerit, agere doce: quia hoc, quod tibi scribimus, generaliter omnibus tenere mandamus. Quia sicut potestatem habem;, episcopos & sacerdotes regulariter titulare & ordinare, ita (vt prædictum est) causa necessitatis aut vtilitatis habes & mutare, ac de titulo ad titulū trānlatare, licet de minori ad maiorem vrbem mutandū sit. Hoc tamē summo perē praeuidendum est, nē causa arrogantiæ aut avaritię vnquam fiat: quia hi à prædictis canonibus damnantur, non illi, qui necessitate aut vtilitate, maiorū consilio, & sana ac pura & Deo placida intentione hoc faciunt. Tu (frater) semper sectare iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam & mansuetudinem. Certa etiā bonum certamen fidei, & apprehende vitam æternam, in qua vocatus es: quoniam spiritus timētium Dominum, quæritur ab illo, & in respectu illius benedicitur. Spes enim illorum in salutem illos, & oculi Dei in diligentes se. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius. Timentis Dominum beata est anima. Ad quem respicit, & q; est fortitudo eius? Oculi domini super timētes eum: protector potentia, firmamentum virtutis, tegmen ardoris, & vmbra culū meridiani, & predicatio offensionis, & adiutoriū casus exaltās animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. Immolantis ex iniquo oblatio, est maculata, & non sunt beneplacitæ subsannationes in iustorum. Dominus solus sustinentibus se in via veritatis & iustitiæ. Dona iniquorum nō probat altissimus, nec respicit in oblationib; iniquorū. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui vicitimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illū, homo sanguinis est. qui aufert in sudore panem, & sudati cibos, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinē, & qui facit fraudem mercenario, fratres sunt. Vnus edificās, & vn; destrues: q; pdest illis, nisi labor; vn; orās, vn; maledicēs: cui; vocē audiet Deus? Qui baptizat à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio ipsius? Sic homo, qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis audiet? Qui confer-

uat legem, multiplicat orationem. Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discere ab omni iniquitate: & propitiatio, litare sacrificium super iniustitiis: & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. Re-tribuit gratiam, qui offert similitudinē: & qui facit misericordiam, offert sacrificium. Beneplacitum est Domino, recedere ab iniquitate: & deprecatio, recedere ab iniustitia. Non apparebis ante conspectum Dei vacuus. Hæc enim omnia, propter mandatum Domini fiunt. Oblatio iusti impinguit altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius non obliuiscetur Dominus. Bono animo gloriam redde Deo, & non minuas primitias frugum tuarum. In omni dato faciliatē vultum tuum, & in exaltatione sanctifica decimas tuas. Da altissimo secundum datum eius, & in oculo bono ad inuentionem fac manuum tuarum: quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. Noli offerre munera praua: non enim suscipiet illa. Et noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam Dominus iudex est, & non est apud illum gloria personæ. Non accipiet dominus personam in pauperem, & precationem læsi exaudiet. Non despiciet precēs pupilli: nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nō nē lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim affcendant vsque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. qui adorat Deum, in oblatione suscipietur, & precatio illius vsque ad nubes, ppinquabit. Oratione humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, non consolabitur. Et non discedet, donec adspiciat altissim;: & Dominus non elongabit, sed iudicabit iniustos, & faciet iudicium, & fortissimus non habebit in illis patientiam, vt contribulet dorsum ipsorum, & gentibus reddat vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, & septem iniquorum contribulet, donec reddat omnibus secundum actus suos, & secundum opa Adę: & secundum p̄sumptionē illi;, donec iudicet iudiciū plebis suæ, & oblectabit iustos misericordia sua. De; aut; (frater chariss.) impleat desiderū, & ministerium tibi diuinitus collatū, secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu Domino nostro. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorū. Amen. Data decimo tertio die Augusti mensis, in dictione quartadecima.

Eccī 35. a b c d

tertia decima.

EPISTOLA PELAGII PAPAE ad vniuersos episcopos Italiae.

De accusatoribus prelatorum suorum, & episcopis, quorū res detinentur, & de monachis.

Dilectissimis atque clarissimis fratribus vniuersis episcopis, & cunctis specialiter

K K K 3 liter

litter per Campaniæ & Italiæ prouincias militantibus domino, Pelagius salutem. Sollicitudinem omnium ecclesiarum (iuxta Apostolum) circumferetes, diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, quod nos per dignationis suæ Dominus misericordiam, ad hoc fastigium sacerdotale prouexit, ut mandatis ipsius inhærentes, in quadam sacerdotum eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. Omnes, charissimi, qui uolūt in Christo piè uiuere, necesse est ut ab impijs & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tanquam stulti & insani, qui idēd præsentia bona perdunt, ut inuisibilia ac sibi profutura acquirant. Sed hæc despectio & irrisio in ipsos retorquetur, dum & abundantia eorum in egestatem, & superbia eorū transierit in cōfessionem. Iusto enī iudicio dat plerūquē potestas peccatoribus, qua sanctos eius persequatur, ut qui spū Dei iuuatur & agitur, fiant per laborū exercitia clariores. Et quāquam (fratres) hæc ita se habent, non tamen sunt cōsentienti, sed reprobādi, qui prælatos suos repræhendunt, vel accusant. Vnde canonica sanctorū patrū statuta, nē colūna sanctæ Ecclesiæ vacillent, sequentes ac roborantes, omnes infames, cunctosq; suspectos vel inimicos, & eos, qui nō sunt eorum gentis, vel quorū fides, uita, & libertas nescitur, & qui nō sunt bonæ conuersationis, vel quorū uita est accusabilis, ab omni accusatiōe eorum funditus submouemus. Similiter & omnes, quos diuinæ leges mortuos appellant, submouēdos esse ab eadem accusatione, & publicæ penitentiæ submittendos iudicamus. Neq; dum ecclesiæ alicuius epi, aut possessiōes, vel res ab emulis eius, vel à quibuscunq; alijs non sua sponte detinentur, aliquid illi debet, aut potest à quoquam ante redintegratiōem omnīū rerum suarum obijci: sed prius illi legibus redintegranda sunt omnia, & postea tempore à patribus præfinito, sunt negocia uentilanda. Refutandi sunt etiā raptores, fures, sacrilegi, adulteri, & horum similes. Manifestum est enim, qd semper tales magis discordiā, quā pacem, sectantur. Nullus quoquē monachus talia vnquam arripiat, nec secularia aut ecclesiastica negocia perturbare præsumat, quia mortua in talibus uox est eorum. Immobiles enī Dominus suos summos semper uult manere predicatorēs, & nō à quibusdam temerari, sed sibi liberè & quietè famulari. Vnde & ipse ait: qui uos tægit, tægit pupillā oculi mei. Et q uos cōtristat, me cōtristat. Et q fecerit iniuriā, recipiet quod iniq; gessit. Et alibi: Qui uos recipit, me recipit: & qui uos spernit, me spernit. Itā quoquē & à plebibus, vel cæteris generaliter omnibus sunt timendi, & ferendi, atque uenerandi pastores, & predicatorēs Ecclesiæ, ut sub exercitatione bonæ uoluntatis sustineantur temporalia, sperentur æterna. Augēt enim merita uirtutis,

pastores & seniores
3. q. 5. Canonica sanctorum patrū

3. q. 2. Cum ecclesiæ alicuius

2. q. 7. Nulli monachus talia vnquam

Zacha. 2.

Matth. 10. d

TOM. 2.

qui propositum non uoluit, sed auget religionis. Charitas uero semper hominem innotuat. Et sicut malignitas ueteres, ita dilectio nouos facit. Fides eorum, qui Deum uisuri sunt, quod non uident, credit. Nam si uideret, non est fides. Credenti colligitur meritum, uidenti redditur præmium. Tunc preciosum pastoris diadema est, quando suasioni eius grex ecclesiasticus, dum ad probitatem graditur, non repugnat. Ille sine fuce monitorum & ueridico ore diligit, qui eius instituta sectatur. Præbet hominibus, naturæ institutione, & muta responsū. Redit ad mortales uicissitudo clamorū sollicitudinis, quia unusquisque prout gesserit, recipiet. Nam perit, quod lingua acceperit, frustra beneficium, nisi legitime ceptum fuerit negociū, & canonicè peractum. De fiducia enim partium nostrarum mittitur, quod Apostolica mandat auctoritas. Vos tantummodo præfules Christi, benignitatem uestram, salua auri animorum que æquitate, & bona uoluntate semper præstate. Nam aduersus impetus iuuare, peregrinantem reducere post interualla, est iustitia. Libat enim domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Statutus, uenerandi præfules, sudoribus fructus est, cū iudicio purissimè reddendus, ut in utroque congruus nitor, nec suscipiētem deuenisset, si indigno auth ore prouenerit: nec, si confertur immerito, maculet largiētem. Sit semper aduersus prauos & impios, atque seruorum Dei persecutores, libera uox, & oris gladio feriantur, & redarguantur. Persequantur & repellantur, confundantur & auertantur, nec lædendi piè uidentes ullam habeant facultatem. Plerūquē periculis plena sunt, quæ uidentur esse tutissima. Videte, quantalabor tales insidijs: idēd absconditum esse nō licet, quod audimus. Iam latebat nostra persecutio manifesta: misericordia est, circa persecutores & facinorosos seruata dilectio. Ergo sopori quietem tribuite: celestium mandatorum hostem quoquē depellite, nē candida conuersatio uobiscum habitantium, fusca superuenientis contagione uoletur. Antē em prouidenda sunt remedia, quā moribus increseat sanctorū quoquē Apostolorū & reliquorū sacerdotū petamus exercitiū, & predictorū persecutorū ora claudam. Seculi cōuersatio, legū metu retiet: ecclesiastica quoq; custodia, regularū frenis seruat & regit. Deo, charissim, semp procul auertat inuidiā. Vos ergo armamini (iuxta Apostolū) gladio spiritus, quod est uerbu Dei, & Apostolica auctoritatis clypeo ut ecclesiasticę fecūditatis iura, nulla scūietis, pcella possint impulsioe subuerti. Nullo vnq; iudicio grauate quenquam, sed inspicite semper, q regularū testimonio declarant. Superest, salute plata, ut ad gaudia semper fratru deuotè pperetis: quia diuina beneficia gradibus semper accedūt, & quibus bona conferunt, meliora pollicentur.

latebra nō stram persequutio manie festat

Epha. 6. d

ascendit

TUR.

1. Cor. 16. c
Esa. 57.
Psal. 93.
Psal. 11.
Prouer. 12. c
Prou. 14. a
Matth. 16. d
Rom. 12. d
Deut. 32.

plemento fratris subtrahat manum: quoniā in hoc (ait Dominus) cognoscet omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Data Kalē Decēb. indictione 15.

¶ EIVSDEM EPISTOLA ad Episcopos Germaniæ & Galliæ.

Quæ Præfationes in Missis Romano more cantentur.

Pelagius Romanæ Ecclesiæ & Apostolicæ sedis Episcopus, uniuersis Germaniarum ac Galliarum regionum episcopis. Cū in Dei nomine in Romana Ecclesia synodum episcoporum siue cæterorum sacerdotum Dei fidelium congregatam habuissemus, & de ecclesiasticis statutis, ut sunt ab apostolis & sanctis patribus tradita, diligentius tractaremus: superuenire literæ uestræ, & ut magne essent auctoritatis, etiā uiuæ uoces præcesserunt, rogātes, ut ordinem præfationum, quam sancta Romana Ecclesia hætenus haberet, nostris literis uobis remāderemus. Tunc de uestra uoluntate & studio tam bono, multum gauisi sumus, & sacrum ordinem Romanū, sacraq; constituta nostrorum antecessorum solerter relegendes, inuenimus has nouem præfationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas, quas lōga retrō ueritas in Romana Ecclesia hætenus seruauit: Vnam in albis Paschalibus, aliam de Ascensione Domini, tertiam de Pentecoste, quartam de natali Domini, quintam de Apparitione Domini, sextam de Apostolis, septimam de sancta Trinitate, octauam de cruce, nonam de ieiunio & quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet & custodit sancta Romana Ecclesia. Has tenendas uobis mandamus.

Ioan. 13. d

de cōf. dist. Inuenimus has præfationes. Sed ibidem oclasio papæ ascribuntur.

HISPALENSE CONCILIVM PRIMVM, CIRCA TEMPORA PELAGII

Papæ secundi. Est Prouinciale.

Hispalis Beticæ Hispaniæ urbs clarissima, quæ quorundam sententiā, uniuersæ Hispaniæ nomen dedit: Colonia Romanorum, bodieq; insignie imperium, & sede Archiepiscopali illustris. Vide Plinium lib. 3. cap. 1. Strabonē lib. 3. Ptolem. lib. 2. cap. 4. Vnde Sibiſilia aut Sibiſia dicitur.

HISPALENSIS CONCILII primi capitulorum tituli.

De disponendis ecclesiæ rebus post episcopi excessum. 1

De mancipijs ecclesię, ab episcopo proximis suis collatis. 2

De clericis, cum quibus mulieres cohabitant. 3

Domino sancto & reuerētē à nobis honorando, charissimo fratri Pegasio episcopo; Leander, Ioannes, Agapius, Stephanus, Basilius,

Velatus, & Fintitio & Petrus episcopi, q uñā in vrbe Spalensi adfuimus, sanctitatem tuam charitatis studio salutātes, precamur Dominum, qui nos de salute mutua vel uisione legitificare dignetur, telætum multo conferuet in tempore.

¶ Capitulum primum.

Interea cōsidentibus nobis in ecclesia Spalensi sancta Hierusalem, Breuem mancipiorum Ecclesiæ, quæ liberāsse uisus fuerat decessor tuus sanctæ recordationis Gaudentiū episcopi, uestri nobis diaconi obtulerūt: & non solum, quæ liberauerat ibidem regimus, sed etiā, quæ proximis suis de familiaribus Ecclesiæ donauerat, in eadem Breui inuenimus annotata. Qua de re canonum instituta consulimus, si talis libertas aut transactio potuisset esse stabilis. Comperimus.

Sintitio

TOM. 2.

KKK 4 mug

*ecclesie
*inferre

mus autē in canone, vt episcopus qui res p-
brias, * excepto filijs & nepotibus, alteri, &
non ecclesie suae, dimiserit, quicquid de ec-
clesiae reb' aut donauit, aut vedit, aut quo-
modo ab ecclesia transtulit, irritum ha-
beretur. Et idē si res praecessoris tui Gaudē-
tij episcopi ecclesia vestra non possidet, libe-
ri, qui ab eo facti sunt, non sunt legitime ab-
soluti. Ceterum, si res illius in compensatio-
nem ecclesiae vestrae deseruiunt, illi prorsus
maneant liberi. Nam (vt dictum est) si praestitum
de rebus suis non fecit, * tale damnū
vtique * ferre non debuit. Propterea ergo de
vno consensu omnes significamus, magis hu-
manis, quam seuerius cogitantes, vt hi, quos
constat tali conditione fuisse liberatos, in iure
ecclesiae maneant, vt idonei: & peculium su-
um nō alijs personis, sed tantum filijs suis de-
relinquant. Ipsi quoque filijs & nepotibus,
cum peculij ipsorum quasi idoneis, in iure
ecclesiae permanentibus, in extraneā eis non
liceat personam quippiam transmittere. Si
qui eorum sine herede decesserint, peculium
eorum sanctae proficiat ecclesiae.

2. Ea verō mancipia, quae memoratus de
iure Ecclesie sublata, suis proximis contulit,
si similia de proprio suo Ecclesiae ipsi nō cō-
pensauit, Ecclesia vestra absq; aliqua oppo-
sitione recipiat. Hanc formam nō solum ve-
stra, hoc est, Astigitana seruabit Ecclesia, sed
& omnes, qui per omnem Baticam provin-
ciam tali conditione vel sorte de iure Eccle-
siae commearunt, pari sententiae subiacebūt.
Durum est enim atq; irreligiosum, vt episco-
pus, qui Ecclesiasticis stipendijs viuūt, & pro-
prietatem suā lucris ecclesie minimē cōfert,
aliorū oblationes à iure Ecclesiastico priuet.

Ca. 3. Conc.
2. Toletani

3. Inter cetera verō cognoscite, à nobis

hoc definitū, pro abolendis maculis clerico-
rum, quia quidam episcoporum, non obser-
uantes nuper editum concilij Toletani de-
cretum, minus solliciti in subiectis existunt,
placuit proinde, vt si presbyter, diaconi, vel
clerici consortia extranearum sceminarum,
vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis
sui admonitionē à se minus remouerint, se-
culi iudices eisdem mulieres cum voluntate
& permissu episcopi comprehensas, in suis lu-
cris vsurpēt, vt vitium hoc, dum sacerdos in-
hibere nō praeualer, potestas iudicialis coer-
ceat, dato tamen ab eisdem iudicibus sacra-
mento episcopo, vt eas clericis nulla arte re-
stituāt. Quōd si restituerint, ipsi iudices sen-
tentia excommunicationis feriuntur. Multi-
eribus verō illis, iuxta priores canones à sa-
cerdote distractis, precium earum indigen-
tibus dispensetur. Quae statuta manu nostra
subscripsimus. Data ad sanctitatem vestram
die secundo Nonas Nouembriis, anno quin-
to gloriosi domini nostri Reccaredi regis,
era 628. Leander ecclesiae sanctae Spalen-
episcopus, hanc constitutionem firmaui & sub-
scripsi. Ioannes episcopus * Agabrensis, hanc
constitutionē firmaui & subscripsi. Agapius
ecclesiae sanctae Cordubensis episcopus, hanc
cōstitutionem firmaui & subscripsi. Step-
hanus episcopus Eliberitanus, hanc constitui-
onem firmaui & subscripsi. Basilius episco-
pus Ilipensis, hanc cōstitutionem firmaui &
subscripsi. Velatus episcopus Tuccitanus, hanc cō-
stitutionem firmaui & subscripsi. Petrus epi-
scopus * Illiberitanus, hanc constitutionem
firmaui & subscripsi. * Sintio episcopus
Italicensis, hanc cōstitutionem firmaui & sub-
scripsi.

*Agrageti

*Abderita-
nus

*Fintido

¶ Concilij Spalensis primi finis.

TOLETANVM CON- CILIVM TERTIVM, SVB PELAGIO PAPA secundo. Est verō Prouinciale.

¶ CONCILIVM TOLETANVM
tertium, in quo Arrij haeresis in Hispania con-
demnatur, Mausona Emeritano episcopo.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi,
anno quarto regnate gloriosissimo at-
que pijsimo, & Deo fidelissimo domi-
no Reccaredo rege, die octauo Iduum
Maiarum, era 600. & 27. hęc sancta synodus
habita est in ciuitate regia Toletana ab epi-
scopis totius Hispanie vel Gallicie, numero 72.

1. Cū pro fidei suae sinceritate idē glo-
riosissimus princeps omnes regiminis sui pō-
tiffices in vnum conuenire mandasset, vt tam
de eius conuersione, quam de gentis Got-
thorum inuouatione in Domino exultaret,
& diuinā dignationi pro tanto munere gra-
tias agerent, sanctissimus idem princeps sic
venerandum concilium alloquitur, dicens:
Non incognitum reor esse vobis, reueren-

TOM. 2.

dissimi sacerdotes, quōd propter instauran-
dam disciplinā ecclesiasticā formam, ad no-
strā vos serenitatis praesentiam euocauerim,
& quia decursis retrō tēporibus haeresis im-
minens in tota Ecclesia catholica agere syn-
odica negocia denegabat: Deus cui placuit
per nos eiusdem haeresis obicem depellere,
admonuit instituta de more ecclesiastica re-
parare. Ergo sit vobis iocūdinitas, sit gaudij,
quōd mos canonicus prospectu Dei per no-
stram gloriam ad paternos reducitur termi-
nos. Prius tamē admonēo pariter & exhor-
tor, ieiunijs vos & vigilijs atq; orationibus
operam dare, vt ordo canonicus, quem à sa-
cerdotalibus sensibus detraherat lōga ac di-
uturna obliuio, quem aetas nostra se necire
fateē, diuino dono vobis rursus patefiat. Ad
hęc autē gratias Deo agētes, & religiosissimo
principi vniuerso concilio in laudibus accla-
mante,

ante, triduanum est exindē praedicatum ie-
iunium. Sed cū die octaua Iduum Maiarū
in vnum cōtium Dei sacerdotes adessent, &
oratione praemissa, vnusquisq; sacerdotum
competenti loco refedisset, ecce in medio eo-
rum adfuit serenissimus princeps, seque cum
DEI sacerdotibus orationi communicans,
diuino deinceps flamine plenus, sic ad loquē-
dum exorsus est, dicens: Nō credimus vestra
latere sanctitatem, quāto tempore in errore
Arrianorum laborasset Hispania, & nō mul-
tos post decessum genitoris nostri dies, qui-
bus nos vestra beatitudo fidei sanctae catho-
licae cognouit esse sociatos, credimus gene-
raliter magnum & aeternum gaudium habu-
isse: & idē, venerandi patres, ad hęc vos pe-
tendam congregandos decreuimus syno-
dum, vt de omnibus nuper aduenientibus ad
Christū, ipsi aeternas Domino gratias dese-
ratis. Quicquid verō verbis apud sacerdotiū
vestrum nobis agendum erat de fide atq; spe
nostra, quam gerimus, in hoc tomo conscri-
pta atq; allegata, nō tescimus. R. elegatur ergo
in medio vestri, & i iudicio synodali exami-
nata per omne succiduum tempus gloria no-
stra, eiusdem fidei testimonio decorata cla-
rescat. Susceptus est autem ab omnibus DEI
sacerdotibus, offerente rege, sacrosanctae fi-
dei tomus, & pronunciantē notario clara vō-
ce, recensitus est ita:

2. Quāuis Deus omnipotens, pro vtili-
tātibus populorum, regni nos cuius subire
tribuerit, & moderamen gentium non pau-
carum regiae nostrae curae commiserit, memi-
nimus tamen nos mortalium cōditione per-
stringi, nec posse felicitatem futurā beatitu-
dinis aliter promereri, nisi nos cultui verē fi-
dei deputemus, & conditori nostro saltē cō-
fessione, qua dignus est ipse, placeamus. Pro
qua re, quāto subditorum gloria regali ex-
tollimur, tantō prouidi esse debemus in his,
quae ad Deum sunt, vel nostram spem auge-
re, vel gentibus nobis à Deo creditis consu-
lere. Ceterum, quid pro tantis beneficiorū
collationibus omnipotentiae diuinā valem^{us}
tribuere, quādo omnia ipsius sint, & bono-
rum nostrorum nihil egeat, nisi vt in eum sic
tota deuotione credamus, quomāmodum
per scripturas sacras se ipse intelligi voluit, &
credi praecipit, id est, vt confiteamur esse pa-
trem, qui genuerit ex substantia sua filiū sibi
& coaequalem & coaeternum? Non tamen ve-
idem ipse sit natus & genitor, sed psona alius
sit pater, qui genuit, alius sit filius, qui fuerit
generatus, vnus tamen vterq; substantiae in
diuinitate subsistat: pater, ex quo sit filius,
ipse verō ex nullo sit alio: filius, q. habeat pa-
trem, sed sine initio, & sine diminutione, in
ea, qua patri coaequalis & coaeternus est, di-
uinitate subsistat. Spiritus sanctus confiten-
dus à nobis est & praedicandus, à patre & filio
procedere, & cū patre & filio vnus esse sub-
stantiae. Tertiā verō in Trinitate spiritus san-

Psal. 17.

TOM. 2.

cti esse personam, qui tamen communem ha-
beat cum patre & filio diuinitatis essentiam.
Hęc enim sancta Trinitas, vnus Deus est, pa-
ter & filius & spiritus sanctus, cuius bonitate,
omnis licet bona sit condita creatura, per as-
sumptam tamen à filio humani habitus for-
mam, à dānata progenie reformamur ad bea-
titudinē pristinam. Sed sicut verē salutis in-
dicium est, Trinitatem in vnitatem, & vnitatem
in Trinitate sentire: ita erit consummata iu-
stitia, si eandem fidem intra vniuersalem Ec-
clesiam tenemus & apostolicam vnitatem, * apostolica
in apostolico positi fundamento, seruemus. * monita
Tamen vos, Dei sacerdotes, meminisse oportet,
quantis hucusquē Ecclesia Dei catholica
per Hispanias aduersae partis molestijs labo-
rauerit, dum & catholici constanter fidei suae
tenerent ac defenderent veritatem, & hereti-
ci pertinaciori animo sitate propriae niteren-
tur perfidiae: me quoque, vt re ipsa cōspicitis,
calore fidei accensum in hoc Dominus exci-
tauit, vt depulsa obstinatione infidelitatis, &
discordiae submoto furore, populū, qui sub
nomine religionis famulabat errori, ad agni-
tionem fidei & Ecclesiae catholicae consorti-
um reuocarem. Adest enim omnis gens Got-
thorum in clyta, & ferē omnium gentium ge-
nuina virilitate opinata, quae licet furorū pra-
uitate doctorum à fide haerētus vel vnitatem
Ecclesiae catholicae fuerit segregata, tota nūc
tamen meo assensui concordans, eius Eccle-
siae communioni participatur, quae diuersa-
rum gentium multitudinem materno sinu
suscepit, & charitatis vberibus nutrit. De qua,
propheta canente, dicitur: Domus mea, do-
mus orationis vocabitur omnibus gētibus. Marc. 11. c.
Nec enim sola Gotthorum conuersio ad cu-
mulum nostrae mercedis accessit, quin immo
& Sueuorum gentis infinita multitudo, quae
praesidio caelesti nostro regno subiecimus, ali-
eno licet vitio in haerēsim deducam, nostro
tamen ad veritatis originem studio reuoca-
uimus. Proinde, sanctissimi patres, has nobis
lissimas gētes, quae Dominicis lucris per nos
applicatae sunt, quasi sanctum & placabile sa-
crificium, per vestras manus aeterno Deo of-
fero. Erit enim mihi immarcescibilis corona
vel gaudium in retributione iustorum, si hi
populi, qui nostra ad vnitatem ecclesiae soler-
tia transcurrerūt, fundati in eadem & stabi-
liti permanerent. Sicut enim diuino nutu no-
strae curae fuit, hos populos ad vnitatem Chri-
sti Ecclesiae pertrahere, ita sit vestrae docibili-
tatis, catholicis eos dogmatibus instituere,
quōd in toto cognitiōe veritatis instructi, no-
uerint ex solido errore haeresis perniciose
respuere, & verē fidei tramitē ex charitate re-
tinere, vel catholice ecclesie communionem
desiderio avidiori amplecti. Ceterum, sicut
facile ad veniam peruenisse cōfido, q. nescia
hucusquē tam clarissima errauerit gens, ita
gravius esse non dubito, si agnitam veritatem
dubio corde teneat, atque à patenti lumine
(quod

*apostolica
monita

Isaia 56. c.
Matt. 21. b.
Marci 11. c.
Luc. 19. g.

(quod absit) oculos suos auerat. Vnde valde per necessarium esse perpexi, vestram in vnum conuenire beatitudinem, habens sententia Dominica fidem, qua dicit: Vbi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Credo enim, beatam sanctae Trinitatis diuinitate huic sancto interesse concilio: & idem, tanquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem meam protuli, conscius admodum sententiae diuinae, dicentis: Non celauit misericordiam tuam, & veritatem tuam a congregatione multa. Vel apostolum Paulum, Timotheo discipulo praecipientem, audiui: Certa bonum certamen fidei, apprehendevit aeternam, in qua vocatus es, confessus bonam confessionem coram multis testibus. Vera est enim redemptoris nostri ex euangelio sententia, qua confidentem se coram hominibus, confiteri dicit coram patre, & negantem se esse negaturum. Expedit enim nobis, id ore profiteri, quod corde credimus, secundum caeleste mandatum, quod dicitur: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Proinde, sicut anathematizo Arrii cum omnibus dogmatibus & coplicibus suis, qui unigenitum Dei filium a paterna degenerem assererebat esse substantiam, nec a patre genitum, sed ex nihilo dicebat esse creatum, vel omnia concilia malignantium, quae aduersus sanctam synodum Nicenam extiterunt: ita in honorem & in laudem Dei, fidem sanctam Niceni obferuo concilij, & honoro ea, quae contra eundem, rectae fidei pestem, Arrium trecentorum decem & octo sancta episcopalis scripsit synodus. Amplector itaque & teneo fidem centum quinquaginta episcoporum Constanti-nopoli congregatorum, quae Macedonium spiritus sancti substantiam minorantem, & a patris & filij vnitate & essentia segregantem, iugulo veritatis interemit. Primum quoque Ephesinae synodi fidei, quae aduersus Nestorium, eiusque doctrinam lata est, credo pariter & honoro. Similiter & Chalcedonensis concilij fidem, quam plenam sanctitate & eruditione aduersus Eutychem & Dioscorum protulit, cum omni Ecclesia catholica reuenter suscipio. Omnium quoque orthodoxorum venerabilium sacerdotum concilia, quae ab ipsis supra scriptis quatuor synodis, fidei puritate non dissonant, pari veneratio obferuo. Properet ergo reuerentia vestra, fidem hanc nostram canonicis applicare monimentis, & ab episcopis vel religiosis, aut gentis nostrae primoribus solerter fidem, quam in Ecclesia catholica crediderunt, audire. Quam renouatam apicibus, vel eorum subscriptionibus roboratam, futuris olim temporibus in testimonium Dei, atque hominum referuate, ut haec gentes, quas in Dei nomine, regia potestate praecellimus, & quae deterfo antiquo errore per vnitionem sacrosancti christi-matis, vel manus impositionem paraclati

TOM. 2.

intra Dei ecclesiam ceperunt spiritum, quae vnum & aequalem cum patre & filio confidentes, eiusque dono in sinu Ecclesiae sanctae catholicae collatae sunt, si eorum aliqui hanc rectam & sanctam confessionem nostram minime credere voluerint, iram Dei cum anathemate eterno percipiant, & de interitu suo fidelibus gaudium, infidelibus sint in exemplum. Huic vero confessioni meae, sanctae supra scriptorum conciliorum constitutiones contexui, & testimonio diuino tota cordis simplicitate subscripsi.

FIDES NICENI CONCILII.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium &c. Habetur haec fides Niceni concilij superius in tomo I. sub numeris 337. 336. 509. 566. 604. Item supra in concilio Chalced. pagina 104. ut eo toties ante habito, hic repetito non fuerit opus.

Symbolum C. L. parum Constanti-nopolitani concilij.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem caeli &c. Hoc symbolum in eadem Synodo, itemque Chalcedonensi habetur.

Tractatus Chalcedonensis concilij.

Vffecerat quidem ad plenissimam pietatis agnitionem, &c. Tractatus iste concilij Chalcedonensi habetur supra sub quadruplici translatione, numero 152.

Ego Reccaredus rex, fidem hanc sanctam, & veram confessionem, quam vna per totum orbem catholica consistit Ecclesia, corde retinens, ore affirmans, mea dextera Deo protegente subscripsi. Ego Badda gloriosa regina, hanc fidem, quam credidi & suscepi, manu mea de toto corde subscripsi. Tunc acclamatum est in laudibus Dei, & in fauore principis ab vniuerso concilio: Gloria Deo patri, & filio, & spiritui sancto, cui cura est pacem & vnitatem Ecclesiae suae sanctae catholicae prouidere. Gloria Domino nostro IESV Christo, qui precio sanguinis sui Ecclesiam catholicam ex omnibus gentibus congregauit. Gloria Domino nostro IESV Christo, qui tam illustrem gentem vnitati fidei verae copulauit, & vnum gregem, & vnum pastorem instituit. Cui a Deo aeternum meritum, nisi vero catholico Reccaredo regi? Cui a Deo aeterna corona, nisi vero orthodoxo Reccaredo regi? Cui praesens gloria & aeterna, nisi vero amatori DEI Reccaredo regi? Ipse nouarum plebium in ecclesia conquistot. Ipse mereatur veraciter Apostolicum meritum, qui apostolicum impleuit officium. Ipse sit Deo & hominibus amabilis, qui tam mirabiliter Deum glorificauit in terris, praesente Domino nostro Iesu Christo, qui cum Deo patre viuunt & regnant in vnitate spiritus sancti, in secula seculorum.

Item

Item fidei confessio Episcoporum, presbyterorum, vel primorum Gothicae gentis, qui infra subscripserunt.

Psal. 146.

Praecipiente autem vniuerso venerabili concilio atque iubente, vnus episcoporum catholicorum, ad episcopos & religiosos clericos, vel maiores natu ab haeresi Arriana conuersos, eiusmodi allocutione exorsus est, dicens: Officij nostri cura, & fidelissimi ac gloriosissimi principis admonitione compellimur, diligenter a vestra charitate perquirere vel quid damnetis in haeresi, aut quid intra Dei sanctam catholicam credatis Ecclesiam. Nam sicut dicente Psalmista didicimus, incipite Domino in confessione: optimum est, & vestrae salutis conueniens, psalmi confiteri, quod creditis, & sub auditu vniuersorum anathematizare, quod respuitis. Tunc prorsus optime poteritis euangelicae atque apostolicae fidei participes fieri, si eadem fidem catholicam, ex confessione catholica incipitis, vel propria subscriptione firmetis: & sicut Deo iam de bona confessione cogniti estis conscientia, ita & proximis vos fidei sanctae ad stipulationem monstratis. Eo itaque fiet, ut & vos Christi esse corporis membra significetis, & nostra exiguitas nihil dubium, nihil infidum vnquam de vestra suspicetur fraternitate, dum patuerit vos pestem Arrianae perfidiae, cum omnibus dogmatibus, regulis, officijs, communione, codicibus condemnare, ut detestanda haereseos expoliati contagione, innouati quodammodo, intra Ecclesiam Dei splendido habitu verae fidei clareatis. Tunc episcopi omnes vnica cum clericis suis, primoresque gentis Gothicae, pari consensione dixerunt: Licet hoc, quod paternitas atque fraternitas vestra a nobis cupit audire vel fieri, iam olim conuersionis nostrae tempore egerimus, quoad secuti gloriosissimum Dominum nostrum Reccaredum regem, ad Ecclesiam transiimus, & perfidiam Arrianam cum omnibus superstitionibus suis anathematizauimus, pariterque abieciimus: nunc tamen propter charitatem & deuotionem, quam vel Deo, vel Ecclesiae sanctae catholicae meminimus nos debere, non tantum haec eadem quae petitis, promptissimè agere properamus, sed & si qua adhuc congrua fidei esse perspiciatis, nobis de charitate persuadete. Nos etiam semel rectae fidei amator in eam deuotionem euexit, ut omne, quod nobis verius fraternitas vestra patefecerit, teneamus, & libera fateamur confessione. Omnis ergo, qui fidem & communionem ab Arrio venientem, & hucusque a nobis retentam, adhuc tenere desiderat, & de tota cordis intentione non damnat, anathema sit. Quicumque filium Dei, Dominum Iesum Christum negauerit a paterna substantia sine initio genitum, & aequale patri esse vel co-substantialem, anathema sit. Quicumque spiritum sanctum non credit, aut

TOM. 2.

non crediderit, a patre & filio pcedere, eumque non dixerit coeternum esse patri & filio & co-essentialem, anathema sit. Quicumque in patre & filio & spiritui sancto, & personas non distinguit, & vnus diuinitatis substantiam non agnoscat, anathema sit. Quicumque filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, & spiritum sanctum, esse patre minorem asseruerit, & gradibus separauerit, creaturamque esse dixerit, anathema sit. Quicumque patrem, & filium, & spiritum sanctum vnus substantiae, omnipotentiae, & aeternitatis esse non crediderit, anathema sit. Quicumque nescire filium Dei, quod Deus pater sciat, dixerit, anathema sit. Quicumque initium filio Dei, & spiritui sancto deputauerit, anathema sit. Quicumque filium Dei, secundum diuinitatem suam, visibilem aut passibilem ausus fuerit proferre, anathema sit. Quicumque spiritum sanctum, sicut patrem & filium, verum Deum & omnipotentem esse non crediderit, anathema sit. Quicumque alibi fidem & communionem catholicam, praeterquam in Ecclesia vniuersali, quae Niceni & Constantiopolitani, & primi Ephesini & Chalcedonensis concilij decreta tenet, pariter & honoret, anathema sit. Quicumque patrem & filium & spiritum sanctum, honore & gloria & diuinitate separat & disungit, anathema sit. Quicumque filium Dei, & spiritum sanctum cum patre non crediderit esse glorificandum & honorandum, anathema sit. Quicumque non dixerit, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, anathema sit. Quicumque rebaptizandi sacrilegum opus, esse bonum credit, aut crediderit, agit, aut egerit, anathema sit. Quicumque libellum detestabilem, [duodecimo anno] Leobigildi regis, a nobis editum, in quo continetur Romanorum ad Arrianam haeresim traductio, & in Gloria patri per filium, in spiritui sancto, & male a nobis instituta continentur, hunc libellum si quis pro vero habuerit, anathema sit in aeternum. Quicumque Ariminea concilium ex toto corde non respuerit & damnauerit, anathema sit.

Confitemur enim, nos ex haeresi Arriana toto corde, tota anima, & tota mente nostra ad Ecclesiam catholicam fuisse conuersos. Nulli dubium sit, nos, nostrosque decessores errasse in haeresi Arriana, & fide euangelicam atque Apostolicam nunc intra Ecclesiam catholicam didicisse. Proinde fidem sanctam, quam religiosissimus Dominus noster patefecit in medio concilij, & manu sua subscripsit, hanc in populis predicare, atque docere promittimus. Haec est vera fides, quam omnis ecclesia, dum per totum mundum tenet, catholica esse creditur & probatur. Cui haec fides non placet, aut non placuerit, sit anathema maranatha in aduentu Domini nostri Iesu Christi. Qui fide spernit Niceni concilij, anathema sit. Qui fidem concilij Constantiopolitani centum quinquaginta episco-

*Leonigildi, vel, Leobigildi

1. Cor. 16.

episcoporum, veram esse nō dixerit, anathema sit. Qui fidem Ephesinæ synodi primæ, & Chalcedonenfis non tenet, & ea non deletatur, anathema sit. Qui concilia omnium orthodoxorum episcoporum consona concilij, Niceno, Constantinopolitano, primo Ephesino, & Chalcedonenf, non recipit, anathema sit. Proinde & damnationem hęc perfidie communionis Arrianæ, & omniū conciliorum hæresim Arrianam fouētium, cum anathemate eorum, manu propria subscripsimus. Constitutiones verō sanctorum conciliorum Niceni, Constantinopolitani, Ephesini vel Chalcedonenfis, quas gratissima aure audiuius, & cōfessione nostra veras esse probauim, de toto corde, & de tota anima, & de tota mente nostra subscripsimus, nihil ad cognitionem veritatis lucidius arbitran-tes, quàm quę supradictorum conciliorum cōtinent auctoritates. De Trinitate autem, & vnitate patris & filij & spiritus sancti, nihil his verius, nihil lucidius vnquam potest vel poterit demonstrari. De mysterio incarnationis vnigeniti filij Dei, pro salute humani generis, quo & vera probatur humanę naturę, sine peccati contagione susceptio, & permanentis incorrupte in eo diuinitatis plenitudo, dum & natura vtraque non deperit, & vna sit ex vtraq; Domini nostri Iesu Christi persona, satis plene in his concilij probatur patefieri veritate, & à nobis credit, omni remota dubitatione. Qui vnquam hanc fidem sanctam deprauare, corrumpere, mutare tentauerit, aut ab eadem fide, vel communione catholica (quam nup̄ sumus, Deo miserante, adepti) egredi, separari vel dissociari voluerit, sit Deo & vniuerso mundo, crimini infidelitatis in æternum obnoxius. Floreat autem Ecclesia sancta catholica per omnē mundum pacatissimē, & emineat doctrina, sanctitate, & potestate. Si qui intra eam fuerint, crediderint, communicauerint, hi audient, ad dexteram patris positi: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Si qui autem ab ea recesserint, eiusq; detraxerint fidei, & cōmunionem respuerint, hi audient ex ore diuino in die iudicij: Disceditate à me maledicti, nescio vos. Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sint ergo damnata in cælo & in terra, quęcunq; per hanc catholicam fidem damnantur & sint accepta in cælo & in terra, quęcunq; per hanc fidem accipiuntur, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui cū patre & spiritu sancto est gloria in secula seculorum.

Symbolum CCCXVIII. patrum Niceni concilij.

Habetur hæc fides sup̄a Tomo I. in diuersis locis.

Symbolum CL. patrum Constantinopolitani concilij.

Hoc symbolum in cōcilij memorati loco adnotatur.

TOM. 2.

Tractatus fidei Chalcedonenfis concilij.

Effecerat quidem ad plenissimam pietatis agnitionem & confirmationem, caustissimum hoc diuinę gratię symbolum &c. ut sup̄a numero seu pagina 152.

Anastasius in Christi nomine episcopus Barchinonenf, anathematizans hæresim Arriani dogmatis superiūs damnatam, fidē hęc sanctam catholicā, quam in Ecclesia catholica veniens credidi, manu mea de toto corde subscrip. Murila in Christi nomine Amalensis episcopus, anathematizans hæresim Arriani dogmatis, ut sup̄a. Vuiligifcus in Christi nomine episcopus, anathemat. &c. ut sup̄a. Sumila in Christi nomine ciuitatis Vesens episcopus, anathemat. &c. ut sup̄a. Cardingus in Christi nomine episcopus ciuitatis Tudertensis, anathemat. &c. ut sup̄a. Beccila in Christi nomine episcopus ciuitatis Lucensis, anathemat. &c. ut sup̄a. Arbitrus in Christi nomine episcopus ciuitatis Portugalenfis, anathemat. &c. ut sup̄a. Eruiuscus in Christi nomine ciuitatis Dertofanę episcopus, anathemat. &c. ut sup̄a. Similiter & reliq; presbyteri & diacones, ex hæresi Arriana cōuerfi, subscripserunt. Signum Guffini viri illustris proceris. Fonsa vir illustrissim, anathematizans, subscripsit. Afrila vir illustrissim, anathema. subscripsit. Achila vir illustris, anathe. subf. Flauis vir illust. subscripsit. Similiter & omnes seniores Gotthorum subscripserunt. (In quodā vetustissimo manuscripto exemplari presbyterorum & procerum ac virorum illustrium permultorum hęc nomina expressa habentur.)

Post confessionem ergo & subscriptio- nem omniū episcoporum, & totius gentis Gotthicę seniorum, gloriosissimus Dominus noster Reccaredus rex, pro reparandis simul & confirmandis disciplinæ ecclesiasticę moribus, Dei sacerdotes taliter affatus est, dicens: Regia cura vsque in eum modum protendi debet & dirigi, quem plenam confiterit ætatis & scientiæ capere rationē. Nam sicut in rebus humanis gloriosius eminet potestas regia, ita & prospiciendę commoditati comprouincialiū maior debet esse & prouidentia. At nunc, beatissimi sacerdotes, non in eis tantummodò rebus diffundimus solertiam nostram, quibus populi sub nostro regimine positi, pacatissimi gubernentur & viuunt, sed etiām in adiutorio Christi extendimus nos ad ea, quę sunt cęlestia, cogitare, & quę populos fideles efficiant, satagimus non nescire. Ceterum si totis nitendum est viribus, humanis moribus modum ponere, & insolentiū rabiem regia potestate refrenare, si quieti & paci propagandę, opem debemus impendere: multo magis est adhibenda sollicitudo, desiderare & cogitare diuina, inhiare ad sublimia, & ab errore retrahis populis, veritatem eis serenę lucis ostendere. Sic em̄ agit, q̄ multiplici bono se à Deo remu-

for. & signū

*Ella

Lucæ 10. f

remunerari confidit. Sic enim agit, qui super id, quod ei committitur, auget, dum illi dicitur: Quicquid supererogaueris, ego, cum reddero, reddam tibi. Ergo, quia iam fidei nostrę & cōfessionis formam plena serie vestra beatitudo recensuit, simulq; & sacerdotum, nostrorumq; procerum fides atq; confessio sanctitati vestrę perpatuit, hoc adhuc necessariō, p̄ firmitate catholicę fidei nostrę Deo supplex instituere decreuit auctoritas, ut p̄pter roborandam gentis nostrę nouellā conuersionem, omnes Hispaniarum & Gallicię ecclesię hanc regulam seruet, ut omni sacrificij tempore ante communicationem corporis Christi & sanguinis, iuxta Orietalium partium morē, vnanimiter clara voce sacratissimum fidei recenscant symbolum, ut primum populi, quam credulitatem teneat, fateantur, & sic corda fide purificata, ad Christi corpus & sanguinem percipiendum exhibeant. Dum enim hæc cōstitutio fuerit penitenter conseruata in Dei Ecclesia, & fidelitū ex solido corroboratur credulitas, & perfidia infidelium confutata, ad id, quod repetitum sæpius recognoscit, facilius inclinatur: nec se quisquam iam de ignorantia fidei excusabit à culpa, quando vniuersorum ore cognoscit, quid catholica teneat & credat Ecclesia. Omnibus ergo capitulis, quę adhuc per vestram sanctitatem regulis ecclesiasticis adijcienda sunt, hoc pro fidei sanctę reuerentię & firmitate præponite, quod de præferendo simbolo nostra, DEO docente, decreuit solentitas. Decetero autem prohibendis insolentium moribus, mea vobis consentiente clementia, sententijs terminate districtioribus: & firmiore disciplina, quę faciendā nō sunt, prohibete: & ea, quę fieri debēt, immobili constitutione firmate.

CAPITVLA EIVSDEM

Concilij.

- 1 Vt conciliorum statuta, & præfulum Romanorum decreta, custodiantur.
- 2 Vt in omnibus Ecclesijs die Dominica symbolum recitetur.
- 3 Vt nē quis extra necessitatem, rem Ecclesię alienet.
- 4 Vt liceat episcopo, vnam ex parochijs basilicam monasterium facere.
- 5 Vt sacerdotes & Leuitę, cum vxoribus suis non viuant.
- 6 Vt seruus Ecclesię, ab Episcopo manumissus, à patrimonio ecclesię nunquam recedat, & vt liberti aliorum ab Episcopo defendantur.
- 7 Vt ad mensam episcopi scripturę diuinę legantur.
- 8 Vt clerici de familia fisci à principe non donentur.
- 9 Vt ecclesię Arrianorum ad catholicum episcopum, in cuius diocesi sunt, pertineat.
- 10 Vt viduis, pro castitate violētiam nullus inferat, & vt mulier inuita virū nō ducat.

TOM. 2.

- 11 Vt penitens penitentiam agat.
- 12 De his, qui penitentiam poscunt, si vir est, prius tōdeatur: si fœmina, prius habitum mutet.
- 13 Vt clerici, qui seculares iudices appetunt, excommunicentur.
- 14 De Iudæis.
- 15 Vt serui fisci, qui Ecclesię construunt, eisdē dotem faciant.
- 16 Vt episcopi cum iudicibus, idola destruant, & domini, idololatram seruis prohibeant.
- 17 Vt episcopi cum iudicibus, necatores filiorū acriore disciplina corripiant.
- 18 Vt semel in anno synodus fiat, & iudices & actores fisci præsentis sint.
- 19 Vt Ecclesiā eum rebus eius, ad episcopi ordinationem pertineat.
- 20 Vt episcopus angarijs vel indictiōes, in dicecisi non imponat.
- 21 Vt non liceat iudicibus, clericos vel seruos ecclesię, in suis angarijs occupare.
- 22 Vt religiosorum corpora psallendo tantum deducantur.
- 23 Vt in sanctorum natalicij * ballimathie, prohibeantur.

DECRETA CONCILII.

Capitulum primum.

Post damnationem hæresis Arrianę, & fidei sanctę catholicę expositionem, hoc sanctum præcepit concilium, vt quia in nonnullis vel hæresis, vel gentilitatis necessitate per Hispaniarum ecclesię canonicis prætermisus est ordo, dum & licetia abundaret transgrediendi, & disciplinæ optio negaretur, dum omnis excessus hæresis foueret patrociniō, & abundantia mali temporis, procul esset districtio disciplinæ. At nunc pace ecclesię Christi misericordia reparata, omne, quod præcorum canonum auctoritas prohibet, sit resurgente disciplina inhibendum, & agatur omne, quod præcepit fieri. Permancant in suo vigore cōciliorum omniū constituta, simul & synodice sanctorum præfulum Romanorum epistolę. Nullus deinceps ad promerendos honores ecclesiasticos contra canonum statuta adspiret indignus. Nihil ex hoc fiat, quod sancti patres, spiritu Dei pleni, sanxerunt, debere non fieri. Et qui præsumperint, seueritate priorum canonum distringantur.

Pro reuerentiā sanctissimę fidei, & propter corroborandas hominū inualidas mentes, consultu pijsissimi & gloriosissimi Reccardi regis cōstituit synodus, vt per omnes ecclesię Hispanię & Gallicię secundum formam Orientaliū ecclesiarum, concilij Constantinopolitani, hoc est, centū quinquaginta episcoporum symbolum fieri recitetur: & priusquam Dominica dicat oratio, voce clara populo prædicetur, quod & fides vera manifestum testimonium habeat, & ad Christi corpus

L. L. L.

lias cedere, omnino prohibemus. Sufficiat autem, quod in spe resurrectionis, Christianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apostolus nostros lugere defunctos, dicens: De dormientibus autem nolo vos contristari, sicut & ceteri, qui spem non habent. Et Dominus non sicut Lazarum mortuum, sed ad vitam huius ploravit ærumnas resuscitandū. Si enim potest hoc episcopus omnes Christianos prohibere, agere non moretur: a religiosis tamē omnino aliter fieri non debere, censemus. Sic enim Christianorum per oem mundum humari oportet corpora defunctorum.

De cōf. dist. 23. Irreligiosa cōsuetudo, quam vulgus per sanctorum solennitates agere cōsuevit. Populi, qui debēt officia diuina attendere, saltationibus & turpibus inuigilant canticis, non solum sibi nocentes, sed & religiosorum officijs. Hoc etenim vt ab omni Hispania depellatur, sacerdotum & iudicum a cōcilio sancto curæ cōmittitur.

EDICTVM REGIS DE CONFIRMATIONE CONCILII.

Gloriosissim⁹ dominus Reccared⁹ rex, vniuersis sub regimine nostre potestatis consentibus. Amatores nos sui diuina faciens veritas, nostris principaliter sensibus inspirauit, vt causa instaurandæ fidei ac disciplinæ ecclesiasticæ, episcopos omnes Hispaniæ nostro præsentari culmini iuberemus. Præcedente autem diligenti & cauta deliberatione, siue quæ ad fidē cōueniunt, seu quæ ad morum correctionem respiciunt, sensus maturitate & intelligentiæ grauitate constat esse digesta. Nostra proinde autoritas id omnibus, ad regnum nostrum pertinētibus iubet, vt si qua definita sunt in hoc sancto cōcilio, habito in vrbe Toletana anno regni nostri feliciter quarto, nulli contemnere liceat, nullus prætere præsumat. Capitula enim, quæ nostris sensibus placita, & disciplinæ congrua, a præsentibus conscripta sunt synodo, in omni authoritate, siue clericorum, siue quorumcunque omnium, obseruentur & maneant: id est, De obseruatione priorum canonum: De symbolo proferendo a populis in ecclesia: De episcopis, vt eis non liceat rem alienare ecclesiæ: Vt episcopo liceat, vnam de parochianis ecclesijs monasteriū facere: Vt episcopis & presbyteris & diaconibus, ex hæresi conuersis, iam non liceat misceri vxoribus: vel quod hi, qui semper catholici fuerint, in cellulis suis cum mulieribus extraneis non morentur: Quod liberti ab episcopis vel ab alijs facti, & ecclesijs commēdati, permanere debeant liberi: Quod lectio in omnibus sacerdotibus mēsis legi debeat: Quod clericos ex familijs fisci nostri, null⁹ vnquam a rege postulet: & qui acceperit, irrita talis

TOM. 2.

donatio maneat: ne ecclesijs ab hæresi trāslatis, vt ad episcopos, in quorū sunt parochijs, pertineant: De viduis, quod, quæ voluerint, contineant tamen teneant: & quæ nubere elegerint, quibus voluerint, nubant: eque de virginibus: Quod pœnitentes, secundum modum canonum antiquorum, debeant agere pœnitentiam: Quod qui voluerint agere pœnitentiam, prius tondentur, aut habitum mutent: Quod nō liceat Iudæis, de Christianis ducere vxores vel concubinas, siue cōparare mancipia Christiana: & iudaizare non liceat, vel publica officia peragere: Quod manere debeat firmum, si serui fisci nostri ecclesias fecerint, easq; de peculio suo dotauerint: Quod idololatriæ cultura, a sacerdotibus vel iudicibus exquirēda sit atq; exterminanda. Quod qui filios suos necauerint, a sacerdotibus vel iudicibus distringantur: Quod semel in anno ad concilium sacerdotes, & iudices atque actores patrimonij nostri debeant conuenire: Quod ecclesiarum omnium causa, ad episcopi ordinationem pertinere debeat: Quod sacerdotes moderanter agere debeant per parochias: Quod serui ecclesiæ siue clericorum, nō debeant a nostris actoribus in angaria aliqua fatigari: Quod religiosorum corpora, cum hymnis & canticis tantum deferēda sint ad sepulcra: Quod ballimathix & turpia cātica prohibenda sunt a sanctorum solennijs. Has omnes cōstitutiones ecclesiasticas, quas summam breuiterque perstrinximus, sicut plenius in canone continentur, manere pœnitenti stabilitate sancimus. Si quis ergo clericus aut laicus, harum sanctionum obediens esse noluerit, si episcopus, presbyter, diacon⁹ aut clericus fuerit, ab omni concilio excommunicationi subiacet: si verò laicus fuerit, & honestioris loci persona est, mediocritatem facultatum suarum amittat, fisci iuribus profutur⁹: si verò minoris loci persona est, amissione rerum suarum multatus, in exiliū deputetur. Flauius Reccaredus rex hanc deliberationem, quā cum sancta definiuimus synodo, cōfirmans, subscripsit. Mausona in Christi nomine ecclesiæ catholice Emeritensis metropolitani episcopus, p̄uinciæ Lusitanix, his cōstitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, manu mea subscripsit. Euphemius in Christi nomine ecclesiæ catholice Toletanæ metropolitanus episcopus, p̄uinciæ capitanicis cōstitutionibus quibus in vrbe Toletana interfui, annuens subscripsit. Nigetius in Christi nomine Narbonen. metropolit. episcopus Gallie p̄uinciæ, his cōstitutionibus quibus in vrbe Toletana interfui, annuens subscripsit. Pantardus in Christi nomine ecclesiæ catholice Bracaren. metropolit. Gallicie p̄uinciæ episcopus, his cōstitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens, tam pro me, quā pro fratre meo Nitigisio episcopo ciuitatis Lucensis, subscripsit. Vngas in Christi nomine Barcinon. ecclesiæ

for. *capitulis

siæ episcopus, his cōstitutionibus quibus interfui, annuens subscripsit. *Andoni⁹ in Christi nomine ecclesiæ Oretanæ episcopus, his constit. quibus interfui, annuens subscripsit. Sedatus in Christi nomine Beterrensis ecclesiæ episcopus, subf. Palmatus in Christi nomine ecclesiæ Paceñ episcopus, subscripsit. *Mutose Tabetanæ ecclesiæ episcopus, subf. Stephanus Tarraconen. ecclesiæ episcopus, subf. Paulus Olyssiponen. ecclesiæ episcopus, subf. Ioannes *Agabren. ecclesiæ episcopus, subf. Polybius Ilerdensis ecclesiæ episcopus, subf. Proculus Segobrien. ecclesiæ episcopus, subf. Simplicius Casaraugustanæ ecclesiæ episcopus, subscripsit. Agapius Cordubensis ecclesiæ episcopus, subscripsit. Petrus Ergauicē Celtiberiæ ecclesiæ episcopus, subf. Vulligiscus ecclesiæ Valentiniæ episcopus, subf. Sinula Viseñ ecclesiæ episcopus, subscripsit. Aquilinus Aufonē ecclesiæ episcopus, subscripsit. Sergius Carcaffonen. ecclesiæ episcopus, subscripsit. Eleutherius Salamanticens. ecclesiæ episcopus, subscripsit. Iulianus Bracaren. ecclesiæ episcopus, subscripsit. Fruistus Dertusanæ ecclesiæ episcopus, subf. Theodorus Bastitanæ ecclesiæ episcopus, subscripsit. Beccila Lucensis ecclesiæ episcopus, subscripsit. Gardingus Tuden. ecclesiæ episcopus, subscripsit. *Argioitrus Portugalen. ecclesiæ episcopus, subscripsit. Tonantius Palentinensis ecclesiæ episcopus, subscripsit. Celsinus Valētinæ ecclesiæ episcopus, subscripsit. Protogenes Segontinæ ecclesiæ episcopus, subscripsit. Alitius Gerunden. ecclesiæ episcopus, subscripsit. Thalassius Arcobricensis ecclesiæ episcopus, subscripsit. Laqntus Caurien. ecclesiæ episcopus, subscripsit. Seruandus diaconus ecclesiæ Astigitanæ, agens vicem domini mei Pegasij episcopi, subscripsit.

for. *Mutose

*Agragen

*Arreuitus

Ioannes in Christi nomine ecclesiæ Mentisanæ episcopus, subf. Petrus Ossonobensis ecclesiæ episcopus, subf. Gabinius Oscensis ecclesiæ episcopus, subscripsit. Neufilata *Adeñ ecclesiæ episcopus, subscripsit. Sophronius Egarēsis ecclesiæ episcopus, subf. Benenatus Elnensis ecclesiæ episcopus, subf. Ioannes Dumien. *monasterij episcopus, subf. Ernaticus *Labrionensis eccl. episcopus, subf. *Arterius Anzensis eccl. episcopus, subf. Stephanus Eliberitanæ eccl. episcopus, subf. Simplicius Vrgellen. ecclesiæ episcopus, subf. Ioannes *Vellen. eccl. episcopus, subf. Philippus Lamecensis ecclesiæ episcopus, subf. Dominicus Irien. ecclesiæ episcopus, subf. Basilius Ilipensis ecclesiæ episcopus, subf. Eulalius Italicen. ecclesiæ episcopus, subf. Murila in Christi nomine Valentiniæ eccl. episcopus, his cōstitutionibus quibus interfui, annuens subf. Petrus *Illiberitanæ eccl. episcopus, subf. Petrus Segobien. eccl. episcopus, subf. *Nibradius Agathens. ecclesiæ episcopus, subf. Lilliolus Pampilonens. ecclesiæ episcopus, subf. Theodorus Castulonens. ecclesiæ episcopus, subf. Mummius Calaguritanæ ecclesiæ episcopus, subscripsit. Possidonius Eminens. ecclesiæ episcopus, subscripsit. Agrippinus Lotonen. ecclesiæ episcopus, subscripsit. Gananus archipresbyter Emeritanæ ecclesiæ, agens vicem domini mei Fructuosij episcopi, subscripsit. Ildimirus archipresbyter Auriens. ecclesiæ, agens vicem domini mei Pegasij episcopi, subscripsit. Genesius in Christi nomine archidiaconus ecclesiæ Magalonen. vicem agens domini mei Poeti episcopi, subscripsit. Valerianus archidiaconus ecclesiæ Memausen. agens vicem domini mei Pelagij episcopi, subf. *Velatus Tuccitanæ ecclesiæ episcopus, subscripsit.

for. *ecclesie

*Liboreñ

*Litorius

*Venneñ

*Abderitanæ

*Gidridius

*Celatus

CONCILIVM LVGDVN

NENSE PRIMVM. EST PROVINCIALE.

SYNODVS HABITA IN CIVITATE LVGDVNEN-

si, Anno 6. regni gloriosissimi Guntramni regis, Indictione tertia.



Vm in nomine Domini in Lugdunensi vrbe ad synodale Conciliū venissemus, tam pro renouandis sanctorum patrum institutis, quæ præsentis tēporis necessario fecit opportunitas iterari, quā his, quæ assurgentibus vnde quæ querelam materijs, recentis definitionis ordo poposcit institui: tractantes quid saluti populi vtilius competeret, vel quid ecclesiasticus ordo salubriter obseruaret.

TOM. 2.

I Primo in loco vnitatem sacerdotum, quā & Dominus diligit, & scriptura commendat, & cōcordia charitatis exposcit, cōuenit ab omnibus custodiri: ita vt in omni tractatu vel definitione, vno spiritu, vna sententia, sacerdotum constantia perseueret. Et si quid inter fratres, id est, cōepiscopos nostros, contentions ortum fuerit, si de vna p̄uincia sunt, metropolitani cum cōprouincialibus suis iudicio sint contenti. Si verò diuersæ p̄uinciæ duo fuerint sacerdotes, inter quos aliqua disceptatio oriatur, conuenientibus in vnum metropolitanis ipsorum, omnis eorum actio illorum iudicio terminetur: ita vt si vnus ex episcopis ab alio episcopo, aut à quacunque persona iniquè fuerit aggrauatus, communi fratrum studio cum Dei solatio defusetur. Quod si quis se ab hac conditione quacunq; calliditate sub-

LLL 3 tracte-

traxerit, tribus mensibus se à charitate fratrum nouerit esse sequestratum.

2 Secundo loco, quia multæ tergiuersationes infidelium, ecclesiam quærunt collatis priuare donarijs, id conuenit inuolabiliter obseruari, vt testaméta, quæ episcopi, presbyteri, seu inferioris ordinis clerici, vel donationes, aut quæcunque instrumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid ecclesiæ, aut quibuscunque conferre videantur, omni stabilitate subsistant: id specialiter statuentes, vt etiam si quorumcunque religiosorum voluntas aut necessitate aut simplicitate aliquid à legum secularium ordine visa fuerit discrepare, voluntas tamen defunctorum debeat incòcussa manere, & in omnibus, Deo propicio, custodiri. De quibus rebus si quis animæ suæ contemptor aliquid alienare præsumperit, vsque ad emendationis suæ, vel restitutionis rei ablatae tempus, à consortio ecclesiastico, vel omnium Christianorum conuiuio habeatur alienus.

3 Et quia peccatis facientibus, multi in penitentiam animæ suæ ita conati sunt, aut conantur assurgere, vt animas longa temporis quiete, sine vlla statûs sui competitione viuêtes, nunc improba prodicione atque traditione aut captiuauerint, aut captiuare conentur, si iuxta præceptum domini regis emédare distulerint, quousquè hos, quos abduxerunt, in loco, in quo longum tempus quietè vixerunt, restaurare debeant, Ecclesiæ communiōne priuentur.

11. q. 3. Si q̄s à proprio.

4 Illud etiã, quod sancti patres salubriter ordinârunt, placuit intrari, vt si quicumq; episcopus pro reatu aliquo quenquam à communiōne suspendit, apud omnes sacerdotes eatenus à communiōne habeatur alienus vsquequò eius iudicio debeat recipi, à quo meruerat pro reatu suo à charitate ecclesiastica sequestrari.

5 Et quia multa sunt Ecclesiæ membra, quæ diuerso genere pro vitæ suæ qualitate vel discretionē sacerdotali, aut oblectari cōuenit, aut distringi, illud censuimus statuen-

dum, vt quascunque munificentias clericis aut seruientibus, siue de rebus Ecclesiæ in vsum, aut de proprijs in proprietatem præcedentes dederint sacerdotes, subsequêtes pontifices nullatenus auferre præsumât: Si quid tamen culpæ extiterit, pro qualitate personarum, vel regula canonum præcedentium, in persona habeatur, nõ in facultate districtio.

6 Placuit etiã vniuersis fratribus, vt in prima hebdomada noni mensis, hoc est, ante diem Dominicam, quæ prima in ipso mense illuxerit, litanias, sicut ante ascensionem Domini sancti patres fieri decreuerunt, deinceps ab omnibus ecclesijs seu parochijs celebrentur.

SVBSCRIPTIOES EPISCOPORVM.

Philippus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Viennensis, constitutionibus nostris subscripsi. Nicetius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Lugdunens, constitutionibus nostris subscripsi. Agricola in Christi nomine episcopus ecclesiæ Cabilonens, constitutionibus nostris subscripsi. Vincentius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Belisensis, constitutionibus nostris subscripsi. Siagrius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Heduerum, constitutionibus nostris subscripsi. Aceldius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Niuernens, subscripsi. Salonius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Genauens, subscripsi. Celodionius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Matefens, subscripsi. Valefius presbyter, directus à domino meo Siagrio episcopo ecclesiæ Gratianopolitanæ, subscripsi. Vincentius presbyter, directus à domino meo Lucretio episcopo ecclesiæ Diensis, subscripsi. Eusebius presbyter, directus à domino meo Victore episcopo ecclesiæ Tricassinorũ, subscripsi. Piolus presbyter, directus à domino meo Tretico episcopo ecclesiæ Lingonice, subscripsi. Cæsarius presbyter directus à dño meo Tetradio episcopo ecclesiæ Visonens, subscripsi. Astemius diaconus, directus à domino meo Maximo episcopo ecclesiæ Valentianæ, subscripsi.

MATISCONENSE

CONCILIVM PRIMVM, CIRCA TEMPORA PELAGII SECUNDI PAPÆ. Est prouinciale.

*M*atisconensis vrbs nec Strabo, nec Plinius, nec Ptolemaeus, nec Melis expressè meminerunt. Antoninus tamen in suo Itinerario videtur Matisconam Gallie Cisalpina ciuitatem constituisse, non longe à Ticino distantem.

Capitulum primum.

CVM ex euocatione gloriosissimi domini Guntramni regis, tam p̄ causis publicis, quàm pro necessitatibus pauperum in vrbe Matiscenti, nostra mediocritas conuenisset, Pri-

TOM. 2.

mo in loco nobis visum est, vt in nomine Domini non tam noua, quàm prisca patrum instituta sancientes, id ipsum constituamus, quod titulus præsentibus in canonibus legitur insertum. Ideoque definitum est, vt episcopi, vel presbyteri atque diaconi, ita sanctæ cōscientiæ luce resplendeant, vt effugiam improbitatē actûũ, maledicorum obloquia, ac testimoniũ in se diuinum implere cōtendant, quod Dñs ait: Sic luceat lux vestra corã Math. 5. b hominib; vt videat vestra opera bona, & magnificet

gnificent patrem vestrum, qui est in celis. Igitur autoritate canonica, atque mansura in æuum cōstitutione sancimus, vt fugiatur ab his extraneorum mulierum culpanda libertas, & tantum cum auia, matre, forore, vel nepote, si necessitas fuerit, habitent.

2 Vt nullus episcopus, presbyter, diaconus, clericus, vel quicumque secularis, in monasterijs puellarum, nisi probata vitæ & gratias prouectæ, præter vtilitatem, aut pro quacunque reparatione monasterij, in quacunque earum necessitate, habitare aut secretas collocaiones habere præsumant: nõ intra saluatorum aut oratorũ ingredi permittantur: præcipuè Iudæi non pro quorumcunque negotiorũ occasione puellis intra monasterium deo dicatis aliquid secretius colloqui, aut familiaritatem vel moras ibidem habere præsumant.

3 Vt nulla mulier in cubiculo episcopi, absque duobus presbyteris, aut certè diaconis, ingredi permittatur.

4 Vt qui oblationes fidelium defunctorum, quæ ecclesijs conferuntur, retinent, veluti retentores ecclesiæ & necatores egentium, ab ecclesiæ liminibus arceantur.

5 Vt nullus clericus sagum, aut vestimenta, aut calceamenta secularia, nisi quod religionem deceat, induere præsumat. Quod si post hanc definitionem clericus aut cum indecenti veste, aut cum armis inuentus fuerit, à seniore ita cõrceatur, vt 30. dierum in claustris detentus, aqua tantum & modico pane diebus singulis sustentetur.

6 Vt archiepiscopus sine pallio Missas dicere non præsumat.

*pro

7 Vt nullus clericus de qualibet causâ, extra discussionem episcopi sui, à seculari iudice iniuriam patiat, aut custodiae deputetur. Quod si quicumque iudex cuiuscunque clericum absq; causâ criminali, id est, homicidio, furto, aut maleficio, hoc facere fortasse præsumperit: quàm diũ episcopo loci illius visum fuerit, ab ecclesiæ liminibus arceatur.

8 Vt nullus clericus ad iudicem secularè, quemcunque alium fratrem de clericis accusare, aut ad causam dicendam trahere, quocunque loco præsumat: sed omne negocium clericorum, aut in episcopi sui, aut in presbyteri, aut archidiaconi p̄sentia finiatur. Quod si quicumque clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit, vno minùs de quadraginta ieijs accipiat: si certè honoratior, 30. dierum inclusione mulctetur.

9 Vt à feria sancti Martini vsque ad natalem Domini, secunda, quarta, & sexta sabbati ieiunetur, & sacrificia quadragesimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus canones legendos esse speciali diffinitione sancimus, vt nullus se fateatur per ignorantiam deliquisse.

10 Vt presbyteri, diaconi, vel quolibet ordine clerici, ita episcopo suo obedientias

TOM. 2.

deuotione subiaceat, vt non alibi dies feriatos, nisi in obsequio illius, liceat tenere aut celebrare. Quod si quis per quacunque contumaciam, aut per cuiuscunque patrocinium, hoc facere distulerit, ab officio segregetur.

11 Episcopi, presbyteri, vel vniuersi honoratiores clerici, cū sublimi dignitatis apice sublimentur, actibus omninò renuncient seculi, & sacro electi ministerio, repudient carnale consortium, ac permixtionis pristinæ contubernium permittent germanitatis affectu: & quisquis ille est, diuino munere benedictione percepta, vxori prius suæ frater illic efficiatur ex cõiuge. Eos verò, quos reperiimus ardore libidinis inflammatos, abiecto religionis cingulo, ad vomitum pristinũ & inhibita rursus coniugia repetisse, atque incesti quodammodo crimine clarum decore sacerdotij violasse, quod nati etiã filij, perdidit, quod qui fecisse cognoscitur, omni in perpetuum, quam admisso iam crimine perdidit, dignitate priuabitur.

12 De puellis verò, quæ se Deo vouerint, & præclaræ decore ætatis ad terrenas nuptias transierint, id constitutum esse decreuimus, vt si qua puella voluntariè, aut parentibus suis rogantibus religionem professã, vel benedictionem fuerit cõsequuta, & postea ad cõiugium, aut illecebras seculi (quod potius stuprum est, quàm coniugium iudicandum) transgredi præsumperit, vsque ad exitum cum ipso, qui se huiusmodi consortio miscuerit, communionem priuetur. Quod si penitentia ducti, se sequestrauerint, quã diũ episcopo loci illius visum fuerit, à communionis gratia suspendantur: ita tamen, vt propter infirmitatem, aut subitanèum trãsitum vitæ, communiō illis (miserationis intuitu) nõ negetur.

13 Nec Iudæi Christianis populis iudices deputentur, aut telonarij esse permittantur, per quod illis (quod Deus auertat) Christiani videantur esse subiecti.

14 Vt Iudæis à cœna Domini vsque ad primam diem post paschã, secundum edictũ bonæ recordationis domini Childeberti regis, per plateas aut forum, quasi insultationis causã, deambulandi licentia denegetur: & vt reuerentiam cunctis sacerdotibus Domini vel clericis impendant, nec ante sacerdotes confessum, nisi ordinati, habere præsumant. Qui hoc facere fortasse præsumperit, à iudicibus locorum (pro ut persona fuerit) distringatur.

15 Vt nullus Christianus Iudeorum conuiujs participe præsumat. Quod si facere quicumque (quod nefas est dici) clericus aut secularis præsumperit, ab omnium Christianorum cõsortio se nouerit compescendũ, quisquis eorum impietatis fuerit inquisitus.

16 Et licet quod de Christianis, quæ aut captiuitatis incurfu, aut quibuscunque fraudibus Iudæis

LLL 4 da.

for. *cano-
nibus,

Vtinam sci-
retur soli-
dorum isto-
rum, quoru
duodecim
libertas ho-
minis aut
seruitus co-
stabat, va-
lor.

dæorum seruitio implicantur, debeat obseruari, non solum canonicis, sed & legum beneficio iam pridem fuerit constitutum: tamen quia nunc ita quorundam querela exorta est, quosdam Iudeos per ciuitates aut municipia consistentes, in tantam insolentiam & proteruiam prorupisse, vt nec reclamantibus Christianis liceat, vel precio de eorum posse seruitute absolui: idcirco presenti concilio, D E O authore, sancimus vt nullus Christianus Iudeo deinceps debeat deseruire, sed datis pro quolibet bono mancipio 12. solidis, ipsum mancipium quicumque Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitum licentiam habeat redimendi: quia nefas est, vt quos CHRISTVS dominus sanguinis sui effusione redemit, persecutorum vinculis permaneant irretiti. Quod si acquiescere his, quæ statuimus, quicumque Iudæus noluerit, quam diu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat, mancipium ipsum sum cum Christianis, vbi cūque voluerit, habitare.

17 Id etiã pari cõnientia placuit, (ga in vniuerso populo multi peccatis inuoluti esse dicunt, q ambitiois instinctu sunt piurijis irretiti) vt si quis conuictus fuerit alios ad falsum testimoniũ vel periurium attraxisse, aut quacunque corruptione sollicitasse, ipse quidem vsque ad exitum non communicet: hi verò, qui ei in periurio cõsensisse probantur, post ab omni sunt testimonio prohibendi, & secundum legem infamia notabuntur.

18 De his verò, qui innocentes aut coram principe, aut iudicibus accusare conuicti fuerint, si clericus honoratior fuerit, ab officij sui ordine regradetur: si verò secularis, communionem priuetur.

Huius syn-
odi cap. 12.

19 Et licet priori titulo legatur definitũ, quid de puellis, quæ se diuinis cultibus, aut parentum aut sua voluntate dicauerint, debeat obseruari: tamen quia monacha nomine Agnes, quæ de monasterij septis fuga ante aliquot annos discesserat, in eodem est monasterio reuocata, & dicitur (instigante diabolo) agellos vel quas cūq; res ad se pertinentes, aliquibus potentibus velle donare, dum-

CONCILIVM LVGDVNENSE SECVNDVM.

SYNODVS HABITA IN CIVITATE LVGDVNENSIS, MENSE MAIO, ANNO XXII. REGNI GLORIOSISSIMI DOMINI GUNTRAMNI REGIS.



Multa quidem anterioribus temporibus venerabilium patrum sanxit autoritas: nunc tamen, quia crescente Deo propitio, fide, oportet in clero vel populo catholico meliora salubri potestatem

TOM. 2.

modò per eorum patrocinium se possit de intra monasterij sui septa subtrahere, & voluptatibus seculi clãdestina vel singulari habitatione vacare: id eòd presenti constitutione sancimus, vt tam illa, quàm quæcunq; alia monacha, q sub hac argumetatione se de religionis habitu, ad illecebras seculi, aut res suas pro tam iniqua indè liberationis causa quibuscunq; dare cõsuerit, tam illa, quæ hoc dare voluerit, quàm illi quicumq; hoc acceperint, (nè, quod Deus auertat, ambitionis instinctu, religionis videatur regula vitari) tandiũ sint à communionis gratia sequestrati, quandiũ res ipsas eis à quibus has acceperat, digna poenitentiæ satisfactiõe restituant.

¶ NOMINA EPISCOPORVM, QUI IN HOC CONCILIO SUBSCRIPSERVNT.

Priscus in Dei nomine episcopus ecclesie Lugdunens, constitutus subscripsi. *Aunacharius in Christi nomine episcopus ecclesie Austricæ, constitutionibus nostris subscripsi. Arthemius episcopus ecclesie Senonice, constitutionibus nostris subscripsi. Agricola episcopus ec. Niuernens, subf. Arthemius eps eccle. Vascens, subf. *Eustius eps ec. Gratianopolitana, cõstitutionibus nostris subscripsi.

*Eraclius eps ecclesie *Diens, constitutus subf. Eusebius eps eccle. Matiscone, subf. Euantius peccator eps ec. Viennens, constit. subf. Flauius eps ec. Cabilonens, subf. Gallomagnus in Christi nomine eps eccle. Trece, cõst. subf. Iconius eps ec. Maurianens, subf. Martianus eps ec. Tarentasens, subf. Namantius eps ec. Aurelianens, subf. Pappus eps ec. Aptens, subf. Remigius in Chri nomine episcopus ec. Biturice, cõstit. nostris subf. Mumolus eps ec. Lingonica, subf. Ragnoldus eps ec. Valentina, subf. Siluester in Christi nomine eps ec. *Vifontinens, cõstitutionibus nostris subf. Siagrius in Christi nomine eps ec. Eduorum, constit. nostris subf. Victor eps ec. Tricassing, cõst. nostris subf.

Explicit Synodus Matiscensis, (aliàs, Matisconensis) que facta est anno 12. regni domini Guntramni regis, die calend. Nouembr. indictione 15.

consilio renouari: idcirco beatissimorum patrum statuta reminiscens, huius tituli definitione sancimus, vt nullum clericum, ab ordine sancto antistitis vsq; ad subdiaconi gradum, mulierẽ, pter matrẽ, amitã & fororem, in hospicio suo habere liceat. Placuit etiã, vt si quicumq; vxoribus iustis, ad diaconatus aut presbyteratus ordinẽ quoquo modo puenierint, nõ solum lecto, sed etiã frequentatiõe quotidiana debeat de vxoribus suis sequestrari. Quod si, quod Deus auertat, de eorum familia-

Locus mendosus.

*virilitate

miliari contubernio post acceptam benedictionem infans natus paruerit, ab officij gradu priuetur.

2 Id etiã de epistolis placuit capitulorum, vt ita sint sancti pontifices cauti, vt in seruitio pontificibus consistentibus, qui eorum manu vel subscriptione agnoscat epistolę aut quælibet insinuationem literarũ dari debeant, quatenus de subscriptionibus nulla ratione possit, DE O propitio, dubitari, & epistola commendationis pro necessitate cuiuspiam promulgata, dies datarum, & precia constituta, vel necessitates captiuorum, quos cum epistolis dirigunt, ibidẽm inserantur.

3 Puellæ verò, quæ conuiuentia parentum suorum se voluntariẽ dedicauerint, & intra monasterium puellarum conclusionem elegerint, & se de eodem monasterio quacunque animi leuitate, aut *virilitate corporis, extra captiuitatis incursum, voluntate sua subtraxerint, & de conuersatione religiosa cuiuscunque vocationis spiritu, seculi delectationes elegerint, quousque in monasterium, vnde egressæ sunt, reuertantur, à communionis gratia segregentur: viaticum tamen illis miseracionis intuitu præbeatur.

4 Deinceps verò cõiunctionibus hoc placuit custodiri, quod prisca canonum statuta sanxerunt.

CONCILIVM VALENTINVM GALLIAE II. EST PROVINCIALE.

SYNODVS HABITA IN VRBE VALENTINA X. CALEND. IULIJ, ANNO XXIIII. REGNI GLORIOSISSIMI DOMINI GUNTRAMNI REGIS, INDICIONE SECUNDA.



Vm in vrbe Valentina iuxta imperiũ gloriosissimi domini Guntramni regis nostra mediocritas pro diuersis pauperum querimonijs conuenisset, id primò, auctore Deo, decreuim⁹ faciendum, quod pro salute regis & animæ suę saluatiõẽ, vel religionis statu censuim⁹ oportunũ: Id est, vt quia prædictus rex p virũ illustre Asclipio dotũ *ref. datis ad sanctã Synodũ epistolis suis iniuxit, vt quodcũq; tã ipse, q̃ bonæ memoriæ iugalis sua Austrechildis regina, vel filia eorum, Deo sacratæ puellæ, id est, bonæ memoriæ Clodeberga vel Clodehildis locis sanctis contulissent, aut adhuc cõferre decreuerint, auctoritate apostolica, deberet sancta Synod⁹ p̃senti titulo manu suarũ subscriptione firmare. Et quia tam laudabili deuotioni non solum sacerdotales, sed etiã diuinam credimus posse conuiuentiam conspirare: idcirco presenti constitutione

*for. referendarium

TOM. 2.

5 Et vt nullus episcoporum natalem Domini aut Pascha alibi, nisi ad Ecclesiam suam, præter infirmitatis incursum aut ordinem regium, celebrare præsumat.

6 Placuit etiã vniuerso Concilio, vt vniuscuiusq; ciuitatis leprosi, qui intra territorium ciuitatis ipsius aut nascuntur, aut videntur consistere, ab episcopo ecclesie ipsius sufficientia alimenta & necessaria vestimenta accipiant, vt illis per alias ciuitates vagandi licentia denegetur.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Priscus in Christi nomine episcopus ecclesie Lugdunensis, constitutionibus nostris subscripsi. Euantius in Christi nomine episcopus ecclesie Viennens, constitutionibus nostris subscripsi. Siagrius in Christi nomine episcopus ecclesie Heduarum, constitutionibus nostris subscripsi. Istitius in Christi nomine episcopus ecclesie Gratianopolitana, constitutionibus nostris subscripsi. Ragnoldus in Christi nomine episcopus ecclesie Valentina, subscripsi. Eusebius in Christi nomine episcopus ecclesie Matiscens, subscripsi. Agricola in Christi nomine episcopus ecclesie Niuernens, subscripsi. Flauus in Christi nomine episcopus ecclesie Cabilonens, subscripsi. Et missi episcoporum, qui hos canones subscripserunt, duodecim.

ne vniuersi consensu, Deo medio, Synodus sancta decreuit, vt si quid basilicę sancti Marcelli, vel sancti Symphoriani, vel quibuscunque locis, vel seruientibus Deo per quascunq; auctoritates aut scripturarũ epistolas præfatus domin⁹ rex, vel supra nuncupata iugalis sua, filia que eorum siue in ministerio altariorum, siue in quibuscunque speciobus, quæ ad diuinum cultum pertinere noscuntur, contulisse vel adhuc cõferre voluerint, neq; ab episcopis locorum, neque potestas regia quocunque tempore successura, de eorum voluntate quicquam minorare aut auferre præsumat. Quod si quis hoc quocunque tempore temerare aut auferre præsumpserit, veluti necator pauperum anathemate perpetuo iudicij diuini plectatur, & veluti sacrilegij perpetrator, criminis sui reus, supplicij æterni teneatur obnoxius.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

*Sapandus in Christi nomine episcopus ecclesie Arelatensis, subscripsi. Priscus in Christi nomine episcopus ecclesie Lugdunens, subscripsi. Euantius in Christi nomine episcopus ecclesie Viennens, subscripsi.

Istitius

Istitius in Christi nomine episcopus ecclesie Gratiopolitanae, subscripsi.
 Ragnoldus in Christi nomine episcopus ecclesie Valentinae, subscripsi.
 Trapidus in Christi nomine episcopus ecclesie Avaricae, subscripsi.
 Eusebius in Christi nomine episcopus ecclesie Matafensis, subscripsi.
 Flavius in Christi nomine episcopus ecclesie Cabilonensis, subscripsi.
 Pappus in Christi nomine episcopus ecclesie Aptensis, subscripsi.
 Urbicus in Christi nomine episcopus ecclesie Rhegiensis, subscripsi.

Aridius in Christi nomine episcopus ecclesie Vapincensis, subscripsi.
 Arthemius in Christi nomine episcopus ecclesie Vafensis, subscripsi.
 Martianus in Christi nomine episcopus ecclesie Tarantasiensis, subscripsi.
 Pologronius in Christi nomine episcopus ecclesie Sigestericae, subscripsi.
 Eusebius in Christi nomine episcopus ecclesie Tricassinæ, subscripsi.
 Cariatto in Christi nomine episcopus ecclesie Genauensis, subscripsi.
 Boethius in Christi nomine episcopus ecclesie Carpentoraetæ, subscripsi.

MATISCONENSE
 CONCILIVM SECVNDVM. EST
 provinciale.



Synodus habita in ciuitate Matisconenſi, anno 24. regni glorioſiſſimi Guntrami regis, reſidētibus Priſco, Euanſio, Prætextato, Berthechranno, Arthemio, Sulpitio, metropolitanis episcopis, cum omnibus conſacerdotibus eorum, Priſcus episcopus patriarcha dixit: Gratias agimus domino Deo noſtro, fratres & cōſacerdotes mei, q̄ nos in hac die congregans, alterna nos fecit ſoſpitate gaudere. Cæteri epi metropolitani reſponderunt: Gaudemus, frater ſanctiſſime, quod omnes episcopi, qui in regno glorioſi domini Guntrami regis episcopali honore funguntur, in vno ſe conſpiciunt coadunati concilio. Propterea indefinenter oēs nos orare oportet, vt Dei omnipotentis maiestas, & regis noſtri incolumitatem ſolita pietate conſeruet, & nos omnes, qui mēbra ſumus vno ſub noſtro capite Chriſto coadunati, illa nos operari concedat, quæ ſerenitati ac maiestati eius ritè complacent. Vniuerſi episcopi dixerunt: Gratulamur & nos patres ſanctiſſimi, qui p̄ interualla temporum ſeparati, hodiè noſcimus, poſt tot temporum curricula fraterna dilectione corporaliter iungi: ideo quæ petimus, vt quæ tractanda ſunt, vobis præcipiētibus, celeriter pertractētur, nē nos ſcæuæ hœm̄is procelloſa tempeſtas à ſedib⁹ proprijs, quia longè ſunt, longitudine ſua arceat. Metropolitanī omnes dixerunt: Deo auxiliante, communi deliberatione ſingula, quæ neceſſaria ſunt, à nobis diſſiniētur. Hoc vniuerſe fraternitati veſtræ ſuademus, vt ea, quæ ſpiritu ſancto dictante per ora om̄ium noſtrorum terminata fuerint, per omnes eccleſias innoſcant, vt vnusquisque, quid obſeruare debeat, ſine aliqua excuſatione conſciat. Quoniam nos indiuidua Trinitas, quemadmodum ſpiritu, corpore quoquē in vno copulauit conuentu, debemus ſapienti cōſilio

omnibus ſubuenire, nē forte taciturnitas noſtra, & nobis præiudiciū diuinitatis afferat, & ſubiectos in tentationem inducat. **XXXX**
 Videmus enim populum Chriſtianum temerario more diem Dominicam contemptui tradere, & ſicut in priuatis diebus, operibus cōtinuis indulgere: propterea per hanc ſynodalem noſtram epistolam decernimus, vt vnusquisque noſtrum in ſacroſanctis eccleſijs admoneat ſibi ſubditā plebem, Et ſi quidem admonitioni conſenſum præbuerint, ſuis proderūt vtilitatib⁹: ſi autem, ſubiacebunt pœnis à nobis diuinitus definitis. Oēs itaque Chriſtiani, qui non incaſum hoc nomine fruimini, noſtræ admonitioni aurem accommodate, ſcientes quoniam noſtra eſt authoritatis, vtilitati veſtræ proſpicere, & à malis operibus coërcere. Custodite diē Dominicam, quæ nos denuo peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus veſtrum litium fomitibus vacet: nullus cauſarum actiōes exerceat: nemo ſibi talem neceſſitatē exhibeat, quæ iugum ceruicibus iumentorum imponere cogat. Eſtote omnes in hymnis & laudibus Dei animo corporeque intenti. Si quis veſtrum proximam habet eccleſiam, prope-ret ad eandem, & ibi Dominico die ſemetipſum precibus lacrymisque afficiat. Sint oculi manusque veſtræ toto illo die ad Deū expaſæ: ipſe enim dies requietionis perpetuus, ipſe nobis per ſeptimæ diei vmbra inſinuatus noſcitur in lege & prophetis. Iuſtum igitur eſt, vt hanc diem vnanimiter celebremus, per quam facti ſumus, quod non fuimus. Fuimus enim ante ſerui peccati, ſed per eam facti ſumus filij iuſtitie. Exhibeamus Dominō liberam ſeruitutem, cuius nos nouimus pietate de ergaſtulis liberatos erroris: non quia hoc Dominus noſter à nobis expetit, vt corporali abſtinentia diem Dominicam celebremus, ſed quærit obedientiam, per quam nos, calcatis terrenis actibus, ad cælum vſque miſericorditer pro-

Episcopo-
rum autho-
ritas.

Gene. 1.

prouehat. Si quis itaque veſtrum hanc ſalubrem exhortatiōem parui penderit, aut contemptui tradiderit, ſciat ſe, p̄ qualitatis merito principaliter à Deo puniri, & deinceps ſacerdotali quoquē iræ implacabiliter ſubiace-re. Si cauſidicus fuerit, irreparabiliter cauſam omittet: ſi ruſticus aut ſeruus, grauioribus ſuſtium ictibus verberabitur: ſi clericus aut monachus, mēſibus ſex à conſortio ſuſpendetur fratrum. Hæc nanq; om̄ia, & placabilem erga nos Dei animam reddunt, & plagas morborum vel ſterilitatum amouent atque repellunt. Noſtem quoque ipſam, quæ nos inſperatè luci inacceſſibili reddidit, ſpiritalibus exigam⁹ excubijs: nec dormiamus in ea, quæ ad modum dormitant, qui nominetenus Chriſtiani eſſe noſcuntur: ſed oremus & vigilemus opibus ſacris, vt digni habeamur in regno cohæredes fieri ſaluatoris.
 2. Paſcha itaque noſtrum, in quo ſummus ſacerdos & pontifex, pro noſtris delictis, nullam habens obnoxiationem peccati, immolatus eſt, debemus om̄es feſtiuiſſimè colere, & ſedulæ obſeruationis ſinceritate in om̄ibus venerari, vt illis ſanctiſſ. ſex diebus, nullus ſeruile opus audeat facere: ſed omnes ſimul coadunati, hymnis paſchallibus indulgentes, perſeuerationis noſtræ præſentiam quotidianis ſacrificijs oſtendamus, laudantes creatorem ac regeneratorem noſtrum veſpere & meridie.
 3. Relatione quorundā fratrum noſtrorum cōperimus, Chriſtianos non obſeruan-tes legitimum diem baptiſmi, penè per ſingulos dies ac natales martyrum, filios ſuos baptizare, ita vt vix duo vel tres reperiantur in ſancto paſcha, qui per aquam & ſpirituſanctum regenerentur: idcirco cœſemus, vt ex hoc tempore nullus eorū permittatur talia perpetrare, præter illos, quos infirmitas nimia, aut dies extremus cōpellit filios ſuos baptiſmum percipere. Ideo quæ præſentibus admonitionibus à ſuis erroribus vel ignorantia reuocati, omnes omnino à die quadageſima cum infantibus ſuis ad eccleſiam obſeruare præcipimus, vt impoſitionem manū certis diebus adepti, & ſacri olei liquore peruncti, legitimi diei feſtiuitate fruuntur, & ſacro baptiſmate regenerentur, quo poſſint & horrib⁹ (ſi vita comes fuerit) ſacerdotalibus ſun-
 4. Reſidentibus nobis in ſancto concilio, cognouimus quosdam Chriſtianos, relicto fratrum cœtu, à mandato Dei aliquibus locis deuiſſe, ita vt nullus eorum legitimo obſecundationis parère velit officio neitatis, dum ſacris altaribus illam admouēt hoſtiam: propterea decernimus, vt omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis quam vini, vt per has immolationes & peccatorū ſuorum ſacris careant. & cum Abel vel cæteris iuſte offerentibus, promereantur

eſſe confortes. Omnes autem qui definitiones noſtras per inobedientiam euacuare cōtendunt, anathemate percellantur.
 5. Omnes igitur reliquas fidei ſanctæ catholicæ cauſas, quas temporis longitudinè cognouimus deterioratas fuiſſe, oportet nos ad ſtatum priſtinum reuocare, nē nobis ſimus aduerſarij, dum ea, quæ cognoſcimus ad noſtri ordinis qualitatem pertinere, aut non cortigimus, aut (quod nefas eſt) ſilentio præterimus. Leges itaque diuinæ, conſulentes ſacerdotibus ac miſiſtris eccleſiarū pro hæreditaria portione, omni populo præceperunt, decimas fructuum ſuorum locis ſacris præſtare, vt nullo labore impeditiores, legitime ſpiritalibus poſſint vacare miniſterijs, quas leges Chriſtianorum congeries longis temporibus cuſtodiuit intemeratas. Nūc autem paulatim præuaricatores legum penè Chriſtiani omnes oſtenduntur, dum ea quæ diuinitus ſancita ſunt, adimplere negligunt. Vnde ſtatimus ac decernimus, vt mos antiquus à fidelibus reparetur, & decimas eccleſiaſticis famulantibus cæremonijs populis omnis inferat, quas ſacerdotes aut in pauperum uſum, aut captiuorum redemptionem prærogantes, ſuis orationibus pacem populo ac ſalutem impertent. Si quis autem contumax noſtris ſtatutis ſaluberrimis fuerit, à membris eccleſiæ omni tempore ſeparetur.
 6. Item decernimus, vt nullus preſbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, ſacrificia contrectare, aut Miſſas priuatis feſtiſque diebus concelebrare præſumat. Iniuſtum eſt enim, vt ſpiritali alimento corporale propoſatur: ſed ſi quis hoc attentare curauerit, dignitatem amittat honoris. Iam enim de tali cauſa & in concilio Aphricanis definitum eſt. Quam definitionem noſtro quoque dignam duximus ſociare decreto, & ad locum, Vt ſacramenta altaris non niſi à ieiunio hominibus celebrētur, excepto vno die anni uerſario, quo cœna Domini celebratur. Quæcunq; reliquæ ſacrificiorum poſt peractā Miſſam in ſacrario ſuperfederint, quarta vel ſexta feria innocentes ab illo, cuius intereſt, ad eccleſiam adducantur, & in dicto eis ieiunio, eaſdem reliquias conſperſas vino percipiant.
 7. Quæ dum poſteà vniuerſo cœtui ſecundum conſuetudinem recitata innoſcerent, Prætextatus & Pappulus viri beatiffimi dixerunt: Decernat itaque & de miſeris libertis veſtræ authoritatis vigor inſignis, qui ideo plus à iudicibus affiguntur, quia ſacris ſunt commendati eccleſijs, vt ſi quas quiſpiam dixerit contra eos actiones habere, non audeat eos magiſtratu contradere, ſed in episcopi tantum iudicio, in cuius præſentia litem conteſtans, quæ ſunt iuſtitie & veritatis audiat. Indignū eſt enim, vt hi, qui in ſacroſancta eccleſia iure noſcuntur legitimo manumiffi, aut per epistolā, aut per teſtamentum

Gene. 4. 4

Tempore be-
nificij papæ
ca. 8. Et in
Cartho. 3.
ca. 29.
for. ad loc.
care,

mentum, aut per longinquitatem temporis libertatis iure fruuntur, a quolibet iniustissime inquietentur. Vniuersa sacerdotalis congregatio dicitur: Iustum est, ut contra calumniatorum omnium versutias defendantur, qui patrocinium immortalis ecclesiae concupiscunt. Et quicunque a nobis de libertis latum decretum superbiae ausu praearicari tetuerit, irreparabili damnationis suae sententia feriatur. Sed si placuerit episcopo ordinarium iudicem, aut quemlibet alium secularem in audientiam eorum accersiri, cum liberit, fiat, & nullus alius audeat causas pertractare libertorum, nisi episcopus cuius interest, aut is, cui idem audiendum tradiderit.

8 Item Christianae religionis negocia pertractantes, comperimus quosdam pseudo-christianos, de sacrosanctis ecclesijs, suae religionis oblitos, fugitios subtrahere: ideoque vim illatam nequaquam inultam relinquentes, censemus pro Dei timore, ut quicumque culpa compellente, aut potentum importuna non sustinens, suae gremium matris ecclesiae petierit, usque in praesentiam sacerdotis in eodem loco inconcusse permaneat, nulli permittentes quolibet dignitatis gradu functo, fugitiuo etiam in locis sacris violentiam inferre. Sic enim mundani principes suis legibus censuerunt, ut quicumque ad eorum status fugerit, ille sus habeatur: quanto magis hi permanere debent indinati, qui patrocinia immortalis regni & caelestis adepti sunt? Si tamen aliquo facto tenentur obnoxij, qui ad ecclesiam sunt a fuga versi, coram sacerdote culpae eorum innotescant, & ipse consultum ferat, qualiter Dei habitaculum per subtractionem non violetur illorum.

9 Licet reuerendissimi canones atque sacratissimae leges, de episcopali audientia in ipso pendente Christianitatis principio sententiam protulerint, tamen quoniam eadem postposita, humana in sacerdotes Dei grassatur temeritas, ita ut de atrijs venerabilium ecclesiarum violenter abstractos, ergastulis publicis addicant: censemus, ut episcopum nullus secularium fascibus praeditus iure suo cõtumaciter ac perperam agens, de sancta ecclesia, cui praest, trahere audeat. Sed si aliquid contentionis aduersus episcopum potentior persona habuerit, pergat ad metropolitanum episcopum, & ei causas alleget, & ipse sit potestatis honorabiliter episcopum, de quo agitur, euocare, ut in eius praesentia accusatori respondeat, & oppositas sibi actiones extricet. Quod si talis fuerit immanitas causae, ut eam solus metropolitanus definire non valeat, aduocet secum vnum vel duos coepiscopos. Quod si & ipsis dubietas fuerit, conciliabulum definito die vel tempore instituant, in quo vniuersa rite collecta fraternitas coepiscopi sui causas discutiat, & pro merito aut iustificet, aut culpet. Nefas est enim, ut illius manibus episcopus aut iussione de

Conciliabulum hic instituant, in quo vniuersa rite collecta fraternitas coepiscopi sui causas discutiat, & pro merito aut iustificet, aut culpet. Nefas est enim, ut illius manibus episcopus aut iussione de

ecclesia trahatur, pro quo semper Deum exorat, & cui, inuocato nomine domini, ad saluationem corporis animaeque, eucharistiam saepe portexit. Hoc enim decretum a nobis praefixum, qui fuerit audacter transgressus, tam ipse, quam omnes qui ei consenserint, usque ad generale concilium anathemate de ecclesia separentur.

10 Quod de episcopis cõsumimus, obtineat & in clero, ut neque presbyter, neque diaconus, neque subdiaconus de ecclesijs trahant, aut iniuriam aliquam inscio episcopo eorum patiantur: sed quicquid quis aduersus eos habuerit, in notitiam episcopi propriij perducatur, & ipse causam (iustitia praegente) discutens, animo clericos accusantis satisfaciat.

11 Sectatores nos hospitalitatis esse non solum dominus Iesus admonet, cum se dicit in hospitem receptum fuisse, sed etiam eius Apostolus, omnibus penes suos praecipit. Propterea, beatissimi fratres, vnumquodque nostrum oportet, non solum semetipsum ad hoc opus hortari, sed etiam omnem fidelium merites, ut possint apud deum misericordiae operibus pro nostris peccatis intercedere, & nos ei puram hospitalitatem reconciliare. Si quis ergo nostrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis suae ipse prius non comprobauerit opere, indignationem proculdubio incurret Domini maiestatis. Praedicetur hoc nostrae mediocritatis statutum in auribus omnium Christianorum.

12 Quid autem scriptura diuina de viduis & pupillis praecipiat, nobis clam non est: ideoque quoniam prouisioni nostrae, Deo auctore, causae principaliter viduarum & pupillarum sunt commissa, peruénit ad nos, quod a iudicibus crudelius pro leuissimis causis, veluti defensori carentes, irremediabiliter affligantur. Ob quam causam decernimus, ut iudices non prius viduas & pupillos conueniant, nisi episcopo nunciarint, cuius sub velamine degunt: Quod si episcopus praesens non fuerit, archidiacono vel presbytero cuidam eius, ut pariter sedentes, communi deliberatione causas eorum terminos figant, ita iuste ac recte, ut deinceps de talibus antedictae personae non conualescantur: Quod si is, qui iudex est aut impetitor, eis aut iniuriam aliquam ingesserit, aut definitionem tanti concilij transgressus fuerit, a communione suspendatur. Quibus igitur magnarum rerum causae commissa sunt, nec minimarum dignum est causas parvipendere personarum. Solent enim & minima, paulatim despecta, in malum magnum trahere.

13 Propterea tractatis omnibus, quae diuini vel humani iuris fuerunt, & ad finem usque perductis, putauimus congruum esse, de canibus etiam vel accipitribus aliqua statuere. Volumus igitur, quod episcopalis domus, quae ad hoc (Deo fauente) instituta est,

Matth. 23 d Paulus in multis locis.

ut sine personarum acceptioe omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat: ne forte hi, qui in ea miseriarum suarum leuamen habere confidunt, dum infestorum canum moribus laniantur, detrimentum versa vice suorum sustineant corporum. Custodienda est igitur episcopalis habitatio hymnis, non latratibus: operibus bonis, non moribus venenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cantilinae, modestum est & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare.

14 Ex interpellatione quorundam cognouimus, quod calcatis canonibus & legibus, hi qui lateri regis adhaerent, vel aliqui, qui potentia seculari inflantur, res alienas competere, & nullis exertis actionibus, aut conuictionibus praerogatis miseros non solum de agris, sed etiam de domibus proprijs exulare. Idcirco in remedium consulentes, decernimus, ut deinceps huius mali licentiam quisquam non habeat, sed secundum canonum atque legum tenorem, causarum suarum actionem proponat, ut nullus miserorum rebus suis per vim aut assentationem quamlibet defraudetur. Illi autem, qui contra dispositum non solum nostrum, sed etiam antiquorum patrum & regum venire tetrauerint, procellosi anathematis ultione plectantur.

15 Et quia ordinatione sacerdotum (annuente deo) congruit de omnibus disponere, & causis singulis honestum terminum dare, ut per hos reuerendissimos canones, & praeritorum canonum viros, ac florida germina maturis fructibus enitescant: statuimus, ut si quis secularium, quempiam clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, usque ad inferiorem gradum honoris veneranter (sicut condecet Christianum) illi colla subdat, per cuius officia & obsequia fidelissima Christianitatis iura promeruit. Et si quidem ille secularis equo vehitur, clericusque similiter, secularis galero de capite auferat, & clerico syncere salutatiois munus adhibeat. Si vero clericus pedes graditur, & secularis vehitur equo sublimis, illic ad terram defluat, & debitum honorem praedicto clerico syncere charitatis exhibeat, ut Deus, qui vera charitas est, in vtrisque laetetur, & dilectione sua vtrunque adsciscat. Qui vero haec, quae spiritu sancto dictante sancita sunt, transgredi voluerit, ab ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quandiu episcopus illius ecclesiae voluerit, suspendatur.

16 Illud quoque rectum nobis visum est disponere, ut quae vxor subdiaconi, vel exorcista, vel acolythi fuerat, mortuo illo, secundo se non audeat sociare matrimonio. Quod si fecerit, separetur, & in cenobijs puellarum Dei tradatur, & ibidem usque ad exitum vitae suae permaneat.

17 Comperimus multos, necdum mercidatis mortuorum membris, sepulcra reserare,

& mortuos suos superimponere, vel aliorum (quod nefas est) mortuis suis religiosa loca usurpare sine voluntate scilicet domini sepulcrorum: ideoque statuimus, ut nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legum decreta, superimposita corpora de eisdem tumulis reiciantur.

18 Incestam copulationem, in qua nec coniunx, nec nuptiae recte appellari leges sanxerunt, catholica omnino detestatur atque abominatur Ecclesia, & grauioribus poenis eos afficere permittit, qui natiuitatis suae gradus libidinoso ardore contemnent, in merda (quod nefas est) ut fues teterrimi conuoluuntur.

19 Cognouimus etiam quosdam clericorum infruitos, ad forales reorum sententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorum accessus hunc canonem protulimus, deficientes, ut ad locum examinationis reorum nullus clericorum accedat: neque interit atrio fauciolo, ubi per reatus sui qualitate quisquam interficiendus est. Si tamen nunc aliquis eorum definita contemnent, illuc accesserit, aut interfuerit: defraudatus honesti honoris stola, illis gregibus examinatum societur, quos diuini pretulit mysterijs.

20 Vniuersae fraternitatis deliberatione ac definitione complacuit, ut antiquorum patrum iuribus in omnibus custoditis, ad synodum post triennij tempus omnes conueniant, ut de alterna principaliter sospitate exhilarati, & causarum exurgentium tam diuinae religionis, quam humanae necessitatis discutiant, & omnibus iustum aequumque finem imponant: & hoc adimplere, sollicitudinis sit metropolitani Lugdunensis episcopi, vna cum dispositione magnifici principis nostri, prius diffinitis locum mediterraneum, ad quem omnes episcopi sine labore alacres congregentur. Et si aliquis eorum contumax fuerit, aut excusationem false necessitatis, quare non interit, inuenierit, & postea publicatum fuerit, quod inepta erat eius excusatio, volumus, ut usque ad concilium vniuersale, a communione & charitate fraterna maneat alienus.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

- Priscus episcopus ecclesiae Lugdunensis, subscripsi.
- Agricola episcopus ecclesiae Niuernensis, subscripsi.
- Antidius episcopus ecclesiae Agennenensis, subscripsi.
- Amelius episcopus ecclesiae Bigorritanensis, subscripsi.
- Aridius episcopus ecclesiae Vapincensis, subscripsi.
- Aunacharius episcopus ecclesiae Antifiodorensis, subscripsi.

*Agretius episcopus ecclesiae Glandetenensis, *Agricius subscripsi.

MMM Berte-

1. Iohan. 4. *adstringat

*triticium for. *causas exurgentes

Bertechrannus episcopus ecclesie Burdegalen, subscripsi.
 Blandifigilus episcopus ecclesie Cenomane, subscripsi.
 Carterius episcopus ecclesie Petragorice, subscripsi.
 Cariatho episcopus ecclesie Gebenne, subscripsi.
 * Elitius episcopus ecclesie Gratianopolis, subscripsi.
 Eusebius episcopus ecclesie Matisconen, subscripsi.
 Emeritus episcopus ecclesie Ebredunen, subscripsi.
 Faustus episcopus ecclesie Aufciorum, subscripsi.
 Flavius episcopus ecclesie Cabilonen, subscripsi.
 Ferreolus episcopus ecclesie Lemouice, subscripsi.
 Lucerius episcopus ecclesie Olorensum, subscripsi.
 Mumulus episcopus ecclesie Lingonica, subscripsi.
 Marius episcopus ecclesie Auentic, subscripsi.
 Namantius episcopus ecclesie Aurelianen, subscripsi.
 Nicaeus episcopus ecclesie Auxitan, subscripsi.
 * Orelis episcopus ecclesie Vafate, subscripsi.
 Pratextus episcopus ecclesie Rothomagen, subscripsi.
 Palladius episcopus ecclesie *Xanctonen, subscripsi.
 Pappulus episcopus ecclesie Carnote, subscripsi.
 Ragnebodus episcopus ecclesie Parisen, subscripsi.
 Ragnoldus episcopus ecclesie Valentina, subscripsi.
 Rusticus episcopus ecclesie VicoJulien, subscripsi.
 Rufinus episcopus ecclesie Conuenarum, subscripsi.
 Theodorus episcopus ecclesie Massilien, subscripsi.
 Trapetius episcopus ecclesie Aurafic, subscripsi.
 Siluester episcopus ecclesie Vifontinen, subscripsi.
 Sauinus episcopus ecclesie Viuarie, subscripsi.
 Sulpitius episcopus ecclesie Biturice, subscripsi.
 Veranus episcopus ecclesie Cauellicen, subscripsi.
 Vrsinus episcopus ecclesie *Caturcen, subscripsi.
 Vrbicus episcopus ecclesie Rhegie, subscripsi.
 Item missi episcoporum, qui in ea synodo

subscriperunt. Arthemius episcopus ecclesie Vafen, subscripsi.
 * Agretius episcopus ecclesie Trece, subscripsi.
 Boerthius episcopus ecclesie Carpentora, subscripsi.
 Catholinus episcopus ecclesie Nicie, subscripsi.
 Deutherius episcopus ecclesie Ventien, subscripsi.
 Desiderius episcopus ecclesie Tolonen, subscripsi.
 Eusebius episcopus ecclesie Tricassin, subscripsi.
 Eliodorus episcopus ecclesie Sedunen, subscripsi.
 Felix episcopus ecclesie Belicenis, subscripsi.
 Iohannes episcopus ecclesie Aninione, subscripsi.
 Laban episcopus ecclesie *Elusenis, subscripsi.
 Martianus episcopus ecclesie Tarentasien, subscripsi.
 Magnulphus episcopus ecclesie Tolosana, subscripsi.
 Opratus episcopus ecclesie Antipole, subscripsi.
 Pappus episcopus ecclesie Apten, subscripsi.
 Pientius episcopus ecclesie Aque, subscripsi.
 Paulus episcopus ecclesie Die, subscripsi.
 Pologronius episcopus ecclesie Siltracen, subscripsi.
 Sabaudius episcopus ecclesie Arelate, subscripsi.
 Vigilius episcopus ecclesie *Sence, subscripsi.
 Episcopi, qui in ea synodo fuerunt, non habentes sedes: Fronimius episcopus, Promotus episcopus, Faucianus episcopus.
PRÆCEPTIO GLORIOSISSIMÆ REGIS GUNTRAMMI AD EPISCOPOS DATA, QUI IN SYNODO SUPRASCRIPTÆ FUERUNT, DE OBSERVANDO DIE DOMINICO.
G Vntramnus rex Francorum, omnibus pontificibus ac vniuersis sacerdotibus, & cunctis iudicibus in regione nostra constitutis.
 Per hoc supernæ maiestatis authorem (cuius vniuersa reguntur imperio) placari credimus, si in populo nostro iustitiæ iura seruamus, & ille pius pater & nomen, qui humanæ fragilitatis substantiam suo semper adiuuare consuevit auxilio, melius dignabitur cunctorum necessitatibus, quæ sunt oportuna, concedere, quos cognoscit præceptorum suorum monita custodire. Dum ergo pro regni nostri stabilitate, & saluati-

TOM 2.

ne

ne regionis vel populi, sollicitudine peruigili attentius pertractauimus: agnouimus infra regni nostri spatia vniuersa scelera, quæ canonibus & legibus pro diuino timore puniri consueuerunt, suadente aduersario boni operis, perpetrari, & ex hoc proculdubio indignatione cælesti, per diuersas seculi tempestates, homines ac pecora, aut morbo cõsumi censentur, aut gladio, dum diuina iudicia non timentur: atque ita fit, vt admitendo illicita per ignorantiam, multi deperant, & non solum præsentem vitam celerius cogantur amittere, sed & inferni supplicia sustinere. Ad vos ergo, sacrosancti pontifices, quibus diuina clementia potestatis paternæ concessit officium, in primis nostræ serenitatis sermo dirigitur, sperantis, quod ita populum vobis prouidètia diuina commissum frequenti prædicatione studeatis corrigere, & pastoralis studio gubernare, quatenus dum vniuersi diligendo iustitiam conuersatione præcipua cum omni honestate studuerint viuere melius, cuncta rerum aduersitate remota, cælesti beneficio concedatur tranquillitas temporum, & congrua saluatio populorum. Et licet absque nostra admonitione ad vos specialiter prædicandi causa pertineat, attamen reliquorum peccatis vos omnino credimus esse participes, si filiorum vestrorum culpas non assidua obiurgatione corrigitis, sed silentio præteritis. Nam nec nos, quibus facultatem regnandi superni regis commisit authoritas, iram eius euadere possumus, si de subiecto populo sollicitudinem non habemus. Idcirco huius decreti ac definitionis generalis vigore decernimus, vt in omnibus diebus Dominicis, in quibus sanctæ resurrectionis mysterium veneramur, vel in quibuscunque reliquis solennitatibus, quando ex more ad veneranda templorum oracula vniuersæ plebis coniunctio deuotionis congregatur studio, præter quod victu præparari conuenit, ab omni corporali opere suspendantur, nec vlla causarum præcipue iurgia moueantur: sed vos apostolici pontifices, iungentes vobiscum confacerdotes vestros, & filios seniores ecclesie, ac iudices locorum, quoscunque agnoscitis quod vitæ qualitas honesta commendat, ita vniuersam populi multitudinem cõstiti vel Deo placita iugiter prædicatione corrigite, vt & benè viuètes mysticus adhortationis sermo mulceat, & excedètes, ad viam recti itineris correctio pastoralis adducat: quatenus oēs vnanimi deliberatione laudabiliter studeant viuere, vel æquitatem & iustitiã conseruare, qualiter ab omni peccatorum face liberos suos sancta suscipiat Ecclesia Christianos. Enimvero quicumque, sacerdotum aut secularium, in intentione mortifera perdurantes, crebrius admoniti, emèdare neglexerint, iuxta quod conditiones causarum, aut excessus personarum exegerint, alios canonica seueritate

*probata

for. *Senonei

tas corrigat, alios legalis pœna percellat: quæ nec innocètes potest reddere collata securitas liberos, nisi culpam pœnatio punierit criminofos: nec minor est pietas, pœnatos conteri, quàm releuare compressos. Cõuenit ergo, vt iustitiæ & æquitatis in omnibus vigore seruato, distingat legalis vltio iudicium, quos non corrigit canonica prædicatione sacerdotum: quod fiat, vt dum præterita refectur scelera, nullus audeat perpetrare futura, & ita vniuersos excedètes pro disciplina tenore seruando correctionis frena constringant, vt in vniuersa regione nostra pacis & concordie iura proficiant. Cuncti itaque iudices iusta (sicut Deo placet) studeant dare iudicia. Nam non dubium est, quod acrius illos condemnabit sententiã nostræ iudicij, à quibus non tenetur æquitas iudicandi. Nõ vicarios, aut quoscunque de latere suo, per regionem sibi commissam instituere vel destinare præsumant, qui (quod absit) malis operibus cõsentiendo, venalitatem exerceant, aut iniqua quibuscunque spolia inferre præsumant. Clericorum transgressiones, cum aduersario infligante contigerint, quantum illis pro diuino amore reuerentiã maior impenditur, tantum conuenit, vt acrius refecerentur: quoniam si sancti pastores aut instituti iudices (quod nefas est) subiectorum suorum scelera potius occultare, quàm refecare tentauerint, se ex hoc amplius reos esse vel noxios nõ ignorent. Cuncta ergo, quæ huius edicti tenore decreuimus, perpetualiter volumus custodiri: quia in sancta synodo Matisconensi hæc omnia (sicut nōstis) studuimus diffinire, quæ præsentis autoritate vulgamus. Subscriptio domini Guntrami regis, data sub die 4. Idus Nouembr. 24. regni supra scripti regis.

DECRETA
 GREGORII PAPAE I.

Ex libro pontificali.
G Regori natione Romanus, de patre Anno Do. tre Gordiano, sedit annos 13. mē. mini 590.
 ses sex, dies decē. Hic exposuit homilias euāgeliorum numero 40. in Iob 35. in Ezechielem 22. Pastoralē quoque, & dialogorū libros quatuor edidit, & multa alia, quæ enumerare non possumus. Eodē tempore venit Romanus Patricius & exarchus Romæ. & dū reuerteretur Rauennā, retinuit ciuitates quæ à Longobardis tenebantur, id est, Sutrium, Polimartiū, *Ortas, Tuder, Ameriā, Perusiā, *Luciolis, & alias multas. Eodē tempore beatissimus Gregorius misit seruos Dei, Mellitū, Augustinū & Iohannem, & alios plures cū eis monachos timētes Deū, in prædicationē ad gentē Anglorū, vt eos conuerterēt ad Dñm Iesum Christū. Hic augmentauit precatationem canonis, Dicesque nostros in tua pace disponas &c. Hic
 MMM 2 fecit

*Hortas

fecit ad beatum Petru[m] apostolu[m], super altare ciboru[m] cu[m] colu[m]nis quatuor ex argento puro. Hic precepit, ut supra beati Petri & Pauli corpora, Missa celebraretur. Eodem tempore dedicavit ecclesiam Gotthorum, q[ue] fuit in Suburra, in nomine sancte Agathe[m] martyris. Hic domum suam constituit monasterium,

qui mortuus, sepult[us] est in basilica beati Petri apostoli ante secretarium, 12. mensis Martij. Hic fecit ordinationes duas, vnam in quadagesima, & alia[m] in mense septimo, presbyteros 38, diacones 5, episcopos per diversa loca numero 42. Et cessavit episcopatu[m] menses quinque, dies 16.

CONCILIVM ROMANVM

SVB GREGORIO I. TEMPORE MAVRITII, Tiberij & Theodosij Imperatorum, Indictione xij. anno quinto Pontificatus eiusdem Gregorij.

TITVLI CANONVM.

- De officio diaconoru[m] Apostolicę sedis.
- Qui vel quales ad cubile Pontificis deferantur.
- Si quis ecclesiasticorum titulos ponere siue in rustico, siue in vrbano p[re]dio p[re]sumpserit.
- De no[n] velado feretro Romani p[re]sidentis.
- Vt nihil pro ordinatione, vel pallio, vel chartis, vel pastello detur aut accipiatur.
- Si quis de seruis ecclesie vel militib[us] ad Dei seruitium conuertere desiderat.



Egnante in perpetu[u]m Domino nostro IESV Christo, temporib[us] pijsissimi ac serenissimi domini Mauritiij, Tiberij & Theodosij Augustoru[m], eiusdem domini Mauritiij imperij anno 13, indictione 13, 5 die mensis Iulij, Gregorius Papa coram sacratissimo beati Petri apostoli corpore cu[m] episcopis omnibus Romanę Ecclesie & presbyteris residens, assistentibus diaconibus & cuncto clero, dixit:

In sancta hac Romana Ecclesia, cui diuina dispensatio p[re]se me voluit, dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi vocis inseruiant, quos ad p[re]dicandi officium & elemosynarum studium vacare congruebat. Vnde sit plerunq[ue], vt ad sacrum ministerium dum blanda vox queritur, quari congrua vita negligatur: & cantor minister Deu[m] moribus stimulet, cu[m] popul[u]m vocibus delectat. Qua de re p[re]senti decreto constituo, vt in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solumq[ue] euangelicę lectionis officium inter Missarum solennia exoluant. Psalmos vero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel, si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tetauerit, anathema sit. Et responderunt omnes. Anathema sit.

2 Verecundus mos torpore indiscretionis inoleuit, vt huius sedis p[re]sidentibus ad secreta cubiculi seruitia, laici pueri ac seculares obsequantur, & cu[m] pastoris vita esse disci-

pulis semper debeat in exemplum, plerunq[ue] clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt, quam tamen, vt dictum est, seculares pueri sciunt. De qua re p[re]senti decreto constituo, vt quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, ministerio cubiculi p[re]sidentis obsequantur: vt is, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui vitę eius in secreto conuersationem videant, quique ex visione sedula exemplum p[er]fectu[m] sumant.

3 Consuetudo noua in hac Ecclesia & valde reprehensibilis erupit, vt cu[m] rectores eius patrimonij vrbana vel rustica p[re]dia iuri illi competere posse suspicant, fiscali more titulos imprimant, atq[ue] hoc quod competere pauperibus existimat, no[n] iudicio, sed manib[us] defendant. Et cu[m] p[er] p[re]dicatores suos veritas nihil p[er] contentione[m] agi p[re]cipiat, etiam ipsu[m] litigiosę contentio[n]is malu[m] transcendit: & res quilibet, cu[m] estimat Ecclesie posse competere, per vim tenet. Proinde p[re]senti decreto constituo, vt si quis ecclesiasticoru[m] v[er]u[m] titulos ponere siue in rustico, siue in vrbano p[re]dio sua sp[er]te p[re]sumpserit, anathema sit. Et responderunt o[mn]es, Anathema sit. Is aut[em], q[ui] post ecclesie, si hoc vel ipse fieri p[re]cipit, vel sine sua p[re]ceptione factu[m], digna punire aduersione neglexerit, anathema sit. Et responderunt o[mn]es, anathema sit.

4 Sicut indignos nos, p[er] beati apostoli Petri reuerentia[m] m[en]s fideliu[m] venerat, ita nostram infirmitate[m] decet semetipsam semp[er] agnoscere, & impense sibi veneratio[n]is honore[m] declinare. Ex amore q[ui] p[er] fideliu[m] huius sedis rectoribus mos vltra meritum erupit, vt cu[m] eoru[m] corpora humada deferuntur, hac dalmaticis contegat, easdemq[ue] dalmaticas p[ro] sanctitatis reuerentia sibi met partitidas populus sciadat: & cu[m] ad sint multa a sacris corporib[us] apostoloru[m] martyrumq[ue] velamina, a peccatoru[m] corpore sumit, quod p[er] magna reuerentia reseruet. De qua re p[re]senti decreto constituo, vt feretru[m], quo romani p[re]sidentis corpus ad sepeliendu[m] ducitur, nullo tegmine velet. Quę decreti mei cura gerere sedis huius presbyteros ac diaconos censeo. Si quis vero ex eoru[m] ordine hoc curare neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes, anathema sit.

5 Antiquam Patrum regulam sequens, nihil

hil vna[m] de ordinationibus accipiendu[m] esse constituo, neq[ue] ex datio[n]e pallij, neq[ue] ex traditione chartaru[m], neq[ue] ex ea, qua noua per ambitione[m] simulatio inuenit, appellatione pastelli. Quia eni[m] ordinado episcopo pontifex manum imponit, euangelicam vero lectionem minister legit, confirmationis vero huius epistolam notarius scribit: sicut pontificem manum no[n] decet, quam imponit, vendere: ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam vel calamum venundare. Pro ordinatione ergo vel pallio, seu chartis atque pastello eidem qui ordinandus est vel ordinatus, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus p[re]dictis rebus si quis aliquid commodi appellatio[n]e exigere vel petere forte p[re]sumpserit, in districto omnipotentis DEI examine reatu[m] subiacet. Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus aut petus, post acceptas chartas & pallium, offerre aliquid cuiuslibet ex clero gratia tantummodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpę maculam ingerit, quę ex accipientis ambitu non processit.

6 Multos ex ecclesiastica familia nouimus ad omnipotentis Dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi, in diuino seruitio valeant in monasterijs couersari. Quos si passim dimittimus, omnibus fugiedi ecclesiastici iuris dominium occasio[n]em p[re]bemus. Si vero festinatę ad omnipotentis Dei seruitium incaute retinemus, illi inuenimur negare quęda[m], qui dedit omnia. Vnde necesse est, vt si q[ui]s ex iuris ecclesiastici seruitute ad Dei seruitium couerti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus: & si mores illius atq[ue] couersatio bono desiderio illius testimonium ferunt, absq[ue] vlla retractione seruire in monasterio omnipotenti Deo permittatur, & ab humano seruitio liber recedat, q[ui] pro diuino obsequio districtiorem subire appetit seruitutem. Et subscripserunt Gregorius Papa ac ceteri episcopi, numero 23. & presbyteri, numero 35.

SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM.

Gregorius gratia DEI episcopus, his decretis subscripsi.

Marinianus episcopus ciuitatis Rauennę.
 Paulus episcopus ciuitatis Nepefinę.
 Iohannes episcopus ciuitatis Durantinę.
 Gratius episcopus ciuitatis Numetinę.
 Iohannes episcopus ciuitatis Falaritanę.
 Atellus episcopus ciuitatis Tarracinensis.
 Romanus episcopus ciuitatis Blentanę.
 Dominicus episcopus ciuitatis Centumcellenę.
 Pelagius episcopus ciuitatis Anagninę.
 Felix episcopus ciuitatis Portuensis.
 Iohannes episcopus ciuitatis Beluternę.
 Candidus episcopus ciuitatis Bullinę.
 Luminosus episcopus ciuitatis Ferentinę.
 Virbonus episcopus ciuitatis Tuscanensis.

Balbinus episcopus ciuitatis Rosellas.
 Secundinus episcopus ciuitatis Taurominię.
 Martianus episcopus ciuitatis Ferentis.
 Homobonus episcopus ciuitatis Albanę.
 Dominicus episcopus ciuitatis Vtriculane.
 Constantinus episcopus ciuitatis Narnienę.
 Fortunatus episcopus ciuitatis Neapolis.
 Anastasius episcopus ciuitatis Tiburtinę.
 Proclus episcopus ciuitatis Prenestinę. ^{*Proconus}

SVBSCRIPTIO PRESBYTERORVM.

Aurelius presbyter tituli S. Syluestri.
 Iohannes presbyter tituli S. Vitalis.
 Speciosus presbyter tituli S. Clementis.
 Deusdedit presbyter tituli S. Praxedis.
 Deusdedit presb. tit. S. Iohannis & Pauli.
 Andromachus presb. tit. S. Apostolorum.
 Crescens presbyter tituli S. Laurentij.
 Rusticus presbyter tit. S. Sufanę.
 Vibulus presbyter tituli S. Marcelli.
 Petrus presbyter tituli S. Iulij & Calisti.
 Spectatus presbyter tit. S. Vitalis.
 Stephanus presbyter tituli S. Marci.
 Felix presbyter tituli S. Sixti.
 Petrus presbyter tituli S. Balbinę.
 Iustus presbyter tituli S. Nerci & Achillei.
 Speciosus presbyter tituli S. Damasi.
 Maurus presbyter tituli S. Priscę.
 Placidus presbyter tituli S. Sabinę.
 Victor presbyter tituli S. Cecilię.
 Iohannes presbyter tituli S. Chrysogoni.
 Auentius presbyter tituli S. Praxedis.
 Andreas presbyter tituli S. Marci.
 Iohannes presbyter tit. S. Iohannis & Pauli.
 Agapitus presbyter tituli S. Apostolorum.
 Felix presbyter tituli S. Sabinę.
 Donus presbyter tituli S. Eusebij.
 Bassus presbyter tituli S. Pudentis.
 Iohannes presbyter tituli S. Syluestri.
 Albinus presbyter tit. S. Marcelli & Petri.
 Antonius presbyter tituli S. Balbinę.
 Candidus presbyter tituli S. Clementis.
 Romanus presbyter tituli S. Marcelli.
 Leo presbyter tituli S. Damasi.
 Auentius presbyter tituli S. Cyriaci.
 Fortunatus presbyter tit. S. quatuor Coronatorum.

GREGORIVS LEANDRO

episcopo Spalensi, de Reccaredo rege, & de trina mersione baptisimi.

Reuerendissimo & sanctissimo fratri Leandro coep[iscop]o, Gregorius seru[us] seruor[um] Dei. ^{In Regist. lib. 1. epist. la 41.}

Respondere epistolis vestris tota intentione voluissim, nisi pastoralis cura ita labor me attereret, vt mihi magis flere libeat, quam aliquid dicere. Quod vestra quoque reuerentia in ipso literaru[m] mearum textu vigilanter intelligit, quado ei negligenter loquor, quem vehementer diligo. Tantis quippe in hoc loco huius mundi fluctibus quator, vt vetusta ac putrescentem nauem, quam regendam occulta Dei dispensatione suscepi, ad portum dirigere nullatenus

possum. Nunc ex aduerso fluctus irruunt, nunc ex latere cumuli spumosi maris intumescunt, nunc à tergo tempestas insequitur. Interq; hæc omnia turbatus cogor modò in ipsam clauum aduersitatem dirigere, modò curuato nauis latere, minas fluctuum ex obliquo declinare. Ingemisco, quia sentio quòd negligèto me, crescit sentina vitiorum, & tempestate fortiter obuante, iam iamq; putridæ naufragium tabulæ sonat. Flens reminiscor, quòd perdididi meæ placitum litus quietis, & suspirando terram conspicio, quam tamè rerum ventis aduersantibus tenere non possum. Si ergò me, frater charissime, diligis, tuè mihi orationis in his fluctibus manum tende, vt quo laboratè me adiuuas, ex ipsa vice mercedis, in tuis quoquè laboribus ualètiore existas. Explere autem loquendo nullatenùs ualeo gaudium meum, quòd communitatem filium reccaredum gloriosissimum regem, ad catholicâ fidem integerrima agnoui deuotione conuersum. Huius dum mihi per scripta uestra mores exprimitis, amare me etiã quem nescio, fecistis. Sed quia antiqui hostis insidias scitis, quoniam iam bellum durius contra uictores proponit: nunc erga eundem filium suum solertius sanctitas uestra euigilet, vt benè cepta proficiat, nec se de perfectis bonis operibus extollat: vt fidem cognitam, uitæ quoquè meritum teneat: & æterni regni ciuis sit, operibus ostendat, quatenùs post multa annorum curricula de regno ad regnũ transeat. De trina uerò mersione baptismatis nil responderi uerius potest, quàm quòd ipsi sensistis: quia in uia fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa. Nos autem quòd tertio mergimus, triduantæ sepulturae sacramenta signamus: vt dum tertio infans ab aq; educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimat. Quòd si quis fortè etiã p summa Trinitatis ueneratione existimet fieri, neque ad hoc aliquid obstitit baptizãdo semel in aquis mergere: quia dũ in tribus subsistentijs uia substantia est, reprehensibile esse nullatenùs potest, infantè in baptizate uel tẽr uel semel immergere, quandò & in tribus mersionibus personarum trinitas, & in uia potest Diuinitatis singularitas designari. Sed quia nunc usque ab hæreticis infans in baptizate tertio mergebatur, sciendum apud uos esse non censo, nẽ, dum mersiones numerat, diuinitatem diuidant: dumque quòd faciebant faciunt, se morem nostrum uicisse gloriantur.

EX LIBRO 7. REGISTRI
Epistolarum diu Gregorij, epistola 53.
ad Secundum inclusum.

De insidijs antiqui hostis. De Chalcedonensi synodo omnimodè recipienda. De Iba & Cyrillo. De ordinatione Apostolicæ sedis. De sacerdotali officio post lapsum, si pœnitentia secuta fuerit, in pristinum gra-

dum restituendo. De muneribus ab eo trãmissis. De paruulorũ animabus, q; sine baptismò moriunt. Et de imaginibus transmissis.

Dilectissimo filio Secundino, seruo Dei incluso
Gregorius seruus seruorum Dei.

Dilectiois tuæ scripta suscepi, q; in meo sensu amoris melle cõdita sapuerunt. O quãta adspiratiõ vitæ plena sunt, quæ p gratiam spiritus proferuntur. Non in eis cultus eloquentiæ, non uerborum typhus apparebat, sed solam ueritatis atque charitatis radicẽ tenetia, per omne quòd locuta sunt, celestis patriæ amorem flagrabant. In eis uerò tua à me dilectio petere studuit, vt ad hæc libellum exhortatorium scribere deberem. Sed scire te necesse est, fili charissime, quia tantis podagræ doloribus, tantisque curarum tumultibus premor, vt quauis nunquam me aliquid fuisse reminiscar, ualdè tamen me uideam non esse qui fuerim. Quòd autem tua se charitas & ultra ætatem quinquagenariam adhuc iuuenilibus desiderijs asserit subiacere, in hoc quoquè diuini oraculi implet præceptum, quò scriptũ est: Iustus in principio accusator est sui. Nec tamè dubito maiores te insidias hostis callidi peti, qui maiora cõtra eum bella preparãti. Tantò quippe ille deceptionis molimina ardentius exquirat, quãtò te celesti patriæ ueritatis inhiare cognoscit. Et nos quidem, qui uitam cum pluribus ducimus, etsi formidolosi ac timidi, tamen quia contra antiquũ hostem bella propofimus, quasi in acie stamus. Vos autem qui solitariam uitam ducitis, qd aliud quàm monachos dixerim, qui feruore uirtutis etiã ante acie exire festinat: Cur ergò eũ nõ singulariter hostis impetat, à quo se impeti singulariter spectat? Et nos quidẽ q; inter hoies uiuim; sapè p hoies à callido hoste tentamur. Vos aut q; uia uitæ p̄sentis extra hominũ frequentia ducitis, itãtò maiora certamina pati necesse est, quãtò ad uos ipse tẽtationũ magister accedat. Neq; eũ vacare orationibus ac laudibus dei sine aliqua interruptiõẽ tẽporis potestis: quia etsi intetio cõtinuè prõpta est, ipsa tñ humanitatis infirmitas ad semetipsam relabit, vt aliquãdò fessa iaceat, atq; ab studij sui exercitatiõẽ torpescat. Antiquus uerò hostis mox vt ociofam mentẽ inuenit, ad eã sub quibusdã occasionibus locutus accedit: & qdam ei de gestis p̄teritis ad memoriã reducit: audita quòdã uerba indeceter cogitationi resonat: & si qua dudum turpiter acta sunt, eorũ species oculis cordis apponit: vt quẽ de p̄sentibus nõ ualet in gnare, de malis trãfactis uiolat. Et decepta mēs sèpè indè delectationẽ reparat, vndè diu iã se p pœnitentiã afflixit, itã vt uerè cũ psalmista dicat: Cõputruerunt & deteriorate sũt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Cicatrix qppè figura est uulneris, sed sanati. Cicatrix ergò ad putredinem redit, quandò pec-

Pro. 18.

Can. 6.

Exod. 33.

Nota mores ta, ecclesiasticam disciplinam fugiunt, & de hæreticorũ, suis carnalibus actibus reprehendi pertime-

peccati uulnus, quod iã p pœnitentiã sacratũ est, in delectatiõẽ sui animũ cõcutit. Sepè quòd nunq; fecimus, p hostis callidi insidias cordis oculis uidemus. Cumq; insensibiliter in hoc delectatio subrepat, quauis iam plangat quæ fecerat, tãdet tamen infelicem animum quædam non fecisse quæ plangat. Hæ sunt cordis nostri tenebræ, quas in hac uita uolentes nolentesq; sustinemus. Quis contra hæc querendus est, nisi adiutor in oportunitatibus in tribulatione? Valdè autè libeter accepi, quòd tua me charitas de uia dubitatione requisit, an Orientis ecclesię fidem atq; doctrinã sanctę memoriæ Leonis sequantur, nẽ fortè earũ sensus inter semetipsas pro trium capitulorum defensione diuisus sit. Vndè certam dilectiõẽ tuam esse desidero, quia p̄dicta sanctissimę Orientalis ecclesiæ uo sensu, uia doctrina, fidem eiusdem sanctæ memoriæ Leonis tenent, sanctamq; Chalcedonensem synodũ itã nobiscum custodiunt atq; uenerantur, vt nullus esse episcopus reputetur, qui eiusdem synodi defensor sectatorq; non fuerit. Hinc est enim, quòd quoties in quatuor præcipuis sedibus antistites ordinantur, synodales sibi epistolas uicissim mittat, in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum alijs generalibus synodis custodire fateantur: sicut & nos auerfamur atq; anathemate plectendos ducimus, qui de fide eiusdem synodi aliquid minuire, uel aliquid in ea addere præsumunt. Nam synodus quæ post eam generaliter facta est, idcirco à nobis recipitur, quia eiusdem synodi in omnibus sequax, honorem illius auctoritatemq; custodit. Vndè necesse, vt dulcissima mihi tua dilectio in hoc, quòd præcipuè in bonis moribus uiuit, quòd se per abstinentiam assequat, quòd doctrinæ Dei ueritatem insistenti, hoc studio suis cogitet, nẽ errorẽ schismaticorum sequat, à sanctissima uniuersali Ecclesia diuisa possit inueniri. Et quid tot labores proderunt, si in ueritate fidei inuerti non fuerint, quæ ante DEI omnipotentis oculos in bonis actibus animam præcipuè custodit? Hinc enim dicitur: Vna est columna mea, perfecta mea. Hinc ad Moysen Dominus dicit: Est locus penes me, & stabis super petram. Quis est locus qui non sit in Deo, dum cuncta ab ipso, per quem creata sunt, continentur? Sed tamè est locus apud eum, uidelicet sanctæ ecclesię ueritas: in qua super petram statur, dum confessionis eius soliditas humiliter tenet, de quo loco subiungitur: Tunc uidebis posteriora mea. In petra enim, id est, in sancta Ecclesia stantes, DEI posteriora uidemus, quandò iam ea quæ in sine promissa sunt, celestis patrię gaudia contemplamur. Peruersi autem homines, qui trium capitulorũ occasione reper-

scunt, subesse Sedis Apostolicæ præceptis nolunt, & nos quasi de fide reprehendunt, quam ipsi nesciunt. Et dum neque in fide recti sunt, neque in bonis operibus intenti, student vt certare pro fide uideantur. Sicq; fit, vt quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa grossescit, quæ quasi de zelo feruoris uideri etiã laudabilis appetit. Sed iuxta hoc quòd scriptum est, Ex operibus eorum Math. 7. cognoscetis eos: uitam eorum tua charitas attendat, & meritum intentionis aspiciat. Vt enim dilectiois tuæ de eadem re breuiter loquar, sancta Chalcedonensis synodus usq; ad definitionem fidei & prolotionem Canonum de generalibus causis locuta est. Nam post prolotionem canonum, specialia episcoporum certamina sopire curauit. Epistola uerò, quam in ea reuerentissimus Ibas denegat suam, quòd in extrema parte synodi iaceat, agnoscis: Quæ uidelicet epistola Nestorium inauditum, & inquisitione non facta damnatum asserit, Cyrillum uerò in Apollinaris dogma cecidisse suspicat. Et si totus superius textus prædictæ synodi legitur, quantum hæc epistola eidem synodo aduersetur, inuenitur: quia scilicet sancta synodus & Nestorium (sicut est) hæreticum denunciat, & beatum Cyrillum patrem catholicum ueneratur. Epistola ergò quæ illũ defendit, qui à synodo damnatus est, & illũ accusat qui à synodo ueneratur, proculdubid definitioni sanctæ synodi probatur aduersa. Sed quia eius defensores solent dicere, quòd hanc Ibas eo tempore scripsit, quò adhuc Cyrillus propter duodecim capitula quæ necdum exposuerat, dubius habebatur, in ipsa hac epistola perpende: quia legitur quòd inter Orientales episcopos & beatum Cyrillum pax fuerit celebrata. Si ergò post concordiam pacis, post satisfactionem amotæ dubitationis, hæc eadem epistola scripta est, constat quia non est catholica, quæ patrem Catholicum, atq; in toto synodi volumine laudatum, hæreticum appellat. Hæc paucis dixi, quia ex quibus præcipuè causis hac in re dubitationem tua charitas habet, in epistolis non inueni. Et quia tua sanctitas hoc à nobis requisit, vt sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritatem scriberemus, dum se dicit de hoc canonum diuersorum diuersas legisse sententias, alias resurgendi, alias nequaquam posse: idèd nos generales synodos à Nicæna incipientes, cum reliquis quatuor ueneramus: quia ipsam sequentes in cunctis sententijs unanimes concordant. Nam & nos præcedentes patres sequimur, quia auctore Deo, à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes, usq; ad quartum altaris ministrum hanc formam seruandam cognoscimus, vt sicut minorem maior præcedit in honore, itã & in crimine. Et quem maior sequitur culpa,

Est locus apud hieremiam iuxta LXX.

Hierem. 8.

Ezech. 18.

Psal. 50.

2. Reg. 12.

Psal. 50.

Ibidem.

Ibidem.

Ezech. 18.

Rom. 8.

Luc. 15.

Apocal. 2.

Matth. 26.

maiori plectatur vindicta, quae post poenitentiam credatur esse fructuosa. Quid enim prodest triticum seminare, & fructum illius non colligere? Aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus posse rediri ad honorem, dicente propheta: Nunquid qui cadit, non adjiciet ut resurgat? & qui auersus est, non reuertetur? Et peccatori ait: In quacunq; die conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Vnde & psalmista ait: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis: Ne projicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Dum enim petijt, ne a Domino projiceretur pro lapsu culpae, quod alienam rex & propheta simul rapuisset uxorem, tremefactus expauit, propheta indicante flagitium suum. Vnde poenitentiam agens, addebat: Redde mihi libertatem salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Si enim condignam deo poenitentiam non fecisset, nequaquam alijs praedicaret. Ait enim: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Dum enim peccata sua, respexit propheta per poenitentiam mundata, non dubitauit praedicando curare aliena: & sacrificium de semetipso Deo offerre studuit, cum dicebat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Ad haec ista sufficerent: sed omnis sententia quanto plius sacrae scripturae testimonijs confirmatur, tanto facilius creditur. De hoc enim propheta dicit: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertat & viuat. De hoc peccantibus dicitur: Peccator in quacunq; die conuersus ingemuerit, saluus erit: Omnes iniquitates eius obliuioni tradentur. Si enim redemptor noster, qui peccatores non perdere, sed iustificare venit, in obliuione peccata delinquentium derelinquit, quis hominum condamnanda reseruat, cum Apostolus dicat: Si Deus iustificat, quis est qui condemnet? Ad fontem misericordiae recurrentes, Euangelij proferamus sententiam: Gaudeo, inquit, super vno peccatore poenitentiam agente, magis quam super nonagintanouem iustis qui non indigent poenitentia. Et ouem perditam, nonagintanouem non errantibus relicta, humero ad ouile reportanda quaesuit. Si ouis perditam errantem post inuentionem ad ouile humero reportatur, cur post poenitentiam ad Ecclesiae ministerium lapsus non reuocetur? sicut in apocalypsi dicitur de ministro Ecclesiae: Memeto vnde excideris, & age poenitentiam, & prima opera fac. quid enim est grauius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci inueniuntur: aut Dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipsum B. Petrum Apostolorum principem, ad cuius sacrum corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem poenitentia secuta est, & post poenitentiam misericordia data est, quia postea ab illo ab apostolatu deiectus non est, qui ante quidem

ipsum se negare praedixit. Tibi haec, fili charissime, dicta sufficiant, ut illum quem conspicis delicta fletu delere, in conspectu diuinitatis non dubites misericordiam consequi: quia ille peccatorem reuersum non despicit, quae peccatores sanguine suo redimere venit. De ordinationibus vero Apostolicae sedis Pontificum, vtrum post beatissimum virum Hormisdam aliqua sint addita, vestra charitas requirit. Sed vsq; ad Vigilij Papae tempora, expositas ordinationes presulum esse cognoscas. A loen vero, thymiamam, storacem & balsamum sanctorum martyrum corporibus offerenda, latore praesentium deferente, transmissimus. In extremo vero epistolae quaesisti, quid eis respondendum sit, qui dilectionem tuam de paruulorum animabus requirunt, qui sine baptismatis gratia moriuntur, dicentes: Si corpus originaliter tenetur culpa, vnde anima quae a Deo datur, rea erit, quae adhuc in actuali delicto corpori non consentit? Sed hac de re dulcissima mihi tua charitas sciat, quae de origine animae inter sanctos patres requisitio non parua versata est: sed vtrum ipsa ab Adam descenderit, an certe singulis detur, incertum remansit, eamq; in hac vita insolubilem fassum esse quaesitio est. Grauis enim est quaestio, nec valet ab homine comprehendere: quia si de Adam substantia, anima cum carne nascitur, cur non etiam cum carne moritur? Si vero cum carne non nascitur, cur in ea carne, quae de Adam prolata est, obligata peccatis tenetur? Sed cum hoc sit incertum, illud incertum non est, quia nisi sacri baptismatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima originalis peccati vinculis est obstricta. Hinc enim scriptum est: Non est mundus in conspectu eius nec vnus diei infans super terram. Hinc David ait: In iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Hinc ipsa veritas dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non introibit in regnum caelorum. Hinc Paulus ait: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Cur ergo infans qui nihil egit, in conspectu omnipotentis Dei non valet esse mundus? Cur psalmista ex legitimo coniugio prolatus, in iniquitate conceptus est? Cur nisi qui mudatus aqua baptismatis fuerit, mundus non est? Cur in Adam omnis homo moritur, si originalis peccati vinculis non tenetur? Sed quia genus humanum in parte primo velut in radice putruit, & ariditatem traxit in ramis. Et in deo omnis homo cum peccato nascitur, vnde primus homo permanere noluit sine peccato. De his autem subtilius & latius loqui debuimus: sed dum me & curarum tumultus premunt, & harum portitor ut laxari debuisset, importunus exitit, vnde multa debui, pauca locutus sum. Rogo autem omnipotentem Deum, ut sua te gratia protegat, & B. Petri apostolorum

Ioan. 3.

Iob 25.

Psal. 50.

Ioan. 3.

1. Cor. 15.

*causarum

De imaginibus.

lorum principis intercessione a malis omnibus illa sum conseruet, quatenus feruor caelestis desiderij in tua mente quotidie ardentius excrescat, ut semper nouus, & semper seipso robustior, ad caelestia praemia multiplicius percipienda pertingat. Transmissi autem duos homiliarum codices, quas dixi in Ecclesia, dum adhuc loqui praualerem: ut quia ipse te videre, tibi que sedule colloqui non possum, charitati tuae vel per ea que scribere valui, absens non sim. Exiguum quoque vestimentum transmittere studui, per quod tua charitas, quia Australi in animo calore feruet, foris a corpore arcturi frigoris repellat. Peto autem ut pro me orare enixius debeas, ut tuae intercessionis opes & a malis praesentibus eripi, & aeternis merear gaudijs praesentari. Quod imaginem illius, quem colis, tibi dirigendam per Dulcidium diaconum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quaeris, cuius imaginem praeculis habere desideras: ut visio corporalis quotidiana reddat exoptatum, & dum picturam vides, ad illum animo inardescas, cuius imaginem videre desideras. Ab re non facimus, si per visibilia inuisibilia demonstramus. Sic homo qui alium videre ardentem desiderat, aut sponsum amans videre conatur, si contigerit eam ad balneum aut ad ecclesiam ire, statim per viam incedenti se praeparat, ut de visione eius hilaris recedat. Scio quidem quod imaginem Saluatoris nostri non ideo petis, ut pro Deo aut quasi Deum colas, sed ob recordationem filij Dei in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante Diuinitatem ante illam prosternimur, sed illum adoramus, quem per ipsam imaginem aut natum aut passum, sed & in throno sedentem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione laetificat, aut de passione demulcet. Ideoque direximus tibi sartarias duas, imaginem DEI saluatoris, & sanctae Dei genitricis Mariae, beatorumque Apostolorum Petri & Pauli continentes, per supradictum filium nostrum diaconem, & vnam crucem, clauim etiam pro benedictione a sanctissimo corpore Petri Apostolorum principis, ut per ipsum a malignosis defensus, per cuius signum munitum te esse credis: & ab eo te protegat, qui iuuenilia semper suggerit recordari: ut in bonis actibus perseverans, alios in eius amorem accendas, propter quem solitarij te fecisti haberi, ut vite huius mala, quae in corde inimicus suggerit retroacta, mentis prouectibus quasi facibus inardescas, pro cuius amore vitam etiam velis finire. Ipse quoque te protegat vsque in finem, qui cunctum mundum dignatus est redimere, Iesus Christus Dominus noster, qui

viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

EX LIBR. VII. REGISTRI Epistolarum D. Gregorij, Epistola 110. Aetherio Lugdunen. episcopo directa.

In impressis inscribitur Siagrius, Berberio, Virgilio & Desiderio episcopis: sed nos secuti sumus vetustum exemplar manuscriptum, quod fuit D. Heriberti Archiepiscopi Coloniensis, qui obiit anno Christi 1020.

- 1 De Simoniaca haeresi.
- 2 Quod neophytus non ordinetur.
- 3 Ne initiati facris, cum mulieribus manent.
- 4 De Synodo celebranda.

Dilectissimo fratri Aetherio Lugdunen. episcopo, Gregorius seruus seruorum Dei. Caput nostrum, quod CHRITVS est, ad hoc sua membra esse nos voluit, ut per copagum charitatis & fidei vnum nos in se corpus efficeret. Cui ita adherere nos conuenit, ut quia Ioh. 15. sine ipso nihil esse possumus, per ipsum possumus esse quod dicimur. Ab arce capitis nostri res nulla nos diuidat, ne ab ea, si eius esse membra refugimus, relinquamus, & velut cieci de vite palmites arefcamus. Vt ergo redeptoris nostri esse habitaculum mereamus, in dilectione ipsius toto mentis studio maneamus. Ipse nanque ait: Qui diligit me, sermone meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Sed quoniam bonorum auctori haerere aliter non valemus, nisi cupiditatem a nobis, quae omnium malorum radix est, abscindamus, per scripta praesentia, quae alterno adinuicem desiderate uisitationis sermone nos sociant, fraternitatem tuam institutis apostolicis conuenimus, ut patrum regulis & praecipis Dominicis innitentes, de templo fidei auaritiam, quae idolorum est Ephe. 5. seruitus, excludamus, ut in domo Domini Coloss. 3. nihil noxium, nihilque ad sit confusum.

Nuncio siquidem apud nos olim discurrente vulgatum est, quod in Galliarum partibus sacri ordines per Simoniacam haeresim conferantur: & vehementi tadio meroris afficimur, si in ecclesiasticis officijs quaequam habeat locum pecunia, & fiat seculare, quod sacrum est. quicunq; ergo hoc precij studet datione mercari, dum non officium, sed nomen attendit, sacerdos non esse, sed dici tantummodo concupiscit. Quid scilicet, quid per hoc aliud agitur, nisi ut nulla de actu probatio, nulla sollicitudo de moribus, nulla de vita sit discussio: sed ille solummodo dignus, qui dare precium suffecerit, estimetur? Ex qua re, si recti libraminis examinatione pensetur, dum improbe ob inane gloriam locum festinat utilitatis arripere, eo ipso magis, quod honorem quaerit, indignus est. Sicut autem is, qui inuitatus renuit, quasi refugit, sacris est altaribus admodum: sic

Quasi datione mercari, dum non officium, sed nomen attendit, sacerdos non esse, sed dici tantummodo concupiscit.

ficq; vltro ambit, vel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora cõscendere, quid agit, nisi vt crescendo decreseat, & ascendendo exteriùs, interiùs in profunda descendat? Itaque frater charissime, in sacerdotibus ordinãdis sinceras vigeat, sit simplex sine venalitate cõsensus, pura præferatur electio, vt ad summum sacerdotium non suffragio venditorum prouecti, sed Dei credantur esse iudicio. Nam quia graue est omniò facinus, Dei donum velle precio comparare vel vèdere, euangelica est testis auctoritas. Templum enim Dominus & redemptor noster ingressus, cathedras vendentium columbas euerit. Quid aliud est colubas vendere, nisi precium de manùs impositione accipere, & spiritum sanctum, cum omnipotens Deus hominibus tribuat, vendidare? Quorum sacerdotium ante oculos Dei cadere, cathedrãrũ vtique patenter euerfione signatum est. Et tamen exierit adhuc nequitia: prauitas vires suas. Nam cogit vendere, quos decepit vt emerent: & dum non attenditur, quod diuina voce præcipitur, Gratis accepistis, gratis date, agitur vt crescat & geminata fiat in vno eodemq; delictõ contagio, ementis scilicet & vendentis. Et cum liqueat, hanc hæresim ante omnes radice pestifera surrepsisse, atq; in ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam, cur non cauetur? cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictum conuertitur, qui ad hoc vt fiat hereticus, promouetur? Plerumquẽ igitur aduersarius animarum, dum non potest in his, quæ ad faciẽ sunt praua, surrepere, callidè specie quasi pietatis iniecta nititur supplantare. Suadet itaque forsitan, debere ab habentibus accipi, vt sit quod possit non habentibus erogari, dummodò vel sic venena mortifera elemosynæ celata obumbratione transfundat. Nam nec venator feram, aut aem auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto poneret, aut ille hamum in esca absconditum nõ haberet. Omniò ergò metuenda & cauenda est hostis astutia, nõ quos aperta nequitentatione subuertere, latè te refo sæuius valeat trucidare. Neque enim elemosyna reputanda est, si pauperibus dispõsetur, quod ex illicitis rebus accipitur: quia qui hac intentione malè accipit, vt quasi benè dispõset, grauat potius quàm iuuatur. Elemosyna redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non de illicitis & iniquitate cõgeritur, sed quæ de rebus concessis & benè acquisitis impenditur. Vndè etiã illud certum est, quia etsi monasteria aut xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro sacris ordinibus datur, construatur, mercedi non proficit: quoniam dum peruersus emptor honoris in locum sanctum transmittitur, & alios ad sui similitudinem sub com-

Matth. 21.

Matth. 10.

1. q. 1. Cum liqueat.

1. q. 1. Non est putanda.

modi datione constituit, plura malè ordinando destruit, quàm ille potest edificare, qui ab eo pecuniam ordinationis accepit. Nè ergò sub obtentu elemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere, apertè sacra scriptura nos prohibet, dicens: Hostia impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed iritat. Hinc rursus scriptum est: Honora Dominum de tuis iustis laboribus. Qui ergò dolè tollit, vt quasi benè præbeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoquẽ per Salomonem dicitur: qui offert sacrificiũ de substantia pauperis, ac si victimet filium in conspectu patris. Quantus autem dolor patris sit, perpendamus, si in conspectu eius filius victimetur: & hinc facile cognoscimus, quãtus apud Deum dolor exasperatur, quando ei sacrificiũ ex rapina tribuitur. Nimis ergò declinadum est, dilectissime frater, sub obtentu elemosynæ, peccata Simoniacæ hæresis ppetrare. Nam aliud est, propter peccata elemosynas facere aliud, propter elemosynas peccata committere.

2 Hoc quoquẽ ad nos peruenisse non dissimili dignum detestatione complectimur, quod quidam desiderio honoris impleti, defunctis episcopis tonsurantur, & fiunt repenti ex laicis sacerdotibus, atq; inuerecundè religiosi propositi ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus, quid isti subiectis præstituri sunt, qui antequàm discipulatus limen attingant, tenere locum magistrorum nõ formidant? Qua de re necesse est, vt quantum inculpati quisque sit meriti, antè tamè per distinctos ordines ecclesiasticis exerceatur officijs. Videat quod imitetur, discat quod doceat, informetur quod teneat: vt postea non debeat errare, qui eligitur viam erranti demonstrare. Diu ergò religiosa meditatione poliatur vt placeat, & sic lucerna super candelabrum posita luceat, vt aduersa ventorum vis irruens, conceptam eruditionis flammam non extinguat, sed augeat. Nam cum scriptum sit, vt prius quis probeatur, & sic ministret: multò antè probandus est, qui populi intercessor assumitur, nõ fiant causa ruinæ populi sacerdotibus mali. Nulla igitur contra hoc excusatio, nulla potest esse defensio, quia cunctis liquidò notum est, quæ sit in huius rei diligentia egregij sollicitudo doctoris, qui neophytum ad sacros vetat ordines accedere. Sicut autem tunc neophytus dicebatur, qui in initio in sanctæ fidei erat cõuersatione plantatus, sic modò neophytus habendus est, qui repenti in religionis habitu plantatus, ad ambièdos honores sacros irreperit. Ordinatè ergò ad ordines accedendum est. Nam casum appetit, qui ad summa loci fastigia, postpositis gradi-

Prou. 21.

Prou. 3.

Ecc. 34.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

1. Tim. 4.

gradibus, per abrupta quærit ascensum: & cum idem Apostolus doceat inter alia sacri ordinis instituta discipulum, manum non esse cuiquam citius imponendam, quid hoc celerius, quidve præcipit, quàm vt exorietur à summitate principum, & antè incipiat esse episcopus quàm minister? Quisquis igitur sacerdotium non ad elationis pompæ, sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum eo, quod est subitur, onere metiatur, vt & impar abstineat, & ad id cū metu, etiã qui se sufficere existimat, accedat. Ab re autem non facimus, si ad argumentum rationabile vsum rerum irrationabilium colligamus. Apta namq; ædificationibus de syluis ligna succiduntur, nec tamen viridibus ædificij pondus imponitur, nisi eorum viriditatem multorum dierum mora siccauerit, & apta ad necessarium vsum effecerit. Quæ si obseruantia forte negligitur, citius viridibus imposita mole franguntur, & gignit ruinam ad auxilium res prouisa. Hinc etenim & medici, qui curam gerit de corpore, quædam adiutoria recenti adhuc confectione formata, indigenti non offerunt, sed maceranda temporibus derelinquit. Nam si immaturè quis dederit, dubium non est, quia sit causa periculi res salutis. Discant itaque, discant in officio suo sacerdotes, quibus animarum credita est cura, seruare, quod diuersarum artium homines docte ratione custodiunt, & à precipiti se ambitione, etsi nõ metu, saltem pudore continent. Sed nõ forsitan adhuc prauè cõsuetudinis quisquam velit obiectu defendere, fraternitatis tuæ discretio rationis eos freno coërceat, & labi in illicitis nõ permittat: quia quicquid vltione dignũ est, non ad imitationis, sed potius ad exemplum debet correptionis adduci.

3 Neque autem hoc, quod similiter corrigendum est, patitur negligenter omittere. Nam quid prodest cuncta munisse, si per vnũ locum perniciosus hosti præbeatur accessus? Cum his itaq; qui in sacro sunt ordine constituti, habitare mulieres perhibetur: de quibus nõ antiquus humani generis inimicus exultet, omnium definiendum consensu est, vt præter eas, quas sacri canones complectuntur, alias mulieres habere secum non debeat. Quæ interdictio etsi foret ad tempus aliquibus amara est, certum est, quia postmodum ex ipsa animæ utilitate dulcescit, si vnde inimicus superare potuit, superetur.

4 Nec hoc quoquẽ in hac sollicitudinis parte relinquitur, quod de habèdis per parochias concilij, patrum prouidentia utilitatis causa sancitum est. Vndè nõ qua inter fratres dissensio, nõ qua inter præpositos & subiectos sunt fomenta discordiæ, in vnum conuenire sacerdotes necesse est, vt & de incidentibus causis disceptatio, & sit salubris de ecclesiastica obseruatione collatio: quantenus dum per hoc & præterita corriguntur,

& regulam futura suscipiunt, omnipotens vbiquè Deus fratrum concordia collaudetur, cuius vobis adesse præsentiam, si hæc obseruaueritis, scitote: quia scriptum est, Vbi fuerint cõgregati duo aut tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Si ergò adesse dignabitur, vbi duo vel tres fuerint, quanto magis non deerit, vbi plures conuenerint sacerdotes? Et quidem quia de habendo bis in anno concilio patrum sit regulis statutum, non latet: sed nõ aliqua impleri hæc necessitas non permittat, semel tamen sine excusatione aliqua decernimus congregari, vt expectatione concilij, nihil prauum, nihil præsumatur illicitum. Nam plerumquẽ etsi non amore iustitiæ, metu examinis abstinetur ab hoc, quod omnium notum est displicere iudicio. Hanc frater charissime obseruantiam nostris relinquendam posteris teneamus, & ad omnia, quæ ad eruditionem nostram sacris apicibus scripta sunt, meditemur, atque ad ea quoscunq; possumus incitemus. Certum quippe est, quia si toto corde præceptis nos salutaribus occupamus, omnem vitiorũ labem effugimus: quia dum in his, quibus ædificamur, innitimur, locum sine dubio deceptionis excludimus. De his itaque, quæ superius dicta sunt, fraternitatem vestrã auctore Deo volumus synodum congregare, atque in ea reuerendissimo fratre nostro Siagrius episcopo, & dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantibus, omnia quæ sanctis canonibus, sicut prædiximus, sunt aduersa, districtè sub anathematis interpositione damnentur: id est, vt nullus pro adipiscèdis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum præsumat, vel pro datis accipere: neq; ex laico habitu quisquam repente ad locum sacri regiminis peruenire: neq; vt aliæ mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hæc quæ sacris, vt prædictum est, canonibus sunt permixta. De quibus cunctis reuerendissimus frater noster Siagrius episcopus cum omni synodo, dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate remeante, nobis quæ acta sunt, studeat renuciare, vt subtiliter cognoscentes, quid & cum qua cautela vel qualiter sit decretum, omnipotenti Deo de vita vestra ac moribus gratias incessabiliter perfoluamus.

D. Gregorij I. Epistola ad Brunichildem Francorum reginam.

- 1 De laicis ad episcopatum non adhibèdis.
- 2 De Simoniacæ hæresi profliganda.
- 3 De habenda Synodo.
- 4 Nè Iudæi sinantur Christiana possidere mancipia.

Dominæ gloriosissimæ atq; præcellèntissimæ filie Brunichildi reginæ, Gregorius seruus seruorum Dei. Postquam excellentiæ vestræ sollicitudo, regia est vbiquè gubernatione laudabilis, ad augmentum gloriæ

Matth. 18.

Ex registro lib. 7. epist. 113.

gloriae suae vigilantiorum se debet & prouidam exhibere, ut quos consilio regit exterius, perire interius non permittat: quatenus per fructum pie sollicitudinis, post huius temporalis, quod geritis, regni fastigium, ad eterna Deo auctore possitis regna pertingere.

1. Quod quidem hac vobis confidimus posse ratione contingere, si inter alia bona de ordinandis curam sacerdotibus gesseritis. Quorum officium in tanta illic, sicut didicimus, ambitione perductum est, ut sacerdotes subitò, quod graue est nimis, ex laicis ordinentur. Sed quid isti acturi sunt, quid populo praestituri, qui non ad utilitatem, sed fieri ad honorem episcopi concupiscunt? Hi ergo qui necdum quod docere debeant, didicerunt: quid aliud agunt, nisi ut paucorum prouectus illicitus, fiat multis interitus, & in confusionem ecclesiasticae moderationis obseruantia deducatur, quippe ubi nullus regulariter ordo seruatur? Nam qui ad eius regimen improvidus, & ob hoc magis precipitatus accedit, qua admonitione subiectos edificet, cuius exemplum non rationem docuit, sed errorem? Pudet profecto, pudet alijs imitari, quod ipse nescit custodire.

2. Nec illud quidem, quod similiter emendationi tradendum est, praeterimus, sed omnino execrabile & esse grauissimum detestamur, quod illic sacri ordines per Simoniacam haeresim, quae prima contra Ecclesiam orta, & districta damnata maledictione est, conferantur. Hinc ergo agitur, ut sacerdotij dignitas in despectu, & sanctus sit honor in crimine. Perit utique reuerentia, adimitur

disciplina: quia qui culpas debuit emendare, committit, & nefaria ambitione honorabilis sacerdotij ducitur in deprauatione censura. Nam quis denuò veneretur, quod venditur? aut quis non vile esse putet, quod emitur? Unde valde contristor, & terrae illi condoleo: quia dum spiritum sanctum, quem per manus impositionem omnipotens Deus hominibus largiri dignatur, diuino munere habere despiciunt, sed praemijs assequuntur, sacerdotium illic subsistere diu non arbitror. Nam ubi dona supernae gratiae venalia iudicantur, ad Dei seruitium non vita quaeritur, sed magis contra Deum pecuniae venerantur.

3. Quia igitur tantum facinus non solum illis periculum, verum etiam vestro regno factis est noxium, salutantes excellentiam vestram paterno affectu petimus, ut de huius prauitatis emendatione DEVM vobis placabilem faciatis: & ut nulla deinceps valeat occasione committi, synodum fieri vestra iussio constituat, ubi praesente dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate, sub districti anathematis interpositione debeat interdici, ne vllus ex laico habitu subitò ad episcopatus audeat gradum accedere, neque pro ecclesiasticis ordinibus quilibet quicquam dare

TOM. 2.

vel sit ausus accipere: ut Dominus & redemptor noster sic quae vestra sunt faciat, sicut excellentiam vestram in his quae sua sunt, pia esse viderit deuotione sollicitam. Curam vero & sollicitudinem eiusdem synodi, quam siendam decreuimus, fratri coepiscopoque nostro Siagrino, quem vestrum proprium nouimus, specialiter delegare curauimus. Quae petimus ut & supplicitem libenter audire, & ope iuuare dignemini, quatenus, quod ad mercedem vestram respiciat, remoto huius mali contagio, in cunctis finibus iuri vestro subiectis, pia & Deo placita procedat ordinatio sacerdotum. Cui fratri nostro, pro eo quod in ea praedicatione, quae in Anglorum gente auctore Domino facta est, deuotum se vehementer exhibuit, pallium ad Missarum solennia utendum transmisimus, ut quia iuuare spiritalia studuit, apostolorum principis solatio in ipso quoque inueniatur spiritali ordine profecisse.

4. Omnino praeterea admirati sumus, quod in regno vestro Iudaeos Christiana mancipia possidere permititis. Quid enim sunt Christiani omnes, nisi membra Christi? Quorum videlicet membrorum caput cuncti nouimus quia fideliter honoratis. Sed quam diuersum sit, excellentia vestra pendat, caput honorare, & membra ipsius hostibus calcanda permittere. Atque ideo petimus, ut excellentiae vestrae constitutio de regno suo huius prauitatis mala remoueat: ut in hoc vos amplius dignam cultrice omnipotentis Domini demonstretis, quod fideles illius ab inimicis eius absoluitis.

Gregorius idem Leandri episcopo Hispanensi.

De laude charitatis.
De honore suae praelationis.
De pallio ad sacra tantum Missarum solennia transmissio.

SANCTITATIS tuae suscepi epistolam, solius Scharitatis calamo scriptam. Ex corde enim lingua tinxerat, quod in chartae pagina resun-
debat. Boni autem sapientesque viri, cum legeretur, adfuerunt: quorum statim viscera in compunctione commota sunt. Coepit quique amoris manu in suo corde te rapere: quia in illa epistola tuae mentis dulcedinem non erat audire, sed cernere. Accendebatur & mirabantur singuli: atque ipse ignis audientium demonstrabat, qui fuerit ardor dicentis. Nisi enim prius in se faces ardeant, alium non succendunt. Ibi ergo vidimus, quanta charitate tua mens arserit, quae sic & alios accendit. Vitam vero vestram, cuius ego semper cum magna veneratione reminiscor, minime nouerant: sed eis altitudo vestri cordis paruit ex humilitate sermonis. Vitam autem meam cunctis esse imitabilem, illa vestra epistola loquitur. Sed quod non est ita, ut dicitur: sit ita, quia dicitur: ne, qui non

Ruth. 1.

non solet, mentiat. Ad haec autem breuiter cuiusdam bonae mulieris verba loquor: Nolite me vocare Noemi, id est, pulchram, sed vocate me Mara, quia amaritudine plena sum. Neque enim, bone vir, hodie ego sum ille quem nosti. Multum (fateor) exterius proficiendo, intus cecidi, meque de eorum numero esse pertimesco, de quibus scriptum est: Deiecisti eos dum alleuarentur. Cum alleuatur enim, deicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. Ego enim vias in corde suo disposuit, summo opere esse decreueram opprobrium hominum, & abiectio plebis: atque in eius sortem currere, de quo rursus per Psalmistam dicitur: Ascensus in corde suo disposuit in valle lachrymarum: ut videlicet tanto verius intus ascenderem, quanto per conuallem lachrymarum foris humilius iacerem. At me multum nunc deprimit honor onerosus, cura innumera perstrepunt: & cum sese ad DEVM animus colligit, hic suis impulsibus quasi quibusdam gladijs scindunt. Nulla cordis quietes est. Prostratum in infimis iacet, sub cogitationis pondere depressum. Aut rara valde, aut nulla hoc in sublimia penna contemplationis leuat. Torpet ignaua mens: & circumlatratibus curis temporalibus iam penè ad stuporem deducta, cogitur modò terrena agere, modò etiam quae sunt carnalia, dispensare. Aliquando verò, fastidio exigente, compellitur quaedam etiam cum culpa disponere. Quid multa loquar? Victa suo pondere sanguinem sudat. Nisi enim sanguinis nomine culpa censeretur, Psalmista non diceret: Libera me de sanguinibus. Cum verò culpam culpis iungimus, hoc quoque quod per alium prophetam dictum est, impletur: Sanguis sanguinem tetigit. Sanguis enim sanguinem tangere dicitur, cum culpa culpae adiungitur, ut iniquitatis cumulus multiplicetur. Sed inter haec per omnipotentem DEVM deprecor, in perturbationis fluctibus lapsam tuam orationis manu me teneri. Quasi enim prospero flatu nauigabam, cum tranquillam vitam in monasterio ducerem. Sed procellosi subitò motibus tempestas exorta, in sua perturbatione me rapuit, & prosperitatem itineris amisit: quia quiete perdita, mentis naufragium pertuli. Ecce nunc in vndis versor, & tuae intercessionis tabulam quero, ut qui nauis integra diues peruenire non merui, saltem post damna ad littus per tabulam reducar. De podagra verò molestia sanctitas vestra (ut scribit) affligitur: cuius dolore assiduo & ipse vehementer attritus sum. Sed facilis erit consolatio, si inter flagella quae patimur, quae fecimus ad memoriam delicta reuocemus: atque haec non iam flagella, sed dona esse conspiciamus, si quae carnis delectatione peccauimus, carnis dolore

TOM. 2.

purgantur. Praeterea ex benedictione beati Petri apostolorum principis, pallium vobis transmisimus, ad sola Missarum solennia utendum. Quo transmissio, valde debui, qualiter vobis esset viuendum, admonere. Sed locutionem supprimo, quia verba moribus antecedit. Omnipotens DEVS sua vos protectione custodiat, atque ad caelestis remunerationem patriae cum multiplici animarum fructu perducat. Ego autem quantà occupatione deprimar & debilitate, breuis attestatur epistola, in qua & ei quem multum diligo, parum loquor.

Ex eodem libro 7. epistola CXXVI. eiusdem Gregorij.

De muneribus sancto Petro transmissis.
Factum David ad memoriam reducit, qui aquam tanto periculo quaesitam noluit bibere.
Crucem transmittit, in qua de ligno Domini erat, & de capillis sancti Ioannis Baptistae.

TITVLI CAPITVLORVM sequentis epistolae.

- 1 De laude Reccaredi principis, quod per eum ad catholicam fidem gens Gothorum conuersa est.
- 2 De muneribus beato Petro Apostolo a memorato principe missis.
- 3 De constitutione eius aduersus Iudaeos, quod auri dono non sit corrupta.
- 4 Ut principes humilitatem cordis habeant.
- 5 Ut principes corporis castitati studeant.
- 6 Ut principes moderati & mites erga subiectos existant.
- 7 De clauo ostioli beati Petri, & de cruce Domini missa, siue de pallio B. Leandro episcopo directa.



Loriosissimo atque excellentissimo filio Reccaredo regi Gothorum atque Sueuorum, Gregorius seruus seruorum DEI. Explere verbis, excellentissimo filii, non valco, quantum tuo opere, tua vita delector. Audita quippe noui diebus nostris virtute miraculi, quod per excellentiam tuam cuncta Gothorum gens ab errore Arrianae haeresis in fidei rectae soliditatem translata est, exclamare cum propheta libet: Haec est immutatio dexteræ excelsi. Cuius enim vel faxeum peccus, tanto hoc opere cognito, non statim in omnipotentis Dei laudibus, atque in tuae excellentiae amore mollescat? Haec me, fateor, quae per vos acta sunt, saepe conuenientibus filiis meis dicere, saepe cum eis pariter admirari delectat. Haec me plerumque etiam contra me excitant, quod piger ego & inu-

Psalm. 76.

NNN filiis

tilis tunc inerti ocio torpeo, quando in animarum congregationibus pro lucro celestis patriae reges elaborant. Quid itaque ego in illo tremendo examine iudici venienti dicturus sum, si tunc illuc vacuus venero, ubi tua excellentia greges post se fidelium ducet, quos modo ad veræ fidei gratiam per studiosam & continuam prædicationem traxit? Sed est mihi, bone vir, hoc ex DEI munere in magna consolatione, quia opus sanctum quod in me non habeo, diligo in te. Cumque de tuis actibus magna exultatione gaudeo, ea quæ per laborem tua sunt, mea fiunt per charitatem. De conversione igitur Gothorum in vestro opere & nostra exultatione, libet cum angelis exclamare: Gloria in excelsis DEO, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Nos enim (vt existimo) gratiarum amplius omnipotenti Domino debitores sumus: qui estis vobiscum nihil egimus, vestro tamen operi congaudendo participes sumus.

Luc. 22

Prou. 15.

Genes. 4.

2. Beatus verò Petrus Apostolorum princeps, quam libenter munera excellentiæ vestra suscepit, ipsa cunctis liquidò vita vestra testatur. Scriptum quippe est: Vota iustorum placabilia. Neque enim in omnipotentis Dei iudicio, quid datur, sed à quo datur, adspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non respexit. Dicitur quippe quia Dominus respexit ad munera, præmisit sollicitè, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. Vestra itaque oblatio quam sit grata ostenditis, qui datur aurum, prius ex conversione gentis subditæ animarum munera dedistis. Quòd verò transmisissos Abbates, qui oblationem vestram beato Petro Apostolo deferebant, vi maris dicitis fatigatos ex ipso itinere ad Hispanias remeasse, non munera vestra repulsa sunt, quæ postmodum peruenierunt: sed eorum qui transmissi fuerant, constantia est probata, an scirent sancto desiderio obiecta pericula vincere, & in fatigatione corporis, mente minimè lassari. Aduersitas enim quæ bonis votis obijcitur, probatio virtutis est, non indicium reprobationis. Quis enim nesciat, quam prosperum fuit, quòd beatus Paulus apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat? & tamen veniens, naufragium per tulit. Sed naus cordis in marinis fluctibus integra stetit.

Act. 27.

3. Præterea indico, quia creuit de vestro opere in laudibus Dei hoc, quod dilectissimo filio meo Probino presbytero narrante cognoui, quia cum vestra excellentia constitutionem quandam contra Iudæorum perfidiam dedisset, hi de quibus prolata fuerat, rectitudinem vestræ mentis inflectere,

TOM. 2.

pecuniarum summam offerendo, moliti sunt, quam excellentia vestra contempserunt: & omnipotentis Dei placere iudicio requirens, auro innocentiam prætulit. Qua in rem mihi David regis factum ad memoriã venit, cui dum concupita aqua de cisterna Bethleemica (quæ inter hostiles cuneos habebatur) ab obsequentibus militibus fuisset allata, protinus dixit: Absit à me, vt sanguinem hominum istorum bibam. Quam quia fudit, & bibere noluit, scriptum est: Libavit eam Domino. Si igitur ab armato rege in sacrificium Dei versa est aqua contempta, pensemus quale sacrificium omnipotenti DEO rex obtulit, qui pro amore illius non aquam, sed aurum accipere contempserunt. Ita que filii excellentissime fidenter dicam, quia libasti aurum Domino, quod contra eum habere nolueris.

4. Magna sunt hæc, & omnipotentis Dei laudi tribuenda. Sed inter hæc vigilantia sunt studio antiqui hostis insidiæ cauendæ: qui quanto maiora in hominibus dona conspiciunt, tanto hæc auferre subtilioribus insidijs exquirunt. Neque enim latrunculi in via capere viatores vacuos expetunt, sed eos qui auri vascula vel argenti ferunt. Via quippe est vita præfens. Et tanto quisque necesse est vt insidiantes spiritus caueat, quanto maiora sunt dona quæ portat. Oportet ergò excellentiam vestram in tanto hoc de conversione gentis subditæ munere quod accipit, summo perè custodire prius humilitatem cordis, ac deinde munditiam corporis. Cum enim scriptum sit, Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur: profectò liquet quia ille veraciter alta amat, qui metem suam ab humilitatis radice non defecat. Sæpè nanque malignus spiritus, vt bona destruat quibus prius aduersari non valuit, ad operantis mentem postperactam operationem venit, eamque tacitis cogitationibus in quibusdam suis laudibus excutit, ita vt decepta mens admiretur ipsa quam sint magna quæ fecit. Quæ dum per occultum tumorem apud semetipsam extollitur, eius qui donum tribuit, gratia priuatur. Hinc est enim, quòd per prophetæ vocem contra superbientem animam dicitur: Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. Fiduciam quippe animam in pulchritudine sua habere, est in semetipsa de iusta actione præsumere. Quæ in suo nomine fornicatur, quando in hoc quod rectè agit, non conditoris laudem dilatari appetit, sed suæ opinionis gloriam requirit. Hinc rursùm per prophetam scriptum est: Quo pulchrior es, descende. Anima etenim vnde est pulchrior, inde descendit, quando ex virtutis decore, quo exaltari apud Deum debuit, ab eius gratia per suam elationem cadit. Quid ergò in his

Lu. 14. & 18.

Eze. 18.

Eze. 16.

agen-

agendum est, nisi vt malignus spiritus cum nobis ad eleuandam mentem reducit bona quæ egimus, nos semper ad memoriã mala nostra reuocemus? quatenus & nostra cognoscamus esse quæ peccando fecimus: & solius omnipotentis Dei munera, cum peccata declinamus.

1. Cor. 3.
1. Thess. 4.

5. Custodienda est quoque munditia corporis in studijs bonæ actionis: quia iuxta vocem prædicantis Apostoli, Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Qui rursùm ait: Hæc est enim voluntas DEI, sanctificatio vestra. Quam sanctificationem quid dixerit ostendens, protinus adiunxit: Vt abstineatis vos à fornicatione: vt sciat vnusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione & honore, & non in passionibus desiderij.

6. Ipsa quoque regni gubernacula erga subiectos, magno sunt moderamine temperanda, nè potestas mentem surripiat. Tunc enim regnum bene regitur, cum regnandi gloria animo non dominatur. Curandum quoque est, nè ira surreat, nè fiat citius omne quod libet. Ira quippe etiã cum delinquentium culpas exquirat, non debet menti quasi domina præire, sed post rationis tergum velut ancilla famulari, vt ad faciendam iussa veniat. Nam si semel mentem possidens ceperit, iustum esse deputat etiã quod crudeliter facit. Hinc enim scriptum est: Ira viri iustitiam Dei nõ operatur. Hinc rursùm dicitur: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Hæc autem vos, auctore DEO, omnia seruare non ambigo: sed occasione admonitionis exorta, bonis vestris actibus me furtiue subiungo, vt quod non admoniti facitis, quando vobis & admo-nens additur, iam non soli faciatis. Omnipotens autem DEVS in cunctis actibus vestris, celestis brachij extensione vos protegat, vobisque & præsentis vitæ prospera, & post multa annorum curricula gaudia concedat æterna.

Iac. 1.
Ibid.

7. Clauim verò paruulam vobis à sacratissimo beati Petri Apostoli corpore pro eius benedictione transmisimus, in qua inest ferrum de catenis eius inclusum: vt quod collum illius ad martyrium ligauerat, vestrum ab omnibus peccatis soluat. Crucem quoque deditatori præsentium vobis offerendam, in qua lignum Dominicæ crucis inest, & capilli beati Ioannis Baptistæ: ex qua semper solatium nostri Saluatoris per intercessionem præcursoris eius habeatis. Reuerentissimo autem viro fratri & coepiscopo nostro Leandro pallium à beati Petri Apostoli sede transmisimus, quod & antiquæ consuetudinis, & nostris moribus, & eius bonitati atque grauitati debebamus. Item in ana-

TOM. 2.

gnostico ante longum tempus dulcissimam mihi vestra excellentia, Neapolitano quodam iuvene veniente, mandare curauerat, vt pijsimo Imperatori scriberem, quatenus pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter piæ memoriæ Iustinianum principem & iura regni vestri fuerant emissa, vt ex his colligeret quid vobis seruare debuisset. Sed ad hoc faciendum duæ res mihi vehementer obstituerunt: Vna, quia chartophylacium prædicti piæ memoriæ Iustiniani principis, tempore ita furripiente, subito flamma incensum est, vt omnino ex eius temporibus penè nulla charta remaneret. Alia autem, quia (quod nulli dicendum est) ea quæ contra te sunt, apud te metipsum debes documenta requirere, atque hæc pro me in medium proferre. Ex qua re hortor, vt vestra excellentia suis moribus cõgrua disponat: & quæ ad pacem pertinet, studiosè peragat: vt regni vestri tempora per longa sint annorum curricula in magna laude memoranda. Præterea transmisimus clauim aliam à sacratissimo beati Petri apostoli corpore: quæ cum digno honore reposita, quæque apud vos inuenerit, benedictione multiplicet.

Eiusdem Gregorij ex libro nono epistola XXXIX.

De discordia sedanda, de detractio-nibus multorum non curandis, quibus etiam satisfaciendum: vnde plurima exempla proponit: & quòd religionis gratia coniugia non soluantur. De his qui dicunt in baptismo omnia peccata non dimitti: & de his qui asserunt, post penitentiam triennio factam, licentiam esse peccandi: quos omnes anathematizat.

Gregorius Theodisæe Patriciæ.

Magnas omnipotentis Deo gratias agere debemus, quòd pijsimi & benignissimi Imperatores nostri tales de genere suo iuxta se propinquos habent, de quorum conuersatione nobis omnibus grande sit gaudium. Vnde & pro eisdem dominis cõtinuè nobis orandum est, vt eorum vita cum suis omnibus, protegente celesti gratia, per longa tempora & tranquilla seruetur. Indico autem, quòd leuitate populi tumultum contra vos detractio-nis exortum, nunciantibus quibusdam, agnouit. Quæ ex re excellentiam vestram audio fuisse non modicum contristatam. Quod si ita est, valde miror cur vos quæ cor fixistis in cælo, verba hominum agitant in terra. Beatus enim Iob, cum amici eius qui ad consolandum eum venerant, in increpationem profilijsent, ait: Ecce enim in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis. Qui enim vitæ suæ in cælo testem habet, iudicia hominum in terra pertinet. NNN 2 mesce.

Iob 16.

mescere non debet. Dux quoque bonorum Paulus dicit: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Qui iterum dicit: Galat. 6. Opus suum probet unusquisque, & sic in semetipso gloriam habebit, & non in altero. Si enim laudibus letamur, & detractionibus frangimur, gloriam nostram non in nobis, sed in aliorum ore ponimus. Et fatuae virgines in vasis suis oleum non sumpserunt, sapientes autem sumpserunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Lampades quippe nostrae, bona sunt opera, de quibus scriptum est: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui est in caelis. Tunc autem oleum in vasis cum lampadibus sumimus, quando de bonis actibus nitorem gloriae non ab adulantibus proximis quaerimus, sed hunc in testimonio conscientiae feruamus. In omni autem quod agimus, vel quod extra de nobis dicitur, recurrere ad arcana mentis debemus. Esti omnes vituperent, liber est tamen, quem conscientia non accusat: quia & si omnes laudent, liber esse non potest, si hunc conscientia accusat. Unde de Iohanne veritas dicit: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitata? Quod videlicet per negationem dicitur, non per confirmationem, cum subditur: Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Quamvis enim iuxta veritatem Euangelij, Ioannes vestimento aspero fuerit indutus, per significationem tamen mollibus vestiti sunt, qui adulationibus a laudibus delectantur. Negatur autem quia Ioannes arundo vento agitata fuerit, quoniam mentis eius fortitudinem nulla humani oris aura flecebat. Nos enim si laudibus erigimur, vituperationibus humiliamur, arundo vento agitata sumus. Sed ab his hoc, ab his à corde excellentie vestrae. Scio quia magistrum gentium studiosè legitis qui ait: Ego si adhuc hominibus placerem, CHRISTI seruus non essem. Si qua tamen vel parua tristitia hac ex re menti vestrae exorta est, credo quod hoc fieri omnipotens DEVS benignè permittit. Neque enim electis suis in hac vita promisit gaudia delectationis, sed amaritudinem tribulationis: ut medicinae more, per amarum poculum ad dulcedinem redeant aeternae salutis. Quid namque dicit? Mundus gaudebit, & vos lugebitis. Qua spe? qua promissione? Paulopòst subditur: Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Hinc iterum discipulis dicit: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Pensate quæso, ubi erit patientia, si deest quod toleretur? Ego Abel esse non suspicor, qui Cain non habuerit. Boni enim si sine malis fuerint, TOM. 2.

perfectè esse boni non possunt, quia minimè purgantur. Ipsa autem malorum societas, purgatio bonorum est. Tres in arca filij Noë fuerunt. Vnus irrisor patris extitit: qui etsi in se benedictus fuit, maledictionis tamen sententià in filio suscepit. Duos Abraham, priusquam vxorem Cethuram acciperet, filios habuit: sed tamen carnalis eius filius, est repromissionis filium persequutus. Quod magnus doctor exponit, dicens: Sicut is qui secundum carnem est, persequatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Duos Isaac filios habuit: sed vnus qui spiritualis extitit, ante minas carnalis fratris fugit. Duodecim Iacob filios habuit: sed vnus qui rectus vivebat, decem in Aegyptu vendiderunt. In Dauid propheta quia fuit quod purgari debuisset, actum est ut persecutorem filium pateretur. Beatus Iob de societate reproborum dicit: Frater fui draconum, & socius struthionum. Ad Ezechielem Dominus ait: Fili hominis, increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. In duodecim Apostolis vnus reprobus mixtus est, ut esset cuius persecutione vndecim tentarentur. Apostolorum princeps discipulis loquitur, dicens: Iustum Loth oppressum, à nefandorum iniuria & conuersatione eripuit. Adpectu enim & auditu iustus erat, habitans inter eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabat. Paulus quoque à Apostolo discipulis scribit, dicens: In medio nationis prauae & peruersae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentes. Quia ergo scriptura teste cognoscimus, in hac vita bonos sine malis esse non posse, de stultorum vocibus excellentia vestra turbati nullatenus debet: maximè quia in omnipotentis Dei misericordia tunc certa fiducia est, quando pro bono opere aduersitatis aliquid in hoc mundo recipitur, ut plena merces in aeterna retributione seruetur. Unde in sancto Euangelio Veritas dicit: Beati eritis cum aduersum vos omne malum dixerint homines, mentientes, propter nomen meum. Qui in consolatione nostra, sua in exemplum adducere opprobria dignatus est, dicens: Si patrem familiam Beelzebub vocauerunt, quantum magis domesticos eius? Sunt autem plurimi, qui vitam bonorum fortassè amplius quam debent, laudant: & nè qua elatio de laude surrepat, permittit Omnipotens Deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumperet: ut si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est quod Doctor gentium se in praedicatione currere testatur per infamiam & bonam famam: Qui etiam dicit: Ut seductores, & veraces. Si ergo fuerunt qui malam famam Paulo imponerent, qui hunc seducto-

ductorem vocarent: quis nunc Christianus debet indignum ducere, pro CHRISTO iniurias audire? Quanta autem virtutis praecursor nostri redemptoris fuit, nouimus, qui per sacrum eloquium non solum plus quam propheta, sed etiam angelus vocatur: & tamen, sicut mortis huius historia testatur, post mortem à persecutoribus eius corpus incensum est. Sed quid ista de sanctis hominibus dicimus? De ipso sancto sanctorum, id est, de Deo, qui pro nobis homo factus est, loquamur: qui ante mortem, iniuriam quia daemonium haberet, audiuit: post mortem verò à persecutoribus suis seductor appellatus est, cum dicerent: Scimus quia seductor ille dixit, Post tres dies resurgam. Quanta ergo nos peccatores à lingua vel manibus iniquorum hominum portare necesse est, qui in aduentu aeterni iudicis iudicandi sumus, si & ipse tanta post mortem pertulit, qui & iudex veniet? Haec, dulcissima & excellentissima filia, breuiter dixi, nè, quoties stultos homines tibi derogare cognoscis, quilibet vel paruula mentis tristitia tangaris. Sed quia sedari hoc ipsum stultorum hominum murmur tranquilla ratione potest, peccatum credo, si bonum quod valet fieri, negligitur ut fiat. Nam cum placare insanas mentes, atque ad salutem reducere possumus, scandalizare eos minimè debemus. Sunt enim quaedam scandala, quae omnino despicienda sunt: quaedam verò, cum vitari sine culpa possunt, despicienda non sunt, nè cum culpa feruentur. Quod sacro Euangelio testate cognouimus, quia cum veritas diceret, Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem: & discipuli responderent, dicentes: Scis quia Pharisei, audito hoc verbo scandalizati sunt? protinus respondit, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur. Sinite illos. Caeci sunt, & duces caecorum. Et tamen cum tributum peteret, prius rationem reddidit, per quam tributum soluere nõ deberet: atque illic subiunxit, Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te. Quid est quod de scandalizatis dicitur, Sinite illos, Caeci sunt, & duces caecorum: & alij, nè scandalizentur, à Domino tributum soluitur, quod etiam non debetur? Quid est, quod aliud scandalum esse permittit, aliud verò venire prohibuit? nisi ut nos doceret, & illa scandala, quae nos ad peccata implicant, contemnere: & ea, quae placare sine peccato possumus, modis omnibus mitigare? Vestra itaque excellentia potest, protegente Do-

mino, prauorum hominum scandala cum magna tranquillitate declinare. Prius enim vobis secretò vocandi sunt, atque ipsis ratio reddenda: & peruersa quaedam capitula quae teneri existimant, coram ipsis sunt anathematizanda. Quod si etiam (sicut dicitur) dari anathema fictè suspicantur, etiam iureiurando firmandum est, vos nunquam eadem capitula tenere, nunquam tenuisse. Nec vobis indignum videatur, tali eis modo satisfacere, nec de Imperiali genere sit contra eos aliquid in vestra mente fastidium. Omnes etenim fratres sumus, vnus Imperatoris potestate conditi & sanguine redempti. Et ideo fratres nostros, quantumlibet pauperes & abiectos, in nullo despiciere debemus. Certè etenim Petrus potestatem regni caelestis acceperat, ut quaeque in terra ligaret vel solueret, essent in caelo ligata vel soluta: supra mare ambulauit: aegrotantes umbra curabat: peccantes verbo occidebat: mortuos oratione excitabat. Et quia ex admonitione spiritus ad Cornelium gentilem fuerat ingressus, contra eum quaestio à fidelibus facta est, cur ad gentiles intrasset, & comedisset cum eis, cur eos in baptismo suscepisset. Et tamen idem apostolorum primus, tanta donorum gratia repletus, tanta miraculorum potestate suffultus, querele fidelium non ex potestate, sed ex ratione respondit, causam per ordinem exposuit, quomodo vas quoddam velut linteum, in quo quadrupedia terrae & bestiae, reptilia atque volatilia inerant, de caelo submitti viderit, vocemque audierit. Surge Petre, occide & manduca: Qualiter tres viri venerint, cum ad Cornelium vocantes: qualiter Spiritus sanctus hunc cum eis irae praeceperit: Qualiter idem Spiritus sanctus, qui venire in baptizatos in Iudaea post baptismum consueuerat, in gentibus ante baptismum venit. Si enim cum à fidelibus culparetur, auctoritatem quam in sancta Ecclesia acceperat, attendisset: respondere poterat, ut pastorem suum oues quae ei commissa fuerat, reprehendere non auderent. Sed si in querela fidelium aliquid de sua potestate diceret, profecto Doctor mansuetudinis non fuisset. Humili ergo eos ratione placuit: atque in causa reprehensionis suae, etiam testes exhibuit, dicens: Venerunt autem mecum sex fratres isti. Si ergo pastor Ecclesiae, Apostolorum princeps, signa & miracula singulariter faciens, non dedignatus est in causa reprehensionis suae rationem humiliter reddere: quanto magis nos peccatores, cum de realiqua reprehendimur, reprehensores nostros ratione humili placare debemus? Ad me etenim (sicut notis) cum apud vestigia dominorum in regia vrbe demora-

Matth. 11.

Malach. 3.

Iohan. 8.

Matth. 27.

Marc. 7. Matth. 15.

Matth. 17.

Gen. 9.

Gal. 4.

2. Reg. 16.

Iob 30. Ezech. 2.

2. Petr. 2.

Phil. 2.

Matth. 5.

Matth. 10.

2. Cor. 6.

Ibid.

rer, multi ex eis venire consueuerant, qui de predictis capitulis accusabantur: sed teste conscientia fateor, nunquam in eis aliquid erroris, aliquid prauitatis, aliquid de his quæ contra eos dicebantur, inueni: vnde & eos, opinione contempta, familiariter suscipere, & magis ab insequentibus defendere curabam. Dicebatur nanque contra eos, quia sub obtentu religionis coniugia soluerent: & quia dicerent quod baptismata peccata penitus non auferret: & si de iniquitatibus suis quis in triennium pœnitentiam ageret, postmodum ei peruersè viuere liceret: & quia si compulsi aliquid de quibus reprehendebantur, anathematizare se dicerent, anathematis vinculo nullo modo teneri. Et si sunt qui certissimè talia sentiunt vel tenent, quia Christiani non sunt, dubium non est. Eosque & ego, & omnes catholici episcopi atque vniuersa Ecclesia anathematizamus: quia veritati contraria sentiunt, contraria loquuntur. Si enim dicunt, religionis causa coniugia debere dissolui: sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit, lex diuina tamen prohibuit. Per se enim veritas dicit: Quæ Deus coniunxit, homo non separet. Quæ etiã ait: Non licet dimittere vxorẽ, excepta causa fornicationis. Quis ergo huic celesti legislatori contradicat? Scimus quia scriptum est, Erunt duo in carne vna. Si ergo vir & vxor vna caro sunt, & religionis causa vir vxorem dimittit, vel mulier virum, in hoc mundo remanentem, vel forsasè ad illicita migrantem, quæ est ista cõuersio in qua vna eademq; caro & ex parte transit ad continentiam, & ex parte remanet in pollutione? Si verò vtriusque conueniat continerem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? quando certum est, quod omnipotens Deus qui minora concessit, maiora non prohibuit? Et quidem multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus & prius continentem vitã duxisse, & postmodum ad sanctæ Ecclesiæ regimina migrasse. Duobus enim modis sancti viri etiã à licitis solent abstinere: Aliquando, vt merita sibi apud omnipotentem DEVM augeant: aliquando verò, vt antea vitæ culpas detergant. Tres enim pueri in regis Babylonici obsequium deducti, legumina ad vescendum petentes, cibis regijs vti noluerunt: non quia culpa esset, si ea quæ DEVS creauerat, ederent. Noluerunt ergo ea sumere quæ licebat, vt per continentiam virtus excresceret. David verò qui alienam coniugem tulerat, & pro sua culpa valde fuerat flagellatus, aquam bibere longè post de Bethlehemitica cisterna voluit: quam cum ei fortissimi milites detulissent, bibere noluit, eamq; fundendo domino libauit. licebat em̄ ei bibere, si volu-

27. q. 2. Sunt qui

Matth. 19. Marc. 10. Luc. 16. 1. Cor. 6.

Genes. 2. Ephes. 5.

Dan. 1.

1. Par. 11.

TOM. 2.

isset: sed quia illicita se fecisse meminerat, laudabiliter à licitis abstinere. Et qui prius, pro culpa sua morietium militum sanguinem fundi non timuit, postmodum si aqua biberet, etiã viuentium militum sanguinẽ se fuisse iudicauit, dicens: Num sanguinẽ istorũ hoim qui profecti sunt, & animarũ periculum bibam? Proinde cum boni coniuges aut meritum augere desiderant, aut antea vitæ culpas delere, vt se ad continentiam adstringant, & meliorem vitã appetant, licet. Si verò continentiam quã vir appetit, vxor non sequitur: aut quam vxor appetit, vir recusat: diuidi coniugium non licet, quia scriptum est: Mulier sui corporis potestatem nõ habet, sed vir: & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Si qui verò sunt, qui dicunt, peccata in baptisinate superficierentis dimitti: quid est hoc prædicatione infidelium, in qua ipsum fidei sacramentũ festinant soluere? in quo principaliter ad cælestis mūditiæ mysteriũ anima ligatur, vt absoluta radicibus à peccatis omnibus, soli illi inhereat, de quo Psalmita ait: Mihi autem adhærere Deo bonum est. Certè enim maris rubri transitus, figura sancti baptismatis fuit, in quo hostes à tergo sunt mortui, sed alij cõtra faciem in eremo sunt inuenti. Sic quippe omnes qui in sancto baptismate tinguntur, eorũ peccata præterita omnia laxantur: quia eis velut Aegyptij hostes à tergo moriuntur. Sed in eremo alios hostes inuenim: quia dum in hac vita viuimus, priusquam ad promissionis patriam pertingamus, multas tentationes nos fatigant, & ad terram viuentiũ tendentibus iter intercludere festinant. Qui ergo dicit, peccata in baptismate funditis non dimitti, dicat in mari rubro Aegyptios non veraciter mortuos. Si autem fateatur Aegyptios veraciter mortuos, fateatur necesse est peccata in baptismate funditis mori: quia quia mirum plus valet in absolute nostra veritas, quàm umbra veritatis. In Euangelio Dominus dicit: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Si igitur peccata in baptismate funditis minimè dimittuntur, quo modo is qui lotus est, mundus est totus? Totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo resistit voci veritatis, quæ ait: Qui lotus est, mundus est totus. Nihil ergo ei de peccati sui contagione remanet, quem totum fatetur mundũ ipse qui deemit. Si qui aut sunt qui dicunt, quia de peccato quolibet triennio pœnitentiã agenda est, & post triennium in voluptatibus viuendũ: isti adhuc nec predicamenta veræ fidei, nec sacre scripturæ testimonia nouerunt. Contra hos prædicator egregius Paulus dicit: qui seminatur in carne sua, de carne & metet corruptionẽ.

27. q. 2. e. Sunt qui si verò.

1. Cor. 7.

Psalm. 72.

Iohan. 13.

Galat. 6.

CON-

Contra hos itẽm dicit: Qui in carne sunt, DEO placere non possunt. Vbi discipulis subiungit: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Hi quippe in carne sunt, qui in carnalibus voluptatibus viuunt. Cõtra hos dicitur: Neque corruptio in corruptionem possidebit. Si autem dicunt pauci temporis pœnitentiam contra peccatum debere sufficere, vt iterum liceat ad peccatum redire: rectè eos pastoris primi percutit sententia, qui ait: Contingit illis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitum, & sus Iota in volutabro luti. Magna est enim contra peccatum virtus pœnitentiæ, sed si quis in eadem pœnitentia perseueret. Nam scriptum est: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hinc rursum scriptum est: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quod proficit lauatio eius? Mortuum quippe est omne opus peruersum, quod pertrahit ad mortem, quod vita iustitiæ non viuunt. Baptizatur ergo à mortuo, & iterum tangit eum, qui praua opera quæ se meminit egisse, deplorat, sed in eis de se iterum post lachrymas implicat. Anima itaque quælibet eiusdem mortui lauatiõne non proficit, quæ hoc iterum faciendo quod planxit, nec per lamenta pœnitentiæ ad rectitudinem iustitiæ exurgit. Pœnitentiam enim verè agere, est commissa flere, sed iterum plangenda declinare. Si verò sunt qui dicunt, quia compulsus quispiã necessitate, si anathematizauerint, anathematis vinculo non tenentur, ipsi sibi testes sunt, quia Christiani non sunt: quia ligamenta sanctæ Ecclesiæ vanis se existimant conatibus soluere, ac per hoc nec absolutionem sanctæ Ecclesiæ quam præstat fidelibus, veram putant, si ligaturas eius veras esse atque valere non æstimat. Contra quos diutius disputandum non est, quia despiciendi per omnia & anathematizandi sunt, vt vnde veritate fallere se credunt, indè in peccatis suis veraciter ligentur. Si qui sunt igitur, qui sub nomine Christiano hæc quæ diximus, errorum capitula aut prædicare audent, aut taciti apud semetipsos tenere: hos proculdubio & anathematizauimus, & anathematizamus. Ex omnibus tamen capitulis, in eis (sicut dixi) qui ad me in vrbe regia venire consueuerunt, nullum omnino errorem cuiuslibet prædicti capituli agnouit, sed neque fuisse existimo. Nam si fuisset, agnouissem. Quia verò sunt multi fidelium, qui imperito zelo succeduntur, & sæpè dum quosdam quasi hæreticos insequuntur, hæreses faciunt: eorum infirmitati consulendum est: & sicut prædixi, ratione & mansuetudine placandi sunt. Illis quippe sunt similes, de quibus scriptum est: Testimonium illis perhibeo, quod æmulatiõnem Dei habent, sed non secundum scientiam. Vestra itaque excellentia, quæ in lectio-

Rom. 8.

1. Cor. 15.

1. Pet. 2.

Matth. 10. & 24.

Ecclesi. 34.

Rom. 10.

TOM. 2.

ne, in lachrymis atque in elemosynis incessabiliter viuunt, eorum (sicut petij) imperitiam placare mansuetis exhortationibus ac responsionibus debet: vt non solum de semetipsa, sed etiã de illis gloriam æternæ retributionis inueniat. Hæc me vobis dicere nimis amor suauis: quia & in vestra læritia me crescere, & in vestra tristitia me existimo minorari. Omnipotens Deus gratia vos cælesti custodiat, & salua Domini nostri pietate, & piissimæ domine tranquillitate, pro dominorum paruulorum nutrimento vitam vestram longius extendat.

EPISTOLA D. GREGORII

I. ad Quirinum episcopũ, ceterosque Hyberniæ catholicos Episcopos. De his, qui ab hæreticis in Trinitatis nomine baptizantur, non rebaptizandis: de ijs verò, qui sic nõ baptizantur, baptizandis. Et quid, ab hæresi respicientes, confiteri & promittere debeant.

Est libri 9. Epistola 61.

Via charitati nil longè est, quos diuidunt loca, iungat epistola. Lator itaque presentium ad beati Petri apostolorum principis ecclesiam veniens, fraternitatis vestræ se affert ad nos accepisse epistolas, easque in Hierosolymorum vrbe cum rebus quoque alijs perdidisse. In quibus, sicut ipse ait, studuisti inquirere, sacerdotes ac plebes, quæ Nestorianæ hæresis errore confusa sunt, cum ad matrem electorum omnium catholicam Ecclesiam reuertuntur, vtrum baptizari debeant, an certè solius veræ fidei confessione eiusdem matris Ecclesiæ visceribus adiungi. Et quidem ab antiqua patrum institutione didicimus, vt quilibet qui apud hæresim in Trinitatis nomine baptizatur, cum ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut vocatione chrisimatis, aut impositione manũ, aut sola professione fidei ad sinum matris ecclesiæ reuocentur. Vnde Arrianos per impositionem manũ Occidens, per vocationem verò sancti chrisimatis ad ingressum sanctæ Ecclesiæ catholice Oriens reformat. Monophysitas verò & alios ex sola vera confessione recipit, quia sanctum baptismata, quod sunt apud hæreticos consecuti, tunc in eis vires emundationis accipit, vel cum illi per impositionem manũ spiritum sanctum acceperint, vel isti per professionem veræ fidei, sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ visceribus fuerint vniti. Hi verò hæretici, qui in Trinitatis nomine minimè baptizantur, sicut sunt Bonosaci & Cataphrygæ, quia & illi CHRISTVM Dominum non credunt, & isti spiritum sanctum peruerso sensu esse quendam prauum hominem Montanum credunt, quorum similes multi sunt alij, cum ad sanctam Ecclesiam

De cõ. dist. 4. ab antiq.

De cõ. dist. 4. Hi verò.

NNN 4 siam

siam veniunt, baptizantur: quia baptismum nō fuit, quod in errore positi, in sanctæ Trinitatis nomine minimè perceperunt. Nec potest hoc ipsum baptisma dici iteratum, quod, sicut dictum est, in trinitatis nomine nō erat datum. Nestoriani quoque, quia in sanctæ Trinitatis nomine baptizantur, sed eos Iudaicę perfidię similis de incarnatione vnigeniti suę hæresios error obscurat, ad sanctam Catholicam Ecclesiam venientes, de veræ fidei firmitate docendi sunt, vt vnū eundemque DEI & hominis filium, Deum Dominum nostrum Iesum Christum credant, ipsum existentem in diuinitate ante secula, & ipsum factum hominem in fine seculorum: quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum verò carnem dicimus factum, nō immutando quod erat, sed suscipiendo quod non erat. In incarnationis enim suę mysterio vnigenitus patris nostra auxit, sua non minuit. Vna itaque persona est verbum & caro, sicut ipse ait: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit filius hominis. Qui filius Dei in cælo, erat filius hominis qui loquebatur in terra. Hinc Iohannes ait: Scimus quia filius dei venit, & dedit nobis sensum. Qui nobis quę sensum dederit, illic subiunxit: Vt cognoscamus verum Deum. Quem hoc loco verum Deum insinuat, nisi patrem omnipotentem? Sed quid etiã de omnipotente filio sentiat, adiungit: Et simus in vero filio eius Iesu Christo. Ecce ait verum Deum patrem, verum filium eius Iesum Christum. Quem verum filium quid esse sentiat, apertius ostendit: Hic est, inquit, verus Deus, & vita æterna. Si igitur iuxta errorem Nestorij alius verbum, atque alius esset homo Iesus Christus, qui verus est homo, vtique verus Deus non esset & vita æterna. Sed vnigenitus filius verbum ante secula, factus est homo. Hic ergo est verus Deus, & vita æterna. Certè cum hęc sancta virgo conceptura esset, & loquentem ad se angelum audiret, ait: Ecce ancilla Domini: fiat sicut dicis. Quæ cum eum concepisset, & ad Elizabeth cognatam suam pergeret, ab eadem Elizabeth protinus audiuit: Vndè ego digna, vt mater Domini mei veniat ad me? Ecce eadem virgo & ancilla Domini dicitur, & mater. Ancilla enim Domini, quia verbum ante secula vnigenitum, equalis est patri: Mater verò, quia in eius visceribus ex sancto spiritu eiusque carne factus est homo. Nec alterius ancilla, alterius mater: quia dum vnigenitus Dei existens ante secula, ex eius vtero natus est homo, inuestigabili miraculo facta est ancilla hominis per diuinitatem, & mater verbi per carnem. Non autem prius in vtero virginis caro concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem: sed mox vt verbum venit in vtero, mox verbum, seruata proprię virtute naturæ, factum est caro & perfectus homo, id est,

TOM. 2.

in veritate carnis & animæ rationalis natus est per vterum virginis vnigenitus filius dei. Vndè & vnctus præ participibus dicitur, sicut Psalmista ait: Vnxit te deus tuus oleo lætitię præ consortibus tuis. Vnctus quippe est oleo, dono videlicet spiritus sancti: sed præ consortibus vnctus est, quia omnes nos prius peccatores existimus, & postmodum per vnctionem sancti spiritus sanctificamur. Ipse autem, qui existens Deus ante secula, per spiritum sanctum in vtero virginis homo conceptus est in fine seculorum, ibi ab eodem spiritu vnctus est, vbi conceptus: nec ante conceptus, & postmodum vnctus est, sed hoc ipsum de spiritu sancto ex carne virginis concipi, à spiritu sancto vnctus fuit. Hęc igitur veritatem natiuitatis eius quicumque à peruerso errore Nestorij reuertitur, coram sancta fraternitatis vestre congregatione fateantur, eundem Nestorium cum omnibus suis sequacibus ac reliquis hæreses anathematizantes, venerandas quoque Synodos, quas vniuersalis Ecclesia recipit, se recipere & venerari promittant, & absque vlla dubitatione sanctitas eos vestra, seruatis eis proprijs ordinibus, in suo cœtu recipiat: vt dum per sollicitudinem occulta mentis eorum discutitis, atque eos per veram scientiam recta quæ tenere debeant docetis, & per mansuetudinem nullam eis contrarietatem vel difficultatem de proprijs suis ordinibus facitis, eos ab antiqui hostis ore rapiatis, & tantò vobis apud omnipotentem Deum æternæ glorię crescat retributio, quantum multos colligitis, qui vobiscum in domino sine fine gloriantur. Sancta itaque Trinitas orantes pro nobis sua vos protectione custodiat, vobisque in amore suo dona multipliciora concedat.

EIVSDEM B. GREGORII
responsiones ad interrogaciones Augustini episcopi Cantuariensis ecclesię.

Reuereudissimo fratri Augustino episcopo, Gregorius seruus seruorum Dei. Per dilectissimum filium meum Laurentium presbyterum & Petrum monachum, fraternitatis tuę scripta suscepi, in quibus me de multis capitulis requirere, curasti. Sed quia prædicti filij mei podagra me doloribus inuenerunt afflictum, & cum vigerent se citius dimitti, ita relaxati sunt, vt in eadē me dolorum afflictione relinquerent, singulis quibusque capitulis, vt debui, latius respondere non valui.

PRIMA INTERROGATIO
Augustini.

Quæro, pater beatissime, de Episcopis, qualiter cum suis clericis conuersentur. Vel de his quę ex fidelium oblationibus accedunt altari, quantæ debeant fieri portiones.

DE

Ioan. 1

Iohan. 3.

I. Iohan. 5.

Luc. 1.

Psal. 44.

DE ECCLESIASTICIS OB-
uentionibus diuidendis. CAP. I.

RESPONSIO B. GREGORII.

Qualiter Episcopus agere debet in Ecclesia, sacra scriptura testatur, quã te bene nosse dubiũ nō est, & specialiter beati Pauli ad Timotheum epistola, in quibus eũ erudire studet, qualiter in domo Dei cõuerfari debuisset. Mos est autem sedis Apostolicę, ordinatis episcopis præceptũ tradere, vt ex omni stipendio quod accedit, quatuor fieri debeant portiones: Vna videlicet Episcopo & familia propter hospitalitatem atque susceptionem. Alia clero. Tertia Pauperibus. Quarta ecclesijs reparandis. Sed quia tua Fraternitas monasterij regulis erudita, seorsum viuere non debet à clericis suis: in ecclesia Anglorum (quæ auctore Deo nupèr ad fidem perducta est) hanc debet instituere cõuersionem, quę in initio nascentis ecclesie fuit patribus nostris: in quibus nullus eorũ ex his quę possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

12. q. 2. c. Mos.

12. q. 1. ca. Quia tua.

AG. 4.

Secunda interrogatio Augustini.

Opto enim doceri, an Clerici continere non valentes, possint contrahere: & si contraxerint, an debeant ad seculum redire.

DE Clericis contrahentibus post Clericatum.
 CAP. II.

RESPONSIO B. GREGORII.

Dist. 32. ca. Si quis verò. Item 12. q. 1. c. quia tua. § Si quis verò

SI qui verò sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere nō possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius accipere: quia & de eisdem partibus, de quibus præfati sumus, nouim⁹ scriptum, quod diuidebat singulis prout cuique opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atque prouidendum est, & sub Ecclesiastica regula sunt tenendi, vt bonis moribus viuãt, & canendis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis & cor & linguam & corpus, deo auctore, se cõseruent. Comuni autem vita viuentibus, iam de faciendis portionibus, vel exhibitã hospitalitate, & adimplenda misericordia nobis quod erit loquendũ, cum omne quod superest, in causis pijs ac religiosis erogandum est? Domino & magistro omnium dicente: Quod superest, date elemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.

LUC. 11.

Tertia interrogatio Augustini.

Cur cum vna sit fides, sint ecclesiarũ consuetudines diuersę? & altera cõsuetudo Misarum in Romana Ecclesia, atque altera in Galliarum ecclesijs teneatur?

DE diuersis cõsuetudinibus Misarum Ecclesiarum non improbandis. CAP. III.

RESPONSIO B. GREGORII.

Dist. 32. c. Nouit.

Nouit fraternitas tua Romanę Ecclesię consuetudinem, in qua se me-

TOM. 2.

minit eruditam. Sed mihi placet, vt siue in Romana, siue in Gallicana, seu in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plũs omnipotenti deo possit placere, sollicitè eligas: & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc ad fidem noua est, institutione præcipua quæ de multis ecclesijs colligere potuisti, infundas. Nō enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesijs, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige: & hæc quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem deponere.

Quarta interrogatio Augustini.

Obsecro, quid pati debeat, si quis aliquid de ecclesia furtim extulerit.

De penitentia furum, & restitutione ecclesiasticarum rerum. CAP. III.

RESPONSIO B. GREGORII.

Hoc tua fraternitas ex persona furis pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sũt enim quidam, qui habentes subsidia, furtim perpetrant: & sunt alij, qui in hac re ex inopia delinquant. Vndè necesse est, vt quidam damnis, quidam verò verberibus: & quidã districtius, quidam verò leuiter corrigantur: et cum paulò districtius agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præstatur qui corrigitur, nē gehennæ ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus tenere disciplinam debemus, sicut boni patres carnalibus filiis solent: quos & pro culpis verberibus feriunt, & tamen ipsos quibus doloribus affligunt, habere hæredes quærunt: & quæ possident, ipsi seruant, quos irati insequi videntur. Hęc ergo charitas in mente seruanda est, & ipsa modum correctionis dicit, ita vt mens extra rationis regulam omninò nihil faciat. Addis etiã, quomodò ea quæ furto de ecclesijs abstulerunt, reddere debeant. Sed absit vt ecclesia cum augmento recipiat, quod de rebus terrenis videtur amittere, & lucra de damnis quærat.

Quinta interrogatio Augustini.

Peto, an debeãt duo germani fratres singulas sorores accipere, quæ sint ab illis longa progenie generatæ.

Quod duo fratres possunt contrahere cum duabus sororibus. CAP. V.

RESPONSIO B. GREGORII.

Hoc fieri omnibus modis licet. Nequam enim in sacris eloquijs inuenitur, quod huic capitulo contradicere videatur.

Sexta interrogatio Augustini.

Vsq̃ue ad quotam generationem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari? & nouercis & cognatis si liceat coniugio copulari?

Qui

QUI SVNT IN CONTRA-
bendo prohiberi gradus consanguini-
tatis & affirmatis. CAP. 6.

RESPONSIO B. GREGORII.

Quædam terrena lex in Romana Re-
pub. permittit, vt siue frater & soror
seu duorum fratrum germanorum,
vel duarum sororum filius & filia miscean-
tur. Sed experimento didicimus, ex tali
coniugio sobolem non posse succrescere. Et
sacra lex prohibet cognationis turpitudinē
reuelare. Vndē necesse est, vt iam tertiā vel
quarta generatio fidelium licenter sibi iun-
gi debeant. Nam secunda quam diximus, à
se omnimodò debet abstinere. Cum nouer-
ca autem misceri, grande est facinus, quia in
lege scriptum est: Turpitudinem patris tui
non reuelabis. Neque enim turpitudinem
patris filius reuelare potest. Sed quia in lege
scriptum est, Erūt duo in carne vna: qui tur-
pitudinem nouerçę, quæ vna caro cum pa-
tre fuit, reuelare præsumpserit, profectò pa-
tris turpitudinem reuelauit. Cum cognata
quoquē misceri prohibitum est, quæ per cõ-
iunctionem priorem caro fratris fuerit fa-
cta. Pro qua re etiā Iohannes Baptista ca-
pite truncatus est, & sancto martyrio con-
summatus. Cui non est dictum vt Christum
negaret: nec pro Christi confessione occi-
sus est: sed quia idem Dominus noster Iesus
Christus dixerat, Ego sum veritas: quia pro
veritate occisus est Iohannes, pro Christo san-
guinem fudit.

Hæc solis
Anglis
recens ad
fidem con-
uersis per-
missa sunt
ad breue
tempus.
Leu. 18.
Gen. 2.

Matth. 14.

Ioan. 14.

SEPTIMA INTERROGATIO
Augustini.

Declarari posco, an sic turpiter cõiunctis
sit indicenda separatio, & sacre communi-
onis deneganda oblatio.

Quod neophyti in gradu prohibito iuncti, nec pro-
hibendi sunt, nec sacra communione pri-
uandi. CAP. VII.

RESPONSIO B. GREGORII.

Quia verò multi sunt in Anglorum gẽ-
te, qui dū adhuc in infidelitate essent,
huic nefando coniugio dicuntur ad-
mixti: ad fidem venientes, admonendi sunt,
vt se abstineant, & graue hoc peccatum esse
cognoscant: Tremendum Dei iudicium ti-
meant, nē pro carnali delectatione tormen-
ta æterni cruciatūs incurrant. Non tamen
pro hac re sacri corporis ac sanguinis Do-
mini communionē priuandi sunt, nē in eis
illa vlcisci videamur, in quibus se per igno-
rantiam ante lauacrum baptismatis adlirin-
xerunt. In hoc enim tempore sancta ecclesia
quædam per feruorem corrigit, quædam per
mansuetudinem tolerat, quædam per cõ-
siderationem dissimulat atque portat: vt sæ-
pè malum quod auersatur, portando & dis-
simulando compescat. Omnes autem qui ad
fidem veniunt, admonendi sunt, nē aliquid
tale audiant perpetrare. Si qui autem perpe-
trauerint, corporis & sanguinis Dñi cõmu-
nitione priuandi sunt: quia sicut in his qui per
ignorantiam fecerunt, culpa aliquatenus to-
leranda est, ita est in his fortiter insequenda,
qui non metuunt sciendo peccare.

TOM. 2.

OCTAVA INTERROGATIO
Augustini.

Peto, si longinquitas itineris magna inter-
iacet, vt episcopi facillè non possint conue-
nire, an debeat sine aliorum episcoporum
præsentiā episcopus ordinari?

Quot sunt necessarii episcopi in episcopi conse-
cratione. CAP. VIII.

RESPONSIO B. GREGORII.

Et quidem in Anglorū ecclesia, in qua
adhuc solus tu episcopus inueniris, or-
dinare episcopum nō aliter nisi sine episco-
pis potes. Nam quandò de Gallijs episcopi
venient, qui in ordinatione episcopi testes
assistant? Sed fraternitatem tuam ita volumus
episcopos ordinare, vt ipsi sibi episcopi si
longo interuallo minimè distīgantur: qua-
tenus nulla sit necessitas, vt in ordinatione
episcopi pastores quoquē alij, quorum præ-
sentia valdè est utilis, facillè debeat conueni-
re. Cū igitur Deo authore ita fuerint episco-
pi in propinquis sibi locis ordinati, per
omnia episcoporum ordinatio sine aggrega-
tis tribus vel quatuor episcopis fieri non de-
bet. Nam in ipsis rebus spiritalibus, vt sapi-
ter & maturè disponātur, exemplum trahere
à rebus etiā carnalibus possumus. Certè
enim dum coniugia in mundo celebrantur,
coniugati qui que vocātur: vt qui iam in via
coniugij præcesserunt, in subsequētis quo-
quē copulæ gaudio misceantur. Cur non er-
gò & in hac spiritali ordinatione, qua per sa-
crum ministerium homo Deo coniungitur,
tales conueniant, qui vel in profectū ordi-
nati episcopi gaudeāt, vel pro eius custodia,
omnipotēti Deo preces pariter fundant.

NONA INTERROGATIO AVGV.
Augustini.

Postulo etiā, qualiter debemus cū Gal-
liarum atque Britannorum episcopis agere.

Qualiter metropolitani in aliena prouincia se
habere debent. CAP. IX.

RESPONSIO B. GREGORII.

In Galliarum episcopis nullā tibi autho-
ritatem tribuimus: quia ab antiquis præ-
decessorū meorū temporibus palliū Arelaten-
sis epus accepit, quē nos priuare autoritate
percepta minimè debemus. Si igit cõtingat,
vt fraternitas tua ad galliarum prouinciam
trāseat, cum eodē Arelatenſi epō debet age-
re, qualiter si qua sunt in episcopis vitia cor-
rigant. Qui si fortè in disciplinæ vigore tepi-
dus existat, tuæ fraternitatis zelo accenden-
dus est. Cui etiā epistolas fecimus, vt cū
tuę sanctitatis p̄sentia in gallijs fuerit, ei ipse
tota mēte subueniat: & q̄ sunt creatoris no-
stri iussioni cõtraria, ab episcoporu morib⁹
cõpescat. Ipse aut ex autoritate, ppria Epōs
Galliarū iudicare nō poteris, sed suadendo
blandi-

I. ist. 80. c.
fraternitas
tem.

RESPONSIO B. GREGORII.

Hoc nō ambigo fraternitatē tuam esse
requisitam, cui iam & responsum red-
didisse me arbitror. Sed hoc quod ipse dice-
re & sentire potuisti, credo quòd mea apud
te volueris responsione firmari. Mulier ete-
nim p̄gnās cur non debeat baptizari, cū
non sit ante omnipotentis Dei oculos culpa
aliqua, fœcunditas carnis? Nam cū primi
parentes nostri in paradiso deliquissent, im-
mortalitatem quam acceperant, recto DEI
iudicio perdidērunt. Quia itaque idē omni-
potens DEVS humanum genus pro culpā
sua funditū extinguerē noluit, & immor-
talitatem homini pro peccato suo abstulit,
& tamen pro benignitate suæ pietatis, fœ-
cunditatem ei sobolis referuauit: Quod er-
gò naturę humanæ ex omnipotentis DEI
dono seruatum est, qua ratione poterit à sa-
cri baptismatis gratia prohiberi? In illo qui
pe mysterio, in quo omnis culpa funditū
extinguitur, valdè stultum est si donum gra-
tiæ contradicere posse videatur. Cū verò
enixa fuerit mulier, post quot dies debeat
ecclesiam intrare, Testamenti veteris præcep-
tione didicisti, vt pro masculo diebus tri-
ginta, pro fœmina verò, lxvj. debeat abstine-
re. Quod tamen sciendum est, quia in myste-
rio accipitur. Nam si eadem hora qua genu-
erit, actura DEO gratias intrat ecclesiam,
nullo peccati pondere prægrauatur. Volu-
ptas enim carnis, non dolor, in culpa est. In
carnis autem cõmixtionē voluptas est: nam
in prolis prolotione gemitus. Vndē & ipsi
primæ matri omnium dicitur: In doloribus
paries. Si itaque enixam mulierem prohibe-
mus ecclesiam intrare, ipsam ei p̄enam
suam in culpam deputamus, baptizari autem
vel enixam mulierem, vel hoc quod genu-
erit, si mortis periculo vrgetur, vel ipsa ho-
ra eadem qua gignit, vel hoc quod gigni-
tur, eadem qua natum est, nullo modo pro-
hibetur: quia sicut sancti mysterij gratia vi-
uentibus atque discernentibus cum magna
discretionē prouidenda est, ita quibus mors
imminet, sinè vlla dilatione afferenda est: nē,
dum adhuc tempus ad præbendum redem-
ptionis mysterium quæritur, interueniente
paululūm mora, inueniri non valeat qui re-
dimatur. Ad eius verò cõcubitū vir eius ac-
cedere nō debet, quousquē q̄ gignitur, abla-
ctetur. Præua aut in coniugatorum moribus
consuetudo surrexit, vt mulieres filios quos
gignūt, nutrire cõtemnant, eosq; alijs muli-
erib⁹ ad nutriendū tradāt. Quod videlicet ex
sola causa incõtinētis videt inuentū: quia dum
se cõtinere nolūt, despiciūt lactare quos gi-
gnunt. Hęc itaq; quę filios suos ex praua con-
suetudine alijs ad nutriendū tradūt, nisi pur-
gatiōis tēpus transfērit, viris suis nō debent
admiseri: quippe quia & sinè partūs causa
cū in cõsuetis mēstruis detinetur, viris suis
misceri prohibentur, ita vt morte lex sancta
feriat,

Deu. 23.

Venerari,
gastuē.

OBSECRATIO AVGV.
Augustini.

Obsecro vt reliquias sancti Sixti martyris
nobis transmittantur.

CONCESSIO GREGORII.

Fecimus quod petisti: quatenus populus,
qui in loco quodam sancti martyris corpus
dixerunt venerari, quod tuæ fraternitati nec
verum, nec veraciter sanctum videtur, certa
sanctissimi & probatissimi martyris bene-
ficia suscipiens, colere incertè non debeat.
Mihi tamen videtur, quia si corpus quod à
populo cuiusdam martyris esse creditur,
nullis illic miraculis coruscat, & neque ali-
qui de antiquioribus existunt, qui se à pa-
rentibus passionem eius audisse fateantur:
itā reliquias quas petisti, seorsim condendæ
sunt, vt locus in quo præfatum corpus iacet,
modis omnibus obstruatur: nec permittatur
populus certum deserere, & incertum vene-
rari.

DECIMA INTERROGATIO
Augustini.

Si p̄gnans mulier debeat baptizari?
aut postquam genuerit, post quantum tem-
pus possit ecclesiam intrare? Aut etiā, nē
morte præoccupetur quod genuerit, post
quot dies hoc liceat sacri baptismatis sacra-
menta percipere? Aut post quantum tempus
huic vir suus possit in carnis copulatione
coniungi? Aut si menstrua consuetudine te-
netur, an ecclesiā introire ei liceat, aut sacre
communione sacramentum percipere? Aut
vir suæ coniugi permixtus, antequam lau-
etur aqua, si ecclesiam intrare possit, vel etiā
ad mysterium sacre communionis accede-
re? Quæ omnia rudi Anglorum genti oportet
habere comperta.

Quod mulier p̄gnans & puer natus possit
baptizari: & de concubitu, & men-
struaris ritandis.

CAP. X.

TOM. 2.

Matth. 8.

feriat, si quis vir ad menstruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi ab ecclesia non debet: quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc quod inuita patitur, iustum non est ut ingressu ecclesiæ priuetur. Nouimus namque quod mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, post tergum Domini humiliter veniens, vestimenti eius simbriam tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita, laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere, cur quæ menstruum fluxum sanguinis patitur, ei non liceat Domini ecclesiam intrare? Sed dices: Illam infirmitas compulsi: has verò de quibus loquimur, consuetudo constringit. Perpende frater charissime, quia omne quod in hac mortali carne patimur, ex infirmitate naturæ est, digno Dei iudicio post culpam ordinatum. Esurire namque & sitire, estuare, algere, lassescere, ex infirmitate naturæ est. Et quid est aliud, contra famem alimenta, contra sitim potum, contra æstum auras, contra frigus veltem, contra lassitudinem requiem querere, nisi medicamenta quædam contra ægritudines explorare? Fœminis namque & mensuris sui sanguinis fluxus ægritudo est. Si igitur benè præsumpsit, quæ vestimentum Domini in lægure posita tetigit, quod vni personæ infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? Sanctæ autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, laudanda est: sed si percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium est, etiã ibi aliquo modo culpas suas agnoscere, vbi culpa non est: quia sæpè sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vndè etiã cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est ut esuriamus. Menstrua enim consuetudo mulieribus non aliqua culpa est, videlicet quia naturaliter accidit: sed tamen quod natura ipsa ita vitata est, ut etiã sine voluntatis studio videatur esse polluta, ex culpæ venit vitio, in quo seipsam, qualis per iudicium facta sit, humana natura cognoscat: & homo qui spontè culpam perpetravit, reatum culpæ portet inuitus. Atque idèd fœminæ, quæ cum semetipsas considerant, in mēstrua consuetudine ad sacramentum Domini corporis & sanguinis accedere non præsumunt, de sua recta consideratione laudandæ sunt. Dum verò percipiendi ex religiosæ vitæ consuetudine, eiusdem mysterij amore rapiuntur, reprimendæ (sicut diximus) non sunt. Sicut enim in veteri testamento exteriora opera seruabantur, ita in testamento nouo non tam quod exterius agitur, quàm id quod interius cogitatur, sollicita inten-

TOM. 2.

tione attenditur, ut subtili sententia puniatur. Nam cum multa lex velut immunda mādudare prohibeat, in Euangelio tamen Dominus ait: Non quod intrat in os, coinquat hominem: sed quæ exiunt de corde, illa sunt quæ coinquant hominem. Atque paulò post subiicit exponens: ex corde exeunt cogitationes malæ. Vbi vbertim indicat. *Ibidem.* *Tit. 2.* *Ibidem.* *Psalm. 50.* *tra*

Psalm. 6.

tra vitia quippe delinquentium iratus fuerat qui dicebat: Turbatus est præ ira oculus meus. Quia enim non valet nisi tranquilla mens in contemplationis lucem se suspendere, in ira suum oculum turbatum dolebat: quia dum malè acta deorsum insequitur, confundi atque turbari à summorū contemplatione cogebatur. Et laudabilis ergo est ira contra vitium, & tamen molesta, quia turbatum se aliquem reatum incurrisse estimabat. Sic itaque bonum est coniugium, & tamen devoluptate carnis habet apud se aliquem reatum: quia legitima carnis copula oportet ut causa prolis sit, non voluptatis: & carnis commixtio, creandorum liberorū sit gratia, non satisfactio vitiorum. Si quis ergo sua coniuge non cupidine voluptatis raptus, sed solummodò liberorum creandorum gratia vitur, iste profectò siue de ingressu Ecclesiæ, seu de sumendo corporis Domini sanguinisque mysterio, suo est relinquendus iudicio: quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum verò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiã de sua cōmixtione quod delectat. Hoc enim eis concedit sancta prædicatio, & tamen de ipsa concessione metu animum concutit. Nam cum Paulus Apostolus diceret, Qui se continere non potest, habeat uxorem suam: statim subiungere curauit, Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Non enim indulgetur quod licitum & iustum est. Quod igitur indulgeri dixit, culpam esse demonstravit. Vigilanti verò mente pensandum est, quod in Sina monte Dominus populum allocuturus, prius eundem populum abstinere à mulieribus præcepit. Et si illic vbi Dominus per creaturam subditam hominibus loquebatur, tanta prouisione est munditia corporis requisita, ut qui verba DE I perciperent, mulieribus mixti non essent: quantum magis qui corpus Domini omnipotentis accipiunt, custodire in se munditiam carnis debent, nè ipsa inestimabilis mysterij magnitudine prægrauentur? Hinc etiã ad David de pueris suis per sacerdotem dicitur, ut si à mulieribus mundi essent, panes propositionis acciperent: quos omninò nõ acciperent, nisi prius mundos eos David à mulieribus fateretur. Tunc autem vir qui post commixtionem coniugis lotus fuerit aqua, & iam sacræ communionis mysterium valet accipere, cum ei iuxta præfinitam sententiam etiã ecclesiam licuerit intrare.

XI. interrogatio Augustini.

Quæro etiã, si post illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat: vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare?

TOM. 2.

QUANDO NOCTURNA POLITIO CELEBRATIONEM & COMMUNIONEM IMPEDIT. Cap. XI.

Responsio B. Gregorij.



Vnc quidem Testamentum veteris legis, sicut in superiori capitulo iam diximus, pollutum Domino dicit, & nisi lotus aqua, etiã vique ad vesperam intrare ecclesiam non concedit. Quod tamen aliter populus spiritalis sub eodem intellectu accipiet quem præfati sumus: quia quasi per somnium illuditur, qui tentatus immunditia, vanis imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed lauandus est aqua, ut culpas cogitationis lachrymis abluat. Et nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi vique ad vesperum cognoscat. Sed est in eadem illusionem valde necessaria discretio, quæ subtiliter pensare debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ superfluitate vel infirmitate euenerit, omnimodò hæc illusio nõ est timenda: quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est, quàm fecisse. Cum verò vltra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen vique ad prohibitionem percipiendi sacri mysterij, vel Missarum solennia celebrandi, cum fortasè aut festus dies exigit, aut exhiberi ministerium pro eo, quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alij, qui implere ministerium valeant, illusio per crapulam facta, à perceptione sacri mysterij prohibere non debet: sed ab immolatione sacri mysterij abstinere, ut arbitror, humiliter debet: si tamè dormientis mentem turpis imaginatio nõ concusserit. Nam sunt quibus ita plerumquè illusio nascitur, ut eorum animus etiã in somno corporis positus, turpibus imaginatibus non fœdetur. Qua in re vnum ibi ostenditur, mens ipsa non rea, nec tamen vel suo iudicio libera, cum se etsi dormienti corpore nihil meminit vidisse, tamen in vigilijs corporis meminit in ingluuiè cecidisse. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis, oritur illusio dormientis, patet animo suæ reatus. Videt enim, à qua radice inquinatio illa processerit, quia quod cogitavit sciens, hoc pertulit nesciens. Sed pensandum est, ipsa cogitatio vtrum suggestionem, an delectationem, vel (quod maius est) peccati cōsensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet suggestionem, delectationem, consensu. Suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per

○○○ spiri-

Gen. 3.

spiritum: quia cum primam culpam serpens suggestit, Eua velut caro delectata est, Adā velut spiritus consentit. Et necessaria est magna discretio, ut inter suggestionem atque delectationem, inter delectationem & consensum, iudex sui animus praesideat. Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnimodò perpetratum non est. Cum verò caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit nasci: Si autem etiā ex deliberatione consentit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestionem igitur peccati semen est, in delectatione sit nutrimentum: in consensu perfectio. Et sæpè contingit, ut hoc quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi consentiat. Et cum caro sine animo delectari nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus: ut ei ex ratione contradicat, nec consentiat, & tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat. Vnde & ille cœlestis exercitus præcipuus miles gemebat, dicens: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Si autem captiuus erat, minimè pugnabat, sed & pugnabat. Quapropter & captiuus erat, & captiuus non erat. Et pugnabat igitur lege mentis, cui lex, quæ in membris est, repugnabat. Si autem pugnabat, captiuus non erat. Ecce itaque homo est, ut ita dixerim, & captiuus, & liber. Liber, ex iustitia quam diligit: captiuus, ex delectatione quam portat inuitus.

Rom. 7.

*EPISTOLA FELICIS SICILIAE
Episcopi, sancto Gregorio papae
Romanorum directa.*



Omino beatissimo & honorabili, sancto patri Gregorio papae, Felix vestrae salutis amator.

Beatissime, vestrae salutis ac sanctitatis iura penes Deum sunt manifesta, dum prædicationibus scilicet Apostolicis, & doctrinæ veræ fidei cultura, vniuersa repleta sit terra: per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruyente admonitione exhortatoria, superædificatur orthodoxa Christi Ecclesia, Apostolica institutione fundata, & à fidelibus patribus firmissimè roborata. Ad quam omnes beatissimi Apostoli, pari honoris & potestatis consortio præditi, populorum agmina conuertentes, piè sanctæque de tenebris ad lumen, de lapsu infidelitatis ad veram fidem, de morte ad vitam, homines diuinæ præde-

ROM. 2.

stinationis gratia præscriptos, salutaribus præceptis ac monitis perduxerunt: quorum sanctorum Apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, & perfectius implens exempla, Ecclesiam Dei morum probitate, & actuum sanctitate condecorat, & fide sacra Christianisque moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcipit, studijs pontificalibus indefinenter operatur & perficit, seruans diuinæ legis præcepta, quia non auditores legis iusti sunt apud Deum, sicut narrat Apostolus, sed factores legis iustificabuntur. Hæc quidem meditantem, perlatum est, sicut à quibusdam Roma venientibus, vos Augustino consodali nostro per venerabilem sanctitatem vestram postmodum Episcopo Anglorum genti ordinato, & illuc directo, atque Anglis scripsisse, quos olim ad fidem conuersos per vos cognouimus, ut quarta progenie coniuncti, non separentur. Quæ consuetudo dudum in illis, aut in istis partibus, quando vnà vobiscum ab infantia nutritus atque edoctus fui, non erat: nec in vllis prædecessorum vestrorum decretis, aut reliquorum generaliter vel specialiter patrum institutis legi, aut hæcenus ab vllis sapientibus esse concessum didici: sed semper vsq; septimum originis suæ gradum, hoc à sanctis antecessoribus vestris & cæteris sanctis patribus, tam in Nicena synodo, quam & in alijs sanctis concilijs congregatis, seruari debere repperi, & à rectè viuentibus, ac Deum timētibus hominibus, studiosè præuideri cognoui. Dum hæc nobiscum versabantur, superuenere & alia, de quibus necessarium nobis videtur, vestram consulere auctoritatem. Deuenerit quippe ad nos tam Benedictus Syracusanæ ecclesie Episcopus, quam & alij fratres nostri, e quidem lacrymantes, ac dicentes, per seculares & laicos nimis se esse turbatos, atque animo afflictos super immoderatis actibus eorum, pro quibus & aliqua merita eis impingebantur. Sūt etiā quædam ecclesie in nostra prouincia, super quarum consecrationibus dubitatur, & tam propter rerum antiquitatem, quam & propter earum custodum incuriam nescitur, vtrum dedicata ab episcopis fuerint, necne: super quibus omnibus nos à vestra sanctitate, ac vestre sedis auctoritate, instrui precamur. Et vtrum ea, quæ (sicut prædiximus) præfato consodali nostro Augustino episcopo & Anglorum genti scripsisse audivimus, specialiter ei, an generaliter omnibus scripta sunt, scriptis vestris imbui quærimus, & de hac, siue de alijs præscriptis rebus pleniter informari cupimus. Nos enim ea quæ legimus, & obseruari à fidelibus cognouimus, non increpado (quod absit) vobis significamus: sed quid rationabiliter & fideliter super his obseruare debeamus, requirimus. Et quoniam non modicum murmur super hac re nobiscum versatur, quid respon-

Rom. 2. c

Psalm. 1.

Psalm. 36.

responderè fratribus & coepiscopis nostris debeamus, à vobis quasi à capite respòsum quærimus: nè super his ancipites remaneamus, aut murmur vllum tam nostris temporibus, quam post inter vos & alios remaneat: rumorque vester, qui semper bonus & optimus fuit, detractionibus laceretur vel subrodatur, aut nomen vestrum (quod absit) superuenientibus temporibus blasphemetur. Nos autem, quæ recta sunt, auctore Deo, humili corde seruantes, vno vinculo charitatis vobis constricti, vestram religionem in omnibus ut fideles alumni defendentes, à vobis, quæ recta sunt, quærimus. Scimus enim, ut semper sanctæ sedis præfules, primò Apostoli, deinde successores eorum fecerunt, vos vniuersalis Ecclesie, & maximè episcoporum, qui oculi propter contemplationem & speculationem vocantur, Domini curam gerere, ac de religione & lege vestra assidue cogitare, sicut scriptum est: Beatus vir, qui meditabitur in lege Domini die ac nocte. Quæ meditatio non lectione per figuram literarum tantum conspecta, sed exuberante in vobis Christi gratia, in vestra cognoscitur scientia immobiliter insita: nullatenus de vestro corde recedente lege Christi, & iustitia Domini sacrosancta, sicut in Psalmis dicit Propheta: Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: Lex Dei eius in corde ipsius, non atramento, sed spiritu Dei viui vestris in arcanis conscripta. Non igitur in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis. Extinguatur, oramus, vestris sapientissimis responsis & auxilijs omnibus tenebrarum caligo, ut Lucifer nobis resplendeat per vos, sanctissime pater, & dogmatica definitio omnes ubiq; lætificans, qua gloriosi sanctæ ecclesie patres propria & pijsima dogmata, in æternæ vitæ firmam hereditatè prædicare noscuntur. Et subscriptio: Incolumem vos & Deo placitum, sancte pater patrum, orantem pro nobis Dominus custodiat in æuum, Amen.

*RESCRIPTVM SANCTI
Gregorij papae, Felici Siciliae
Episcopo.*

- 1 De consanguineorum coniunctione.
- 2 Non detrahendum Episcopis.
- 3 Quid agendum, dum quispiam nescitur baptizatus vel Confirmatus, vel Ecclesie consecrata.
- 4 Desynodo congreganda.

Lib. 12.
Epist. 37.

Reuerendissimo fratri Felici episcopo Gregorius seruatorum Dei. Caput nostrum, quod est Christus, ad hoc sua membra esse nos voluit, ut per eius largam charitatè & fidem

Ioan. 15.

vnnum nos in se corpus efficeret. Cui ita nos

TOM. 2.

adherere conuenit, ut quia sine ipso nihil esse possumus, per ipsum possim esse quod dicimur. Ab arce capitis res nulla nos diuidat, nè ab eo si eius membrum esse refugimus, relinquamur, & velut eiectione vite palmites arefcamus. Ut ergò redemptoris nostri habitaculum esse mereamur, in dilectione ipsius toto mētis studio maneamus. Ipse nanque ait: Qui diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Exegit ergò dilectio tua, frater charissime, ut ex auctoritate sedis Apostolicæ tuis deberemus consultis respondere: quod licet non prolixè, sed succinctè agere festinarem, propter quasdam importunitates, quæ nostris præpedientibus peccatis in nos superuenere, tuis tamen hæc per reliqua sanctorum patrum instituta studijs perquirere latius & inuestigare committimus. Nō enim potest mens attrita oneribus atque importunitatibus grauata, tantum boni peragere, quantum delectata & oppressioibus soluta. Non ergò ista ob id protulimus, ut hæc & alia, quæ necessaria fore cognouimus, tuæ sanctitati velimus denegare, sed ut quod hinc minus inuenitur, latius perquiratur. Ex tribus enim Apostolicam sedem, in qua alitus es & doctus, capitulis consulendam, prædecessorum tuorum sequens exempla, credidisti: id est, de consanguinitatis coniunctione, & de vexatione episcoporum à subditis, & de ecclesiarum dubitatione consecrationum.

Quod autem scripsi Augustino Anglorum gentis Episcopo, alumno videlicet (ut recordatus es) tuo, de consanguinitatis coniunctione, ipsi & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, nè à bono, quod cœperat, metuendo austeriora recederet, specialiter & non generaliter cæteris me scripsisse cognoscas: vnde & mihi omnis Romana ciuitas oxilit testis. Nec ea intentione hæc illis scripta mandauit, ut postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam fuerint consanguinitatem inuenti, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est, vsq; ad septimam generationem coniungantur: sed adhuc illos neophytos existentes, sapissimè eos prius illicita docere vitare, & verbis ac exemplis instruere, & quæ post de talibus egerint, rationabiliter & fideliter excludere oportet. Nam iuxta 1. Cor. 3. Apostolum, qui ait, Lac vobis potum dedi, non escam, ista illis modò, non posteris, ut præfixum est, temporibus tenenda indulgimus, nè bonum, quod infirma adhuc radice plantatum est, erueretur, sed cœptum firmaretur, & vsque ad perfectionem custodiretur. Sanè si in his secus, quam debuimus, egimus aliquid, non propter ipsa in futurum conseruanda, sed commiserando actum esse cognoscas. Vnde testem inuoco

TOM. 2. Deum,

Deum, qui cogitationes omnium hominum nouit, cuius etiã oculis cuncta nuda sunt & aperta. Nam si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euerfor esse iuste comprobaret, testante veritatis voce, quæ ait: Omne regnum in seipsum diuisum, non stabit: & omnis scientia & lex aduersum se diuisa, destruetur. Ideoque necesse est, vt omnes concorditer statuta sanctorum patrum nostrorum teneamus, nihil videlicet per contentione agentes: sed ad omne studium bonæ deuotionis vniuersales, diuinis & Apostolicis constitutionibus, auxiliante Domino, pareamus. O quam bona est charitas, quæ absentia per imaginem, præsentia sibi metipsis exhibet per amorem: diuisa vnit, confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta consummat. Quam rectè prædicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidem ceteræ perfectionem generant, sed tamè eas ita charitas ligat, vt ab amantis mète dissolui iam nequeant. His ritè perpenis, charitati tuæ iam dictis indulsit, nec præceptum dedi, sed consilium, neque regulam in his posteris vllis tenendam tradidi, sed de duobus periculis, quid facilius sit vitandum, ostendi. Si igitur in rebus secularibus suum cuique ius & proprius ordo seruandus est, quantum magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio, nè ibi locum discordia inueniat, vnde pacis debent bona procedere? Quod hac ratione seruabitur, si nihil potestati, sed totum æquitati tribuitur. Quapropter multum cor nostrum magnitudini vestræ cõgaudet, quod sic vos in vestris actibus studiosos inuenimus, vt vos & nostri curam habeatis, & talia sciscitando inquirere studeatis, quatenus talia vobis non solum apud homines gloriam, sed & apud omnipotentem Deum præmia mercedis acquirant.

2 Ceterum super vexatione episcoporum, quia nos consulere voluistis, scimus quia à nullis vita præfulis perturbari debet: quoniam si Dauid regum iustissimus in Saul, quem constabat iam à Deo reprobatum & abiectum esse, manum mittere non presumpsit: quantum magis cauendum est, nè manum detractiois, aut vituperationis, siue indiscretionis aut dehonorationis quidam mittant in vñctum Domini, vel in prædicatores sanctæ Ecclesiæ: quia eorum vexatio siue detractio ad Christum pertinet, cuius vice in Ecclesia legatione fungitur. Vnde summopere cauendum est oibus fidelibus, nè clanculo aut publicè Episcopum suum, id est, vñctum Domini detractioibus aut vituperationibus dilanient, perpendentes illud exemplum Mariæ, quia pro eo quod Mosis famulo Domini propter Aethiopiis detraxit, immunditia lepræ multata sit. Et illud Psalmistæ: Nolite tangere Christos meos, &

27. q. 2. Si ea

Luc. 11.

Coloss. 3.

1. Reg. 16.

Num. 12.

Psalm. 104.

TOM. 2.

in Prophetis meis nolite malignari. Et in lege diuina legitur: Dijs nõ detrahes, & principi populi tui non maledices. Vnde valde præuidendũ est subditis, tam clericis quam laicis, nè Episcoporum vel præpositorum vitam temerè repræhendant suorum, si quid fortè eos agere repræhensibile vident, nè vnde mala redarguunt, indè per elationis impulsu in profundiora mergantur. Admonendi sunt etiã iidem, nè cum culpas præpositorum suorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic eorum praua apud semetipsos considerent, nè diuino timore constricti, ferre sub eis iugum reuerentiæ non recusent: quoniam facta suorum episcoporum vel præpositorum oris gladio non sunt ferienda, etiã cum rectè repræhenda videantur: quia à prædecessoribus nostris & à multis reliquis sanctis episcopis statutum fore cognouimus, vt oues pastores suos nõ facile repræhendant, nec eos criminari vel accusare presument: quia cum in prepositos delinquimus, eius ordinationi q. nobis eos p̄tulit, obuiamus. Vnde Moses cum cõtra se & Aaron populum conqueri cognouisset, ait: Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Quapropter admonendi sunt subditi vtriusque ordinis viri, vt cum magistrorum facta conspiciunt, ad suum cor redeant, & de eorum increpationibus non presument: quia non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum.

3 De dedicationum verò Ecclesiarum dubitatione, super qua nos inter cetera consuluistis, hoc vos ritè tenere debetis, quod & nos ab antecessoribus nostris traditum accepimus, id est, vt quotiens tam de baptismo aliquorum vel confirmatione, quam de ecclesiarum consecratione dubitatio habetur, & nec scriptis nec testibus certa ratio habetur, vtrum baptizati vel confirmati, siue ecclesiæ consecratae sint, vt baptizentur tales ac confirmetur, atq; ecclesiæ canonice consecratur, nè talis dubitatio ruina fidelibus fiat: quoniam non monstratur iteratum, quod non certis indicijs ostenditur ritè peractum. Hęc nos adminiculante diuina gratia ita tenere cupimus, vobisq; vt postulatistis tenere ac docere mandamus: vt ea, quæ à sanctis patribus ante nos sunt statuta, non proteruè irrumpere, sed fideliter seruare optemus. Vnde redemptoris nostri misericordiã exoramus, vt sua vobis in omnibus gratia suffragetur, & effectu implere vos tribuat, quod velle concessit.

4 Progeniem verò suam vnumquemq; de his, qui fideliter edocti etiã firma radice plantati stant, in conuulsè vsque ad septimam generationem obseruare decernimus, & quandiu se affinitate agnoscunt propinquos, ad huius copulæ non accedere presument societatem: nec eam, quam aliquis ex propria

Exod. 22.

Exod. 16.

Matt. 10.

Luc. 17.
Matth. 18.

Eccl. 7.

propria consanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere vlli profectũ licet Christianorum vel licebit: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo & cunctis bonis hominibus. Incestuosos verò nullo coniugij nomine deputandos, à sanctis patribus dudum statutum esse legimus. Ideo nolimus nos in hac re à vobis siue à ceteris fidelibus repræhendi: quia quod in his Anglorum genti indulgimus, nõ formam dando, sed considerationem, nè Christianitatis bonum, quod ceperant, imperfectum dimitterent, egimus. Quia ergo hac in re tantò commoda retributionis accrescunt, quantum & studiũ laboris augetur, paterna vos dilectione salutantes hortamur, vt præposita oportunitatis occasione, in vestra efficacia enixius elaborare debeatis, atque id modis quibus possibile fuerit, omni studio agere contendatis, quatenus prædicabile desiderium vestrum in auxilium omnium, adiuuante Domino, compleatis. Nec hoc quoq; in hac sollicitudinis parte relinquamus, quod omnes incestuosi à liminibus Ecclesiæ sanctæ sunt separandi, quousq; per satisfactionem precibus sacerdotum eidem Ecclesiæ catholica reconcilientur. Sunt etenim mali segregandi à bonis, & iniqui à iustis, vt saltem rubore suo conscientias suas recognoscant, & conuertantur ad prauitatis suis. Et si incorrigibiles apparuerint, segregentur à fidelibus vsque ad satisfactionem, iuxta Domini Saluatoris sententiam, qua inter cetera de peccante in se fratre præcipiendo ait: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum: Si te audièrit, lucratus eris fratrem tuum. Si autè te non audièrit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum aut trium testium stet omne verbum. Quod si non audièrit eos, dic Ecclesiæ: Si autem Ecclesiam non audièrit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. His ergo & alijs multis sanctorum patrum autoritatibus segregandi sunt mali à bonis, nè pereant iusti pro iniustis, sicut scriptum est: Perit iustus pro impio. Debet enim discretio semper fieri inter bonos & malos, sicut est inter hædos & oves. Manifesta quoque peccata, non sunt occulta correctione purganda, sed palam sunt arguendi, qui palam nocent: vt dum aperta obiurgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum enim vnus corripitur, plurimi emendantur: & melius est, vt pro multorum salute vnus cõdemnetur, quam per vnus licentiam multi periclitentur. Nec mirum si inter homines hæc ratio custoditur, cum & inter iumenta hæc fieri persæpè cognouimus, vt ea quæ scabiem aut impetiginem habere videntur, separentur à sanis, nè illorum morbo cetera contaminentur & pereant. Vnde volumus vos in

TOM. 2.

vnum conuenire episcopos, vt de incidentibus causis fiat disceptatio, & salubris de Ecclesiastica obseruatione collatio: quatenus dum per hoc & præterita corriguntur, & regulam futura percipiunt, omnipotens vbiq; Deus fratrum ore collaudetur. Cuius vobis adesse præsentiam si hæc obseruabitis, scitote, quia scriptum est: Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Si ergo dignatur adesse duobus vel tribus congregatis in nomine eius, quanto magis non deerit, vbi plures conueniunt sacerdotes? Et quidem quia ad habendum bis in anno concilium patrum sit regulis institutum, non latet: sed nè fortè aliqua excusatio sit, semel decernimus congregari, vt expectatione concilij nihil presumatur illicitum. Nam plerique, etsi non amore iustitiæ, metu examinationis abstinent ab hoc, quod omnium notũ est displicere iudicio. Hanc frater charissime, obseruantiam nostris relinquendam posteris teneamus, & omnia quæ ad eruditionem nostram sacris apicibus scripta sunt, custodiamus, atque ad ea quoscunq; possumus, incitemus. Certũ quippe est, quia si toto corde præceptis nos salutaribus occupamus, omnè vitiorum labem effugimus: quia dum his quibus ædificamur, innitimus, sinè dubio deceptionis locum excludimus. Quapropter oportet, vt enixius in cunctis studiosum vos circa fratres atque subiectos ostendatis, vt omnes, quia nobiscum alius es, atque didicisti sanctæ Romanæ Ecclesiæ præceptionibus parere, Apostolicæq; sedis præcepta multiplicare, apertissimeque nota facere, agnoscant, quia quod specialiter tibi, tuis & fratrum tuorum, vt tuæ literæ innotuerunt, consulti scribimus, generaliter omnibus tenere mandamus. Circa subiectorum autem actus fraternitas vestra sit vigilans. Vestrum illis exemplum, instructio: & vita, magistra sit. Lingua vestra exhortatione discant quod metuant, & doceantur quod diligant: vt dum talenti crediti lucra multiplicantur, in die retributionis, annuente diuina gratia, audire mereamini: Eugè serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Curam præterea de omnibus, quæ vobis alijsq; fratribus nostris & generaliter cunctis per illicitarũ rerum prohibitionem scripsimus, habere vos per omnia cognoscamus: quia omni studio omniq; annuente necessè est, vt fraternitatis vestræ vigilantia cõpleatur, atq; illic per omnia, quæ pro animarum scripsimus salute, fideliter recenseantur: quatenus per hoc & vos vestrum zelum, qualiter vobis illicita displiceat, ostendatis, & nos vtiliter prouidisse, qui vestram ad hoc præ ceteris personam elegimus, videamur. Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat, honoremque perceptum moribus seruare concedat.

Matt. 18.

Matt. 25.

000 3 CON-

CONCILIVM LATERANENSE TEMPORIS GREGORII

Papa primi.

DECRETVM LATERANENSIS concilij, de quiete & libertate, atque exemptione nigrorum monachorum, in quo B. Gregorius papa presedit.

Gregorius papa exorsus est:



VAM SIT NECES- sarium, monachorū quieti prospicere, & de eorum perpetua securitate tractare, antea tū nos officium, quod in regimine officij exhibuimus, informat. Et

quia in plerisque monasterijs multa à præfulibus præiudicia & grauamina monachos pertulisse cognoscimus, oportet, vt nostræ fraternitatis prouiso de futura eorum quiete salubri disponat ordinatione, quatenus conuersantes in illis, in Dei seruitio, gratia ipsius suffragante, mentelibera perseuerent. Sed nè ex ea, quæ magis emendanda est, consuetudine, quisquam monachis quicquam molestiæ præsumat inferre, necessè est, vt hæc, quæ inferri enumeranda curauimus, ita studio fraternitatis episcoporum debeat custodiri, vt ex eis non possit vterius inferenda in quietudinis occasio reperiri. Interdicimus igitur in nomine Domini Iesu Christi, & ex autoritate B. Petri principis Apostolorum prohibemus, cuius vice huic sanctæ Romanæ Ecclesiæ præsidemus auctore Deo, vt nullus episcoporum, vltra præsumat de redditibus, vel rebus, vel curtis monasteriorū, vel de cellis, vel de villis, quæ ad ea pertinent, quocunque modo, qualibet exquisitione minuere, vel dolos, vel immissiones, aut violentias aliquas facere: sed si qua causa fortè inter terrā venientē ad partem suarum ecclesiarum & monasteriorum euenerit, & pacificè non potuerit ordinari, apud electos abbates & alios patres timentes Deum, sine voluntaria dilatione, medijs sacrosanctis Euangelij siniaur. Defuncto verò abbate cuiusquam congregationis, nõ extraneus, nisi de eadem congregatione, quem sibi propria voluntate concurs fratrum societas elegerit, & qui electus fuerit sine dolo vel venalitate aliqua, ordinetur. Quod si aptam inter se personam inuenire nequeunt, solerter sibi de alijs monasterijs similiter eligant ordinandum: neq; constituto abbate quocunq; persona qualibet occasione præponatur, nisi fortè extantibus (quod absit) criminibus, quæ sacris canonibus puniri monstrantur. Pariter autē custodiendum est, vt inuito abbate, ad ordinanda alia monasteria, aut ad ordines sacros vel clericatus officium tolli exindè monachi non debeant: sed si abundantes fuerint, qui ad celebrandas Dei laudes, vel utilitates

loci sufficiat complendas, de his, qui super fuerint, offerat abbas coram Deo, quos dignos potuerit inuenire. Quisquis autem ex monasterio ad ecclesiasticum ordinem peruenierit, vterius illic nec potestatem aliquā, nec licentiam habeat habitadi. Descriptiones quoq; rerum, aut curturarum monasterij ab episcopo fieri omninò negamus: sed si quando res exigit, abbas loci cum alijs abbatibus rerum inuentarum descriptiones faciat, & eorum consilio siue iudicio siniantur. Obeunte quoquē abbate, episcopus in describendis peruidendisq; rebus monasterij acquisitis vel datis, acquirendisve nulla occasione se permisceat. Missas etiā publicas ab eo in cœnobio fieri omninò prohibemus, nè in feruorum dei recessibus, & eorum receptaculis, nulla popularis cōuentūs præbeatur occasio, vel mulierum fiat nouus introitus, quod omninò non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare, vel quamlibet potestatem habere imperandi, vel aliquā ordinationē, quantum leuissimam faciendi, nisi ab abbate loci fuerit rogatus, quatenus monachi semper maneat in abbatum suorum potestate. Nullusq; monachum, sine testimonio vel concessione abbatis sui, in ecclesia aliqua teneat, vel ad aliquē promoueat honorem. Hæc ergò scriptorum nostrorum paginam, omni in futuro tempore, ab omnibus episcopis firmam statuimus, illibatamq; seruari, vt & suæ ecclesiæ, iuuante Domino, suo tantummodo sint iure contenti, & monasteria ecclesiasticis conditionibus seu angarijs, vel quibuslibet obsequijs secularibus nullo modo subiaceant, nullis canonicis curis deseruiant, sed remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus, diuinum opus cum summa animi deuotione perficiant. Vniuersi episcopi responderunt: Libertati monachorum cōgaudemus, & quæ nunc de his statuit beatitudo vestra, firmamus, & subscribimus.

Finis.

DECRETA

DEVS DEDIT PAPAE.

Ex libro Pontificali.



Deusdedit natione Romanus, ex patre Stephano subdiacono, sedit annos 3, dies 23. Hic clerum multum dilexit, sacerdotes & clerum ad loca pristina reuocauit. Eodem tempore

ueniens Eleutherius patricius & cubicularius Rauennam, occidit omnes, qui in nece Exarchi Ioannis ex iudicibus Reipublicæ fuerant

Anno Dñi 613.

fuerant mixti. Hic veniens Romam, receptus est à sanctissimo Deusdedit papa optimè. Qui egressus de Roma, venit Neapolim, quæ tenebatur à Ioanne Comphino & intarta. Qui Eleutherius patricius pugnando ingressus est Neapolim, & interfecit tyrannū, & reuersus est Rauennam, & data roga militibus, facta est pax in tota Italia. Hic constituit secundam Missam in clero. Eodem tempore factus est maior terræ motus mense Augusto, indictione 6. Post hæc secuta est clades in populo, percussio scabierū, vt nullus posset mortuum suum cognoscere. Qui defunctus, sepultus est ad B. Petrū apostolum, 6. Idus Nouembris. Hic dimisit pro exequijs suis ad omnem clerum rogam vnam integram. Hic fecit ordinationes 3. presbyteros 14. diacones 5. episcopos per diuersa loca numero 29. Et cessauit episcopatus mensis vnum, dies 16.

EIVSDEM FRAGMENTVM Epistolæ, ad quandam Gordianum episcopum.

Deusdedit, sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ episcopus, Gordiano Hispaniarum ecclesiæ cōepiscopo & fratri dilectissimo.

Peruenit ad nos diaconus vester, vestræ sanctitatis epistolam ferens, quod quidam viri etiā & mulieres, præterito sabbato paschali die, pro magno populorum incurfu, nescientes proprios suos filios suscepissent ex lauacro sancto. Cupis ergo scire, si pro tali accidente ratione debeant viri & mulieres ad suum proprium redire vsū, an nõ.

Nos enim ex hoc tristitia mœsti, inquisuimus priorum patrum nostrorum dicta. Inuenimus autem in archiuis huius Apostolicæ sedis, iam talia contigisse in ecclesia Isauriæ & Ethesiorum, simulq; Hierosolymæ, & etiā aliarum ecclesiarum. Episcopis etiā earum ciuitatum, ab hac Apostolica sede volentibus scire, si viri & mulieres redirent ad proprium torum, beatæ memoriæ sanctiss. patres, Iulius, Innocentius & Cælestinus, cum episcoporum plurimorum & sacerdotum conuentu in ecclesia beati apostolorum principis, prohibentes talia, perscripserunt & cōfirmauerunt, vt nullo modo iam in coniugio se reciperent mulieres aut viri, qui quacunq; ratione suos suscepissent natos, sed separent se, nè suadente diabolo, tale vitium peccati inolescant p mundum, & vniuersorum error accrescat. Scitis, quia quomodo sunt septem dona baptismi, à primo pabulo sacrați salis & ingressus sanctæ ecclesiæ, vsq; ad Confirmationem spiritus sancti per chrisma. Ab hoc primo spiritu sancti dono vsque ad septimū, nullus Christianus suam commatrem in coniugio recipere debet: & qui præsumperit, anathematis vinculo religetur in perpetuum, nisi penitentiam egerit dignè. Mulieres verò, cum separatæ fuerint pro hac illicita re, à proprijs viris totā se recipimus recipere dotem, quam in die nuptiali recepit: & post expletū annū recipiant alium virū, similiter & vir vxorē.

30. q. Peruenit ad nos.

*Ephesiorum

*consensu

ANTISIODORENSE

CONCILIVM CIRCA TEMPORA DEVS DEDIT PAPAE. EST PROVINCIALE.

Antisiodorū ciuitas est Gallie Lugdunensis, iuxta Sequanā sua, quæ à Ptolemæo Antisiodorū dicitur. Eius meminit Antoninus in Itinerario: ceteri, Plinius, Strabo, & Mela de ea tacēt.

Antisiodorensis concilij Canones.

1 Non licet Kalend. Ianuarij * vecola aut * ceruolo facere, vel strenas diabolicas obseruare: sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus.

2 Vt omnes presbyteri ante Epiphaniā missos suos dirigant, q. eis de principio quadragesimæ nunciēt, & in ipsa Epiphania ad populum indicent.

3 Non licet * compensas in domibus proprijs, nec vigiliis in festiuitatibus sanctorū facere, nec inter fontes aut arbores * faceruos, vel ad fontes vota exoluere: sed quicunque votum habuerit, in ecclesia vigilet, & matricolæ ipsum votum, aut pauperibus reddat: nec subtilia aut pede, aut hominem lineo fieri penitus præsumat.

4 Nõ licet ad fortilegos vel auguria respicere, nec ad characteres, nec ad sortes, quas sanctorum vocant, vel quas de ligno aut de pane faciūt, adspicere: sed quacunq; homo

facere vult, omnia in nomine Domini faciat.

5 Omninò & inter supradictas conditiones, vigiliis, quas in honore domini Martini obseruant, omnimodis prohibete.

6 Vt à media quadragesima presbyteri chrisma petant, & si quis infirmitate detentus, venire non potuerit, ad archidiaconum suum, vel archisubdiaconū transmittat, sed cum chrisma & linteo, sicut reliquæ sanctorum deportari solent.

7 Vt medio maio omnes presbyteri ad synodum in ciuitate veniant, & Kalend. Nouemb. omnes abbates ad conciliū cōueniāt.

8 Nõ licet in altario in sacrificio diuino mellitum, quod mulfum appellant, nec vllū aliud poculū, extra vinū cū aqua mixtū offerre: quæ ad grande creatū & peccatū pertinet presbytero illi, quicunq; aliud poculum, extra vintum, in consecrationem sanguinis Christi offerre præsumperit.

9 Non licet, in ecclesia choros seculariū vel puellarū cantica exercere, nec cōtūia in ecclesia præparare: quia scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur.

10 Nõ licet, super vno altario in vna die PPP 4 duas

for. uentus

loc. obscuro.

Matth. 21. b. Esa. 56.

duas Missas dicere nec in altario vbi episcopus Missas dixerit, presbyter in illa die Missas dicat.

11 Non licet, in vigilia paschæ ante horâ secundam noctis, vigiliis expedire: quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere, nec in natali Domini, nec in reliquis solennitatibus.

12 Non licet, mortuis nec eucharistiam, nec osculum tradi, nec velo vel pallis corpora eorum inuolui.

13 Non licet diacono, velo vel palla scapulas suas inuolui.

14 Non licet, in baptisterio corpora sepelire.

15 Non licet, mortuū sup mortuū mitti.

16 Non licet, die nominico boues iungere, vel alia opera exercere.

17 Quicumq; se ppria volūtate in aquâ iactauerit, aut collo ligato se suspēderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percussit, aut qualibet occasione voluntariæ se morti tradiderit, istorum oblata non recipiantur.

18 Non licet, absq; paschæ solennitate, vllō tēpore baptizare, nisi illos, quib; mors vicina est, quos grauatarios dicunt. Quod si quis in alio pago, cōtumacia faciēte, post interdīctum hoc infantes suos ad baptisimū detulerit in ecclesiis nostras, non recipiant. Et quicumque presbyter ipsos extra nostrū permīssum recipere psumpserit, tribus mensibus à cōmuniōe Ecclesiæ sequestratus sit.

19 Non licet presbytero, aut diacono, aut subdiacono, post acceptum cibum vel poculū Missæ tractare, aut in ecclesia, dum Missæ dicuntur, stare.

20. Quod si presbyter (quod nefas est dicere) aut diaconus, aut subdiaconus, post acceptam benedictionem infantes procreauerit, aut adulterium commiserit, & archipresbyter hoc episcopo aut archidiacono non intimauerit, integro anno non cōmunicet.

21 Nō licet presbytero, in vno lecto post acceptam benedictionem cum presbyterâ sua dormire, nec in peccato carnali misceri, nec diacono, nec subdiacono.

22 Non licet relictæ presbyteri, nec relicte diaconi, nec subdiaconi, post eius mortem maritum accipere.

23 Si monachus in monasterio adulterium commiserit, aut peculiare habere præsumpserit, aut furtum fecerit, & hoc abbas per se non emendauerit, aut episcopo, aut archidiacono non intimauerit, ad pœnitentiam agendâ in alio monasterio retrudat.

24 Non licet abbati, nec monacho, ad nuptias ambulare.

25 Nō licet abbati, filios de baptismo habere, nec monachis commatres habere.

26 Quod si quis abbas mulierem in monasterio suo ingredi permiserit, aut festiui-

TOM. 2

tates aliquas ibi spectare præceperit, tribus mensibus in alio monasterio retrudatur, pane & aqua contentus.

27 Non licet, vt aliquis suam nouercam accipiat vxorem.

28 Nō licet, vt filiam vxoris suæ quis accipiat.

29 Non licet, vt relictam fratris sui quis in matrimonio ducat.

30 Non licet, duas sorores, si vna mortua fuerit, alteram in coniugium accipere.

31 Non licet consobrinam, hoc est, q̄ de duobus fratribus, aut de duabus sororibus procreantur, in coniugium accipere: nec q̄ de ipsis nati fuerint, in coniugio socientur.

32 Non licet vt nepos auunculi vxorem accipiat.

33 Nō licet presbytero, nec diacono, ad trespalum, vbi rei torquentur, stare.

24 Non licet presbytero, in iudicio illo sedere, vndè homo ad mortem tradatur.

35 Nō licet presbytero, aut diacono, vel cuiquam clericorum, de qualibet causa clericum suum ad iudicem secularem trahere.

36 Non licet, mulieri nuda manu eucharistiam accipere.

37 Non licet mulieri manum suam ad pallas Dominicas mittere.

38 Nō licet cum excommunicato cōmunicare, nec cum eo cibum sumere.

39 Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo excommunicatum absq; voluntate ipsius, qui eum excommunicauit, sciens receperit, aut cum illo panē manducauerit, vel colloquium habere decreuerit, simili sententiæ subiacet.

40 Non licet presbytero, inter epulas cantare vel saltare.

41 Non licet presbytero, nec diacono, quenquam inferibere, sed in vice sua, si causam habuerit, aut fratrem, aut quencunque secularem roget.

42 Vt vnaquaq; mulier, quandò cōmunicat, Dominicalē suum habeat. Quod si qua non habuerit, vsq; in alium diem dominicum non cōmunicet.

43 Quicumq; iudex, aut secularis, presbytero aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de iunioribus, absq; audientia episcopi, aut archidiaconi, vel archipresbyteri, iniuriam inferre præsumpserit, anno ab oīm Christianorum consortio habeatur extraneus.

44 Si quis ex secularibus institutionem aut cōmonitionem archipresbyteri sui, cōtumacia faciente, audire distulerit, tam diū à liminibus sanctæ ecclesiæ habeatur extraneus, quandiū tam salubrem institutionem adimplere non studuerit: in sup̄ & multâ, quam gloriosissimus dominus rex præcepto suo instituit, sustineat.

45 Si quis hanc diffinitionem, quam ex autoritate canōica cōmuni cōsensu & cō-

ni-

niuentia conscripsimus, ac instituimus, tam ad clerum q̄ ad populum commonendum, vel ad id, quod constitutum est, conseruandum, negligens inuentus fuerit, & hoc obseruare distulerit, aut eos, qui ipsum audire neglexerint, celauerit, aut suppresserit, & in notitiam episcopi non deposuerit, anno à consortio fratrum, vel ab omnium Christianorum cōmuniōe habeatur extraneus.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM QUI HUIC CONCILIO INTERFUERUNT.

* Annacharius

* Vnacharius in Dei nomine episcopus, constitutionem hanc subscripsit. Vinobandis abbas subsc. Baudonius abbas subsc. Francolus abbas subsc. Cæsarius abbas subsc. Desideratus abbas subsc. Amandus abbas subsc. Tegredus abbas subsc. Vigilius presbyter subsc. Gregorius presbyter subsc. Claudius presb. subsc. Amanus presb. subsc. Saupadus presbyter subsc. Theodulphus presb. subsc. * Roricus presb. subsc. Niobandis presb. subsc. Antonius presbyter subsc. Seuardus presbyter subsc. Addo presbyter subsc. Sindulphus presb. subsc. Audonius presb. subsc. Medardus presb. subsc. Badericus presb. subsc. Siagrius presb. subsc. Friobandis presb. subsc. Eominus presbyter subsc. Elladius presbyter subsc. Theodemodus presb. subsc. Launonius presb. subsc. Leonastis presb. subsc. Medardus presbyter subsc. per diaconum Leudegysylum. Eunius presb. subsc. Filmatius presb. subsc. Nononius presbyter subsc. Ballomeris presbyter subsc. Romacharius presb. subsc. Medardus presb. subsc. Audila presbyter subsc. Genulphus presb. subsc. Siagrius presbyter subsc. Sindulphus presbyter subsc. Vinobandis presbyter subsc. Apronius diaconus subsc. Barbario diaconus subsc. Leudegysylus diaconus pro Medardo subsc.

* Ruricius

In hac Synodo fuerunt congregati, Episcopus vnus, Abbates nouem, Presbyteri triginta & duo, Diaconi, qui in vice presbyterorum subscripserunt, tres tantum.

DECRETA

HONORII PAPAE I.

Anno Dñi 622.

Ex libro Pontificali.



i. clenodii aut supellectile preciosam.

Honorius natione Campanus ex patre Petronio colli. sedit annos 12, menses 11, dies 17. Hic temporibus suis multa bona fecit. Hic erudiuit clerū. Temporibus suis renouauit omnem * cemelā B. Petri Apostoli, & inuestiuit cōfessionem B. Petri ex argento puro, quod pensat lib. 187. Inuestiuit regias in ingressu

TOM. 2.

ecclesiæ maiores (quæ appellatur Mediana) ex argento pensante lib. 975. Fecit & cerosistratos maiores ex argento pares duos, qui sunt ante corpus B. Petri Apostoli, pensantes singuli lib. 62. Fecit & ad B. Andrea Apostolum, vbi supra ante cōfessionem, tabulā ex argento, q̄ pensat lib. 73. Huius temporibus leuatae sunt trabes in ecclesia B. Petri, numero 15. Hic cooperuit ecclesiam omnem ex tegulis æreis, quas leuauit de tēplo, quod appellatur Roma, ex consensu pijsimi Heraclij Imperatoris. Eodem tempore fecit à solo ecclesiam beatæ Agnetis martyris via Numentana, milliario ab vrbe Roma 3. vbi requiescit, quam vndiq; exornauit, vbi posuit dona multa. Ornauit autem sepulcrum eius ex argento, pensante lib. 252. Posuit desup̄ ciborium æreum deauratū mirâ magnitudinis. Fecit & gabatas aureas 3. pensantes singulâ libras singulas. Fecit abidem ciuitatē basilicā ex mliuo, vbi etiā & multa dona obtulit. Item à solo fecit basilicam B. Apollinaris martyris in vrbe Roma in porticu B. Petri Apostoli, qui appellatur ad Palmara, vbi dona multa largitus est. Hic fecit constitutum in Ecclesia, & decreuit, vt omni hebdomada sabbati die exeat litania à beato Apollinare, & ad beatum Petrum apostolū cum hymnis & canticis populus omnis occurrere debeat. Fecit autem & Ecclesiam beato Cyriaco martyri à solo via Ostiē, milliario 7. vbi & donum obtulit.

Eodem tempore fecit Ecclesiam beatorum martyrum 4. Coronatorum, quam & dedicauit, & donum obtulit. Fecit ecclesiam B. Seuerino à solo iuxta ciuitatem Tiburtinā, milliario ab vrbe Romana 20. quā ipse dedicauit, & dona multa obtulit. Renouauit & cōmeterium beatorum martyrum Marcellini & Petri via Laucana. Eodem tempore à solo fecit basilicam beato Pancratio via Aurelia, milliario 2. & ornauit sepulcrū eius ex argento, pensante lib. 120. Fecit & ciborium sup̄ altare ex argento, pensante lib. 187. Fecit arcus argenteos 5, pensantes singuli lib. 15. Fecit & candelabra aurea tria, pensantia singula libras singulas, vbi multa dona simul obtulit. Fecit ecclesiam beatæ Lucie in vrbe Roma iuxta sanctum Syluestrum, quam & dedicauit, & dona multa obtulit. Fecit ecclesiā beati Aeriani in tribus * fatis, quam & dedicauit, vbi & multa dona obtulit. Fecit autē in domo sua iuxta Lateranas monasterium in honore beatorum Apostolorum Andree & Bartholomæi, quod appellatur Honorij, vbi prædia & dona simul obtulit. Sed & multa alia fecit, quæ enumerare longum est. Fecit autem ordinationes 3, presbyteros 13, diaconos 11, episcopos per diuersa loca 81. Qui sepultus est in basilica beati Petri, sub die 4 Idus Octobris. Et cessauit episcopatus anno vno, menses septem, dies 17.

* foris

CON-

*Sifcandi

*era 657. tempore *Sifebuti regis. Eſt provinciale.*

CAPITVLA CONCILII SPALEN-
ſis ſecundi.

- D**E Theodulphi Malacitanæ Eccleſiæ epifcopi querimonijs, aduerſus reliquos epifcopos pro quibusdam parochijs. 1
- D**e querimonijs Fulgentij & Honorij epifcoporum, pro quibusdam parochijs. 2
- D**e defertoribus clericis, vt epifcopis ſuis reſtituantur. 3
- D**e bigamijs, ad presbyterium vel diaconatum non promouendis. 4
- N**è presbyteri diaconum vel presbyterum ordinare præſumant. 5
- D**e presbyteris vel diaconibus, ab vno epifcopo non deponendis. 6
- D**e his, quæ prohibentur chorepifcopis vel presbyteris in eccleſiaſticis ſacramentis agere. 7
- D**e ſuperbis eccleſiæ libertis, vt ad ſeruitiũ reuocentur. 8
- D**e œconomis, nè ex laicis conſtituantur. 9
- D**e monaſterijs non conuellendis. 10
- D**e monaſterijs virginum, vt à monachis tueantur. 11
- D**e quodam Acephalorum epifcopo. 12
- D**e duabus in Chriſto naturis, & vna perſona. 13



In nomine Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Iſidorus, Biſinnus, Rufinus, Fulgētius, Cambra, Fidentius, Theodulphus & Honorius epifcopi, qui pariter in vrbe Spalenſi pro aliquibꝫ eccleſiaſticis negocijs adunati ſumus. Conſidentibus ergò nobis in ſecretario ſacroſanctæ Hieruſalem Spalenſi eccleſiæ, cum illuſtribus viris, Siſibuto rectore rerũ publicarũ, atq; Sualane aſtore rerũ ſiſcalium, ſtante religioſiſſimo clericorum cœtu.

Capitulum primum.

Prima actiõ Theodulphi Malacitanæ antiſtitis eccleſiæ ad nos oblata precatio eſt, aſſerētis, antiquam eiufdem vrbis parochiam, militaris quodam hoſtilitatis diſcrimine fuiſſe deciſam, & ex parte aliqua ab Eccleſijs Aſtigitanæ, Eliberitanæ, atq; Agabrēſis vrbiũ, eſſe retentam. Pro qua re placuit, vt omnis parochia, quæ ab antiqua ditione ante militarem hoſtilitatem retinuiſſe eccleſiam ſuam comprobaret, eius priuilegio reſtitueretur. Sicut enim per legem mundiale his, quos barbarica feritas captiua neceſſitate tranſuexit, poſtliminio reuertentibus redditur antiqua poſſeſſio: non aliter eſt eccleſia receptura parochiam, quam antè te-

C. de capti- & poſtlimi-
i. Si quos.
Et ibid. l. ſi-
naliſ. diuer-
ſarum ho-

nuit cū rebus ſuis, ſiue ab alijs eccleſijs poſſideantur, ſiue in cuiuſlibet poſſeſſionem trãſuſa ſint. Non enim erit obijcienda præſcriptio temporis, vbi neceſſitas intereſt hoſtilitatis.

2 Secundo examine inter memoratos fratres noſtros Fulgentium Aſtigitanum, & Honorium Cordubenſem epifcopos, diſcuſſio agitata eſt propter parochiam baſilicæ cuiuſdam, quam horum alter Celticeñ, alter Reginenſem aſſeruit. Et quia inter vtraſque partes hætenũ limitis actio vindicata eſt, cuius quanũs vetuſta retentio nullum iuris præiudicium aſſerret: ideo quæ nè in dubium vltra inter eos noſtra deuocaretur ſententia, prolatis canonibus, ſynodalia decreta perleſta ſunt: quorum authoritas præmonet, ità oportere inhiberi cupiditatem, vt nè quis terminos alienos vſurpet. Ob hoc placuit inter alternas partes, inſpectionis viros mittendos, ità, vt ſi in diœceſi poſſidentis ſitam baſilicam, veteribus ſignis limes peruiſus monſtrauerit, eccleſiæ, cuius eſt ius retentionis, ſit æternũ dominium. Quòd & ſi limes legitimus eandem baſilicam non concludit, & tamen longi temporis probatur obieſta præſcriptio, appellatio repetentis epifcopi non valebit, quia illi tricenalis obieſtio ſilentium imponit. Hoc enim & ſecularium principum edita præcipiunt, & præſulum Romanorum decreuit authoritas. Sin verò infra metas tricenalis temporis extra alienos terminos baſilicæ iniuſta retentio reperitur, repetentis epifcopi iuri ſinè mora reſtituetur.

3 Tertia definitione ad nos oblata precatio eſt, à reuerendiſſimo fratre noſtro Cambra Italicenſi epifcopo, pro quodam clerico Paſſando, qui de eccleſiæ ſuæ cultu, in qua dicatus ab exordijs infantia ſueſerat, ad eccleſiam Cordubenſem ſe contulit. Quem elegimus, vt ſi nihil proponeretur de eo, ſinè dilationis obieſtu, proprio reformetur epifcopo. Scribitur enim in lege mundiali de colonis agrorum, vt vbi eſſe quiſque iam cœpit, ibi perduret. Non aliter & de clericis, qui in agro eccleſiæ operantur, tanonum decreto præcipitur, niſi vt ibi permancant, vbi eſſe cœperunt. Ideo quæ placuit, vt ſi quis clericus, miniſterijs eccleſiæ propriæ deſtitutus, ad aliam tranſitum fecerit, compellente ad quem fugerit, ſacerdote, ad eccleſiam, quam priuſ incoluerat, remittatur. Qui verò eum ſuſceperit, nec ſtatim ſinè vlloniſu exceptionis, ad propriam eccleſiam remittendum elegerit, quandiũ eum reſtituat, communionem ſepriuatũ agnoſcat. Deſertorem autem clericum, cingulo honoris

&c. vbi dicitur, Quos barbarica fer, &c.

inſta reſt.

*derelin-
quens eccle-
ſiæ ſuę cul-
tum,

c. de agri. &
cõf. & colo.
li. ii. in plu-
ribus legi-
bus, Peculi-
ariter autẽ I.
cum ſatis
&c.

ris atq; ordinis ſui exutum, aliquo tempore monaſterio religari conuenit, ſicq; poſtea in miniſterio Eccleſiaſtici ordinis reuocari. Nam non poterit in talibus peruagationis aboleri licẽtia, niſi fuerit in eis propter correptionem diſciplinæ ſubſecuta cenſura.

Quarta actiõ nunciatũ eſt nobis, apud Aſtigitanam eccleſiam quãdam nupèr ordinationes illicitas extiſſe, ità vt quidam viduarum mariti, Leuitarum miniſterio ſacrarentur. Quos quidem conuenit à gradu ſuſcepto in irritum deuocari, nec vltra prouehi ad diaconij miniſterium, qui cõtra diuina atq; eccleſiaſtica iura inſtituti reperuntur.

*noſtram
Aniani
Diſc. 4. q. 9.
rũdã cleric.

5 Quinto iudicio ad agnitionem noſtri examinis, Agabrenſis diaconi relatu deductum eſt, de quibusdam ipſius eccleſiæ clericis, quorum dum vnus ad presbyterium, duo ad Leuitarum miniſterium ſacrarentur, epifcopus eorum, oculorum dolore detentus, fertur manum ſuam ſuper eos tãtũ poſuiſſe, & presbyter quidam illis, contra eccleſiaſticum ordinem, benediſtionem dediſſe: qui licet, propter tãtam præſumptionis audaciam, poterat accuſatus iudicio præſenti damnari, ſi, adhuc in corpore poſitus, non fuiſſet mortis vocatione præuentus: ſed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt, hi, qui ſuperſunt, & ab eo non conſecrationis titulũ, ſed ignominia potius elogiũ perceperunt, nè ſibi licentiam talis vſurpatio faciat, decreuimꝫ, vt à gradu ſacerdotalis vel Leuitici ordinis, quem peruerſè adepti ſunt, depoſiti, æquo iudicio abijciantur. Tales enim meritò iudicati ſunt remouendi, quia prauè inuenti ſunt conſtituti.

for. & deij-
cere

6 Sexta actiõ comperimus, Fragitanũ Cordubenſis eccleſiæ presbyterum, à pontifice ſuo iniuſtè olim deieſtum, & innoctem exilio condemnatum: quem rursũs ordini ſuo reſtituentes, id denud aduerſus præſumptionem nouam decreuimus, vt iuxta præſcorum patrum ſynodalem ſententiam, nullus noſtrũ ſinè concilij examine, deijciendum quemlibet presbyterum vel diaconum audeat. Nam multi ſunt, qui indiffuſſos, poteſtate tyrannica, non authoritate canonica, damnant. Et ſicut non nullos gratia fauoris ſublimant, ità quõſdam, odio inuidiaq; permoti, humiliat, & ad leuem opinionis auram condemnant, quorum crimẽ non approbant. Epifcopus enim ſacerdotibus ac miniſtris ſolus honorẽ dare poteſt, auferre ſolus non poteſt. Si enim hi, qui in ſeculo à dominis ſuis honorẽ libertatis adepti ſunt, in ſeruitutis nexum non reuoluntur, niſi publicè apud prætores tribunali foro fuerint accuſati: quãtò magis hi, qui diuinis altaribus conſecrati, honore Eccleſiaſtico decoratũ, qui profeſcũ nec ab vno damnari, nec, vno iudicante, poterunt ho-

noris ſui priuilegijs exui: ſed præſentati ſynodali iudicio, quod canon de illis præceperit, defini.

7 Septimo examine relatum eſt nobis, venerandiſſimum quõdam Agapium Cordubenſis vrbis epifcopum, frequenter chorepifcopos vel presbyteros deſtinãſſe, (qui tamen iuxta canones vnũ ſunt) qui abſente pontifice altaria erigerent, baſilicas conſecrarent. Quod quidem non eſt mirum, id præcepiſſe virum, Eccleſiaſticæ diſciplinæ ignarum, & ſtatim à ſeculari militia in ſacerdotale miniſterium delegatum. Ergò nè vltra talis à nobis licentia vſurpetur, communi ſententia ſtatuumdum oportuit, ſcientes, quia ſicut presbytero vel chorepifcopo illi-cita conſecratio eſt altaris, ità & cõſtitutio.

Exod. 40.

In diuinis enim literis, præcipiente Domino, ſolus Moſes in tabernaculo DEI erexit altare, ſolus ipſe vnxit, quia ſummus vtique ſacerdos dei erat, ſicut ſcriptum eſt de eo: Moſes & Aaron in ſacerdotibꝫ eius. Ideoq; id, quod tãtũ facere principibus ſacerdotum iuſſum eſt, quorũ typum Moſes & Aaron tenuerũt, presbyteri, qui filiorum Aaron geſtant figuram, arripere nõ præſumãt. Nam quanũs cum epifcopis plurima illis myſteriorum cõmuniſ ſit diſpenſatio, quẽdam tamen authoritate veteris legis, quẽdã nouellis & eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita houerint, ſicut presbyterorum & diaconorum ac virginum conſecratio, ſicut cõſtitutio altaris, benediſtio, vel vnctio. Siq; dem nec licere eis eccleſiam, vel altaria conſecrare, nec per impoſitionem manũs fidelibus baptizandis, vel cõuerſis ex hæreſi, paractum ſpiritum tradere, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontem ſignare: ſed nec publicè quidẽ in miſſa quẽquam pœnitentem recõciliare, nec formatas cuiuſlibet epiftoſas mittere. Hæc omnia illicita eſſe presbyteris vel chorepifcopis, quã pontificatũs apicem non habent, quod ſolis deberi epifcopis, authoritate canonum præcipitur, vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis ſaſtigium ſummi pontificis demõſtretur. Sed neque coram epifcopo licere presbyteris, in baptiſterium introire, nec præſente antiſtite, infantem tingere aut ſignare, nec pœnitentes ſinè præcepto epifcopi ſui reconciliare: nec eo præſente, ſacramentum corporis & ſanguinis CHRISTI conficere: nec, eo coram poſito, populum docere vel benedicere, aut ſalutare, nec plebem vtique exhortari, quæ omnia eis à ſede Apoſtolica prohibita eſſe noſcuntur.

8 Octaua diſcuſſiõ agitata eſt de quõdam Helifæo, ex familia Agabrēſis eccleſiæ, qui ab epifcopo ſuo traditus libertati, de libertate conſeſtũ ad cõtumaciã morbum tranſiuit: ſicq; per ſuperbiam non ſolum eiufdem epifcopi veneficis artibus ſalutẽ

tem laedere voluit, sed etiam patronam ecclesiam, libertatis immemor, praedemnavit. Aduersus quem ingrati actio canonum ac legum auctoritate iuste dirigitur, scilicet vt, immerita libertatis damno multatus, ad seruitutis nexum reuocetur. Talium enim status, qui contra episcopum suum vel patronam ecclesiam nituntur, decidi potius, q̄ conseruari conuenit: vt quorum libertas perniciose est, sit salutifera seruitus: & qui superbire nouerint ad epta libertate praediti, discant obedire subiecti.

9 Nona actioe didicimus, quosdam ex nostro collegio, contra mores ecclesiasticos, laicos habere in rebus diuinis constitutos economos. Proinde pariter tractantes eligimus, vt vnusquisque nostrum secundum Chalcedonensium patrum decreta, ex proprio clero economum sibi constituat. Indecorum est enim, laicum vicarium esse episcopi, & seculares in ecclesia iudicare. In vno enim eodemque officio, no debet dispar esse professio. Quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Mose: Non arabis in boue simul & asino, id est, homines diuersae professionis in officio vno non sociabis. Vnde & oportet nos & diuinis libris & sanctorum patrum obedire praecipis, constituentibus, vt hi, qui in administrationibus ecclesiae pontificibus sociantur, discrepare no debeant nec professione, nec habitu. Nam coherere & coniungi non possunt, quibus & studia & vota diuersa sunt. Si quis autem episcopus posthac ecclesiasticam rem, aut p laicalem procuratorem administranda elegerit, aut sine testimonio economi gubernandam crediderit, verè, vt contemptor canonum, & fraudator ecclesiasticarum reru, non solum Christo de rebus pauperum iudicabitur reus, sed etiam concilio manebit obnoxius.

10 Decima actione, poscentibus monasteriorum patribus, pari sententia statuimus, vt cenobia nuper condita in prouincia Betica, sicut & illa, quae sunt antiqua, immobili & inconcussa stabilitate permaneat solidata. Si quis autem (quod absit) nostrum, vel nobis succedentium sacerdotum, quodlibet monasterium aut vi cupiditatis expoliandum, aut simulatione aliqua fraudis couellendum, aut dissoluendum tentauerit, anathema effectus, maneat a regno Dei extraneus: nec proficiat illi bonum fidei vel operis ad salutem, qui tantae & tam salutaris vitae destruxerit tramitem. Super hoc etiam vniuersi Beticae prouinciae episcopi congregati, eundem sacrilegum, coetusq; sui euersorem, a communione suspendant, conuulsim monasterium cum rebus suis restaurèt, & quod impiè vnus subuerterit, omnes pie reforment.

11 Vndecima actione communi consensu decreuimus, vt monasteria virginum, in

Can. 26. Chalcedoni.

Deut. 22. b

provincia Betica condita, monachorum administratione ac praesidio gubernetur. Tunc enim salubria Christo dicatis virginibus prouidemus, quando eis patres spirituales eligimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis edificari possint, ea tamen circa monachos cautela seruata, vt remoti ab earum familiaritate, nec vsq; ad vestibulum habeant accedendi familiare permillum. Sed neque abbati, vel ei qui praeficitur, extra eam, quae praest, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem morum non pertineat, licebit: neque cum ea sola, quae praest, frequenter eis loqui oportet, sed sub testimonio duarum vel trium sororum; ita vt rara sit accessio, & breuis omnino locutio. Absit enim, vt monachos (quod etiam dictu nefas est) Christi virginibus familiares esse velimus: sed, iuxta quod iusta regularum vel canonum admonent, longè discretos atque seiuictos, eorum tantum eandem gubernaculis deputamus, constituentibus, vt vnus monachorum probatissimus eligatur, cuius curae sit, praedijs earum rusticis vel vrbanis intendere, fabricas extruere, & si quid aliud est, ad necessitatem monasterij prouidere, vt Christi famulae pro animae suae tantum utilitate sollicitae, solis diuinis cultibus viuant, operibusque suis inseruiant. Sane is, qui ab abbate praepositur, iudicio sui episcopi comprobetur. Vestes autè illi ipsedem faciant, a quibus tuitionem expectant, ab ipsedem denuò (vt praedictum est) laborum fructus, & procurationis suffragium recepturae. Si qui autem monachorum hanc ordinationem aut contempserint, aut qualibet inertia dissolutione neglexerint, sciant, q̄ eorum temeritas atque superbia, excōmunicatiōis sit plectenda censura.

12 Duodecima actione ingressus est ad nos quidam ex haeresi Acephalorum, natione Syrus (vt asserit ipse) episcopus, duarum in Christo naturarum proprietatem abnegans, & deitatem passibilem asserens. Cuius dum nostris sensibus tanti erroris confusio patuisset, prolatis illi de incarnatione Domini IESV CHRISTI testimonijs, sanctorumq; patrum sententijs recitatis, omni eum deinde exhortatione ad verè fidei rectitudinem sacerdotali modestia inuitauimus. Qui salutaribus monitis pertinaciter per multos diuturnosq; confictus renitens, tandem gratia diuina edoctus, cunctis coram adstantibus, haeresim propriam abdicauit, duasq; naturas & vnam personam, in vno eodemque Domino nostro IESV Christo confessus est, credens impassibilem naturam Deitatis, atque in sola humanitate suscepisse infirmitates passionis & crucis. Conuersus itaq; atque receptus, susceptae fidei confessionem cum ad stipulatione protulit, atq; ab omnibus suis erroribus purgatus apparuit. Taliq; pro merito gaudentes, Christo

*peculiaritate

*tempor

sto gratias egimus, quod eundem post prauitatem haeresis, ad rectitudinem fidei diuina gratia promouisset: quem optamus, vt permanens in Christi fide, purè ac deuotissime conseruetur.

13. Tertiadecima prosequutione breuiter narrandum putauimus, ad refutationem eorundem haereticorum, qui duas naturas Christi post vniuem delirantes confundunt, & passibilem in eo diuinitatis substantiam asserunt. Contra quorum blasphemias oportet nos in vna persona Christi, geminae naturae proprietatem ostendere, passionemq; eius in sola humanitatis susceptione manifestare, vt si forte aliqui haereticorum, huius sententiae errore decepti sunt, dum ista legerint, respiciant, rectaeque fidei veritatem firmiter teneant. Nam proculdubio multi sunt, qui secundum Apostoli vocem, prurientes auribus, a veritate auditum auertunt ad fabulas autem conuertuntur. Ergo, sicut immaculata fides & sancta DEI Ecclesia docet, cōfitemur Dominum nostrum Iesum Christum intemporaliter ex patre Deum natum, temporaliter ex vtero gloriae virginis Mariae hominem editum: & ob hoc, in vna subsistente persona, duas naturas habentem: Deitatis, quae ante secula genitus est: & humanitatis, in qua diebus ultimis editus est: in illa secundum formam Dei, in ista secundum formam serui consistens: in illa patri manens aequalis, in ista sine peccato similis nostrae conditioni: in illa inuolabilis, in ista passibilis: in illa, ex qua mori non potuit: in ista, in qua mortem suscepit. Cuius geminae naturae distinctio, primum ex literis legis, deinde ex prophetis & euangelicis atque apostolicis depromenda est paginis, vt ea, quae asserimus, non argumentis, sed exemplis scripturarum firmemus. Lex, in vna eademq; Saluatoris nostri persona sic demonstrat vtrancq; naturam. Diuinam, Domino loquente ad Moysen: Ecce mitto angelum meum, qui praecedat te. Obserua eum, & audi vocem eius, quia est nomen meum in illo. Humanam, loquente eodem Domino ad Abraham: In semine tuo benedicetur omnes gentes, id est, in carne Christi, q̄ de Abraham stirpe descendit. Prophetia in Psalmis, sub vna eademq; Christi persona sic ostendit vtrancq; naturam. Diuinam, secundum illud: Ex vtero ante Luciferum genui te. Humanam, secundum hoc: Et homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Diuinam, secundum illud: Erucauit cor meum verbum bonum. Humanam secundum hoc: Speciosus forma praefilijs hominum. Prophetia in Prouerbijs, in vna eademq; Christi persona, sic declarat vtrancq; naturam. Diuinam, secundum illud: Ante colles genui me. Humanam, secundum hoc: Dominus creauit me in initio viarum suarum. Diuinam, secundum illud: Necdum erant abyssi, & ego iam coe-

pta eram. Humanam, secundum hoc: Sapientia edificauit sibi domum, corporis vtrique templum, in quo filius Dei inhabitaret, dum verbum est caro factum. Prophetia in Esaja, sub vna eademque Christi persona, sic demonstrat vtrancq; naturam. Deitatis, secundum illud: Nūquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Humanitatis, secundum hoc: Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium. Diuinitatis, secundum illud: Rorate caeli desuper, & nubes pluant iustum. Humanitatis, secundum hoc: Aperiat terra, & germinet saluatore, & iustitia oriatur simul. Item alibi: Humanitatis, secundum hoc: Paruulus natus est nobis. Diuinitatis, secundum illud: Filius datus est nobis. Paruulus enim Christus, ad susceptae humanitatis naturam pertinet, quia homo est factus: filius autem datus, ad diuinitatem, quia Dei filius. Et vt ostenderet in vtraq; natura vnam esse personam paruuli nati, & filij dati, adiecit: Vocabitur nomen eius, magni consilij angelus, Deus fortis, pater futuri seculi. In euangelio quoq; in vno eodemq; Christo, diuinam naturam significatio, Ego & pater vnum sumus. Humanam naturam insinuat, Pater maior me est. Diuinae naturae significatio, Ego sum via, veritas & vita. Humanam naturam insinuat: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Diuinae naturae significatio, Omnia per ipsum facta sunt. Humanam naturam insinuat, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me, patris. Paulus quoq; apostolus in vno eodemq; Christo naturam diuinitatis exprimit, cum dicit: Primogenitus omnis creaturae, ipse est ante omnes, & omnia in illo constant. Humanitatis declarat naturam, cum dicit: Ipse est caput corporis ecclesiae. Et alibi: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem DEO, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Per hoc enim quod dicit, qui cum in forma Dei esset, naturam in eo diuinam maiestatis ostendit: per hoc autem quod adiecit, formam serui accipiens, naturam humanitatis significat. Et iterum: Cum esset (inquit) diues, pauper factus est, vt illius inopia nos diuites effemus. Vbi enim dixit, cum esset diues, diuinam naturam gloria panditur: & vbi adiecit, pauper factus est, humanam infirmitatis subiectio demonstratur. Item, in ipso initio apostolici symboli, geminae sic ostenditur in vno eodemq; Christo naturae distinctio. Deitatis ex patre, dum dicit: Credo in vnum Deum patrem omnipotentem, & in Christum Iesum filium eius vnicum, dominum nostrum. Humanitatis ex matre, dum adiecit: Natum de spiritu sancto ex vtero Mariae virginis. Ecce, ex vtroq; testamento diuinam naturam in Christo: diuinitatis vna, humanitatis altera. Quae quidem gemina vna fecit personam, quia vnus idemq; mediator Dei &

Pro. 9. a

Ioann. 1. b

Esa. 66. c

Esa. 7. c

Esa. 45. b

Ibid.

Esa. 9. b

*natus,

Esa. 9. b

Ioan. 10. f

Ioan. 14. d

Ioan. 14. a

Matt. 26. d

Ioan. 1. a

Ioan. 5. e

& 6. d

Col. 1. c

Ibidem.

Phil. 2. a

2. Cor. 8. b

*vos diuites effecit.

Exod. 23. c

Gen. 22. c

Psal. 109.

Psal. 86.

Psal. 44.

Ibid.

Pro. 8. c

Ibidem.

Ibid.

hoim, homo Christus Iesus. Jam verò de passione eiusdem saluatoris nostri & Dñi Iesu Christi, quã in sola humanitate, non in deitate, sustinuit, sicut superius, legis & prophetarum: auctoritas, euangeliorum quoq; & apostolorum prædicatio adhibenda est. Lex, de passione corporis Christi sic dicit: **Gen. 49. b** La uabit in vino stolam suam, & in sanguine vultus pallium suum. Quid hic pallium, quid stola, nisi caro Christi, passiois sanguine decorata? Hæc enim sola contumelias crucis sustinuit, diuinæ verò naturæ maiestas nihil iniuriæ sensit. Prophetia quoq; in psalmis passionem Christi in carne sola sic asserit: **Psalm. 21.** Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Vbi non deitatis, sed tantum crucifixi corporis iniuria intelligitur. Ibi enim membrorum significatione, sola caro, clavis suspensa in ligno atque suffixa, pronúciatur. Sicut & in Hieremia legitur: Venite, mittamus lignum in panem eius, id est, crucem in corpore eius. Neque enim diuinitas ligno suspendi potuit, sed sola humanitas in cruce suffixa pepedit. Cuius etiam caro, tolerantiam mortis perpeffa, sic ostenditur alibi, dum dicitur: **Psalm. 13.** Caro mea requiescet in spe: vtique, quia sola in Christo materia carnis, mortis fragilitate defuncta, spem resurrectionis suæ expectabat, etiam sine corruptione receptura, dum adiecit: Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Salomon autem in canticis canticorum passionem carnis Christi sic prædicans, dicit: Manus (inquit) meæ distillaerunt myrrham, & digiti mei guttã. Vbi specialiter ostenditur, in manibus ac digitis solam carnem Christi infixam stipite, sicut in psalmo 118. legitur: Confige clavis timoris tui carnes meas. Esaias autem Christum sola humanitate, q̄ apparuit, passionis iniuriam suscepisse, ita pdixit: Homo (inquit) in plaga existens, & sciens ferre infirmitates, verè languores nostros ipse portauit. Quis ipse, nisi vtique, homo? Nam pati & deficere, in illo natura dei nõ potuit: sed homo portauit in eo passionem & mortem, in quo & ipsa mors habet conditionem. Nam & cum eundem diceret venire de Edo, tinctis vestibus de Bosra, adiecit: Quare rubrum est vestimentum tuum, & indumentum tuum tanq̄ calcantium in torculari? Quid hic per indumentum & vestimentum rubrum voluit ostendere, nisi solam Christi carnis passionem, crucis infectam cruore? Vnde & in ipsa passione chlamyde coccinea Christus induitur, vt imago sanguinis tantum in carne demonstratur. Esaias quoq; corpus suum obtulisse Christum in passione, sic loquitur: Non sum (inquit) contumax, neq; contradico. Corpus meum dedi percussoribus. Nõ dixit, diuinitatem, quæ passionem nescit perferre. Et iterum: **Ibid.** Posui scapulas meas ad flagella, maxillas ad palmas. Quod & ipsum ad carnis patietiam,

non ad deitatis refertur iniuriam. Et Zacharias: Videbunt inquit, in quem confixerunt. Quem alium, nisi indubitanter hominem quẽ Iudæi crucifixerunt, & in carne iudicantem videbunt? Ecce pronúciata est passio corporis Christi, ex lege & prophetis. Cuius quidem fidei veritas est tam efficax, vt eam nec tyranni sua potuerint crudelitate confundere, nec hæreticorum subdola circunuentio pessundare, nec hypocritarum diminuere fallax simulatio. Transeamus inde ad euangelia. Ibi, quæramus Christum filium Dei in sola carne portasse valetudines passiois, & iniuriam crucis, loquente ipso discipulis: **Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postq̄ flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Quod totum in Christo secundum hominem dictum, non ad substantiam deitatis, sed ad naturam pertinet carnis. Quod etiam in sequentibus docetur, Iudæis dicentibus Christo, Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Et dixit Iesus: Soluite templum hoc, & post triduum suscitabo illud. Hoc autem dixit de templo corporis sui. Nam & in passione sua, dum corripiens proditorem, diceret: Iuda, osculo filium hominis tradis: quem tradere proditorem significat, nisi hominem, quem & comprehendunt non deitatem, quam cæcati perfidia, agnoscere non potuerunt. Beatus autem Apostolus Paulus Christum in homine solum pertulisse crucem, sic asserit: Vt homo, inquit, humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Qui proinde dixit, vt homo, vt nuncupatione hominis, distinctio naturæ in sinuaretur passibilis. Quod confirmas aliàs, ait: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Nam est crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute DEI. Passus est ergò Christus & mortuus, sed ex nostra infirmitate. Viuit autem impassibilis & immortalis, sed ex sua virtute: quæ tanta est, vt in se nec passionem recipiat, nec mortem admittat. Petrus quoq; apostolus princeps Apostolorum, Christi supplicium sic prædicat in solo corpore conuersum: Qui peccata (inquit) nostra pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiam viuamus, cuius liuore facti sumus. Et paulò post: Christo igitur passus in carne. Ergò si Christus in carne passus est, nõ secundum Deum, sed secundum hominem crucifixus est. Ecce perpatuit de filio Dei, q̄ passus est, q̄ mortuus est, corporis hoc tantum fuisse, non Deitatis. Aliena sunt enim ista à Deo, restant, ppheta de illo: Deus sempiternus, Dñs creans fines terræ, nõ laborabit, neq; deficiet. & in Psal. Tu autem**

autem idem ipse es, & anni tui non deficiet. Omnes enim in Christo infirmitates humanitas sola portauit. Caro enim habuit vagitus infantia, non diuinitas. Caro est pannis inuoluta, nõ deitas. Caro habuit alimenta, caro portauit ætatum cõmercia. Nam & q̄ fatigatus est, quòd esuriit, quòd dormiuit, quòd fleuit, quòd passioni proximus, tristis fuit, quòd postremò ipsam passionem & mortis conditionem sustinuit, totum hoc ad infirmitatem pertinet humanitatis, non ad incomprehensibilem substantiam Deitatis. Vnus est enim Christus, Deus & homo, caro & verbum. Sed vnde Deus, inde habet immortalitatem: vnde homo, inde pertulit passionem: & vnde caro, inde mortuus: & vnde verbum, inde æternus. Neque enim potest esse Deitate passibilis, qui est virtute paternæ gloriæ naturæ æqualis. Vnde & patri derogatur, dum natura deitatis in filio passibilis creditur. Nam si vna patris & filij substantia est, vtique, sicut pater, ita & filius immortalis est. Et si Ego & pater vnus sumus, sicut in patre non est mors, ita nec in Dei filio mors. Et si verum est, omnia quæ habet pater, mea sunt, ergò immortalitas patris cum filio communis est. Nam quod ait Apostolus de infidelium ignoratia, Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent: non quasi Dominus gloriæ sit crucifixus, vt natura Deitatis videatur esse passibilis, sed quia vnus in vtraq; natura est Christus, secundum assumpti hominis formam, dominus gloriæ dicitur passus, sicut e contrariò est illud: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis. Dum de caelo non descendisset, nisi tantum Dei filius, nondum idem factus filius hominis. Propter personam ergò vnitate, & ad hominem referuntur in Christo, q̄ Dei propria sunt: & diuinitati ascribuntur, quæ hominis sunt. Et ideo dum pati ac mori dicitur, non est deitatis, sed carnis proprium: sic tamen propter vnitate personæ, ipse Deus & natus ex virgine, & passus, & mortuus prædicatur, sed infirmitate carnis nostræ, nõ virtute diuinitatis suæ. Quòd verò idem Apostolus ait, Si enim cum inimici scemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: sic dicitur Dei filius mortuus, sicut dicit de martyribus passus ac mortuus, quorum tamen non sunt animæ occisæ in corporis passione, core veritatis testante: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Vbi agnosci oportet, si animæ martyrum, corpore perempto, supplicij extingui nõ possunt: Deus, qui conditor est animarum, quomodo per crucem carnis pati potuit exitum mortis? Quod etiam alibi apostolus declarat, eodẽ filio Dei loquente: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Quòd si ipsa deitas mortua extitit, quomodo, quis animam

ipsum resumpsit? Stultum est ergò, crucis passionem diuinæ applicare naturæ, sed tantum creabili & humanæ. Sola enim caro crucis exitium sensit, sola caro lancea pertulit, sola caro sanguine & aqua manauit. Ipsa sola mortua, ipsa sola in sepulcro posita, ipsa sola tertia die resuscitata: quæ etiam glorificata caelos adijt, in qua & venturus est iudex in gloria patris, iudicaturus de viuis ac mortuis. Prolatis ergò noui ac veteris testamenti testimonijs, in quibus duæ naturæ Christi patefactæ sunt, in vna subsistentes persona, in quibus & passio eius apparuit, in homine solo expleta: deinde oportuit sententias subnecti sanctorum patrum, qui in facris literis ingenti gloria resulerunt, vt etiam eorum traditione perpateat, quia Dñs nõ alter Iesus Christus, ex duabus naturis & vna persona subsistit, & quia mortem & passionem in sola carne suscepit. Sanctus ergò Hilarius in explanatione epistolæ ad Timotheum, sic loquitur: Nam & cum dicit scriptura, Homo Christus: & cum dicit, Christus mortuus est: & cum dicit, verbum caro factum est, non est spoliandus per fraudulentiã legentis expositionibus suis sermo. Nam vbi homo Christus est, præcedit mediator DEI atq; hominũ, vt ex vtroq; Deo & homine, vnus subsistat: itaq; inter hominem & Deum medius confessione in se vtriusque naturæ. Vbi verò Christus mortuus est, subijctus, q̄ resurrexit, qui est in dextera DEI. In morte eius, carnis nostræ infirmitas est: in resurrectione, virtus eius: in consessu Dei, dignitas. Amb. lib. Sanctus quoq; Ambrosius in expositione 10. cap. 99. euangelij secundum Lucam, sic asserit: Non enim suam, sed nostram crucem Christus ascendit: nec mors illa diuinitatis, sed quasi hominis fuit. Et paulò post: Etenim Christus omnia, & in Christo omnia, licet in singulis Christus operetur, caro tamen moritur, vt resurgat. Item in eodem libro exponens inter alia dicit: Tristis est anima mea. Et alibi: Nunc anima mea turbata est valde. Non ergò suscipiens, sed suscepta, turbatur. Anima enim obnoxia passionibus, diuinitas libera. * Etenim spiritus promptus, caro autem infirma. * Denique Tristis autem non ipse est, sed anima. Nõ est tristis sapientia, non diuina substantia, sed anima. Suscepit corpus meum, nõ me fecellit, vt aliud esset, & aliud videret. Sanctus Athanasius in tractatu quẽ scripsit de Christi natura, sic dicit: In hoc sit ergò, fratres charissimi, fides nostra, in hoc tota salus & vita consistat, vt credamus, Deum dei filium primum ante omnia secula, à Deo patre inuisibiliter genitum, deinde à Maria virgine secundum hominem natum, secundum hunc hominem passum, mortuum, sepultum, resurrexisse ab inferis, ascendisse in caelum. Item idem in expositione fidei: Verbum (inquit) nascit de Maria virgine, accipiens corpus animale: sed neq; sermo comprehensus est carne, sed in

carne, & supra carnem, & sicut * Deus præ-
 *Deus dicit scius, ita Dei virtus, Dei veritas. Passus autē
 humana carne, sed sermo Dei impassibilis
 est. In passione quidem moritur homo, vt
 viuificaret protoplastum, qui ceciderat per
 in obedientiam. Sanctus Gregorius scribēs
 Greg. Nazianze. epi. 1.
 * Cledonius
 Idem,
 Idem,
 Idem,
 Basiliius.
 Cyrillus.
 Idem.
 *seruari
 Cyrillus.
 Leuit. 14. a
 Augustinus

ablit credere) in diuinitate conuersa est, au-
 gmentauit aliquid deitatis. Sed ablit, vt au-
 gmentum recipiat ineffabilis & incompræ-
 hensibilis plenitudo. Manet ergo vtraque; filij
 Dei natura & vna persona. Rursus ipse ad-
 uersus Maximinum: Si ergo attēdas distin-
 ctiones naturarum, filius dei de celo descē-
 dit, filius hominis crucifixus est. Si vnitatem
 personæ, & filius hominis de celo descen-
 dit, & filius hominis crucifixus est in terra.
 Idem in sequentibus: Oportebat Christum
 pati, & resurgere a mortuis die tertia. Vbi
 refurgit, nisi in eo, quod potuit cadere? Vbi
 refurrexit, nisi in eo, vbi mortuus? Quære
 mortem, in verbo nunquā esse potuit: Quære
 mortem in anima, nunquā ibi fuit: Quære
 mortem in carne, planē ibi fuit. Et idē
 ibi fuit, quia mors vera fuit. Et paulopōst: Idem.
 Quid miraris? Certē vita est Christus, Quarē
 mortua est vita? Nec anima mortua est,
 nec verbum mortuū est, Caro tantū mor-
 tua est. Quare? Vt in ea mors moreretur. Idē
 in expositione Ioannis Euangelistæ: * Quis
 ergo est, per quem factus est mundus? Chri-
 stus Iesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pō-
 tio Pilato crucifixus? Idem ipse Iesus Chri-
 stus, sed in forma serui. Beatus quoque Leo
 Apostolicæ sedis antistes, in sua epistola,
 quam scripsit ad Flavianum Constantinopoli-
 tianum episcopum, sic ait: Salua ergo, p-
 prietate vtriusque naturæ, & in vnam coe-
 unte personam, suscepta est a maiestate hu-
 militas, a virtute infirmitas, ab æternitate
 mortalitas. Et ad resoluendum conditionis
 nostræ debitum, inuolabilis natura est vni-
 ta naturæ passibili, vt quod nostris remedijs
 congruebat, vnus atque; idem, mediator Dei
 & hominum, homo Christus Iesus, & mori
 posset ex vno, & mori non posset ex altero.
 In integra ergo veri hominis perfectaq; na-
 tura, verus natus est Deus, totus in suis, to-
 tus in nostris. Et paulopōst: Qui manens in
 forma Dei, fecit hominem: idem in forma
 serui, factus est homo. Tenet enim sine de-
 fectu proprietatem suam vtraque natura. Et
 sicut forma serui, Dei formam non ademit:
 ita forma Dei, formam serui non minuit. Itē
 paulopōst: Agit enim vtraque forma, cum
 alterius communionē, quod proprium est,
 verbo scilicet operāte quod verbi est, & car-
 ne exequente quod carnis est. Vnum horū
 coruscet miraculis, aliud succumbit iniurijs.
 Et sicut verbum ab æqualitate paternæ
 gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri
 generis non reliquit. Sanctus quoque Fulgē.
 Fulgentius
 tuis in libro, quem de incarnatione Domi-
 ni nostri Iesu Christi scripsit, inter alia sic
 intulit: Dico itaque vobis, iuxta sanctorum
 patrum traditiōem, Dominum nostrum Ie-
 sum Christū in duabus naturis inconfusis,
 id est, diuinitatis & humanitatis, vnā psonā
 siue substantiā confiteri. Idem post alia: Si
 quis ergo in dño nostro Iesu Chro aut duas
 natu-

naturas, aut vnā noluerit siue dubitaerit
 credere aut prædicare personam, vel si qs
 noluerit confiteri eundem Deum atq; ho-
 minem, id est, verbum in carnatum de Ma-
 ria virgine, pro nostra salute veraciter na-
 tum: tantū à catholica fide depræheditur
 ac demonstratur extraneus, vt sacramento
 redemptionis humanæ resistat ingratus. Et
 paulopōst: Verbum caro factum, vnus &
 plenus est Christus, vnus ex vtraque & in
 vtraque, id est, in humana diuinaque natu-
 ra, in quo sic vtriusq; naturæ prorsus vni-
 ti gloria persistit, vt siue diuinitati Chri-
 sti humanitatem quis demat, siue humanitati
 diuinitatem detrahat, Christum sacrilega
 infidelitate & blasphemia prædicatione dis-
 soluat. Item paulopōst: Christus pro nobis
 carne est passus, qui de Deo patre natus so-
 lus est impassibilis Deus. Ipsum itaque; Chri-
 stum filium Dei, pro nobis mortem carne
 gustasse, salua immortalitate diuinitatis ei-
 us, veraciter credimus. Item post hoc: Quia nō
 est alter Deus, alter homo, sed idem vnus est
 Christus, deus & homo: profectō idem De-
 us Christus, qui & mortem suam carne sus-
 cepit: & idem homo Christus est, qui mor-
 tem suam diuinitate destruxit. Idem quip-
 pe Christus Dei filius, qui diuinitate mori
 non potuit, carne mortuus est, quā mor-
 talem Deo immortalis accepit: & idē Chri-
 stus Dei filius, carne mortuus resurrexit, qa
 immortalitatem suæ diuinitatis, carne mor-
 tuus, non amisit. Hinc est, qd etiam post re-
 surrectionem suam, sicut in cicatricibus ve-
 ris, & in vera comestione piscis & mellis, so-
 liditatem in se veræ carnis edocuit: ita clau-
 sis foribus ingrediens, veram in se virtutem
 sempiternæ diuinitatis ostendit, vt agno-
 sceretur & naturalis fuisse Christi morientis
 infirmitas, & eidem resurgenti naturalis in-
 esse maiestas. Hæc quidem, quæ tam diuinæ
 scripturæ, qd etiam sanctorum patrum elo-
 quia docuerūt, decretis nostris breuiter in-
 ferta protulimus, demonstrantes geminam
 carnis & deitatis naturam in vna Domini
 & saluatoris nostri persona: passum quoque;
 eundem in ea natura, quæ corporis est, non
 passum in ea natura, quæ deitatis est. His er-
 go concordi sententia in tribus secretarijs
 definitis, pro confirmatione sui, propriam
 subscriptionem subiecimus.
 Isidorus in Christi nomine ecclesiæ Spa-
 lensis episcopus, subsc. Bisinnus in Christi
 nomine ecl. * Elberitanæ episc. subsc. Ru-
 finus in Christi nomine ecclesiæ Asindonē
 episc. subsc. Cambra in Christi nomine Ec-
 clesiæ Italice episc. subsc. Fidētius in Chri-
 sti nomine Ecclesiæ Tuccitanæ episcopus,
 subsc. Theodulphus in Christi nomine Ec-
 clesiæ Malacitanæ episc. subsc. Honorius in
 Christi nomine ecclesiæ Cordubē episc. subsc.
 ¶ Concilium Spalense secundum finit.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

TOLETANVM CON-

CILIVM QVARTVM, CIRCA TEMPORA HONORII
 papæ primi. Est prouinciale.

¶ CAPITVLA QVARTI
 concilij Toletani.

De rectæ fidei confessione, q in sancta Dei
 Ecclesia prædicatur. 1

Nulla penē res magis disciplinæ mores ab
 ecclesiæ Christi depulit, q inordinata di-
 uersitas officij. 2

De formula, secundum quam debeat san-
 cta synodus in Dei nomine fieri. 3

De solēnitare paschali, qualiter solet in Hi-
 spanijs varietas existere prædicationis. 4

De baptisimi sacramento. 5

Comperimus, quod per nonnullas ecclesias
 in die sextæ feriæ passionis domini, clau-
 sis basilicarum foribus, non celebretur
 officium. 6

Quidam in die eiusdem dominicæ passiois,
 ad horam nonam ieiunium soluunt. 7

Lucerna & cereus in peruigilijs apud qual-
 dam ecclesias non benedicuntur, & cur
 à nobis benedicantur, inquirunt. 8

Nonnulli sacerdotum per Hispanias reperi-
 untur, qui dominicam oratiōem, quam
 Saluator noster docuit & præcepit, nō quo-
 tidie, sed tantū die dominico dicunt. 9

Quod sacerdotes Hispanig, diebus quadra-
 gesimæ alleluia decantent. 10

Quod in quibusdam Hispaniarum ecclesijs,
 laudes post Apostolum decantentur. 11

De hymnis etiā canendis. 12

De hymno quoque; trium puerorum, in quo
 vniuersa cæli terræq; creatura deum col-
 laudat. 13

Quod in fine psalorum, non (sicut à qui-
 busdam) Gloria patri, sed, Gloria & ho-
 nor patri, dicatur. 14

Sunt quidam, qui in fine Responsoriorum
 gloriam non dicunt. 15

De Apocalypsi libro, vt teneatur, & quādō
 legatur. 16

Quod quidam sacerdotes non ritē, post di-
 ctam orationem Dominicam, statim cō-
 municant, & postea benedictiōem in po-
 pulo dant. 17

Quod perniciofa consuetudo nequaquam
 est retinenda. 18

Quod in veteri lege ab anno vigesimoq; n-
 to Leuitæ ordinari mandantur. 19

Quod sacerdotes DEI irreprehensibiles
 esse debent. 20

TOM. 2. PPP 3 Quod

Matt. 6. b

	Quod apud Deum conscientiam puram, & apud homines famam optimam nos habere oporteat.	21	ancillarum suarum interdicta sibi confortia appetunt.	42
	Quemadmodum antistes, ita presbyteri & Leuitae, sicut nomine, ita & meritis vitam teneant & testimonium vitae.	22	De clericis, qui sine consilio episcopi sui, uxores duxerint.	43
Gen. 8. c	Quod prona sit hominis aetas ab adolescentia in malum.	23	De clericis, qui in quacunq; seditione arma volentes sumpserint.	44
	Quod maxime in sacerdotibus Dei vitanda est errorum ignorantia.	24	Si quis clericus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus.	45
	De presbyteris parochianis, dum ordinantur, quod libellum officialem a sacerdote suo accipere debent.	25	De precepto Domini nostri Sisenandi regis.	46
	Quando presbyteri aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere.	26	De eligendis aëconomis.	47
	Si episcopus, presbyter, diaconus, aut subdiaconus a gradu suo deiecti fuerint, & in secunda synodo innocentes inueniantur, qualiter recipi debeant.	27	De professione monachi, ut quicquid fuerit alligatum, teneat.	48
	Si episcopus, presbyter, seu diaconus, vel ex ordine clericorum, magos, aruspices, ariolos, augures, vel sortilegos consulere fuerint deprehensi, quid de eis agendum sit.	28	De clericis, qui monachorum propositum appetunt.	49
	Confratrum hostium sacerdotes, praeter eos qui a regia potestate licentiam acceperint, in synodo mundandi sunt.	19	Quale ius episcopi in monasterijs habere debeant.	50
	Quod saepe principes contra quoslibet maieftatis obnoxios, sacerdotibus sua negotia committunt.	30	De monachis, qui egredientes de monasterio, non solum ad seculum reuertuntur, sed etiam uxores accipiunt.	51
	Vt episcopi in protegendis populis ac defendendis, impostam a Deo sibi curam non ambigant.	31	De religiosis proprietate regionis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur.	52
1. Tim. 6. b	Quod auaritia radix cunctorum malorum, aliquorum sacerdotum mentes obtineat.	32	De eis, qui in discrimine constituti, poenitentiam accipiunt.	53
	Quicunq; episcopus alterius episcopi diocesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, ut teneat eam.	33	De secularibus, qui accipientes poenitentiam, se totonderant: & rursus praeuaricantes, laici effecti sunt.	54
	Vt sicut diocesim alienam tricenalis possessio tollit, ita territorij conuentum non amittit.	34	Quod duo sunt genera viduarum, seculares & sanctimoniales.	55
	Quod episcopus per cunctas dioceses parochiasq; suas ire oporteat per singulos annos.	35	De Iudaeis, ne vi ad credendum cogantur.	56
	Quicunq; episcopi suffragio cuiuslibet aliquid de ecclesiasticis utilitatibus prouiderint, quid agendum sit.	36	De cupiditate episcopi, presbyteri, vel diaconi siue clericorum, qui contra fidem Christianam, Iudaeis suffragium praestant.	57
	Præbendum a sacerdotibus vitae solatiū indigentibus, & maxime his, quibus restituenda vicissitudo est.	37	De praeuaricatione eorum, qui dudum ex Iudaeis ad Christianam fidem promoti sunt.	58
	Nonnulli diacones in tantum erumpunt superbiam, ut presbyteris se praefereant.	38	De Iudaeorum filijs vel filiabus, ne paratum vltimū inuoluantur erroribus.	59
	Si non licet episcopis, nec presbyteris, oraria duo indui: quanto magis nec diaconis, qui ministri eorum sunt.	39	De Iudaeis baptizatis, si postea praeuaricati fuerint in Christo.	60
	Vt omnes clerici vel lectores, sicut Leuitae & sacerdotes, de torso superius capite, inferius solam circuli coronam relinquunt.	40	De malorum consortijs, quod etiam bonos corrumpunt.	61
	Vt extraneae feminae cum clericis non habitent.	41	De Iudaeis, qui Christianas mulieres in coniugio habent.	62
	De clericis, qui non habentes legitimum coniugium, extranearum mulierum vel		Non potest erga homines esse fidelis, qui extiterit impius in Deum.	63
			Præcipiente domino atque excellentissimo Sisenando rege, ut Iudaei, aut qui ex Iudaeis sunt, officia publica nullatenus appetant.	64
			Vt Christianos seruos non liceat Iudaeis habere.	65
			De his, qui de rebus suis, pauperibus Christi nullatenus distribuunt.	66
			De episcopis, qui mancipium iuris ecclesiae, non retento ecclesiastico patrocinio, manumitti desiderant.	67
			Vt sacerdotes, qui aut res suas ecclesiae relinquunt, aut nihil habentes, aliqua praedia ecclesijs suis conquirunt, si voluerint, possint de ecclesiae famulis aliquos libertos facere.	68
			De libertis ecclesiae, quia nunquam moritur	69

eorum patrona, ut a patrocinio eiusdem nunquam discedat.

De libertis ecclesiae, qui a patrocinio eiusdem discedunt.

De libertis, qui a quibuscunq; manumissi sunt, atque ecclesiae patrocinio commendati existunt.

Vt qui libertatem a Dominis suis ita percipiunt, ut nullum in eis obsequium patronus detentet, suscipiantur ad clerum.

De famulis ecclesiae constitutis presbyteros vel diaconos per parochias, licet.

De ecclesiastici ordinis institutis vel decretis, quae ad quorundam pertinent disciplinam.



Dissebuta

Anno tertio, regnante domino nostro gloriosissimo principe Sisenando, die Nonarum Decembris, ara 681. dum studio amoris Christi, ac diligentia religiosissimi Sisenandi regis, Hispaniae atq; Galliciae sacerdotes apud Toletanam urbem in nomine Domini conuenissemus, ut eius imperijs atq; iussis communis a nobis ageretur de quibusdam ecclesiae disciplinis tractatus, primum gratias Saluatori nostro deo omnipotenti egimus, post haec antefato ministro eius excellentissimo & glorioso regi, cuius tanta erga Deum deuotio extat, ut non solum in rebus humanis, sed etiam in causis diuinis sollicitus maneat. Hic quippe, dum in basilica beatissimi & sancti martyris Leocadiae omnium nostrum pariter iam coetus adisset, pro merito fidei suae cum magnificentissimis & nobilissimis viris ingressus, primum coram sacerdotibus Dei humi prostratus, cum lachrymis & gemitibus pro se interueniendum Domino postulauit. Deinde religiosa prosecutione synodum exhortatus est, ut paternorum decretorum memores, ad confirmanda in nobis iura ecclesiastica studium praebere, & illa corrigere, quae dum per negligentiam in usum venerunt, contra ecclesiasticos mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt. Talibus ergo eius monitis congaudentes, necessarium extitit, iuxta eius nostrumq; votum tractare, quae competunt, siue in sacramentis diuinis, quae diuerso atque illicito modo in Hispaniarum ecclesijs celebrantur, seu quae in moribus prauè usurpata noscuntur. Et quoniam generale concilium agimus, oportet primum nostrae vocis sermonem de Deo esse, ut post professionem fidei, sequentia operis nostri vota quasi superfundamētum firmissimum disponantur.

¶ Capitulum primum.

Secundum diuinas scripturas & doctrinam, quae a sanctis patribus accepimus, patet.

trem, & filium, & spiritum sanctum, vnius deitatis atq; substantiae confitemur, in personarum diuersitate Trinitatem credentes, in diuinitate unitatem praedicantes: nec personas confundimus, nec substantiam separamus. Patrem a nullo factum vel genitum dicimus, filium a patre non factum, sed genitum, asserimus. Spiritum vero sanctum, nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex patre & filio, profitemur. Ipsum autem Dominum IESVM CHRISTVM, DEI filium & creatorem omnium, ex substantia patris ante secula genitum, descendisse vltimo tempore pro redemptione mundi a patre, qui nunquam desijt esse cum patre. Incarnatus est enim ex spiritu sancto, & gloriosa sancta DEI genitrice virgine Maria, & natus ex ipsa, solus idem Dominus IESVS CHRISTVS, vnus de sancta Trinitate, anima & carne perfectus, sine peccato suscipiens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat, aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem, habens in vna persona duarum naturarum proprietatem. Naturae enim in illo duae, DEVS & homo. Non autem duo filij, & dii duo, sed idem vna persona in vtraque natura, perfectus passionem & mortem pro nostra salute, non in virtute diuinitatis, sed in infirmitate humanitatis. Descendit ad inferos, ut sanctos, qui ibi tenebantur, erueret: & de uictor mortis imperio, resurrexit. Assumptus in caelos, venturus est in futurum ad iudicium viuorum & mortuorum. Cuius morte & sanguine mundati, remissionem peccatorum consequuti sumus, resuscitandi ab eo in die nouissima, in ea, qua nunc viuimus, carne, & in ea, qua resurrexit idem Dominus, forma, percepturi ab ipso, alij pro iustitiae meritis vitam aeternam, alij pro peccatis supplicij aeterni sententiam. Haec est ecclesiae catholicae fides. Hanc confessionem conseruamus atque tenemus. Quam quisquis firmissimè custodierit, perpetuam salutem habebit.

Post rectae fidei confessionem, quae in sancta DEI ecclesia praedicatur, placuit ut omnes sacerdotes, qui catholicae fidei unitate completimur, nihil vltra diuersum aut dissonum in ecclesiasticis sacramentis agamus, ne quaelibet nostra diuersitas apud ignotos seu carnales schismatis errorem videatur ostendere, & multis extet in scandalum varietas ecclesiarum. Vnus ergo ordo orandi atque psallendi, a nobis per omnem Hispaniam atque Galliciam conseruetur: vnus modus in missarum solennitatibus, vnus in vesperinis officijs: nec diuersa sit vltra in nobis ecclesiastica consuetudo, quia vna fide continemur & regno. Hoc enim & antiqui canones decreuerunt, ut vnaquaque provincia & psallendi, &

ministrandi parem consuetudinem teneat.
 3 Nulla penes res, disciplinae mores ab Ecclesia Christi magis depulit, quam sacerdotum negligentia, qui contemptis canonibus, ad corrigendos ecclesiasticos mores synodum facere negligunt. Ob hoc à nobis vniuersaliter definitum est, vt quia iuxta patrũ antiqua decreta bis in anno difficultas temporis fieri concilium non finit, saltem vel semel à nobis celebretur, ita tamẽ, vt si fidei causa est, aut quolibet alia Ecclesie communis, generalis totius Hispaniæ & Galliciæ synodus conuocet. Si verò nec de fide, nec de communi Ecclesie vtilitate tractabitur, speciale erit concilium vniuersaliusque prouinciæ, vbi metropolitanus elegerit peragendum. Omnes autem, qui causas aduersus episcopos ac iudices ac potentes, aut contra quoslibet alios habere noscuntur, ad idem concilium concurrant: & quæcunque examine synodali à quibuslibet prauè usurpata inueniuntur, regij executoris instantia iustissimè his, quibus iurã sunt, reformentur, ita vt pro compellendis iudicibus vel secularibus viris ad synodum, metropolitani studio quidam executor à principe postuletur. Quintadecima autem Kalendarum Iuniarũ congreganda est in vnaquaque prouincia synodus, propter vernale tempus, quando herbis terra vestitur, & pabula germinum inueniuntur. Hora itaq; diei prima mande ante solis ortum, eijciantur omnes ab Ecclesia: obseratisq; foribus cunctis ad vnam ianuam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarij stent. Et conuenientes omnes episcopi, pariter introeant, & secundum ordinationis suæ tempora refideant. Post ingressum omnium Episcoporum atq; confessum, vocentur deinde presbyteri, quos causa pbauerit introire. Nullus se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediatur diacones probabiles, quos ordo poposcit interesse. Et corona facta de sedibus Episcoporum, presbyteri à tergo eorum refideant, diaconi in conspectu episcoporum stent. Deinde ingrediuntur laici, qui electioni concilij interesse meruerint. Ingrediuntur quoq; & notarij, quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit. Et obserentur ianua. Sedentibusque in diuturno silentio sacerdotibus, & cor tantum habentibus ad Deum, dicat archidiaconus: Orate. Statimq; omnes in terrã prosternentur, & orantibus diutius tacitè cum stentibus atque gemitibus, vnus ex episcopis senioribus surgens, oratione palam ad Dominum fundat, cunctis adhuc in terra iacentibus. Finita autem oratione, & responso ab omnibus, Amen, rursus archidiaconus dicat: Erigite vos. Et confestim omnes surgant, & cum omni timore Dei & disciplina, tam Episcopi, quam presbyteri sedcant. Sicque omnibus in suis locis in silentio

Formula habenda synodi.

confidentibus, diaconus alba indutus, codicem canonum in medio proferens, capitula de concilijs agendis pronunciet. Finitisq; titulis, metropolitanus Episcopus concilium alloquatur, dicens: Ecce, sanctissimi sacerdotes, recitatae sunt ex canonibus patrum sententiæ de concilio celebrando. Si qua ergo quempiam vestrum actio commouet, coram suis fratribus proponat. Tunc si aliquis quamcumque querelam, quæ contra canonem agit, in audientiam sacerdotalem protulerit, non prius ad aliud trãseat capitulum, nisi primum, quæ proposita est actio, terminetur. Nam & si presbyter aliquis, aut diaconus, vel clericus, siue laicus, de his qui foris steterint, conciliũ pro qualibet reciderit appelladum, Ecclesia metropolitana archidiacono causam suam intimet, & ille concilio denunciet. Et tunc illi & introeundi, & proponendi licentia concedatur. Nullus autem episcoporum à cætu communi secedat, antequam hora generalis secessionis adueniat. Concilium quoque nullus soluere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita, vt quæcumque deliberatione communi finiuntur, Episcoporum singulorum manibus subscribantur. Tunc enim Deus suorum sacerdotum concilio interesse credendus est, si tumultu omni abiecto, sollicitè atq; tranquillè ecclesiastica negocia terminentur.
 4 Solet in Hispanijs de solennitate Paschali varietas existere prædicationis. Diuersa enim obseruantia laterculorum Paschalis festiuitatis, interdum errorem parturit. Proinde placuit, vt ante tres menses Epiphaniarum metropolitani sacerdotes literis se inuicem inquirant, vt communi scientia edocti, diem resurrectionis Christi comprouincialibus suis insinuent, & vno tempore celebrandum annuncient.
 5 De baptismi autem sacramento, propter quod in Hispanijs quidam sacerdotes trinam, quidam simplam merisionem faciunt, à nonnullis schisma esse conspiciunt, & vnitas fidei scindi videtur. Nam dum partes diuersæ in baptizandis aliqua contrario modo agunt, alij alios non baptizatos esse contendunt. Proinde, quid à nobis in sacramento diuersitate faciendum sit, Apostolicæ sedis in formemur præceptis, non nostram, sed paternam institutionem sequentes. Beata ergo memoriæ Gregorius, Romanæ Ecclesiæ pontifex, qui non solum partes Italiae illustrauit, sed & longè existentes Ecclesias sua doctrina perdocuit, efflagitante sanctissimo Leandro Episcopo de hac Hispaniæ diuersitate, quid potius esset sequendum, inter cætera rescribens ei, sic ait: De trina verò merisione baptismatis, nihil responderi verius potest, quam ipsi sensistis, quia in vna fide nihil officit sancte Ecclesiæ consuetudo diuersa. Nos autem quod tertio mergimus,

Lib. 1. Reg. tri. epist. 4

De cõ. dist. 4. De trina merisione.

*aquis

De cõ. di. 4. Propter vitandũ. Et in de. Iuo. li. 1.

1. Cor. 10. a

Exod. 3. d & 14. f

Iosue 3. d

Ibidem 4. a

Marc. 16. d sententia. ter. non literaliter.

mergimus, triduanæ sepultura sacramenta signamus, vt dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimitur. Quod si quis forte, etiã pro summa Trinitatis veneratione, existimet fieri, neq; ad hoc aliquid obstitit, baptizandum semel in aquis mergere: quia dum in tribus subsistentijs vna substantia est, repræhensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismo in aqua vel ter, vel semel mergere, quandò & in tribus merisionibus personarum Trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Sed si nunc vsque ab hæreticis infans in baptismo tertio mergatur, faciendum apud vos esse, non cenfeo, nẽ, dum merisiones numerant, diuinitatem diuidant: dumque, quod faciebant, faciunt, morem vestrum se vicisse gloriantur. Quapropter, quia de vtroque sacramento, quod fit in sancto baptismo, à tanto viro reddita est ratio, quod vtrumque rectum, vtrumque irreprehensibile in sancta Dei Ecclesia habeatur: propter vitandum autem schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vltim, simplam teneamus baptismi merisionem, nẽ videantur apud nos, qui tertio mergunt, hæreticorum approbare assertionem, dum sequuntur & morem. Et nẽ forte cuiquam sit dubiũ huius simpli mysterium sacramenti, videat in eo mortem & resurrectionem Christi significari. Nam in aquis merisio, quasi ad infernum descensio est: & rursus ab aquis emerisio, resurrectio est. Itẽ videat in eo vnitatem diuinitatis, & Trinitatem personarum ostendi. Vnitatem, dum semel mergimus: Trinitatem, dum in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizamus. Panditur huius singularis baptismi mysterium etiã scripturarum sanctarum exemplis, Paulo Apostolo attestante: Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in mari baptizati sunt, in nube & in mari. Mare quippe rubrum, significat baptismum, Christi sanguine confectum, per quod populus Dei semel transijt, vbi tamen tota erat Trinitas, præcedens populum in columna ignis & nubis. In igne quippe significatur pater, in columna filius, in nube spiritus sanctus. Iordanis quoque fluuenta cum arca populus dei semel transijt, per quod significatur simpla merisio baptismatis, cuius sacramento Ecclesia abluatur, & defeculi huius laboribus per baptismum quasi per Iordanem ad terram cælestis re-promissionis ingreditur.
 6 Comperimus, quod per nonnullas ecclesias in die sextæ feriæ passionis Domini, clausis basilicarum foribus, nec celebretur officium, nec passio Domini populis prædicetur, dum idem Saluator noster Apostolis suis præcepit, dicens: Passionem, & mortem, & resurrectionem meam omnibus prædica-

te. Ideoq; oportet, eodem die mysteriũ crucis, quod ipse Dominus cunctis annuncians, voluit, prædicari, atq; indulgentiã criminum clara voce omnem populum postulare, vt pœnitentiæ compunctiõne mundati, venerabilem diem dominicę resurrectionis, remissis iniquitatibus, suscipere mereamur, corporisq; eius & sanguinis sacramentum, mundi à peccato, sumamus.
 7 Quidam in die eiusdem passionis Dominicę, ab hora nona ieiuniũ soluunt, conuiujs * adhibentur: & dum sol ipse eadem die tenebris palliatus, lumen subduxerit, ipsa que elementa turbata, mœstiam totius mundi ostenderint, illi ieiunium tanti diei polluant, epulisque inseruiunt. Et quia totum eundem diem vniuersalis Ecclesia propter passionem Domini in macore & abstinentia peragit, quicumque in eo ieiunium, præter paruulos, senes & languidos, antè peractas indulgentiæ preces soluerit, à Paschali gaudio depellatur: nec in eo sacramentum corporis & sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis eius per abstinentiam non honorat.
 8 Lucerna & cereus in peruigilijs apud quasdam ecclesias non benedicuntur, & cur à nobis benedicantur, inquirunt. Propter gloriosum enim noctis ipsius sacramentum, hæc solenniter benedicimus, vt sacre resurrectionis Christi mysterium, quod tempore huius noctis votiue aduenit, benedictione sanctificati luminis suscipiamus. Et quia hæc obseruatio per multarum loca terrarum, regioneq; Hispaniæ, in ecclesijs commendatur, dignum est propter vnitatem pacis, vt in *Gallicianis ecclesijs conferuetur. Nulli autem impune erit, qui hæc contempserit, sed patrum regulis subiacebit.
 9 Nonnulli sacerdotum in Hispanijs reperiuntur, qui Dominicam orationem, quam Saluator noster docuit & præcepit, non quotidie, sed tantum die Dominica dicant. Et quia sine intermissione vt oramus, Apostolus docuit, qualiter autem oramus, CHRISTVS præcepit, dicens: Cùm autem oratis, dicite: Pater noster qui es in cælis: Quomodo ergo quotidie non dicitur, quod sine intermissione dici iubetur? Nam intantum quotidie hæc oratio dicenda est, quantum & ipso titulo vtitur, dum vocatur oratio quotidiana. Sic eam sancti patres nuncupauerunt, quod etiã apud doctores, quorum illustris doctrina est, inuenitur. Sanctus quippe Cyprianus dicit: Itaque in oratione Dominica panem nostrum, id est, Christum, dari nobis quotidie petimus, vt qui in Christo manemus & viuimus, à sanctificatione & corpore eius non recedamus. Sanctus Hilarius dicit, Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie: Quid enim tã vult Deus, quam vt quotidie Christus habitet in nobis, qui est panis vitæ,

*abutiuntur

*Gallicianis

1. Theff. 5. d

Math. 6. b

In sermone de oratione Dominica.

In Enchiridio ad Laurentium

ta, & panis è celo? Et quia quotidiana oratio est, quotidie quoque vt detur, oratur. Sanctus Augustinus dicit: De quotidianis autè, breuib; leuib; peccatis, sine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisficit. Eorum est enim dicere, Pater noster qui es in cælis, qui iam patri tali regenerati sunt ex aqua & spiritu sancto. Delet ergo hæc quotidiana oratio, minima & quotidiana peccata: delet & illa, à quibus vita fidelium, etiã sceleratè gesta, pœnitendo in melius mutata discedit. Ergo sicut Christus præcepit, sicut Apostolus monuit, & quemadmodum doctores ecclesiastici instituerunt, quia quotidie vel cogitatione, vel verbo delinquimus, quotidie hanc orationem effundere in conspectu Dei debemus. Quisquis ergo sacerdotum vel subiacentium clericorum, hanc orationem Dominicam quotidie aut in publico, aut in priuato officio præterierit, propter superbiam iudicatus, ordinis sui honore priuetur.

amulctetur

10 Item cognouimus quosdam Hispaniæ sacerdotes, qui in quadagesime diebus Alleluia decantant, præterquam in vltima hebdomada Pasche, quod deinceps fieri interdiximus, statuentes, vt in omnibus prædictis quadagesimæ diebus (quia tempus nõ est gaudij, sed mœroris) Alleluia non decantetur. Tunc enim opus est fletibus ac ieiunijs in sistere, corpus cilicio & cinere inducere, animum mœroribus deijcere, gaudium in tristitiam vertere, quousq; veniat tempus resurrectionis Christi, quãdò oporteat iam Alleluia in lætitia canere, & mœrorem in gaudium commutare. Hoc enim Ecclesiæ vniuersalis consensus in cunctis terrarum partibus roborauit, quod & à nobis in omnibus vt cõseruetur per Hispanias Galliciasq; prouincias laudabit. In temporibus verò reliquis, id est, Kalen Januarij, quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omninò Alleluia non decantabitur. In quibus etiã præter piscem & olus, sicut & in illis quadraginta diebus, cæteris carnibus abstinetur, & à quibusdam etiã nec vinũ bibitur. Si quis ergo episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ex ordine clericorum fuerit repperus, qui arbitrium suum huic constitutioni æstimer præferendum, ordinis sui officio carere cogatur, & communionem eiusdè Paschæ priuetur.

11 In quibusdam quoque Hispaniarum ecclesijs laudes post Apostolum decantantur, priusquam euãgelium prædicetur, dum canones præcipiant, post Apostolum non laudes, sed Euangelium annunciari. Præsumptio est enim, vt anteponantur ea, quæ sequi debeant. Nam laudes Euangelium sequuntur propter gloriam Christi, quæ per idem Euangelium prædicatur. Circa omnes igitur sacerdotes hic ordo deinceps retinetur, excommunicationis pœnam susceptu-

TOM. 2.

ris, qui hunc ordinem perturbauerint.

12 De hymnis etiã canendis, & Saluatoris & Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Matthæo Euangelista attestante: Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Et Paulus Apostolus ad Ephesios scripsit, dicens: Implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus. Et quia nonnulli hymni humapo studio in laudem dei, atq; Apostolorum & martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius atq; Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum canonum, vel Apostolica traditione non existit. Respuant ergo & illum hymnum, ab hominibus compositũ, quem quotidie publico priuatoq; officio, in sine omnium Psalmorum dicimus, Gloria & honor patri, & filio, & spiritui sancto in secula seculorum. Amè. Nam & ille hymnus, quem nato in carne Christo, angeli cecinerunt, Gloria in excelsis D E O, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, reliqua quæ ibi sequuntur, ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesijs canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inueniuntur? Componuntur Missæ, siue preces, vel orationes, siue cõmendationes, seu manũs impositiones, ex quibus si nulla decantentur in Ecclesia, vacant officia ecclesiastica. Admonet hæc fieri, atq; hortatur Timotheum Apostolus, dicens: Obsecro ergo primò omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in sublimitate sunt. Sicut ergo orationes, ita & hymnos vltèrius improbet, sed pari modo in Gallicia Hispaniaq; celebrent, excommunicatione plectèdi, qui hymnos, reijcere fuerint ausi.

De cõ. dist. De hymnis

Matt. 26. c

Ephes. 5. d

Luc. 2. b

1. Tim. 2. a

13 Hymnum quoque trium puerorum, in quo vniuersa cali terræq; creatura Deum collaudat, & quem Ecclesia catholica, per totum orbem diffusa, celebrat, quidam sacerdotes in Missa Dominicorum dierum & in solennitatibus martyrum canere negligunt. Proinde sanctum concilium instituit, vt per omnes Hispaniæ ecclesias vel Galliciæ, in omnium Missarum solennitate idem in publico decantetur, communionem amissuri, qui & antiquam huius hymni consuetudinem, nostramque definitionem exceperint.

14 In sine Psalmorum, non sicut à quibusdam hucusquè, Gloria patri, sed, Gloria & honor patri, dicitur, Dauid propheta dicente: Afferte Domino gloriam & honorem. & Ioannes Euangelista in Apocalypsi audiuit vocem cælestis exercitũs, dicentem:

Honor

Honor & gloria Deo nostro sedenti in throno. At per hoc hæc duo sic oportet in terris dici, sicut in cælis resonant. Vniuersis ergo ecclesiasticis hanc obseruantiam damus: quam quisquis præterierit, communionis iacturam habebit.

15 Sunt quidam, qui in sine responsorium, Gloria, non dicunt: propter quod interdum inconuenienter resonat. Sed hæc est discretio, vt in lætis sequatur Gloria, in tristioribus repetatur principium.

16 Apocalypsim librum, multorum Conciliorum authoritas & synodica sanctorum præsulum Romanorum decreta, Ioannis euangelista esse præscribunt, & inter diuinos libros recipiendum constituunt. Et quia plurimi sunt, qui eius auctoritatem non recipiunt, eumque in Ecclesia Dei prædicare contemnunt, si quis eum deinceps aut non receperit, aut à Pascha vsque ad Pentecosten Missarum tempore in ecclesia non prædicauerit, excommunicationis sententiam habebit.

17 Nonnulli sacerdotes post dictam orationem Dominicam statim communicant, & postea benedictionem in populo danti quod deinceps interdiximus: sed post orationem Dominicam & coniunctionem panis & calicis, benedictio in populum sequatur, & tunc demum corporis & sanguinis Domini sacramentum sumatur, eo videlicet ordine, vt sacerdos & Leuita ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus.

*reticenda

18 Perniciosa consuetudo nequaquam est recipienda, quæ Maiorũ statuta præteritis omnem Ecclesiæ ordinem perturbauit, dum alij per ambitum sacerdotia appetunt, alij oblati muneribus pontificatum assument. Nonnulli etiã sceleribus implicati, vel seculari militiæ dediti, indigni ad honorem summi ac sacri ordinis peruenerunt. De quorũ scilicet causa atq; remotione oportuerat quædam statuere. Sed nõ perturbatio plurima Ecclesiæ oriretur, præteritis ommissis, deinceps, qui non promoueantur ad sacerdotium, ex regulis canonum necessariò credimus inferendum. Id est, qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiæ nota adspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi sunt, qui in heresi lapsi sunt, vel qui in heresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt, aut naturaliter defectu membrorum vel defectiõne, aliquid minus habere noscuntur, qui secundæ vxoris coniunctionem fortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerunt, qui viduã vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarũ mariti fuerunt, qui concubinas aut fornicarias habuerunt, qui seruili conditioni obnoxij sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti vel laici sunt, qui seculari militiæ dediti sunt, qui cu-

TOM. 2.

ria nexibus obligati sunt, qui in seij literarũ sunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt. Qui per gradus ecclesiasticos non accesserunt, qui ambitu honorè quærunt, qui muneribus honorè obtinere moluntur, quã decessoribus in sacerdotiũ eliguntur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quẽ nec clericus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel authoritas metropolitani, vel cõprouincialium sacerdotũ assensus nõ exquisiuit. Quicumq; ergo deinceps ad ordinem sacerdotij postulatur, & in his, quæ prædicta sunt, exquisitus, in nullo horũ deprehensus fuerit, & examinatus, probabilis vita atq; doctrina extiterit, tunc secundum synodalia vel decretalia constituta, cũ omniũ clericorũ vel ciuiũ voluntate, ab vniuersis cõprouincialibus episcopis, aut certè à tribus, in sacerdotè die dominica cõsecrabitur, cõiuentibus ceteris, quæ absentes sunt, literis suis, & magis auctoritate vel præsentia eius, quæ est in metropoli constitutus. Episcopus autem cõprouincialis ibi cõsecrãdus est, vbi metropolitano elegerit. Metropolitanus autè nõ nisi in ciuitate metropoli, cõprouincialibus ibidem cõuenientibus. Si quis autè deinceps cõtra prædicta vetera canonũ, ad gradum sacerdotij in dignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

*accesserunt

19 In veteri lege ab anno 25, Leuitæ in tabernaculo seruire mandantur, cuius auctoritate in canonibus & sancti patres sequuti sunt. Nos & diuinæ legis, & conciliorum præcepti immemores, infantes & pueros Leuitas facimus ante legitimã ætatem, & ante experientiam vitæ. Ideoq; nõ vltèrius fiat à nobis, & diuinæ legis & canonum admoneatur sententijs. Sed viginti quinque annorum ætatis, Leuitæ consecrentur: & triginta, presbyteri ordinentur, ita vt secundum præceptum Apostolicum probentur primũ, & sic ministrent, nullum crimen habentes.

Dist. 77. In veteri lege Num. 8. d

1. Tim. 3. c

20 Quicumque in sacerdotio Dei positi sunt, irreprehensibiles esse debet, Paulo attestante: Oportet episcopũ irreprehensibilem esse. Inoffensus ergo & immaculatus decet Dei existere sacerdotes, nec vllò eos fornicationis contagio pollui, sed castè viuentes, mûdos semetipsos celebrandis exhibeat sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, vt mûdi corpore, purgati mente, possimus ad sacrificium Christi digni accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari.

1. Tim. 3. a

21 Quauis conscientiam puram apud Deũ nos habere oporteat, tamè & apud homines famam optimã custodire cõuenit, vt iuxta præceptum apostolicũ, nõ tantum coram Deo, sed etiã coram hominibus, vitæ sanctæ testimoniũ habeamus. Quidã enim hucusq; sacerdotũ, non modicum scandalum creauerunt, dum in cõuersatione vitæ, hon

Rom. 12. d & 2. Cor. 8. d

non bonæ famæ existunt. Vt ergo excludatur deinceps omnis nefandæ suspicionis occasio, & nē detur vltra secularibus locus obrectandi: oportet episcopos testimonium probabiliū personarum conuersationis & vitæ in conclauī suo habere, vt & Deo placeant per conuersationem bonam, & Ecclesiæ per optimam famam.

*episcopi

22 Similiter placuit, vt quemadmodum antistites, ita presbyteri atque Leuitæ, quos fortē infirmitas, aut ætatis grauitas in conclauī suo manere non sinit, vt & ijdem in cellulis suis testes vitæ habeant, vitamq; suam sicut nomine, ita & meritis teneant.

12. q. 1. Ois ætas
Gene. 6. a
Prou. 30. c

23 Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum. Nihil enim incertius, quàm vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit, vt si qui in clero puberes aut adolescentēs existunt, omnes in vno cōclauī atriū commorentur, vt lubrica ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniore, quem & magistrum disciplinæ, & testem vitæ habeant. Quod si aliqui ex his pupilli existūt, sacerdotali tutela foueantur, vt & vita eorū à criminibus intacta sit, & res ab iniuria improborum. Qui autem his præceptis resultauerint, monasterijs deputentur, vt vagantes animi & superbi, seueriori regula distringantur.

Di. 38. Igno-
rãtia mater

24 Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus Apostolus, dicens ad Timotheum: Intende lectioni & exhortationi, doctrinæ quoque, & semper permane in his. Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas, & canones meditentur, vt omne opus eorum in prædicatione diuina & doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei sciētia, quàm operum disciplina.

Dist. 2. Q. 2
presbyteri

25 Quandò presbyteri in parochijs ordinantur, libellum officialem à suo sacerdote accipiant, vt ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant, nē per ignorantiam, etiã in ipsis diuinis Sacramentis offendant, ita vt, quandò vel ad litanias, vel ad concilium venerint, rationem episcopo vt reddāt, qualiter susceptum officium celebrent, vel baptizent.

Dist. 28. Q. 1
presbyteri

26 Quandò presbyteri aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos primum professionem episcopo suo facere, vt castè & purè viuant sub Dei timore, vt dum eos tali professione obligauerit, sub sancta disciplina retineantur.

11. q. 3. epūs,
presbyter,

27 Episcopus, presbyter, aut diaconus, si à gradu suo iniuste deiectus, in secunda synodo innocens reperiat, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu episcoporum. Si episcopus est, orarium, annulum, & baculum: Si presbyter, orarium & planetam: Si diaconus, orarium & albam: Si subdiaconus, patenam & calicem. Sic & reliqui gradus ea in reparationem sui recipiant, quæ, cum ordinarentur, perceperant.

28 Si quis Episcopus, aut presbyter, siue diaconus, vel quilibet ex ordine clericorū, magos, aut aruspices, aut ariolos, aut certē augures, vel sortilegos, vel eos qui profitentur artem magicam, aut aliquem eorum similia exercentem, consuluisse fuerit deprehensus: ab honore dignitatis suæ depositus, monasterij censuram excipiat: ibiq; perpetuæ pœnitentiæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat.

Planeta est,
quã aliã
fulam vocamus.

29 Confratritimi hostium sacerdotes, præter eos, qui à regia potestate licentiam acceperunt, quodlibet mandatum ad gentem extraneam occultè accipere vel dirigere non præsumant. Qui autem deprehenditur aut conuincitur, denunciatus principi, apud concilium condigna animaduersione mulcabitur.

30 Sæpè principes contra quoslibet maiestatis obnoxios, sacerdotibus negocia sua committunt. Et quia sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri iudices, vbi iureiurando supplicij indulgentia promittitur, non vbi discriminis sententiã præparatur. Si quis ergo sacerdotum, contra hoc commune consultum, diffusor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud Ecclesiam perdat proprium gradum.

23. q. 8. Sept
principes

31 Episcopi, in protegendis populis ac defendendis, impositam à Deo sibi curam non ambigant. Ideoque, dum conspiciunt iudices ac potentes, pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant, & si contempserint emendari, eorum insolentiam regis auribus intiment, vt quos sacerdotalis admonitio non flectit ad iustitiam, regalis potestas ab improbitate coërceat. Si quis autem episcoporum id neglexerit, concilio erit reus.

32 Auaritia radix est cunctorum malorum, cuius sitis etiã sacerdotum mentes obtinet. Multi enim fidelium, in honorem Christi & martyrum, in parochijs episcoporum basilicas construunt, oblationes sanctas tribuunt: sacerdotes hæc auferunt, atq; in vsus suos conuertunt. Indè est, quod cultores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt. Indè labentium basilicarum ruine non reparantur, quia auaritia sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re constitutum est à præfenti concilio, episcopos ita dioceses suas regere, vt nihil ex earum iure præsumant auferre: sed iuxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quàm de decimis, tributis ac frugibus, tertiã consequantur.

1. Tim. 6. b

*cōscribunt

16. q. 1. C6.
licitū est à

10. q. 1. No-
uerit

sequantur. Quod si amplius quippiam ab eis præsumptum extiterit, per concilium restitueretur, appellantis aut ipsius conditoris, aut certè propinquis eorum, si iam illi à seculo discesserunt. Nouerint autem conditores basilicarum, in rebus, quas eisdem ecclesijs conferunt, nullam se potestatem habere: sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem eius ad ordinationem episcopi pertinere.

16. q. 3. Qui-
cunq; eps

33 Quicunq; episcopus alterius episcopi diocesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, quia secundum ius legis, eius videtur esse diocesis, admittenda non est contra eum actio reposcendi. Sed hoc intra vnam parochiam, extra verò nullo modo, nē, dum diocesis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

16. q. 3. Sicut
dioc.

34 Sicut diocesis alienam tricenalis possessio tollit, ita territorij conuentum nõ adimit. Ideoque basilicæ, quæ nouè conditæ fuerint, ad eum proculdubio episcopum pertinebunt, cuius conuentus esse constitutit.

q. 1. p. fessio
10. q. 1. Epim
per cunctas

35 Episcopum, per cunctas dioceses parochiasque suas, per singulos annos ire oportet, vt exquirat, quo vnaquæque basilica in reparationem sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut alijs occupationibus implicatus, id explere nequiverit, presbyteros probabiles aut diacones mittat, qui & redditus basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam inquirant.

22. q. 2. Qui-
cunq; suffragio

36 Quicunque episcopi suffragio cuiuslibet, aliquid ecclesiasticæ utilitatis prouiderint, & pro eo quodcunq; commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exoluere oportebit, ita vt id ad concilium prouinciale deductum, eorum conniuentia confirmetur: quia, sicut Paulus ait, Dignus est operarius mercede sua.

1. Tim. 5. c
Matt. 10.

16. q. 7. Qui-
cunq; fideli-
um

37 Præbendum est à sacerdotibus vitæ solatium indigentibus, & maximè his, quibus restituenda vicissitudo est. Quicunque ergo fidelium de facultatibus suis Ecclesiæ aliquid deuotione propria contulerint, si fortè ipsi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis vsu percipiant. Si enim clericis, seu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet necessitatem sustinentibus, pro solo religionis intuitu, in vsum res ecclesiasticæ largiuntur: quanto magis consulendum est, quibus retributio iusta debetur?

Dist. 93. N6.
nulli diacono

38 Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, vt sese presbyteris anteponant, atq; in primo choro ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo vt sublimiores sibi presbyteros agnoscant, tã hi, quàm illi in vtroque choro consistant.

*se

39 Si oraria duo nec episcopo induere

quidem licet, nec presbytero, vt multò minus diacono, qui minister eorum est. Vnum ergo orarium oportet Leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est, prædicat. Dexteram autem partem oportet habere liberam, vt expeditus ad ministerium sacerdotale discurrat. Caucant ergo amodò Leuitæ gemino vt orario, sed vno tantum, & puro, nec vllis coloribus aut auro ornato.

Dist. 25. Vnũ
orarium

40 Omnes clerici vel lectores, sicut Leuitæ & sacerdotes, detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquunt. Non sicut hucusq; in Gallicia partibus facere lectores videntur, qui prolixis vt laici comis, in solo capitis apice modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispanijs, hucusq; hæreticorum fuit. Vndè oportet, vt pro amputando ab ecclesijs scandalo, hoc signum dedecoris auferatur, & sit vna tonsura vel habitus, sicut totius Hispaniæ est vsus. Qui autem hoc non custodiērit, fidei catholicæ reus erit.

41 Cum clericis extraneæ foeminae nulatens habitent, nisi tantum mater, soror, filia, amita, in quibus personis nihil sceleris æstimari naturæ foedus permittit. Id enim & constitutio antiquorum patrum decreuit.

Di. 81. Qui-
dam clerici

42 Quidam clerici, legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum vel ancillarum suarum interdita sibi confortia appetunt. Ideo, quæ cum clericis taliter coniunctæ sunt, ab episcopo auferantur, & veniuntur, illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos sua libidine infecerunt.

43 Clerici, qui sine consulti episcopi sui uxores duxerint, aut viduam, aut repudiatam, vel meretricem in coniugium acceperint, separari eos à proprio Episcopo oportebit.

23. q. 8. Clerici

44 Clerici, qui in quacunque seditione arma volentes sumpserint, aut sumpserunt, reperti, amisso ordinis sui gradu, in monasterium contradantur pœnitentiæ.

*pereniter.

45 Si quis clericus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur: oportet, canonibus in tali scelere proditum, à clericatûs ordine submoueri, & pœnitentiæ triennio deputari.

46 Præcipiente domino nostro atque excellentissimo Sisenando rege, id constituit sanctum concilium, vt omnes ingenui clerici, pro officio religionis, ab omni publica indictione atque labore habeantur immunes, vt liberi Deo seruiant, nullaque prædicta necessitate, ab ecclesiasticis officijs retrahantur.

47 Eos, quos œconomos Græci vocant, hoc est, qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant, sicut sancta synodus Chalcedonenis

Chal. concil. cap. 26. donec constituit, omnes episcopos de proprio clero ad regendas ecclesias habere oportet: qui autem deinceps contempserit, obnoxius eiusdem magni concilij erit.

20. q. 1. Monachum aut paterna deuotio, aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit alligatum, tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus adiutum, & omnes ad seculum interdiximus regressus.

19. q. 1. Clerici qui mo. 49 Clerici, qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopo in monasterijs largiri oportet ingressus, nec interdicti propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

50 Nunciatum est presentii Concilio, quod monachi episcopali imperio seruili operi mancipentur, & iura monasteriorum contra instituta canonum, illicita presumptione vsurpentur, ita vt pendere ex coenobio possessio fiat, atque illustri portio Christi, ad ignominiam seruitutemque perueniat.

18. q. 2. Hoc tantum sibi. Quapropter monemus eos, qui ecclesijs presunt, vt vltra talia non presument. Sed hoc tantum sibi in monasterio vendicent sacerdotes, quod precipiunt canones, id est, monachos ad conuersationem sanctam pramonere, abbates, aliaque officia instituerent, atque extra regulam facta corrigere. Quod si aliquid in monachos canonibus interdictum presumpserint, aut vsurpare quippiam de monasterij rebus tentauerint, non debeat ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam sustulerint ab illicitis.

51 Nonnulli monachorum egredientes a monasterio, non solum ad seculum reuertuntur, sed etiam vxores accipiunt. Igitur reuocati in eodem monasterio, a quo exierant, poenitentia deputentur: ibique desistant crimina sua, vnde decesserunt.

52 Religiosi propriae regionis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur, siue hi, qui per diuersa loca vagi feruntur, ab episcopis, in quorum conuentu commorari noscuntur, licentia eorum coercentur, vt aut in clero, aut in monasterio deputentur, praeter eos, qui ab episcopo suo, aut propter aetatem, aut propter languorem fuerint absoluti.

53 Hi, qui in discrimine constituti poenitentiam accipiunt, nulla manifesta scelera confitentur, sed tantum se peccatores esse praedicantes, huiusmodi si reualuerint, possunt etiam pro morum probitate ad gradus ecclesiasticos peruenire. Qui vero ita poenitentiam accipiunt, vt aliquod mortale peccatum se perpetrasse publice fateantur, ad clerum vel honores ecclesiasticos peruenire nullatenus poterunt, quia confessione se propria notauerunt.

TOM. 2.

54 Quicumque ex secularibus, accipientes poenitentiam, totonderunt se, & rursus prauaricantes, laici effecti sunt: comprehensi ab episcopo suo, ad poenitentiam, ex qua recesserunt, reuocentur. Quod si aliqui per potentiam irruocabiles sunt, nec admoniti reuertuntur, vt veri Apostatae, coram ecclesia anathematis sententia condemnentur. Non aliter & hi qui a parentibus detonsi fuerunt, aut sponte sua, amissis parentibus, seipsos religioni deuouerunt, & postea habitum secularem sumpserunt: & ijdem a sacerdote comprehensi, ad cultum religionis, acta prius poenitentia, reuocentur. Quod si conuerti non possunt, velut apostatae, anathematis sententia subiiciantur. Quae forma seruabitur etiam in viduis, virginibusque sacris, ac poenitentibus foeminis, quae sanctimoniale habitum induerunt, & postea aut vestem mutauerunt, aut ad nuptias transierunt.

55 Duo sunt genera viduarum, seculares & sanctimoniales. Seculares viduae sunt, quae adhuc disponentes nubere, laicale habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt, quae iam mutato habitu seculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis vel ecclesiae apparuerunt. Haec si ad nuptias transierint, iuxta Apostolum, non sine damnatione erunt: quia, se primum DEO vouentes, postea castitatis propositum abiecerunt.

56 De Iudaeis autem praecipit sancta synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult, Deus miseretur: & quem vult, indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes, vt integra sit forma iustitiae. Sicut enim homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens perijt, sic vocante gratia Dei, propriae mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed libera arbitrij voluntate vt conuertantur, suadendi sunt, non penitus impellendi. Qui autem iam pridem ad Christianitatem venire coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti, quia iam constat, eos sacramentis diuinis sociatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis Domini & sanguinis extitisse participes, oportet, vt fidem etiam, quam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur.

57 Tanta est quorundam cupiditas, vt quidam eam appetentes, iuxta quod ait Apostolus, etiam a fide errauerint. Multi quippe hucusque ex sacerdotibus atque laicis accipientes a Iudaeis munera, perfidiam eorum suo patrocinio fouent: qui non immerito, ex corpore Antichristi esse noscuntur, quia contra Christum faciunt. Quicumque ergo deinceps

Dist. 45. De Iudaeis Rom. 9. d.

Gen. 3. d.

1. Tim. 6. b.

deinceps episcopus, siue clericus, siue secularis, illis contra fidem Christianam suffragium vel munus, vel fauore praestiterit, vere (vt prophetae & sacrilegus) anathema effectus, ab ecclesia catholica & regno DEI habeatur extraneus: quia dignus est, vt a corpore Christi separetur, qui inimicus Christi patrocinijs efficitur.

De 66. dist. 4. Pluribus. 58. Blerique, qui ex Iudaeis dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum, non solum Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circuncisiones exercere praesumpserunt. De quibus consulto pijsissimi ac religiosissimi Domini nostri Sisenandi regis, hoc sanctum decreuit concilium, vt huiusmodi transgressores, potestati auctoritate correcti, ad cultum Christiani dogmatis reuocentur: vt quos voluntas propria non emendat, animaduersione sacerdotalis coercent. Eos autem, quos circunciderunt, si filij eorum sunt, a parentum consortio separentur: si serui, pro iniuria corporis sui, libertati tradantur.

59 Iudaeorum filios vel filias baptizatos, ne parentum vltra inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, vt deputatos aut monasterijs, aut Christianis viris, ac mulieribus Deum timentibus, vt sub eorum conuersatione cultum fidei discant, atque in melius instituti, tam in moribus quam in fide proficiant.

60 Iudaei baptizati, si postea prauaricantes in Christum, qualibet poena damnati extiterint, a rebus eorum fideles filios excludi non oportebit: quia scriptum est, Filius non portabit patris iniquitatem.

61 Saepe malorum consortia etiam bonos corrumpunt: quanto magis eos, qui ad vitia prouisi sunt? Nulla ergo communio vltra sit hebraeis, ad fidem Christianam translatis, cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte eorum participio subuertantur. Quicumque ergo amodo ex his, qui baptizati sunt, infidelium consortia non vitauerint, & hi Christianis donentur, & illi publicis caedibus deputentur.

62 Iudaei, qui Christianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab Episcopo ciuitatis ipsius, vt si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quod si admoniti noluerint, separentur: quia non potest infidelis in eius permanere coniunctione, quae iam in Christianam translata est fidem. Filij autem, qui ex talibus nati existunt, fidem atque conditionem matris sequantur. Similiter & hi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Christianam religionem sequantur, non Iudaicam superstitionem.

63 Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidus. Iudaei ergo, qui dudum Christiani effecti sunt, & nunc Christi

1. q. 4. Iudaei baptizati, Exech. 18. c.

29. q. 1. Saepè malorum

*participatione

28. q. 1. Iudaei qui Christi

2. q. 7. Non potest

TOM. 2.

si fidem prauaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent, quantum esse se Christianos annunciant: quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubij habentur. Infamari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur. Nec eis est credendum, qui veritatis a se fidem abiecerunt.

64 Praecipiente Domino atque excellentissimo Sisenando rege, constituitur sanctum concilium, vt Iudaei, aut hi qui ex Iudaeis sunt, officia publica nullatenus appetant: quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt. Ideoque iudices prouinciarum cum sacerdotibus, eorum subreptiones fraudulenter relictas suspendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem hoc permiserit, velut in sacrilegum excommunicatio proferatur: & is, qui subreperit, publicis caedibus deputentur.

65 Ex decreto gloriosissimi principis hoc sanctum elegit concilium, vt Iudaeis non liceat Christianos seruos, nec Christiana mancipia emere, nec cuiusquam confecti largitates. Nefas enim est, vt membra Christi, seruiant Antichristi ministris. Quod si deinceps seruos Christianos, vel ancillas Iudaei habere praesumpserint, sublatis ab eorum dominatu, libertatem a principe consequantur.

66 Et si illi, qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, aeterni iudicis voce in futuro condemnabuntur: quanto magis hi, qui auferunt pauperibus, qui non dederunt? Quapropter episcopi, qui nihil ex proprio suae Ecclesiae Christi compensauerunt, hanc diuinam sententiam meruant, & liberos ex familijs Ecclesiae ad condemnationem suam facere non presument. Impium est enim, vt, qui res suas Ecclesiae Christi non contulerit, damnum inferat, & ius ecclesiae alienare contendat. Tales ergo liberos successor episcopus absque aliqua oppositione ad ius ecclesiae reuocabit, quia eos non aequitas, sed improbitas absoluit.

67 Episcopus qui mancipium iuris ecclesiae, non retento ecclesiastico patrocinio, manumitti desiderat: duo meriti eiusdem & peculi, coram concilio ecclesiae, cui praeminet, per commutationem, subscribentibus sacerdotibus, offerat, vt rata & iusta inueniatur diffinitio commutantis. Tunc enim liberam manumissionem sine patrocinio ecclesiae concedere poterit, quia eum, quem libertati tradere disponit, iam iuri proprio acquisiuit. Huiusmodi autem liberto aduersus ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi vel testificandi denegetur licentia. Quod si praesumpserit, placet, vt stante commutatione, in seruitutem propriae ecclesiae reuocetur, cui nocere conatur.

68 Consensus totius concilij definiuit,

17. q. 4. C6. sicut san.

12. q. 2. Et si illi qui nul.

12. q. 2. Eps qui

*vera

QQQ 2 vt

vt sacerdotes, qui aut res suas ecclesie relin-
quunt, aut nihil habentes, aliqua tamē præ-
dia aut familias ecclesie suis conquirunt, li-
cebit illis aliquos de familijs eiusdem eccle-
siae manumittere, iuxta rei collata modum,
quem antiq̄i canones decreuerunt, ita vt
cum peculio & posteritate sua, ingenui sub
patrocinio ecclesie maneant, vtilitates in-
iunctas sibi, iuxta quod potuerint, prose-
quentes.

12. q. 2. Li-
berti eccle-
siae quia

69 Liberti ecclesie, quia nunquam mori-
tur eorum patrona, à patrocinio eiusdem
nunquam discedant, nec posteritas quidem
eorum, sicut priores canones decreuerunt.
Ac nē libertas eorum in futura prole non
pateat, ipsi quoque posteritas naturali ingenui-
tate obtinens, sese ab ecclesie patrocinio
subtrahat, necesse est, vt tā hi liberti, quā
ab eis progeniti, professionem Episcopo
suo faciant, per quam ex familia ecclesie li-
bertos effectos se esse fateantur, eiusque pa-
trocinium non relinquunt, sed iuxta virtu-
tem suam, obsequium ei vel obedientiam
præbeant.

12. q. 2. Lib-
eccl. qui.

70 Liberti ecclesie, qui à patrocinio
eius discedentes, quibuslibet personis ad-
hæserunt, si admoniti redire cōtempserint,
manumissio eorum irrita sit: quia per inob-
edientiam contemptum, ingrati actione tenentur.

Dist. 87. Li-
berti qui à

71 Liberti, qui à quibuscunque manu-
missi sunt, & ecclesie patrocinio commen-
dati existunt, sicut regulæ antiquorum pa-
trou constituerunt, sacerdotali defensione,
à cuiuslibet insolentia protegantur, siue in
statu libertatis eorum, siue in peculio, quod
habere noscuntur.

Dist. 54. qui-
cunq; lib.

72 Quicunq; libertatem à dominis suis
ita percipiunt, vt nullum sibi in eis obse-
quium patrone retinet: isti, si sine crimi-
ne sunt, ad clericatus ordinem liberi susci-
piantur, quia directa manumissione abso-
luti noscuntur. Qui verò, retento obse-
quio, manumissi sunt, pro eo, quod adhuc
patroni seruitute tenentur obnoxij, nulla-
tenus sunt ad ecclesiasticum ordinem pro-
mouendi, nē, quando voluerint eorum do-
mini, fiant ex clericis serui.

*à patrono
seruituti

73 De familijs ecclesie, constituere pre-
sbyteros & diacones per parochias liceat,
quos tamen vitæ rectitudo, & probitas mo-
rum commendat, ea tamen ratione, vt an-
teā manumissi, libertatem statūs sui perci-
pian, & denuò ad Ecclesiasticos honores
sucedant. Est enim irreligiosum, obligatos
existere seruituti, qui sacri ordinis suscipiūt
dignitatem. Quicquid autem talibus aut
per libertatem concessum, aut successione
extiterit datum, aut à quolibet quoquo
modo collatum, non licebit eis quippiam
indē in extraneas personas transmittere, sed
omnia ad ius eius ecclesie, à qua manumissi
sunt, post eorum obitum pertineant. His

*debitum

TOM. 2.

quoque, sicut & ceteris Ecclesie libertis,
accusandi vel testificandi: aduersus Eccle-
siam aditus intercluditur: * ad quod si ad-
spirauerint, non solum libertatis beneficio
careant, sed etiā honoris gradu, quem nō
dignitate naturæ, sed tempore necessitatis,
promeruerunt.

* quod si ad-
spiraucint,
non

74 Post instituta quædam ecclesiastici
ordinis vel decretā, quæ ad quorūdam per-
tinent disciplinam, postrema nobis cūctis
sacerdotibus sententia est: pro robore no-
strorum regum & stabilitate gentis Got-
thorum, pontificale vltimum sub Deo iudi-
ce ferre decreuerunt. Multarum quippe gen-
tium (vt fama est) nata extat perfidia anti-
quorum, vti idem sacramentum promissam re-
gibus suis obseruare contempnant, & ore fi-
mulent iuramenti professionem, dum reti-
neant mente perfidiam impietatem. Iurant
enim regibus suis, & fidem, quam pollicen-
tur, præuaricantur: nec metuunt volumē
illud iudicij Dei, per quod inducitur male-
dictio, nō itaq; pœnarum comminatio su-
per eos, qui iurant in nomine Dei mendaciter.
Quæ ergo spes talibus populis, contra
hostes laborantibus, erit? Quæ fides vtrā
cum alijs gentibus in pace credenda? quod
fœdus non violandum? quæ in hostibus iu-
rata sponsio stabilis permanebit, quando
ipsis proprijs regibus iuratam fidem non
seruant? Quis enim adeo furiosus est, qui
caput suum manu sua propria defecet? Illi
(vt notum est) immemores salutis suæ, pro-
pria manu seipsos interimunt, in semetipsos
suosque reges proprias conuertendo vires.
Et cum Dominus dicat, Nolite tangere
Christos meos: & David: Quis, inquit, ex-
tendet manum suam in Christum Domini,
& innocens erit? Illis nec vitare metus est per-
iclitium, nec regibus inferre exitium. Hosti-
bus quippe fides pacis datur, nec violatur.
Quod si in bello fides valeat, quanto magis
in suis seruanda est? Sacriligium quippe est,
si violetur à gentibus regum suorum pro-
missa fides: quia non solum in eos fit pacis
transgressio, sed & in Deum, in cuius no-
mine pollicetur ipsa promissio. Indē est,
quod multa regna terrarum, cœlestis ira-
cundia ita permutauit, vt pro impietate fi-
dei & morum, alterum ab altero solueretur.
Vndē & nos cauere oportet, casum hui-
usmodi gentium, nē similiter plaga seria-
mur præcipiti, & pœna puniamur crudeli.
Si enim Deus angelis in se præuaricantibus
non pepercit, qui per inobedientiam cœle-
ste habitaculum perdidit, vndē & per
Esaiam dicit: Inebriatus est gladius meus in
cælo: quāto magis nos nostræ salutis interi-
tum timere debemus, nē per infidelitatem
eodem scæuente DEI gladio pereamus?

Hic. 7. 827.

Psal. 104.
1. Reg. 26. b

2. Pet. 2. a

Esa. 34. *

gionis

gionis cultum atque timorem, custodia-
mus erga principes nostros pollicitā fidem
atque sponsonem. Non sit in nobis, vt in
quibusdam gentibus, infidelitatis subtilitas
impia, non subdole mentis perfidia, non
peritij nefas, & coniurationum nefanda
molimina. Nullus apud nos præsumptione
regnum arripiat, nullus excitet mutuas se-
ditiones ciuium, nemo medietur interitus
regi: sed, defuncto in pace principe, prima-
tes gentis cum sacerdotibus successorem re-
gni consilio communi constituent, vt dum
vnitatis cōcordia à nobis retinetur, nullum
patriæ gentisque dissidium, per vim atque
ambitum moliantur. Quod si hæc admonitio
mentes nostras non corrigit, & ad salutem
communem cor nostrum nequaquam per-
ducit, audi sententiam nostram: Quicunq;
ergo ex nobis, vel totius Hispaniæ populis,
qualibet cōiuratione vel studio, sacramen-
tum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque
Gotthorum statu, vel conseruatione regiæ
salutis pollicitus est, temerauerit, aut regem
nece attrētauerit, aut potestate regni exu-
erit, aut præsumptione tyrannica regni fasti-
gium vsurpauerit: anathema sit in cōspectu
Dei patris & angelorum, atque ab Ecclesia
catholica, quam periurio prophanauerit,
efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Chri-
stianorum alienus, cum omnibus impieta-
tis suæ socijs: quia oportet, vt vna pœna te-
neat obnoxios, quos similis error inuenerit
implicatos. Quod iterum secundò replica-
mus, dicentes: Quicunque amodò ex no-
bis, vel cunctis Hispaniæ populis, quolibet
tractatu vel studio sacramentum fidei suæ,
quod pro patriæ gentisque Gotthorum sta-
tu, vel conseruatione regiæ salutis pollici-
tus est, violauerit, aut regem nece attrēta-
uerit, aut potestate regni exuērit, aut præ-
sumptione tyrannica regni fastigium vsur-
pauerit: anathema in conspectu Christi &
Apostolorum eius sit, atque ab Ecclesia ca-
tholica, quam periurio prophanauerit, effi-
ciatur extraneus, & ab omni cōsortio Chri-
stianorum alienus, & damnatus in futuro
iudicio nei, habeatur cum participibus suis:
quia dignum est, vt qui talibus sociantur,
ipsi etiā damnationis eorum participati-
one obnoxij teneantur. Hoc etiā tertio
acclamamus, dicentes: Quicunque amodò
ex nobis vel cunctis Hispaniæ populis, qua-
libet meditatione vel studio, sacramentum
fidei suæ, quod pro patriæ salute, gentisque
Gotthorum statu, vel incolumitate regiæ
potestatis pollicitus est, violauerit, aut regē
nece attrētauerit, aut potestate exuērit, aut
præsumptione tyrannica regni fastigium
vsurpauerit, anathema sit in conspectu spi-
ritus sancti & martyrum Christi, atque ab
Ecclesia catholica, quam periurio propha-
nauerit, extraneus efficiatur, & ab omni
communione Christianorum alienus: nec

partem habeat iustorum, sed cum diabolo
& angelis eius æternis supplicijs cōdemne-
tur, vnā cum eis, qui eadem coniuratione
nituntur: vt pœna perditionis constri-
ngat, quos in perniciæ praua societas copu-
lat. Et idē si placet omnibus, qui adestis,
hanc tertio reiteratā sententiam vestræ vo-
cis consensu firmate. Ab vniuerso clero vel
populo dictum est: Qui contra hanc vestrā
definitionē præsumperint, anathema ma-
ranatha, hoc est, perditio in aduentu Domi-
ni sint, & cum Iuda Scarioth partem habe-
ant ipsi & socij eorum, Amen. Quapropter
nos ipsi & sacerdotes omnes, ecclesiam Chri-
sti ac populum admonemus, vt hæc tremen-
da & toties reiterata sententia, nullum ex
nobis præsentem atque æterno condempnet
iudicio, sed fidem promissam erga glorio-
sissimum Dominum nostrum Sisenandum
regem custodientes, ac sincera illi deuotio-
ne famulantes, non solum diuinę pietatis in
nobis clementiam prouocemus, sed etiā
gratiam antefati principis percipere merea-
mur. Te quoque præsentem regem, ac futu-
ros ætatum sequentium principes humili-
tate qua debemus deposcimus, vt moderati
& mites erga subiectos existentes, cum iu-
stitia & pietate populos à Deo vobis credi-
tos regatis, bonamque vicissitudinem, qui
vos nobis constituit, largitori Christo re-
pendatis, regnantes in humilitate cordis cū
studio bonæ actionis. Nec quisquam ve-
strum solus in causis capitalium rerum sen-
tentiam ferat, sed consensu publico cum re-
ctoribus ex iudicio manifesto delinquen-
tium culpa pateat, fertata à vobis in offen-
sis mansuetudine, vt non seueritate magis in
illis, quā indulgentia polleatis, vt dum
omnia hæc (authore Deo) pio à vobis mo-
deramine conseruantur, & reges in populis,
& populi in regibus, & Deus in vtrisque læ-
tetur. Sanē de futuris regibus hanc senten-
tiam promulgamus, vt si quis ex eis, contra
reuerentiam legum, superba dominatione
& fastu regio, in flagitijs & facinore siue cu-
piditate, crudelissimam potestatem in po-
pulis exercuerit, anathematis sententia à
Christo Domino condemnatur, & habeat à
Deo separationem atque iudicium, propter
quod præsumperit praua agere, & in perni-
ciem regnum conuertere. De Semithilana
verò, qui propria scelera metuens, seipsum
regno priuauit, & potestatis fascibus exiit,
id cum gentis consultu decreuimus, vt neq;
eum vel vxorē eius propter mala, quæ com-
miserunt, neq; filios eorum vnitati nostræ
vnquam consociemus, nec eos ad honores,
à quibus ob iniquitatem deiecti sunt, ali-
quandò promoueamus. Quique etiā, sic-
ut fastigio regni habentur extranei, ita à
possessione rerum, quas de miserorum sum-
ptibus auxerant, mancant alieni, præter id,
quod pietate pijsimi principis nostri fue-
rint

TOM. 2.

QQQ 3

rint consecuti. Non aliter & Geillanem, memorati Simithilanæ & sanguine & scelere fratrem, qui nec in germanitatis fide stabilis extitit, nec fidem gloriosissimo domino nostro pollicitam conseruauit: hunc ergo cum coniuge sua, sicut & antefatos, à societate gentis atque confortio nostro placuit separari, nec in amissis facultatibus, in quibus per iniquitatem creuerant, reduces fieri, præter id, quod consecuti fuerint pietate clementissimi principis, cuius gratia bonos donorum præmijs dicit, & malos à beneficentia sua non separat. Gloria autem & honor omnipotenti Deo nostro, in cuius nomine congregati sumus. Post hæc pax & salus & diuturnitas pijsimo & amatori Christi domino nostro Sisenando regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferum conuocauit. Corroboret ergo Christi gratia regnum illius, gentisque Gothorum in fide catholica annis & meritis. Protegat illum usque ad vltimam senectutem summi DEI gratia, & post præsentis regni gloriam ad æternum regnum transeat, vt sine fine regnet, qui in seculo feliciter imperat, ipso præstante, qui est rex regum & Dominus dominorum, cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen. Definitis itaque his, quæ superiùs comprehensa sunt, annuente religiosissimo principe, placuit deinde, nulla re impediète, à quolibet nostrum, ea, quæ constituta sunt, temerari, sed cuncta salubri consilio conseruari. Et quia profectibus Ecclesiæ & animæ nostræ conueniunt, etiã propria subscriptione (vt permanent) roboramus. Ego Isidorus in Christi nomine Spalenfis Ecclesiæ metropolitanus Episcopus, hæc constituens subscripsi. Similiter & alij Episcopi subscripserunt, numero * septuaginta, quorum nomina quibusdam prætermisissis, subnotantur.

*quadraginta, *Salua

* Sclaa Narbonei metropolitanus episcopus, subscripsi.

Stephanus Emeriteni metropolitanus episcopus, subscripsi.

Iustus Toletanus metropolitanus episcopus, subscripsi.

Julianus Bracarenis metropolitanus episcopus, subscripsi.

Audax Tarraconen metropolitanus episcopus, subscripsi.

Stephanus Ausonen episcopus subscripsi.

Acutulus Eluensi episcopus subscripsi.

Tonantius Palentinen episcopus subscripsi.

* Bigastreni episcopus subscripsi.

* Bonifacius Caurien episcopus subscripsi.

Eusebius Bastitanus episcopus subscripsi.

Ioannes Ilipen episcopus subscripsi.

* Vrcitanus episcopus subscripsi.

* Dertosen episcopus subscripsi.

Cordubensis episcopus subscripsi.

Dumienfis episcopus subscripsi.

Lamecenfis episcopus subscripsi.

TOM. 2.

Egitanus episcopus subscripsi.

Asturicensis episcopus subscripsi.

Egabrenfis episcopus subscripsi.

Abiritanus episcopus subscripsi.

Afindonenfis episcopus subscripsi.

* Lutifa episcopus subscripsi.

Castulonensis episcopus subscripsi.

Olyssipponensis episcopus subscripsi.

Portugalenfis episcopus subscripsi.

Oretanus episcopus subscripsi.

Tudensis episcopus subscripsi.

Oscensis episcopus subscripsi.

Segobienfis episcopus subscripsi.

Italicensis episcopus subscripsi.

Pacensis episcopus subscripsi.

Lucensis episcopus subscripsi.

* Viterrenfis episcopus subscripsi.

Gerundenfis episcopus subscripsi.

Accitanus episcopus subscripsi.

Impuritanus episcopus subscripsi.

Complutenfis episcopus subscripsi.

Calaguritanus episcopus subscripsi.

Sisifelus Elborensis episcopus subscripsi.

Deodatus Egabaren episcopus subscripsi.

Eusebius Valerien episcopus subscripsi.

Iacobus Mentefanus episcopus subscripsi.

Samuel Iriensis episcopus subscripsi.

Seruus DEI Lacobrigenfis episcopus, subscripsi.

Florentius Setabienfis episcopus subscripsi.

Abentinus Astigitanus episcopus, subscripsi.

Deterius Eliberitanus episcopus subscripsi.

* Eruetuosus Ilerdenfis episcopus, subscripsi.

Antonius Segobricenfis episcopus, subscripsi.

* Mustasius

Serpentinus Ilicitanus episcopus subscripsi.

Metonius Britoleenfis episcopus subscripsi.

Elpidius Tyralesonens episcopus subscripsi.

Braulio Cæsaraugustanus episcopus subscripsi.

Idifelus Segontien episcopus subscripsi.

* Launfus Vifentis episcopus subscripsi.

* ramifa, vel Vadila

Iochila Salamantien episcopus subscripsi.

Egila * Oxouienfis episcopus, subscripsi.

* Oxomies

Item Vicarij Episcoporum.

* Fidentij Tuccitani episcopi vicarius Centaurus presbyter, subscripsi.

Ernulphi Conimbrienfis episcopi vicarius Renatus archipresbyter, subscripsi.

Eusebij Barchinonen episcopi vicarius Ioannes presbyter, subscripsi.

Carterij Arcobricen episcopi vicarius Domarius archidiaconus, subscripsi.

Solennis Carcaffonenfis episcopi vicarius Stephanus archidiaconus, subscripsi.

Domnellus episcopus subscripsi.

Solennis episcopi Carcaffonen archidiaconus, subscripsi.

Dauid Auriensis episcopi vicarius Marcus presbyter, subscripsi.

Concilium quartum Toletanum finit.

CON-

for. Suffi tullen

*Bitenef

*Seruatus

fus

*ramifa, vel

Vadila

*Oxomies

CONCILIVM TOLE

TANVM V. XXIII. EPISCOPORVM, HABITVM AERA

684. Anno .i. domini Chintillani regis, circa tempora Honorij Papæ primi. E. S. C. provinciale.

CAPITVLA CONCILII TOLETANI V.

- De institutione nouarum litaniarum. 1
- De custodia salutis regu, & defensione proli præsentium principum. 2
- De reprobatione personarum, quæ prohibentur adipisci regnum. 3
- De his, qui sibi blandiuntur spe regni, rege superflite. 4
- De his, qui principes maledicere præsumunt. 5
- Vt regum fideles, à successoribus regum, rerum iure non fraudentur pro seruitutis mercede. 6
- Quòd in celebritate cunctorum Conciliorum, synodus Toletana temporibus Sisenandi habita, per probationem vocis claræ ob custodiam sui cunctis debeat innotescere. 7
- De indulgentia principu, noxijs reseruata. 8
- De fauore principum, concilij acclamatione concessio. 9



Pud urbem Toletanam diuersis ex puincijs Hispaniæ sacerdotes domini, in vnum positi & collecti in basilica sanctæ martyris Leocadiæ cum cõsedim, gratiarum actiones omnipotenti Deo psoluimus, propter suam magnam misericordiam, cuius nutu in hanc conuenimus concordiam, & gloriosi principis nostri Chintillani regis initia, ob cuius salutis & felicitatis constantiam, supernam imploramus clemenciam, qui in medio nostri cætus ingressus cum optimatibus & senioribus palatij sui, supplex se omnium orationibus commendauit, suosque fideles ita facere sancta exhortatione coegit, atque hanc institutionem, quam ex præcepto eius & decreto nostro sancimus, diuina inspiratione permittit.

*Suintilla

*premissi.

Capitulum primum.

Scilicet, vt in cuncto regno à neo sibi cõcesso, specialis & propria hæc religiosa omni tẽpore teneatur obseruantia, vt à die Iduum Decembriũ litania triduo vbiq; annua successioe peragat, & indulgentia delictorum lachrymis impetret. Quòd si dies dñica intercesserit, in sequenti hebdomada celebret, vt quã abundate iniquitate efficit, vt vsquequaq; plata malitia, noua exercent facinora, noua quoq; hæc ipsa furga cõsuetudo, q̄ possit ante omnipotētis Dei oculos nostra esse purgatio.

2 Sũma aut nobis vigilantia & grãdi religionis cura, puidendum est, vt mala, q̄ assidue prohibita peptantur, circumspecta disciplina ecclesiastica extirpentur. Non enim incassum scriptum est: Pestilente flagella-

Pro. 19. d
to, stultus sapientior erit. Quamobrẽ quoniam preponderante onere delictorum, experientia penẽ semper ac sæpe fieri discim, quod magnoperẽ vitare debemus, quodq; etiã custodituros nos cum diuinis sacramentis spondemus, sed temeritate violam: ideoq; frequenter est compescẽdum, quod crebro inuenitur transgressum. Sed nõ succedentes præcedentibus, ac deinde sequentes inuideant anterioribus, & cuncta quieta & pacata permaneant, hæc nostri concilij communiter considerata defertur sententia, vt seruatis, q̄cunque in vniuersali & magna synodo prouisa conscriptaq; circa principũ salutem & vtilitatem sunt, hæc quoquẽ adiecta custodiantur, videlicet, vt omni benignitate, omniq; firmitate circa omnem posteritatem principis nostri Chintillani regis teneatur dilectio, & præbeatur rationabile defensionis adminiculum, nõ res iustẽ prouise, aut etiã parentum digna prouisione procuratæ, ad iuris proprietatem pertinentes, iniuste fraudentur, nec à quoquam causæ illicite exquisitæ lædendi eos præbeatur, nec quocunq; modo, q̄buslibet rebus, sprete dilectione, molestantur. Hæc enim licentia efficit & principes in subiectis suspectos, & subiectos in bonis principum cupidos. Quocirca, nõ & præmissa contemnantur, & vt cupiditas radix omniũ malorum auferatur, contestamur omnes præsentẽs & absentes, vel etiã futuris temporibus consequentes, coram Deo & angelis eius, quòd si quisquam nostræ contestationis temerator extiterit atq; contemptor, & quacunq; argumentatione odiosè eos molestare, aut in aliquo fuerit conatus lædere, sit anathema in Christianorum omnium cœtu, atque superno cõdemnetur iudicio: sit exprobrabilis omnibus catholicis, & abominabilis sanctis angelis, in ministerio Dei constitutis: sit in hoc seculo pditus, & in futuro cõdemnatus, quia tam rectæ prouisioni noluit præbere consensum.

3 Inexpertis & nouis morbis nouam decet inuenire medelam. Quapropter, quoniã inconsideratæ quorundam mētẽs, & feminimè capientes, quos nec origo ornat, nec virtus decorat, passim putant, licenterq; ad regiæ maiestatis peruenire fastigia: huius rei causa, nostra omnium cum inuocatione diuina profertur sententia, vt si quis talia meditatus fuerit, quẽ nec electio omniũ p̄ficiat, nec Gotthicæ gētis nobilitas ad hũc honoris apicẽ trahit, sit cõsortio catholicorũ priuatus, & diuino anathemate cõdenatus.

QQQ iij 4 Ergo

Ag. 1. a

4 Ergo quia & religio inimicum, & hominibus constat esse perniciosum, futura illicitè cogitare, & casus principum exquirere, ac sibi in posterum prouidere, cum scriptum sit: Non est vestrum nôsse mometa vel tempora, quæ pater posuit in sua potestate: hoc decreto censemus, vt quisquis inuentus fuerit talia perquisisse, & viuentem principem, in alium attendisse pro futura regni spe, aut alios in se propter id attraxisse, à cõuentu catholicorum excommunicationis sententia expellatur.

Exod. 22. d

5 Sed & hoc, pro pestilentiosis hominû moribus, salubri deliberatiõe censemus, nè quis in principem maledicta congerat. Scriptum est enim à legistatore: Principem populi tui nè maledixeris. Quod si quis fecerit, excommunicatione ecclesiastica plectatur. Nam si maledici regnum Dei non possidebunt, quanto magis talis ab Ecclesia necessariò pellitur, qui diuinæ violator sententiæ inuenitur?

1. Cor. 6. b

6 Simili prouidentia pro fidelibus regû nostra datur sententia, vt quisquis superstes principum extiterit, iustè in rebus profligatis, aut largitate principis acquisitis, nullam debeat habere iacturam. Nam si licenter & iniustè perturbetur fidelium mentes, nemo optabit prõptum ac fidele præbere obsequium, dum cuncta nutant in incertum, & in futuro discriminis formidant causam, sed salutis & rebus eorum principalis pietas debet præbere suffragia. Exemplis enim cæteri prouocantur ad fidem, cum fideles non fraudantur mercede.

7 Propter malarum mentium facilitatè & memoriæ obliuionem, hoc sacratissima statuit synodus, vt in omni Cõcilio episcoporum Hispaniæ, vniuersalis Concilij decretum, quod propter principum nostrorû est salutem constitutum, peractis omnibus, in synodo publica voce debeat pronunciarî, quatenus sæpè replicatum auribus, vel assiduitate iniquorum mens terribi corrigatur, quæ ad præuaricandum & obliuione & facilitate perducitur.

8 In his omnibus, quæ præmissimus, potestatem indulgentiæ in culpis delinquentium principi reseruam, vt iuxta bonitatis suæ & pietatis moderamen, vbi emendationem prospexerit mentium, veniam tribuat culpæ.

9 His verò omnibus finè & robur subscriptione nostra facientes, gloriam & laudem omnipotenti Deo, in quantum mortaliu valetudo sinit, reddimus. Post hæc gratias excellentissimo & gloriosissimo principi nostro Chintillano regi pagimus, cuius ardor fidei & studium bonæ intentionis, & vnanimitatis concordiam nobis tribuit, & fiduciam charitatis. Donet ei nomen & de inimicis triumphum, & de beatitudine gaudium: custodiat cum protectione assidua,

muniat bonæ voluntatis suæ circumspectione tutissima, cuius regnum manet in secula seculorum. Ego Eugenius Toletanæ ecclesiæ prouinciæ Carthaginensis metropolitani episcopus, his communibus decretis annuens, subscripsi. Similiter & alij episcopi subscripserunt, numero viginti, quorum nomina subnectuntur.

Ego Tonantius sanctæ Ecclesiæ Palenti-næ episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Ego Clarétius in Christo ecclesiæ Accitanæ episcopus, his omnibus decretis annuens subsc.

Ego Vigitinus sanctæ ecclesiæ Bigastrensis episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Ego Eusebius Bastianæ S. Ecclesiæ episcopus, his omnibus decretis annuens subsc.

Ego Hilarius gratia Christi sanctæ ecclesiæ Compluten episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Ego Marcellus Christi misericordia episcopus ecclesiæ Vrcitanæ, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Ego Florentius ecclesiæ Setabienensis episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Ego Braulio episcopus ecclesiæ Casaraugustanæ, his omnibus decretis annuens subsc.

Ego Floia permittente deo eccle. Barcino-nen episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Ego Mustrius ecclesiæ Valentiniæ episcopus, his omnibus decretis annuens subsc.

Ego Iacobus Dei miseratione sanctæ Mentefanæ Ecclesiæ episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Ego Eusebius Dei miseratione ecclesiæ Valerientis episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Serpentinus in Christi nomine ecclesiæ Illicitanæ episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Suauilla sanctæ ecclesiæ Oretanæ episcopus, his omnibus decretis annuens subsc.

Egila ecclesiæ Oxomien episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Ansericus gratia Christi Ecclesiæ Segobien episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Idiscus in Christi nomine ecclesiæ Segontienensis episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Antonius Dei miseratione ecclesiæ Diane episcopus, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Asfalbus in Christi nomine presbyter, agens vicem Domini mei Perseuerantij episcopi, his decretis annuens subscripsi.

Petrus in Christi nomine diaconus, agens vicem Domini Merantuni episcopi, his omnibus decretis annuens subscripsi.

Concilium quintum Toletanum finit.

CONCILIVM TOLETANVM SEXTVM, CIRCA TEMPORA HONORII PAPAE PRIMI, ET PRINCIPALIA.

Sexti concilij Toletani capitula.

- De plenitudine fidei catholicæ. 1
De obseruatione litaniarum. 2
De custodia fidei Iudæorum. 3
De damnatione clericorum, per pecuniam ecclesiasticos gradus assequentium. 4
De stipendijs clericorum, nè à iure alienentur ecclesiarum. 5
De viris & foeminis sacris, propositum transgredientibus sacrum. 6
De poenitentibus transgressoribus. 7
Quod quibusdam poenitentibus pristina reddantur coniugia. 8
De professionibus & obedientia libertorû ecclesiæ. 9
De progenie libertorum ecclesiæ, nè eis vel pro nutricio eruditionis, ab Ecclesia liceat euagari. 10
Nè sine accusatore legitimo quispiam condemnentur. 11
De confugientibus ad hostes. 12
De honore primatum palatij. 13
De remuneratione collata fidelib' regû. 14
Vt res Ecclesiæ à quibuslibet iustè collatæ, in eorû iure firma stabilitate permaneant. 15
De incolumitate, & adhibenda dilectione regiæ proli. 16
De his, qui rege superflite, aut sibi aut alijs affuturum prouident regnum, & de personis, quæ prohibentur ad regnum accedere. 17
De custodia vitæ principum, & defensione præcedentium regum, à sequentibus adhibenda. 18
De gratiarum actionibus in confirmatione Concilij, Deo & principi datis. 19



Onuenientibus nobis Hispaniarum, Galliciarum, & Pontificibus summis, orthodoxis & gloriosis Chintillani regis salutaribus hortamentis absq; impedimento, in pretorio Toletano, in ecclesia sanctæ Leocadiæ martyris sedibus collatis, sub die sexta Idus Ianuarij, anno predicti principis & triumphatoris in Christo, æra 686. secundo statim subter inserta capitula.

1 Cum primùm omnipotenti Deo pro corona fratrum ita numerosa gratiæ nobis fuissent peractæ, nihil melius, nihil quæ salubrius omnium in sedit animis, quàm more synodi vniuersalis post solènia perfunctorum orationis, quod mente ruminabamus, lingua manarem: & quod corde credebamus, ore eruclarem, superna fauente sententia, quæ ait: Eructauit cor meum verbum bonum: quod, iuxta Prophetam, fecit Dominus abbreviatum super terram. Quam obrem, ex abundantia nostri cordis sit confessio vo-

cis, vt fidem, quam omnium mens intrinsecus gestat, in confessione interpretes lingua foris effundat. Ita quæ credim' & profitemur, sacratissimam & omnipotentissimam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnum Deum solum, non solitarium, vnius essentiæ, virtutis, potestatis, maiestatis, vniusq; naturæ, discretam, inseparabiliter personis, indiscretam essentialiter substantia deitatis, creatricem omnium creaturarum, patrem ingentium, increatum, fontem & originem totius diuinitatis, filium à patre intemporaliter ante omnem creaturam, sine initio genitum, non creatum: nam nec pater vnquam sine filio, nec filius exiit sine patre: sed tamen filius Deus de patre Deo, non paterneus de filio Deo: pater filij, non Deus de deo: ille autem filius patris, & DEVS de patre, per omnia cõequalis patri, Deus verus de Deo vero: Spiritum verò sanctum neq; genitum, neq; creatum, sed de patre filioq; procedentem, vtriusq; esse spiritum: ac per hoc substantialiter vnum sunt, qui & vnus ab vtroq; procedit. In hac autem Trinitate tanta est vnitas substantiæ, vt pluralitate careat, & æqualitatem teneat. Nec minor in singulis, quàm in omnibus: nec maior in omnibus, quàm in singulis personis manet. Ex his igitur tribus diuinitatis personis, solum filium fate-mur ad redemptionem humani generis, propter culpam debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter & nostro libero arbitrio contraxeramus, resoluenda, à secreto patris arcanoque prodisse, & humanitatem sine peccato de sancta semper virgine Maria assumpsisse: vt idem filius Dei patris, esset filius hominis, Deus perfectus, & homo perfectus: vt homo perfectus & Deus esset vnus Christus, naturis in duabus vna persona, nè quaternitas Trinitati accederet, si in Christo geminata persona esset. Ergo à patre & spiritu sancto inseparabiliter discretus persona, ab homine autem assumpto, natura: idè cum eodem homine, vnus extat persona, cum patre & spiritu sancto, natura: ac (sicut diximus) ex duabus naturis, & vna persona, vnus est noster Iesus Christus, in forma diuinitatis equalis patri, in forma serui minor patre. Hæc est enim vox eius in psal. De ven. Psal. 21. tre matris meæ Deus meus es tu. Natus itaq; à Deo sine matre, natus à virgine sine patre, solum verbum caro factum est, & habitauit in Ioan. 1. b nobis. Et cùm tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis, quæ inseparabilia sunt opa Trinitatis, solus tñ filius suscepit humanitatem in singularitate personæ, non in vnitate diuinæ naturæ, id est, in eo quod proprium est filij, non quod commune Trinitati. Nã si vnus nati hominis, Dei altera consecis-

Psal. 44. Ela. 10. f Rom. 9. f

set personam, tota Trinitas corpus assum-
pisset: quoniam constat naturam Trinitatis
esse vnam, non tamen personam. Hic ergo
dominus noster Iesus Christus missus a
patre, suscipiens quod non erat, nec amiten-
s quod erat, inuolabilis de suo, mortalis
de nostro, venit in hunc mundum peccatores
saluos facere, & credentes iustificare: faci-
ensque mirabilia, traditus est propter delicta
nostra, mortuus est propter expiationem nostram,
resurrexit propter iustificationem nostram: cuius
liuore sanati, cuius morte Deo patri reconciliati,
cuius resurrectione sumus resuscitati. Quem etiam
uenturum in fine expectamus seculorum, & cum
resurrectione omnium, æquissimo suo iudicio
redditurum iustis præmia, & impijs pœnas.
Ecclesiam quoque catholicam credimus, sine
macula & ruga, opere & fide, corpus eius
esse, regnumque habituram cum capite suo
omnipotente CHRISTO IESU, postquam hoc
corruptibile induerit incorruptionem, & mortale
immortalitatem, ut sit Deus omnia in omnibus.
Hac fide corda purificantur, hæreses extirpantur: in
hac omnis Ecclesia collocata iam in regno
cælesti, & deinceps in seculo præsentis gloriatur:
& non est in alia fide salus: nec enim nomen
aliud est sub cælo datum hominibus, in quo
oporteat nos saluos fieri.

2 Religiosiss. principis nostri deuotionem,
& nostrorum confacerdotum primo anno regni
sui constitutionem, cum magna reuerentia &
veneratione suscipientes, quæ constat iam
in omni regno suo annua vice celebrari,
placuit etiam nostra assensione firmari.
Proinde vniuersalis auctoritate censemus
concilij, ut hi dies litaniarum, qui in synodo
præmissa sunt instituti, eodem tempore, quo
iussi sunt excoli, annuo recursum omni
obseruatione habeantur celeberrimi, ut pro
illis quibus nunc vsque simul implicati sumus
delictis, sit nostra explicatio ante oculos Dei
omnipotentis.

3 Inflexibilis Iudæorum perfidia, de se-
xa tandem videtur pietate & potentia sup-
erna. Hinc enim liquet, quod in spiramine
summi Dei excellentissimus & Christianiss.
princeps ardore fidei inflammatus, cum re-
gni sui sacerdotibus præuaticationes & sus-
perbitiones eorum eradicare elegit funditus:
nec sinit degere in regno suo cum, qui non
sit catholicus: ob cuius feruorem fidei, gratias
omnipotenti Domino cælorum agimus, eo quod
ei tam illustrem creauerit animam, & sua
repleuerit sapientia: ipse quoque donet ei &
præsentis æui diuturnam vitam, & in futuro
gloriam æternam. Illud autem prouida nobis
cura, & valde est decernendum vigilanti
solertia, ne eius fidei calor, & noster labor,
quandoque in posteris tepefactus lique-
scat. Quocirca consonam cum eo corde & ore
promulgamus Deo placitum.

TOM. 2.

turam sententiam, simul etiam cum suorum
optimatum illustriumque, viro- rum consensu
& deliberatione sancimus, ut quisquis suc-
cedentium temporum regni fortitus fuerit
apicem, non ante cõcedat regiam sedem,
quam inter reliqua conditionum sacramenta
pollicitus fuerit, hanc se catholicam non
permissurum eos violare fidem: sed & nullatenus
eorum perfidiam fauens, vel quolibet neglectu
aut cupiditate illectus, tendentibus ad præ-
cipitia infidelitatis aditum præbeat præuati-
cationis: sed quod magno per se nostro est
tempore conquistum, debeat illibatam perse-
uerare in futurum. Nam in casum bonum
agitur, si non eius prouidetur perseuerantia.
Ergo postquam ordine permisso ad gubernacula
accesserit regni, si ipse temerario huius
extiterit promissum, sit anathema maranatha
in conspectu sempiterni Dei, & pabulum
efficiatur ignis æterni, simili que cum eo
damnatione percussus, quicumque sacerdotum,
vel quilibet Christianorum, eius implicati
fuerint errore: nos etenim ita præsentia
decernimus, ut præterita, que in vniuersali
synodo de Iudæis conscripta sunt, confirmemus:
quoniam ea, que necessaria pro eorum saluati-
one scribi potuerunt, in eadem esse cautum
scimus. Quapropter, quæ tunc decreta sunt,
valitura esse censemus.

4 Sæpe pullulantia prauitatis germina,
licet sapissimè patrum iusta nouerimus se-
ueritate damnata, quia tamen crebris
conspiciuntur denuò vigere radicibus, iustitiæ
acriore vigore radicitus amputare sancimur.
Proinde quicumque Simonis imitator, simo-
niacæ quoque hæresis extiterit sectator, ut
Ecclesiasticorum ordinum gradus non dignitate
morum obtineat, sed munerum impensione
conquirat, & per oblata munera capiat,
quibus hunc nec rationis ordo, nec dignitas
morum vlla commendat, talis inuentus,
sacerdotum ordinum apices penitus adipisci
nullo modo permittatur: sed & si adeptus
fuerit, communionem priuatus, cum ordinatoribus
suis propriorum bonorum amissione damnetur.

5 Sæpe fit, ut proprietati originis, obstat
longinquitas temporis. Quapropter prouidentes
decernimus, ut si quis clericorum stipendiū
de rebus Ecclesiæ cuiusquam Episcopi percipit
largitate, sub precariæ nomine debeat
professionem scribere: nec retentionem diuturnam,
præiudicium afferat Ecclesiæ, & quæcumque
in usu perceperit, debeat utiliter laborare:
ut nec res diuini iuris, videantur aliqua
occasione negligi, & subsidium ab Ecclesia,
cui deseruiunt, percipere possint clerici.
Quod si quis eorum cõtempserit facere,
ipse se stipendio suo videbitur priuare.

6 Procliuis cursus est ad voluptatem, &
imitatrix natura vitiorum. Quamobrem
quisquis

1. Timo. 1. b

Rom. 4. d

1. Cor. 15. f

Act. 4. c

*reliquas conditiones sacramento

1. Cor. 16.

12. q. 2. Sæpe fit ut prop.

20. q. 3. Procliuis autē.

Tole. 4. cap. 35.

33. q. 2. Antiqui & sanctissimi In epist. 90. ad Rustic. Narbonen. episcopum.

*legitimum

quis virorum vel mulierum habitum semel
induerit spontaneè religiosum, aut si vir
deditur ecclesiæ choro, vel femina fuerit,
aut fuit delegata puellarum monasterio: in
viroque sexu præuicator, ad propositum in-
uitus reuerti cogatur, ut vir detondeatur, &
puella ad monasterium regrediatur. Si autem
quolibet patrocini desertores permanere
voluerint, sacerdotali sententia ita à Chris-
tianorum cœtu habeantur extorres, ut nec
locus eis vllus sit cõmuniõis. Videtur quoque,
sicut vniuersalis synodus iam dudum statu-
it, professionis vel habitus sui desertrices,
superiori sententia condemnentur.

7 Quauis priora nunquam siluerint de tan-
to facinore concilia, ratio tamen deposcit,
ut ea, quæ frequenti præuicatione iterantur,
frequenti sententia cõdemnentur. Et idem,
quoniam tanta existit peruersitas hominum,
ut quos sub religioso habitu penitentia præ-
fessi pro venia peccatorum, ad manum sa-
cerdotis deducit vel adduxit, iterum redi-
uua malitia ad vitæ pristinæ sordes reuo-
cet. Huius rei causa sancta synodus decer-
nit, ut si qui ingenuorum vtriusque sexus,
sub nomine penitentis in habitu religioso
sunt conuersati, post hæc autem comam nu-
trientes, vel vestimenta secularia sumentes,
ad id, quod reliquerant, redierint aut redi-
erint, ab episcopo ciuitatis, in cuius terri-
torio sunt conuersi, compræhensi, rursus legi-
bus penitentia in monasterijs subdantur
inuiti. Quod si fieri propter alicuius pote-
statis vigorem difficile fuerit, tunc sicut pri-
scorum canonum statuerunt decreta, quo-
usque ad dimissum ordinem reuertantur, ex-
communicati, & anathemate condemnati
habeantur. Similiter & hi, qui post com-
munionem interdictam, cum ipsis commu-
nicauerint. Sacerdos autem, ad quem per-
tinere noscuntur, si eos quolibet munere
vel fauore, aut negligentia, admonere noluerit,
ut aut reuertentes suscipiat, aut cõtempn-
tes de ecclesiâ rejiciat: simili sententia ple-
ctatur, quousque emendationis eorum vel
damnationis sententia, ab eo promulgetur.

8 Antiqui & sanctissimi est patris sententia
papæ Leonis, ut is, qui in ætate adole-
scentiæ positus, dum mortis formidat casum,
peruenerit ad penitentia remedium, si cõ-
iugatus & forte fuerit in continens, ne post-
ea adulterij incurrit lapsum, redeat ad pri-
stinum coniugium, quousque possit adipisci
temporis maturitate continentia statum.
Quod nos, sicut de viris, ita de feminis
æquo modo censemus, non quidem hoc ge-
neraliter & canonicè præceptum, sed con-
stat à nobis pro humana fragilitate indultum,
ea duntaxat ratione, ut si is, qui penitentia
non est legibus deditus, ante ab hac vita de-
cesserit, quam ex consensu alter ad continen-
tiam eat, vnde fuerit regressus, superstiti non
liceat denuò ad vxoris transire amplexus. Si

TOM. 2

autem illius vita extiterit superstes, qui non
accepit benedictionem penitentis, nubat, si se
continere non potest, & alterius confortio
fruat vxoris. Quod de vtroque sexu pari modo
à nobis manifestum est, decretum esse, ita
videlicet, ut in his omnibus sacerdotis ordina-
tio expectetur, ut iuxta quod præteritam
aptam prospexerit penitentia, abso-
lutionis vel districtioris tribuat legem.

9 Longinquitate sæpe fit temporis, ut non
pateat conditio originis. Vnde iam decre-
tum est in anteriori vniuersali concilij ca-
none, ut professionem suam liberti ecclesiæ
debeant facere, qua profiteantur se & de fa-
milijs esse Ecclesiæ, & Ecclesiæ obsequium
nunquam relicuros. Vnde his quoque nos ad-
iicimus, ut quoties cursum vitæ sacerdos imple-
uerit, & de hac vita migrauerit, mox, cum suc-
cessor eius aduenit, oēs liberti Ecclesiæ, vel
ab eis progeniti, chartulas suas in conspectu
oim debeant ipsi, qui substituitur, pontifici
publicare, & professiones suas in conspectu
Ecclesiæ renouare, quatenus status sui vigo-
rem & illi obtineant, & obedientia eorum
Ecclesia non careat. Si autem aut scripturas li-
bertatis suæ, intra annum ordinationis non
pontifici manifestare cõtempserint, aut
professiones renouare noluerint, vacua &
inanes chartulæ ipsæ remaneant, & illi, ori-
gini suæ redditi, sint perpetuò serui.

10 Etenim decet, ut hi, quorum parētēs
titulum libertatis de familijs ecclesiæ præce-
perunt, intra ecclesiam, cui obsequium debet,
causa eruditionis enutriantur. Contemptus
quippe est patronorum, si ipsis neglectis, alijs
ad educandum detur progenies manumif-
orum. Itaque censemus, ut sine status sui præ-
iudicio, ab episcopo habeantur in doctrinæ
obsequio, quatenus & illi debitum reddant
famulatum, & nullum patiatur suæ ingenu-
itatis detrimentum. Eos verò, qui aliter,
sententia nostra decreuit, agere tētauerint,
inuitos iubemus ab episcopis ad hoc ipsum
reduci. Quod si forte parentes eorum eos
pontificibus suis dare contempserint, & alios
sibi patronos adoptauerint, ingratorum
feriantur lege libertorum.

11 Dignum est ut vita innocenti, nulla
maculetur pnicie accusatorum. Idem quis-
quis à quolibet criminatur, non ante accu-
satus supplicio detur, quam accusator præ-
sentetur, atque legum & canonum sententia
exquiratur. Quod si indigna ad accusandū
persona inuenitur, ad eius accusatiōem non
iudicetur, nisi vbi pro capite regiæ maiesta-
tis causa versatur.

12 Prauarum audacia mentium, sæpe aut
malitia cogitationum, aut causa culparum
refugium appetit hostium. Vnde quisquis pa-
trator culparum extiterit talium, virtutē pe-
tens defendere aduersariorum, & patriæ vel
genti suæ detrimenta intulerit reuerti, in potestate
regis ac gētis suæ reductus, excõmuni-
catus

* absoluit onem

* cõtinētiæ

12. q. 2. Lon- ginquitate

Toletani 4. cap. 69.

3. q. 9. Di- gnum est ut vita

744
catus & retrusus, longinquioris penitentiae legibus subdatur. Quod si ipse mali sui prius reminiscens, ad Ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum & reuerentia loci, regia in eos pietas referretur comitante iustitia.

13 Qui primatu dignitatis, atq; reuerentiae vel gratiae, ob meritum in palatio honorabiles habentur, his à junioribus modestus honor per omnia deferatur. Quin etiam minores à senioribus & dilectionis amplectant affectu, & humilitatis imbuantur exemplo.

14 Praemio fraudare fideles, non solum inhumanum, sed etiam existit iniustum. Ideo quod cum fidei meritum, tam in rebus diuinis, quam in humanis, non habeatur ingratum: dignum videtur, ut sacerdotali sententia consulamus fidelibus regis. Proinde ut anno primo serenissimi principis nostri decreuit concilium sanctum, omnes qui fideles obsequio & sincero seruitio voluntatibus vel iussis paruerrint principis, tota quae intentione salutis eius custodiam vel vigilatiam habuerint, à regni successoribus nec à dignitate, nec à rebus pristinis causa repellantur iniusta: sed & nunc ita pro vniuersumque utilitate principis moderentur discretione, sicut eos perspexerit necessarios esse patriae. Et sic illis impertiantur benignitas, ut in ceteris magnae monstretur gratiae potestas, quatenus ita omnia in rebus iuste conquisitis lucentur, ut posteris relinquendi, vel quibus voluntas eorum decreuerit, conferendi spontaneo fruantur arbitrio. Ceterum, si infidelis quisquam in capite regio, aut inutilis in rebus commissis presentis pijsimo domino nostro Chintillano regi extiterit, in clementia eius maneat potestatis suo nutu constituenda huiusmodi moderatio. Nefas est enim, in dubium deducere eius potestatem, cui omnium gubernatio superno constat delegata iudicio. Quod si post eius discessum quispiam repertus fuerit, eius vitae fuisse infidelis, quod quid largitate ipsius in rebus habuit conquisitis, careat, confiscandum & fidelibus largiendum.

15 Quia his, qui principibus dignè deferunt, atq; deferentibus fidele illis obsequium, constat nos optima ministrasse suffragia, dum iuste à principibus acquisita, in eorum iure persistere sancimus indiuisa: aequum est maxime, ut rebus Ecclesiarum dei adhibeatur à nobis prouidentia opportuna: adeo, ut quaecumque res Ecclesiarum Dei à principibus iuste concessae sunt, vel fuerint, vel cuiuscumque alterius personae quolibet titulo, illis non iniuste collatae sunt, vel extiterint, ita in earum iure persistere firma stabilitate iubemus, ut euelli quocumque casu vel tempore nullatenus possint. Opportunum est enim, ut sicut fidelis hominum seruitia non existere celsimus ingrata, ita ecclesiarum collata, quae proprie sunt pauperum alimenta, earum

TOM. 2.

in iure pro mercede offerentium maneat inconuulsa.

16 Sicut insolentia malorum regum, odiosa & execrabilis semper existit subiectis: ita honorum prouida utilitas, amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat, aut quis Christianus toleranter videat, regiam sobole aut posteritate expoliari rebus, aut priuari dignitatibus? Quod ne fiat, generalis haec praematur de principis filijs sententia nostra, & de praesentis excellentissimi Chintillani regis posteritate dentur aperta à nobis decreta, ut ea, quae synodus praeterito anno in hac Ecclesia habita, constituit, circa omnem posteritatem eius, vniuersitas regni sui conferuet, hoc est, ut praebentur filijs eius dilectione benigna & firma, & tribuantur, ubi loci oportunitas exhibuerit, defensionis administracula iusta, ne de rebus iuste proffragatis, aut parentum dignitate procuratis, vel largitate principum, vel alicuius impensis, aut etiam proprietate debitis fraudentur quibuslibet insidij calliditatis, neque à quoquam ledendi eos praebentur argumenta machinationis: quia dignum est, ut cuius regimine habemus securitatem, eius posteritate (decreto concilij) impertiamus quietem. Denique tanta erga nos nostri principis extant beneficia, ut longum sit, singularem ea promere lingua. Ipse enim, auctore Deo, nobis pacem, ipse quasi captiuam reduxit charitatem ipsius ope quieti, ipsius sumus multa largitione ditati: ipse medicamine bonitatis suae & reis pepercit, & rectos sublimauit. Cui si dignis uoluimus respondere beneficijs, non tantis extamus copijs virtutis, quibus tantum uoto sufficimus voluntatis.

17 Quauis in concilio anteriori, quod anno primo gloriosi principis nostri habitum est, de huiusmodi re fuerit promulgata sententia, tamen placet iterare, quod conuenit custodiri. Itaque regis vita constante, nullus sibi aliquo opere vel deliberatione, cuiuscumque dignitatis laicus, seu gradu episcopi, aut presbyteri, aut diaconi consecratus, ceterisque clericatus officijs deditus, futurum regem prouideat, contra uiuentis regis utilitatem & proculdubio voluntate: nullo blandimento vel suasionem pro eadem spe aut alios in se trahat, aut ipse in alium acquiescat. Iniquum enim & valde execrabile Christianis debet haberi, futuris temporibus illicita prospicere, & vitae suae ignaros, uentura disponere. Quod si quisquam, iam talia iniqua deliberatione cum quocumque est meditatus, hoc sibi nouerit esse sacerdotali moderatione concessum, si venerabiliter poscit, ut hoc sine mora praesentis principis auribus studeat publicare. Si autem retineat, & deliberationis suae machinamenta nonauerit dicere, pessimo plectatur anathemate. Rege uero defuncto, nullus tyrannica praesumptione regnum assumat: nullus sub

Ca. 4. conc. Tolet. v.

obstinata deliberatione sua

Tolet. 4. cap. 74.

religionis habitu detonsus, aut turpiter decauatus, aut seruilem originem trahens, vel extraneae gentis homo, nisi genere & moribus dignus, promoueatur ad apicem regni. Temerarius autem huius praesumptio nisi sanctissimae, feriat perpetuo anathemate.

18 Iam quidem in antecedenti vniuersali synodo, salutis nostrorum principum constat esse consultum: sed libet iterare benedicta, & digna autoritate munire salubriter ordinata. Ideoque testamur coram Deo & omni ordine angelorum, coram prophetarum atque apostolorum, vel omnium martyrum choro, coram omni ecclesia catholica & Christianorum coetu, ut nemo intendant in interitum regis, nemo vitam principis attrectet, nemo regni eum gubernaculis priuet, nemo tyrannica praesumptione apicem regni sibi usurpet, nemo quolibet machinamento in eius aduersitate sibi coniuuratorum manum affociet. Quod si in quippiam horum quisquam nostrorum temerario casu praesumptor extiterit, anathemate diuino percussus, absque ullo remedij loco habeatur condemnatus aeterno iudicio. Is autem, qui eius sedem fuerit assequutus, si uult tanto expiari piaculo, quasi proprii patris eius uiciscatur interitum, in cuius defensionis auxiliu, vniuersi regni Gotthorum consentiat fortitudo. Si autem desidia causa & minori zelo tam funestum noluerint vindicare scelus, sint omnes ex nostra sententia opprobrium ceteris gentibus.

19 His omnibus ritè dispositis, & diuturna collatione deliberatis, benedictione, gloriam, & honorem inuisibili omnium auctori rependimus luminum patri, & in his, conseruandis eius imploramus opem suffragij, ut constitutoibus nostris robor tribuat seu uirtutem, fragilitatemque humanam huic dispositioni reddat efficacem, ut non iudicet prauaricatricem. Nos ergo oia supra scripta salua autoritate praecononum, subscriptione nostra firmamus, & gratias agimus Christianissimo & gloriosissimo Chintillano principi nostro, cuius studio aduocati, & instantia collecti sumus, cuius uoluntas probata, ordinatio extitit religiosi. Donet ei Dominus optimo principi diuturnum in seculo praesenti triumphum, & in parte iustorum perpetuum regnum, felicibusque annis felix ipse in longa felicitate fruatur, & diuinæ dexterae protectione ubique muniat. Ego Salua, & si indignus, ecclesiae Narbonensis episcopus, his constitutionibus à nobis editis, subscripsi. Similiter & alij episcopi subscripserunt numero quinquagintaduobus, uidelicet:

Ego Iulianus ecclesiae Bracaren episcopus, subscripsi.
Ego Eugenius ecclesiae Toletanæ episcopus, subscripsi.

TOM. 2.

Ego Honoratus ecclesiae Hispaleñ episcopus, subscripsi.
Ego Protasius ecclesiae Placentinae episcopus, subscripsi.
Ego Tonantius ecclesiae Palentinae episcopus, subscripsi.
Leufredus Cordubensis ecclesiae episcopus, subscripsi.
Ego Vigintus ecclesiae Bigastren episcopus, subscripsi. *Bistargen vel, Bigastren
Ego Acutus ecclesiae Elnen episcopus, subscripsi.
Ego Ioannes ecclesiae Ilipensis episcopus, subscripsi.
Ego Eusebius ecclesiae Bastiana episcopus, subscripsi. *Bastiana
Ego Hilarius Compluten episcopus, subscripsi.
Ego Bonifacius ecclesiae Carthaginens episcopus, subscripsi.
Iacobus Mentefan episcopus, subscripsi.
Ioannes Dertusan episcopus, subscripsi.
David Auriensis ecclesiae episcopus, subscripsi.
Elpidius Tyraonen episcopus, subscripsi.
Ego Sisiflus ecclesiae Elborens episcopus, subscripsi.
Osdulphus Ocsensis ecclesiae episcopus, subscripsi.
*Scrutus ecclesiae Ilerdens episcopus, subscripsi. *Eruo o-
Deodatus ecclesiae Egabren episcopus, subscripsi. *Fruo o-
Profuturus Lamecen episcopus, subscripsi.
Seruus Dei Arcobricen episcopus, subscripsi.
Ego Pimenius ecclesiae Dumien episcopus, subscripsi.
Anatolius ecclesiae Lotenen episcopus, subscripsi.
Suauilla ecclesiae Oretanæ episcopus, subscripsi.
Montes ecclesiae Egitanæ episcopus, subscripsi.
Ioehila Salamanticens episcopus, subscripsi.
*Agiulphus Portegalen episcopus, subscripsi. *Argiuier
Serpentinus ecclesiae Ilicitan episcopus, subscripsi.
Braulio ecclesiae Casaragustanæ episcopus, subscripsi.
Ego *Hoia Barcinonen episcopus, subscripsi. *Via
Anfericus ecclesiae Segobien episcopus, subscripsi.
Ego Viuaricus ecclesiae Olysiiponen episcopus, subscripsi.
Guda ecclesiae Tuccitan episcopus, subscripsi.
Anastasio ecclesiae Tuden episcopus, subscripsi.
Egila ecclesiae *Oxouien episcopus, subscripsi.
Idifelus ecclesiae Segontien episcopus, subscripsi.
Valconius ecclesiae Luceñ episcopus, subscripsi.
Amamingus ecclesiae Caurien episcopus, subscripsi.
Epartius Italicen episcopus, subscripsi.
Renatus ecclesiae Conimbricen episcopus, subscripsi.
*Tulina ecclesiae Malacitan episcopus, subscripsi. *Dunila
*Oscandus Asturicen episcopus, subscripsi. *Candidiana
Iustus Accitanæ ecclesiae episcopus, subscripsi.
Dominus Auxitanæ ecclesiae episcopus, subscripsi.
Octumarus Iriensis ecclesiae episcopus, subscripsi.
†Earnius Vifensis ecclesiae episcopus, subscripsi.
Vanna diaconus, qui & Petrus, ecclesiae agens vicem Antonij episcopus, subscripsi.
Cunctifculus agens vicem Orontij episcopi ecclesiae Emeriten episcopus, subscripsi.
Cetronius presbyter, agens vicem Gabini episcopi Calaguritanæ ecclesiae, subscripsi.
Domarius presbyter Arcobricen ecclesiae, agens vicem Carterij episcopus, subscripsi.
Piberinus ecclesiae Valentinae diaconus, agens vicem *Mustracij episcopi, subscripsi. *Mustaf
R.R.R. B.R.A.

746 **BRACARENSE CON-**
CILIVM PRIMVM, CIRCA TEMPORA HONORII
papa primi. Eſc. provinciale.

Bracarum oppidum Anguſta, cõuentus vnus de ſeptem citerioris Hiſpaniæ, vulgò Braga dicitur. Vide Plinium lib. 3. cap. 3. Porro Volaterranus Bracharam ſeu Bracarã metropolim Portugalliæ conſtituit, cuius archiepiſcopus, metropolitanus ſeu primas regni Luſitaniæ appellatur.



Anno tertio Ariamiri regis, Kalendis Maij, cum Galliciæ provinciæ Epifcopi, Lucretius, Andreas, Martinus, Cortus, Hildericus, Lucentius, Timotheus, Marliofus, ex præcepto præfati glorioſiſſimi Ariamiri regis in metropolitana eiufdem provinciæ Bracarenſi Eccleſia conueniſſent, conſedentibus ſimul epifcopis, præſentibus quoq; presbyteris, adſtantibusq; miniſtris, vel vniuerſo clero, Lucretius memoratã metropolitana eccleſiæ epifcopus, dixit: Diu eſt, ſanctiſſimi fratres, quod ſecundum inſtituta venerabilium canonũ, & decreta catholicæ & apoſtolicę diſciplinę deſiderabamus, ſacerdotalem inter nos fieri debere conuentum: quia non ſolum eccleſiaſticis regulis & ordinibus opportunũ eſt, ſed ſtabilem etiã ſemper efficit charitatis fraternæ concordiam, dum congregati ſimul in nomine nri ſacerdotes, ea inter ſe ſalutifera collatione requirunt, quæ ſecundum doctrinam Apoſtolicam, vnitatem ſpiritũs in vinculo pacis obtineant. Nunc ergo quoniam optatum nobis huius congregationis diem, glorioſiſſimus atque piſſimus filius noſter, adſpirante ſibi Domino, regali præcepto conceſſit, vt ſimul poſiti cõſideremus, prius (ſi placet) de ſtatu fidei catholicæ perquiramus. Tunc deinde ſanctorum patrum inſtituta, recõſtitis canonibus, innotefcant. Poſtremò quædam etiã, quæ ad obſequium Dei vel officium pertinent clericale, diligentius pertraçtetur, vt ſi qua fortaſe vel per ignorantiam deſidiam, vel per longinqui temporis incuriam, aut varia inter nos habentur dubia, ad vnam (ſicut decet) rationis ac veritatis formulam reuocentur. Omnes epifcopi dixerunt: Proſequutio tuæ beatitudinis iuſta eſt: ea nanq; de cauſa conuenimus, vt aliqua nobis Eccleſiaſtica conſtructionis vtilitas commodetur. Lucretius epifcopus dixit: Prius ergo de ſtatu fidei (ſicut ſuperius dictum eſt) conferam. Nam licet iam olim Prifcillianæ hæreſis cõtagio in Hiſpaniarum provincijs detecta ſit & damnata, nè quis tamen per ignorantiam, aut aliquibus (vt aſſolet) ſcripturis deceptus apocryphis, aliqua adhuc ipſius erroris peſtilentiã ſit infectus, maniſeſtius ignaris hominibus declaratur, quia ipſi in extremitate mundi, & in vltimis huius provinciæ finibus conſtituti, aut exigua, aut penè nullam rectæ eruditionis notiã cõtulerunt. Credo autem veſtræ beatitudinis fraternitatem nõſſe, quia eo tempore, quo in his regionibus nefandiſſimæ Prifcillianæ ſectæ venena ſerpebant, beatiffimus papa vrbis Romæ Leo, qui quadrageſimus ferè Apoſtoli Petri ſucceſſor extitit, per Turibium notarium ſedis ſuæ, ad ſynodum Galliciæ cõtra impiam Prifcillianæ hæreſis ſectã ſcripta ſua direxit. Cuius etiã præcepto Tarraconenſes & Carthaginẽſis epifcopi, Luſitaniæ quoq; & Baticæ factò inter ſe concilio, regulam fidei contra Prifcillianam hæreſim, cum aliquibus capitulis conſcribentes, ad Baleonium tunc huius Bracarenſis Eccleſiæ præſulem, direxerunt. Vnde, quia & ipſum præſcriptæ fidei exemplar cõ ſuis capitulis, præ manibus hinc habemus, pro inſtructione ignorantium (ſi veſtræ placet reuerentiæ) recitetur. Omnes epifcopi dixerunt: Valde neceſſaria horum capitulorum eſt lectio, vt dum ſimplicioribus quibuſq; priſtina ſanctorũ patrum inſtituta panduntur, abominata iam olim à ſede beatiffimi Petri Apoſtoli, & damnata Prifcillianæ hæreſis ſigmenta cognoſcantur. Lectum eſt exemplar fidei cum capitulis ſuis, quæ, nè prolixitatem facerent, his geſtis minime ſunt inſerta. Poſt lectionem capitulorum omnes epifcopi dixerunt: Licet lectio neceſſariè recenſita ſit, tamè euidentius & ſimplicius ea, quæ ſunt execrabilia, ita poſitis etiã capitulis modò declarantur, vt qui minus eſt eruditus, intelligat: & ſic ſub anathematis ſententiã exploſa, iam Prifcillianiani erroris ſigmenta damnantur, vt quiſquis clericus vel monachus ſiue laicus, tale aliqd ſentire adhuc vel defendere fuerit deprehenſus, tanq; verè putre membrum, continuo de corpore abſcindatur catholicæ Eccleſiæ, nè aut ſocietatis, ſiue prauitatis eius macula, à rectè credentibus de permixtione talium aliquod orthodoxis reputetur opprobrium. Propoſita contra Prifcillianam hæreſim capitula & relecta, continent hæc:

CAPITVLVM PRIMVM.

¶ Si quis patrem & filium & ſpiritum ſanctum, nõ conſtitetur tres perſonas, vnus ſubſtantię & virtutis ac poteſtatis, ſicut catholica & Apoſtolica Eccleſia docet, ſed vnam tantum ac ſolitariam dicit eſſe perſonam, ita vt ipſe ſit pater, qui filius, ipſe etiã ſit paracletus ſpiritus, ſicut Sabellius & Prifcillianus dixerunt, anathema ſit.

2. Si quis extra S. Trinitatẽ, alia (neſcio quod) diuinitatis nomina introducit, dicens, quod ipſa

CIRCA TEMPORA HONORII PAPAE I.

ipſa diuinitas ſit Trinitas, ſicut Gnoſtici & Prifcillianus dixerunt, anathema ſit.

3. Si quis dicit filium dei Dominum noſtrum, anteq̃ ex virgine naceretur, non fuiſſe, ſicut Paulus Samoſatenus & Photinus & Prifcillianus dixerunt, anathema ſit.

4. Si quis natalẽ Chriſti ſecundum carnem non verè honorat, ſed honorare ſe ſimulat, ieiunans in eodem die, & in dominico, quia Chriſtum in hominis natura natũ eſſe nõ credit, ſicut Cerdon, Marcio, Manichæus & Prifcillianus dixerunt, anathema ſit.

5. Si quis animas humanas vel angelos, ex Dei credit ſubſtantia extitiffe, ſicut Manichæus & Prifcillianus dixerunt, anathema ſit.

6. Si quis animas humanas dicit prius in cœleſti habitatione peccãſſe, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas, ſicut Prifcillianus dixit, anathema ſit.

7. Si quis dicit, diabolus non fuiſſe prius angelus bonus, à Deo factus, nec Dei opificium fuiſſe naturam eius, ſed dicit eum ex tenebris emiſſiſſe, nec aliquem ſui habere authorem, ſed ipſum eſſe principium atq; ſubſtantiam mali, ſicut Manichæus & Prifcillianus dixerunt, anathema ſit.

8. Si quis credit, quod aliquantas in mundo creaturas diabolus fecerit, & tonitrua & fulgura & tempeſtates & ſiccitates ipſe diabolus ſua authoritate faciat, ſicut Prifcillianus dixit, anathema ſit.

9. Si quis animas & corpora humana fatali ſigno credit adſtringi, ſicut pagani & Prifcillianus dixerunt, anathema ſit.

10. Si qui duodecim ſigna, quæ mathematici obſeruare ſolent, per ſingula animæ vel corporis mēbra diſſipata credunt, & nominibus patriarcharum aſſcripta dicunt, ſicut Prifcillianus dixit, anathema ſit.

11. Si quis coniugia humana damnat, & procreationem naſcentium perhorreſcit, ſicut Manichæus & Prifcillianus dixerunt, anathema ſit.

12. Si quis plasmationem humani corporis, diaboli dicit ſigmentum eſſe, & conceptiões in vteris matrum, operibus dicit demonum figurari, propter quod reſurrectionem carnis non credit, ſicut Manichæus & Prifcillianus dixerunt, anathema ſit.

13. Si quis dicit creatiõem vniuerſæ carnis, nõ opificium Dei, ſed malorum eſſe angelorum, ſicut Manichæus & Prifcillianus dixerunt, anathema ſit.

14. Si quis immundos putat cibos carniũ, quas Deus in vſu hominum dedit, & nõ propter afflictionem ſui corporis, ſed quaſi immunditiam putans, ita abſtineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus præguſtet, ſicut Manichæus & Prifcillianus docuerunt, anathema ſit.

15. Si quis clericorũ præter matrem, aut germanam, vel etiã quæ proxima conſanguinitate iunguntur, alias aliquas quaſi adopti-

anathem

De his in conc. Tolitano, poſt deſcriptionem 20. ca. eiusdẽ cõc.

fatalibus ſtellis

uas foeminas ſecum retinet, & cum ipſis habitat, ſicut Prifcillianiani ſecta docuit, anathema ſit.

16. Si quis quinta feria paſchali, quæ vocatur cœna Domini, hora legitima poſt nonam, ieiunans in Eccleſia Miſſas nõ tenet, ſed ſecundum ſectam Prifcillianiani, feſtiuitatem ipſius diei ab hora tertia per Miſſas defunctorum, ſoluto ieiunio, colit, anathema ſit.

17. Si quis ſcripturas, quas Prifcillianus ſecundum ſuum deprauauit errorem, vel tractatus Diſtiniij (quos ipſe Diſtinius, anteq̃ conuerteretur, ſcripſit ſub nomine patriarcharũ, prophetarũ, & Apoſtolorum, & ſuo errori cõſona conſinxit) legit, & impia eorũ ſigmenta ſequitur aut defendit, anathema ſit.

18. Propoſitis his capitulis & relectis, Lucretius epifcopus dixit: Quoniam etiã ea, quæ à catholicis abominata ſunt & damnata, maniſeſtius & apertius etiã ignoſcatis declarata ſunt: neceſſariũ poſt hoc arbitror, ſi veſtræ fraternitati videtur, vt inſtituta nobis ſanctorum patrum, recenſitis antiquis canonibus, innotefcant: quæ & ſi non omnia, certè vel pauca quædam, quæ ad inſtructionem clericaliſ diſciplinæ pertinent, relegantur. Omnes epifcopi dixerunt: Placet hoc edictum. Et cõgrua res eſt, vt & quibus fortaſe per incuriam abolita ſunt eccleſiaſtica cõſtituta, audiant ſanctorum canonum regulam & obſeruent. Relecti ex codice corã cõcilio tam generalium ſynodorum canones, & localium. Poſt quorum lectionem Lucretius epifcopus dixit: Ecce ex ipſa canonum lectione agnoſcat ſancta fraternitas veſtra, non ſolum in generalibus concilijs, ſed etiã in localibus, cõgregatos ſimul ſacerdotes, vno conſenſu ea, quæ eccleſiaſtico conueniebãt ordini, ſtatuiſſe, & ſecundum quod vniuſcujuſq; rei expetebat ratio, proſpexiſſe, ſequentes ſententiã doctrinã apoſtolicã, dicentis: Probate, quæ bona ſunt, & retete. Si ergo placet charitati veſtræ, quia ſunt aliqua eccleſiaſtica inſtitutionis obſequia, quæ in huius præſertim extremitate provinciæ, non per contentionem, quod abſit, ſed magis (ſicut præfati ſumus) ſiunt per incuriam aut per ignorantiam, conſtituamus quædam inter nos capitula, vt quæ nõ vno modo tenentur à nobis, ad vnam omninò formulam reuocentur. Omnes epifcopi dixerunt: Neceſſarium & valde hoc vtile arbitramur, vt ea, quæ apud vnum quenq; noſtrum varia & inordinata conſuetudine retinent, vnito inter nos per Dei gratiam & concordiam celebrentur officio. Et idcirco, ſi quid illud eſt magnum vel paruum, quo variari videmur, ad vnam (ſicut dictum eſt) formulã præfixis rationabiliter capitulis reuocetur, præcipuè cum & de certis quibuſdam cauſis inſtructionem apud nos ſedis Apoſtolicę habeamus, quæ ad interrogationes ſuas quoddam venerandæ memoriæ præceſſoris tui

Ephe, 4.

1. Theſſ. 5. d

Profuturi prudentia, ab ipsa beatissimi Petri accepit cathedra. Lucreti⁹ episcopus dixit: Rectè fraternitas vestra auctoritatè sedis Apostolicæ recordata est, quæ licet eodem tempore innotuerit, quo directæ est, tamen pro firmitate testimonij, & instructione multorum, si vestræ vnanimitati cõplacet, quia præ manibus est, coram omnibus legatur. Omnes episcopi dixerunt: Iustum est, ut quia mentio ipsius auctoritatis est habita, quæ est eius doctrina, à circumstantibus audiatur. Relecta est auctoritas sedis Apostolicæ, ad quendam Profuturum directæ episcopum, quæ propter proximitatem his gestis minimè est inserta. Post cuius lectionem Lucretius episcopus dixit: Manifestius patet, Apostolicam nobis opitulari doctrinam: & idè, sicut fraternitas vestra prædixit, si quid per ignorantiam apud quosdam variat, ad vnam formulam concordie regula præscriptis inter nos capitulis adstringatur. Proposita sunt igitur capitula, quæ continent hæc:

Dist. 12. Placuit omnibus com.

19 Placuit omnibus communi consensu, ut vnus atq; idem psallendi ordo in matutinis vel vespertinis officijs teneatur, & nõ diuersæ ac priuatę monasteriorum consuetudines cū ecclesiastica regula sint pmixtæ.

20 Item placuit, ut per solennium dierū vigilias vel Missas, omnes eadem, & non diuersas, lectiones in ecclesia legant.

Ruth 2. a

21 Item placuit, ut non aliter episcopi, & aliter presbyteri populū, sed vno modo saluent, dicentes: Dñs sit vobiscum, sicut in lib. Ruth legitur. Et ut respondeatur à populo, Et cū spiritu tuo, sicut & ab ipsis apostolis traditum omnis retinet Oriens, & nõ sicut Priscilliana prauitas permutauit.

22 Item placuit, ut eodem ordine Missæ celebrètur ab omnibus, quomodò Profuturus quodam huius metropolitane ecclesiæ episcopus, ab ipsa Apostolicæ sedis auctoritate suscepit scriptum.

23 Item placuit, ut nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem & antea tenuit metropolitana Bracarensis ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubietate, prædictus Profuturus episcopus scriptum, & sibi directum, à sede beatissimi Petri apostoli suscepit.

24 Item placuit, ut cõseruato metropolitani episcopi primatu, ceteri episcoporum secundum suæ ordinationis tempus, alius alio sedendi deferat locum.

25 Item placuit, ut de rebus ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones, id est, vna episcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminarijs ecclesiæ: de qua parte siue archipresbyter, siue archidiaconus illam administrans, episcopo faciat rationem.

26 Item placuit, ut nullus episcopus clericum alterius ordinare præsumat, sicut & antiqui canones vetuerunt, nisi fortè signa-

ta ipsius episcopi scripta susceperit.

27 Item placuit, quia in aliquantibus huius prouinciæ ecclesijs diacones absconsis infra tunicam vtuntur orarijs, ita vt nihil differre à subdiacono videantur, vt deceterò superposito scapulæ (sicut decet) vtantur orario.

28 Item placuit, ut non liceat cuilibet ex lectorib⁹, sacra altaris vasa portare, nisi his, q; ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati.

29 Itè placuit, vt lectores in ecclesia ordinati, in habitu seculari non psallant, neq; gradus gentili ritu dimittant.

30 Item placuit, vt veteris testamētī nihil poetice compositum in ecclesia psallatur, sicut & sancti præcipiunt canones.

31 Item placuit, ut intra sanctuarium altaris ingredi ad communicandum, non liceat laicis viris vel mulieribus, nisi tantum clericis, sicut & antiqs canonib⁹ statutū est.

32 Item placuit, ut quicumq; in clero cibo carnium non vtuntur, pro amputanda suspitione Priscilliana hæresis, vel olera cõta cum carnibus tamen prægustare cogantur. Quod si cõtempserint, secūdum quod de talibus sancti patres antiquis statuerūt, necesse est, pro suspiciõne hæresis huius, hos excommunicatos, ab officio omnimodè remoueri.

33 Item placuit, ut qui pro hæresi, aut p crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, sicut & antiqua canonum cõtinent statuta. Quæ si quis spernit voluntariè, seipsum alienum à communione facit.

34 Item placuit, ut qui aut p ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut suspendium, aut quolibet modo violentam sibijplis inferunt mortè, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neq; cum psalmis ad sepulturā eorum cadauera deducantur. Multi enim sibi hoc p ignorantia vsurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui p suis sceleribus puniuntur.

35 Item placuit, ut catechumenis, sinè redemptione baptismi defunctis, simili modo neq; oblatiõis sanctæ commemoratio, neq; psallendi impendatur officium. Nam & hoc per ignorantiam vsurpatum est.

36 Item placuit, ut corpora defunctorū, nullo modo intra basilicam sanctorum sepeliant, sed, si necesse est, deforis circa murum basilicæ vsque ad eò nõ abhorret. Nam si firmissimum hoc priuilegium vsq; nunc retinent ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorū cuiuslibet defuncti corpus humetur, quantò magis hoc venerabilium martyrum debet reuerentia obtinere?

37 Item placuit, ut si quis presbyter, post hoc interdictum ausus fuerit chrisma benedicere, aut ecclesiam, aut altarium consecrare, à suo officio deponatur. Nam & antiq; hoc canones vetuerunt.

38 Item placuit, ut ex laico ad gradum sacerdotij nemo veniat, nisi prius anno integro in officio lectorum vel diaconatus, disciplinam ecclesiasticā discat, & sic per singulos gradus eruditus, ad sacerdotium veniat. Nam satis repræhensibile est, vt qui nõdum didicit, iam docere præsumat, dum & antiquis hoc patrum institutionibus interdictum sit.

39 Item placuit, ut si quid ex collatione fidelium, aut per festiuitates martyrum, aut per commemorationes defunctorum offertur, apud vnum clericorum fideliter colligatur, & constituto tempore, aut semel, aut bis in anno, inter omnes clericos diuidat. Nam non modicæ ex ipsa inæqualitate discordiæ generantur, si vnusquisq; in sua septimana, quod oblatum fuerit, sibi defendat.

40 Item placuit, ut præcepta antiquorū canonum, quæ modò in concilio recitata sunt, nullus audeat prætereire. Si quis autem quasi contumax transgreditur illa, necesse est, vt de suo degradetur officio. Relectis capitulis, Lucretius episcopus dixit: Quia opitulante Domino nobis, ea quæ ad firmitatem catholicæ & orthodoxæ fidei, vel quæ ad officii ordinis Ecclesiastici pertinebāt, vnanimi (sicut oportebat) collatione decreuimus: restat nunc, vt ex omnibus his, q; Dei

gratia salubriter instituta sunt, propriam vnusquisq; nostrum studeat docere atque informare diocesim. Si quis autem ex nobis in parochijs suis, post agnita huius concilij constituta, aut clericū, aut monachum sanæ huic doctrinæ resistentem inuenerit, aut in aliquo adhuc Priscilliana seclæ errorelatitare persenserit, & non continuò illū excommunicatum & anathematizatum, de ecclesia foràs eiecerit, ita vt cum huiusmodi homine nec cibum aliquis fidelium sumere, nec communicare præsumat: nouerit se is, qui talem receperit, & fraternæ esse excommunicatiõis obnoxium, & diuinæ proculdubio sententiæ reum. Omnes episcopi dixerunt: Quæcunq; à nobis vnito per DEI gratiam consensu decreta sunt, peruigili ne cessè est sollicitudine obseruentur. Quæ vt stabilem placitæ constitutionis obtineant firmitatem, propria vnusquisque his gestis manu subscribat. Et post episcoporum subscriptio subsecuta est:
Lucretius episcopus subscripsi.
Andreas episcopus subscripsi.
Martinus episcopus subscripsi.
Cottus episcopus subscripsi.
Gildericus episcopus subscripsi.
Lucentius episcopus subscripsi.
Timotheus episcopus subscripsi.
Maliosus episcopus subscripsi.

CONCILIVM BRACARENSE II.



Mirlicia

Egnante Domino nostro Iesu Christo, currente æra 610. anno secundo regis Ariamiri, die 18. Kalendarum Ianuariarum, cū Gallicia prouinciæ episcopi tam ex Bracarensi, q; ex Lucensi synodo cum suis metropolitanijs, præcepto præfati gloriosissimi regis, simul in metropolitana Bracarensi Ecclesia conuenissent, id est, Martinus, Nitigis, Remifol, Andreas, Lucentius, Adoricus, Veclimer, Sardinarius, Viator, Auila, Polemius, Mailoc, confidentibus his simul episcopis, atq; vniuerso clero p̄sente, Martinus Bracarensis ecclesiæ episcopus dixit: Inspiratione hoc Dei credimus, puenisse, sanctissimi patres, vt p ordinatione gloriosissimi filij nostri regis, ex vtroq; cõcilio cõueniremus in vnum, vt non solum de visione alterutrum gratularemur, sed etiã ea, quæ ad ordinationem & disciplinam ecclesiasticam pertinent, pariter colloquamur. Scriptum est em̄ in euangelio, dicente Domino: Vbicunq; fuerint duo vel tres in nomine meo cõgregati, ibi ero in medio eorum. Nitigis Lucen⁹ ecclesiæ episcopus, dixit: Nec aliud potest credi, nisi ea, quæ ad vtilitatem nostrarum

Matt. 18. c

ptinent animarū, diuina inspiratione & inchoari & pfici oportere. Et idè vnanimes omnes, atq; id ipsum in nro sentietes, q̄cunq; ad instructione nostrā ptinent, in medium plata desideramus agnoscere. Martinus episcopus dixit: Arbitramur vestrā beatitudinē recordari, quia cū primū in ecclesia Bracaren⁹ episcoporum conciliū cõgregatum est, post multa, q; ad cõcordiam rectæ fidei fuerant roborata, aliqua etiã, q; regularē sanctorum canonū continent discretiõem, firmuimus. Quorū vtilitas vt possit euidentius in memoriā reuocari, ipsa (si vobis placet) epistola vestra in p̄sentia relegat. Omnes episcopi dixerunt: Oportet omnimodè, vt in oim auribus, qui h̄c assistunt, recitetur. Recitatis ergò capitulis superioris cõcilij, quæ nē p̄lixitatem facerent, his gestis minimè sunt inserta, Martinus episcopus dixit: Hæc ergò, q; modò sunt recitata, q; nobis tunc aut varia, aut dubia, aut inordinata sunt visa, auxiliante Deo, directæ sunt, & suā inuolabiliter obtinent firmitatē. Quæ autem tunc in memoriā non venerunt, aut onerosum fuit, in illo primo cõcilio multa simul ingerere, necessarium videtur, modò ad notitiam sanctæ vestræ charitatis deferri, eo specialiter p̄spectu, vt spiritali ventilata examine pur-

Phillip. 2.

gentur. Sancti enim patres ac præcessores nostri, aut generales synodos vndique colligi pro vnitare rectæ fidei fecerunt, sicut in Nicea contra Arium trecenti decem & octo, & in Constantinopoli centum quinquaginta contra Macedonium, & in Epheso contra Nestorium ducenti, & in Chalcedona contra Eutychem sexcenti triginta: aut certè speciales synodos per suas vnusquisq; prouincias, pro refecandis contentionibus, vel emendandis aliquorum negligētis, colligerunt: & prout euentus culparū, aut qualiscunq; excessus exegit, per singulas quasq; diuinas canonum sentētiās, mediante inter eos Dei spiritu conscripserunt, quas oportet nos relegere & intelligere & tenere. Et quia, opitulante Christi gratia, de vnitare & rectitudine fidei in hac prouincia nihil est dubium, illud nobis modò specialius est agendum, vt si quid fortasè extra apostolicā disciplinā pignorantiā, aut p negligentia reprehensibile inuenitur in nobis, recurrentes ad testimonia sanctarum scripturarum, vel ad antiquorum canonū instituta, adhibito cōmuni consensu, omnia q̄ displicuerint, rationabili iudicio corrigamus. Et primū (si placet) relectis B. Petri apostoli pceptis, quæ p regula sacerdotum in sua epistola euidenter adscriptis, quicquid nō eodē tenore, sicut princeps apostolorum edocuit, agi videtur à nobis, sinè vlla cunctatione ad emendationem deducere festinemus, nè fortè, dum alijs pdicamus, ipsi reprobi effecti, diuino illo condemnemur eloquio, dicēte: Tu verò odisti disciplinā, & piecisti sermones meos post te. Omnes episcopi dixerunt: Cupimus memoratam apostoli Petri epistolam ad locum ipsum, vbi sacerdotes docet, audire. Tunc allato libro, hæc ex eadem epistola recitata sunt: Seniores, obsecro confentior, pascite, qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè, secundum Deum: neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè: neq; vt dominantes in clero, sed forma facti gregi, & ex animo, vt cū apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam. His relectis, omnes episcopi dixerūt: Cognitis his, quæ ex epistola beati Petri apostoli sunt recitata, desideramus, auxiliante Dei gratia, diuinis obedire præceptis, & Apostolicæ epistolæ, quæ nobis recitata est, in his omnibus formulam imitari, nè fortè in aliquib; in ordinatè ambulantes, diuino (quod absit) iudicio condemnemur, sed vt sanctorum patrum vestigia subsequentes, in ipsorum requie mereamur esse participes, & immarcescibile illam gloriæ coronā, quæ repromissa est, cum ipsis percipere mereamur. Ob hoc ergò tuā simul omnes deposcimus charitatē, vt has omnes causas, singulis capitulis breuiter compræhensas, vel qualiter corrigi debeant, his gestis subter annectas. Quæ cū studio sūs re-

lecta, & in notitiam oīm nostrū euidenter fuerint perducta, ppria vnusquisq; manu, p eorum emendatione & confirmatione subscribat, vt non solum nobis, sed etiā successoribus nostris, hæc ad perfectiōem episcopalis officij decreta proficiant.

1 Placuit omnibus episcopis atq; cōuenit, vt p singulas ecclesias episcopi & dioceses ambulantes, primū discutiāt clericos, quomodò ordinem baptismi teneant vel Missarum, & qualiter quæcunq; officia in ecclesia peragant. Et si rectè obtulerint, Deo gratias agāt: sin autem minimè, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui canones iubēt, vt ante dies viginti baptismi, ad purgationē exorcismi concurrant catechumeni. In quibus viginti diebus omnes catechumeni symbolum, quod est, **CREDO IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM**, specialiter doceantur. Postquā ergò in his suos clericos discusserint vel docuerint episcopi, alia die conuocata plebe ipsius ecclesiæ, doceant illos, vt errores fugiant idolorum, vel diuersa crimina, id est, homicidiū, adulterium, perurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera: & quod nolunt sibi fieri, alteri non faciant: & vt credant resurrectionē omnium hominum, & diem iudicij, in quo vnusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea episcopus de ecclesia illa proficiat ad aliam.

2 Placuit, vt nullus episcoporum, per suas dioceses ambulans, præter honorem cathedræ suæ, id est, solidos duos, aliquid aliud per ecclesias tollat. Neq; tertiam partem ex quacunq; oblatione populi in ecclesijs parochialibus requirat, sed illa tertia pars pro luminaribus ecclesiæ vel recuperatione seruetur, & singulis annis episcopo indè ratio fiat. Nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen & firta tecta abstulit ecclesiæ. Similiter & parochiales clerici, seruili more in aliquibus operibus episcopi seruire nō cogantur, quia scriptum est, Neq; vt dominantes in clero.

3 Placuit, vt de ordinatione clericorum episcopi munera nulla accipiant, sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo precio gratia Dei, & impositio manuum veniunt, quia antiqua definitio patrum, ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicēs: Anathema sit danti & accipienti, propterea quia aliquanti multis sceleribus obnoxij sancto indigni ministrantes altari, non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent. Oportet ergò, non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonia, clericos ordinare.

4 Placuit, vt modicū balsami, quod benedictum pro baptismi sacramento per eccle-

10. q. 1. Placuit omnibus episc.

In dec. ludo. nis lib. 1. Ante 20. dies. es. ut in dec. de cō. di. 4. Ante dies 20.

10. q. 3. Placuit vt nullus. x suam dioc. cesim

1. q. 1. Placuit vt de ordi

Matth. 10. a

* indignè

1. Cor. 9. d

Psal. 49.

1. Pet. 5. a

TOM. 2.

fias

AG. 8. c. d

1. q. 2. Placuit, vt quo.

De cō. dif. r. Si quis basilicam.

1. q. 1. Placuit, vt vnusquisq; episc.

2. q. 5. Placuit, vt si quis aliquem

De cō. dif. 3. Placuit, vt postquā oia

fias datur, quia à singulis tremisses pro ipso exigi solent, nihil vterius exigatur, nè fortè, quod pro salute animarum per inuocationem sancti spiritus consecratur, sicut Simon magus donum DEI pecunia voluit emere, ita nos venundare damnabiliter videamur.

5 Placuit, vt quotiès ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi inuitantur, non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant: sed, si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuat. Si verò aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo. Attamè vnusquisque Episcoporum meminerit, vt non prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non leuis est ista temeritas, si sinè luminarijs, vel sinè substantiali sustentatione eorum, qui ibidem seruituri sunt, tanquā domus priuata consecratur ecclesia.

6 Placuit, si quis basilicam non pro deuotione fidei, sed pro quæstu cupiditatis ædificat, vt quicquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum clericis diuidat, eò quòd basilicam in terra sua quæstus causa condiderit, quod in aliquibus locis vsq; modò dicitur fieri. Hoc ergò decetè obseruari debet, vt nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat, nec basilicam, quæ non pro sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria cōditione est condita, audeat consecrare.

7 Placuit, vt vnusquisque episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat, vt hi, qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntariè pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis. Si verò, per necessitatem paupertatis aliquid non habent, quod offerant, nullum ibi pignus violentè tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptismo retrahunt: qui si fortè, dum differuntur, sinè gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est, vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, à baptismi gratia retraxerunt.

8 Placuit, vt si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli apostoli, duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quòd si non potuerit datis testimonijs approbare quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

9 Placuit, vt, postquā omnia in concilio sacerdotū fuerint ordinata, illud omnimodis obseruetur, vt superuenturum ipsius anni Pascha, quota Kalendarum die, vel quota luna debeat suscipi, à metropolitanis episcopo nunciatur. Quod cæteri episcopi vel clerici reliquus breuiculo subnotantes,

vnusquisque in sua ecclesia, adueniente natalis Domini die, adstante populo post lectionem Euangelicam nunciant. In cuius principio conuenientes in vnum vicinæ ecclesiæ, per triduum cum psalmis, per sanctorum basilicas ambulantes, celebrent litanias. Tertio autem die, celebratis hora nona siue decima Missis, dimisso populo, præcipiant Quadragesimæ seruare ieiunia & mediante Quadragesima, ex viginti diebus baptizandos infantes, ad exorcismi purgationem offerre.

10 Placuit, vt quia, per stultitiam præsumpti nupèr erroris, aut certè ex veteris Priscillianæ adhuc hæresis fœtore corrupto, cognouimus quosdam presbyteros in huius præsumptionis audacia retineri, vt Missas mortuorum, etiā post acceptū merum vel oblationem, ausi sint consecrare: ideoque hoc præfixa euidentis sententiæ admonitione seruetur, vt si quis presbyter post hoc edictum nostrum, amplius in hac vesania fuerit depræhensus, hoc est, non ieiunus, sed quocunq; iam cibo præsumpto oblationē consecrauerit in altari, continuo ab officio suo priuatus, à proprio deponatur Episcopo. His ita gestis, placuit omnibus, pro confirmanda horum obseruantia vnum quenq; propria manu subscribere, eo placitorum facto, vt si quis, horum capitulorum terminum transgressus, ad inordinatas consuetudines reuertitur, totius concilij excommunicatione correptus, verissimam sibi de sui ordinis inclinatione nouerit imminere sententiam.

Martinus Bracarensis metropolitanæ ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Remisus Vitenfis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Lucentius Comimbricensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Adoricus Egitanæ ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi.

Sardinarius Lamecenensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Viator Magnetensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Nitigis Lucensis metropolitanæ ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Andreas Iriensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Auila Tudensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Polemius Asturicensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Mailoc Britinorum ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Victimer Aurienfis ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Finit concilium Bracarense secundum.

R. R. R. 4 P. R. A. E.

TOM. 2.

PRÆFA- TIO SANCTI MARTINI BRACAREN- sis Episcopi, in librum capitulorum, ex Graecorum Synodis collectorum.



OMINO MEO BEATISSIMO, atque Apostolicæ sedis honore suscipiendo, in Christo fratri Nitigefio Episcopo vel vniuerso concilio Lucensis ecclesiæ, Martinus epi-

scopus. Canones, qui in partibus Orientis ab antiquis patribus cõstituti sunt, Græco prius sermone conscripti sunt, postea autem succedenti tempore in Latinam linguam translati sunt. Et quia difficile est, vt simplicius aliquid ex alia lingua transferatur in aliam, simulque & illud accidit, vt in tantis temporibus scriptores, aut non intelligentes, aut dormitantes, multa prætermittant, & propterea in ipsis canonibus aliqua simplicioribus videantur obscura: ided visum est, vt cum omni diligentia, & ea quæ per translatores obscurius dicta sunt, & ea quæ per scriptores sunt immutata, simplicius & emendatius restaurarem, id primùm obseruans, vt illa, quæ ad episcopos vel vniuersum clerum pertinent, vna in parte conscripta sint: similiter & quæ ad laicos pertinent, simul sint adunata, vt de quo capitulo scire aliquis voluerit, possit celerius inuenire.

De electione episcopi. 1
De ordinatione episcopi. 2
De euacuanda ordinatione, quæ absente metropolitano fuerit facta. 3
De primatu metropolitani. 4
De eo, qui per ambitionem de inferiori ciuitate ad maiorem transire voluerit. 5
De non mutandis parochijs. 6
De præsumptione alienæ diœcesis. 7
De non constituendo Episcopo successore. 8
De irruptione vacantis ecclesiæ. 9
De episcopo, per necessitatem vacante. 10
De contemptore episcopo. 11
De seditio episcopo. 12
De diffensione iudicij. 13
De episcopi præsumptione in rebus ecclesiæ. 14
De rebus ecclesiasticis gubernandis. 15
De rebus ecclesiæ dispensandis. 16
De his, qui de ministerio ecclesiæ aliquid vendunt. 17
De synodo facienda. 18
De episcopo, qui noluerit venire ad Synodum. 19
De legitima ætate ordinandi presbyteri. 20
De eunuchis, qui ab alijs fiunt, vel qui sibi naturalia abscindunt. 21

De neophytis. 22
De pœnitentiâ, nõ admittendo ad clerum. 23
De his, qui indiscussi, aut presbyteri aut diaconi ordinati sunt. 24
De presbyteris vel diaconibus, qui post ordinationem denotantur. 25
De his, qui viduas aut dimissas ducunt. 26
De fornicatoribus clericis. 27
De his, quorum vxores mœchantur. 28
De viduis clericorum. 29
De filia episcopi vel presbyteri, quæ fuerit deuota, & peccauerit. 30
De deuota peccante, vel quæ se maritauerit. 31
De subintroducendis ad optiuas mulieribus. 32
De non recipiendis clericis, & de infirmada ordinatione eius, qui sine episcopi sui licentia ab alio episcopo ordinatur. 33
De clericis desertoribus. 34
De importunis clericis. 35
De purganda opinione hæresis. 36
De clericis excommunicatis. 37
De presbyteris, vt ad secundas non vadant nuptias. 38
De his, qui ad diaconatum eliguntur. 39
De eo, quod non licet, diaconum nisi iussum sedere. 40
De eo, quod non licet, quemlibet sacra mysteria tangere. 41
Vt mulieres in sacrarium non intrent. 42
Siletor alterius viduam duxerit. 43
Si subdiaconus secundâ duxerit vxorẽ. 44
Vt non ascendant in pulpitu, nisi lector. 45
De conditionalibus non ordinandis, nisi cum consensu patroni. 46
De non suscipiendis seruis alienis in clerico. 47
De non celebrandis natalicij martyrum in Quadragesima. 48
Non suscipi debere, ante duas hebdomadas, sed ante tres, ad baptismum. 49
De non soluendo ieiunio in quinta feria Paschæ. 50
De chrismate conficiendo. 51
Non liceat presbytero, corâ episcopo chrismare. 52
Non liceat presbytero, ante episcopum in baptisterium introire. 53
De prægnantibus baptizandis. 54
Quæ in altari offerri oportet. 55
De presbyteris forasticis. 56
De non ieiunando in die Dominico, neque genua flectendo. 57
De gustâdis carnibus & nõ execrandis. 58
De eo, quod non liceat sacerdotibus vel clericis, spectaculis interesse. 59
De eo, quod non liceat sacerdotibus vel clericis incantaturas & ligaturas facere. 60
De eo, quod non liceat, conuiuia facere de confertis. 61
De vsurijs vel negociorum lucris. 62
De clericis, qui ad matutinum vel vespertinum non conueniunt. 63

De eo, quod non liceat clericis, die Dominico ab ecclesiâ absentari. 64
De eo, quod non liceat clericis, ante horam tertiam prandere. 65
De attendenda coma clericorum, & habitu ornato. 66
De eo, quod non liceat, poëticos psalmos in ecclesiâ dicere, & libros apocryphos legere. 67
De eo, quod non liceat, super monumenta mortuorum Missas tenere. 68

CAPITVLA CANONVM AD LAICOS PERTINENTIVM SEQUUNTUR.

De eo, quod non liceat Christianis prandia ad monumenta portare. 69
De eo, quod non liceat clericis vel laicis catholicis, ab hæreticis eulogias accipere, aut cum ipsis & schismaticis orare. 70
De eo, quod non liceat Christianis, obseruationes diuersas attendere. 71
De eo, quod non liceat Christianis, tenere traditiones gentilium, & obseruare lunæ aut stellarum cursus. 72
De eo, quod non liceat obseruare Kalendaras. 73
De eo, quod non liceat medicinales herbas cum aliqua obseruatione colligere. 74
De eo, quod non liceat Christianas in lanificijs aliquid obseruare. 75
De adulterijs. 76
De mulieribus fornicarijs, & abortum facientibus. 77
De homicidio voluntario, vel non voluntario. 78
De muliere, quæ duos fratres coniugio, & viro, qui duas sorores habuit. 79
De his, qui nuptias iterauerint. 80
De his, qui se cum animalibus commiscuerint. 81
De his, qui vsque ad finem vitæ in peccatis perdurant, & in exitu communionem petunt. 82
De his, qui intrantes ecclesiam, propter luxuriam sacramento se abstinent. 83
De excommunicatis. 84

Capitulum primum.

Non licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur: sed sit iudicium episcoporum, vt ipsi eũ, qui ordinandus est, probet, si in sermone & fide, & in spiritali vita edoctus sit.

2 Episcopum oportet maximè quidem ab omni concilio constitui. Sed si hoc aut pro necessitate, aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus tres colligantur, & omnium præsentium vel absentium subscriptiones teneantur, & sic postea ordinatio fiat. Huius autem rei potestas, in omni prouincia ad metropolitanum pertinet episcopum.

3 Non debet ordinari episcopus absque consilio & præsentia metropolitani episcopi.

pi. Aesse autem omnes oportet, qui sunt in prouincia sacerdotes, quos per suam debet epistolam conuocare. Et quidem si omnes concurrerint, benè: si autem hoc difficile fuerit, plures oportet occurrere. Qui autem non conuenerint, præsentiam sui per epistolas faciant. Et sic omnium factõ consensu, ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter, præter quod terminatum est à nobis, fuerit factum, talem ordinationem nihil valere decernimus. Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta, & aliquis cum malitia in aliquo cõtraxerit, plurimorum consensus obtineat.

4 Per singulas prouincias oportet episcopos cognoscere primatum metropolitani episcopi, & ipsum primatus curam suscipere: nihil autem agere reliquos episcopos præter eum, secundum quod antiquitus à patribus nostris constitutum continetur in canone. Propter quod & metropolitanus Episcopus nihil sibi præsumptiuè assumat absq; consilio cæterorum.

5 Si quis particeps alicuius fuerit ambitionis inuentus, siue episcopus, siue presbyter, vel diaconus, de inferiori ciuitate non transeat ad maiorem. Quod si quis contra hæc magni concilij constituta importunus extiterit, omni modo euacuetur huiusmodi factum, & suæ iterum restauret ecclesiæ, cui episcopus, aut presbyter, aut diaconus prius fuerat constitutus.

6 Episcopum à propria parochia non liceat transire in aliam, neque sua sponte introire, neq; inuitatum, neq; ab episcopo coactum: sed permaneat in loco, in quo à Deo est ordinatus, & in ea, quam sortitus est, ecclesia, secundum antiquum canonum constitutum.

7 Si quis episcopus non per scripta metropolitani episcopi, aut qui cum eo sunt, rogatus, de alia prouincia in aliam venerit, sed præsumptiuè irruens ad ordinationem & constitutionem clericorum, qui ad illum non pertinent, importunus existat: vacua sint & inania, omnia quæ ab eo fuerint constituta. Ipse aut digna increpatione excommunicetur, & alienetur à sancto concilio.

8 Episcopo non liceat, ante finem vitæ alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc vsurpare tentauerit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio & iudicatu episcoporum, qui post exitum præcessoris potestatem habent dignum eligere.

9 Si quis Episcopus vacans, in ecclesiam non habentem episcopum subrepens, populo sine concilio integri ordinis irruerit, etiã si populus, quem seduxit, desideret illum, alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem & perfectum concilium dicimus illud, in quo metropolitanus episcopus fuerit.

63. dif. Non licet popul.

Dif. 64. Episcopi oportet maximè

Dif. 65. Non debet ordi.

9. q. 3. Per singulas prouincias

*abominet

8. q. 1. Episcopo non

*furripiens

92. dif. Si q^s ordinatus

10 Si quis episcopus ordinatus per con-
tentionem populi, aut pro aliqua ratione,
& non pro sua culpa, in parochiam, quæ ei
fuerit data, nõ ierit: hunc oportet honorem
sacerdotij tantummodo contingere, ita vt
de rebus ecclesiæ, in quam conuenit, nihil
sibi præsumat. Sustinat autem, quid de eo
sanctum concilium iudicare voluerit.

11 Si quis episcopus ab episcopo ordina-
tus, noluerit agere sacerdotium, neque con-
fenserit in sibi commissa ecclesia ambulare,
istum talem excommunicari oportet. Quod
si coactus confenserit, sanctum concilium,
quod placet, de eodem terminet.

12 Si quis episcopus ordinatus fuerit, &
non vult ipsam parochiam suscipere, in qua
nominatus est, sed alibi vult ordinari, & vim
facit, ac seditiones concitat contra eos, qui
illum ordinauerunt, hunc ab honore oportet
remoueri. Si autem in pristino honore
presbyterij vult stare, non vetetur, vt gra-
dum, quem habuit, retineat. Quod si relu-
ctatus fuerit, etiã ab honore presbyterij
deponatur.

6. q. 4. Si q^s ep^s

13 Si quis episcopus in aliquibus causa-
tionibus iudicatur, & viderit ipsos episco-
pos, qui in prouincia sua sunt, inter se iudi-
cio discrepare, & alij videantur, eum, qui iu-
dicatur, iustificare, alij condemnare: pro de-
finitione huius diffensionis hoc placuit san-
cto concilio, vt de prouincia vicina alter
metropolitanus conuocetur episcopus, vt
per eum confirmetur, quod secundum re-
ctum placuerit canonem.

10. q. 2. Si q^s ep^s nulla

14 Si quis episcopus, nulla ecclesiasticæ
rationis necessitate compulsus, in suo clero,
aut vbi forte non est presbyter, de rebus ec-
clesiasticis aliquid præsumpsit vendere: &
res ipsas ecclesiæ propriæ restaurare cogat-
ur, & in iudicio episcoporum deiciatur au-
ditus, & tanquam furti aut latrocinij reus,
suo priuetur honore.

Ecc. 23. c. 12. q. 1. Mani-
festa aut

15 Quæ sunt ecclesiæ, conseruari cum
omni diligentia, & bona conscientia, & fide
Dei, (qui omnia videt & iudicat) & guber-
nari oportet cum iudicio & potestate epi-
scopi, cui & omnis populus, & congregatio
commissa est animarum. Manifesta autem
debent esse, quæ ad ecclesiam pertinent, in
conscientia eorum, qui circa episcopos sunt
& presbyteri & diaconi, vt hi omnes sciant,
quæ sunt ecclesiæ propria: vt si Episcopi
contigerit transitus, eos nihil latere possit
ex his, quæ ad ecclesiam pertinent, vt nullo
modo possit minui & perire. Neque res pro-
priæ episcopi, debent importunitatem pro
rebus ecclesiæ pati. Dignum verò & iustum
est apud Deum & homines, vt ea, quæ epi-
scopi propria sunt, cui voluerit, derelin-
quat: & quæ ecclesiæ sunt, eidem confer-
rentur ecclesiæ: vt nec ecclesia patiatur da-
mnum, neque Episcopus pro rebus ecclesiæ
in suis proferbatur, nè post eius obitum in

TOM. 2.

causas incidant, qui ad eum pertinent, nec
ipse in maledictum incidere videatur.

16 Episcopus habeat potestatem in re-
bus Ecclesiæ, vt dispenset necessitatem ha-
bentibus, cum omni reuerentia & timore
DEI. Participare etiã eum oportet, quæ
necessaria sunt, si tamen ipse, aut qui cum eo
sunt fratres, indigerint aliquo, vt necessi-
tatem nullo modo patiantur, secundum
sanctum Apostolum dicentem, *Vitæ & te-
gumento, his contenti simus.* Si autem res
ecclesiasticas episcopus in suas voluntates
vsurpare voluerit, & loca ecclesiæ, & fructus
agrorum non cum presbyterorum vel dia-
conorum consilio contaminauerit, aut fra-
tribus vel filijs, vel quibuscunque propin-
quis suis dederit potestatem, vt per eos la-
tenter lædantur res ecclesiæ, hunc oportet
obnoxium esse concilio. Similiter si episco-
pus vel qui cum eo sunt presbyteri aut dia-
coni accusentur, quia quæ vel ex reddito,
vel ex quolibet actu ecclesiæ veniunt, in si-
nus suos colligunt, & pauperes fraudant, &
fame conficiunt: hos corripit oportet, se-
cundum quod ordinatum fuerit à sancto
concilio.

1. Tim. 6. b

17 Si quis presbyter, aut diaconus, in-
uentus fuerit aliquid de ministerijs ecclesiæ
venundasse, quia sacrilegium commisit, pla-
cuit, eum in ordinatione ecclesiastica non
haberi. In iudicio tamen episcopi dimitten-
dus est, siue indignus in suo recipi debeat
gradu: quia multoties hoc ipsum, quod de
sacro sancto altario contaminatum est, id cum
episcopi potestate dimissum est.

18 Propter ecclesiasticas curas & alter-
cationum solutiones, bene placuit, per sin-
gulas prouincias bis in anno concilium fieri,
conuocante metropolitano Episcopo
omnes prouinciæ episcopos, ita vt ad concilium
precedant omnes presbyteri & dia-
cones, vel hi, qui se laicos existimant, vt in con-
cilio causæ examinatae, ad iustum iudiciũ
perducantur. Et si qui manifestè episcopi, vel
presbyteri, aut diaconi inuerti fuerint in of-
fensa, secundum rationem excommunicen-
tur, quandiu cõmuni consensu de his placu-
erit dare sententiam. Nulli autem episcopo
propria apud semetipsum concilia facere,
præter eos, quibus metropoles sunt credite.

19 Ad concilium conuocatus episcopus,
non debet contemnere, sed ire, & ea, quæ ad
vtilitatem ecclesiæ vel cæterorum pertinet,
aut docere, si nouit: aut doceri, si nescit. Nã
si contempserit ire, extra ægritudinem, reus
erit fraterni concilij.

20 Si quis triginta ætatis suæ non imple-
uerit annos, nullo modo presbyter ordina-
tur, etiã si valde sit dignus: quia & ipse vo-
minus trigesimo anno baptizatus est, & sic
cepit docere. Oportet ergò eum, qui ordi-
nandus est, vsq; ad hanc ætatem legitimam
conseruari.

21 Si

Lu. 3. c. 4. c

21 Si

55. dif. Si q^s p. ag. Et ita dec. Iuo. li. 3

21 Si quis pro ægritudine naturalia à
medicis habuerit secta, similiter & qui à bar-
baris aut dominis stultis fuerint castrati, &
moribus digni fuerint visi, hos canon ad-
mittit ad clericatũ officium promoueri. Si
quis autem sanus, non per disciplinam reli-
gionis & abstinentiæ, sed per abscissionem
plasmati à Deo corporis exultimans posse à
se carnales concupiscentias amputari, ca-
strauerit se, nõ eum admitti decernimus ad
aliquod clericatũ officium. Quod si iam
ante fuerit promotus ad clerum, prohibi-
tus, à suo ministerio deponatur.

1. Tim. 3. d

22 Neophytus, si baptizatus fuerit iam
ætate legitima, non continuo licebit, eum
ad ecclesiasticum ordinem promoueri: quia
oportet illum prius doceri, quod possit do-
cere, & multo tẽpore post baptismum pro-
bari, vt bene probatus veniat ad clerum, se-
cundum præceptum Apostoli, dicentis: *Nõ
neophytum, nè forte in superbiam elatus,
in iudiciũ incidat & laqueum diaboli.* Si
autem succedente tempore, in aliquo graui
peccato à duobus vel tribus fuerit deuictus,
depositus de gradu suo, cesset à clero. Si
quis contra hanc regulam facere præsum-
pserit, quod sit contrarius magni concilij,
proijciatur à clero.

23 Expõnitens, tantum si necessitas aut
vltus exegerit, inter ostiarios prius depute-
tur, vel inter lectores, ita vt Euangelia vel
Apostolum nõ legat. Si quis autem ante or-
dinatus est, inter subdiaconos habeatur, ita
vt manus non imponat, aut sacra contingat.
Expõnitetẽ enim dicimus eum, qui post
baptismum pro homicidio, aut pro diuersis
criminibus aut grauissimis peccatis, publi-
cam pœnitentiam sub cilicio gerens, diuino
fuerit reconciliatus altario.

24. dif. Si q^s presbyter

24 Si quis presbyter aut diaconus, sine
aliqua examinatione ordinati sunt, aut cer-
tè, cum discuterentur, criminosa peccata
confessi sunt, aut post ordinationẽ ab alijs
sunt detecti, abijciantur ex clero. Similiter
verò & de vniuerso ordine clericorum ser-
uetur. Nam hoc sibi, quod irreprehensibi-
le est, sancta & catholica defendit Ecclesia.

* nõ cõfessi sunt, & post

15. q. 8. Si q^s presb. ante

25 Si quis presbyter ante ordinationem
peccauerit, & post ordinationem peccatum
confessus fuerit, quod ante errauerit, non
offerat, sed tantum pro religione nomẽ pre-
sbyteri portet. Si autem non ipse confessus,
sed ab alio publicè fuerit cõuictus, nec hoc
ipsum habeat potestatem, vt nomẽ presby-
teri portet. Similiter & de diaconibus ob-
seruandum est, vt si ipsi confessi fuerint, or-
dinem subdiaconi accipiant.

50. dif. Si q^s viduam,

26 Si quis viduam, aut ab alio dimissam
duxerit, non admittatur ad clerum. Quod si
obrepserit, deiciatur. Similiter si homici-
dij aut facti, aut præcepto, aut consilio, aut
defensione, post baptismum conscius fue-
rit, & per aliquam subreptionem ad clerica-

TOM. 2.

tum venerit, deijciatur, & in finem vitæ suæ
communione recipiat.

27 Si quis presbyter, aut diaconus fue-
rit fornicatus, aut mœchatus, proijciatur, &
agat pœnitentiam.

28 Si alicuius laici vxor in adulterio fue-
rit deprehensa, hic talis ad ministerium ec-
clesiasticum nullo modo adducatur. Si au-
tem post ordinationem alicuius clerici vxor
adulterata fuerit, dimittat eam. Si autẽ cum
ipsa voluerit permanere, à ministerio alicuius
sit.

34. dif. Si laici vxor

29 Si qua vidua episcopi, vel presbyte-
ri, aut diaconi maritum acceperit, nullus de
ricus, nulla religiosa cum eo conuiuium su-
mat, nunquam communicet: morienti tan-
tũm ei sacramenta subueniant.

28. dif. Si qua vidua

30 De filia episcopi, vel presbyteri, siue
diaconi, si deuota fuerit, & maritum duxe-
rit, si eam pater vel mater in affectum rece-
perint, à communione habeantur alieni. Pa-
ter verò causas in concilio se nouerit præsta-
turum. Mulier verò nõ admittatur ad com-
munionẽ, nisi marito defuncto, egerit pœ-
nitentiam. Sin autem viuente eo recesserit,
& pœnituerit vel petierit communionem,
in vltimo vitæ deficiens accipiat commu-
nionem.

27. q. 1. De filia epi,

31 Deuotam peccantem, non recipien-
dam in ecclesiã, nisi peccare desierit: & de-
finens, egerit aptam pœnitentiã decem an-
nis, & recipiat communionem. Prius autem
quam in ecclesia admittatur ad orationem,
ad nullius conuiuium Christianæ mulieris
accedat. Quod si admissa fuerit, etiã hæc,
quæ eam receperit, habeatur absenta. Cor-
ruptorem etiã par pœna constringat. Quæ
autem maritum acceperit, non admittatur
ad pœnitentiam, nisi, adhuc viuente ipso
marito, castè vixerit, aut postquam ipse de
hac vita decesserit.

32 Nullus episcopus, neque presbyter,
neque diaconus, neque omninò aliquis ex
clero licentiam habeat intromittendi ad se,
quasi ad optuam aliquam mulierem, quasi
in loco filia, aut sororis, aut matris, nisi for-
tè fororẽ patris vel matris, & illas solas per-
sonas, quæ ab omni mala suspitione alienæ
sunt. Similiter & religiosi sceminis laicorũ
alienorum familiaritatem & consortium
prohibemus, eorum scilicet, qui nec Dei ti-
mori subiecti sunt, nec continentia retinẽt
disciplinam.

33 Si quis in contemptu positus presby-
ter, aut diaconus, vel quicumq; ex clero, re-
cesserit ab ecclesia sua, nullo modo in alia
suscipiatur ecclesia, sed omninò cõpellatur,
vt ad suam reuertatur ecclesiam. Si autẽ per-
manferit in superbia, & reuerti noluerit, ex-
communicetur & proijciatur. Si quis autem
episcopus ausus fuerit eũ ordinare in sua ec-
clesia, nõ consentiente episcopo suo, à quo
recessit, ordinatio illius vacua reputetur,

34 Si

34 Si quis presbyter, aut diaconus, aut aliquis de clero, propriam ecclesiam derelinquens, ad aliam ecclesiam vadit, & multo tempore ibi demoratur, omninò nunquam ministret in clero. Et si admonuerit eum episcopus suus, ut ad suam redeat parochiam, & redire noluerit: ubi est, ibi de officio suo deponatur, ita ut nunquam in suum reuertatur gradum, propter dissolutionis peccatum. Si autem episcopus alter eum receperit, qui de reatu eius est conscius, oportet ipsum episcopum sine increpatione in communi concilio non admitti, vt ecclesiasticum canonem vltra non soluat.

31. q. 5. Si q. 5. eps, pres.

35 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus excommunicatus, in concilio iniuste se queritur condemnatur, ad maiorum episcoporum conciliu reuertatur, & eorum inquisitionem & iudicium expectas, si quas se iustas causas habere putat, exponat. Si autem contempserit, & importans se palatio, aures principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit peruenire, neq; spem futuræ reconciliationis habebit.

*importunus

14. q. 7. Si q. 5. eps, siue

36 Si quis episcopus, siue alicuius episcopi presbyter, aut diaconus, in alicuius hæresis opinionem offenderit, & ob hanc causam fuerit excommunicatus: nullus episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio, porrecto fidei suæ libello, satisfaciatur omnibus, & ita liberam suam teneat purgationem. Hoc idem & de fidelibus laicis sit decretum, si in aliqua hæresis opinione fuerint nominati.

11. q. 3. Si q. 5. eps in

37 Si quis episcopus in concilio excommunicatus fuerit, siue presbyter aut diaconus à suo episcopo, & post excommunicationem præsumpserit siue episcopus ille, aut presbyter, vel diaconus, facere oblationem, vel matutinum aut vespertinum sacrificium, quasi in officio suo agere licet prius: non liceat ei, nec in alio concilio spem reconciliationis habere, nec vltra reconciliari, sed etiam eos, qui ei communicauerint, omnes ab ecclesia respici, maximè eos, qui sciebant eum esse deiectum. Si autem permanserit, turbas & concitans ecclesiam per forasticam potestatem, oportet eum sicut seditonarium, ab omni plebe expelli.

*recolligi,

*forinsecu

38 Presbyterum ad secundas nuptias coniuuiam fieri non oportet. Quod si hi, qui ad secundas nuptias veniunt, penitentiam postulent, quomodo presbyter ille potest esse, qui propter coniuuium interest tali coniugio?

27. dif. vinc. qui elig.

39 Diaconus, qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendi matrimonio, & dixerit, non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit, alienus sit à ministerio, & vacet à clero.

40 Non liceat, diaconum ante presbyterum

terum sedere, nisi cum iussione presbyteri.

41 Non liceat cuilibet ministeria tangere, nisi subdiacono, aut acolytho in secretario vasa Dominica.

23. dif. Non lic. cuilib.

42 Non liceat, mulieribus in secretarium ingredi.

43 Lector, si viduam alterius uxorem acceperit, in lectoratu permaneat. Aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra. Similiter & si bigamus fuerit.

34. dif. Lector.

44 Si subdiaconus secundam duxerit uxorem, inter lectores vel ostiarios habeatur, ita vt Apostolum non legat.

34. dif. Si subdiac.

45 Non liceat in pulpito psallere, aut legere, nisi qui ab episcopo lectores sunt ordinati.

92. dif. Non lic. in pulp.

46 Si quis obligatus est tributo serui, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus, nisi probata vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit.

Dif. 54. Si quis oblig.

47 Si quis seruum alienum, causa religionis, doceat contemnere dominum suum, & recedere à seruitio eius, durissimè in omnibus arguatur.

48 Non liceat, in quadragesima natalitia martyrum celebrare, sed tantum sabbato & Dominica pro commemoratione eorum oblationem offerri. Sed nec natalitia, nec nuptias liceat in quadragesima celebrare.

33. q. 4. Non lic. in quad.

49 Non liceat ante duas septimanas Paschæ, sed ante tres ad baptismum suscipere aliquem. Oportet autem, vt in ipsis diebus hi, qui baptizandi sunt, symbolum discant, & in quinta feria nouissimæ septimanæ, hoc episcopo vel presbytero reddant.

De cõf. dif. 4. Non lic. ante

50 Non liceat quinta feria nouissimæ septimanæ, ieiunium soluere, & omnem ex-honorare Quadragesimam, sed syncerè abstinentes totam Quadragesimam peragere.

De cõf. dif. 3. Non lic. quin.

51 Omni tempore episcopo liceat Christisma conficere, & per suas dioceses destinare, ita vt ad dirigendum Christisma diaconus, aut subdiaconus ante diem Paschæ de singulis ecclesijs ad episcopum destinetur.

De cõ. di. 4. Omni temp.

52 Presbyter, præsentè Episcopo, non signet infantes, nisi fortè ab episcopo fuerit illi præceptum.

Ibidem.

53 Non liceat presbytero, prius Episcopo introire in baptisterium, sed cum Episcopo, nisi fortè aut absens fuerit, aut ægrotus.

Ibidem.

54 Si qua mulier prægnans desiderauerit gratiam baptismi percipere, quandò voluerit, habeat potestatem. Nam nihil participat in hoc mater infanti, qui nascitur, propterea quod vnus cuiusq; propria voluntas in confessione monstratur.

De cõ. di. 4. Si qua mul.

55 Non oportet, aliquid aliud in sanctuario offerri, præter panem & vinum, & aquam, quæ in typo Christi benedicuntur, quia dum in cruce pendèret, de corpore eius

De cõ. di. 2. Non op. aliq.

eius sanguis effluxit & aqua. Hæc tria vnnum sunt in Christo Iesu. Hæc hostia & oblatio Dei in odorem suauitatis.

Iohan. 19.

56 Forasticis presbyteris, præsentè episcopo vel presbyteris ciuitatis, offerre non liceat, neque ministrare in populo, nisi fortè illis absentibus.

57 Si quis presbyter, publica penitentia à sacerdote accepta, aut aliqua necessitate, die Dominica pro quadam religione iunauerit sicut Manichæi, anathema sit. Similiter, quia quod ab apostolis traditum est, canon tenet antiquus, placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies paschæ vsque ad quinquagesimam, non prosterant se in oratione humilitatis, sed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio, quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus.

30. dif. Si q. presbyter

Ibidem.

Ibidem.

*escarum à carne

58 Si quis, non pro abstinentia, sed pro execratione escarum abstinet, placuit sancto concilio, vt prægustet: & sic, si vult abstinere, abstineat. Si autem spernit, ita vt olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens, nec suspicionem hæresis à se remouens, deponatur de ordine clericatus.

59 Non liceat sacerdotibus vel clericis, aliqua spectacula in nuptijs, vel in conuiuijs spectare: sed oportet, antequam ingrediatur ipsa spectacula, surgere, & redire indè.

*recedere

60 Non liceat, clericos incantatores esse & ligaturas facere, quod est colligatio animarum. Si quis hæc fecerit, de ecclesiæ proijciatur.

44. dif. Non lic. fac. vel

61 Non liceat, sacerdotes vel clericos, sed nec religiosos laicos, coniuuium facere de confortijs.

14. q. 4. Si quis oblitus Psal. 4.

62 Si quis oblitus timorem Domini, & sanctam scripturam, quæ dicit, Pecuniam suam non dedit ad vsuram: post hanc cognitionem magni concilij seuerauerit, & centesimas exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum quæserit, aut per diuersas species vini, vel frugis, vel cuiuslibet rei, emendo vel vendendo aliqua incrementa susceperit, depositus de gradu suo, alienus habeatur à clero.

92. dif. Si quis presb.

63 Si quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus, si intra ciuitatè fuerit, aut in quolibet loco, in quo ecclesia est, & ad quotidianum psallendi sacrificium, matutinis vel vespertinis horis ad ecclesiam non conuenerit, deponatur à clero, si tamen castigatus, veniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

64 Non liceat, quemlibet clericum die Dominico ab ecclesia absentè esse, sed Missarum solennijs interesse & ieiunio.

44. dif. Non lic. vel de.

65 Non oportet clericos vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire coniuuium, neq; aliquandò clericos, nisi hymno dicto, edere panem, & post cibos gratias auctori Deo referre.

TOM. 2.

66 Non oportet, clericos comam nutrire, & sic ministrare: sed attonso capite, patentes tibus auribus, & secundum Aaron, talarem vestem induere, vt sint in habitu ornato.

23. dif. Non oportet Exo. 22. a

67 Non oportet, psalmos compositos & vulgares in ecclesia dicere, neque libros, qui sunt extra canonem, legere, nisi solos canonicos noui & veteris testamenti.

68 Non oportet, clericos ignaros & presumptores, super monumenta in campum mysteria portare, aut distribuere sacramenta: sed aut in ecclesia, aut in basilica, ubi martyrum reliquæ sunt depositæ, ibi pro defunctis oblationem offerri.

De cõ. dif. 1. Non op. de.

69 Non liceat Christianis, prædica ad defunctorum sepulcra deferre, & sacrificare mortuis.

Ibidem.

70 Non liceat laicis vel clericis, ab hæreticis eulogias accipere, quia maledictiones magis sunt quam benedictiones. Neque liceat, aut cum hæreticis, aut cum schismaticis orare.

1. q. 1. Non lic. ceat cle.

71 Si quis Paganorum consuetudinem sequens, diuinos & fortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniat, vel lustrationes Paganorum faciant, quinque annis penitentiam agat.

26. q. 5. Non lic. Christianis

72 Non liceat Christianis, tenere traditiones gentilium, & obseruare vel colere elementa, aut lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo faciendam, aut propter segetes vel arbores plantandas, vel coniugia faciendam. Scriptum est enim: Omnia quæ facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.

Ibidem.

Col. 3. e

73 Non liceat iniquas obseruationes agere Kalendarum, & ocij vacare gentilibus, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc obseruatio, paganissimi est.

26. q. 7. Non lic. iniquas

74 Non liceat in herbarum collectionibus, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes aut incantationes attendere, nisi tantum cum simbolo diuino & oratione dominica, vt tantum Deus creator omnium & Dominus honoretur.

26. q. 5. Non lic. Christianis

75 Non liceat, mulieres Christianas aliquam vanitatem in suis lanificijs obseruare, sed Deum inuocent adiutorem, qui eis sapientiam texendi donauit.

Ibidem.

76 Si cuius vxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem irruerit, septem annis penitentiam agat.

77 Si qua mulier fornicata fuerit, & infantem, qui exindè fuerit natus, occiderit: & quæ studuerit abortum facere, & quod conceptum est, necare: aut certè, vt non concipiat, elaborat, siue ex adulterio, siue ex legitimo coniugio: has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreuerunt: nos tamen pro misericordia, siue

SSS tales

Di. 50. Si q's

tales mulieres, siue cōscias scelerum ipsorū, decem annis agere pœnitentiā iudicamus.

78 Si quis voluntariè homicidium fecerit, ad ianuā ecclesię catholicę semper subiaceat, & communionem in exitu vitę suę recipiat: si autem non voluntariè, sed casu aliquo homicidium fecerit, prior canon septē annis agere pœnitentiā iussit, secundus canon quinque mandauit.

79 Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores habuerit, à communione abstineantur vsque ad mortem. In morte autem eis cōmuniō pro misericordia detur. Si verò superuixerint, communionē accepta, & de infirmitate cōualuerint, agant plenam pœnitentiā tempore constituto.

80 Si quis multis nuptijs fuerit copulatus, pœnitentiā agat: cōuersatio autem & fides pœnitentis, compendiat tempus.

81 Si quis ante 20. annos in cuiuslibet animalis commixtione peccauerit, 15. annis in humilitate subiaceat ad ecclesię ianuam: & post hos alij quinque annis in orationis communionem receptus, pœnitentiā agat, & sic gratiam suscipiat sacramenti. Interrogētur autem alij de eo, qualem vitam in pœnitentiā egerit, & sic communionis misericordiam consequatur. Si quis autem post 20. annos habens uxorem, huic peccato irruerit, 25. annis humilitati subiaceat, & quinque annis orationibus tantum communicans, postea recipiat sacramentum. Quod si hanc mensuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum in exitu consequatur. oportet autem tales inter demoniosos orare.

26. q. 6. Si q's de corpore

82 Si quis de corpore exiens, nouissimum & necessarium communionis viaticum expectit, non ei denegetur. Quod si in desperatione positus, post perceptam communionem iterum sanus fuerit factus, tantum in oratione particeps sit. Nam non accipiat sacramentū, donec constitutum pœnitentię impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentū, cum consideratione & probatione episcopi accipere debent.

De cō. di. 2. Si quis intrat non audit

83 Si quis intrat ecclesiam Dei, & sacras scripturas audit, & pro luxuria sua auertit se à communione sacramenti, & in obseruandis mysterijs declinat constitutam regulam disciplinę: illum talem, proijciendum de ecclesia catholica esse decernimus, donec pœnitentiā agat, & ostendat fructum pœnitentię suę, & possit communionem, percepta indulgentia, promereri.

84 Non liceat cōmunicare excōmunicatis, neq; in domos eorū introētes orare cū eis, neq; liceat cū eis in aliqua ecclesia segregari. Si quis autē epus aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ecclesiasticus excōmunicato communicauerit, quasi perturbans omnem disciplinā ecclesiasticā, excōmunicetur.

TOM. 2.

Explicit liber exceptorum sancti Martini Bracarenfis episcopi, ex synodus Orientalium. Vbi obiter admonendus est lector, permultis locis in Gratiani Decreto citari hæc capitula tanquam Martini Papae, cum sit potius tribuenda huic collectioni Martini Episcopi Bracarenfis.

GESTA THEODORI PAPAE.

Ex libro pontificali.

Heodorus natione græcus, ex parte Theodoro episcopo de ciuitate Hierosolyma, sedit annos 6, menses 5, dies 18. Hic fuit amator pauperum, largus, benignus super omnes, & multum misericors. Huius temporibus Mauricius chartularius, per quem multa mala operatus est Isacius patricius, cum iam increuisset peccata eius, beato Petro apostolo, ut eum hæreditaret ignis inextinguibilis, consilio ductus superscriptus Mauricius, cum ipsis, cum quibus antea deualauerat ecclesiam Dei, intartizauit aduersus Isacium patricium, & misit per omnia castra, quæ erant sub ciuitate Romana per circuitum, & congregauit eos, & constrinxit se cum ipsis in sacramento, ut deinceps nullus ex ipsis, debuisset obedire Isacio, neque hominibus eius. affirmabant enim, quod sibi regnum usurpare uoluisset. Audiens hæc Isacius patricius, eod quod Mauricius cum omni exercitu Italia se sacramento constrinxissent, misit Donum magistrum militum & facellarium suum ad ciuitatem Romanam cum exercitu. Qui ueniens in ciuitatem Romanam, omnes iudices seu exercitus Romanus, qui prius se cum Mauricio sacramento constrinxerant, timore ducti, dimittentes Mauricius chartularium, omnes se cum Dono dederunt. Et ingresso eo Romam, fugit Mauricius ad beatam Mariam ad Præsepe. Quem tollentes de ecclesia, miserunt boiam in collo eius, similiter & omnibus, qui in cōcilio cum ipso fuerant. Et in boiatos, misit eos Rauennam per manus Maurini Scribonis & Thomati chartularij. Qui ducentes eos, peruenerunt iuxta ciuitatem Rauennatē, in loco, qui dicitur Ficucias, duo decimo milliario à ciuitate, & ibi decollauerunt Mauricius, quic sic in mandatis acceperant à supra dicto Isacio, ut uiuus ciuitatem Rauennatē non ingrederetur. Et postea quādam decollatus est, leuantes caput eius, portarūt eum Rauennam. Videns autem Isacius patricius caput Mauricij, gauisus est. Et fecit eum ad exemplum multorum in circo Rauennati in stipite poni. Illos autem, qui cum ipso directi fuerāt, omnes in boiatos, iussit sub arcta custodia in carcerem mitti, cogitans quomodo eos puniret. Sed cum hæc agerentur, mox Dei iudicio ipsis diebus percussus diuino ictu interijt Isacius, & mortuus est. Hi autē, qui re-

Anno Domini 636.

clu-

clusi erant, exeuntes de carcere, reuersi sunt singuli ad loca sua. Audiens hoc imperator, quia defunctus est Isacius, misit Theodori patricium exarchum, cui cognomentū Calliopa, ad regendam omnem Italiam. Ipsi temporibus venit Pyrrhus ex Africa, qui fuerat patriarcha Constantinopolitanus, in urbem Romam ad limina apostolorum. Qui ingressus, libellum obtulit cum sua subscriptione Apostolicę nostrę sedi in præsentia cuncti cleri & populi, condemnans in eodē libello omnia, quæ à se, vel à decessoribus suis scripta vel acta sunt aduersus immaculatā nostram fidem. His itaque ab eo peractis, fecit eum munera erogare in populo, & cathedram ei poni iuxta altare, honorans eum ut sacerdotē regię ciuitatis. Postea rursus more canis ad proprium impietatis vomitum repedauit. Tunc sanctissimus Theodorus papa conuocans uniuersos sacerdotes & clerum in ecclesiam beati Petri apostolorum principis, condēnauit eum sub vinculo anathematis, iuxta mercedem ac retributionē proprię transgressionis, canonicam pœnā siue depositionem decernens. Qui prædictus Pyrrhus, reuersus est in partes Orientis. eodem tempore leuata sunt corpora sanctorum martyrum Primi & Feliciani, quæ erāt in arenario sepulta via Numentana, & adducta sunt in urbem Romanam, quæ & recon-

data sunt in basilica beati Stephani Protomartyris. Vbi & dona obtulit, Gabatas aureastres, Tabulam ex argento ante confessionem, Arcus argenteos duos. Fecit & ecclesiam à solo, beato Valentino via Flaminia iuxta potem Miluium, quam & ipse dedicauit, & dona multa obtulit. Fecit & oratorium beato Sebastiano intra episcopium Lateranensē, ubi & dona largitus est. Fecit & oratoriū beato Euplo martyri forās portam beati Pauli apostoli, quod etiā ornauit. Tūc sanctissimus papa Theodorus scripsit Paulo patriarchę regię ciuitatis, tam rogās, quam que regulariter increpans, nec non per apocrifarios (ut dictum est) pro hac maximè destinatos, præsentialiter admonens & conuictans, quatenus proprium emēdaret commentum, atque ad orthodoxam fidem catholicę Ecclesię remearet. Et neque rogantes, neque increpantes potuerunt eum à suo conamine quoquo modo reuocare. Propter quod iustè ab Apostolica sede ipse depositionis ultione percussus est. Hic fecit ordinationem vnā per mensem Decembrem, presbyteros 21, diaconos 4, episcopos per diuersa loca numero 46. Qui etiā sepultus est ad beatum Petrum apostolum, pridè Idus Maias. Et cessauit episcopatus mensem vnū, dies 16.

TOLETANVM CONCILIVM VII. CIRCA TEMPORA THEODORI

papae, vel Martini primi. Est prouinciale.

CAPITVLA CONCILII VII.

- Toletani.
- De refugis atq; pfdis clericis siue laicis. 1
- De languoris euentu ministrantium clericorum. 2
- De exequijs morientis episcopi. 3
- De exactiōne ecclesiarum Gallicię prouincię. 4
- De reclusis inhonestis, siue vagis. 5
- De conuicinis episcopis in vrbe regia commorandis. 6

CONCILIVM SEPTIMVM Toletanum 30. Episcoporum.

38. CAPITVLVM I.

*quinto

Anno sexto Chindasindi regis, 5. Kalendas Nouemb. Cū in nomine sanctę Trinitatis, pro quibusdam disciplinis Ecclesiasticis, tam nostra deuotione, quā studio serenissimi & amatoris Christi Chindasindi regis nostri, apud Toletanam urbem conuentus adesset, competenter visum est, mutua collatione decernere, quod sollicitè conseruandum, & præsentibus & futuris commodis, nimium (ut confidimus) prodesse constabit: magisq; semper est magnoperè pro-

*cōseruati

TOM. 2.

uidendum, quicquid vel Ecclesiasticis moribus, vel publicæ utilitati (in quæ quieti non uiuimus) oportunum esse perpenditur. Nam licet & antè constitutiones canonum extent, quæ ad omnem possunt correctiōnem sufficere, si quis eas dignetur libenter attendere, tanto tamen luminis claritas amplius emicat, quanto fuerit studiosius sepius cōtrectata. Non parum proficit ad emendationem multorum, si dum ea, quæ constituta sunt, per fraternam collationem ad memoriam reducantur: & illa etiā adijciantur, quæ aut deesse uidentur, aut omninò constitutenda cōpetenter existimant. Quis enim nesciat, quanta sint hæc tenēs per tyrānos & refugas, transferendo se in externas partes, illicitè perpetrata, & quā nefanda eorum superbia iugiter frequentata, quæ & patrię diminutionem afferrent, & exercitui Gothorum indefinētem laborem imponerēt? Quod si quidem laicorum infania fuisset factum, tolerandum à nobis forsitan aliquoties uideretur. Illud tamen est uehementius stupendum, quia (quod peius est) tantę religionis proposito in hac interdū præsumptione præcipites efferunt, ut ad non leuem confusionem nostram pertineat, si res

SSS 2 VI-

*creditum

*præfiteri

vllatenus inulta remaneat, quam & mundana lege, & ecclesiastica conuenit instanter disciplina corrigere. Ideoque placuit nunc concordia sententia definire, vt quisquis in ordine clericatus à maximo gradu vsque ad minimum constitutus, in aliena gentis regionem se quacunq; occasione transduxerit, vt exinde superbiendo vel creditum suu, vel quodlibet aliud videatur expetere, siue etiam quo genti Gotthorum, vel patrie vel regno specialiter sub hac occasione possit nocere, vel fieri disposuerit, vel aliquatenus fecerit: sed & qui cum talibus conscius reperitur, eisq; vel consilium vel opem administrare cognoscitur, qualiter aut ad gentem alienam fugam appetent, aut in malis, quæ cœperant, perdurarent, seu quacunq; læsionem genti Gotthorum, vel patriæ, aut principi post fugam inferrent, atq; in eadem prauitate perseuerarent: quisquis hoc fecisse dinoscitur, iste ita indubitanter omni honoris sui gradu priuetur, vt locum eius, in quo ministrauerat, alter continuò perpetim regendum accipiat. Ipse verò transgressor sub pœnitentia constitutus, si reminiscens mali, quod fecerat, vsque in diem mortis suæ rectissimè pœnituerit, in solo tantum sine communico ei x danda est, ita vt antequam temp^o finis eius adueniat, si quisquam sacerdotum, etiam ordinante principe, ei communicare consenserit, participes criminis illius effectus, anathema fiat in perpetuum, ac simili cum eo, cui communicauerit, sententia condemnentur: quoniam potestati principis nullus sacerdotum in hoc prebere debet assensum, vnde vel periurium videatur incurere, vel (quod absit) si quicunq; catholice fidei præuaricator princeps surrexerit, sacerdos nullatenus fauore principis vel terrore, à rectæ credulitatis lumine ad tenebras cogatur reuerti. Sic enim nec super annexa capitula, vel imperijs principum vel terroribus oportebit vnquam euacuare, quia nouimus, omnes penè Hispaniæ sacerdotes, omnesq; seniores vel iudices, ac cæteros homines officij palatini iurasse, atque ita nunc legibus decretum fuisse, vt nullus refuga vel perfidus, qui contra gentem Gotthorum, vel patriam, seu regem agere, aut in alterius gentis societatem se transducere reperitur, integritate rerum suarum nullatenus reformetur, nisi forsitan princeps humanitatis aliquid personis talibus impartiri voluerit, qui tamen non amplius quam vigesimam partem rerum ei, qui perfidus extitit, de rebus, vnde rex elegerit, tribuendi potestatem habebit. Sed quia plerosque clericos incostantis leuitatis, interdum prauitatis præsumptio ita eleuat, vt prætermissa ordinis sui grauitate, ac polliciti sacramenti immemores, constante principe, cui fidem seruare promiserant, in alterius electionem temeraria leuitate consen-

TOM. 2.

tiant, abrogari decet hanc omninò licentiam, & à nostro consorcio penitus extirpari, ita vt si quicunq; laicorum, quandoquè intra fines patrie Gotthorum superbiès, regni apicem sumere fortasse tetauerit, eiq; clericorum quilibet adiutorium vel fauorem præstiterit, atq; hunc, qui superbire videtur, ad eandem regni ambitionem præuolente delicto peruenire cõtigerit, ex eo quidem die vel tempore eundem episcopum, vel cuiuslibet ordinis clericum, excommunicatum manere perpetim oportebit, qui tali se sceleri implicauit. Tamen si propter improbitatem principis, cui inique consensit, non potuerit instantia sacerdotum à communicatione suspendi, saltem si superstitem eum post eiusdem regis obitum tempus inuenierit, superiori anathematis correptioni subiaceat: & quicunq; illi, præterquam in vltimo vite suæ (si tamen eum legitime pœnitere probauerit) communionis gratiam cõsenserit impendendam. Nobis interim ratio persuasit, synodali super hoc constitutioe decernere, vt quicunq; etiam laicorum in prædictis capitulis, hoc est, in aduersitate gentis, aut patriæ, potestatisve regiæ, in externas partes se conferendo, vel talibus opem præbendo, noxius fuerit vltra repertus, non solum (vt dictum est) omniu reru suarum proprietate priuetur, sed & perpetua excommunicatione damnetur: & nunq; illi, nisi in vltimo mortis suæ communico tribuatur, excepto, si aliter communiois eius remedium, vel eoru quos supra taxauimus, imploratione sacerdotum apud principem fuerit impetratum. Nam si in derogationem aut contumeliam principis reperitur aliquis nequiter loqui, aut in necem regis seu electionem intendere, vel consensum præbere, nos quidè huiuscemodi excommunicatione dignum censemus: vtrum tamen sit illi quandoquè communicandum, pietati principis decernendum relinquimus, cuius, pculdubiò potestatis est, subiectorum culpas, misericordie iudicijq; sententia temperare. Contestamur autem clementissimos principes, & per ineffabile diuini nominis sacramentum obtestantes, vnanimiter obsecramus, nè quando cunquè absque iusta (vbi necesse fuerit) imploratione sacerdotali, excommunicationis huius sententiam à perfidis clericis, vel laicis ad externas partes se transferentibus, vel consensum præbentibus, quacunq; temeritate suspendant. Nam hoc magis vtilitatib; videtur ferre consultum, si constitutiois nostræ forma seruetur. Execrandum anathema fiat, & velut præuaricator catholice fidei semp apud Deum reus existat, quicunq; regum deinceps canonis huius censuram in quocunq; crediderit vel permiserit violandam.

2 Nihil contra ordinis statutum temeritatis ausu psumatur, neque illa, quæ summa veneratione censentur, vel minimo præsumptionis

7. q. 1. Nihil contra ordinis

Rom. 12, b

*sanctis statutis ca. 4. concilij Valentini in Hispania.

10. q. 3. Inter cetera denique que

ptionis tactu saluantur, cum ad hoc tatum fieri iusta sunt, nè interrumpi noscantur, vel languoris prouetu robore salutis priuetur natura. Non ergo fragilitati solum consultiur humane, sed etiam sacro honori mysteriorum Dei prouida cautur sollicitudine. Censuimus ergo conuenire, vt cum à sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis acciderit quilibet euentus, quo ceptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberu episcopo vel presbytero alteri, consecratioem exequet officij cepti. non enim aliud ad supplemētum initiatu mysterijs cõpetit, quam aut incipientis, aut subsequēntis completa benedictione sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine cõpleantur. Cum enim simus omnes vnū in Christo, nihil contrariu diuersitas format, vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei representat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici indiuiduum esse sibi nõ ambigant, sed (vt præmissum est) præcedentib; libenter alij pro complemento succedant, nè tamen, quod naturæ languoris causa cõsulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur, nullus post cibū potumq; qualibet minimum sumptum, Missas facere: nullus absque patētis prouentu molestiæ minister vel sacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præsumat omninò relinquere. Si q; hæc temerare præsumperit, excommunicationis sententiam sustinebit.

3 Ea, quæ competunt honestati, cõtingit sæpè quorundam desidia non impleri. Proinde, quia notum est, quæ dignitas in exequis morientis episcopi ex canonibus conseruetur, traditioni moris antiqui hoc tantum adijcimus, vt si quis sacerdotum secundum statuta concilij Valentini, ad humanda decedentis episcopi membra venire commonitus, pigra voluntate distulerit, appellatibus clericis obeuntis episcopi, apud synodum siue apud metropolitanam episcopum, tempore anni vnus nec faciendi Missam, nec communicandi habeat omninò licentiam. Presbyteri autem siue ceteri clerici, quibus maior honoris locus apud eandem ecclesiã fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exequis, aut iam mortui, aut continuò morituri antistitis, ad commonendum episcopum tardi inueniant, aut per quamcunq; molestiã animi id negligere cõprobentur, toti anni spatio ad pœnitentiã in monasterijs deputetur.

4 Inter cætera denique, quæ communis consensu nos conferri competet oportuit, querimonias etiam parochialium presbyterorum Galliciæ provinciæ solertissime discernere decuit, quas contra pontificum suorum rapacitates necessitas (vt compertimus) tandem compulsi in publicu examen deferri. Hi enim pontifices (vt euident

TOM. 2.

inquisitio patefecit) indiscreto moderamine, parochianas ecclesias prægrauantes, dū in exactiõibus superflui frequetèr existit, penè vsque ad exinanitionem extremæ virtutis, quasdam basilicas perduxisse probantur. nè ergo fiat decepto, quod cõstat hactenus inordinatè præsumptum, non amplius quàm duos solidos vnusquisq; episcoporum præfatæ provinciæ per singulas di-

Ca. 2. concilij Bracaren. 2.

*quingentarium

cesis suæ basilicas, iuxta synodum Bracarensem, annua illatione sibi expetat inferri, monasterioru tamen basilicis ab hac solutione pensionis seiunctis. Cum verò episcopus diocesim visitat, nulli præ multitudinè onerosus existat, nec vnquam quinarium numerum euectionis excedat, aut amplius quàm vna die per vnāquamque basilicam remorandi licentiam habeat. Quicunq; verò pontificum eorundem aliter, quàm decernimus, agendū præsumperit: correptioni proculdubiò canonu subiacebit, quia cõstitutionum synodalium transgressores prescoru patrū edictis corripiendos oportet.

5 Quosdam paternaru ignaros vel oblitos traditionum, in tantã conspicimus corruisse desidia, vt eorum execratio vsu penè oblita patefcat, quæ extiterunt legitime constituta. Dum enim indocti docere appetunt, quid aliud, q̄ quia ignorantie errore vexetur, ostendit? Et quia gressu pposito in nitentes, præsumptionem doctrinæ discendi studijs antepōnit: patet, q̄ nõ summæ humilitatis gratiã petit, sed actioni deprauationis inferuit. Ex hoc ergo iuste seueritatis talia decernetes oportuno amputare iudicio, iubemus eos, quos in cellulis proprijs reclusos sanctæ vitæ ambitio tenet: quosq; eiusdè sancti propositi & merita iuuant, & probitas ornat, hos & Dei auxilio, & nostro fauore tutos existere: illos verò, quos i tale ppositu ignauia impulsi, nõ p dētiē cognitio deputauit, quosq; nulla vitæ dignitas ornat, sed (quod est deterius) & ignorantia scædat, & moru execratio turpat, decernimus, ab his abijci cellulis atq; locis, in quibus aut ferunt vagi, aut tenent in clusu: atq; ab episcopis siue rectoribus monasteriorum, ex quoru cõgregatioe fuerunt, vel in quoru vicinitate consistunt, in monasterijs omnimodò deputetur, vt illic sancti ordinis meditates doctrinam, primū possint discere, quæ sunt à patrib; instituta, vt postea valeat docere, quæ sunt sancta meditatione percepta: atque tuc demum, si doctrinæ & sancti operis fructu extiterint fecundati, ad summa virtutis pperent exercitia, sancta intentione imbuti. Deinceps aut, quicunq; ad hoc sanctum ppositum venire disposuerint, nõ aliter illis dabitur assequi: nec hoc antea poterunt adipisci, nisi prius in monasterijs instituti, & secundum sanctas monasteriorum regulas plenius eruditi, & dignitatē honestæ vitæ, & notitiam potuerint sancte pmeri

SSS 3 reri

reri doctrinae. Illos autem, quos tantum extrema vesania occupavit, ut incertis locis vagi, ac morum depravationibus inhonesti, nullam prorsus nec stabilitatem sedis, nec honestatem metis habere extiterint cogniti, quocumque ex sacerdotibus vel ministris, vagantes repererint aut, si fuerint propere, cenobiorum patribus corrigendos assignent: aut, si difficile est, pro sola honestate vigoris suae potestati erudiendos inclinent.

6 Id etiam placuit, ut pro reuerentia principis, ac regiae sedis honore, vel metropolitani civitatis ipsius, & consolatione conuicini Toletanę vrbis episcopi, qui eiusdem pontificis admonitionem acceperint, singulis per annum mensibus in eadem vrbe debeant commorari, messius tamē ac vindemialibus feriis relaxatis. Nos autē immortali deo, & glorioso Chindasvindo principi, ob cuius votum in hanc urbem sancta deuotione conuenimus, gratias vnanimiter offerentes, optabili annisu deposcimus, ut sanctae Ecclesiae catholice fidei semper ac pacis cumuletur effectus, & memorato principi cum prosperitate presentis regni, futuri etiam largiantur praemia gaudij, ipso prestante, qui in Trinitate vnus deus viuunt & gloriatur in secula seculorum. Horotius in Christi nomine sancte Emeritensis ecclesiae metropolitanus episcopus, haec constituta definiens subscripsi. Similiter & alij episcopi subscripserunt, numero 38.

MARTINI

PAPAE PRIMI GESTA.

Ex libro pontificali.

Anno Domini 643. elij, 647.

Martinus de ciuitate Tudertina prouinciae Tusciae, sedit annos sex, menses vnus, dies vigintifex. Huius temporibus Paulus Constantinopolitanae vrbis episcopus, inflat superbia spiritum aduersus rectum sanctae Dei Ecclesiae dogma, audacter praesumpsit paternis definitionibus contraire. Insuper studuit ad cooperimentum proprii erroris, quibusdam subreptionibus, ut & clementissimo principi suaderet Typum exponere, quo catholicum dogma destrueret. In quo Typo omnes omnino voces sanctorum patrum, cum nefandissimorum haereticorum & dictionibus enervauit, nec vnā, nec duas voluntates aut operationes in Christo Domino nostro definiens cōfiteri. Quae de re huiusmodi prauitate suam defendens, quod nunquam nec a prioribus haereticis praesumptum est, ipse illicite praesumere studuit, intantum, ut altare sanctae nostrae sedis Apostolice, quod erat in domo Placidiae sacratum, in venerabili oraculo, subuertens, diriperet, prohibens ne adorandam & immaculatam hostiam apocryphorum nostri ibidem Deo offerre valeant, nec communio sacramenta percipere. Qui videlicet apocryphorum, quia ex praerceptione Apostolicae Au-

TOM. 2.

thoritatibus commouerunt eum, ut de tali heretico intentu recederet, nec non & contentari visi sunt, persecutionibus diuersis, cum alijs orthodoxis viris & venerabilibus sacerdotibus, infectus est eos, quosdam eorum custodiae retrudens, alios in exilio deportans, alios autem verberibus submittes. Quibus penē omnem mundum conturbantibus, ex diuersis locis queras contra eos ad Apostolicam nostram sedem plurimi orthodoxi detulisse monstrant, coniurantes, ut totius mali, tantaeque euerfionis per apostolicam auctoritatem abscinderetur commentum, quatenus minimē totius corpus catholice Ecclesiae, nocibilis eorum haereseos languor dirumpere valeat. Tunc Martinus sanctissimus ac beatissimus episcopus Lateranensis, congregauit episcopos in urbem Romanam, numero centum quinque, & fecit synodum secundum statuta patrum orthodoxorum in ecclesia saluatoris, iuxta episcopium Lateranensem, residentibus episcopis & presbyteris, adstantibus diaconibus & clero vniuerso, & condemnauerunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum & Paulum patriarchas Constantinopolitanos, quia nouitates contra immaculatam fidem praesumpserunt innectere: quippe quoniam ipsam excludere properantes, haereticorum dogmatum contra catholicam Dei Ecclesiam confusionem concinnauerunt, anathematis vltimo perculli sunt. Quae synodus hodie archiuo ecclesiae continetur. Et faciens exemplaria, per oēs tractus Orientis & Occidentis direxit, & per manus orthodoxorum fidelium disseminauit. Ipsi diebus imperator direxit in Italiam Olympium cubicularium ad regendam omnem Italiam, sciens ei, & dicens: Oportet gloriam tuam, sicut nobis suggessit Paulus patriarcha huius ad deo conseruanda vrbis, peragere: & si quidem inuenieris prouinciam ipsam consentientem in Typo a nobis exposito, tenere oēs, qui ibi sunt, episcopos & haereticos possessorum atque habitatorum, & peregrinos, & in eodem subscribat: Si autem quomodo nobis suggessit Platon gloriosus patricius & Eupraxius gloriosus, potueritis suadere exercitui ibidem consistenti, iubemus tenere Martinum, qui hic erat apocrypharius in regia vrbe: & postmodum per omnes ecclesias relegere eum, qui factus est a nobis orthodoxus Typus, & oēs episcopi Italiae in ipso subscribant. Si autem inuenieritis contrarium in tali causa exercitum, tacitum habetote, donec obtinueritis prouinciam, & potueritis vobis exercitum aggregare tam Romanę ciuitatis, quamque Rauennatis, ut ea, quae vobis praercepta sunt, quanto cyus explere valeatis. Qui praedictus Olympius veniens in ciuitatem Romanam, inuenit sanctam Romanam ecclesiam coadunatam cum omnibus episcopis Italiae, seu sacerdotibus vel clero. Et volens adimplere

Lateranensis synodus.

exercitibus virtute

ea, quae ei iussa sunt, armans se cum exercitu virtutis, voluit schisma sanctae Ecclesiae intromittere, (hoc per plurimum tempus actum est) & non illum permittit omnipotens Deus, quae nitebatur perficere. Videns ergo se a sancta Dei catholica & apostolica Ecclesia superatum, necesse habuit, de sua quasi mala intentione declinare: & quod non potuit per manum armatam facere, subreptionis modo per Missarum solennia nifus est implere. In Ecclesia enim dei genitricis, semperque virginis Mariae ad praesepse, dum ei communionem porrigeret sanctissimus papa, voluit interimere eum, ut demandauerat suo spatario. Sed Deus omnipotens, qui solitus est seruos suos orthodoxos circumtegere, & ab omni malo eripere, ipse excaecauit spatarium Olympij exarchi, & non est permittus videre pontificem, quando ex archiepiscopo communionem porrexit, vel pacem dedit, ne sancta eius effunderetur, & catholica Dei Ecclesia haerese subiugetur. Quod postmodum praedictus armiger diuersis cum iurando professus est. Videns ergo Olympius exarchus, quia manus Dei circumtege-


panem

bat Martinum sanctissimum papam, necesse habuit se cum pontifice concordare, & omnia quae ei iussa fuerant, eidem viro indicare. Qui facta pace cum sancta Dei Ecclesia, colligens exercitum, profectus est Siciliam aduersus gentem Sarracenorum, qui ibidem inhabitabant. Et peccato faciente, maior interitus in exercitu Romano peruenit. Et post hoc idē exarchus morbo interijt. Deinde directus est ab Imperatore Theodoro exarchus, cui cognomentum Caliope, cum Theodoro imperiali cubiculario, qui & Pellurius dicebatur, cum iussione: & tollentes sanctissimum Martinum papam de ecclesia saluatoris, quae & Constantiniana appellatur, perduxerunt Constantinopolim, & nec sic eis acquieuit. Deinde directus est saepius dictus sanctissimus vir in exilio, in loco, qui dicitur Cersona, & ibidem (ut Deo placuit) vitam finiuit in pace Christi confessor. Qui & multa mirabilia operatur vsque in hodiernum diem. Fecit autem ordinationes duas per mensem Decembriū, presbyteros 11, diacones 5, episcopos per diuersa loca, numero 33. Depositionis eius celebratio, 15. Kalē Octobris.

CONCILIVM LATERANENSE ROMANVM SVB MARTINO PAPA I.

INCIPIT SECRETARIVS I.

IN NOMINE DOMINI DEI
Saluatoris nostri IESV CHRISTI,
Imperij domini Constantinij
pijssimi Augusti anno nono, sub
diuinitio Nonas Octobris,
Indictione Octaua:



Residente sancto ac beatissimo Martino Papa sanctae sedis apostolice vrbis Romae, positus sacrosanctis & venerabilibus euangelij in Ecclesia Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, quae vocatur Constantiniana, residentibus etiam viris venerabilibus, pariterque cum eo audientibus, Maximo sanctissimo Aquileiensi episcopo, Deus dedit sanctissimo Caralitano episcopo, Mauro Casenate episcopo, & Deus dedit presbytero, agentibus locum Mauri sanctissimi episcopi Rauennatis ecclesiae, Sergio Tempfanensi episcopo, Reparato Manturiani episcopo, Epiphano Albanensi episcopo, Benedi-

TOM. 2.

cto Aiaceno episcopo, Iuliano Hostano episcopo, Papinio Vibonensi episcopo, Maximo Pisarenensi episcopo, Luciano Leoninensi episcopo, Viatore Hortonensi episcopo, Bonito Formiano episcopo, Maioriano Prenestino episcopo, Germano Numanensi episcopo, Laurētio Perusio episcopo, Carolo Faralitano episcopo, Martiano Mebiensi episcopo, Barbato Sutrinio episcopo, Calumnioso Alesino episcopo, Romano Cebellitano episcopo, Peregrino Mesanensi episcopo, Crescente Lucrentiensi episcopo, Felice Agrigentino episcopo, Marcellino Clusino episcopo, Geminiāo Volaterrano episcopo, Mariniano Populoniensi episcopo, Luminoso Tiferni-tiberinorum episcopo, Potentino Belliternensi episcopo, Mauro Tuscanensi episcopo, Martino Gaunate episcopo, Adeodato Spoletano episcopo, Iohanne Pestano episcopo, Gaudioso Reatino episcopo, Laurentio Taurianensi episcopo, Iohanne Trapeiano episcopo, Luminoso Salernitano episcopo, Sabbatio Buxento episcopo, Iohanne Tarentino episcopo, Rufino Sipontino episcopo, Adeodato Amerino episcopo, Gaudioso Capuano episcopo, Bonito Feretinate episcopo, Mauro Senogalliesi episcopo, Mauroso Anconitano episcopo, Bono Ficuculensi episcopo, Fortunato Auximate episcopo, Thomate Lunensi episcopo, Bonito Feretispolimartio episcopo, Maximo Trocalitano episcopo, Paschale Blandanensi episcopo, Luminoso Marfori episcopo. Glo-

SSS 4 rioso

rioso Camerino episcopo, Detorato Tibur-
tino episcopo, Amabile Ostiensis episcopo,
Albino Portuensis episcopo, Palumbo Fun-
dano episcopo, Theodoro Contronensi
episcopo, Scholastico Fanensi episcopo,
Elia Lilybetano episcopo, Aquilino Assi-
sinati episcopo, Eusebio Atellano episco-
po, Martino Centumcellensi episcopo, Lu-
bentino Stabienfi episcopo, Mauro Senate
Episcopo, Lato Lucano episcopo, Theo-
doro Rosellano episcopo, Andrea Hydrun-
tensi episcopo, Iusto Tauromentano epi-
scopo, Felice Panormitano episcopo, Lau-
rentio Tuderino episcopo, Iohanne Carin-
nensi episcopo, Albino Signensi episcopo,
Augustino Squillacino episcopo, Iohanne
Rhegitano episcopo, Barbato Cumanano epi-
scopo, Felice Tarracinenfi episcopo, Opor-
tuno Anagnino episcopo, Firmino Blerano
episcopo, Iobiano Firmabo episcopo,
Anastasio Narnienfi episcopo, Theodoro
Tyndaritano episcopo, Sapientio Numen-
tano episcopo, Maximo Mesinati episcopo,
Gratioso Nepesino episcopo, Leontio Nea-
politano episcopo, Paschale Thermitano
episcopo, Oportuno Pisano episcopo, Do-
nato Marianensi episcopo, Bonoso Alerino
episcopo, Peregrino Lyparitano episcopo,
Boethio Cornensi episcopo, Valentino Tur-
ritano episcopo, Luminoso Bonensi episco-
po, Crescentio Libyensi episcopo, Step-
hano Popiliensi episcopo, Gallionisto Hadri-
anensi episcopo, Iohanne vico Sabinatense
episcopo, Potentio Polensi episcopo, Leontio
Fauentinate episcopo, Donato Sassinatense
episcopo, Iohanne Vnnogoritano episcopo,
Stephano Dorenfi episcopo, Iohanne Ga-
bolitano episcopo, & Victoriano Vralensi
episcopo, Theophylactus primus notario-
rum Apostolica sedis, dixit:

Penetrantem celos Iesum in omni verbo
& opere, vt condecet, imitando vestra vene-
randa beatitudo, congregavit ad se sanctos
eius sacerdotes, ordinantes testamentum eius
super sacrificium immaculatum in odorem
spiritualis suavitatis, propter commentatam
novitatis adinventionem, que utique inco-
gnita eis non est, sicuti nec alio cuiquam, in
quo zelus pietatis consistit. Veruntamen vt
ab ea subtiliter enarretur in auersione qui-
dem huiusmodi hereseos, conseruatione au-
tem orthodoxe fidei, pro quo videlicet re-
gulari Apostolicaque autoritate congregavit
eos beatitudo vestra: Ideoque, vt potest in sapi-
entia omnia perficiens, dignetur competen-
ter modum enarrare huius Deo placite in
idipsum conuocationis, quatenus gesta Syn-
odalia ordinabiliter initium consequantur,
adaperiens, vt condecet, rationem conuen-
tionis his qui congregati sunt, & president
sanctissimis sacerdotibus, quibus & presul-
get per magnam atque Apostolicam sum-
mitatem, prepositam omnibus sacerdotibus,

TOM. 2.

in vniuerso mundo consentientibus. Habens
igitur in se Dominum qui dixit, Aperi os
prudenter, vt adnunciet os vestrum laudem
eius, predicte rei intentum precipiat enar-
rare, quoniam, vt scriptum est, Audiens sa-
piens sapientior erit, & intelliges guberna-
culum possidebit, & docti inuenient satisfac-
tionem: precipue sciens cum omni subtili-
tate, quia hoc est preceptum Apostolicum,
& iudicium Deo Iacob. Paratos namque sem-
per esse ad satisfactionem omni poscenti vos
rationem de spe, que in vobis est, princeps
apostolorum beatus Petrus precepit. Sed &
propheta Ioel admonet, dicens: Canite tu-
ba in Sion, iubilate in monte sancto meo,
quia venit dies Domini. Clamate hoc, susci-
tate bellatores arma portantes cum ea san-
cti spiritus, in defensionem Catholicę Ec-
clesię, & destructionem totius iniquitatis.
Sic namque per sacram suam interlocutione
confortauit eos amplius, vt & infirmus di-
cat, Quia fortis ego sum: & mansuetus, quia
bellator sum ad expurgationem eleuate su-
perbie contra scientiam Dei, & confirma-
tionem diuinorum dogmatum, quibus ca-
tholica ecclesię patres, sanctę que & vniuer-
sales quinq; Synodi Domini nostri & Iesu
Christi fidem firmauerunt: per quem
& in quem incipiens & perficiens propo-
situm pro eo spiritale certamen, glorie & lau-
dis corona circūdabitur, vt potest pietatis ad-
uocatus & auxiliator verissimus.

*MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus episcopus sanctę Dei Ec-
clesię Catholice atque apostolice vrbis
Romę, presidens sancto Concilio,
dixit:*

Euangelicus & omnibus hominibus sa-
lutaris sermo, qui secundum virtutem
sue diuinę predicationis orbis terrarum fi-
nes complexus est, volens manifestare mi-
nistros & predicatores sollicitos esse, nos
dūtaxat, q̄ Christiani populi pastoris susci-
pere meruimus officium, & sacerdotij diui-
nę incarnationis summaque dispensationis,
per quam nostram adsumes mirifice reno-
uauit naturam, demonstrauit, sicut nostis,
reuerendissimi fratres, pastores vigilantes
& conseruantes custodias noctis: tunc vide-
licet, quando sine femine conceptus, incor-
rupte de virgine processit ipse, qui propter
nos incarnatus est Deus, quibus & testatur
Euangelista, dicens: Et festinantes venerūt, ibid.
& videntes cognouerūt de verbo, quod di-
ctum est eis. Et omnes qui audierunt mirati
sunt de his, quę dicta sunt a pastoribus, quos
& gloria Dñi de celo refulsit, & multitudo
militię celestis laudatium Dominum & di-
centium, Gloria in altissimis Deo, & in ter-
ra pax hominibus bonę voluntatis. Cum qu-
bus oportet & nos precipue, propter quos
hęc

Psal. 49.

Psal. 80.

Pro. 1.

1. Petr. 1.

Ioel. 1.

Ioel. 2.
for. 2. gala

Ibid.

Luc. 2.

hęc eadem scripta sunt, conseruantes cum
summa vigilantia & sollicitudine custodias
de ouili nobis commisso, id est, creditis no-
bis à Domino populis, in huius seculi nocte
conuenientes in vnum intellectum, eun-
demque sensum, sicut dicit beatus Paulus
Apostolus, ac si in aliqua spirituali Ber-
theleem, quę est catholica DEI & Apostolica
Ecclesiã, in qua ipse panis vitę firmius col-
locatur, quatenus cognoscere & intendere
in eo sermonem immaculate fidei debeamus,
quem firmius roborantibus nobis per-
traditis apostolicas paternasque promul-
gationes, ipsa Domini gloria cum militia
caelesti & laudibus emittat, atque mirentur
& in nobis Deum miraculorum omnes,
qui audiunt de pio nostro studio synceram
in Domino plenitudinem: quippe quoni-
am vera confessione in omnibus sanctis dei
ecclesijs erga omnes Christianos, qui purę
adorant eum cum muneribus, id est, pieta-
tis rectis dogmatibus, audientes eum diui-
nitus regnantem, falsi nominis quidam sa-
cerdotes conturbati sunt, atque difficultate
ducti circa fulgorem luminis, diuinam ei-
us confessionem nouis verborum adinuen-
tionibus, temporibus etiã nostris vel de-
cessorum nostrorum, studuerunt perimere:
Vnde & dolose eum decipiendo adorare
singentes, scripturas de eo & paterna testi-
monia corruptentes, falsę exposuisse no-
scuntur, in hereticam prauitatem conuer-
tentes ea. Qui autem sunt isti? Oportet nan-
que eos in aperto fieri manifestos. Quos
vos utique scitis dilectissimi, & apertissi-
me omnes cognoscent, qui orbem terra-
rum penę inhabitant. Nec enim in occulto
hęc peragere presumpserunt, nec in loco
terre obscuro, sicut ait beatus Esaias. Vti-
nam quidem latenter in semetipsos tatum-
modo hoc malum circumscripsissent, & nõ
publice atque in ecclesijs ad læsionem mul-
torum & euersione immaculate fidei præ-
dicassent in scripto: id est, Cyrus Alexandri-
næ ecclesię episcopus, & Sergius Constan-
tinopolitanus antistes, nec non & eius suc-
cessores Pyrrhus & Paulus, concurrentem
sibi vicissim habentes in hoc certamen. Et
Cyrus quidem ante hos decem & octo an-
nos, vnam operationem in Christo in eadẽ
Alexandrię vrbe definiens diuinitatis eius
& humanitatis, ad similitudinem Acepha-
lorum hereticorum, ordinando capitula
numero nouem in ambone predicans, cum
anathemate qui sic non saperet, impię pro-
mulgavit. Sergius autem per epistolam pro-
priam, ad denominatum Cyrum scriptam,
eandem similiter vnam operationem susci-
piens, cum eo irrationabili presumptione
ausus est confirmare: & non solum hoc, sed
etiã post aliquot annos eiusdem Cyri
nouę adinventionis, hoc est, per nupẽr du-

TOM. 2.

odecimam indictionem elapsam, hereticã
& ipse conscribens & ecclesię fidei, sub no-
mine tunc imperantis Heraclij, vnam in ea-
dem Saluatoris nostri, secundum impium
Apollinarem, voluntatem & operationem
instituit, ex hoc quod dicit imprudenter,
sequi operationem voluntatem. Certum
est namque, quod si sequitur operationem
voluntas, per hoc quod sequitur, id est, cum
vna voluntate sine dubio & præcedentem
confitetur. Dico autem confirmatam ab eo
in scripto vnam operationem, in hoc aper-
tissime sanctorum patrum abnegante con-
sonam doctrinam, intransgressibiliter defi-
nientium, quia quorum vna est operatio,
horum vna est & natura, & quia concurrunt
substantiã voluntas. Itã etenim beatus qui-
dem Basilius contra Eunomium scribens, Basilius,
ait: Quorum operatio vna est, horum essen-
tia vna est. Sed & beatę memorię Amphi-
lochio scribens ipse, ait: Qui me vidit, &
patrem meum vidit. Non figuram neque
formam, quia diuina natura ab omni com-
positione munda est: sed bonum volunta-
tis, quod concurrens naturę, simile parque,
magis autem hoc ipsum in patre & filio vi-
deri certum est. Sed & sapientissimus
Cyrillus in libro Thefaurorum sic ait: So-
lent enim quęque habent eandem opera-
tionem, eiusdem esse essentia: & differenti-
am naturę in his esse, impossibile est. In ser-
mone autem ad Hermiam facto, itã hic ipse
superfluum esse ait, & inceptum contra vo-
luntatem genitorem, aut voluntarię suspi-
cari patrem existere, sed potius naturaliter
& substantialiter. Est enim non contra vo-
luntatem, quęque est naturaliter concur-
rentem habens naturę voluntatem, esse quę
est. Quapropter diuinę quidem substantię
& naturę diuinę esse voluntatem, & opera-
tionem naturaliter censuerunt, humanę
autem naturę utique humanam, vt nõ per
vnam voluntatem & operationem, vnam &
naturam Deitatis & humanitatis Christi si-
militer cum errantibus & confundentibus
hereticis tradere videant, sed pię per vtran-
que eiusdem voluntatem & operationem,
vtranque nobis eiusdem predicarent na-
turam. Si enim vbi vnam naturalem opera-
tionem, & naturam vnam esse docent, uti-
quę vbi diuersę naturę sunt, diuersas esse
essentiales operationes docere noscuntur:
quoniam per differentiam naturę, differen-
tia naturalium operationum introducitur:
sicuti & per dissimilitudinem naturę, in-
dissimile operationis cognoscitur: & pro-
pter hoc vnam quidẽ, id est, diuinam & in-
cõditam naturam atque operationem, sic-
uti & voluntatem in patre & filio & spiritu-
sancto sanctę & consubstantialis adorandę
Trinitatis predicarunt. Duas autem
competenter naturas & operationes, sicut

&c

id est, ex-
positionem

Basilius,

Idem.

Iohan. 14.

Cyrillus.

Heretici
scripta diui-
na & patrum
corrupti.

Eh. 45.

& voluntates, diuinam dico & humanam, in vno eodemque sanctæ Trinitatis DEI verbo, propter nos incarnato, in vnitione inconfusam & indiuisam tradidisse monstrantur, id est, increatam, atque creatam, quoniam vtrunq; eandem naturaliter esse, impossibile est. Et hoc luculenter beatæ memoriæ Leo Apostolicæ Sedis præful in secunda epistola ad Leonem Imperatorem directâ, de voluntatibus eiusdem edocuit, dicens: Secundum quidem formam DEI, ipse & pater vnum sunt: secundum autem serui formam, non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius, qui misit eum, apertissimè nobis ostendens, secundum naturas, duas vnus eiusdemque CHRISTI DEI voluntates, per hoc quod dicit voluntatem formæ serui, quæ est humana eius voluntas, & per hoc quod dicit voluntatem eius, qui misit eum, quæ est secundum naturam diuinam. Sed & beatæ memoriæ Flauiano de operationibus eiusdem saluatoris nostri in tomo suo prædictus pater scribens, ait: Operatur enim vtraque forma cum alterius communione, quod proprium est: verbo quidem operante, quod verbi est: carne autem exequente, quod carnis est. & vnum horum coruscet miraculis, aliud autem succumbit iniurijs. Quem columnam orthodoxæ fidei sancta Chalcedonensis synodus definiuit, hoc est dicere, omnium sanctorum chorus: quoniam quod vna sanctorum patrum Synodus iudicare videtur, tam omnes synodi, quam vniuersi omnino confirmare patres noscuntur, ut potè in vno eodemque verbo fidei vicissim sibi per indissolubilem consonantiam concordantes. Si igitur, quomodo dicit prædictus pater, vtriusque naturæ, ex quibus & in quibus indiuisè existens cognoscitur, quod proprium est idem naturaliter & voluntariè operatur, sine dubio vtriusque naturalem habuit idem voluntatem & operationem. Si enim non habuisset, nec vtriusque naturæ operabatur quod proprium est: quia quicquid sine operatione fuerit & voluntate, neque naturaliter operabitur aliquid omnino, nec vult, dum cõstet, quia per voluntatem velle habet qui vult, & per operationem naturaliter efficaciam operantis qui operatur: sicuti per visum videre, qui videt, & per auditum essentialiter audire, qui audit. Propter eam enim & ipse, qui propter nos incarnatus est, DEVS verbum per diuinam eius & inconditam voluntatem & operationem, suæ diuinitatis & paternæ naturæ quæ sunt propria, volens operabatur naturaliter, id est, miracula. Vnde & hoc testatur, dicens: Quomodo pater suscitât mortuos & viuificat, ita & filius quos vult viuificat. Et iterum per humanam, id est, conditam eiusdem voluntatem

TOM. 2.

& operationem, his ipse quæ sunt propria humanæ naturæ, spontè propter nos sustinebat, id est, salutare passiones: quoniam volens humanè propter nos ipse, qui super naturam est DEVS, esuriam, sitim, fastidium, tristitiam atque timorem suscepit, & post hæc omnia mortis experimentum pro nostra salute. Et hoc iterum testatur de eo Euangelista, dicens: Et ingressus in domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. Et iterum: Exeuntes inde, deambulabant per Galilæam, & non volebat, ut aliquis sciret. Atque iterum ait: Alio die volebat exire in Galilæam. Item: Dederunt ei vinum cum felle permixtum, & gustans volebat bibere. Et compendiosè, quicquid adsumptæ ab eo nostræ naturæ proprium extitit, absque peccato tantummodo: licet vtriusque formæ quæ sunt propria, id est, naturæ, secundum patris doctrinam, cum alterius communione in vnitione indiuisum procedebat. Sic etenim diuina quidem corporaliter operabatur, eò quod per animatam intellectualiter sanctam eius carnem hæc omnia proferebat: humana autem operabatur diuinè, quippe quoniam potestatiuè humanas passiones pro nostra salute sine culpa suscipere dignabatur. Nec enim peccatum fecit, quomodo sacrum testatur eloquium, nec inuentus est dolus in ore eius. Vnde per hanc beatæ memoriæ Leonis Romanæ vrbis præfulis orthodoxam vocem conuicti, & propterea cum omni virtute eandem vocem properantes foris eijcere, magis autem omnes sanctos ac venerabiles patres, sanctumque Chalcedonense Concilium, quoniam ipsius esse nulli venit in dubium, sicut iam referatum est, quicquid ab ea definitiuè confirmari dinoscitur. Cyrus quidem, sicut dictum est, nouem capitulorum exposuit seriem: Sergius autem illicite præsumens prauam ecclésiasticam, quam præ foribus ecclésiæ suæ suspendens, diuulgare studuit: & non solum hoc, sed & per suam sententiam cum quibusdam ab eo subrepticis modis deceptis episcopis in scripto firmavit, minimè dubitantes, positam iustam condemnationem in veneranda definitione eiusdem sancti Chalcedonensis Concilij, aduersus eos, qui nouitates contra immaculatam fidem præsumunt, innectere, contra quam omne illis certamen & pugna consistit: quippe quoniam ipsam excludere properantes, hæreticorum dogmatum contra catholicam DEI Ecclesiâ per sua conscripta confusioem concinnauerunt. Et hæc quidem Cyrus & Sergius, successores autem Sergij Pyrrhus & Paulus, ac si quâdam malitiæ propaginè in eos effusam, per suam stultitiâ dilatâtes eam: vnus quidem eorum, i. Pyrrhus, denuò plurimis episcopis terrore & blâdimetis ab

CO

eo dolosè deceptis, huiusmodi impietatem actis & subscriptionibus proprijs eorum, qui ab eo decepti siue vim passi sunt, confirmare studuit, extollens aduersus scientiam Dei malignam professionem suam. Propter quod antea confusus, quia vituperabile est omne malum, vti damnabile, festinauit pro hoc ipso hinc adueniens emédare proprium commissum, & libellum obtulit cum sua subscriptione Apostolicæ nostræ Sedi, condemnans in eodem libello omnia, quæ à se vel à decessoribus suis scripta vel acta sunt aduersus immaculatam nostram fidem. His itaque ab eo peractis, postea rursus more canis ad proprium impietatis vomitum repedit, iustam mercedem ac retributionem propriæ transgressionis Canonicam penam siue depositionem decerpens. Paulus autem præcessores suos in his superare contendens, non solum in scripto per propriam Epistolam, ad hæc directam nostram Sedem, confirmavit & ipse contra se superius memoratæ ecclésiæ irrationabilem hæresin, sed etiam contradicens in scripto aduersus rectam sanctæ DEI Ecclesiæ dogmata, audacter præsumpsit paternis definitionibus contraire. Propter quod iusta ab Apostolica Sede & ipse depositionis vltione percussus est. Insupèr studuit ad cooperimentum proprii erroris, & in hoc Sergium imitatus, quibusdam subreptionibus vti, & clementissimo principi suadere, typum exponere, qui catholicum dogma destrueret. In quo typo omnes omnino voces sanctorum patrum cum nefandissimorum hæreticorum dictionibus eneruauit, nec vnâ, nec duas voluntates aut operationes in CHRISTO DEO nostro definiens confiteri. Ac per hoc sine voluntate penitentiæ & operatione CHRISTVM denunciando, id est, absque substantiâ & natura eum prædicare noscuntur. Quod enim nullam virtutem habet, sicut beatæ memoriæ Dionysius ait, nec est, nec quidquam est, nec aliqua est eius omnino stabilitas. Nec enim aliter natura cognoscitur esse secundum veram substantiam consistens, nisi per inherentem sibi naturalem & substantialem virtutem, quæ videlicet & confirmare eam naturaliter adsolet. Qua de re huiusmodi prauitatem suam defendens, quod nunquam nec à prioribus hæreticis præsumptum est, ipse illicite præsumere studuit. Altare enim sanctæ nostræ sedis, in domo Placidie sacratum, in venerabili oraculo subuertens diripuit, prohibens ne adorâdam & immaculatam hostiam, id est, sacram celebrationem apocrifarij nostri ibidem DEO offerre valeant, & viuificæ diuinæ communionis sacramenta percipiant. Quos videlicet apocrifarios, quia ex præceptione Apostolicæ authoritatis commonuerunt eum, ut de tali hæretico intentu recederet, necnon cõ-

TOM. 2.

testari visi sunt, persecutionibus diuersis cum alijs orthodoxis viris & venerabilibus sacerdotibus insecutus est eos: quosdam eorum custodiæ retrudens, alios in exilio deportans, alios autem verberibus submittebat. Et quid me oportet multa disserendo sermonem extendere, dum constat omnibus, quæ ab ipso publicè, necnon decessoribus ipsius per tot tempora contra orthodoxos viros atque Catholicam fidem perpetrata sunt: Quibus penè omnibus omnem mundum conturbantibus atque sollicitantibus, necessitate compulsi ex diuersis locis querelas cõtra eos seu accusatiões ad Apostolicam nostram sedem plurimi Orthodoxi detulisse monstrantur, & tam in scripto deprecantes & coniurantes, quamq; in commonis positi postulantes, ut totius mali tantæque euerisionis per Apostolicam authoritatem abscindatur commentum, quatenus minimè totum corpus Catholicæ ecclésiæ nocibilis eorum ecclésiæ languor dirumpere valeat. Ideoque in scripto vel sine scripto orthodoxorum Preces minimè despicientes Apostolicæ memoriæ nostri decessores non desisterunt prædictis viris diuersis temporibus consultissimè scribentes, & tam rogantes, quamque regulariter increpantes, necnon per apocrifarios suos, ut dictum est, pro hoc maximè destinatos presentialiter admonentes & cõtestantes, quatenus proprium emendarent nouitatis catholicæ Ecclesiæ remearent: & neq; rogantes, neq; increpantes potuerunt eos à suo conamine quoquo modo reuocare, sed sicut dicit Dñs incorrectis: Cantauimus vobis tibijs, & non saltauerunt: lamentauimus, & non planxerunt. Obduratum est cor eorum, sicut scriptum est, & auribus grauitè audiuerunt, & oculos suos clauerunt, ne quando videant oculis suis, & auribus audiant, & corde intelligant, & reuertantur, & sanctur per susceptionem salutiferæ predicationis. Vnde & ego tam propter irremediabile eorum cor, & propter animas, quæ per eorum fallacem deceptionem depereunt, necnon propter preces, sicut dictum est, ad Apostolicam sedem super tali Capitulo in scripto delatas, pertimescens quippe imminetam iram super eos, qui negligenter opus Dei faciunt, necessarium fore præquidi, omnes vos, qui secundum gratiam eius sacerdotale officium geritis, inuitare, & propter hanc quæstionem in nomine Domini congregare in vnum, quatenus communiter omnes, ipso vti què DEO respiciente & iudicante nos ipsos, sed & nostra omnia, de prædictis viris, siue nouitate in dogmatibus eorum exposita, tractare debeamus. Et maximè præceptum habentes Apostolicum, attendere nos ipsos & gre-

Act. 20.

scopos,

Leo papa.

Iohan. 10.

Iohan. 6.

Idem epistola 10.

Iohan. 5.

Marc. 7.

Marc. 9.

Iohan. 1.

Matth. 17.

1. Petr. 2.

Pyrrhus ROMÆ canit per linodiã coram Papa.

Pyrrhus redidit vomitum.

Paulus.

Sacilegij Pauli faci-nus.

scopos, regere DEI Ecclesiam, quam acquisiuit per sanguinem propriū: sed & iterum attendere lupos, attendere malos operarios, qui peruersa faciunt & loquuntur, vt trahere possit discipulos valeant, nē quāddō quidem radix amaritudinis fursūm germinans, nocere valeat fidem per negligentiam eorum, id est, nostram omnium sacerdotum, qui euellere mala, & meliora plantare sunt ab eo propositi. Ideo * propter vnusquisque sciturus se rationem reddere in æquitate iudicaturō vniuersum mundū, absque vlla reuerentia, quia, sicut scriptum est, si reueritus fuerit, non beneplacet anima mea in ipso, cognita maximē cum omni subtilitate multitudinis prauitatis eorum contra immaculatam nostram fidem ab eis præsumpta, omnibus nobis, qui ad hoc huc venisse & præsidere dinoscimur, tam per accusantium eas personas in scripto, quāq; per conscripta eorum, contra immaculatam fidem ab eis præsumptæ multitudine prauitatis illorum, quid de his vnusquisq; cum ope diuina ad gloriam DEI ab ipso inspiratus visum fuerit, prosequatur, præ omnibus in sua conscientia timorem eius decerpens in hoc, quod loquitur & intelligit de huiusmodi quæstione, in confirmatione & stabilitate catholice Ecclesie, & orthodoxe fidei, hoc est, salutis animarum nostrarum, fructu puræ confessionis, quæ est in eundem Dominum DEVM nostrum IESVM CHRISTVM, omnibus nobis apertissimē existente.

Hebr. 10.

MAVRVS CAESENÆ CIVITATIS EPISCOPUS, & DEUS DEDIT RAUENNATIS PRESBYTER, PER VNUM EX EIS MAURUM EPISCOPUM CAESENATEM DIXERUNT:

Svgerimus sancto Apostolatu vestro, quia secundum vestram prudentissimā interlocutionē omnibus luce clariū manifestata sunt, nec cui libet incognitū est orthodoxorum, quæq; per tot tēpora illicitē perpetrata sunt aduersus nostrā immaculatā fidē, tam à Cyro, Sergio, Pyrrho & Paulo: contra quos iustē pro hoc querimoniam vestrā Apostolicæ sancteque sedi à fidelibus & zelum habentibus Dei oblatae sunt. Qua de re venerator sancti apostolatus vestri Maurus sanctissimus Episcopus, certius hæc eadem per apocripharios suos cognoscēs, omnino desiderium habuit in sancto Concilio aduenire. Ideoque satagens direxit nos, ad sacra vestra vestigia, videlicet vt vicem eiusdem per nos ipsos in omnibus, quæ in hoc sancto Concilio regulariter peraguntur, adimplere debeamus, eō quod necessarijs vtilitatibus occupatus, ad præsens minimē valuit secundum vestram præceptionem prospectui vestro representari. Ideoque propriam Epistolam pro tali re vnā cum

TOM. 2.

scriptioe eius præ manibus habemus, per quam nostras personas in his, quæ aguntur, pro se confirmare dinoscitur, significans & ipsas occupationes pro quibus minimē valuit aduenire. Sed si placet vestræ beatitudini, petimus vt ante omnia coram hoc sancto Concilio recensatur, & actibus inseratur.

MARTINVS SANCTISSIMUS & BEATISSIMUS EPISCOPUS SANCTÆ DEI ECCLESIE CATHOLICÆ ATQUE APOSTOLICÆ VRBIS ROMÆ, PRÆSIDENS SANCTO CONCILIO, DIXIT:

Secundum postulationem Mauri Casenatis Episcopi, & Deus dedit Rauennatis presbyteri, subscripta epistola per eos oblata Mauri reuerendissimi episcopi Rauennatis ecclesie, suscipiatur, & huic venerabili Concilio lectioe pandatur. Cumq; suscepta fuisset à Paschale notario regionario Apostolicæ sedis, in his relecta est:



Omino sancto & meritis beatissimo, totoque orbe apostolico & vniuersali pontifici Martino Papæ, Maurus feruus feruorū DEI Episcopi. Vnicū omnibus & singulare est redemptoris dei

& Domini nostri Iesu Christi concessum remedium ad animarum nostrarum salutē, vt ea, quæ per Apostolorum prædicationē percepimus & patrum doctrinam, proculdubid teneamus. Ergo quia apostolatus vestri præceptionibus admonitus, vt pro his, quæ aduersum eorum doctrinam commentata sunt, debeam ad sanctam & Apostolicam Ecclesiam, vestramque præsentiam reperiri, & vnā cum cæteris Episcopis, quæ de his patres præcipiunt, debeant terminari, neque etiā preparatum, dum ab exercitu & plebe huius ciuitatis, vel etiā Pentapolitanorum detinerer, pro incertis gentiliū excursionibus & non se habentibus præsentia excellentissimi Exarchi, ad hanc suggestionis meæ satisfactionem venire compulsus sum. Quod cum summo mœrore satisfaciens supplico, vt me non sicut absentem, sed vt præsentem & festinātem suscipere Apostolatus vester dignetur. Nam in his quæ mouentur, & cōtra patrum Orthodoxorum decreta proponuntur, me non aliter sentire, nisi quomodo sancta vestra Apostolica doctrina & orthodoxa tenet Ecclesia, & omnem nouitatem repellēs atque respuens, non solum eccliesin, quæ à Pyrrho Constantinopolitano episcopo defendebatur, abijicio: quippe, quia vt hæretica de ædibus Constantinopolitanæ Ecclesie est deposita, sed & quæ ad eiusdem defensionem nouiter conscripta sunt, omni modo nec consentio, nec suscipio, sed cum

ana-

anathematē repello. Sed & duas operationes duasque voluntates profiteor, & Deum & hominem Dominū Iesum Christum per Spiritum sanctum in ytero virginis conceptum & natum, in duabus naturis verum Deum & hominem, in vna persona vtraque operantē, quæ deitatis & humanitatis sunt, tenere me profiteor, nec aliquid, quā quod sanctas quatuor vniuersales Synodos inuenimus prædicasse, & quintam sub piæ memoriæ Iustiniano, suscipere: sed solam fidē à patribus constitutam, per quam verum Deum verumque hominem, totum in suis, totum in nostris prædicauerunt, omni constantia profiteri. Ad quod hanc satisfactionis meæ suggestionem per confamilios meos Maurum Casenatem episcopum, & Deus dedit presbyterum, dirigere non omisi, eosque vice mea, vt quicquid aduersum eccliesin vel alia cōscripta ad eius defensionem nouiter commentata descripserint, me sine dubio esse conseruaturum. Et subscriptio: Ora pro me Domine sancte & meritis beatissime, totoque orbe apostolice papa-

MARTINVS SANCTISSIMUS & BEATISSIMUS SANCTÆ DEI ECCLESIE CATHOLICÆ ATQUE APOSTOLICÆ VRBIS ROMÆ, PRÆSIDENS SANCTO CONCILIO, DIXIT:

Relecta epistola Mauri reuerendissimi Episcopi Apostolicis dogmatibus cōueniens, atque idē cum recta confirmationis sanctorum patrum confessione, & omnem hæresim condemnationi submittens, si complacet huic sancto concilio, actis nostris indatur.

Maximus venerabilis episcopus Aquileiensis Ecclesie, dixit:

Epistola Mauri sanctissimi Episcopi Rauennatis, secundum vestram iussionem actis nostris inserta, atque per eius tenorem consonante huic sancto Concilio in his, quæ pro orthodoxa & immaculata fide ab ea paguntur, suam mentem demonstrante, illud cum fiducia referabo, quia omnis qui differentiam vnus Christi naturalium voluntatum & operationum abnegat, & naturarum eiusdem, ex quibus & in quibus consistit, negat pariter proculdubid differentiam. Nec enim possibile est, ipsum eundemque Dominum Deum nostrum IESVM Christum conditum & inconditum naturaliter existentem, vtriusque naturæ, ex quibus consistit, in voluntate & operatione minimē naturalem proprietatem in vnitate saluare. Quoniam qui sic sapere non vult, sanctam Chalcedonensem respuit Synodum, omnesq; sanctos ac venerabiles patres: quippe quoniam in definitione sua luce clariū promulgasse dinoscitur, asserens in hoc t-

TOM. 2.

tummodò minimē amputari, differentiam naturarum Christi post vnitatem, quia vtriusque naturæ indiminutē, absque tantummodò peccato, saluatur naturalis proprietates. Ergo si specialiter propter hoc definitum est minimē amputari differentiam naturarum, quia proprietates naturalis saluatur, ex quibus consistit naturis: proprietates autem est diuinæ naturæ CHRISTI, diuinitus eum velle & operari diuina: item proprietates est eiusdem humanæ naturæ, eundem humana velle & operari humana, vt approbetur DEVS & homo naturaliter esse, certum quia proprietatem vtriusque naturæ post vnitionem recusat, qui differentiam eiusdem naturalium voluntatum & operationum abnegat: & ex hoc denominatum sanctū Chalcedonense Concilium & omnes venerabiles Catholice Ecclesie patres respiciunt. Pro quare oportet, iuxta vestram prudentem commonitionem, magis autem secundum diuinam præceptionem nos, qui super domum eius, hoc est, catholicam Ecclesiam episcopale ministeriū *solicite vigilare, vt nē quid de sacris eius muneribus, Apostolicis de eo promulgationibus patrisque dogmatibus fures occultē irruentes valeant deprædari, dormientes nos ex quadam negligentia atque postpositione obseruationis diuinorum præceptorum reperientes. Vndē, si placet vestræ beatitudini, supplico, quatenus per vnā vel duas, si multum, vt nē fastidium per hæc, quæ omnibus manifesta sunt, gestis ingerere videamur, querulantium personas, Cyrum, Sergium, Pyrrhum & Paulum, conuenienter, quæ de his proponuntur, cognoscamus, nec non per conscripta eorum aduersus fidem exposita, quæ videlicet & sine accusantis persona redarguere eos apertissimē demonstrantur. Propterea enim accusatio extranea superflua esse dinoscitur, quoniam à suis temerarijs conscriptis apertius accusantur, quibus omnem mundum conturbasse noscuntur. Itā nanque Dominus ait: *Luc. 19.* Ex ore tuo iudicabo te, & Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Quia verò multæ personæ accusantium, licet existant, minimē sunt necessariae nobis, vbi manifesta est culpa eorum qui accusantur, à sanctis Synodis luculentius docemur. Igitur cōtra utrosque, id est, Nestorium & Eutychen, & cum eis Dioscorum nefandissimos hereticos, vnus tantummodò accusator, hoc est, beatæ memoriæ Eusebius Dorylenis ecclesie Episcopus legitur extitisse. Contra Theodorum autem & Origenem in sancta quinta synodo accusator quidem nullus, sed tantummodò eorum conscripta ad accusationem ipsorum & repræhensionem suffecisse noscuntur. Igitur & in præsentem, oportuna gestorum

*deest, accipimus, aut aliquid tale

Matth. 12.

TTT serie

serie conseruata, per vnam aut duas accusan-
tium personas, si placet, cum omni subtili-
tate ad accusationes eorum nostram præ-
paremus sollicitudinem.

*Deus dedit venerabilis episcopus insula Sar-
dinia, dixit:*

Apostolicis visceribus vestra beatitu-
do commota, & nos omnes hortata est
ad tuitionem catholicæ & Apostolicæ fidei,
quæ temeraria præsumptione ab aduersan-
tibus verbo fidei expugnatur, in vnum con-
uenire, dum cõstet vos sanctissimi cum bea-
to Paulo Apostolo eadem compassibiliter
dicere: *Quis infirmatur, & ego non infir-
mor? Quis scandalizatur, & ego non vror?*
fatagentes nõ aliquis de his, quæ vobis cre-
ditæ sunt, rationabilibus ouibus à bestijs
capiatur. Vndè & ego supplico, pro defen-
sione paternorum & synodaliũ dogma-
tum, ante omnia per suggestiones oblatas
sanctæ vestræ Apostolicæ Sedi, necnon ac-
cusantium personas, Cyrum, Sergium, Pyr-
rhum & Paulum, prauitatem eorum nobis
manifestari, sed & per conscripta eorum or-
dinabiliter, contra immaculatam nostram
fidem exposita, quatenus per examinationem
eorum cõgrua super his sententia sub-
sequatur.

Vniuersi sanctissimi episcopi dixerunt
vnanimiter dogmata continere, & quia ve-
nerabilium patrum & synodorum piam
confessionem destruere, qui vnam in Chri-
sto DEO voluntatem & operationem præ-
dicare præsumunt, petimus licet minimè
ignoranda, attamen propter ordinem ge-
storum referare omnibus nobis per accusa-
tiones aliquas obnoxiorum huiusmodi ex-
cessum, quatenus opportunè rationabili-
terque examinatio subsequatur, maxime
pleniùs pertractantes eorum commissum per-
ca, quæ ab eis contra immaculatam fidem
conscripta sunt.

INCIPIIT SECRETARIVS II.
*IN NOMINE DOMINI DEI
Saluatoris nostri IESV CHRIS-
TI, Imperij domini Constantini
pijssimi Augusti Anno nono, sub
die octauo Idus Octobris,
Indictione Octaua:*



Presidente sancto ac bea-
tissimo Martino Papa san-
ctæ sedis Apostolicæ vr-
bis Romæ, propositis fa-
cro sanctis & venerabili-
bus Euangelijs in Eccle-
sia Domini DEI & Sal-
uatoris nostri IESV CHRISTI, quæ vocatur
Constantiniana, residentibus etiã viris
venerabilibus, pariterque cum eo audienti-

bus, Maximo sanctissimo Aquileiensi epi-
scopo, Deus dedit sanctissimo Caralitano
Episcopo, Mauro Casenate Episcopo, &
Deus dedit presbytero, agentibus locum
Mauri sanctissimi Episcopi Rauennatis ec-
clesiæ, Sergio Tempianensi episcopo, Re-
parato Manturianensi episcopo, Epipha-
nio Albanensi episcopo, Benedicto Aiace-
no episcopo, Iuliano Hortano Episcopo,
Papinio Vibonensi episcopo, Maximo Pi-
saurenensi episcopo, Luciano Leontinensi epi-
scopo, Viatore Hortonenensi episcopo, Bo-
nito Formiano episcopo, Maioriano Præ-
nestino episcopo, Germano Numanensi
Episcopo, Laurentio Perusino Episcopo,
Caroso Faralitano episcopo, Martino Me-
bientensi episcopo, Calumnioso Alefino epi-
scopo, Barbato Sutrinno episcopo, Peregrino
Messanensi episcopo Romano Cerelli-
tano episcopo, Criscete Lucrenti episcopo,
Felice Agrigentino episcopo, Marcellino
Clusino episcopo, Geminio Volaterrano
episcopo, Mariano Populoniensi episco-
po, Luminoso Tiferni Tiberinorum episco-
po, Potentino Belliternensi episcopo, Mau-
ro Tuscanensi episcopo, Adeodato Spole-
tano episcopo, Iohanne Pestano episcopo,
Gaudioso Reatino episcopo, Laurentio
Taurianensi episcopo, Iohanne Trapeia-
no episcopo, Luminoso Salernitano epi-
scopo, Sabbatio Buxento episcopo, Iohan-
ne Tarentino episcopo, Rufino Siponti-
no episcopo, Adeodato Amerino episco-
po, Gaudioso Capuano episcopo, Bonito
Ferentinense episcopo, Mauro Sinogallien-
si episcopo, Mauro Aconitano episcopo,
Bono Ficudulensi episcopo, Fortunato Au-
ximate episcopo, Themate Lunensi epi-
scopo, Bonito Ferentispolimartio episco-
po, Maximo Trocitalano episcopo, Pascha-
le Blandano episcopo, Luminoso Marso-
rum episcopo, Glorioso Camerino episco-
po, Decorato Tiburtino episcopo, Ama-
bile Hostiensis episcopo, Albino Portuen-
si episcopo, Palumbo Fundano Episcopo,
Theodosio Cotronensi episcopo, Schola-
sticio Fanensi episcopo, Elia Lilybetano
episcopo, Aquilino Alsinati episcopo, Eu-
sebio Atellano episcopo, Martino Cétum-
cellensi episcopo, Iubentino Stabien-
si episcopo, Mauro Senate episcopo, Læto
Lucano episcopo, Theodoro Rosellano epi-
scopo, Andrea Hydruntino episcopo, Iu-
sto Tauromentano episcopo, Felice Panor-
mitano episcopo, Laurentio Tudertino
episcopo, Iohanne Carinensi episcopo, Al-
bino Signensi episcopo, Augustino Squil-
lacino episcopo, Iohanne Rhegitano episco-
po, Barbato Cumano episcopo, Felice Ter-
racinensi episcopo, Oportuno Anagnino
episcopo, Firmino Blerano episcopo, Lo-
biano Firmiano episcopo, Anastasio Nar-
niensi episcopo, Theodoro Tyndaritano epi-

episcopo, Sapientio Numentano episcopo,
Maximo Mesinate episcopo, Gratiofo Ne-
pessino episcopo, Leontio Neapolitano epi-
scopo, Paschale Thermitano Episcopo,
Oportuno Pisano episcopo, Donato Ma-
rianensi episcopo, Bonoso Alerino episco-
po, Peregrino Lyparitano episcopo, Boë-
thio Cornensi episcopo, Valentino Turri-
tano Episcopo, Luminoso Bonensi epi-
scopo, Crescentio Libyensi episcopo, Ste-
phano Popiliensi episcopo, Callionisto Ha-
drianensi episcopo, Iohanne vico Sabinatè
episcopo, Potentino Polensi episcopo, Le-
ontio Fauentinate episcopo, Donato Saffi-
nate episcopo, Iohanne Vnnogoritano epi-
scopo, Stephano Dorensi episcopo, Iohan-
ne Gabopolitano episcopo, & Victoriano
Vzalenensi episcopo:

*MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei
Ecclesiæ Catholicæ atque apo-
stolicæ vrbis Romæ,
dixit:*

Beatus David ad Dominum dicit: In-
bitia & iudicium preparatio sedis tuę:
Misericordia & veritas præbunt ante faci-
em tuam. Hanc igitur præparationem per
veritatem gestorum ad gloriam eius, & imi-
tationem sacre Sedis suę properans oppor-
tunè perficere, & sancta synodus nobiscum
consistens venerabilium sacerdotum, vt ex
hoc præcipuè in eum gloriæ in hoc, quodd
intelligit & cognoscit Dominum, & facit
iudicium & iustitiam in medio terræ: stu-
duit competenter non antea per scripta co-
rum, qui accusati sunt, causam illorum dis-
cutere, donè per querulantium institutio-
nes respexerit hanc & addiscere valuerit, il-
lud videlicet, quod per sapientiam bene
placuit Salomoni, adimplens, quod dicit:

Antequàm scruteris, non repræhendas: in-
tellige priùs, & tunc increpa: Antequàm
audièris, non respondeas. Nempe licet
apertissima est contrariorum repræhensio,
veruntamen oportet & his, quæ clara sunt,
ad eorum examinationem ordinem con-
seruari ab his, qui secundum DEVM scruta-
ri deputati sunt: quatenus ita cum ora-
tione cooperantem inueniamus & confes-
sorem DEVM, qui dicit: Vbi sunt duo
vel tres congregati in nomine meo, ibi sum
in medio eorum. Offerantur ergo secun-
dum piè complacitam omnibus nobis con-
sequentiam per eos, quorum interest, siue
denostro venerabili serinio, dilectissimum
primicerium & notarium querulantium
denominatos temeratores cum
omni reuerentia secun-
dum ordinem sub-
monitio.

*Theophylactus Primicerius notariorum
Apostolicæ sedis, dixit:*

Suggero vestræ sacratissimæ beatitudini,
quoniam præ foribus adstat venerabilis fe-
creti vestri, Stephanus reuerendissimus epi-
scopus Dorensis, primus Hierosolymitani
ecclesiastici concilij, aditum sibi experens,
in vestra sacratissima synodo: & quidem de-
siderat innotescere quid præcipitis.

*MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sanctæ
Dei Ecclesiæ Catholicæ atque
Apostolicæ vrbis Romæ,
dixit:*

Stephanus reuerendissimus episcopus
Dorensis, secundum petitionem suam
introeat, & competenter quæ ei videntur,
edifferat.

*Stephanus reuerendissimus episcopus Do-
rensis coram sancto Concilio adstans,
dixit:*

Postulo beatitudinem vestram, si placet,
præcipere humanitatis meæ libellum susci-
pi, & coram sanctitate vestra recenferi.

*MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei
Ecclesiæ Catholicæ atque apo-
stolicæ vrbis Romæ,
dixit:*

Secundum supplicationem memorati re-
uerendissimi Stephani episcopi Dor-
ensis libellus eius suscipiatur, & lectioni pan-
datur.

*ET ACCIPIENS ANASTA-
sius notarius regionalis Apostolicæ sedis,
de Græco in Latinam linguam in-
terpretatum, relegit in his:*



Sanctæ Apostolicæ Syno-
do, secundum gratiam Dei
& regularem autoritatè
prædicentis in ea Martini
ter beatissimi Papæ, con-
gregatæ in hanc antiquã
almamq; urbem Romã,
pro confirmatione sacra & defensione pa-
ternarum & Synodaliũ Catholicæ Eccle-
siæ definitionum vel promulgationũ, Ste-
phanus per misericordiam Dei episcopus,
& primus Hierosolymitanæ sacerdotali se-
de existens diæceseos, suggero quæ subter
adnexa sunt:

Benedictus Deus & pater Domini no-
stri Iesu Christi, pater miserationum & De-
us totius consolationis, qui consolatus est
nos per sacratissimum in idipsum & sacer-
dotalè

dotale conuentum sanctitatis vestre in omni tribulatione nostra, quae facta est nobis propter sanctam catholicam eius Ecclesiam, ab aduersantibus verbo fidei. Hanc etenim beatissime in pace & tranquillitate consistentem veluti fluctus immanes irruentes per suam haeresin turbauerunt, prius quidem Theodorus Pharanitanæ ecclesiae quoddam episcopus: postmodum autem Cyrus Alexandrinus antistes, item Sergius Constantinopolitanus, necnon successores eius Pyrrhus & Paulus. Hi nanq; Apollinaris & Seueri dogmata haereticorum renouare ausi sunt per hoc, quod praedicaerunt vnam voluntatem & vnam operationem diuinitatis & humanitatis Christi dogmatizare, quorum scripta testantur contra omnem praeseminatam orbem terrarum, ad deceptionem simplicium: qui studuerunt non solum exponere audacter ea & conscribere, sed & diuulgare contra paternas & synodales ecclesiae institutiones in aperto nisi sunt, & tam per capitulorum seriem super ambo- ne cum anathematis vinculo, qui sic non saperet, & secundum sensum eorum recitatam, quamque per sententias & subscriptiones ac gestorum monumenta. Ac per hoc vniuersam Catholicam Ecclesiam in his conturbantibus memoratis viris, iuxta quod beatus Hieremias inquit: Confusi sumus, quia audiuimus improprium: dereliquimus in confusione vultum nostrum, quia introierunt alienigenae in sanctuarium nostrum: & propterea aliquando quidem aqua capiti, & oculis fontes lacrymarum exquirebamus, ubique omnes fideles huiusmodi miseram calamitatem plorantes: aliquando autem pennas columbae secundum beatum Dauid, & volumus & annunciamus haec omnia *omnium praeposita, sed dico autem summa vestra & principali, ad medicinale consultum emerit vulneris: quippe quoniam hoc potestatiue olim & ab antiquis facere per Apostolicam siue canonicam consuevit auctoritatem, dum aperta lucubratione non solum clausis regni caelorum creditae sunt ei, atque ipse tantummodo ad aperiendum eas fidelibus quidem dignè, minimè autem Euangelio gratiae credentibus iuste claudere magnus secundum veritatem, & princeps Apostolorum meruit Petrus: sed etiam & pascere primus iussus est oues totius Catholicae Ecclesiae, cum Dominus dicit: Petre, amas me? Pasce oues meas. Et iterum ipse praecipue ac specialiter firmam praeg omnibus habens in Dominum Deum nostrum & immutabilem fidem, conuertere aliquando & confirmare exagitatōs confortes suos & spiritales meruit fratres, ut potè dispensatiue super omnes ab ipso, qui propter nos in carnatus est DEVS, potestatem accipiens & sacerdotalem auctoritatem.*

Hier. 51.

Hierem. 9.

Psalm. 54.

legendum apparet, sed di, dico aut

Authoritas Romang fedis.

Math. 16.

Iohan. 21.

Luca 22.

TOM. 2.

Quod utique sciens beatae memoriae Sophronius, quoddam patriarcha sanctae Christi DEI nostri ciuitatis, sub cuius dioeceseungebar sacerdotale officium, non acquiescens omnino carni & sanguini, sed sola quae CHRISTI sunt, iuxta sanctitatem vestram excogitans, studuit meam humilitatem sine mora pro huiusmodi tantummodo capitulo cum sua suggestione ad hanc Apostolicam magnamque dirigere sedem, in scripto atque sine scripto, per me supplicem vestrum, omnem praedictorum virorum adaperiens nouitatem, quam videlicet contra orthodoxam fidem memorati viri exponere ausi sunt. Quippe nam & ipse, dum adiuueret, superius dictis temeratoribus in Oriente validissime contradixit, contestas eos & admonens, ut à propria haeresi quiescerent, & ad rectam patrum fidem remearent, dans in duobus libris sexcenta testimonia patrum, ad euictionem impietatis eorum & veritatis ostensionem. Quos quidem reuocare minimè valuit: commouit autem eos contra se ad insidias & malignam detractionem, sed nullo modo propter hoc reueritus est omnino ille, nec timuit timorem, vbi non est timor, quoniam iustus sicut Leo confidit zelo autem DEI & fiducia repletus, duxit me indignum, & statuit in sancto Caluariae loco, vbi propter nos ipse qui super nos secundum naturam DEVS est, Dominus noster IESVS CHRISTVS spontè crucifigi secundum carnem dignatus est: & ibi alligauit me vinculis indissolubilibus, dicens: Tu dabis rationem ipsi, qui propter nos secundum carnem in hoc sancto loco spontè crucifixus est DEVS, quando cum gloria in terribili eius aduentu iudicaturus est viuos & mortuos, si distuleris & postposueris fidem eius periclitantem, licet ego hoc facere corporaliter, ut nōsti, propter emeritam ex nostris peccatis incurtionem Sarracenorum praepedior. Quotocumque ergo de sinibus terrae ad terminos eius deambula, donec ad Apostolicam sedem, vbi orthodoxorum dogmatum fundamenta existunt, peruenias, non semel, non bis, sed multo sapientius aperiens sacris viris ibidem consistentibus omnia secundum veritatem, quae in istis partibus mota sunt, & non quiescas instantius expetens atque exorans eos, donec ex Apostolica prudentia, quae in DEO est, ad victoriam iudicium perducere debeant, & nouiter introductorum dogmatum perfectam faciant secundum canones destructionem, ut nō secundum quod beatus Apostolus ait, sicut cancer pascuum in amplius inueniant, depascentes simpliciorum animas. Igitur in his pertimescens ego atq; perterritus, propter impositam mihi terribilem in tremendo & venerabili loco coniurationem, necnon

Sophronij scripta contra Monothelitas.

Prova. 38.

Rome fundameta orthodoxe doctrinae.

2. Tim. 3.

Psalm. 131.

non & creditum mihi ex Dei permisso episcopale ministerium considerans, sed & supplicationes omnium penè habitantium Orientalium tractum reuerendissimorum episcoporum & Christianorum populorum, consonanter praedicto beatae memoriae Sophronio ad hoc me inuitantium, ut potè primum Hierosolymitanæ dioeceseos peruenire, non dedi, secundum scripturam, somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, quatenus adimplere debuissim huiusmodi desiderabile iussionem: sed absque vlla mora propter hoc ipsum tantummodo huc properavi: à quo tempore tertio visus sum vestris Apostolicis adesse vestigijs, expetens ac deprecatus, ut quod ille & omnes libenter postulare noscuntur, hoc est, fidei Christianorum periclitanti manum porrigere. Quod adfidentes contrarij, non leuibus me impliuerunt afflictionibus, praecptiones propter me per loca & prouincias dirigentes, quatenus comprehendere, & ferris constrictus ad eos deberem destinari, sicut omnes cognoscunt. Sed Dominus auxiliatus est mihi, & liberauit me ab omnibus persequentibus me, ideoque ad propositum currentem, & ad brauium properantem vestrae Apostolicae Sedis. Neque desepxit Deus preces cum lacrymis oblatas supplicum suorum, sed excitauit non equidem medicriter praecessores apostolicosque praesules in commotione, necnon contestatione praedictorum virorum, licet nullo modo eos flectere potuerunt. Excitauit autem & nunc, ex Dei voluntate qui praesidet, dominum nostrum Martinum ter beatissimum papam, quem suis ecclesijs condonet sanum & incolumem, longaeuam, rectè praedicantem verbum veritatis, incomparabiliter ac mirabiliter zelantem zelum DEI, qui & omnes vos sanctissimos sacerdotes eius ad se congregare pro destructione quidem nouitatis, conseruatione autem paternorum Ecclesiae dogmatum studuit: quos postulans coniuro opus perficere gratiae, in quo per se Deus vocauit vos, ut, secundum quod beatus Paulus ait, abijciatis malignum à vobismet ipsis. Vos nanque postulans, vobis scribens Romanis, praecipit attendere eos, qui seditiones & scandala praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinare ab illis. Quoniam hi CHRISTO DEO nostro non deseruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Pia nanque patrum fides, sicut nōstis beatissimi, per nouitatem nullatenus patitur maculari: roborari autem in orthodoxis consuevit Apostolicis que dogmatibus. Quae de re omnem malitiam abijciens, vnum eundemque Dominum nostrum & DEVM IESVM

CHRISTVM in duabus naturis confitetur, substantialiter vnitis in confusè & indiuisè, nusquam propter vnitionem amputata differentia naturarum, magis autem conseruata proprietate vtriusque naturae, & in vnam personam & in vnam substantiam concurrente. Atque ideo naturaliter DEVM perfectum, & hominem naturaliter perfectum, absque tantummodo peccato, eundem pie praedicare dinoscitur. Si verò DEVM naturaliter perfectum & hominem naturaliter perfectum eundem esse veraciter praedicat, certè quia imperfectus nullo modo consistit secundum diuinam & humanam eius idem substantialem voluntatem & operationem: sed indimutè iuxta numerum naturarum, naturales habuit voluntates & operationes, quibus diuina & humana volens & operatus, DEVS pariter & homo secundum veritatem idem existens, naturaliter cognoscebatur. Nam si imperfectus esset, iuxta sensum contrarium, in diuina & humana eius naturali voluntate & operatione, perfectus non esset DEVS, neque perfectus idem homo: magis autem nec penitus DEVS, nec homo existeret, dum constat, quia DEVS naturaliter non est, qui diuinam secundum naturam voluntatem & operationem non habet: nec iterum homo naturaliter poterit esse, qui minimè habet humanam secundum naturam voluntatem & operationem. DEVS enim imperfectus non est, nec homo idem imperfectus: quoniam in naturali perfectione vtraque cognoscitur CHRISTI natura, ex quibus & in quibus consistit inconfusè & indiuisè. Et propterea per vtranque eiusdem naturam perfectus erat idem naturaliter. Vnde oportet huiusmodi quidem nouitates abijcere, in perfectione autem naturarum, quae in CHRISTO DEO in vnitate saluantur, & naturalium eius voluntatum & operationum roborare intransgressibiliter patrum Orthodoxam fidem. Ideoque vnus eiusdemque sicuti vnitas duas naturas, ita consequens est & naturales confiteri voluntates & operationes, diuinam & humanam, ad plenam ostensionem vtriusque eius naturae verae perfectionis, ut potè in vtraque natura nullam diminutionem habente essentialis & naturalis proprietatis, id est, voluntatis & operationis. Quoniam proprietates naturalis, est sine dubio naturae naturalis eius voluntas & operatio, ex quibus firmus sancti Chalcedonenis Concilij stabilita est definitio, CHRISTI DEI indimutè conseruans mysterium, quam illi, de quibus antè diximus, destruere attentantes, & aliud malum nuper excogitauerunt. Nam Paulus Constantinopolitanus antistes suus clementissimo principi nostro typum

1. Cor. 5.

Rom. 16.

TOM. 2.

TTT 3 expo.

exponere fidei, in quo typo sanctorum patrum doctrinas cum nefandissimorum haereticorum prauitatibus funditus amputauerunt, nec vnam nec duas debere voluntates aut operationes CHRISTI DEI promulgantes quempiam confiteri: facile eis licere credentibus, aliquandò quidem vnam, aliquandò autem nec vnam in eodem predicare: ac per hoc aut DEVM tantummodò, utpotè diuinam tantummodò, aut duntaxat hominem purum, utpotè humanam habentem tantummodò: aut neque DEVM, neque hominem eundemque asserentes, utpotè neque diuinam, neque humanam habentem voluntatem & operationem, sed sine voluntate & operatione secundum eos omninò existentem. Quod utique sanctorum patrum & praedicti sancti Chalcedonensis Concilij definitio omninò recipere abnegat, quoniam saluari asserit vtriusque naturæ, ex quibus & in quibus CHRISTVS consistit, indiminutè naturalem & post vnitionem proprietatem. Igitur praedictam sanctam Synodum, & omnes sanctos patres proijcere volentes, hæc eadem dogmatizare & scribere contra fidem ausi sunt. Sed & hoc doceo sanctitatem vestram, quia temporis attendentes perturbationem, multos in Oriente perambitionem decepisse noscuntur. Sergius namque quondam Ioppenensis Episcopus, post recessum gentis Persarum, loci seruatorum sedis Hierosolymitanæ arripiens, non quidem per Ecclesiasticam auctoritatem, sed secularem potestatem contra Canones ibidem sub sedem Hierosolymitanam pertinentem, aliquos Episcopos ordinauit, & cum ipse minimè fuerat confirmatus, alios ordinare praesumpsit. Hi autem propterea scientes veraciter inanem esse ordinationem eorum, per propria scripta consentientes, applicauerunt affectatè senouitati, quæ à Paulo Episcopo Constantinopolitano defenditur, quasi ex hoc sperantes enormiter, quod impossibile est confirmari. De quibus & antea Apostolica Sedi innotui, id est, beatæ memoriæ decessori vestro Theodoro, iussitque mihi indigno per sacram suam præceptionem, ordinâs me loci seruatorem per Apostolica eius scripta, quatenus tam ea, quæque fuissent Ecclesiastica capitula, peragere debuissim, & Canonicè, si nullatenus emendarentur, qui sub denominato pratextu ordinati sunt Episcopi, deponerem eos. Quod & fecisse me certum est, & præcipuè quoniam in errorem à veritate recedentes spontè delapsi sunt, tantumque illos recepi secundum iussionem eius, qui libellum penitentiae obtulerunt, & pro-

TOM. 2.

fessi sunt in scripto, conseruare indefinenter & amplecti atque predicare sanctorum patrum & Synodorum doctrinas: quorum libellos nupèr deferens obtuli sacratissimæ praesidenti sanctitati vestrae, Martino ter beatissimo Papæ, ab eo quòd aliqui eorum meritò recepti & confirmati sunt, aliqui verò pro tuitione Catholicae Ecclesiae condemnati sunt. Ideoque exoro ut minimè despiciatis humilitatis meæ & omnium Orientalium orthodoxorum sacerdotum & populorum, necnon praedicti domini mei sanctæ memoriæ Sophronij, super tali capitulo instantias assiduasque preces, vestrae beatitudini per meam humilitatem cum lachrymis oblatas, sed sicut luminaria in vniuerso mundo verbum vitæ retinentes, introductas extinguite tenebras Apollinaris & Seueri nefandissimarum hæreseum per superius memoratos viros, temporibus etiâ nostris prociaciter germinatas, & qualiter funditus extincta huiusmodi caligine, lucifer nobis resplendeat per vos sanctissimos, & dogmatica definitio ubique omnes latificans, quam gloriosi Ecclesiae patres, sanctæque & vniuersales quinque Synodi, per propria piissima dogmata in aeternæ vitæ firmam hereditatem prædicasse noscuntur. Et subscriptio:

Stephanus per DEI misericordiam Episcopus Dorensis, & primus sanctæ synodi sub Hierosolymitana Patriarchica sede consistentis, praesenti libello, à me dictato, manu propria subscribens obtuli die sexta Octobris mensis, feria tertia, Indictione octaua.

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus episcopus sanctæ Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae vrbis Romæ, dixit:

NON equidem mediocriter omnibus nobis Stephanus reuerendissimus Dorensis Episcopus manifestauit per ea, quæ nunc in proprio libello demonstrauit, quanta mala aduersus venerabiles viros & orthodoxa dogmata Theodorus Pharanitanus quondam episcopus, Cyrus Alexandrinus, & Sergius Constantinopolitanus, eiusque successores Pyrrhus & Paulus concinnare noscuntur, & gloriati sunt audacter, in medio sanctæ Dei catholicae Ecclesiae proprium ponentes errorem, iuxta propheticum vaticinium dicentes in corde suo, Venite, comprimamus omnes dies festos Domini à terra, id est, sacras voces venerabilium patrù, de saluatore & Do-

Psalm. 73.

Do-

Domino nostro relatas, hoc argumentantes, vt sine dubio vnam aut nec vnam in ipso voluntatem & operationem quifquam debeat predicare. Quia iam non est propheta, id est, Doctor, & nos non cognoscat amplius, adulterantes verbum veritatis. Sed ignorauerunt, quia ab omnibus in hoc cogniti sunt, iusteque interdicti ab orthodoxis comprobantur: licet mercedem eis fidutiæ verbi tribulationes compensare noscuntur, iuxta quod dictum est, Cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Nec enim pro tali excessu penitentia ducti sunt, quia odio habuerunt in portis corripientem, & sermonem sanctum exprobrauerunt, firmantes sibi verbum malum, vt inuenirent iniquitatem suam ad odium. Propterea his ita nobis per lectionem libelli de praedictis viris cum omni subtilitate recognitis, oportet quatenus actis Ecclesiasticis inferatur, in approbatione accusationis contra eos ab omnibus orthodoxis oblata.

Psalm. 119.

Amos 5.

Psalm. 35.

Theophylactus Primicerius notariorum Apostolicae sedis, dixit:

Suggero vestrae beatitudini, quoniam praesentibus venerabilis secreti sanctitatis vestrae adstant plurimi reuerendissimi Abbates, presbyteri & monachi Graeci, tam per annos habitantes in hac Romana ciuitate, necnon in praesenti aduentantes, id est, Iohannes, Theodorus, Thalassius, Georgius, & cum ipsis alij venerabiles viri, petentes vt conspectui vestro praesententur, & aliqua, quæ eis necessantur, vestra suggerant sanctitati. Quapropter quæ placent beatitudini vestrae, præcipere dignetur.

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae vrbis Romæ, dixit:

SECUNDUM eorum petitionem, qui nostri Secretarij aditum reuerendissimi Abbates, presbyteri, necnon monachi petierunt, introeant, & secundum ordinem de quibus & quæ voluerint, fiducialiter doceant. Iohannes Abba presbyter venerabilis Labrae, sancti Sabbæ, constituta in eremo, quæ est iuxta CHRISTI DEI nostri sanctam DEI ciuitatem, & Theodorus Abba presbyter venerabilis Labrae in Africana prouincia constituta, Thalassius Abba presbyter venerabilis monasterij Armenisarum in hac Romana ciuitate constituti, qui appellatur

TOM. 2.

Renati, & Georgius Abba presbyter venerabilis monasterij de Cilicia, qui ponitur in Aquas Saluias, quod in hac Romana ciuitate habitare dinoscitur, & qui cum eis sunt reuerendissimi Abbates & monachi adstantes coram sancto concilio, dixerunt: Supplicamus beatissimam sanctitatem, minimè despiciere nostram in scripto admittere postulationem, id est, humillimum libellum: sed si placet, condescensibiliter iubeat à nobis suscipi eum, & lectione vulgari, quippe quoniam de orthodoxa fide in eo quæ necessantur, suggerimus.

Maximus sanctissimus Episcopus Aquileiensis ecclesiae, dixit:

SECUNDUM supplicationem praesentium venerabilium abbatum, presbyterorum & monachorum, memoratus libellus eorum suscipiatur, & lectioni pandatur. Cumque susceptus fuisset à Theodoro notario regionario apostolicae sedis, de Graeco in Latino interpretatum relegit in his:

SANCTE DEI & Apostolicae synodo, ex Dei voluntate, & gratia atque indiuisa comunione sancti spiritus in hac consonanter & vnanimiter congregata antiqua alma vrbe Roma, ad confirmationem sacram & erectionem, immaculatæ, necnon piè Christianorum nostræ fidei, per iussionem sanctam sine præceptionem diuinitus praesidentis vobis atque omnibus his praesentis sacerdotis sacerdotum, & patris patrum, Domini nostri Martini ter beatissimi Papæ, generalitas habitantium in hac praedicta ciuitate Graecorum Abbatum vel monachorum seruatorum vestrae sanctitatis docemus, vt subter vera, secundum naturam summi Dei & patris sapientiam Domini Dei & saluatoris nostri IESV Christi omni desideranti vitam diuinam, quæ in eo nunc occultatur, postmodum verò declaratur, attestante siue promulgante, Quoniam qui confitebitur me coram ho-

Matth. 10.

minibus, & ego confitebor eum coram patre meo, qui in caelis est: Qui autem negauerit me & verba mea, negabo eum & ego coram patre meo, qui in caelis est. & iterum: Qui amat animam suam in hoc mundo, perdet eam: qui autem odit animam suam propter me, in vitam aeternam seruaui eam: necesse est, & beatissime, dum mundus dissoluitur, & vita corrumpitur, necnon animæ nostræ, ipsius DEI & saluatoris nostri Iesu Christi omnibus modis sanctam praeponeutes fidem, & prius quidem communiter, dum Afrorum habitarem prouinciam, hæc Apostolicam & summam expetiimus sedem. Hoc autem consonan-

Iohan. 12.

TTT 4 ter

ter non solum nos, sed & omnis prouincia & ciuitas, quæ in fide habitatur, id est, sacerdotum populorumque collegia non despicere orthodoxam fidem innouatam, & sanctam Chalcedonensem Synodum apertius proiectam, vel omnes sanctos & gloriosos patres à Sergio, Pyrrho & Paulo, qui in regia vrbe præsedisse noscuntur, necnon & Cyro Alexandrino quondam Episcopo: qui que callidè quasi aliquam occasionem & cooperimentum propriæ nouitatis couocationem impiorum & hæreticorum facientes, perfidiam eorundem hæreticorum contra orthodoxos Ecclesiæ alumnos introduxerunt, ab antiquo celatam aperientes hæresin ipsorum, utpotè vnam in Christo voluntatem & operationem confiteri promulgantes sanctam Dei Ecclesiam, consonanter Seuero & Apollinari, Nestorio atque Theodoro, qui in cõfusione & diuisione Christi Dei mysterium corrumpunt, peruersis hæreticis. Et nunc autem præsentem petimus, & interpellamus ac coniuuramus omnes sanctissimos vos patres, id est, Apostolicam & principalem sedem, per sanctam & consubstantialem venerandam Trinitatem, auctorem omnium, quæque sunt naturaliter, & vnam sempiternalem deitatem, & omnem cælestem sanctam angelicam militiam & officium, quæ incessanter in gloria eius per sanctam laudem eidem beatæ deitati offert, necnon sanctos apostolos, prophetas & martyres vel doctores, siue sanctas & vniuersales quatuor Synodos, quæ in Nicea, in Constantinopoli, in Epheso prima, & in Chalcedona, atque secunda in Constantinopoli congregata est, sancta quinta Synodus, & omnes compendiosè, qui à seculo sunt sanctos, quorum dogmatibus non minùs quàm sanguinibus sancta fides seruata est & stabilita, & in vos sanctissimos deputata est, non despicere Christianorum preces, quas per tanta tempora vndiquè Deo, similiterque sanctissimis vobis obtulerunt, neque humilium nostrorum præsentium & absentium de hoc capitulo cum lachrymis postulationes: sed canonicè & synodaliter expugnatà à prædictis viris sanctam fidem defendite, & omnibus post Deum eam saluate integram, synceram & sine innouatione, pijsimo sicut & antea, coruscante verbo in omni mundo orthodoxis sacerdotibus ac populis vel monachis: quoniam omnium corda post DEVM in vos pendent, summum ecclesiarum scientes vos caput à Christo Deo nostro prepositum, & hos ipsos, id est, Sergium, Pyrrhum & Paulum, & eorù pro impia inuocatione verba vel dogmata, & omnes, qui cum eis quolibet modo, vel verbo, aut tempore, vel loco secuti sunt

for. inno-
natione

TOM. 2.

vel cõsenserunt, aut hoc facturos in transgressione paternarum definitionum vel dogmatum anathemati personaliter submittere, neque impersonaliter contra eos sententiam proferre, quia hæc lex Synodalis non est ecclesiæ, vt querela in scripto personaliter proposita, impersonaliter contra nullum proferatur sententia. Cum quibus iustè & Typum, qui nunc contra orthodoxam fidem factus est ex subreptione, non ex studio aut mente pijsissimi nostri Imperatoris, sed suasioe importuna, & falsiloquio Pauli depositi à prædecessore vestræ sanctitatis Theodoro, sanctissimæ recordationis papa vestræ Apostolicæ sedis, eidem anathemati submittere: in quo Typo sine operatione & voluntate omnino, id est, sine intellectu & anima immobilem ipsum gloriæ DEVM Dominum nostrum IESVM CHRISTVM dogmatizauerunt, similiter gentilium idolis inanimatis, (de quibus dicit magnus Dauid: Idola gentium argentum & aurum, opera manuum hominum: os Psal. 115.) habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient: pedes habent, & non ambulant. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: quoniam tale est omne, quod sine operatione & voluntate est) per hoc quod dicitur, nulli licere omnino in CHRISTO vnam aut duas operationes vel voluntates confiteri: quod omnium sanctorum patrum & Synodorum, sed etiàm ipsius CHRISTI Dei mysterij perfecta denegatio cecitit, si utique nemo, neque vna de sanctis patribus & Synodis, ipsum Dominum nostrum & DEVM IESVM CHRISTVM, diuina & humana carentem secundum naturam prædicauit ac definiuit operatione vel voluntate: sed sicut diuinam & humanam naturam, id est, duas naturas eundem per vnitionem inconfusam & indiuisam, ita & diuinam voluntatem & operationem, atque humanam voluntatem & operationem tam per gloriosa atque diuina eius miracula, quamque per voluntarias & humanas passionem in ipso vno confirmatas DEO verbo incarnato firmiter sanxerunt, ad indimmutam & immaculatam veracium rerum approbationem, ex quibus, & in quibus, & quæ est ipse vnus Dominus & Deus noster, siue eiusdem naturaliter deitatis & humanitatis, utpotè neque vna carète operatione naturali & voluntate: atque confirmare Synodaliter pietatem, sicut duas naturas, ita & duas naturales operationes & voluntates vnus eiusdemque dei verbi incarnati nos venerari piè promulgantes, secundum prædictorum sanctorum patrum diuinam traditionem, certissimè hoc scientibus vobis

bis sanctissimis, quod si aliter, quàm à nobis, pietate piè postulata sunt, quicquam omnino integritatem fide corrumpens, à vestra terminetur beatitudine, (quod absit, abfuturumque sit: hoc enim omnino incredulum nobis est) liberi sine dubio atque innocentes ab hoc quod fiet existimus. Pro qua read perfectam nostræ humilitatis edificationem & munitionem, rogamus vestram sanctitatem vsque ad vnum apicem cum omni sacribia secundum Græcam interpretari vocem, quæ nunc à vobis sanctè aguntur ac definiuntur pro causa orthodoxæ fidei, quatenus eorum scientiam accipientes, cum cognitione nostra sub his offeramus, beatissimis vobis confessionem, permanentes intransgressibiliter in his, quæ orthodoxè definit secundum sanctorum (vt dictum est) patrum & Synodorum doctrinam sacram & traditionem gratiæ, quæ in eo est, Domino & DEO nostro synceræ confessionis & fidei.

id est, dil-
gentia

Iohanes Abba presbyter monasterij patris nostri sancti Sabbæ, postulans manu propria subscripti.

Thalassius misericordia Dei abba presbyter sanctæ Dei genitricis & beati Andreæ, postulans propria manu subscripti.

Theodorus gratia Dei Abba presbyter monasterij venerandæ Labræ sancti Sabbæ, postulans propria manu subscripti.

Georgius Abba presbyter, similiter.

Theodorus Abba presbyter, similiter.

Theocharistus misericordia Dei presbyter, similiter.

Theodorus misericordia Dei diaconus, similiter.

Paulus misericordia Dei presbyter, similiter.

Theodorus presbyter, similiter.

Zosimus presbyter, similiter.

Iohannes presbyter, similiter.

Theodorus monachus, similiter.

Polychronius diaconus, similiter.

Constantinus diaconus, similiter.

Petrus diaconus, similiter.

Theodorus diaconus, similiter.

Sergius monachus, similiter.

Thomas diaconus, similiter.

Georgius diaconus, similiter.

Stephanus diaconus, similiter.

Sergius monachus, similiter.

Andreas diaconus, similiter.

Eutychi monachus, similiter.

Cosmas monachus, similiter.

Muconius monachus, similiter.

Abrahamius monachus, similiter.

Iohannes monachus, similiter.

Anastasius monachus, similiter.

Theodorus monachus, similiter.

Theocharistus monachus, similiter.

Leontius diaconus, similiter.

TOM. 2.

Paulus monachus, similiter.
Petrus monachus, similiter.
Iohannes monachus, similiter.
Maximus monachus, similiter.
Anastasius monachus, similiter.
Leontius monachus, similiter.

Deus dedit sanctissimus Episcopus Caraliamus, dixit:

Relectus libellus venerabilium Abbatum, presbyterorum & monachorum, quomodo præuidistis sanctissimi, apertissimam habet & indubitam accusationem contra Cyrum, Sergium, Pyrrhum & Paulum, & qui cum eis sentiunt. Hi nanque Saluatoris nostri in pace consistentem per prauas eorum doctrinas conturbauerunt omnem Ecclesiam, vnam & nec vnam asserentes CHRISTVM habere voluntatem & operationem, quasi sub prætextu pietatis fidem adulterantes, atque propheticam interminationem à proprijs sensibus excludentes, qua dicit: Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum. Et iterum sapientissimus Salomon ait: Quoniam qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præterierit illum corripienti iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermo enim illius auditio ad dominum perueniet, ad correptionem iniquitatum illius: Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Hæc enim si complecti voluissent in proprio sensu, ad reprobum sensum minimè laberentur, sed per DEI timorem sermonum suorum præcauentes custodiam, piam sanctorum patrum definitionem sine quadam nouitatis præsumptione utique conseruarent quoniam dicit, Consilium bonum conseruabit te, mēs autem bona custodiet te. Propter quod veraciter reuerendissimi abbates, presbyteri & monachi commoti, aduersus nouitatis commentum querelas nobis obtulisse noscuntur, coniuurantes nos, vt canonica ultione damnetur. Consonantes autem sanctis patribus, per proprium libellum clare cõfessi sunt saluari sicut vnus eiusdemque CHRISTI secundum substantiam vnitas naturas, ita secundum numerum naturarum, naturales eius voluntates & operationes, ex quibus diuina & humana naturaliter idem volens atque operatus, DEVS simul & homo veraciter cognoscebatur naturaliter, utpotè vtriusque naturæ saluans indimmutè naturalem proprietatem & post vnitatem, ex quibus consistit. Itaque sanctorum patrum in Chalcedonensi Concilio conuenientium docere nos definitio demonstratur, sed & omnium sanctorum patrum Chorus. Pro qua re zeli pietatis

Habac. 2.

Sapi. 1.

etatis Catholicis que dogmatibus congestum libellum eorum nostris actibus præcepimus sociari, ad conuincendam nouitatem, quæ ab eis in accusatione deposita est.

Theophylactus Primicerius notariorum apostolicæ sedis, dixit:

Suggero beatitudini vestræ, quod & ipsam scire sine dubio confidimus, ut potè omnium retinentem & supportantem cum multa sollicitudine, quæ in DEO est, eorum quæ necessantur, vigilantem memoriam, quoniam in scrinio sanctæ vestræ Ecclesiæ plurimæ suggestiones supplicum cum omni cautela reconditæ sunt, postulantium per diuersa tempora vestram principalem Apostolicamque sedem, propter nouitatem nuper emeritam à Cyro & Sergio, vel qui cum eis sentiunt, quatenus eam deponere, & canonico anathemati submittere debeat. Porro, si placet vestræ beatitudini aliquas de præfatis suggestionibus intimare gestis synodaliter, quæ ab ea nunc celebrantur, ad ampliorem ostensionem fraudulentæ immutationis paternarum institutionum, ab aduersarijs præsumenter expositæ, propter quam etiam diuersi querelas contra eos deposuisse noscuntur, quæ præcipit, edisserat.

MARTINVS SANCTISSIMUS ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Catholicæ atque Apostolicæ vrbis Romæ, dixit:

Portet pro cautela eorum, quæ apud nos Synodaliter peraguntur, iuxta submonitionem dilectissimi primicerij nostri, & aliquas de oblatiis pro huiusmodi quæstione relationibus, & in nostro scrinio reiacentibus, ad intimandum deduci, & per eos quorum interest, lectione vulgari.

Theophylactus Primicerius notariorum Apostolicæ sedis, dixit:

Afferens de venerabili scrinio, præ manibus habeo suggestionem Sergij Cyprienfis archiepiscopi, directam ab eo per nuper transactam primam Indictionem, id est, ante septem annos, Theodoro beatæ memoriæ decessori vestro:

MARTINVS SANCTISSIMUS ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Catholicæ atque apostolicæ vrbis Romæ, dixit:

Memorata suggestio Sergij Cyprienfis insulæ Episcopi, suscepta lectioni

TOM. 2.

pandatur. Et accipiens Exuperius notarius regionarius apostolicæ sedis, de Græco in Latinum interpretatam, recensuit in his:

Sanctissimo & beatissimo à deo honorabili domino meo, patri patrū, archiepiscopo & vniuersali Papæ domino Theodoro, Sergius humilis in Domino salutem.

Firmamentū à Deo fixum & immobile, atque tituli formam lucidissimam fidei vestram Apostolicam sedem constituit, & sacer vertex, CHRISTVS DEVS noster. Tu es enim, sicut diuini veraciter pronunciat verbum, Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ confirmata sunt: tibi & clauis caelorum commisit, atque ligare & soluere potestatiuè, quæ in terra & in caelis sunt, promulgauit. Tu profanarum hæreseum depositor existis ut princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei. Igitur non despicias patrum tuorum, pater, fidem æstuantem, & ab aliquibus hæreticis ventis violentatam, nec non periclitantem: resolue nebulam insipientium lumine tuæ diuinæ scientiæ, & sanctissime. Abscinde blasphemias & iactantiam vaniloquorum, & nouiter emergentium hæreticorum doctorum. Mihi etenim minus est orthodoxæ & Apostolicæ vestræ definitioni atque traditioni, quatenus augmentum aliquod suscipiat à nobis fides. Nos autem à DEO inspirati, & sanctorum Apostolorum confabulatores & confacerdotes, sapuimus, confitemur atque confessi sumus à pristinis temporibus & ex ipsis cunabulis secundum sanctum atque beatissimum papam Leonem, prædicantes omnibus & continententes: Operatur vtraque

Epist. 10. natura cum alterius communionem. Cum quo beatissimo viro & omnes à DEO inspirati & sancti patres fatentur. Et hæc quidem à nobis humilimis seruis vestris atque discipulis profecta sunt: Multiloquium autem & contradictionem aduersariorum non admittimus, quia parati sumus pro orthodoxa fide, auxiliantibus vobis sanctissimis & orantibus, martyrium suscipere. Et si quidem voluerint ea, quæ inane ad consummationem animarum dogmata, hoc est, ad interitum doctrinæ & confessionis sanctorum patrum, & gloriosi atque præcipui papæ Leonis proposita sunt, in regia vrbe deponere, quorum contraria sapientes non desistimus, sufficit hoc, atque amica DEO pax sanctis ecclesijs intercedit, & omnis diuisio Ecclesiarum de medio absistit, nec non schismata dissoluantur ad vnitatem denuò restaurata. Si autem noluerint hoc facere, Apostolicos vos patres sequentes, in scripto & sine scripto eos anathematizamus. Non est enim, non est Deo placitum neque iustum, proposita pestilentia hæresium & anathematis blasphemiarum, verbis con-

Literæ Sergij Cyprienfis episcopi ad Theodori Papam.

Insigne præconium Romanæ Ecclesiæ.

Matth. 16.

contendere. Honorent igitur rationem, & erubescant Deum, & huiusmodi blasphemias subtrahere festinent, & in quocunque voluerint loco vel tempore, de quibus existimant sapere, mouemus dogmata. Compendiosè autem, & sanctissime, dicimus: Ea, quæ ad euerfionem & depositionem à Deo inspiratorum patrum & sanctissimi papæ Leonis, necnon vestræ à DEO sapientiæ conscripta sunt, deponantur. Nam & nos, sicut dictum est, iubentibus vobis dominis nostris, & à DEO inspiratis patribus, percutimus eos anathematibus, & tunc motiones de quæstionibus eorum & certamina faciemus, sperantes in vestram DEO placitam & beatam protectionem, quoniam non reuelemur neque formidaturi sumus timore, ubi non est timor, præposito Deo & orthodoxa requisitione. Vique ad hanc igitur diem dispensationem aliquam quærentes, tacuimus eis, arbitrantem ad meliora immutare eos proprias doctrinas. Sic etenim & sanctissime memoriæ Thius noster Archadius sapuit, vestram orthodoxam sequens doctrinam, cuius vestigia & nos omni virtute sequi oramus, consonantes orthodoxæ & à DEO inspiratæ doctrinæ vestræ sanctissime dominationis atque paternitatis. Vterius autem iam non patimur, seminantibus eis zizania & scædala, ut ita dicamus, in omnem mundum. Hi sunt nostri sancti Concilij intellectus, sed & tomum beatæ memoriæ & à DEO inspirati admittit & amplectitur Leonis, & sicut ancoram salutiferam orthodoxiæ detinet, & vestris diuinæ scientiæ lætatur dogmatibus, nihil omnino minuens, & cum ea orthodoxa confessione proficisci & ad Dominum, & terribili eius exorat assistere iudicio. Deus igitur creator omnium, conseruet longæuum sanctissimum dominum nostrum, ad stabilitatem sanctarum eius ecclesiarum & orthodoxæ fidei, vos pastorem bonum, qui pro spiritalibus ouibus tuam animam pones, atque pastorali baculo lupos rapaces expelles. Omnes, qui digni sunt assistere sanctissimo & à Deo honorato dño meo, ego & qui mecum sunt, plurimum in Domino salutamus, & subscriptio: Incoluem me & Domino beneplacitum ora sanctissime pater patrum, Maurus reuerendissimus Casenæ Episcopus, necnon Deus dedit presbyter Rauennatis, locum præsentantes sanctissimi Mauri Episcopi Rauennatis, per vnum eorum, hoc est, Maurum Episcopum Casenatem, dixerunt:

CONGRVVM est, secundum quæ nunc relecta sunt nobis per suggestionem Sergij Cyprienfis insulæ Archadij Episcopi de personis, quæ ab ipso sunt accusatæ, propter eorum introductam nouitatem, ut hoc quod ex persona Domini à beato Hieremia dictum est, & nos competenter dicamus,

TOM. 2.

Obstupuit celum super hoc, & tabuit in amplius terra: quoniam duo mala fecerunt contrarij: Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas contritas, quæ non valent continere aquas. Cisterna nanque contrita, est omne verbum ex quadam hominum adinventione compositum in alligatiōem erroris, quæ ab orthodoxis facile velut aranea dissipatur: non enim de fontibus salutiferis spiritaliter ad acquisitionem æternæ præcedit. Atque ideo competenter nos beatus Paulus Apostolus præmuniens ait non debere plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, in definitione pietatis perdurantes. Qui enim hanc præterierunt, non tantum læsi sunt, decidentem à corroboratione sua, sed & insipientiæ suæ dereliquerunt hominibus memoriæ, ut in his in quibus peccauerunt, nec latere potuissent. Gloria enim & contumelia in loquela & in lingua hominis, casus est illius. Ideoque conueniens est, hanc quidem suggestionem ad ostensionem reprehensæ hæresios nostris actibus inseri. Nec enim fas est, supplicum Apostolicæ sedis in scripto & sine scripto preces oblatas dispicere, sed ut concedet, cum omni probitate contrarij & veluti paleati verbi per vtilitatem canonicæ examinationis plenam purgationem in communi consistentes efficere de maturis & nutrientibus Catholicæ Ecclesiæ dogmatibus, quæ confirmant cor hominis per participationem paternarum institutionum.

Theophylactus Primicerius notariorum Apostolicæ sedis, dixit:

Notum facio vestræ beatitudini, quoniam & aliam suggestionem supplicum præ manibus habeo de quæstione, quæ nunc proposita est, atque apud vos flagitari dinoscitur, directam à reuerendissimis Episcopis Africani Concilij per nuper transactam quartam Indictionem beatæ memoriæ Theodoro, decessori sanctitatis vestræ. Ideoque dignetur de ea quoque, quæ placent, præcipere.

MARTINVS SANCTISSIMUS ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Catholicæ atque Apostolicæ vrbis Romæ, dixit:

Memorata in præfenti suggestio nem reuerendissimorum Episcoporum Africanæ prouinciæ, coram sancto nostro concilio recenserit præcipimus. Et incipiens Theodorus notarius regionarius Apostolicæ sedis, relegit in his:

Domino beatis. Apostolico culmine sublimato, sancto patri patrū, Theodoro Papæ, & summo omnium præfati Theodori

Epistola Africanorum antistitiū ad Theodori Papam.

Pon-

Laus eximia
Romanae Ec-
clesiæ.

Et tales pa-
ritamor
gloriae, &
philantia.
I. Cor. I.

I. Tim. 6.
2. Tim. 2.

pontifici, Columbus primæ sedis Episcopus Concilij Numidiæ, & Stephanus primæ sedis Episcopus concilij Byzaceni, & Reparatus Episcopus primæ sedis concilij Mauritaniæ, & vniuersi Episcopi de tribus concilijs antedictis Africanæ prouinciæ: Magnū & indeficientem, omnibus Christianis fluenta redundantem, apud Apostolicam sedem consistere fontem nullus ambigere possit, de quo riuuli prodigunt affluenter, vniuersum largissimè irrigantes orbem Christianorum, cui etiā in honore beatissimi Petri patrum decreta peculiarem omnem decreuerunt reuerentiam in requirendis DEI rebus, quæ omnino & sollicitè debent, maximè verò iusteque ab ipso præsumum examinari vertice Apostolico, cuius vetusta sollicitudo est tam mala damnare, quam probare laudanda. Antiquis enim regulis sanctum est, vt quicquid quauis in remotis vel in longinquo positus ageretur prouincijs, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestre fuisset deductum, vt huius autoritate, iuxta quæ fuisset pronūciatio firmaretur, indeque sumerent cætera ecclesiæ velut de natali suo fonte prædicationis exordium, & per diuersas totius mundi regiones puritatis incorrupte maneat fidei Sacramenta salutis. Quocirca humilimum vestro Apostolico culmini persoluentes obsequiū, cum lachrymis suggerimus, quod sine cordis gemitu reticere nō valemus, ante hoc temporis spatium exotum apud Constantinopolitanam ciuitatem nouitatis commentum ad nos vsq; opinanter fuisse delatum. Et vt hæc tunc siluifsemus, putauimus seuerissimo examine vestre Apostolicæ sedis fuisse defectum. Quod vbi pertinaciter cognouimus inualefcere, relegendes videlicet libellum Pyrrhi nostri fratris & coepiscopi dudum eiusdem Constantinopolitanæ ciuitatis, apud vestram venerabilem sedem prolati, relationem qualem necessitas exigit fratri Paulo, nunc Constantinopolitanæ ciuitatis ecclesiam occupanti, emisimus, exhortantes cum nimio fletu iam dictum nouitatis commentum, non quidem suis temporibus adinuentum, à suo videlicet authore confutatum, à se quoque vel ab omni ecclesia, cui præsidet, repellere, & chartas omnes præ foribus ipsius sanctæ ecclesiæ ad scandalum populorum suspensas projicere, qualiter fides quæ nunc vsque permansit integra, & apostolica eruditio illibata seruetur. Certum est em̄, quod tales sermonum nouitates de malo gloriæ amore nascuntur: dum sibi nonnulli volunt acuti, perspicaces & sapientes videri, quærit quid noui proferat, nescientes, quæ deo noster infirma mūdi eligit, vt confundat fortia, & sapientes per mundi stulta confundit. Ad Timotheum quippe doctoris gentium sollicitè legisset sermones, quibus ait, vt noui-

tates vitet vocum profanas, ad impietatem nempe ista proficiunt, quæ super spinas & tribulos cōtulerunt; & Ephesi remanēs de-
1. Tim. 2.
nūciat quibusdam, nē quis aliter prædicaret. Et vt aliqua de veteribus proferamus, Hieremiæ Prophetæ verba sunt: Horribilia, inquit, facta sunt super terram: Prophetæ iniquitatem prophetāt. Multa sunt diuine legis documēta, quæ de largo vestri culminis fonte nostris riuulis infundant, quia verò in quandam suspectiōem nostra Africana à malignis hominibus apud memoratam regiam ciuitatem recitata est prouincia, antè dictam relationem memorato fratri Paulo Cōstantinopolitano antistiti transmissam, vestræ Deo amabili beatitudini direximus, quam rogamus humiliter per vestra sacratissimæ sedis responsales transmittere, qualiter prosperè cognoscamus, si memoratus superius frater à nefanda se nouitatis adinuetione ad integram reformatam uerit orthodoxæ fidei prædicationē. Quod si dissimulauerit, autoritas almæ sedis vestre iuxta patrum sanctiones salubri consilio præcabit à sano corpore separare vulnus insanum, remotiq; morbi fauicentis flutu, cautius, quæ sunt sincera, perdurent, & grex purior ab hac mali contagione, spiritali vestri culminis ferramento purgetur. Nouissimè hoc, necessitatis euentu quod accidit, in veritate suggerimus, quia nobis specialiter per vnamquamque prouinciam synodos contrahentibus venerandas, dum ex nostro collegio fratribus electis plenam transmittere nitimur legationem cum nostris relationibus, quædam oborta sunt, quæ nostram intentionem rationabiliter prohiberent. Sed huius rei, quam memorauimus, urgente necessitate, generali Africanæ prouinciæ constituto per legatos diuersorum Conciliorum inuito, generalem hanc prosperè vestro culmini demāduimus relationem, postulantēs non nobis, sed ipsi quæ euenit, necessitati adscribere. Ora pro nobis domine sancte ac beatissime patrum pater. Ora pro nobis domine sancte ac beatissime patrū pater. Ora pro nobis domine sancte ac beatissime patrum pater.

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ec-
clesiæ Catholice atque Apostolicæ Vr-
bis Romæ, dixit:**

Relecta in presenti suggestio reuerendissimorum Episcoporum prouinciæ Africanæ, generalis & catholica esse reperit, id est, ab vniuerso, quod ibidem consistit, omnipotentis Dei Ecclesiastico sacerdotio, & hoc luculentius approbati dinoscitur per validissimam subscriptionem super annexam. Habet namq; sicut nōstis dilectissimi fratres, in primo loco Columbum reuerendissimum Episcopum Numidiæ, primatem epi-

episcoporum sancti Concilij eius. Deinde sancti Cōcilij Byzaceni Stephanum reuerendissimū primatem, necnon sancti Concilij Mauritaniæ Reparatum reuerendissimum primatem, omnes consonanter accusantes, & ad cōdemnationem exurgere deprecantes nostram Apostolicam summāq; sedem contra nouitatis commentum. Qui propter eximium amorē, quem habere videntur, & piissimo principi per suam suggestionē acclamantes, contra nouitatis defensores, id est, Paulum Constantinopolitanum Antistitem supplicabiliter suggesterunt: sed etiā & prædicto Paulo pro hoc ipso aliam synodicam destinauerunt Epistolam, quatenus à defensione huiusmodi prauitatis, quæ ad euerfionem paternarum & synodalium definitiōum ab antecessore ipso Sergio irrationabiliter exposita est, compescere reuertisset, memorantes etiā nobiscum congratulati pro exposito antea in scripto libello conuersionis Pyrrhi oblato ab eo, corrigente tūc proprium errorem, licet ad eum iterum ex amētia reuersus est. Ergo quoniam per hanc suggestionem eorum, aliarum duarum suggestionum memorari noscitur, quorum & exemplaria ad Apostolicam nostram sedem certi sunt direxisse, oportet hanc quidem fidei gestorum inferi, exemplaria verò prædictarum duarum relationum proculdubio in hoc sancto Concilio presentari ac legi, per quas zelum pariter purissimum ac sincerissimū fidei suæ, prædicti reuerendissimi episcopi Africanæ prouinciæ congruè nobis declarasse noscunt. Sic etenim per lectionē ipsarū gestis nostris virtus validissima inhaerebit, adprobatio existēs contrariorum, qui & diuersarum prouinciarū, id est, ecclesiarū submoniti contestationibus, nullo modo passi sunt excessum propriū emendare.

*Theophylactus Primicerius notarius Apos-
tolice sedis, dixit:*

Secundum præceptionem vestre beatitudinis, aliarum quoque duarum suggestionum de venerabili vestro scrinio adferēs exemplaria, per moribus habeo, quid precipitis?
**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei
Ecclesiæ Catholice atque Apos-
tolice vrbis Romæ, dixit:**

Exemplar synodicæ suggestionis directæ ad serenissimū principē à reuerendissimis episcopis Africanis, in primis suscipiat, & coram hoc sancto Concilio competentere lectioni pandatur.

*Et accipiens Paschalis notarius regionarius
Apostolicæ sedis, relegit in his:*

Domino clemētissimo terræ marisq; dño Cōstantino Augusto, Stephanus primæ sedis Episcopus, vel vniuersi Episcopi Concilij Byzaceni vestre pietatis vltimi

TOM. 2.

famuli, Omnipotēs Deus Ecclesiæ suæ puidens, præcitos ac pdestinatos in præsidio eius cōstituit Romani nominis reges, vt quoties turbo diabolicæ factionis quidam contra eam excitare tentauerit, à vestra clementiæ rigore valeat cōprimi: quatenus quies eius procurata, vestre potentie suffragio debeat defensari: quia ei potestatem vestram seruiēdo subiicitis, cuius munere & protectione imperatis. Vnde diuinitus præordinati, eius curam singularem habetis aut primam. Scriptum est igitur de vobis, & de eadē sancta Ecclesia, toto terrarum orbe diffusa: Erūt reges nutritij tui. Efa. 49. pariterq; scriptum est: Honor regis iudici. Psal. 95. um diligit: quia dum diuina rebus humanis præponitis, & orthodoxam fidem curis secularibus præfertis, quid aliud quàm iudicium rectum Dei cultui immolastis? Pro qua re pietati vestre cuncti vestra Africæ Domini sacerdotes coram Domino supplicamus, vt nouella præsumptionis scandalum, quod aduersus fidē nostram attentatum est, auferatur, fratremque nostrum Paulum, Cōstantinopolitanæ ecclesiæ Episcopum, regali autoritate, vt nobiscum, id est, cum omni generalitate orthodoxe sapere debeat, coarctare dignemini. Fidem nāque rectam, à sanctis patribus nobis traditam, sine adiectiōe aut imminutione custodire debemus: quia quicquid auctū fuerit aut subtractū, nunq̄ probatur fuisse perfectū. Scripsimus enī prædicto fratri & coepiscopo nostro Paulo, per latores presentium, vt nostra eum vice cum vestre clementiæ præceptione admoncant, destinates iniunximus: quos vestre mansuetudini commendantes, petitionis nostræ vota vt effectui mancipentur, omnes vniuersim genum mentis flexo deprecamur. Pro qua re expedit, censurę eius & fame, vt quod author tantę præsumptiōis corripuit, à se vel ab alijs non sinat in correctum iam iamque scandalum defensari. Iniunximus autem legationi vestre supplici pietatis vestre, vt ea quæ prædicto fratri nostro scripsimus, ad pias vestre serenitatis aures deducere non morerentur: quatenus pietas vestra, diuinitatis amore instructa, pro pace Ecclesiarum Dei regale præcipiat largiri præsidium, vt pace Dei fruētes, quæ omnem superat intellectum, regnū vestrum in pace securū annis innumeris propagetur. Omnipotens Deus noster, cuius potestate cuncta reguntur, benignus ad vestrum respiciat principatū, paganasque gentes, quæ de sua feritate confidunt, potentie suæ dextera pietatis vestre Christianissimę ditiōi subiugare dignetur. Et subscriptio.

Stephanus, primæ sedis Episcopus, his pijs precibus nostris subscripsit.

Secūsus, gratia Dei Episcopus sanctæ Ecclesiæ Tagasensis, his pijs precibus nostris subscripsit.

VVV Da

Datianus, gratia DEI Episcopus sanctae Ecclesiae Turrebrandis, his pijs precibus subscripsi.
 Saturinus, Episcopus sanctae Ecclesiae Miricianaensis, his pijs precibus subscripsi.
 Iohannes, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Mibiarcesis, his pijs precibus subscripsi.
 Ianuarius, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Gattianensis, vt supra.
 Benerius, humilis misericordia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae ciuitatis Turditanae, vt supra.
 Romulus, humilis misericordia Domini Dei Episcopus sanctae Ecclesiae ciuitatis Ticibus, vt supra.
 Candidus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae patriae Dicensis, vt supra.
 Restutus, Dei misericordia Episcopus sanctae Ecclesiae, lubeclidien, vt supra.
 Fortunius, gratia Dei Episcopus Cellesi, vt supra.
 Criscentinus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae ciuitatis Leptis, vt supra.
 Stephanus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Talapensis, vt supra.
 Ebasius, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Vico Ateriensis, vt supra.
 Donatus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Limicenis, vt supra.
 Theodorus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae ciuitatis Tamazeni, vt supra.
 Optatus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Antontensis, vt supra.
 Constantinus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Helienensis, vt supra.
 Stephanus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Taraquensis, vt supra.
 Victorinus, Dei misericordia Episcopus sanctae Ecclesiae Temunianensis, vt supra.
 Paschasius, misericordia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Detorianensis, vt supra.
 Iulianus, misericordia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Ruspenfis, vt supra.
 Salullius, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Rebianensis, vt supra.
 Donatus, misericordia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Vnziuerensis, vt supra.
 Theodorus, humilis Episcopus sanctae Ecclesiae Hirinensis, vt supra.
 Beatus Stephanus Spes in Deo, misericordia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Quertorianensis, vt supra.
 Mustulus, misericordia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Cebaradensius, vt supra.
 Beatus Laurentius Tarasus, humilis Episcopus sanctae Ecclesiae ciuitatis Vsilabis, vt supra.
 Stephanus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae ciuitatis Gummatis, vt supra.
 Stephanus Episcopus his precibus nostris subscripsi.
 Bonifacius, pietate Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Iustini ac Maximienfis, vt supra.
 Cyriacus, gratia Dei Episcopus, vt supra.
 Ianuarius, misericordia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Banensis, vt supra.
 Felix, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Catholice ciuitatis Thensijs, vt supra.
 Quintus, humilis Episcopus sanctae Ecclesiae Acolitaneus, vt supra.
 Spes, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Secrepedulesis, vt supra.
 Nepus, gratia Dei Episcopus, vt supra.
 Felix, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Municipijs & Gernis, vt supra.
 Pentastus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Turrium & Tamulus, vt supra.
 Bonifacius, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Asuritan, vt supra.
 Numidius, humilis Episcopus sanctae Ecclesiae Sofangium cis, vt supra.
 Benadus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae Hermanensis, vt supra.

TOM. 2.

Rodibaldus, gratia Dei Episcopus sanctae Ecclesiae *Valentinianensis, vt supra.
 *Valenti manentis,
 Martinus sanctissimus ac beatissimus Episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae argue Apostolica Urbis Roma, dixit:

PER propria relatione venerables Episcopi Africanae prouinciae Dauidicum sermone adimplere noscuntur, quo dicit: Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regu, & non confundabar. Non enim confusionem, sed potius gloriam inferunt diuinorum dogmatum eloquia principibus, pariterque priuatis hominibus, atque sacerdotibus Catholicae Ecclesiae, qui cum fiducia multa Euangelium gratiae annunciant. Unde & praedicti reuerendissimi Episcopi suggerentes clementissimo principi innotescere studuerunt, quonia honor principis iudicium diligit verum ac Deo placitum. Quod itaque iudicium mala hortatur nos declinare, bona autem admonet coferuare imperiali lege firmata: per qua legem & Paulum Constantinopolitanu antistitem deprecati sunt serenitatem eius, vt de lapsu proprio eum reuocare dignetur, quatenus de medio extrusa nouitatis praesumptione, sanctorum patrum immobilis & sine cuiuslibet adiectione vel diminutione fides ab omnibus firmiter valeat profiteri. Igitur praesente suggestione, quae ad serenissimum principem directa est ab Africanis Episcopis, actibus nostris inserta, oportet Synodalem Epistolam, ad Paulum Constantinopolitanum antistitem destinatum, per lectionem nobis fieri manifestam.

Et accipies Exuperius notarius Regionarius Apostolica sedis, coram omnibus, relegit in his:

Domino beatissimo & honorabili, sancto fratri Paulo Patriarchae Gulosus, Probis, & ceteri Episcopi sancti Concilij provincialis, qui subter scripturi sumus. Caput & fundamentum fidei catholicae vel vniuersalis Ecclesiae noster DEVS & Dominus Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto indiuisam habet naturam Deitatis, suis (sicut nos Euangelium docet) ait discipulis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Dum ergo, in nomine, diceret: non, in nominibus, vnitatem inseparabilem, non schisma, fideliter eum colentibus, & in eum sincere credentibus, demonstrauit. Beati igitur Apostoli praecipit sui magistris, nostri Domini Iesu Christi perscipientes, sanam & rectam doctrinam in omni orbe terrarum praedicauerunt, quoniam modo sit DEVS colendus, & Christus eius filius noster Deus & Dominus, Deus & homo credendus, & coeternus & coequalis patri & filio diuinitate spiritus sanctus. In hac ergo sine querela vera Dei cultura Catholica

Epistola Episcoporum Africa ad Paulu Constantinopolitanu Episcopus, Matth. 28.

lica sancta Ecclesia manente vnita, inuidia diaboli mors introiuit in cordibus infidelium, qui a via veritatis deuiantes, secundum suae erroris prauae conscientiae a fide, sicut Apostolus loquitur, errauerunt, & infererunt se doloribus multis, iuxta vniuersumque malum intellectum per hereses fidei catholicae aduersantes: contra quas concilia venerabilium pontificum per sacras Christianissimorum Principum iussiones congregata tunc esse noscuntur, in quibus de haereticorum diuersorum versutia, vel astuta aduersus rectam fidem eorum subtili fallacia, sancti & veri pontifices exquirentes mundam fidei orthodoxae & liquidius declaratae omnes haereticos praedamnant, vniuersam dixere sententiam, sancientes, quomodo fidelis populi obtineret solidata, & inuulsi-biliter radicata, Christi Domini DEI nostri, quemadmodum cofitemur, personam, eum, qui super haec auderet quippiam adijcere, aut mutare, vel exinde quiddam adimere, perpetuo anathemate condemnando. Quamquam & sanctam & DEO placitam determinationem omnis suscepit libere fidelis Ecclesia, & per tot temporum curricula habetur & retinetur a recte credentibus haec definitio immaculata & immutata firmissima. Quia vero coperimus, quod quaedam contraria in Constantinopolitana sunt ciuitate contra instituta fidelium & antiquissimorum Patrum & vniuersalium Conciliorum proposita per chartula cuiusdam venenosae dicta, miramur, immo dolemus, cur a vobis haec sunt permanere permessa, aut non statim confessa, & recto sacerdotali proposito radicitus amputata. Nos ergo omnia, quae aduersus definitionem patrum vel sanctorum orthodoxorum Conciliorum, catholicam fidem per Apostolorum doctrinam fundantur, & iam nouiter temporibus Sergij, tunc in tempore patriarchae, fuerit assumpta vel praedicata, utpote execranda, damnamus, illa scilicet amplectentes, quaecunque a sanctis patribus terminata sunt, in quibus fides nostra firma & recta permanet inconuulsa, & fauente Christo, inuolabiliter incorrupta. Nec necessarium nobis est eadem repetere, quae semel sunt bene posita & decreta, ne ad contentionem prouocati, in periculum incidamus, suscipientes iuxta patrum definitionem anathema, si super eos aliquid dicere vel mutare, vel minuere, quod ablit, presumptissemus noua quaedam, quae iam intelliguntur peruersa, haeretica & deo aduersantia capitula, cum in assumptas talia vltio inferatur iusta Diuina, nisi poenitentiae stertibus ad CHRISTVM, in quem delinquit, conuerterint purissime sua corda. Hoc autem quod sancta suscepit recta fides & vera, sicut praedicauit & fatetur vniuersalis immaculata Ecclesia, colimus & tenemus, patrem & filium & sanctum spiritum insepara-

TOM. 2.

rabilem esse Trinitatem, vnum DEVM. Vnum autem sanctae Trinitatis, filium Dei, id est, Christum Dominum Deum nostrum, carnem veram habere humanam, cum anima rationali & intellectuali, nullatenus deitate amissa aut diminuta, sed eundem nostrum Dominum Iesum Christum, Deum & hominem confitemur, dicentes & diuinam naturam, voluntatem & operationem vt DEVM habere perfectum, & quod est hominis, eundem ipsum sine quolibet duntaxat peccati vel concupiscentiae modo similiter naturam, voluntatem & operationem habere plenissimam, id est, in Deo Domino nostro Iesu Christo duas esse naturas, duas operationes, duasque voluntates naturales, sicut catholica docuit & docet semper Ecclesia. Vt autem etiam exemplis sanctorum patrum, quae praemissa sunt, multo amplius roborentur, coram exempla huic nostro episcopulo eloquio ex multis parua inferi-

ma-
 turauimus.
 EX LIBRO SANCTI AM-
 brofij Mediolanensis Episcopi:
 Inter alia Apostolus dicit: Non rapinam arbitratu esse se aequalem Deo. Quod enim quis non habet, rapere conatur. Ergo non quasi rapinam habebat aequalitate cum patre, quam in substantia sua tanquam Deus & Dominus possidebat. Unde addidit: Formam serui accepit. Contrarium utique seruus: Aequalis ergo in DEI forma, minor in susceptione carnis & hominis passionis. Nam quomodo eadem posset minor esse aequalis; natura? Quomodo autem, si minor est, eadem similiter facit, quae pater facit? Nam quomodo eadem operatio diuersa est potestatis? Nunquid sic potest minor, quemadmodum maior operari? aut vna operatio potest esse, ubi diuersa substantia est? Itaque accipe Christum secundum diuinitatem minorem dici non posse.

ITEM CVIUS SVpra:
 Timeat ergo CHRISTVS, cum Petrus non timeat. Christus timeat, & Petrus dicit: Animam meam ponam pro te. Christus dicit: Anima mea turbatur. Vtrunque verum est, & plenum vtrunque ratione, quod & ille, qui est inferior, non timeat: & ille, qui est superior, gerit timentis affectum. Ille enim quasi homo, vim mortis ignorat: iste autem quasi DEVS in corpore constitutus, fragilitatem carnis exponit: vt eorum, qui sacramentum incarnationis abiurant, excluderetur impietas. Denique & haec dixit, & Manichaeus non credidit, Valentinus negauit, Marcion phantasma iudicauit. Eousque autem hominem, quem veritate corporis demonstrabat, aequabat affectu, vt diceret: Sed tu non sicut ego volo, sed sicut tu vis.

ITEM EX LIBRO, cuius supra:
 Audi etiam ipsum agere quod vult. Dixit enim: Vt faciam voluntatem tuam Deus meus,

VVV 2 meus,

Pfal. 53. meus, volui. & alibi: Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor.

ITEM EX LIBRO, cuius supra:

Iohan. 5. Quid est quod pater velit, & filius nolit? aut filius velit, & pater nolit? Pater, quos vult, viuificat: & filius, quos vult, viuificat, sicut scriptum est. Dic nunc, quos viuificauerit filius, & pater viuificare noluerit. Cum autem filius quos velit, viuificet, & operatio vna sit, vide quod non solum filius voluntatem patris, sed etiam pater filij faciat voluntatem. Quid est autem viuificare, nisi per filij passionem? Passio autem Christi, voluntas est patris. Quos ergo filius viuificat, per patris viuificat voluntatem. Vna igitur voluntas. Quæ autem voluntas patris, nisi vt veniret I E S V S in hunc mundum, & nos mundaret à vitijs? Audi leprosum dicentem: Si vis, potes me mundare. Respondit I E S V S: Volo. & statim sanus effectus est.

Matth. 8. Videtis quia filius suæ arbiter est volutatis, & Christi voluntas eadem, quæ paterna est. Quanquam cum dixerit, Omnia quæ pater habet, mea sunt: sine dubio, quia nihil excipitur, quam pater habet, eandem habet & filius voluntatem. Vna ergo voluntas, vbi vna operatio. In D E O enim volutatis ferries, operationis effectus est. Sed alia volutatis hominis, alia Dei. Denique vt scias, vitam in volutate esse hominis, quia mortem timemus: Passionem autem Christi in voluntate diuina, vt pateretur pro nobis: cum Petrus vellet Dominum à passione reuocare, Dominus ait: Non scis quæ DEI sunt, sed quæ sunt hominum. Suscepit ergo voluntatem meam, suscepit tristitiam meam, confidenter tristitia nomino, quia crucem prædico. Mea est voluntas, quam suam dixit: quia vt homo suscepit tristitiam meam, vt homo locutus est: & idè ait, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Mea est tristitia, quæ meo suscepit affectu. Nemo enim moriturus exiit. Mihi compatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me & in me doluit, quia se nihil habuit quod doleret. Doles igitur Domine I E S V, non tua, sed mea vulnera: non tuam mortem, sed nostram infirmitatem, sicut ait propheta, Quia pro nobis dolet. Et nos Dñe existimauimus te esse in doloribus, cum tu non pro te, sed pro me doleres. Et quid mirum si pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit? Quid mirum si moriturus pro omnibus tædeat, qui Lazarum resuscitaturus illachrymat? Verum & ibi piæ sororis lachrymis comouetur, quia mentem humanam tangebatur: & hic alto operatur affectu, vt sicut mors eius mortem abstulit, liuor eius vlcera nostra sanauit, ita etiam merorem nostrum meror eius aboleret. Vt homo ergo dubitat, vt homo turbatur: nõ turbatur virtus, nõ turbatur eius diuinitas: sed turbatur anima, turbatur humanæ fragilitatis assumptio. Et idè quæ sus-

ceptit animam, suscepit & animæ passiones. Non enim D E V S eo quod D E V S erat, aut turbari, aut moueri posset. Denique, Deus Deus, inquit, meus, quare me dereliquisti? Vt homo ergo loquitur, meos circumferes metus, quod in periculis positus, à Deo deseri nos putamus. Turbat vt homo, flet vt homo, crucifigitur. Sic enim & Apostolus Paulus dixit, quia Christi carnem crucifixerit: & alibi apostolus Petrus ait: Christo passo secundum carnem. Caro igitur est passa, diuinitas autem mortis libera passione: corpus humanæ naturæ lege concessit. An verò mori diuinitas potest, cum anima non possit? Nolite, inquit, timere eos, quæ corpus possunt occidere, animam autem nõ possunt. Ergo si anima occidi nõ potest, quomodo diuinitas potest?

ITEM ex libro sancti Augustini Hipponensis episcopi aduersum Arrianos: Est in homine simile quiddam, quauis nequaquam illius Trinitatis, quæ Deus est, excellentiæ comparandum. Ille enim Deus est, iste creatura: habet tamen aliquid distantia, vbi qualicumque; modo id, quod de illa ineffabili D E I natura dicitur, possit intelligi. Neque enim frustra non est dictus, Faciam hominem ad imaginem tuam, tanquam pater filio loqueretur, aut ad imaginem meam: sed dictum est, Ad imaginem nostram, quod ex

persona ipsius Trinitatis rectissime accipitur. Tria itaque ista in hominis animo cogitemus, memoriam, intelligentiam & voluntatem. Ab his tribus fit omne quod facimus: & cum tria ista bene recteque sese habent, bonum & rectum est omne quod facimus: si nec memoriã decipiat obliuio, nec error intelligentiam, nec iniquitas voluntatem. Ad D E I quippe imaginem sic reformamur. Omne igitur opus nostrum ab his tribus fit. Nihil enim agimus, quod non hæc tria simul agant. Deinde cum de singulari loquimur, etiam quod ad singula pertinet, ab omnibus agitur. Neque enim sermonem, quem de sola memoria facimus, memoria sola facit, sed intelligentia volutatisque cooperatur eum, quauis ad solam memoriam pertinentem. Hoc & de duobus ceteris videre facillimum est. Nam quod de se ipsa intelligentia loquitur, sine memoria & voluntate nõ loquitur: sic quicquid de sola se ipsa voluntas dicit aut scribit, sine intelligentia memoriaque, non facit.

ITEM EX LIBRO SANCTI Augustini de gratia noui Testamenti ad Honoratum: O homines, nolite desperare vos fieri posse filios D E I: quia & ipse filius D E I, hoc est, verbum Dei, caro factum est, & habitauit in nobis. Reddite vicem, & efficiamini spiritus, & habitate in illo, quæ caro factus est, & habitauit in nobis. Neque enim iam desperandum est, participatione verbi fieri posse homines

homines filios Dei, quod filius Dei, participatione carnis factus est filius hominis. Nos itaque mutabiles in melius commutandi, participes efficiamur Verbi. Verbum autem immutabile, nihil in deterius commutatum, particeps carnis effectum est, rationali anima mediata. Neque enim homo Christus, vt Apollinaristæ heretici putauerunt, aut non habuit animam, aut non habuit rationem aut voluntatem, sed more suo scriptura, vt & CHRISTI humilitatem magis ostenderet, nõ carnis nomen quasi indignum aliquid refugisse videretur, carnem pro homine posuit. Neque quia scriptum est, Videbit omnis caro salutem D E I, animam ibi non sunt intelligendæ.

Gulofus, gratia DEI Episcopus sanctæ Puppitanæ, huic libello rectæ fidei nostræ subscripsi.

Probus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tatiæ Montanenſis, vt supra.

Marcellus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Mattianenſis, vt supra.

Pariator, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Hiltensſis, vt supra.

Theodorus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Biltenſis, vt supra.

Mellosus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Gispensſis, vt supra.

Cōstantinus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Talborensſis, vt supra.

Felix, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Parienſis, vt supra.

Paulus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tabucenſis, vt supra.

Florentius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Egugenſis, vt supra.

Donatus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Ipporizaritenſis, vt supra.

Valerius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tiburſicenſis, vt supra.

Vitalis, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Zarnenſis, vt supra.

Crescis, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Cæfaleſis, vt supra.

Augustalis, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Abitenſis, vt supra.

Gentilis, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Cubdenſis, vt supra.

Crescens, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tiburnicenſis, vt supra.

Maximus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Rucumenſis, vt supra.

Victor, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Municipitogianæ, vt supra.

Iohannes, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Elibienſis, vt supra.

Bonifacius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Telenſis, vt supra.

Felix, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Timidenſis, vt supra.

Fructuofus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Vinenſis, vt supra.

Benenatus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Semitenſis, vt supra.

Cyprianus, gratia Dei Episcopus sanctæ Ecclesiæ Tadduenſis, vt supra.

Bassus, gratia Dei Episcopus sanctæ ecclesiæ Carpitanæ, vt supra.

Adeodatus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Abbiritanæ, vt supra.

Victor, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Membressitanæ, vt supra.

Vitalis, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tizzicenſis, vt supra.

Petrus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Culcitanenſis, vt supra.

Ianuaris, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Libertinenſis, vt supra.

Redemptus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Neapolitanæ, vt supra.

Felix, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Aborensſis, vt supra.

Pariator, gratia Dei episcopus sanctæ Ecclesiæ Scilitanæ, vt supra.

Victor, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Bulnenſis, vt supra.

Dominicus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Abafallenſis, vt supra.

Stephanus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tuccaborienſis, vt supra.

Bonifacius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Pappianenſis, vt supra.

Valentinianus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Viſicenſis, vt supra.

Germanus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Ciuntuturbo, vt supra.

Fortunius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Ofitanæ, vt supra.

Redemptus, gratia Dei episcopus Municipij Canapij, vt supra.

Cresciturus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Buſitanæ, vt supra.

Reparatus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Meglapolitanæ, vt supra.

Ianuaris, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Muſtitanæ, vt supra.

Maximus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Suenſis, vt supra.

Iulianus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ duarum Senepſalitarum, vt supra.

Donatianus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Nummulitanæ, vt supra.

Clarissimus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tauracinæ, vt supra.

Cōstantinus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Altoburitanæ, vt supra.

Lucianus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Succubienſis, vt supra.

Crisconius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Vculenſis, vt supra.

Candidus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Sicenſis, vt supra.

Donatus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Horrenſis, vt supra.

Florētius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ

TOM. 2.

Esa. 49.

homines filios Dei, quod filius Dei, participatione carnis factus est filius hominis. Nos itaque mutabiles in melius commutandi, participes efficiamur Verbi. Verbum autem immutabile, nihil in deterius commutatum, particeps carnis effectum est, rationali anima mediata. Neque enim homo Christus, vt Apollinaristæ heretici putauerunt, aut non habuit animam, aut non habuit rationem aut voluntatem, sed more suo scriptura, vt & CHRISTI humilitatem magis ostenderet, nõ carnis nomen quasi indignum aliquid refugisse videretur, carnem pro homine posuit. Neque quia scriptum est, Videbit omnis caro salutem D E I, animam ibi non sunt intelligendæ.

Gulofus, gratia DEI Episcopus sanctæ Puppitanæ, huic libello rectæ fidei nostræ subscripsi.

Probus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tatiæ Montanenſis, vt supra.

Marcellus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Mattianenſis, vt supra.

Pariator, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Hiltensſis, vt supra.

Theodorus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Biltenſis, vt supra.

Mellosus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Gispensſis, vt supra.

Cōstantinus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Talborensſis, vt supra.

Felix, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Parienſis, vt supra.

Paulus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tabucenſis, vt supra.

Florentius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Egugenſis, vt supra.

Donatus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Ipporizaritenſis, vt supra.

Valerius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tiburſicenſis, vt supra.

Vitalis, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Zarnenſis, vt supra.

Crescis, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Cæfaleſis, vt supra.

Augustalis, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Abitenſis, vt supra.

Gentilis, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Cubdenſis, vt supra.

Crescens, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tiburnicenſis, vt supra.

Maximus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Rucumenſis, vt supra.

Victor, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Municipitogianæ, vt supra.

Iohannes, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Elibienſis, vt supra.

Bonifacius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Telenſis, vt supra.

Felix, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Timidenſis, vt supra.

Fructuofus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Vinenſis, vt supra.

Benenatus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Semitenſis, vt supra.

Cyprianus, gratia Dei Episcopus sanctæ Ecclesiæ Tadduenſis, vt supra.

Bassus, gratia Dei Episcopus sanctæ ecclesiæ Carpitanæ, vt supra.

Adeodatus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Abbiritanæ, vt supra.

Victor, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Membressitanæ, vt supra.

Vitalis, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tizzicenſis, vt supra.

Petrus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Culcitanenſis, vt supra.

Ianuaris, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Libertinenſis, vt supra.

Redemptus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Neapolitanæ, vt supra.

Felix, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Aborensſis, vt supra.

Pariator, gratia Dei episcopus sanctæ Ecclesiæ Scilitanæ, vt supra.

Victor, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Bulnenſis, vt supra.

Dominicus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Abafallenſis, vt supra.

Stephanus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tuccaborienſis, vt supra.

Bonifacius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Pappianenſis, vt supra.

Valentinianus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Viſicenſis, vt supra.

Germanus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Ciuntuturbo, vt supra.

Fortunius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Ofitanæ, vt supra.

Redemptus, gratia Dei episcopus Municipij Canapij, vt supra.

Cresciturus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Buſitanæ, vt supra.

Reparatus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Meglapolitanæ, vt supra.

Ianuaris, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Muſtitanæ, vt supra.

Maximus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Suenſis, vt supra.

Iulianus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ duarum Senepſalitarum, vt supra.

Donatianus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Nummulitanæ, vt supra.

Clarissimus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Tauracinæ, vt supra.

Cōstantinus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Altoburitanæ, vt supra.

Lucianus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Succubienſis, vt supra.

Crisconius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Vculenſis, vt supra.

Candidus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Sicenſis, vt supra.

Donatus, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Horrenſis, vt supra.

Florētius, gratia Dei episcopus sanctæ ecclesiæ

TOM. 2.

clesiæ Zentensis, vt supra.

Quobulus, gratia dei episcopus sanctæ ecclesiæ Cęciritanę, vt supra.

Felix, gratia dei episcopus sanctę ecclesiæ Trispellis, vt supra.

Benenatus, gratia dei episcopus sanctæ ecclesię Giutrarnbariensis, vt supra.

Stephanus, gratia dei episcopus sanctæ ecclesię Clipiensis, vt supra.

Victorinus, gratia dei episcopus Auziritanę, vt supra.

Mellofus, gratia dei episcopus sanctę ecclesiæ Bullentensis, vt supra.

Cyprianus, gratia dei episcopus sanctæ ecclesiæ Villamagnensis, vt supra.

Nabigijs, gratia dei episcopus sanctę ecclesiæ Tigimentis, vt supra.

Tripolius, gratia dei episcopus sanctæ ecclesiæ Vicitanę, vt supra.

Benenatus, gratia dei episcopus sanctæ ecclesiæ Naraggaritanę, vt supra.

Flavianus, gratia dei episcopus sanctę ecclesiæ Vticensis, vt supra.

Benenatus, gratia dei episcopus sanctæ ecclesiæ Curbitanę, vt supra.

Fortis, gratia dei episcopus sanctę ecclesiæ Agenlis, vt supra.

**MAXIMVS, SANCTISSI-
mus Episcopus Aquileiensis eccle-
się, dixit:**

Directa synodalis Epistola à venerabili-
bus Africanis Episcopis Paulo Constanti-
nopolitano antistiti, quę in presenti nobis
relecta est, luce clariùs eosdē ostendit im-
piissimum quidem intellectum denomi-
nati antistitis condemnantes, atq; sancto-
rum patrū pium dogma cōfirmantes, duas
naturas duasque volūtates, & duas opera-
tiones vnus eiusdemq; Domini DE I
nostri Iesu Christi dogmatizātes. Et nec hoc
transitorie, aut per aliquam postpositiōem,
sed vt cernitis, per approbationem sancto-
rum patrū, id est, Ambrosij & Augustini
gloriosorū Catholicę Ecclesię eximiorūq;
doctorum: per quos aduersarij, de sua ma-
litia minimē recedentes ad meliorem sen-
sum, nullius satisfactionis locum inuenient
ab eo, quod tam paternis testimonijs inui-
tati, quamque Synodalibus contestationi-
bus in scripto & ex nō scripto, ab omnibus
admoniti esse noscuntur: sed & ab ortho-
doxis sacerdotib; presentialiter admoniti
ad correctionem proprii erroris, licet nullo
modo vocē incantantium admittere passi
sunt, aures mētis obturantes, vt cōpetenter
in eos, quod per sapientiam dicitur, imple-
atur: Vocati, & renuistis: extendi sermōes,
& nō fuit qui adspiceret. Despexistis omne
consilium meum, & increpationes meas ne-
glexistis: eō quod exofam habuerint disci-
plinam, & timorē Domini nō susceperint,
nec acquieuerint consilio meo, & detraxe-

Psalm. 57.

Prou. 1.

TOM. 2.

rint vniuersę correctioni meę. Comedent
enim fructus vię suę, suisque consilijs sa-
turabuntur. Qui autem me audiērit, absq;
terrore requiescet, & abundantia pefruetur,
malorum timore sublato. Profecto & hanc
Epistolam, p̄memorato Paulo directam à
reuerendissimis Africanis Episcopis, oportet
gestis inferi, ad argumētum eius impro-
bæ instantiæ vel complicum eius, quam vi-
delicet per tot annos contra immaculatam
fidem nostram Christianorum exercere
noscuntur, vt ex hoc nullam habeant vir-
tutem, quasi sine reprehensione proprium
errorem in deceptione simplicium profe-
rentes.

**THEOPHYLACTVS PRIMI-
cerius notariorum Apostolicę
sedis, dixit:**

Suggero beatitudini vestrę, quoniam sic-
uti & ipsa benē cognoscit, Synodica quo-
quē p̄sulis Carthaginensis, q & superesse
dinoscitur, sanctissimi Victoris cum caute-
la seruatur, in vestro venerabili serinio sal-
uata, per quam competenter ille decessori
beatitudinis vestrę Apostolicę recordati-
onis Theodoro, suę ordinationis promo-
tionem significauit, in qua & nouam adin-
uentionē sufficiter & ipse accusans, petijt,
quatenus condemnatio eius à vestra Apo-
stolica autoritate efficiatur. Propterea
suggeri, si p̄cipit, vt cum alijs & huiusmo-
di Synodica examinetur apud vestrā bea-
titudinem.

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sanctę
Dei Ecclesię Catholicę atq; Apo-
stolicę vr̄bis Romę, dixit:**

Necessē est, & maximē propter digni-
tatem sedis eius, immo autem porre-
ctū eius intellectū, Victoris quoque Car-
thaginēsis venerabilis episcopi Synodicam
nobis intimari, ad perfectam cognitionem
virtutis eius.

*Theophylactus Primicerius notariorum Apo-
stolicę sedis, dixit:*

Denominatam Synodicā afferens iuxta
vestram iussionē, p̄re manibus habeo: quid
p̄cipitis?

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sanctę
Dei Ecclesię Catholicę atque apo-
stolicę vr̄bis Romę,
dixit:**

Victoris venerabilis Episcopi Cartha-
ginēsis oblata Synodica, huic sanctę
Synodo, vt concedet, relegatur.

*Et accipiens Paschasius notarius regionalis
Apostolicę sedis, relegit in his:*

Domino

Epistola Vi-
ctoris Car-
thaginēsi
episcopi ad
Theodorū
Papam.



Omino beatissimo, & hono-
rabili sancto fratri, the-
odoro Pape Victor. Vestrę
beatissimę paternita-
tis apud Deum accepta-
bilia opera, & conuersatio
gloriosa penē mundo to-
to sunt manifesta.

Predicationibus igitur
Apostolicis & doctrinis dū verę fidei cul-
tura vniuersa repleta sit terra, per diuino-
rum tamen eruditionem eloquiorum, ve-
stra instrumēta admonitione exhortatoria,
superedificatur orthodoxa Christi Eccle-
sia, Apostolica institutione fundata, & à si-
delibus patribus firmissimē roborata. Ad
quam omnes beatissimi Apostoli, pari hono-
ris & potestatis consortio p̄diti, po-
pulorum agmina conuertentes, piē & san-
ctē de tenebris ad lumen, de lapsu ad verā
fidem, de morte ad vitam homines diuina
p̄destinationis gratia p̄citos, salutari-
bus p̄ceptis ac monitis perduxerunt. Quo-
rum sanctorū Apostolorum vestra frater-
nitas honoranda sequēs plenius merita, &
perfectius implens exempla, Ecclesiā Dei
morum probitate & actum sanctitate cō-
decorat, & fide sacra vel Christianis mori-
bus vigens, quę fieri DE O placita p̄ci-
pit, studijs pontificalibus indefinēter ope-
ratur & p̄ficit, seruans legis diuinę man-
data: Quia non legis auditores iusti sunt
apud DE VM, sicut narrat Apostolus, sed
factores legis iustificabuntur. In qua lege
diuina vestra sancta & veneranda synceritas,
sicut scriptū est, meditat die ac nocte:
quę meditatio non lectiōe per figuram li-
terarū tantum cōspecta, sed vberate in vo-
bis Chri gratia, in vestra cognoscit cōsciē-
tia immobiliter instita, nullatenus de vestro
corde recedente lege Christi Dei Domini
sacro sancta, sicut in Psalmis dicit Prophe-
ta: Os iusti meditabitur sapientiam, & lin-
gua eius loquetur iudicium. Lex DEI eius
in corde ipsius: non atramento, sed spiritu
DEI viuī vestra in arcana conscripta, neq;
in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis car-
nalibus, sicut beatissimi Apostoli Pauli ad
Corinthios missa nos docet epistola.

Rom. 2.

Psalm. 1.

Psalm. 36.

2. Cor. 3.

Quibus p̄missis, significamus DE O pla-
citę fraternitati vestrę, die XVII. Kalen-
darum Augustarum Indictiōis quartę, no-
stram humilitatem diuina gratia, suo vt p̄-
cepit munere p̄ueniēte, vt vestris sanctis
ac DEO dignis precibus in sancta Cartha-
ginensis ciuitatis ecclesia p̄tōficalis hono-
ris accepisse consecrationem & stolam. In
quo dignitatis fastigio, vt à DE O omni-
potēte regamur ab altissimo, & à malis acti-
bus liberati, sacerdotale non nomen tan-
tū, sed Christi Domini Dei nostri prote-
gēte auxilio & merito habeamus, vestris
sanctis ac DE O acceptabilibus nos com-
mendantes orationibus poscimus, quate-

TOM. 2.

nus & vestris deprecationibus pro nobis
ad DE VM effusis muniti, & eruditioni-
bus bonis instructi, digni efficiamur cum
omni nobis populo Christiano commisso
illę protēgi velamēto diuino. Ad salutari-
onem ergo vestrę sanctę & honorandę fra-
ternitatis, vice nostra Mellosum humilem
vestrū fratrem, nostrum Episcopum, & Re-
demptum diaconum, vel Crescenturum no-
tarium sanctę nostrę sedis, vestros famulos
destinauim; quos postulamus celerius no-
bis à vestra beatitudine persolui, quod pos-
sint ad proprias ecclesias ante hyemē Deo
propitio remeare. Prę omnibus autem fa-
teor, in ipso nostrę prouectionis exordio
cor nostrum nō leuiter vulneratum fuisse,
vt propheticum illud p̄ceptū exoptarem,
dicens: Quis dabit capiti meo aquam, aut
oculis meis fontem lachrymarum, & sedes
plorabo die ac nocte? Ecce enim ecclesię
DEI non leuiter perturbantur, Christia-
nissimorū voces ac gemitus Episcoporum
non supportamus, quarentium & claman-
tium nouitates & concinnationum figmē-
ta, à Paulo venerabili consacerdote nostro,
vt dicitur, contra fidem veracissimā appro-
bata, debere repelli. Nos autē temperamē-
tū causis innectentes, expedire putauimus,
p̄dictorum beatissimorum consacerdo-
tū nostrorū licet iustissimos questus, æqua-
nimitur supportare, & ad auditus veneran-
dos fraternitatis vestrę hoc ipsum peruigi-
li cura deducere. Inquiunt enim, quędam
vice Epigrammatum, chartarum volumi-
na in sacris ædibus apud regiam ciuitatem
nup̄ esse suspensa, religioni catholicę &
ipsi verę fidei ac patrū traditiōibus omni-
nō contraria. Quis em̄ vecors sacrilega vo-
ce audeat p̄dicare, in Domino nostro Ie-
su Christo, aut vnā tantummodō volun-
tatem, aut vnā operatiōem existere, dum
manifestissimis Patrum definitionibus li-
quidius clareat, in nō nostro Iesu Christo
duas naturas, & carū duas volūtates, duasq;
operatiōes vel p̄prietates naturales modis
omnibus inueniri? Et possum; multiplicibus
patrū documentis nostrę paruitatis inten-
tionem firmare, nisi vestram sanctissimam
fraternitatem in omnibus corde ea retine-
re firmissimē teneamus. Vt autem ipse se-
dis Apostolicę decretis per omnia confir-
memur, Leonis beatissimi p̄decessoris ve-
stri Apostolicę memorię definitionem in-
feri peruidimus, & continet: Agit enim
vtraque natura cum alterius communione
quod proprium est. Nos itaque patrū in
omnibus decreta sequētes, in Christo Do-
mino nostro duas naturas earumque duas
voluntates, duasq; operationes firmissimē
p̄dicamus, Deum verum atq; hominem
verum absq; delictis humanis veraciter cō-
fitemur, repudiātes cunctarū hęresum sub-
fannatiōes, vanitates & insanias mendaces.

Hierc. 9.

Epist. 10.

VVV 4 Vestrum

Authoritas
Romani pō
tificis.

Vestrum est itaque, frater sanctissime, canonica discretionē solite contrarijs catholicæ fidei obuiare, nec permittere nouiter dici, quod patrum venerabilium authoritas omnino non censuit. Nos enim humiles corde, quæ recta sunt adiutore Domino sapiētes, vno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defendentes. Studiofius itaque a catholicis improbis probè resistere imminendum est, nè torpore desidie oppressi, culpa taciturnitatis teneamur obnoxij, & quasi fauorem impendentes iudicemur, dum aduersa catholicæ fidei propulsare negligimus. A beato namque Felice apostolico vestrae sanctitatis predecessore dictum est: Negligere quippe, cum possis, deturbare peruersos, nihil est aliud quam fouere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Ergo quæ, vt ait, manifesta est omnibus venenosa serpentum calliditas, id est, hæreticorum fallacia, per amputationem naturalium proprietatum Christi DEI confundens naturas, oportet eam sine dubio destrui, vt potè contradicentem doctrinæ sanctorum patrum, & maximè definitioni sancti Chalcedonenis Concilij. His itaque in scripto nobis oblati pro Catholica Ecclesia, & tam per alios sacerdotes, quamque per antè fatum venerabilem Carthaginensem Episcopum, non nos oportet deceterò negligere & differre, nè, quod ab sit, memoratis criminibus submittamur, irrationabiliter postponentes & expectantes eos, qui nolunt ad Dominum conuerti. Expectauimus enim, sicut beatus Esaias perhibuit, vt facerent iudicium, fecerunt autem iniquitatem & non iustitiam, sed clamorem omnes pios conturbantem: & hoc dum scire debeant, quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt, hoc est, qui nouitates contra fidem operantur, licet diuitiæ bonitatis DEI & sustentationis & patientie, ignorantes quoniam benignitas DEI ad poenitentiam eos adducit: Secundum autem duritiam eorum & cor impænitens, thesaurizant sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij DEI, qui reddet vnicuique secundum opera eius, iuxta quod nobis beatus Paulus Apostolus protestatur. Oportet ergo præsentem quoque epistolam gestis sociari, ad arguendam contrariorum proteruiam. Igitur vsque ad hoc sufficiunt nobis querimonie contra eos, quoniam derelinquet nos tempus, iuxta quod ait Apostolus, si voluerimus omnium penè Orthodoxorum oblatas contra eos producere querelas, maximè dum & hæc nobis sufficiant, id est, ea quæ superius recitata sunt, vt eorum heresim diuulgemus, & ostendamus omnibus sub accusatione eam & repræhensione meritò existentem. In ore etenim, iuxta quod dictum est, duorum vel trium testium stabit omne verbum, vt non dicatur multitudo tantorum sacerdotum & populorum, abbatum, vel monachorum in scripto & sine scripto contra huiusmodi prauissimam nouitatem ad Apostolicam nostram sedem acclamantium. Sed iam tempus exigit, vt vniuersiufque personæ accusatæ in medio producantur

MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei Ecclesie Catholicae atque apostolicæ vrbis
Romæ, dixit:

Per synodicam Epistolam suam dudum nobis relectâ, Victor venerabilis Carthaginensis Episcopus tam per feruidissimum zelum suum declarauit, quamque Deo amabilem humilitatem rationabiliter certus est ostendisse. Et zelum quidem per hoc, quod introductam nouitatem nimis accusare nostræ Apostolicæ sedi dinoscitur & enarrare in scripto ei acclamationes penè omnium Christianorum, necnō gemitus reuerendissimorum Episcoporum, non leuiter, sicut ille scripsit, perturbatorum propter fictiones & commenta, quæ aduersus veram confirmauit fidem Paulus episcopus Constantinopolitanus. Humilitatem autè, competentèr minimè præsumens abrogatū eun-

TOM. 2.

dem Paulum habere, sed consecratorē appellans, donè iudicium de eo nostræ Apostolicæ authoritatis, hoc est, principis Apostolorum Petri cognoscat: vt potè quoniam solus atque præ omnibus creditus est atque accipere meruit à rege regum Christo Deo clauis regni cælorum, ad aperiendum rectè credentibus in eūdem dominum nostrum, & claudendum infidelibus hæreticis. Quod vtique & nos facere postulauit per propria scripta denominatus venerabilis quoque Episcopus Carthaginensis, vt non despiciamus ipsius vel consecratorum eius contra hæreticos iustas querimonias: sed quæ catholicæ fidei atque verissime patrum traditioni omnino contraria existunt, diiudicemus dogmata, pro eo quod iuxta eius scripta nullus audet, licet insanus sit, sacrilega voce prædicare, vnam in Christo Deo esse tantummodò voluntatem, aut vnam operationem: Vt potè luculentius omnibus comprobatur per paternas definitiones, quoniam duæ naturæ Christi Dei existunt in vnitione inconfusæ & indiuisæ, & duæ voluntates, duæque operationes & proprietates naturales: & quia plurimis testimonijs catholicæ Ecclesie patrum huiusmodi potest Domino opitulante sermonem ostendere, licet nobis, id est, Apostolicæ nostræ sedi hoc facere commisit, certus existens firmius nos habere, atque eadem sapere & defendere legitime. Veruntamen ituduit & ipse nihilominus pium firmare intellectum per sacræ vocem Leōis, nostræ Apostolicæ Ecclesie præfulis, in hoc quod dicit: Operatur enim vtraque forma cum alterius cōmunionem quod proprium est. Quibus adiciens ait, Quoniam nos decreta sanctorum patrum in omnibus sequentes, duas naturas, ex quibus & in quibus consistit, in vnitione indiuisas: & duas voluntates duasque operationes Christi Dei firmissimè prædicamus, Deum verum atque hominem verum absque delictis humanis eundem veraciter confitentes, repudiantes cunctarum hæresum subannationes, vanitates & insanias, mendacia atque stultitiam. Nam nos humiles, ait, corde, quæ recta sunt adiutore domino sapiētes, vno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, veramque fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defendentes. In his ergo propria dogmata instituens, cōpetenter & nostram expetijt canonicè authoritatem. Propterea & scripsit, Quoniam vestri est, sanctissimi, canonica discretionē aduersarijs catholicæ fidei solite resistere, nihilque permittere dici nouiter à quopiam, quod sanctorum patrum traditio minimè definiuit. Et propterea cōtestans nos de his, quæ sunt plena timoris ac veritatis, in hoc quod scribit studiosus: Itaque oportet Catholicos improbis probè resistere, nè torpore desidie oppressi, taciturnitatis teneamur obnoxij, & argua-

arguamur sicuti aduersa catholicæ fidei propulsare negligentes, vt potè ad ea malignum quendam saluantes fauorem. Huiusmodi sermonem cōfirmans per sacram memoratorem beatæ memoriæ apostolici viri Felicitis, qui scribens sapientissimè ait: Negligere quippe, cum possis, deturbare peruersos, nihil est aliud, quam fouere eorum impietatem. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Ergo quæ, vt ait, manifesta est omnibus venenosa serpentum calliditas, id est, hæreticorum fallacia, per amputationem naturalium proprietatum Christi DEI confundens naturas, oportet eam sine dubio destrui, vt potè contradicentem doctrinæ sanctorum patrum, & maximè definitioni sancti Chalcedonenis Concilij. His itaque in scripto nobis oblati pro Catholica Ecclesia, & tam per alios sacerdotes, quamque per antè fatum venerabilem Carthaginensem Episcopum, non nos oportet deceterò negligere & differre, nè, quod ab sit, memoratis criminibus submittamur, irrationabiliter postponentes & expectantes eos, qui nolunt ad Dominum conuerti. Expectauimus enim, sicut beatus Esaias perhibuit, vt facerent iudicium, fecerunt autem iniquitatem & non iustitiam, sed clamorem omnes pios conturbantem: & hoc dum scire debeant, quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt, hoc est, qui nouitates contra fidem operantur, licet diuitiæ bonitatis DEI & sustentationis & patientie, ignorantes quoniam benignitas DEI ad poenitentiam eos adducit: Secundum autem duritiam eorum & cor impænitens, thesaurizant sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij DEI, qui reddet vnicuique secundum opera eius, iuxta quod nobis beatus Paulus Apostolus protestatur. Oportet ergo præsentem quoque epistolam gestis sociari, ad arguendam contrariorum proteruiam. Igitur vsque ad hoc sufficiunt nobis querimonie contra eos, quoniam derelinquet nos tempus, iuxta quod ait Apostolus, si voluerimus omnium penè Orthodoxorum oblatas contra eos producere querelas, maximè dum & hæc nobis sufficiant, id est, ea quæ superius recitata sunt, vt eorum heresim diuulgemus, & ostendamus omnibus sub accusatione eam & repræhensione meritò existentem. In ore etenim, iuxta quod dictum est, duorum vel trium testium stabit omne verbum, vt non dicatur multitudo tantorum sacerdotum & populorum, abbatum, vel monachorum in scripto & sine scripto contra huiusmodi prauissimam nouitatem ad Apostolicam nostram sedem acclamantium. Sed iam tempus exigit, vt vniuersiufque personæ accusatæ in medio producantur

TOM. 2.

atque examinentur canonica conscripta, quatenus incongruitatem eius & inconsonantiam, quam cum patrum vel synodorum confessione habere dinoscitur, ordinabiliter intendamus, atque omnibus rationabiliter ostendamus pro tuitione Catholicæ Ecclesie, hoc videlicet sequenti celebrantes secretario, vt potè præsentē vsque ad terminum nobis querulantium Domino auxiliante effectu.

INCIPIIT SECRETARIVS III.
IN NOMINE DOMINI DEI
Saluatoris nostri **IESV CHRISTI,**
Imperij domini *Constantinij pijssimi Augusti anno nono, sub die xxij Kalendas Nouembrijs, Indictione Octaua:*



Ræsidente sancto ac beatissimo Martino Papa sanctæ sedis Apostolicæ vrbis Romæ, præpositis sacrosanctis & venerabilibus Euangelijs in Ecclesia Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ vocatur Constantiniana, residentibus etiã viris venerabilibus, pariterque cum eo audientibus Maximo sanctissimo Aquileiensi episcopo, Deusdedit sanctissimo Caralitano episcopo, Mauro Cefenate episcopo, & Deusdedit presbytero, agētibus locum Mauri sanctissimi episcopi Rauennatis ecclesie, Sergio Tempfanensi episcopo, Romano Cerulitano episcopo, Reparato Mantuarianensi episcopo, Criscete Lucrenti episcopo, Epiphonio Albanensi episcopo, Felice Agrigentino episcopo, Benedicto Alaceno episcopo, Marcellino Clusino episcopo, Iuliano Hortano episcopo, Geminiano Volaterrano episcopo, Papinio Vibonensi episcopo, Mariniano Populonensi episcopo, Maximo Pisarenensi episcopo, Lumino Tiferni-stiberinorū episcopo, Luciano Leonynensi episcopo, Potentino Belliternenensi episcopo, Viatore Hortonensi episcopo, Mauro Tuscanensi episcopo, Bonito Formiano episcopo, Martino Gabinate episcopo, Maioriano Prænestino episcopo, Adeodato Spoletino episcopo, Germano Numanensi episcopo, Iohanne Pęstano episcopo, Laurentio Perusino episcopo, Gaudio Reatino episcopo, Caroso Faralitano episcopo, Laurentio Taurianensi episcopo, Martiano Mebienensi episcopo, Iohanne Trapeiano episcopo, Barbato Sutrinno episcopo, Lumino Salernitano episcopo, Calumnio Alesino episcopo, Sabbatio Buxento episcopo, Peregrino Messanenensi episcopo, Iohanne Tarentino episcopo, Rufino Si-pontino episcopo, Mauro Senate episcopo,

Esa. 5.

Rom. 2.

for. * sper-
nantq; di-
uitias

Hebr. 11.

Deut. 17.
Matth. 18.

scopo, Adeodato Amerino episcopo, Lato Lucano episcopo, Gaudio Capuano episcopo, Theodoro Rosellano episcopo, Bonito Ferentinate episcopo, Andrea Hydruntensi episcopo, Mauro Senogallienfi episcopo, Iusto Tauromeritano episcopo, Mauroso Anconitano episcopo, Felice Panormitano episcopo, Bono Ficuclesi episcopo, Laurentio Tudestino episcopo, Fortunato Auximate episcopo, Iohane Carinenfi episcopo, Thomate Lunensi episcopo, Albino Signensi episcopo, Bonito Feretipolimartio episcopo, Augustino Squillacino episcopo, Maximo Trocalitano episcopo, Iohanne Rhegitano episcopo, Paschale Blandano episcopo, Barbatò Cumano episcopo, Luminoso Marforum episcopo, Felice Terracinenfi episcopo, Glorioso Camerino episcopo, Oportuno Anagnino episcopo, Decorato Tiburtino episcopo, Firmino Blerano episcopo, Amabile Hortensi episcopo, Iouiano Firmano episcopo, Albino Portuensi episcopo, Anasatio Narnienfi episcopo, Palumbo Fundano episcopo, Theodoro Tyndaritano episcopo, Theodosio Cotronefi episcopo, Sapientio Numentano episcopo, Scholastico Fanesi episcopo, Maximo Mesinate episcopo, Elia Lilybetano episcopo, Gratio Nepefino episcopo, Aquilino Assisinati episcopo, Leontio Neopolitano episcopo, Eusebio Atellano episcopo, Paschale Thermitano episcopo, Martino Centumcellensi episcopo, Oportuno Pisano episcopo, Iubentino Stabiensi episcopo, Donato Marianensi episcopo, Bono Aleirino episcopo, Iohanne vico Sabinate episcopo, Peregrino Lyparitano episcopo, Potentio Polensi episcopo, Boethio Cornensi episcopo, Leontio Fauentinate episcopo, Valentino Turritano episcopo, Donato Salsinate episcopo, Luminoso Bonensi episcopo, Iohanne Vnnohoritano episcopo, Criscentio Libyensi episcopo, Stephano Dorensi episcopo, Stephano Populienfi episcopo, Iohanne Gabopolitano episcopo, Callionisto Adrianensi episcopo, & Victoriano Vzalenfi episcopo,

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus Episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae vrbis Romae, dixit:

Elaię 62.

Propter Sion non tacebo, & ppter Hierusalem non quiescā, dicit beatus Esaias, donēc egrediat ut splendor iustus meus, & saluator meus ut lampas accendatur. Profectō catholicā Ecclesiae, quā vera consistit Sion, & ciuitas Christi caelorum regis, per tot annorū spatia expugnata ab aduersantibus verbo fidei, qui neque DEVM timent, neque hominem reuerentur: sed incasum perducentibus pijs & canonicas de

TOM. 2.

hoc verbo doctrinas, dum & à diuersis tantisque in scripto & sine scripto contestationibus inuitati fuissent corrigere propria, & sepelire haeresim, sicut & per antiorē cognitionem luculētū demonstratū est tam per libellos, quamq; per suggestiones reuerendissimorum sacerdotum & venerabilū abbatum, Apostolo protestante nobis, ut Tit. 3. hominem haeticum post primam & secundam correptionē, euitare debeamus, sciētes quia subuersus est huiusmodi, & delinquit proprio iudicio condemnatus, nullo modo oportet nos deinceps tacere aut quiescere, nē quo modo iniqui iudicemur, odibilem Deo pacem amplectentes, quoniam scriptū est: Zelau in peccatoribus pacem peccatorum videns: & dicatur etiā de nobis, Sacerdotes mei contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum & prophanum non habuēre distantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt. Sed consurgere cum Deo, & cōsistere promptē ei, in duentes arma spiritūs aduersus malignātes contra fidem eius, ut approbemus spiritus sapienter, id est, verba illorū, si ex deo sunt. Scriptū est enim in Hieremia: Probato rem dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam eorum. Multa nanque nobis necessaria est vigilantia, & tantum diuinā sapientiae discretionis, quā occulta tenebrarum reuelat, ad requisitionem huiusmodi rei & scrutationem: quoniam latet quodammodō & absconditur, vixque comprehenditur dolosa existēs malitia, pro eo quōd sibi pietatem callidē blandiatur, ut valeat scrutantium mētem latere. Quōd utique sciens beatus Apostolus, ait: Nam huiusmodi pseudoapostoli, operarij subdoli, trāsfigurātes se in Apostolos Christi. Sed non mirum, ipse enim satanastrānsfigurāt se velut angelum lucis: & non mirū, si ministri eius transfigurentur, veluti ministri iustitiae: quorum finis secundū opera eorum. Sed & Dominus in hoc prāmuniēs nos, ait: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecūs autem sunt lupi rapaces. à fructibus eorum cognoscetis eos. Ergō in ipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicentes cum David: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: lucerna enim pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen semitis meis: quoniam sicut ait beatus Daniel propheta, sapientia & fortitudo eius sunt: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est: quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi quā rogavi te: cum ope diuina vniuscuiusque personę conscripta, qui pro-

Tit. 3.

Psal. 72.

Ezech. 22.

1. Iohan. 4.

Hier. 6.

2. Cor. 11.

Matth. 7.

Psal. 118.

Dan. 2.

ET ACCIPIENS THEODORVS notarius regionalis Apostolicae sedis, de Graeco in Latino interpretata, relegit in his:

Theodori

THEODORI QUONDAM EPI- scopi Pharanitæ, de sermone scripto ab eo heretici ad Sergium quondam episcopum Arsenoi. scripti, tanum Aegyptiaci tractus:

Quicquid igitur scribitur dixisse aut operari Dominum, per sensum & intellectum & sensibilia & dixit, & operatus est: & hæc ita, utpotē de toto, atq; vnus vna operatio verbi intellectus sensibilibus & organici corporis omnia dicenda sunt.

EIVSDEM DE eodem verbo: Ergō quia præcipuē per quandam diuinam & prudentissimam dispensationem, somnum & laborem, esuriam & sitim suscipit quādo voluit, quammaximē meritō & in his motum & quietem validissimā & prudentissimā operationis verbi applicamus, ac per hoc vnam vnus eiusdemq; Christi operationem fatemur.

EIVSDEM DE eodem verbo: Sufficenter, ut arbitror, per requisitionem sermo nobis aperuit, quoniam omnia quæ scribuntur de Domino Christo, siue de Deo, seu animæ, siue corporis, siue vtriusque, animæ dico & corporis sint, singulariter ac in diuisis agebantur, incipientes quidem & acti de fonte sapientiae verbo & bonitatis vel virtutis, mediante intellectuāli anima & corpore, procedentes, & propterea vna operatio totius, sicuti de vno eodemque Salvatore nostro hæc omnia existunt atque dicta sunt.

EIVSDEM DE eodem verbo: Profectō habemus in his luculenter, quoniam opus DEI est omnia, quanta in CHRISTO audimus & credimus, siue diuinæ naturæ adpertinent, siue humanæ, & propterea vna operatio hæc Diuinitatis eius & humanitatis piē nominata sunt.

EIVSDEM DE eodem verbo: Ut esset omnis incarnatio ab initio vsque in finem, & quantacunque parua & magna eius, sunt vna secundū veritatem altissima & diuina operatio.

EIVSDEM DE eodem sermone, quem fecit in interpretationibus paternorum testimoniorum:

Diuina verò voluntas, quod est ipsius Christi, quoniam ipsius voluntas vna est, & hæc diuina.

EIVSDEM DE eodem sermone: Per hæc igitur sinē quadam difficultate docemur, quoniam omnia quæ salutarē dispensationem

propter nouitatis commentum accusati sunt, de venerabili nostro scrinio obsecundantibus nobis ordinabiliter offerentibus solertiū intendamus.

Sergius reuerendissimus episcopus Templesanensis Ecclesiae, dixit:

Secundū vestram apostolicam interloquutionem omnibus nobis cum ope diuina huc præsentibus paratis ad requisitionē huiusmodi rei, si placet vestræ beatitudini, Theodori quondam Pharanitæ episcopi in primis offerantur nobis conscripta, quoniam, sicut nōstis beatissimi, hunc primum esse auctorem huiusmodi nouitatis per sua hæretica conscripta, præfens Stephanus reuerendissimus episcopus Dorensis in proprio libello asseruit, quod & omnibus manifestum est. Oportet ergō, si placet, cum sacribus & in hoc ordinem conseruari gestorum.

vid est, dillegentia

Vniuersi sanctissimi episcopi dixerunt: Competenter Theodori Pharanitæ quondam episcopi in primo loco expetijt conscripta ad nostram cognitionem deduci Sergius reuerendissimus coepiscopus noster: sicnanque & sequentium ordinabiliter examinabitur requisitio, nulla confusione per quandam præposteritatem gestis inserta.

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus Episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae vrbis Romae, dixit:

Iuxta supplicationem huius sancti Concilij, codex Theodori Pharanitæ quondam episcopi per eos, quorum interest, nihilominus offeratur.

Theophylactus Primitierius notarius Apostolicae sedis, dixit:

Secundū iussionem beatitudinis vestræ Theodori Pharanitæ episcopi codicem afferens, præ manibus habeo: quid præcipitis?

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae vrbis Romae, dixit:

Codex Theodori quondam Pharanitæ Episcopi suscipiatur, & loca quæ prænotata sunt, in quibus ille de dispensatione Christi magni DEI & Saluatoris nostri propriam confessionem instituit, lectiōni vulgentur.

TOM. 2.

dispensationis sunt, siue diuina seu humana de Salvatore nostro Christo dicuntur, initium quidem à diuinitate utpotè permillum & exordium accipiebant, mediante autem intellectu & rationali anima, ministrabatur à corpore, siue mirificam quandam dixeris virtutem, seu naturalem quandam hominis motum, id est, veluti cibi desiderium, somnum, laborem, & dolorum participationem, tristitiam & afflictionem: quæ passiones secundum vitationem nominum ex consuetudine nuncupantur: specialiter autem naturalis motionis propria per animatum & sensibile animal existunt. Sed ipsæ, quæ specialiter sunt & dicuntur passiones, utpotè crux, mortificatio, fixuræ, liuor, cicatrices, sputa, colaphi: omnia hæc rectè & meritò vna vnusqueque Christi operatio nominabitur.

EIVSDEM DE EODEM SERMONE:

Intelligatur ergò à nobis modis omnibus omnia, quæ sunt humanitatis Christi Saluatoris, diuina & salutifera secundum veritatem operatio.

EIVSDEM DE EODEM SERMONE:

Ex his nanque omnibus atque similibus benè & maximè iustè vna Dei operatio, cuncta propria humanitatis, credatur atque dicatur.

EIVSDEM DE EODEM SERMONE:

Quoniam nostra quidem anima non est tantæ virtutis, ut & naturales corporis proprietates à se vel ab eo proijciat, sed neque dominatantùm visa est rationalis anima, proprii corporis, ut etiàm coherentis sibi & cunctæ tumidam molem (quod Græci dicunt oncon) atque defluxionem, vel colorem obtineat, & foris hæc constituat eum aliquandò: quæ omnia in dispensatione saluatoris nostri Iesu Christi & dicta & facta sunt, in diuino & in viuifico corpore existunt. Nam sinè tumore, & (ut ità dicatur) incorporaliter sinè distinctione processit ex vtero, & sepulcro, & ianuis, & cum super solum maris deambulabat.

Math. 14.

EIVSDEM DE EODEM SERMONE:

Oportet igitur ità sapere & dicere nos omnia, quæ in incarnatione Saluatoris Christi dicuntur esse, vnam scire operationem esse, huius autem opificem & creatorem Deum verbum: organum verò, humanitatem consistere. Ergò quæque velut de Deo aut humanè de ipso dicuntur, omnia vna operatio est verbi diuinitatis.

TOM. 2.

MARTINVS SANCTISSIMUS ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Catholicæ atque Apostolicæ vrbis Romæ, dixit:

IN Prouerbijs scriptum est: **Contritione** Prou. 16. præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus. Qui insipiens est, sustinebit Prou. 19. damnum, & cum rapuerit, aliud apponet. Quod & in Theodorum Pharanitanum quondam episcopum per eius conscripta, quæ nobis relecta sunt, euenisse cognoscimus: qui imprudenter putauit rectam esse suam opinionem, & proprio videlicet errore: non enim per probabilem & paternam doctrinam ab eo prolata. Quoniam, sicut scriptum est, **Via stulti recta in oculis eius:** Prou. 12. & sunt viæ, quæ videntur homini iustæ, nouissima autem earum deducunt ad mortem. Prou. 14. & 16.

Propterea sicut scenum ædificiorum, quod priusquam ex aliorum euersione euellatur, arefcit, sinè stirpe atque aridas illis, quibus scripsit, eadem manifestauit, utpotè non ex alio, sed à semetipso habens impietatis reprehensionem: quia omnimodò Deitatis & humanitatis CHRISTI vnam esse operationem, sicut audistis reuerendissimi fratres definiendo & hanc conditam, utpotè creatam, confessus est: asserens in scripto, omnia quæ in humanitate Saluatoris Christi dicuntur, oportere vnam operationem scire: opificem autem eius & creatorem, **DEVM** verbum. Ergò si opifex eius & creator **DEVS** verbum, sicut ipse asserit, existit, utique secundum sensum ipsius condita esse dinoscitur. Quoniam omne quicquid per conditionem verbi fit, creatura est sinè dubio. Si autem conditam esse operationem CHRISTI ille definit, apertissimè cum Arrio & Nestorio impijssimis creaturæ cultor arguitur, eò quòd tantum conditum cum illis & secundum illos, non autem & increatum nobiscum eundem confitetur: hoc est, non ut **DEVM** naturaliter & hominem eundem, sed tantum hominem purum: quoniam secundum naturam *creatus non est, qui increatam naturaliter non habet in se operationem. Ità igitur per suas voces propriam ille professionem inanem & vacuam demonstrauit, ut & in eo impleatur quod dictum est: Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Prou. 5. Ipse morietur, quia non habuit scientiam. Hic defecit cum imprudentibus, id est, cum eis, qui in diuisione & pura coniunctione CHRISTI DEI blasphemant mysterium, & non solum cum his, sed etiàm cum eis, qui in phantasmate hoc

Psal. 128.

for. increatus

Prou. 5.

hoc

hoc mysterium imprudenter delirare noscitur, hoc est, Manete, Apollinarè & Seueronefandissimis hereticis, per hoc quod asserit in suo conscripto, sicut in presenti adiuimus, quoniam nostra quidem anima non est tantæ virtutis, ut & naturales corporis proprietates à se vel ab eo proijciat: sed neq; domina tantùm visa est rationalis anima proprii corporis, ut etiàm coherentes sibi & coniuncti tumorem atque defluxionem vel colorem obtineat, & foris hæc constituat idem corpus aliquandò: quæ omnia in dispensatione saluatoris nostri Christi & dicta & facta in diuino & viuifico corpore consistunt. Nā sinè tumore & (ut ità dicatur) incorporaliter processit sinè distinctione ex vtero, & sepulcro, & ianuis, & cum *ac si super solum maris deambulabat. Apertissimè igitur in his verbis tam ipsum corpus Domini nostri intellectualiter animatum, quæq; & naturales eius proprietates omnino amputare dinoscitur, si foris hæc, quæ superius dicta sunt, ipsum corpus, ut perhibet, constituit, aut sicut ille scripsit, ex se eandem proiecit dinoscit. Nam si absq; tumore & incorporaliter ex vtero processit, & super dorsum maris deambulauit, hoc ipsum quòd deambulabat & procedebat, ergò phantasma erat, nō enim incarnatus substantialiter Deus: vnde nec miraculum iam cognoscebatur virginittatis germen, neque magnū erat incarnati DEI Verbi super mare deambulatio. Quod em̄ incorporaliter & sinè quolibet corporeo tumore procedit aut deambulat, qualem habet miraculorū rationem ad minimè dissoluendam per partum virginittatis integritatem, aut per gressum in profundum aquarum non mergere? quoniam in vitro que nullam mirificā habet rationem quod est incorporeum, utpotè naturaliter, & non super naturam efficaciam habens. Nec enim habet naturam, quod est incorporeum & sinè tumore, aut virginittatem solvere, aut in aquis mergere, distantiam nullam habens omnino, i. longitudinē, latitudinē & altitudinē. Ex quo apertissimè sinè dubio ostenditur, quoniam absq; corpore, id est, sinè carne & corpore ex vtero procedere, & super aquas deambulare incarnatū Deum ille prædicauit. Quod enim incorporaliter procedit, speciatim sinè corpore est procedere: sicuti & absque semine procedere, sinè semine *cum procedere. Si ergò naturaliter animatum Domini corpus, & naturales eius proprietates interimit per phantasmam, (non enim substantialiter hominem eum prædicat factum) qualem differentiam ille cognoscit ex Deo & patre, atque ex virgine & matre eiusdem naturaliter natiuitatis? Quia si ab vtrisque incorporaliter natum fuisse asserit Dominum, certum quia vnam eandemque esse eiusdem scit natiuitatē. Si autem vnam eandemque ex vtrisque scit natiuitatē

Math. 14.

*est

TOM. 2.

tiuitatē, necesse est eum aut & ex patre, sicut ex virgine incarnatum confiteri Deum Verbum, aut nec ex virgine, sicut nec ex patre incarnatum asserere eum, utpotè & ab ea incorporaliter secundum illius sensum genitum, sed ex vtrisque similiter propter eandem equalemque natiuitatē, aut incarnatum, aut sinè carne naturaliter cognoscere procedentem: ac per hoc aut & Deū & patrem conditū adscribere, utpotè de propria natura carnem intellectualiter animatam verbo proprio in vnitione substantialiter comodantem, aut & virginē nullo modo matrem Verbi factam fuisse, utpotè ex semine eum substantialiter incarnatum enixam, sed veluti de fistula incorporaliter per eam, secundum Apollinarij impietatem, transiisse. Si ergò, ut dictū est, corpus & corporis interimit naturales proprietates in mysterio Christi Dei per ea, quæ dogmatizare presumpsit, utpotè sinè tumore atque defluxione & colore hoc perhibens esse, & incorporaliter processisse ex vtero Deum Dominum delirās, cuius iam nobis testimonium patris ad arguendam huiusmodi heresem necessarium est proferre, dum omnibus clara & aperta extitit per scripta, quæ in presenti nobis relecta sunt, nisi fortassis oporteat nos ad eius vel prauitatem ipsius perfectam destructionem eadem proferre? quoniam destruitur sinè dubio per paternas doctrinas, qui eos per suā scripta destruere nititur. Agè ergò nunc hoc compendiosè faciamus per comparisonem dogmatum istius, atque Catholicæ Ecclesiæ prædicationum, & ordinabiliter distinguamus. Ità Theodorus Pharanitanus quondam Episcopus dixit: Incorporaliter ex vtero processit Dominus. Cyrillus gloriosus Alexandrinus Episcopus dixit, corporaliter ex Virgine natum fuisse Dominū. In primo em̄ de duodecim capitulis ab eo compositis ad Nestorium, Synodalis eius Epistola sic ait: Quisquis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuelem, & propterea Dei genitricem sanctam Virginem, (genuit nanq; carnaliter carnem factum ex Deo Verbum) anathema sit.

Cōfutat Theodorus sententijs patrū Catholicorum.

Cyrillus.

Greg. Nazianzenus.

Et iterum Theologus Gregorius ad Clodionium scribens, ait: Quisquis veluti de fistula per virginem transiisse, non autem in ea plasmari diuinè pariterque humanè dicit: diuinè quidem, quoniam sinè viro: humanè autem, quia ritu parentis genuit, similiter sinè Deo est.

Theodorus Pharanitanus quondam Episcopus, dixit corporalem magnitudinē non habuisse secundum carnem Dominum, sed absq; mole & incorporaliter eum super mare deambulare.

Dionysius egregius & molem carnalem Dionysius habere eum secundum carnem prædicat, areopagita, & pondus corporeum, & cum mole & pondere corporeo incedere super aquas non XXX in.

infufis pedibus: & hoc in opusculis eius de diuinis nominibus docens, ait: Ignoramus qualiter de virgine is alia lege præter naturalem formabatur, & qualiter non infufis pedibus, corporalem molem habentibus & materiale pondus, deambulabat tumidam & instabilem substantiam.

Atque iterum in Epistola eius ad Gaium scripta ait: Et supra hominem operabatur quæ hominis sunt, & hoc ostendit virgo super naturam pariens, & aqua instabile terrenorum & materialium pedum supportans pondus, & non obediens, sed supra naturam virtute sine diffusionem consistens.

Theodorus Pharanitanus quondam Episcopus, dixit: Quonia Dominus proprium corpus de coherentibus eidem corpori, id est, deflexionem & colorem foris constituit.

Basiliius Magnus.

Item sanctus Basilius non solum deflexionem ex lachrymis habuisse corporaliter perhibet Dominum, sed etiam ex nutrimentis solidis & tumidis digestionem & consumptionem, & ex itinere neruorum extensionem, ita in sermone de gratiarum actione docens: Sicut ergo suscepit esuriam Dominus de solido cibo digesto ab eo, & sitim assumpsit, humiditate, quæ in corpore eius erat, consumpta, & fatigatus est musculus & neruis ex itinere distensus, non utique deitate ex labore fatigata, sed corpore, quæ naturam sequuntur, passionem suscipiente: ita & lachrymas admittit, naturalem passionem carni superinducere permittens.

Theodorus Pharanitanus quondam Episcopus, dixit absque naturalibus corporis proprietatibus ut hominem factum fuisse Dominum, & has naturales eius proprietates a se abijcere. Sancta & vniuersalis Chalcedonensis Synodus in sua definitione prædicat, nunquam sublatam differentiam naturarum propter vnitionem, magis autem salutem indiminutem proprietatem vtriusque naturæ, & in vna personam atque in vna subsistentiam concurrentem. His itaque nobis oportune declaratis, ut dissentiens ille sanctis approbatus, & paternis ac synodalibus definitionibus aptissimè contradicens, ab his rationabiliter condennatur, eod quod nullam habet cum eis communionem, apertam autem per proprios sermones alienationem. Benedictus venerabilis episcopus insule Corficæ, dixit: Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ, quibus vestra beatitudo nimis prudenter ac diligenter diuisit inter lucem & tenebras, id est, inter Theodorum Pharanitanum quondam Episcopum, doctoresque catholicæ Ecclesiæ: & illum quidem sicut noctem tenebrosam, lumem paternæ veritatis minimè habentem, iuste censuit eodem nari: hos autem, cooperet pietatis definitionibus nos letificantes, ostendens vti diu splendorissimam, honorificè venerat est, verbis etiam veritatis confirmantes. Scriptum est enim: Ego sum Domi-

Synodus Chalcedonensis.

Prou. 6.

Leui. 19.

TOM. 2.

nus Deus vester. Non facietis iniquitatem in iudicio. Non accipies personam diuitis, neque mireris vultu potētis. Ab omni iniquo verbo recedes. Innocentem & iustum non interficies, & non liberabis impiū. Ideoque hoc execrabili viro vel dogmate ipsius, & nobis consonanter dānato propter heresem ipsius, si placet sanctitati vestræ, iubetote, quatenus perlectionem Cyri, quondam Alexandrini Episcopi, non e capitulorum intendamus conscripta: magis autem septimum eorum capitulum, per quæ paternam ille doctrinam immutare præsumpsit, & consequenter atque ordinabiliter post eundem epistolam Sergij Constantinopolitani quondam Episcopi, in qua Cyrius pro huiusmodi nouitate suscipere & laudare cōperitur.

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Catholice atque Apostolice vrbis Romæ, dixit:

Iuxta precatōnem cōmemorantis dilectissimi fratris nostri Benedicti episcopi, Cyri quondam Alexandrini antistitis nouem capitula, cum Epistola Sergij Constantinopolitani episcopi, in qua in his eum recipere per consonantiam suam ostēditur, hi quibus interest, gestis inferenda deducere procurēt. Theophylactus Primicerius notariorum sanctæ Apostolice sedis, dixit:

Iuxta iussionem sanctitatis atque beatitudinis vestræ, chartulas, quas iussistis insinuari, afferens præ manibus habeo: quid præcipitis?

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Catholice atque apostolice vrbis Romæ, dixit:

De nouem capitulis Cyri quondam episcopi septimum suscipiatur, & relegatur in præsentia sancti Concilij, & sequenter Epistola Sergij Constantinopolitani quondam antistitis.

ET ACCIPIENS ANASTASIVS notarius regionarius Apostolice sedis, de Græco in Latinam linguam interpretatum, relegit in his:

CYRI ALEXANDRINÆ Ecclesiæ quondam episcopi excapitulare, quod coram omnibus Acephalis legi præcepit in Ammone in perscriptiōe Orthodoxæ fidei, Capitulum septimum:

Si quis vnum Dominum nostrum Iesum Christum in duabus dicēs videri naturis, non cōfiteatur hunc vnum esse Trinitatis, quæ ante secula à patre natus est Deus verbū, in vltimis autem seculi temporibus eundem incarnatum & genitum de sancta & immaculata domina nostra Dei genitrice, semperque virgine Maria, sed alium hunc scit & alium, (nō enim vnum eundemque secundum sapientissimum

Exod. 29

aut in quibus eum

Capitulum VII. Cyri Alexandrini heretici.

simum Cyrillum in Deitate perfectum, & humanitate perfectum eundem) & secundum hoc tantummodò in duabus naturis existentem, ipsum passibilem & impassibilem secundum aliud & aliud, ut prædictus sanctæ memoriæ Cyrillus asseruit, patientem quidem humanè carne, eod quod homo est, manentem autem impassibilem, ut Deum in proprijs passionibus carnis, & eundem vnum Christum & vnum filium, operatē Deo decibilia & humana vna Dei & viri operatione, secundum beatū Dionysium, per contemplatiōem tantummodò discernes ea, ex quibus vnitas facta est, & hæc intellectūaliter cōsiderans in conuertibilia & inconfusa post eorum naturalē & substantialem vnitatē manentia, & in his indiuisè & inseparabiliter vnum eundemque Christum & filiū cognitum ex hoc, quod ea, quæ ab inuicem incōfused conuenerūt, per intellectum cōsiderat, veracem eorum cōtemplicationem faciens: (non enim phantasia falsa, & inanibus sensibus fictionibus) nullatenus autem diuidit, ut potē iam intercepta in duabus partitione propter ineffabilem & incōfusam & incōprehensibilem vnitatem, dicens secundum beatū Athanasium, Mox caro, mox DEI verbi caro, mox caro animata intellectualis, mox dei verbi caro animata intellectualis, sed in diuisione pro parte huiusmodi suscipit vocem, anathema sit.

EXEMPLAR EPISTOLAE scriptæ à Sergio quondam præfule Constantinopolitanæ ecclesiæ ad Cyrum quondam præfulem ecclesiæ Alexandrinæ, in qua laudat eum pro vna operatiōe, & cōfirmat eam quasi pro vnitate Acephalorum hereticorum.

Sacras syllabas vestræ à Deo honorandæ sanctitatis suscepimus, pro gratiā diuini spiritus, & deo placitū studium à Deo cōseruandi & serenissimi nostri principis, atque diuina institutione, necnō totius orthodoxæ plena sacratissimæ vestræ beatitudinis annunciatæ facta in Alexandrinā Christi dilectam magnā ciuitatem & in omnes regiones eius, eorum videlicet, quæ prius dicebātur Theodosiani, in catholicam & Apostolicam atque orthodoxam ecclesiasticam vnitatē. Pro quibus spiritali & ineffabili gaudio repleti, gratiæ laudes omnipotenti Deo & saluatori nostro Iesu Christo ex toto corde retulimus, quoniam tandem aliquandò cooperatione diuina medio pariete discordiæ abstracto, per quem prius cōmunis omnium inimicus à fratribus fratres separare studuit, coniuncti & cōparticipes paruerūt, & facti sunt omnes vnum labiū & vna lingua, bonam confessionem & glorificationem ut oportet, gloriosè atque viuificè Trinitati celebrantes, & prædicatur ab omnibus consonanter, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Dicta enim ostendentes eis venerabilium & vniuersalium sanctarū Synodorum, per gratiam sancti spiritus cōuenientium, & vnam eandemque or-

Eph. 4.

TOM. 2.

thodoxam fidem definitiū, id est, Nicenā, Constantinopolitanā, ephesinam primam, & Chalcedonensem, atque iterum Constantinopolitanam sub temporibus diuæ memoriæ Iustiniani congregatā sanctam quintam Synodū, atque omne scandalum de medio peccas, sicut aliquas petras à semita iactantes, apertam & nimis facilem ad deo amabilem vnitatem transitū effecistis. Pro qua re multa vestræ sacræ perfectioni tam apud Deum & omnes homines merces & laus reposita est. Asseruitis igitur in capitulis, quæ ad ipsos facta sunt, confiteri (bonū est enim, ut ipsis sacris vocibus vestris utamur) patrem & filium & spiritum sanctū Trinitatem cōsubstantialē, vnam deitatē in tribus subsistentijs. Ipsum autem vnum de sancta Trinitate deū verum, qui ante secula ex patre genitus est, descendere de caelis in vltimis diebus, & incarnari ex spiritu sancto & domina nostra, secundum veritatē dei genitricis semperque virgine Maria, carnē adsumētē ex ipsa nobis cōsubstantialē, animatā anima rationali & intellectuali, eandemque; ex ipsa cōceptione venire sibi vnitate naturali & substantiali: & ita natum ex ipsa, vnum existentem incōfusedum, indiuisum, perfectum in deitate, perfectum que in humanitate, eundemque; passibilem & impassibilem secundum aliud & aliud, quomodo beatus Cyrillus asseruit, patientem quidem humaniter carne, quia homo: manentē autem impassibilem eundem, quomodo Deum, in passionibus suæ carnis. Atque eundem vnum Christum operari Deo decibilia & humana vna operatione, quia omnis diuina & humana operatio ex vno eodemque; incarnato neo Verbo procedebat. Secundum hunc pium intellectum, & Leo sanctæ memoriæ Romanus Archiepiscopus sapuit & docuit, dicens: Operatur vtraque; natura cum alterius cōmunionem. Vnde & ex duabus naturis, id est, diuinitate & humanitate vnum Christum venerari cōuenienter docuistis, & vnam naturam Dei Verbi in carnatā secundum Itē Cyrillo beate memoriæ confessi estis Cyrillum, vnamque; subsistentiam compositā, quæ est ipse Dñs noster Iesus Christus, vnus de sancta & cōsubstantiali Trinitate. Similiter autem & in duabus naturis eundem cōfiteri prædicantes, non alium & alium eum esse asseruistis, sed vnum eundemque; secundum sapientissimum Cyrillum, contemplatione tantum discernentes ea, ex quibus vnitas facta est: & hæc per intellectū cōsiderantes, in conuertibilia & incōfusa post eorum naturalem & cōsubstantialē vnitatem permanentia, veracem eorum visionem exponentes. Non enim phantasiā falsam & inanibus fictionibus mentis, vti quæ interempta in duobus diuisione propter ineffabilem & inconfusam atque, incircumscriptam vnitatem. Hæc piè & nimium acribiosius exponentes, omnes sequentes impiorū heresum authores anathemati-

melius, sub sistentijs.

Falsum impingit sanctissimo Leoni.

Itē Cyrillo

XXX 2 sub-

submissis: cum quibus & omnes cōtradi-
tores duodecim capitulorū sapientissimi
& mirabilis Cyrilli, quos minimè poeniten-
tes, sed in eodē vsq; in finem pmanentes er-
rore, similibus execratiōibus cōdemnāstis.
Igitur hanc vestram orthodoxam relegen-
tes doctrinam, per quam gloriæ beneplaci-
tum est domino, tantorum fratrum nostro-
rum vnitionem dispensare, ipsius benigni-
tatem glorificauimus: laudauimus autem &
vestram sacratissimā sanctitatem, in tali mi-
rifico & vltra omnem spem intercedere di-
gnatam negocio, tam per gratiam sancti &
viuifici, atque electione & doctrina à Deo
sapientissimi & veraciter pacifici magni Im-
peratoris, qui sanctificatum eius cor in ma-
nu Dei habet, & ab ipsa secundum veritatem
in omnibus actionibus suis ducitur & gu-
bernatur: quem super omnes solus potens
Deus in amplius exaltet, saluet, conferuans
eum vt firmamentum sanctarum Dei eccle-
siarum & immaculatæ Christianorū fidei,
commo dans ei lōginquitatem temporum,
multitudinem pacis, & omnium hostilium
gentium subiugationem, in filios ex filiis
regale succedens imperium. Donet autem
& tuæ sanctæ & sacræ charitati abundanti-
us suam gratiam in labijs, & verbū in aper-
tione oris, per quem & quod fortassis resi-
duum est eorum, qui nobis stultè & ineptè
contradicunt, saluetur, vestigia sequentes
nupèr nobis adunatis dilectissimis filiis no-
stris, quos videlicet per vos beatissimos spi-
ritalibus brachijs amplectentes, & osculo
sancto salutantes, oramus hos omnium bo-
norum ex Deo percipere iucunditatem. &
subscriptio: Saluus in domino, ora pro no-
bis reuerendissime frater.

Sergius reuerendissimus Episcopus Tē-
pianensis, dixit: Quoniam, sicut audistis san-
ctissimi, Cyrus Alexandriæ quondam Epi-
scopus in proprio Capitulo, quod nobis in
præsenti relectum est, beati Dionysij Athe-
niensis Episcopi cuiusdam dictionis, in ve-
neranda eius Epistola inserte, ad Gaium fa-
mulū Dei transmissæ, memoratus est, neces-
sè est vt codex prædicti Doctoris afferatur,
quateñs videamus p eandē Epistolā, si ita
secundum veritatē cōtinet dictio, quomodo
Cyrus in proprio septimo capitulo signifi-
cauit, & si meritè secundum scripta, quæ ad
eum transmissa sunt, Sergius in hoc eūdē
Cyrum receperit.

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sancte Dei
Ecclesie Catholice atque Aposto-
licæ vrbis Romæ, dixit:**

Codicē sancti Dionysij Episcopi Athe-
niensis hi, quorum interest, actis de-
ducant.

*Theophylactus Primitivus notariorum
sanctæ Apostolicæ sedis, dixit:*

Aliquid de
esse videt.

Prou. 21.

Secundum iussionem vestræ beatitudinis
afferens de venerabili bibliotheca sedis ve-
stræ codicem beati Dionysij, præ manibus
haheo. quid præcipitis?

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sancte Dei
Ecclesie Catholice atque Aposto-
licæ vrbis Romæ, dixit:**

Codex beati Dionysij suscipiatur, & de
Epistola, quæ ibidem deposita est, ad
Gaium directa, locus ille ordinabiliter, de
quo agitur, cuius mentionem fecerit Cyrus
in suo capitulo ad approbationem nouita-
tis eius, coram sancto Concilio relegatur.

*Et accipiens Paschalis notarius regionarius
apostolicæ sedis, de Græco in Latinam linguā
interpretatum ipsum testimonium,
relegit continens ita:*

Sancti Dionysij ex Epistola ad Gaiū di-
recta ad locū: Etiam non secundum De-
um diuina operatus, neque humana secun-
dum hominem, sed Deo homine facto, no-
uam quandam Deiurilem, id est, theandri-
cin, operationem nobis ostendens.

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sancte Dei
Ecclesie Catholice atque apostoli-
cæ vrbis Romæ, dixit:**

Quasi spiritalem expugnat Hierusalem,
id est, Catholicam Ecclesiam, imitan-
tur eos, qui terrenam expugnaverunt Hie-
rusalem, & festinat & ipsi paternis abuti quo-
dammodò doctrinis, sicut Rapsaces patria
voce contra Iudæos abusus est, vt difficile
nequitia eius potuisset sentiri, sicut & isti p-
prium insidiant. Nec enim in honorem pa-
trum, sed in deceptionem simplicium, sicut
ille Iudæorum, hoc callidè peragere nitun-
tur. Veruntamen, sicut Dominus ait, ex fru-
ctibus eorum cognoscetis eos. Quoniam hi
sunt similes sepulcris dealbatis, quæ à fo-
ris apparet hominibus speciosa, sicut & he-
retici quasi paternis velati doctrinis: intus
verò pleni sunt ossibus mortuorum, & omni
spurcitia, id est, mortalibus & fetidis do-
gmatibus. Nec enim simpliciter proferunt
sermōnes, sicut magnus scribens Successo
testatur Cyrillus, sed cum dolo atque ver-
suta. Quod vtique & nos veraciter cogno-
scentes, non debemus omninò timere op-
probrium hominum, neque eorum repro-
batiōibus vinci. Quoniam hoc nobis Do-
minus iubet per Esaiam prophetam, dicēs:
Audite me, qui scitis iudicium, populus in
quorū corde lex mea est: nolite timere op-
probrium hominum, & blasphemias eorū
nè timeatis. Manifestat enim hos & captat
per vos reuerendissimos venatores suos pru-
denter Dominus, secundum quod in Hie-
remia scriptum est: Et post hæc mittam eis
mul-

Sententia
Dionysij
Areopagi-
tæ.

Hereticipa-
trū scriptis
abutuntur,
4. Reg. 18.

Locus mē-
dosus.

Matth. 7.
Matth. 23.

Esa. 51.

Hiere. 16.

multos venatores, & venabunt eos de omni
monte, & de omni colle, & de cauernis pe-
trarum: quia oculi mei super omnes vias
eorum. Sunt enim foramina petrarum, ipse
sanctorum patrum de Christo mysticæ tra-
ditiones. Conantur nanque & in his fora-
minibus dolosè abscondere se hæretici, vt
putentur sanctissimi, & non scelerosi paru-
ulis. Non enim vobis, qui secundum De-
um perfecti estis apud Deū. Propterea hos
vobis Dominus, vt cernitis, manifestauit,
per hoc testimonium beati Dionysij, quod
in præsentem relectum est, falsidicos luculen-
tius eos ostendens: vt & de his, quod à Do-
mino dictum est, impleatur, quo ait: Quan-
dò loquitur mēdaciū, de proprijs loquitur,
quia mendax est, & pater eius. Mentita
est enim iniquitas sibi, in his vtique instabi-
libus existentibus vt instabilis. Nam bea-
to Dionysio asserente, sicut audistis dile-
ctissimi fratres, nouam quandam Deiurilem
operationem inter nos conuersatum,
vterque eorum apertissimè contra patrem
mentitus est. Et Cyrus quidem in suo septi-
mo Capitulo nouam immutando, & vnam
pro noua asserendo Deiurilem operatio-
nem quasi dixisse doctorem perhibens: Ser-
gius autem in Epistola de huiusmodi quæ-
stione ad Cyrum scripta, tam immutatio-
nem nouæ cum illo confirmans, & non so-
lūm hoc, sed & Doctoris & Deiurilem am-
putans penitus vocem, & vnam absolutè in
Christo DEO dogmatizans operationem,
facientes dolum quasi nouaculam acutam,
atque minimè considerantes, quod in psal-
mo scriptum est: Nō inne Deus requirit ista?
ipse enim nouit occulta cordis, & cogitati-
ones talium hominū, quoniam vanæ sunt.
Vana enim locutus est vnusquisq; ad pro-
ximum suum: labia dolosa in corde & cor-
de locuti sunt mala, sed disperdet Dominus
vniuersa labia dolosa, & linguam magnilo-
quam. Qui dixerunt, Labia nostra à nobis
sunt: quis noster est Dominus? Nam si hæc
in memoria retinerēt, minimè ad talem in i-
quitatem profilerent, id est, immutationem
& interemptionem paternarum traditionū
& dogmatum. Propterea præmemoratos
inuestigantes, non quidem aduocatos, sed
apertissimos accusatores, neque custodes
probabiles, sed falsatores euidentissimos ve-
ritatis, & in hoc tantummodò se recipientes,
necnō amplectentes, atq; sibi rependentes
vtrunque vterq; impietatis mercedē, id est,
laudē in scripto: cōsequēs est ostēdere nos,
ex quo illi fructū huius impietatis sumpse-
runt, quatenus p fructū arborē demons-
tramus. Offeratur igitur & relegat p hos, quo-
rum interest, Themestij hæretici codex si-
ue capitula de eodē releuata, quæ in hoc
negocio nobis necessantur.

*Theophylactus Primitivus notariorum san-
ctæ Apostolicæ Sedis, dixit:*

Foramina
petrarum.

Iohan. 3.

Psal. 26.

Psal. 51.

Psal. 43.

Psal. 93.

Psal. 11.

Prædicta Capitula à vestra beatitudine
requisita afferens, præ manibus habeo: quid
præcipit sanctitas vestra?

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus episcopus sancte Dei
Ecclesie Catholice atque Apostolicæ
vrbis Romæ, dixit:**

Suscipiatur oblati Themestij hæretici
codex, & de eo relegantur nobis capi-
tula, quæ in eo sunt prænotata.

*Et accipiens Exuperius notarius regionarius
Apostolicæ sedis, de Græco in Latinam
vocē interpretata, relegit in his:*

THEMESTII HAERETICI ex
epistola ab eo scripta ad Marcellinum pre-
sbyterum & Stephanum diaconum de vna
operatione:

Quæ enim in omnibus procedit diuina-
rum ac humanarum operatio Christi, non
erat & alia, sed vna atque eadem, vt potè
vnus existens eiusdemque. Et idē Deui-
rilem Areopagita Dionysius nominauit.

EIVSDEMQUE DE conscriptis ab
eodem, aduersus Colluthū hæreticum com-
positis, in quibus protestatur dicens, quia
& ipse Seuerus hæreticus vnam Deiurilem
confessus est in Christo operationem, quo
ait: Nam quia beatæ memoriæ quoque Se-
uerus similiter de Christo dicens, quod ali-
qua quidem diuinè, alia verò humanè idē
operatus est, Deiurilem operationem ap-
probare volebat, sed non solummodò deo
decibiliter, facilius est videri.

EIVSDEM DE eodem verbo: Vna
intelligatur Christi, sicut sæpius diximus,
Deiurilis operatio, non vna deo decibilis.

EIVSDEM DE eodem sermone: Si
enim vna verbi Deiurilis, sicut sæpè dixi-
mus, operatio & scientia, quomodo vna &
vna intelligatur secundum execrabile, sed
potius duæ, & non vna?

**ITEM EIVSDEM de eodē sermo-
ne:** Si autem ipsa tantummodò deo deci-
bilis, sed non deiurilis, sicut sæpè diximus:
nihil secundum nos operetur, & habes quod
quæres.

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sancte Dei
Ecclesie Catholice atque Aposto-
licæ vrbis Romæ, dixit:**

Notum fecit Themestius hæreticus
per suos sermones, qui in præsentem
nobis sunt relecti, quoniam eius fructus &
discipuli sunt Cyrus & Sergius in dogma-
tibus, & sicut aq; eo isti edocti, nouam im-
mutando vnam nisi sunt appellare, licet ve-
hementiores illo in abnegatione veritatis
effecti sunt, qui & ipsam Deiurilem Do-
ctoris vocem interimere penitus præsum-
pserūt, & vnam absolutè tradere operatio-
nem

nem dei moliti sunt, quod apertissimè per propriam Epistolam ad Cyrum scriptam Sergius se fecisse dinoscitur: & nec tantum per suam dementiam, quantum Colluthus hæreticus, contra quem scribit *Themestius, intelligere passi sunt. Propterea nanque recusavit Colluthus asserere Deiurilè operationem, eò quòd talis vox duas significat operationes, id est, diuinam & humanam: (nec enim vnã tantummodò operationem, secundum *Themestij deliramentum) Et id eò memoratus Colluthus tantum Deo decibilem, in hoc sibi consentiens, & non Deiurilè operationem, licet incòueniens erat veritati, asserbat, utpotè vnã, non enim duas, professus. Veritatem non solum impium, sed etiã absurdum proprium sermonè illi ostendunt, hoc est, Sergius & Cyrus, vna eademq; Deiurilè operatione, diuina & humana dicentes operatum fuisse Dominum: quoniam per Deiurilè Deo uirilem similiter asserere còuenit. Non enim diuina & humana secundum illorum signèta, videlicet, quomodò & per diuinã diuinã, atque per humanam còpetenter humana. Si autem Deiurilè, Deiurilia conuenit adscribere cuiusdam Deiurilis personæ. Non enim humanato sensum eorum existentem, dicunt esse operationem, si utiq; omnis operatio ab eo, qui eam naturaliter habet diuinam & humanam, id est, duas in vnitione, propriam appellationem suscipere certa est. Et propterea diuinam dicimus, quæ ex Deo procedit, sicuti & ex homine naturaliter humanam. Vtraq; igitur, hoc est, diuinã & humanã, si non vtranque, id est, diuinã & humanã Deiurilè consentitur, impossibile est dicere operatum fuisse Dominum. Nam si non duas operationes hanc Deiurilè significare, sed vnã esse consentitur, necesse est eos aut simplicem, aut compositam, aut naturalem, aut personalem dicere eam, ut nẽ, pro incerto vocabulo, nullius eam virtutis esse perhibeant. Ergò si quidem simplicem esse dicunt, eandem vt simplicem habeat & pater. Simplicem nanque Deus & pater habet propriam operationem, & operabitur, & ipse per Deiurilè secundum illos diuinã & humanã: & erit propterea Deus iam & homo naturaliter, hoc est, homo factus Deus, sed non nudus naturaliter & tantum Deus. Si autè còpositam, extraneum filiũ à patre adscribunt, siue alienæ substantiæ & operatiõis, utpotè non habente patre compositam suam operationem. Si autem naturalem dicunt, consubstantiali Deo verbo carnè ostendunt, utpotè eandem cum eo naturaliter habentè operationem. Si verò consubstantiali, sine dubio alteri substantiæ, & per hoc erit quaternitas secundum illos sancta Trinitas. Si verò substantiali, extraneant iterum à pa-

TOM. 2.

trè filium secundum operationis modum, utpotè ab eo differentiam habentem in substantialibus, proprietatibus. Quòd si per hæc, quæ superius dicta sunt, impediti, vnã esse Deiurilè operationem propter vnitionem asserunt, ergò ante vnitionem duas habentem operationes Deum verbum introducunt, post autem vnitionem vnã vtraq; efficiet, videlicet pro amputatione alterius, aut confessione vtriusque. Si ergò in omnibus aduersariorum ratio reprehenditur, certum quoniam non vnã secundum illos ostendere volēs operationem sanctus Dionysius, sed duplicem, duplicis naturæ, compositiuo sermone abusus est, duas vnus eiusdemq; in vnitione operatiõis ostendens. Et id eò prudentissimè ait: Neque secundum Deum diuinã operatus, neque secundum hominem humanã summã nobis vnitionem denũcians sicuti naturarum, ita & eiusdem naturalium operationum: quoniam summã vnitionis est propriũ, per imutationem sublimiter operari vtraque, id est, eundem humanè diuinã, & diuinè humanã. Nec enim nuda Deitate diuinã, neq; pura humanitate humana, sed per carnem quidè intellectualiter animatã atque vnità eidem substantialiter, operabatur sublimiter miracula, & iterum per potestatem validissimã viuificaram eius passionum spontè pro nobis experimentum suscipiebat, vt vnitionem ostendat, & differentiam innotescat. Et vnitionem quidem, per alternam ostensionem siue còglomerationem operationum suarum: differentiam autem, ex consecratione naturalis proprietatis. Hoc enim erat, secundum quod ait Doctor, omnium nouitatum supereminens nouitas. Non enim vt vtraque, id est, diuinã & humanã, vnã eandemque operationem secundum illos ostenderet, quia hoc immutatio & penitus peremptio est, vt aut incòditam naturaliter conditam, aut conditam naturaliter incòditam factã fuisse ostenderet, aut certè conditam & incòditam eandem per confusionem: sed vt per aliam alteram inconfuse precedentem ostenderet. Sic nanq; sicut memorat⁹ doctor asseruit, & in his quæ nostræ naturæ sunt, sup naturã erat: & in his quæ nostræ substantiæ sunt, sup substantiã, oĩa nostra ex nobis supra nos eminentiùs habes: utpotè in natura quod est sup naturã in circũscriptè ostendens, & per hoc quod sup naturã est, naturã in diminutè demonstrã. Nã dicere absolutè vnã operationem, qualè habet nouitatis sup naturã, p̄bationem? Null⁹ nanq; numer⁹ nou⁹ est, neq; naturaliter admirabilis: sed illud est mirũ secundum veritatè, & oim nouitatũ supereminens nouũ, iuxta patris doctrinã, incòditã & còditã naturaliter operationem, vni eidemq; in carnato Deo verbo substantialiter inharerentè, in vnitione incòfusam & indiuisam, còglomeratè vicissim eas

pro-

Epist. 10.

precedere, & cognoscere deũ esse naturaliter, eundemq; hominẽ naturaliter. Quod & Leo sancta catholicaq; & Apostolicè nostrè sedis beatè memorię s̄sul sapiẽter intelliges, scripsit operatur enim vtraq; forma cum alterius còmunionem, quod proprium est. Nõ enim dixit, quoniam minuit, aut immutauit, aut confundit, vel abnegat hoc quod proprium est, vtraq; natura de his, quæ in vno eodemq; Christo substantialiter vnita sunt: sed operatur quidem, cum alterius autè còmunionem, vt & differentia ostendat per hoc, quod operatur quod proprium est: & vnitionem significet per hoc, quod dicit, cum alterius còmunionem. Hoc est enim nouæ Deiurilis operationis proprium, i. diuinã & humanã, secundum vnitionem coherẽter indiuisam in eodem ipso cognitam. Quas abnegantes & expugnantes Cyrus & Sergius, neque secundum Deum diuinã intelligunt, neque paterna secundum catholicos patres interpretatur, sed hæretica dogmata paternis obumbrantes sermonibus, còtra catholica, Ecclesiæ introducere studuerunt. Atq; id eò vnã secundum hæreticos Severũ & *Themestium Deiurilè existere operationem còscripserunt, quos cum illis propterea condẽnantes, agè nunc & memorati Sergij nouæ eccl̄esios audiamus commẽtum, quam eccl̄esin suasit in tẽpore suo nomini Heraclium quòsdam Imperatorem titulare, errorem interminationi còmixtum contra orthodoxos populos atque dogmata per hunc modum præten dens.

Nota veritas Sergij hæretici.

Deus dedit venerabilis episcopus Caralius anæ ecclesiæ in sile Sardiniæ, dixit:

Verbum breuiatũ & còsummatum accipiens à Dño vestra venerãda beatitudo còpendiosè pariterq; diligenter tam falsiloquum & nouitatè, quã operati sunt aptissimè Cyrus & Sergius aduersus sanctos catholicæ ecclesiæ patres atq; dogmata, per ea quæ prudentissimè in psenti allocutus est, nobis demonstrauit, ostendens eos hæreticorũ irritos còfessione per hoc, quod vnã iuxta execrabiles *Themestiu & Severũ Deiurilè operationem esse denunciãt, & non mirificã in hoc atq; mirabilè, quã in vnitione indiuisã duas vnus eiusdemq; Christi Dei naturales operationes incòfuse ostendit, i. diuinã & humanã, in approbatione verissima Deũ eundè esse naturaliter & hominẽ, quod utiq; sicut beatus Dionysius ait, Omnium est nouitatũ supereminens nouũ. Nec enim vtriusq; interemptionem, sed indiuisam vnitatè per hanc còpositam eius vocè memoratus pater edocuit. Veram nanq; vnitionem ostendere voluit, sed nõ diminutionem quãlibet naturarũ, quæ in Christo Deo substantialiter saluantur, aut naturaliu eius operationũ, quas videlicet per propria scripta, quæ in psenti relecta sunt, Cyrus & Sergius denegantes, & propterea sanctorũ quoque patrum adul-

TOM. 2.

terantes testimonia, meritò à vestra apostolica pia sententia condemnati sunt, quos & nos còsonanter cum ea, propterea còdemnamus: nec non & Pyrrhũ Sergij successorem, quoniã & ipse nihilominus cũ Sergio Cyrũ recepisse dinoscitur, & studuit ei aduocare in prædenominato septimo capitulo, & hoc cum in scripto testatur contra eum, quoniã immutauit dictionem beati Dionysij, & quoniã iustè reprehensus est, per huiusmodi imutationem à beatè memorię Sophronio. Itã nanq; scribit in vno dogmaticũ eius volumen Pyrrhus: Vnum autè tã in capitulo reprehendit. Sophronius reuerendissimus, utpotè testimoniũ Dionysij beatæ memoriæ falsantè pmutatione vnus vocis, in hoc cògrua dicēs prædictus vir & cauta, in quibus ille asserit: Sed homine facto Deo, nouam quandã Deiurilè operationem nobis professens. Vnã enim secundum veritatè pro noua còtinebat denominatũ volumè: sed non malitiosè (abfit) iuxta meũ verbũ: Sed quoniã nõ aliter potest noua intelligi, nisi vnã, à sanctissimo Cyro huiusmodi vox posita est, quã per abnegationem sublimiũ, vnã beatus Doctor confessionem construens, & hanc singulariter exprimes, quid aliud nisi vnã còfiteri operationem, eò quod vnus est Christus, per quoddã verbũ luculentiũ tradidit? Ecce apertissimè per suos sermones Pyrrhus & falsatã à Cyro dictionem sancti Dionysij, p̄fessus est, & reprehensum propterea meritò eũ ostendit, & quã benè conuictus est à beatæ memoriæ Sophronio, significauit per hoc, quod dicit cògrua dicēs in hoc idem vir & cauta. Veruntũ ipsum, quod cautum à patre dictum est, amputans Pyrrhus, & hæreticã nouitatem defendens, vt similia sapiens his, qui Psalm. 27. loquuntur pacè cum proximo eorum, mala aut in cordibus eorum. Sagitta nanq; penetrans existit lingua eorũ, sicut ait B. Hiero. Hier. 9. mias: dolo sa verba oris eorũ: proximo eius loquit pacifica, & in semetipsum habet aduersitatem. Et quidè laudauit beatè memoriæ Sophronium, quoniã reprehendit Cyrum, & ipse reprehensũ malè aduocatè effectus est per hoc quod dicit, quoniam non aliter potest intelligi noua, nisi vnã, videlicet eodem modo, sicut approbatum est, Severo & Themestio insanis hæreticis còstrictus: sed etiã per hoc, quod insipienter scribit, quoniam per abnegationem sublimiũ, vnã confessionem faciens memoratus Doctor & hanc singulariter exprimens, quid aliud nisi vnã operationem còfiteri, eò quod vnus est Christus, tradidit? Ignorans, quia de negatione sublimium nec vnã habet còfessionem, nisi tantummodò instabilè phantasiã. Quoniam si denegat, sicuti sublimia quedã, tam diuinã eiusdè & humanã naturam aut operationem, totũ perimitur sine dubio secundum illud dispensationis mysteriũ. Nõ enim existente in Deo verbo, qui pro-

XXX 4 pter

Deut. 13.

pter nos incarnatus est, pro denegatione illorum, diuina natura & humana natura, aut diuina operatione & humana operatione, quid iam remanet in confusione diuinæ dispensationis, nisi tantum, ut dixi, inanis phantasia Pyrrhi stultæ hæreseos? quam respicientes cum eodem Pyrrho iniquè agente, & sequentem Cyrum & Sergium, hoc est, Seuerum & Themestium hæreticos, regulariter cõdemnamus in defensione vera patrum ac synodaliū Catholicæ Ecclesiæ definitionū & promulgationum. Scriptum est enim in lege Domini, Quoniam nõ parceret ei oculus tuus, ut misereris & occultes eum: annuncians annuncias de eo, & statim interficies. Sit primùm manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur, id est, paternis, robustis & pbabilibus verbis veritatis atque dogmatibus, quia voluit te abstrahere à Domino Deo, & auferes malū de medio tuū. His itaque consonantè à nobis in præmemoratos viros propter eorum temerariam hæresim, quæ Seueri & Themestij hæreticorum defendere & renouare dogmata studeat, determinatis, petimus secundum vestram interfectionem, quatenus memorata eccl̄esis, quæ in nomine tunc imperantis Heraclij per scripta est ab aduersarijs contra fidem Orthodoxam, ad nostram cognitionem deduci, atque lectione vulgari præcipiatis.

MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei
Ecclesiæ Catholice atque apostoli-
cæ vrbis Romæ, dixit:

* huius san-
cti concilij

Offeratur per eos, quorum interest, ge-
ntis huic sancto Concilio ad subtili-
orem examinationem eccl̄esis, ad nomen
quondam Heraclij facta.

Theophylactus Primicerius notariorum
Apostolicæ sedis, dixit:

Denominatam eccl̄esim iuxta vestra ius-
sionem afferens, præ manibus habeo: quid
præcipitis?

MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatiss. Episcopus sanctæ Dei
Ecclesiæ Catholice atque Aposto-
licæ vrbis Romæ, dixit:

Eccl̄esis quondam Heraclij Imperato-
ris suscipiatur & relegatur:

Et accipiens Anastasius notarius regionalis
apostolicæ sedis, de Græco in Latinam vo-
cem translata, relegit in his:

Eccl̄esis ab
hereticis
sub Heraclij
Imp. nomi-
ne scripta.

Xp̄o sitio orthodoxæ fidei, facta à Deo
conseruando & pijsimo nostro do-
minõ, magno principe Heraclio, propter
emerfam ab aliquibus altercatione pro re-
quisitione operationis, consonans in omni-
bus sanctis & vniuersalibus quinque Conci-
lijs, quam cum multa satisfactione & gratia

TOM. 2.

exceperunt patriarchicis sedibus presules,
& gratanter ei consenserunt, utpote pacem
sanctis Dei Ecclesijs inferentem. Credimus
in patrem & filium & sanctum spiritum, Tri-
nitatem consubstantialem, vnam Deitatem
sive naturam & essentiam, virtutemq; & po-
testatem in tribus subsistentijs sive perso-
nis, cognoscetes vniuscuiusque subsisten-
tiæ familiaritatem, vnitatem in Trinitate, &
Trinitatem in vnitatem: vnitatem quidem se-
cundum essentiam sive Deitatis ratione, Tri-
nitatem autem secundum subsistentias sive
personas. Nec enim vnum secundum essen-
tiam consistentes, à personarum differentia
excedimus: neque autem Trinitatem perso-
narum consistentes, vnam denegamus Dei-
tatem. Vnus Deus pater, vnus Deus filius,
vnus Deus spiritus sanctus, Vnus hæc tria
Deus in eadem & immutabili Deitatis rati-
one. Nam personarum differentia, Deitatis
sive essentiam non infert diuisionem. Vnam
igitur confitemur Deitatem, familiaritates
inconfusas seruantes, & non in vnam per-
sonam tribus nominibus nuncupatam asse-
rentes hæc tria secundum Sabellionem. Neq;
autem in tres essentias vnam Deitatem di-
uidentes, aut extraneantes à patris essentia
filium aut spiritum sanctum, secundum in-
saniam Arrii. * Vnū enim est in tribus Dei-
tas, ut dicit magnus Gregorius in Theolo-
gia, & tria vnum, in quibus Deitas, sive, ut
verissimè dicitur, quæ Deitas. Confitemur
autem vnum sanctæ Trinitatis vnigenitum
filium Dei, Deum verbum, à patre progeni-
tum ante omnia secula, lumen de lumine,
splendorem gloriæ, vultu paternæ substan-
tiæ, per quem omnia facta sunt, in extremis
diebus propter nos & propter nostram salu-
tem descendere de caelis, dignariq; in inta-
cto vtero sanctissimæ Dei genitricis & sem-
per virginis Mariæ habitare, & ex ea conglo-
merantem sibi carnem in vna substantia, ani-
mam habentem rationalem atq; intellectu-
alem, natum esse ab ea, & semper manentem
perfectum Deum, eundemq; fieri perfectū
hominem inconfuse atq; indiuisè, consub-
stantialem Deo & patri secundum Deitatem,
& consubstantialem nobis eundem secun-
dum humanitatem, & per omnia similem no-
bis sine peccato. Vnde & duas natiuitates
eiusdem vnigeniti Dei verbi cõfitemur: vnā
ante secula à patre sine tempore & incorpo-
raliter, alteram ipsius in extremis diebus,
à sancta intactaque Dei genitrice & semper
virgine Maria, cū animato intellectuali eius
corpore. Quapropter sanctam & nimis lau-
dabilem semper virginem Mariam, rectè &
veraciter Dei genitricem prædicamus: non
quia Dei verbum initium ab ea accepit ut
esset, sed in extremis diebus incarnatus ex
ea, immutabiliter homo factus est. & passi-
onem pro nobis spontaneam carne susti-
nuit. Compositum autem Christum glo-
rifica-

* Pio

rificamus, sanctorum patrum sequentes do-
ctrinam. Pro enim mysterio, quod in Chri-
sto est, per compositionem vnitio, & con-
fusionem & diuisionem eicit, & seruat qui-
dem vtraque natura proprietatem, vnam
autem substantiam & vnam personam Dei
verbi cum animata intellectualiter eius car-
ne ostendit, neque quaternitate nobis pro
sancta Trinitate introducta: ablit: nec enim
quarta personæ additamentum sancta Tri-
nitas suscepit & incarnato vno ex ea DEO
verbo. Neque autem alter erat, qui miracu-
la operabatur sicut Deus, alter autem quàm
ipse qui passiones sustinuit: sed vnum eun-
demque filium confitemur Deum simul &
hominem, vnam substantiam, vnam perso-
nam, passibilem carne, impassibilem Deita-
te, perfectum vnitatem, & perfectum eundem
humanitate, & ipsius miracula & passiones,
quas spontè sustinuit corpore. Vnde & ex
duabus naturis vnum Christum cõfitemur,
vnum filium, vnum Dominum, vnam per-
sonam, vnam substantiam compositam, &
vnam naturam Dei verbi incarnatam, cor-
pore animato intellectualiter, sicut Cyrillus
magnus sapuit & docuit, & in duabus natu-
ris eundem esse glorificantes: ut in Deitate
& humanitate vnum Dominum nostrum Ie-
sum Christum verum Deum cognitum esse
confitemur, differentiam per hunc modum
solum significates naturarum, pro quibus in-
confuse ineffabilis vnititas facta est. Nec enim
Deitas transmigravit in carnem, neq; caro in
vinitate transmutata est, sed in proprietate na-
turali, & p vniuscuiusque subsistentiæ vnitatem
vtrunq; permanit. Vnde vnum scimus filiū
Dñm nostrum Iesum Christum, ex initium
non habente patre, & ex intacta matre, eun-
dem ante secula, & in extremis diebus con-
stitutum, impassibilem atq; passibilem, visi-
bilem & invisibilem, vnus eiusdemq; mira-
cula & passiones prædicamus, & omnē diui-
nam & humanam operationem vni eidemq;
incarnato Deo verbo tribuimus, & vnam ei
offerimus venerationem, spontè & veraciter
propter nos crucifixio carne, & exurgenti ex
mortuis, & in caelos ascendenti, & redenti
in dextera patris, & iterum venienti iudica-
re viuos & mortuos: nullo modo cõceden-
tes alicui ex omnibus vnā vel duas dicere sive
docere operationes in diuina Dñi incarna-
tione, sed magis, sicut sancti & vniuersales
tradiderunt synodi, vnum eundemq; filium
vnigenitum Dñm nostrum Iesum Christum,
verum Deum cõfiteri, operari diuina & hu-
mana, & omnē deo congruā & homini ope-
rationem ex vno eodēq; incarnato Deo ver-
bo indiuisè & inconfuse pcedere, & in vnū
eundemq; fortiri, eō q; vnus quidē ope-
rationis vox licet ab aliquibus patribus dicta est,
tñ turbat, extraneat quorundā aures, arbi-
trantium in interitum eandē prolatam esse
duarum naturarum, quæ in vna subsistentia

TOM. 2.

vnitæ sunt in Christo Deo nostro. Similiter
aut & duarum operationum vocē multos scā-
dalizare, utpote à nemine dictā sanctorum &
præcipuorum patrum: sed & sequi in eo, ut duas
cõfiteamur voluntates, cõtrariè ad inuicem
venientes, Deo quidē verbo volente saluber-
rimā passionem explere, incarnationem autē in
eo factam obuiam euntem ipsius voluntati
& oppugnantē, & exindè duo cõtraria vo-
lentes introduci, quod impiū est & extraneū
Christianici dogmatis. Si enim insanus Nesto-
rius, licet diuidens diuinā dñi nostri huma-
nitatem, & introducēs filios duos, volunta-
tes istorum dicere nõ ausus est, è cõtrario autē
cõsonantem voluntatem in eo, formati du-
bus personis, cõfessus est, quomodo possi-
bile est orthodoxā cõfidentes fidem, & vnū
filium Dñm nostrum Iesum Christum, verum
Deum glorificantes, duas & has contrarias
voluntates in eo suscipere? Vnde sanctos pa-
tres in omnibus & in hoc sequentes, vnā vo-
luntatem Dñi nostri Iesu Christi verissimi
Dei confitemur, utpote in nullo tempore
animati intellectualiter eius corporis sepa-
rat, & ex proprio impetu contrario motui
vnito ei Dei verbi in vna substantia naturalē
eius producere motionem, sed quādd & qua-
lem & quantā ipse Deus verbum voluerat:
Hæc pietatis dogmata tradiderunt nobis, q;
ab initio p̄sentialiter viderūt, & ministri ver-
bi facti sunt, eorumq; discipuli & successores,
quiq; sequēter à Deo inspirati, eccl̄esiæ do-
ctores, i sancti & vniuersales quinque synodi
beatorum & Deo susceptorum patrum, i. qui in
Nicea, & in hanc regiam ciuitatē, necnon in
Ephesum primū, & in Chalcedonā, & ite-
rū in Constantinopolim in q̄nto cõgregati
Concilio. Et hæc in omnibus sequētes, & di-
uina eorum suscipiētes dogmata, oēs quos
exceperunt, excipimus, & quos eiecerūt eij-
cimus, & anathematizamus, præcipuè Noua-
tum, Sabellionem, Arriū, Eunomium, Mace-
donium, Apollinariū, Origenem, Euagriū,
Didymū, Theodorū Mopsuestenū, Nesto-
rium, Eutychem, Dioscorum, Seuerū, & im-
pia conscripta Theodoriti, quæ cõtra eccl̄iā
fidē & Ephesinā primā synodum & duode-
cim capitula sancti Cyrilli, & quāta p The-
odoro & Nestorio cõscripserunt, & nūcu-
patā lib̄ epistolā: & hortamur oēs Christia-
nos sic sapere, & sic glorificare, nihil addentes
his, nihil subtrahētes, nihil transmūtātes se-
cundum quod scriptum est. Definitiones
æternales à Deo inspirati Eccl̄esiæ sacerdo-
tes ad salutem cunctorum præixerūt. Et sub-
scriptio principis: Heraclius fidelis in Iesu
Christo Deo princeps subnotauit:

Theophylactus primicerius notariorum Apo-
stolicæ sedis, dixit:

Notum facio vestræ sanctissimæ beatitu-
dini, quod & ipsam sine dubio scire cõfidi-
mus, quā in Apostolico vestro scrinio, & ea
quæ pro cõfirmatione memoratę eccl̄eseos
confecta

confecta sunt à Sergio & Pyrrho, quondam episcopis Constantinopoleos, monumenta ad conuictionem eorum referuata habere dinoscimur: sed & epistolam Cyri Alexandrinæ ciuitatis quondam antistitis, per quâ & ipse huiusmodi eccliesin in scripto cum illis confirmat, atque amplectitur. Nunc autem de his chartis beatitudinem vestram memorare curauimus, ut quæ placent præcipere, censeatis.

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sanctæ
Dei Ecclesiæ Catholice atq; Apo-
stolicæ vrbis Romæ, dixit:**

Porro si maximè propter ea, id est, quæ ab eisdem in defensione denominatæ ecclieseos gesta sunt, consistens nobiscum sancta synodus in destructione aduersariorum nouitatis cõgregata est, quomodò nõ est & nimis operæ precium ad veram probationem tam paternarum ac synodalium definitionum expulsionis, quamq; hereticorum dogmatum introductionis, quam præmemorati præsumptores seditiosè conformanter sibi contra Catholicam Ecclesiam operari demoliti sunt, monumenta eorum cum antè fata epistola Cyri Alexandrinæ ciuitatis quondam episcopi nobis inmet produci, & ad firmiorem cautelam monumentorum nostrorum lectione vulgari? Sic nanq; iustâ habebunt veraciter ab omnibus orthodoxis condemnationem.

*Theophylactus Primitivus notariarum Apo-
stolicæ sedis, dixit:*

Secundum iussionem sanctissimæ beatitudinis vestræ memoratas chartas afferens præmanibus habeo: quid præcipitis?

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei
Ecclesiæ Catholice atque apostoli-
cæ vrbis Romæ, dixit:**

Quoniam ea, quæ acta sunt à Sergio & Pyrrho, omnibus nota sunt & indubitater manifestissima, si placet, propter multitudinem loca tantum designata, quibus illi nouitatem ausi sunt confirmare, hi quorum interest, relegant.

*Et accipiens Theodorus notarius regionalis
Apostolicæ sedis, translata de Græco in La-
tinum sermonem, relegit in his:*

EX GESTIS compositis pro eccliesi à Sergio episcopo Constantinopoleos.

Sergius sanctissim⁹ patriarcha dixit: Propositum ab Stephano reuerendissimo Synello nostro à pijsimo & prudentissimo principe compositum, atq; nobis iam cognitum, cum debita reuerentia relegatur editum, atque actibus inferatur. Stephanus reuerendissimus presbyter & Syncellus necnon chartophylax relegit: & post lectionem eiusdem, Sergius sanctissimus patriarcha di-

TOM. 2.

xit: Sancta synodus congregata dilectissimorum confacerdotum nostrorum, & per ea, quæ in presenti gesta sunt pro eccliesi orthodoxi dogmatis pijsimi & magni nostri principis, necnò per lectionem, quæ ante hos, proximos dies recitata est, prudentissimi magniq; principis nostri diligentissimâ cognoscens & instructam perfectionem, quoniam omnium artifex docuit eum prudentiam, per suam consonantiam faciat manifestum, si ita exposita ab eo, atq; indimmutè, secundum quod nobis videtur, habentè comprobat, & amplectens cõfirmat prædicationis confessionem. Sancta synodus dixit: Relecta nunc magni & sapientissimi principis eccliesis, secundum veritatem apostolicæ consonat prædicationi. Hæc sunt patrū dogmata, hæc sunt præfida Ecclesiæ, hæc orthodoxæ fidei stabilitas, hæc sanctorum quinque Conciliorum symbola, hæc unitatē Christi dilecti orbis terrarum stabiluit populi, hæc simpliciorum infirmitatem cõfirmant, & perfectos diligentioresq; tuentur: hæc generalem humanitatis operantur salutem. Sic & nos credimus: hæc & nos confirmamus: his & nos consentimus. & post aliqua sanctissimus ac beatissimus archiepiscopus & vniuersalis patriarcha Sergius dixit: Perfectè atque dilucidè, nec non compendiosè, ex quibus virtutis dirigitur verbū, à Deo sapientissimi & pijsimi domini ac magni Imperatoris, & hoc donū à Deo percipientis, dogmatizauit eloquētia. Et post paululum: Propterea consonantem eius professionem sanctis & vniuersalibus synodis reperientes, & diligentissimè recti dogmatis cõglomerantem atq; præcauentē regulā: & post cetera: Ipsius & nos suscipimus & confirmamus eccliesin: quoniam in omnibus sequitur perfectè & acribiosè doctrinam sanctorum ac probabiliū patrū & prædicatorum orthodoxa nostræ fidei. Si quis ergò à presenti die temeratos prohibitarum ab à Deo conseruando domino & magno Imperatore, atq; huc cõgregata sancta synodo factus, vnam aut duas præsumperit dogmatizare aut proferre in Chro Deo nostro operatiōes, huc, si quidē episcopus, aut presbyter, vel diacon⁹, siue de sequentibus fuerit gradibus, ab omni esse suspensum ecclesiastico ministerio vel officio definimus: Si autē monachicū habitū habuerit, aut laicus fuerit, hunc de sancta cõmunionē viuifici corporis & sanguinis magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi separamus, dondè q; hæc cõfiteri præsumperit, ad hoc quod oportet remeātes, ex pura penitētia & cõuersione sufficientē de tali transgressione, p seipsis satisfactionē porrexerint. Tunc etem vnusquisq; talis in suū pristinū restaurabit officium. Et subscripserunt: Sergius p misericordiā dei episcopus Constantinopoleos romę, subscripsit. Gloria Chro Deo nro, Amē, Amen.

ITEM

ITEM DE HIS QVAE ACTA sunt à Pyrrho quondam episcopo Constantinopoleos, pro eadem eccliesi.

Sanctissim⁹ ac beatissim⁹ archiepiscopus & vniuersalis patriarcha Pyrrhus dixit: Nunc veraciter Spiritus sancti gratia his, q; nobiscum præsent, inspirata, omnem extinxit errorem, & pietatis dogmatibus mentes fidelium illustrauit, magno Imperatore & clementissimo, sicut ignis in semetipso hac coruscante, atq; omnem partē orbis terrarū illuminante, & post alia: Sicut magnus Imperator & adiuuentor sublimium. Competenter igitur & nos sequentes eiusdem virtutem & cõstructionem eius dogmaticæ in omnibus admittētes, & à Deo inspiratę doctrinæ cõsonantem utiq; in omnibus Apostolicæ traditioni atq; sanctis vniuersalibus quinque Concilijs, multis nimis atq; præcipuè sublimibus pro tanto zelo, qui in Deo est, coronamus laudibus, & secundum nostrę virtutis mēsuram enixius pro pia eius & illuminata anima Domino indefinenter orationes extollimus, quatenus incõcussum permaneat eius regale imperium, omnes barbaras nationes substernens, & filijs filios cum profunda tranquillitate multis temporibus succedentes, atq; immortalis vitæ gaudia in futuro ei condonari. Decernimus itaq; cum gratia in presenti quidem convenientes nobiscum sanctissimos episcopos, qui necdū imperialis prædicationis insinuationi subscripsisse probantur in tempore præcedenti, ut proprias subscriptiones post nostrā subscriptionē actibus subiungere debeant, necnon & eos, qui in hac regia & à Deo conseruāda vrbe postmodum cõiunxerunt, & minimè subscripserunt per sollicitudinē, quorum interest subscribere, præfules. Curauimus autem nihilominus, Deo donāte, & ad eos, qui absentes sunt, apud nos gesta cum encyclica nostra sinè dubio destinare epistolā, quatenus & eorum vnusquisq; per suam similiter subscriptionem, eidem orthodoxę prædicationi cõsentiat, & suam per subscriptionem præcedentibus coniungat mētem: ut nobis in turbulentus fons & suauissimus saluferorum permaneat dogmatū, ex quo haurientes rationales oues Domini solitæ sunt bibere, ex abundantia diuini laticis incrassantes, atq; sitis penitus sinè experimēto permanentes. Qui hoc facere paratus minimè fuerit, sed permanens in inobedientia, condemnationi separantiū se de integritate corporis Chri semetipsum miserimè submiturus est, & iudiciū contra se irrecusable ex autoritate Apostolicarū sediu libimet puocans, dondè per subtiliorē intentum semetipsum ad viam saluferam reuocauerit, & subscriptio:

Pyrrhus misericordia Dei episcopus Constantinopoleos Romę, subscripsit. Gloria Christo Deo nostro, Amen.

TOM. 2.

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ
Catholice atq; Apostolicæ vrbis Romæ, dixit:**

Per ea indubitater ac luce claris, q; acta sunt p eccliesi ab eis, Sergius & Pyrrhus cõfirmasse eā, & corroborasse in scripto, pbanē. & tantum cõtra sanctorū patrū pfectiōnem propriā habētes in deceptiōe animarum suarū, ut potè soli hæc ab initio cõstruētes, ex hoc quātum pro ipsa arguunt certasse, & alios secū instantius cõmouentes ad effectū huiusmodi turbulētū studij, licet alterius nomine callidè abusi sunt timore cõtradictionis fidelium, interminationē contra eos, pponentes. Ideoq; his nobis certissimè de eis cognitissimè p lectionē, q; in presenti recitata est, nūc etiā Cyri respiciam⁹ epistolā, p quā propriam cum eis consonantiā ostēdit.

*Theophylactus Primitivus notariarum
Apostolicæ sedis, dixit:*

Secundum iussionem beatitudinis vestrę epistolā afferens præmanibus habeo Cyri Alexandrinæ quondam episcopi: quid præcipitis?

*Amabilis reuerendissimus episcopus Osi-
ensis Ecclesiæ, dixit:*

Memorata epistola Cyri Alexandrinæ episcopi relegatur.

*Et accipiens Exuperius notarius regionalis
apostolicæ sedis, de Græco in Latinam linguā
interpretatam, relegit continētē ita:*

Domino Deo honorabili beatissimo spiritali & confacerdoti Sergio archiepiscopo & patriarchæ, Cyrus vltim⁹ de Alexandria. Paratis nobis relaxare responsa in regia vrbe, cõiunxit Eustathius gloriosus magister militū, & detulit mihi venerandos apices picipui mei Dñi Deo honorabilis beatitudinis, intus habētes & exēplar cõpetenter & cõsultissimè, pariterq; oeo amabiliter factæ ecclieseos venerabilis nostrę fidei à pijsimo & à Deo cõseruādo dño nostro magnoq; principe pro pia fide nostra ad Ifaciū excellentissimū patriciū & Exarchū Italiæ destinata, quā debet profiteri cõmunis fratrum noster Seuerinus sanctissim⁹. Deo iuuāte, q; ordinatur in Roma: quā nõ solum semel & bis, sed & multo sæpius diligētē relegisse dinoscor, & letat⁹ suę eiusdē lectione, atq; cõsistētes mecum, cõgratulans per laudabile scriptorū expositionē, veluti solis splendore nitentē, & verā in conuertibile & inuolabile nostrā fidē fixidū recteq; aptissimè prædicationem, gratiarū hymnos retuli dño oim Deo, q; nobis dedit prudentissimū gubernatorē, sanctas suas ecclesias rectè regentē, neq; pmittentē fortassis ab emergente tempestate quoquo modo nos perturbari, nec iterum purè accedentibus in eam asperrimis saxis quassari: magis autem sinè periculo & benignissimè ad tranquillū portū nos deducēs, & pro pace fidelissimi populi eorum DEO decibiler cogitantem. Sed qui eum talem

&

amabilis est
nomen p-
prium.

epistola Cy-
ri ad Sergiū.

& in spiritualibus constituit Deus, ipse virtutem & fortitudinem condonet & pio eius imperio contra repugnantes inimicos feruilem eius rempublicam, vt tunc cum gratia & canticis exclamemus: Saluauit nos, saluauit, terque saluauit nos piissimus ter Augustus, hoc est, à tyrannica potestate, & Persarum ferocitate, necnon Saracenorū temeritate. Quia verò & nos vestra participati doctrinæ, & hanc sine dubio sequentes, amplectimur & conseruamus, quæ ita piè & Deo amabiliter à serenissima eius tranquillitate exposita sunt, iam antea vestra Deo honorabilis sanctitas cognouit, per ea, quæ sepius ad eam à nostra humilitate, licet rusticiter, attamè orthodoxè transmissa sunt. Omnè, quæ cum vestra Deo honorabili sanctitate consistit in Christo fraternitas, ego & qui mecum sunt, multum salutamus. & subscriptio: Saluus in Domino, ora pro nobis sanctissime pater.

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Catholice ac quæ Apostolicæ vrbis Romæ, dixit:

PER relectam in præsentem nobis epistolam, propriam consonantiã Cyrus Alexandrinæ ciuitatis episcopus demonstrauit, quam cum Sergio & Pyrrho in expositione nouitatis eorum habere ostenditur, similiter cum illis in scripto eam confirmans. Ceciderunt autem à sua spe, mentiti contra caput proprium. Nec enim suscepta est omnino aut admissa est secundum vanam eorum spem, magis autem condemnata est & anathematizata ab Apostolica auctoritate huc transmissa pessimæ & præsumptæ nouitatis eorum catholice. Sed quia hæc quidè illi contra orthodoxam fidem scripserunt, extenditur autè nobis de his rationalis requisitiõ, ex paternis testimonijs atq; scripturarū procedens, cum multa diligentia competenter, si placet Domino iuuante, in alio secretario huiusmodi differamus de illis questione, vsq; ad hoc præsentem cognitionè determinantes.

INCIPIT SECRETARIVS IIII. IN NOMINE DOMINI DEI Saluatoris nostri IESV CHRISTI, Imperij domini Constantini pijsissimi Augusti anno nono, sub die xxij Kalend. Nouembris, Indictione Octaua:



Residente sancto ac beatissimo Martino Papa sanctæ sedis Apostolicæ vrbis Romæ, ppositis sacrosanctis & venerabilibus Euangelijs in Ecclesia Dñi. Dei & saluatoris nostri IESV Christi, q̄ vocatur Constantiniana: residenti- bus etiã viris venerabilib; pariterq; cum

eo audientibus, Maximo sanctissimo Aquileiensi episcopo, Deusdedit sanctissimo Caralitano episcopo, Mauro Cesenate episcopo, & Deusdedit presbytero agentibus locum Mauri sanctissimi episcopi Rauénatis ecclesiæ, Sergio Tempfanensi episcopo, Maximo Pislaurensi episcopo, Reparato Maturarianensi episcopo, Luciano Leontinensi episcopo, Epiphano Albanensi episcopo, Viatore Hortanensi episcopo, Benedicto Aiaceno episcopo, Bonito Formiano episcopo, Iuliano Hortano episcopo, Maioriano Prensino episcopo, Papinio Vibonensi episcopo, Germano Numanenensi episcopo, Laurètio Perusino episcopo, Adeodato Amerino episcopo, Caroso Faralitano episcopo, Gaudioso Capuano episcopo, Martiano Mebiensi episcopo, Bonito Ferentinense episcopo, Barbato Sutirino episcopo, Mauro Senogalliensi episcopo, Calumnioso Alesino episcopo, Mauroso Anconitano episcopo, Peregrino Messanenensi episcopo, Bono Ficuculensi episcopo, Romano Cerelitanense episcopo, Fortunato Auximate episcopo, Crescete Lucrensi episcopo, Thomate Lunensi episcopo, Felice Agrigentino episcopo, Bonito Feretipolimari episcopo, Marcelino Clusino episcopo, Maximo Trocalitano episcopo, Geminiano Volaterrano episcopo, Paschale Bladano episcopo, Mariniano Populonienti episcopo, Luminoso Marforum episcopo, Luminoso Tifernitiberinorum episcopo, Glorioso Camerino episcopo, Potentino Belliterhensi episcopo, Decorato Tiburtino episcopo, Mauro Tuscanensi episcopo, Amabile Ostiensis episcopo, Martino Gabinate episcopo, Albino Portuensi episcopo, Adeodato Spoletano episcopo, Palubo Fundano episcopo, Iohanne Pestano episcopo, Theodosio Cotronensi episcopo, Gaudioso Reatino episcopo, Scholastico Fanensi episcopo, Laurentio Taurianensi episcopo, Elia Lilybetano episcopo, Iohanne Trapeiano episcopo, Aquilino Assisinate episcopo, Luminoso Salernitano episcopo, Eusebio Atellano episcopo, Sabbatio Buxento episcopo, Martino Centucellenensi episcopo, Iohanne Taratino episcopo, Iubentino Stabiensi episcopo, Rufino Sipontino episcopo, Mauro Senate episcopo, Leto Lucano episcopo, Leontio Neapolitano episcopo, Theodoro Rosellano episcopo, Paschale Thermitano episcopo, Andrea Hydruntino episcopo, Oportuno Pisano episcopo, Iusto Tauromenitano episcopo, Donato Marianensi episcopo, Felice Panormitano episcopo, Bonoso Alerino episcopo, Laurètio Tuderino episcopo, Peregrino Lyparitano episcopo, Iohanne Carinensi episcopo, Boethio Cornensi episcopo, Albino Signensi episcopo, Valentino Turritano episcopo, Augustino Squillacino episcopo, Luminoso Bonensi episcopo, Iohanne Rhegitano episcopo, Crescètio Libiensi episcopo, Barbato Cumano episcopo, Stephano Populiensi episcopo, Felice Terracinensi episcopo, Callionisto Hadrianensi episcopo, Oportuno Anagnino episcopo, Iohanne Vicofabinate episcopo, Firmino Plerano episcopo, Potentio Polensi episcopo, Iobiano Firmo

mano episcopo, Leontio Fabentinate episcopo, Anastasio Narniensi episcopo, Donato Sassinense episcopo, Theodoro Tyn-daritano episcopo, Iohanne Vnnogoritano episcopo, Sapientio Numertano episcopo, Stephano Dorensi episcopo, Maximo Messinate episcopo, Iohanne Gabopolitano episcopo, Gratiofo Nepefino episcopo, & Victoriano Vzalsensi episcopo,

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus sanctæ Dei Ecclesiæ Catholice ac quæ Apostolicæ vrbis Romæ, dixit:

EX his, quæ à nobis relecta sunt in præterito secretario, monumentorum ferri à Sergio & Pyrrho cõfecta, necnon epistola Cyri, quæ videlicet temerosius composita sunt ab eis contra fidem pro stabilitate nocibilis corū catholice, Michæ prophetiam vocem, anima conflictos nos propter consonantiam in huiusmodi errore & conpirationem factam, congruum est enarrare: Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut racemos in vindemia: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Perit reuerens de terra, & rectus in hominibus illis non est. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Omnes congregati sunt in vnum contra Dominum, sanctamque eius & immaculatam fidem. Sed venite, & nos dilectissimi fratres, cum Deo descendamus ad visitationem, id est, inquisitionem sermonum eorum, confundamus per approbationem verissimam ibidem linguas eorum, cleuatas contra scientiam vniuersi filij DEI, & iniquitatem in altitudinem humanitatis eius loquentes. Disrum pamus vincula eorum per gladium spiritalem, quod est verbum Dei, & projiciamus à nobis iugum ipsorum per expurgationem profani sensus illorum. Tunc etenim & ipse quoq; Dominus iridebit eos & subsannabit, & loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, secundum beatum Hieremiam dicens, Falsò propheta isti vaticinantur in nomine meo. Non enim misi eos, & non præcepi eis, neq; locutus sum ad eos: visionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui, prophetant vobis. Idèd hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo mendacium: Erunt proiecti in vijs Hierusalem, & conculcatio omnium piè consentium me, & non erit qui sepeliat eos. Nemo enim abscondere potest quibusdam subreptionibus commentatus, sicuti nec folijs fici antiquum transgressorem præcepti Adam, cum qui per propriam linguam in uerecundè nudatur. Laqueus enim fortis viro labia eius, & captus proprijs sermonibus, & operam manuum eius: retributio autem labiorum

cuius dabitur ei impietatis repræhensio. Arguam enim te, inquit, & statua ante faciem tuam. Existimasti inique, quod ero tibi similis. Propterea sicut dicit Dominus ad Geodeon, deponamus eos ad aquas veræ discretionis, & probemus eos ibi regulari examinatione in idipsum pronos corruentes, per ostensionem prauis intellectus eorum, vt nè sint apud se sapietes, diuini verbi scientiam ignorantes: Quoniam dicentes esse se sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloria catholicæ Ecclesiæ per propriam nouitatem, siue per ea, quæ illicitè in eius defensione gesta sunt, hæreticam turbulentiam introducentes, illud competenter apud nos retinentes, quod benè ad Iesum filium Si-rach dictum est: vsque ad mortem certa pro veritate, & semper Dominus Deus pugnet pro te. Accipere enim personam impij non est bonum, vt declines à veritate iudicij. Quomodo autem hoc prudenter efficiemus? In primis quidem ex comparatione mutua verborum illorum, quæ nobis relecta sunt. Si enim ipsi propria perimunt, approbantes ea vacua, & omnino veritati extranea, utiq; ventos pascet, iuxta quod in Prouerbij dictum est: Qui mendacio nititur, hic pascit ventos, & minauit volucres volantes. Derelinquit enim vias suæ vineæ, in axones autè suæ culturæ errant: deambulat verò per siccam eremum, & terram extensam in sitim. Congregat autè manibus suis sterilitatem. Igitur sicut prælectionem audiuimus, dilectissimi fratres, Cyrus quidè in suis capitulis definiuit ita: Si quis non dicit vnum eundemq; Christum operari Deo decibilia & humana per vnâ Dei uirilem operationem, anathema sit. Sergius autem huiusmodi admittens atq; confirmans eius confessionem, ad eundem scribens, ait: Hanc vestra orthodoxam relegendes doctrinã & diuinam suasionem siue omni orthodoxia repletam vestra sanctitatis, Domini collaudauit benignitatè: sed & vestrum sanctum sacerdotium beatificauit, quoniã huic rei dignata est intercedere per gratiam sancti atq; viuifici spiritus, necnon per electionem & doctrinã à Deo inspirati & pacifici magni Imperatoris. Afferuistis autem (Bonum est enim, vt & ipsi sacris vestris vocibus utamur) vnum eundemque Christum operari Deo decibilia & humana per vnâ operationem, & hæc piè nimisq; subtiliter exposuistis: quoniã in his præcipuorū & vniuersaliū sanctorū quinq; conciliorū voces expressisse noscimini. Iterum autem Pyrrhus in antefato dogmatico eius tomo aduocationem impendens Cyro, ita scribens ait: Vnam enim, secundum veritatè, pro noua continebat eiusdè volumen: non quidem malitiosè, iuxta meum sensum, sed ut potè non aliter posse nouam intelligi, nisi vnam. Ac per hoc iam Pyrrho non aliter nouam nisi vnâ intelligente, vetus dierum non

Mich. 7.

Psal. 13.

Gen. 11.

Psal. 2. Ephe. 6.

Psal. 2.

Hierem. 4.

Gen. 3.

Psal. 49.

Iudic. 7.

Rom. 1.

Ecl. 4.

Prou. 18.

Monothelitarū dicta examinatur.

Prou. 10.

Dan. 7.

vnus existit, sed multi, aut si paruum, vt ita dicatur, duo intelliguntur. Nam si non aliter nisi vnam esse definit nouam, nō est autem vetus quod nouum est, vtique; vetus dierum, vt dictum est, nō vnus intelligitur, sed potius multi, aut si minus, duo: vt & multos deos infirmē intelligat, & solum Deū, qui est sine initio naturaliter, in multos deos diuidat: ignorans quoniam non per os a numerine nequeant ea cognati, sed gloriosi miraculi noui vocabulum habet designationem. Sicut igitur vetere vt antiquitatis est, designatio autem sine initio. Et hec quidem Sergius & Pyrrhus pro Cyro scripserunt. In eccliesia autem illorum apertius, q̄ nunc dixerunt, euacuantes, & reproba, quae ab ipsis firma pronuntiata sunt, dicentes, falsa autem quae vera, & pia quae impia, & minorata indiminuta, & incauta robusta, & extranea omnino sanctorum & vniuersalium quinque conciliorum, quae ab eis sunt in scripto testimonio comprobata, & cum anathemate ab ipsis definita contra eos, qui ita habere haec non profitentur, sequentes proprii anathematis per transgressionem condemnationem, de hoc in erroneis eorum dogmatibus ita dicunt, nullo modo concedentes cuiquam ex omnibus vnam aut duas dicere, vel docere operationes in diuina Domini dispensatione. Ideo quae sanctos patres per omnia & in hoc sequentes, vnam voluntatem Domini nostri Iesu Christi cofitemur, addetes etiam: nec pietatis dogmata tradiderunt nobis, qui ab initio praesentatiter viderunt, & ministri verbi facti sunt, eorumque discipuli & successores, & sequenter a DEO inspirati Ecclesiae doctores, id est, sanctae & vniuersales quinque Synodi beatorum & a DEO inspiratorum patrum, qui in Niceam, & in hanc regiam ciuitatem, nec non in Ephesum primum, & in Chalcedoniam, & iterum in Constantinopolim in quinto congregati sunt concilio. Ergo hanc eccliesiam Sergius & Pyrrhus per propria monumenta confirmantes, quatenus multo amplius dogmatum suorum vicissim ostendat vbi que omnibus destructionem, vt nostis, haec allocuti sunt, & Sergius quidem ita: Perfecte atque dilucide, nec non compendiose, ex quibus virtutis dirigitur sermo, a DEO inspirati serenissimi Domini magnique principis, & hoc ex Deo donum percipiens dogmatizauit eloquentia, & propterea consonantem eius confessionem sanctis & vniuersalibus Synodis inuestigantes, & persubtiliter recti dogmatis connectentem ac praemunientem regulam, pariterque & nos suscipimus eius & confirmamus eccliesiam, quoniam in omnibus sequitur plenius & indiminute doctrinam sanctorum probabiliu patrum. Si quis ergo a praesenti die temerario prohibitarum a fortissimo & a DEO conferuando domino & magno Imperato-

re siue congregata huc sancta Synodo factus, vnam aut duas praesumpserit dogmatizare aut proferre in Christo Deo nostro operationes, hunc, si quidem Episcopus, aut presbyter, vel diaconus, siue de sequentibus fuerit gradibus, ab omni suspendimus Ecclesiastico ministerio vel officio. Si autem monachus, aut laicus fuerit, hunc de viuifica communiōe separamus. Igitur in his, reuerendissimi fratres, si habuissimus dena millia annunciantes nobis, an crederemus aliqui, nisi lectio nobis scriptorū eius satisfecisset, quoniam quae ita sibi contraria atque se perimentes dogmata vel sermones vnus eiuſdemque personae, hoc est, Sergij existunt, funditus contra sua delimenta vel dogmata exardescētis hanc nanque, quomodo vnquam nec phreneticus quisquam ex omnibus contra sua membra commotus est, per semetipsum propria consumens atque interimēs per dominantem ei errorem atque dementiam. Sed haec quidem Sergius: Pyrrhus autem in his, quae ab eo sunt instituta, simili corruptione ductus, ita vt ille praedominatam nouitatis eccliesiam in suis monumentis exposuit: Competenter igitur & nos sequentes eius virtutem & expositionem dogmaticam, & a DEO inspiratam eius doctrinam per omnia admittentes, consonantem in omnibus apostolicae traditioni atque sanctis vniuersalibus quinque concilijs, multis eum atque sublimibus pro hoc coronamus laudibus, & decernimus cum gratia eos, qui nobiscum consistunt, sanctissimos episcopos, necdum autem imperiali praedicationis insinuationi in praecedente tempore subscripserunt, proprias submittere post nostram subscriptionem his actibus subnotationes. Quod si quis hoc facere paratus minimē fuerit, sed permanet in obedientia, iudicio separantem se ab integritate corporis Christi semetipsum submitbens, & condemnationem irrecusabilem contra se pro uocaturus est. Consonanter autem his & Cyrus aequalem interemptionem per similem errorem & introducta eccliesiam confirmas, ita pro ea scribens ad Sergium, ait: Sicut per lectionē audiui, quā nō semel & bis, sed & multo sapientius diligenter percurrens, & letatus super eiusdem lectionis virtutem, atque consistens mecum, congratulans per laudabilem expositionem scriptorum veluti solis splendorem nitentem, & veram in conuertibiliter & inuolabiliter nostram fidem fixiū recteque & apertissime praedicantem, laudes gratiarum retuli Dño oīm deo, qui nobis dedit prudentissimum gubernatorem. Quia verō & nos de vestra participati doctrina, & hanc sine dubio sequentes amplectimur & obseruamus, q̄ ita pie & deo amabiliter a serenissima eius tranquillitate exposita sunt, iam vestra a DEO honorabilis sanctitas cognouit per haec, quae sapientius ad eam a-

for. delin-
menta

Locus mē-
dosus,

Nota, vt he-
retici patrum
scripta pro
ipsis facere
mentantur,
immo & di-
uina.

Heretici p-
pria scripta
destruunt.

nostra humilitate destinata sunt. Adhaec ergo intantum contraria, & ita abinuicem vehementer corrupta, vt nec alio iam necesse fit in propria destructione, vt potest hanc illis durius sibi inferentibus per contradictionem alterutram atque obiectionem, quid nos oportet dicere, hoc est, ex persona Catholicae Ecclesiae, nisi Dauidicum vaticinium exclamare? Absorpti sunt, continuati pertrae ipsi vel sermones eorum. Discissi sunt, & non sunt compuncti: tentauerunt me, subsannauerunt me, friderunt in me dentibus suis. Domine, quando respicies? restitue a nouitate eorum confessionem meam, a dogmatibus eorum vnicam fidem meam. Commoti transferantur sermones eorum, & eijciantur de habitationibus meis: & cognoscant quia haec manus tua, & tu Domine fecisti eam. Quomodo nanque non sunt discissi, licet nullo modo compuncti, qui ab omni se sacerdotali dignitate & officio deposuerunt, & a participatione diuinae communionis alienauerunt, nec non anathematizauerunt, prohibentes in Christo vna operationem dicere, & denunciantes vnam in Christo operationem asserere, ac si vtrunque secundum sensum eorum, id est, vnam dicere operationem, & nec vnam dicere operationem, similiter orthodoxum & probabile, firmumque, pium, indiminutum atque perfecte praedicationis omnium sanctorum patrum, siue vniuersalium quinque Synodorum veraciter existeret? Quod non solum falsum est, sed etiam omnino ac specialiter impossibile, in semetipso habens propriae instabilitatis accusatorem. Duos enim contrarios sermones de eodem verbo veraciter dicere, naturam non habere, scribens Nectario Theologo Gregorius, ait. Competenter igitur ante patrum pro tali re contra eos definitiones, seipos illi in hoc, quod sua dogmata transgrediuntur, condemnare noscitur, superducentes sibi (vt dictum est) per haec diffinitam ab eis depositionem, & cum anathematis propositione alienationem totius sacerdotalis officij, Christi que Dei nostri immaculatae communionis: & praecipue quoniam non solum impia & haeretica, quae ab eis gesta sunt, consistunt, sed & incongrua omnino ac specialiter cognoscuntur. Nullus enim introductus est personaliter ab illis accusator aut accusatus, iuxta quod gestorum ordo exigit, per claram intimationem aut institutionem eorum, quae ab eis examinata sunt, approbationem faciens: sed ipsi sibi a semetipsis proprio arbitrio omnia facta sunt, accusantes, accusatores, iudices. Et accusatores quidem, vt potest se reprehendentes per immutationem S. Dionysij vocis: accusantes autem, quomodo criminatores eius, potius autē euacuantes vna operationem: iudices, vt potest aliam pro alia fidem commentantes. Pro qua re ordo gestorum per inopiam eo-

rum, quae intimata sunt ab illis, ex suspitione & coniectura deceptiue obumbratus est ex hoc, quod frequentius dicunt, quia aliqui, & quoniam aliqui, & quia quidam, & non erat vox neque auditio, sicut per vaticinium Elias propheta perhibuit. Omnia enim eis ex non approbatis verbis vel inanibus fictionibus inuerecunde acritata sunt aduersus catholicam Ecclesiam, pro quibus, vt dictum est, & contra se irascendo versi sunt, seipos condemnantes. Vt autem & a nobis synodaliter fiat contra eos reprehensio per Apostolicam seu regularem, praetam iustam determinationem, in medio nobis ad audientiam gloriosorum patrum decreta, ac vniuersalium quinque conciliorum definitiones offerantur, de quibus illi in scripto dixerunt, haec veraciter praedicare atque docere, quatenus testimonij mercedem per veritatem gestorum consequi valeat. Scriptum est enim: Abominatio est domino labia mendacia: & odit dominus testem fallacem, proferentem mendacia, & seminantem inter fratres scandala atque litigia: quod vtique memorati apostifimē cōcinnauerunt, iudicia & litigia vbi que; osibus per proprios sermones destinantes.

Benedictus Reuerendiss. Episcopus Aiacensis, dixit:

Propheta Dauid, beatissime, vestram pronuncians gratiam, ait: Quoniam dominus dabit verbū Euangelizantibus virtute multa. Cum multa nanque strenuitate & zelo inspirationem a DEO diuini verbi percipientes, in apertione oris vestri notum fecistis omnibus, quoniam sicut vacca lasciuens declinauerit a via veritatis Cyrus & Sergius atque Pyrrhus. Nec enim dederunt, sicut ait Osee, cogitationes suas, vt conuertantur ad neū eorum, quoniam spiritus nouitatis inest eis, & Dominum non intellexerunt, eo quod veritas non est in eis, nec misericordia, neque scientia Dei in dogmatibus eorum, sed maledictio, mendacium, & furtum atque deceptio, & contrarietas inconueniens in eorum sermonibus effusa est. Ergo quoniam iudicium est nomini hodie super eos per vos sacratissimos, si placet, oportet cum eis ad similem examinationem Paulum, Sergij & Pyrrhi successorem, coaptari: quippe quoniam in vnam eandemque haeresim illorum inuoluit, & propterea instanter hanc defendere nititur, sicuti accusatores eius per sua scripta nobis declarauerunt, immo magis operibus suis seipsum ille manifestauit, verberibus & claufuris atque exilijs orthodoxos viros submittens. Sic nanque communis erit contra hos omnes a praesenti sancto Concilio impietatis deuiatio prolata, videlicet per subtiliorem ostensionem & approbationem paternarum & Synodalium definitionum vel praedicationum.

Psal. 140.
Psal. 34.

Psal. 108.

3. Reg. 18.

Pro. 12.
Pro. 6.

Osee 4.

Osee 5.

Ioan. 6.

Psal. 58.

*id est, dilis genitissimū

Num. 25.

Hæreticus suum erro- rem tuetur verbo Dei.

rum significatione passioni eius communi-
cat. Sic & Euangelicam intelligamus lectio-
nem, ubi dicit: Non ut faciam voluntatem
meam, sed eius qui misit me. Sed & in recusa-
tione passionis non diuersam in vnum eun-
demq; Christum & resultantē introducen-
tes voluntatem, magis autē recusatiuē & nō
positiuē huiusmodi suscipiamus vocem. Nō
enim quasi existēs hoc verbum dictū est, sed
ac si nō est: sicuti, Neq; peccatū meum, neq;
iniquitas mea, ut peritissim⁹ in dogmatibus
Theologus Gregorius. Sed & omēs doctō-
res, qui passiōis verba memorauerunt, ex af-
fectione & relatione nostræ massæ hanc sus-
ceperunt: sicut & magnus Ecclesiæ Lucifer
Athanasius edocuit nos, nostram ostendens
pronā in hanc vitā naturā, sinē passione no-
lentē à presente vita disrumpi, & non ut ani-
matam intellectualiter carnis verbi in prom-
ptam existentē ad totius mundi salutiferam
passionē, aut discordantē patri & inhabitati
verbo. Sed & hui⁹ intellectui acerbissimū
expositorē & interpretatorē suscipiamus, id
est, bis acutū pugionē spiritalē Cyrillū, in sa-
cerdotibus secundū zelotē Phinees, q̄ vali-
dissimo lingue icū percussit optimē meretri-
cem, cōfusione, diuiliōis intellectū & verbū
praunitatis, in quarto de anathematibus ca-
pitulo, dictis aduersum cōtradictōes duo-
decim capitulorū, factas à Theodorito, atq;
probatīs à sancta vniuersali Chalcedonēsi,
& quinta Synodo, luculentius Euāgelicam
proferens atq; adaperiens vocē. Sed & omēs
pietatis doctores & prædicatores huiusmo-
di vnus volūtatis mēte detinentur. Quorū,
si opus est requisitione, pueniente, & cōpe-
tenter relegimus testimonia: quibus cōcor-
des & consonantes facti sunt piæ memoriæ
Sergius & Honorius, vnus quidē nouæ, alter
autē antiquæ Romæ summi sacerdotij sedē
decorātes. Igitur de his itā nos habemus, sic
intelligimus, sic prædicamus: in his ortho-
doxiæ manifestatio, in his Ecclesiæ laus, in
his salutis nostræ spes. Hæc est spiritui ger-
men nutrifera, hæc patrū salutaris flos, hic
est rationabiliū ouium viuificus veritatis pa-
radisus. Hæc meditari, in his esse, per hæc il-
luminari & illuminare oramus: quoniā hoc
facientes, & nos saluamur, & audientes, præ-
dicauimus: ad supernā vocationem nostrū
est studium, ubi pacis compositio, his qui in
studio pietatis benē vnica gloriæ intercessor
tribuitur corona. Deo manifestati sumus, q̄
iudicat omnia & comprobatur non iurgiali-
ter stamus, nō ad contradictionem respici-
mus, nō fauorem inanem amplectimur: sed
in verbo Dei præpositē huiusmodi requisiti-
onis resolutionē fecisse dinoscimur, con-
fidentes quoniā pacis Dominus deus ad al-
terutrum nostrorum vnitatē & dilectionem
cōseruabit in gloria eius benignissimæ ma-
iestatis. Omnem cum vestra beatitudine in
Christo existentē fraternitatē tam nos & qui

nobiscū sunt, multū salutamus, & subscri-
ptio: Incolumes in Domino, orate pro no-
bis sanctissime & beatissime pater.

**DEVS DEDIT SANCTISSI-
mus episcopus Caralitana ecclesie,
dixit:**

PER suam epistolam, quæ in præsentī no-
bis relecta est, Paulus Constantinopo-
litanus episcopus, quæ vestra beatitudo huic
sancto concilio prudentissimē allocuta est,
luculentius confirmauit: sed & accusantium
eum ad Apostolicam vestram sedem vene-
rabilium viroꝝ suggestiones firmavit,
ostendēs, sicut in præsentī audiuius, quo-
niam in scripto & sinē scripto admonitus
est à prædecessoribus vestris Apostolicis vi-
ris, & incorrectus atq; inobediens perman-
serit, iuxta contestationes eorum de huius-
modi quæstione prolata, ex hoc quod dicit
& in scripto asserit: Propterea & verborum
quodammodò sustinuius alas. Nec enī
detrahentibus detrāhere bonū est, ut nē ad
ea, quæ scripta sunt, cōmoti, iniurię certamē
efficiamus. Sed quia tēpus loquendi, & tem-
pus tacendi, Domine, labia mea aperies, ut
respondeam exprobrantibus mihi verbum,
adaperiente nobis Deo clausis sermonis per
præsentī apocriphariorum à vestra fraterna
beatitudine desinatorū, q̄ per multas tan-
tasq; de Ecclesiastica quæstione nobiscum
inconsonantes assertiones, ad postremū ad
hoc venerunt, ut eis à nobis interpretetur
Christi Dei nostri vnus voluntatis intelle-
ctus. Ecce igitur, ut iam fati sumus, per ea
quæ scripsit, manifestauit, quoniam cano-
nicē admonitus est tā per Apostolicas præ-
ceptiones, quamq; per reuerēdissimos apo-
cripharios summæ sedis vestræ, multis (ut ipse
perhibuit) assertionibus ad eum factis, pro
sua causa, id est, nouitate, faciē ad faciē com-
monitionibus ei oblati. Inobediens autem
ad ea ex sua voluntate contra regulas per-
manit, quas irrationabiliter iniurias & de-
tractiones, exprobrationes atq; alapas arbi-
tratus est, quæ vtiq; salutiferæ suauit̄q; inui-
tationes existunt, tantumq; pro eius melio-
ri ratioe misericorditer prolatae sunt. Auer-
sio nanque mali & hortatio melioris inter-
posita, salutaris sinē dubio existit suscipien-
tibus: minimē reminiscens, quoniā meliora
sunt vulnera amici, q̄ falsa oscula inimici.
Scripsi enim vobis, inquit B. Apostolus, per
multas lachrymas, nō ut contristemini, sed
ut sciatis, quā charitatem habeo abundanti-
us in vobis. Hæc autem si scripsisset in tabulis
cordis sui, habuit vtiq; gratiā inuenire, pro-
uidens sibi coram Deo & hominibus bona,
per expulsionē introductæ ab eo dogmatū
nouitatis, atq; catholicę ecclesiæ piæ prædic-
tionis assumptionem. Sed quā ista respue-
rensuit, propria autē sua mēte amplexus est,
nullam satisfactionem per suam Epistolam
habere

Prou. 17.

2. Cor. 4.

habere se demonstrauit, superius dicta ecche-
sin & ipse cum illis confirmans, tantumque
studiosissimē, ut etiā verba, quæ in eadem
continentur, suis scriptis infereret, ut potē &
ipsis sermonibus consonantiam eius & cō-
fessionem saluare deproperans. His itaque
nobis subtiliter cognitis, iam si placet ve-
stra beatitudini, per exemplar Typi, series
eius quanto cyus nobismet relegatur.

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei
Ecclesiæ Catholicæ atque Aposto-
licæ vrbis Romæ, dixit:**

Offeratur ad nostram audientiam ex-
emplar Typi, qui nup̄r compositus
est, persuasione Pauli Constantinopolitani
antistitis, contra orthodoxam fidem.

*Theophylactus primicerius notariorum Apo-
stolicæ sedis, dixit:*

Exemplar Typi, quod iussit vestra beatitu-
do produci, offerens præ manibus habeo:
quid præcipitis?

**MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus Episcopus sanctæ
Dei Ecclesiæ Catholicæ atque
Apostolicæ vrbis Romæ,
dixit:**

Memoratum exemplar susceptum, co-
ram sancto concilio ad subtiliorem
virtutis eius cognitionem, diligenter recen-
seri præcipimus.

*Et accipiens Theodorus Notarius regio-
narius Apostolicæ sedis, de Græ-
co in Latinam vocem inter-
pretatum, recitauit
in his.*

Typus hæ-
reticus.

Consuetudinem habentes de omnibus
curam agere & intendere, q̄ respiciunt
ad vtilitatē Christianissimæ nostræ Reipu-
blicæ, & præcipuē quæ feruntur ad imma-
culatam nostram fidem, per quam nobis
omnia prospera fieri credimus, cognoui-
mus in multa perturbatione esse nostrum
orthodoxum populum, ut potē dicentibus
quibusdam vnam voluntatem in dispen-
satione magni Dei & Saluatoris nostri Iesu
Christi, & eundem ipsum operari diuina &
humana: Alijs autem dogmatizantibus du-
as voluntates & duas operationes in eadem
dispensatione in carnati verbi: & illis quidē
in satisfactione propter vnā personam, esse
Dominum nostrū Iesum Christum in dua-
bus naturis inconfusē & indiuisē volentem
& operantem diuina & humana. Alijs autē
propter conuenientes naturas indiuisē in
ipsa vna persona, & ut saluetur & maneat
earum differentia secundū naturas, eun-
dem ipsum vnum Christū naturaliter opa-
ri diuina & humana: & ex hoc in multam

diffensionem & contentionem nostram
Christianissimam Rempublicam produci,
ut discordantes inuicē non conuenirent,
& ex hoc secundū multos modos eam
ladi oportere. Igitur arbitrati sumus, ab
omnipotente Deo inspirati, sicut talem ac-
censam discordiæ flammam extinguere, &
non concedere eam ulterius humanas ani-
mas depasci. Quapropter sancimus nobis
subiectos, qui consistunt in orthodoxa &
immaculata nostra Christianorum fide, qui
sunt Catholica & Apostolica Ecclesiæ, nō
habere licentiam inuicē à presentī de vna
voluntate aut vna operatione, aut duarū
voluntatum aut duarum operatiōum qua-
lemcunq; proferrē altercationem, aut cō-
tentionem, aut rixam. Hæc autem sancimus,
nihil aliquid interficientes penitēs de pijs-
simis dogmatibus, quæ à sanctis probabi-
libus patribus de dispensatione incarnati
Dei verbi dogmatizati sunt, sed ulterius cō-
tentionem, quæ gratia propositæ quæstiō-
nis orta est, cessare præuidentes, & tantum-
modò de eis sequi & sufficienter habere di-
uinas scripturas, & traditiones sanctorum
quinque vniuersalium conciliorum, & sim-
plicibus sinē quæstione sanctorum proba-
bilibus patrum vrbis siue vocibus, quorū
dogmata, regulæ & leges sanctæ Dei catho-
licæ & Apostolicæ Ecclesiæ cōsistunt, nihil
eis addentes propriū, neq; minuētes, aut
per suam intentionem eas interpretātes, sed
priorem habitum ubiq; custodiri, sicut
antequā procederet contentio prædictarum
quæstionum, quasi nulla de eis exorta con-
tentio, nulli de omnibus vsque ad præsens
vnam voluntatem & vnam operatiōem, aut
duas voluntates & duas operatiōes dogma-
tizauerunt, sub qualemcunq; querelam
huius gratia aut accusationē facta, nisi tan-
tummodò qui ex sanctis quinque vniuer-
salibus concilijs & cæteris orthodoxis pro-
babilibus patribus eiecti sunt hæretici cum
impijs eorum dogmatibus & conscriptis: &
ut compendiosē dicamus, quod sancta Ca-
tholica & Apostolica Ecclesia non accepit,
sed abiicit. Ad perfectā autem vnitatē san-
ctarū Dei ecclesiarum & communem cō-
cordiam, & ut nulla occasio relinquat eis,
qui sinē sine voluntē contendere, & chartas,
q̄ positæ fuerūt in narthica sanctissimæ ma-
gnæ ecclesiæ huius à Deo cōseruandę re-
giæ nostræ vrbis, quæ continent prædictas quæ-
stiones, iussimus leuari. Qui autem ea præ-
sumpserint præuaricati, primū quidem
subiacent iudicio terribilis omnipotentis
Dei: deindē autē & non qualemcunq;
regalem indignationem reueantur; per
quam, si quidem episcopi aut clerici sunt,
sui sacerdotij, siue sui cleri modis omni-
bus excidant: sin autē monachi, segregentur,
& alieni sint de suis locis: sin autē digni-
tatem, aut cingulum, aut militiam habeant,

nudetur de eis. Si autem sint priuati, si quidem nobiles consistunt, suarum substantiarum proscritionem patiantur: sin autem ignobiles consistunt, non solum in corpore verberentur, sed in exilio perpetuo castigentur: vt omnes timore dei compressi, & comminata eis digna supplicia reueretes, immobitem & sine turba pacem sanctarum DEI Ecclesiarum custodiant.

Sancta Synodus dixit:

Relectus Typus bonum quidem intetum habere dinoscitur: dissonantem autem virtutem intentui, continet. Bonum est nanq; pculdubio, & omnibus timentibus Deum desiderabile, cohibere dissensiones & altercationes p causa fidei: sed non est vtile & bonum, cum malo destruere bonum, i. cum haereticis orthodoxorum patrum verba & dogmata: qm hoc potius exurit; non enim mitigat meritum in controuersiarum stantium, nullo videlicet patiente denegare cum impietate haeretica venerabile verbum fidei. Similiter nanq; est & inhonestum malum amplecti, & cum eodem bonum indiscretè picipere, qm vtrunq; iustitiae perimit traditione. Vnde & magnus Abrahā in hoc haesitans, Dño adpropinquans, ait: Num perdes iustum cum impio, & erit iustus sicut impius? Nullo modo tu facies secundum hoc verbum, vt occidas iustum cum impio, & erit iustus sicut impius: non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram: non facies iudicium hoc. Nam si quidem per approbationem scripturae, hoc est, paterna doctrina, reprehensibile pariter aut laudabile vtrunq; ostenderet, benè utique fuisset Typus expositus, propter vtriusque approbatam per spirituales sermones repraesentationem, aut per spirituales patres vtriusq; taciturnitatem definiens, aut è contrario pcorum laudabilitate vtriusq; pfectionem. Si autem nihil horum penitus demonstrauit, sed taciturnitati pariter prohibuit vnā aut duas dicere in Christo Deo operationes & voluntates, sufficit nobis patriarchae voce ferrenissimum principē alloqui. sed & ipsi regi regum fiducialiter eam offerentes cum eo, q ait: Nullo modo tu facies secundū hoc verbum, vt interficias iustum cum impio, & erit iustus sicut impius. Declinare autē à malo & facere bonū, ipse nobis oim Dñs pcepit: nō enim cum malo bonum auersari, aut penitus confirmare, quoniam vtrunq; dum perficitur, laedit. Illud autem tantummodò saluare consuevit, dum pficitur, i. declinare à malo, & confiteri bonum. Praecepit nanq; nobis per Moysen, dicens: Vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, & inter pollutū & mundū. ego Dominus Deus vester. Custodite omnia legitima mea, & non faciatis ex omnibus abominacionibus istis: quia omnis homo, qui fecerit ex omnibus abominacionibus istis, exterminabitur anima eius de populo suo. Igitur nullo modo oportet contra eos, qui minimè denegat pariter vtrunq;, i. vnam aut duas dicere in Christo Deo operationes & voluntates, sine discretionē indignationem infligere: sed iuste contra eos tantummodò hanc proferre, qui non confitentur, q probabiles Ecclesiae patres confitentur: hoc est, duas eiusdem atq; vnus sicuti essentias vnitas incōfused & indiuisē, ita & aequali numero voluntates & operationes, diuinam dico & humanam: maximè eum, qui secundum Deum suas, vt concedet, proferat promulgare sententias. Propter eā intentum quidem, vt dictum est, bonum existentem Typi laudam: sed modum ab intentu dissonantem auertimur: qm omnino est inconueniens catholicae ecclesiae regula, in qua vtiq; aduersa tantummodò iubetur meritò sepeliri silentio, non enim orthodoxa cum cōtrarijs cōfiteri omnino, aut quoquo modo denegare. asserit enim ita, qm alienum est Christianorum, cum recta fide impietate suscipere, & non discernere recta à malis. Qualis nanq; participatio iustitiae cum iniquitate? aut qualis communio luminis cum tenebris? & qualis consonantia paterna doctrinae cum haeretica contentione? Ab omni enim contagiōe haeretica alienum consistit verbum orthodoxiae, quod sine dubio intrāgressibiliter cōfiteri in confessione aeterna omnibus pcepit Dñs, dum dicit: Qui me confitetur corā hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in caelis est. Qui autem negauerit me & sermōes meos, negabo eum & ego coram patre meo, qui in caelis est. Qua dere his à nobis rationabiliter delimitis, vt tantummodò pia sanctorū patrum & Synodorum dogmata & sermones pdicemus atque confiteamur, nihilq; cum eis aduersariorū confirmare aut expellere quicquam de his cum aduersis, congruum est illud intentū pertractare, qm Paulus Constantinopolitanus episcopus prius quidem in scripto confirmans eūthesin, nūc autem suadens Typū fieri, quod in Prouerbis scriptum est, adimplere studuit: Cor durum grauabitur doloribus, & peccator adijciet peccata sup peccata. Non audiens vtiq; pstantem atq; dicentem: Non bis alligabis peccatum, qm in vno innocens nō eris. Et nō dederis os tuum, vt peccare facias linguā tuā, neq; dicas coram angelo, Nō est prudentia, nē forte irascatur Deus sup sermones tuos. Multos enim seduxit existimatio sua, & opinio nequam labefecit mētes illorum. Hæc autē vel quicquā de his, hoc est, q nobis per suasionem prudentissimam saluberrimè tradita sunt ab spiritalibus verbis, neque ipse Paulus, neq; hi, qui eū eodem sentiūt, Cyrus, Pyrrhus & Sergi cogitauerūt ad refrenationē aut correctionē suorum maiorū, pro nihilo habentes cum omīlicentia diuina Catholicæ ecclesiae

locus mendosus.

Gen. 18.

Psal. 36.

Leuit. 10.

Leuit. 18.

mysteria deludere, & contra paternas traditiones absq; timore incedere, ac si in eorum sit potestate, & esse & non esse nostrae salutis Euangelium. Propter eā enim, sicut auidiuimus, & manus nostrae palpauerunt de verbo nouitatis eorum, aliquandò quidem vnam operationem: aliquandò autem penitus nec vnam operationem: iterum aliqui vnam voluntatem, aliquandò autem omnino nec vnam voluntatem in Christo Deo in aperto dogmatizantes, vtpotè eum sine operatione naturaliter existentem per vtraque, ex quibus consistit naturis, & sine voluntate, id est, in substantiali & inessentiali ostendentes, cum quo & patrem atque spiritum sanctum. Quoniam quod est Christus vt Deus, hoc est vterque naturaliter: & quod plus est grauissimum, & magis eorū falsitatem redarguit, quoniam & vnam habere, & nec vnam habere voluntatem & operationem Dominum nostrum IESVM Christum, in scripto asseruerunt, cum anathemate huiusmodi sensum contra se inundantes, omnium esse dogma & praedicationem perfectam, veram, firmam, indimnutam sanctorum patrum & vniuersalium quinque conciliorum, sicut dictum est, prohibentes, minimè prauidentes, quoniam per alterum aliud perimunt, hoc est, vnam operationem per hoc, quod dicunt, Nec vnam operationem asserere, cum vnam voluntatem Christi dogmatizare noscantur. Sed hæc omnia per Typum posteriori rem amputauerunt, vt nec sciant iam quid credant, aut quid confiteantur, per incessabilem creberrimam suorum dogmatū imutationem, pariterq; peremptionem, sicut scriptum est: adhuc eo loquente, ecce alius nunciū, praeteriti sermonis eorum innotescens destructionem, & eiusdem verbi alius sermo alacrior, & alter alterius, & omnium. Omnes quippe similiter à vera, hoc est, Ecclesiastica praedicatione in semetipsos habetes alienationem, perfectamq; ruinā, pro qua re Dñs reprobās eos p Osce, hæc dicit: Vā eis, qm recesserunt à me: vastabuntur, q puaricati sunt in me. Miseri erunt, quia peccauerunt in me. Et ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mēdacia: & sicut homo transgrediens testamentum, ita ibi me contempserunt. Ideoq; sanctè sancta sequentes, & cum omni cautela seruantes, pariterq; defendentes catholicae Ecclesiae orthodoxam fidem, nunc ad ordinē, sicut decreuimus, paternis ac Synodalibus verbis siue definitionibus contrariorū falsiloquiū denincamus: vt nē hoc quod asserunt & scribunt, Hæc pietatis dogmata tradiderunt nobis ab initio facti speculatores & ministri verbi, & sequenter discipuli, & successores eorum, id est, sanctæ & vniuersales quinque Synodi venerabilium patrum: atq; per hanc allocutionem simpliciores dolose subripiētes p-

Nota hereticorum inconstantiā.

Iob. 1.

Osce 7.

Verfuti heretici pro se Patres facere mentiuntur.

suadent malum vt bonum complecti, p patrum & Synodorum suauē nominis appellationem. Hoc etenim facere similiter sibi p prios discipulos ab initio serps edocuit, p fictos mores & blados sermones, siue vultu placido à Deo viu o consentiētes sibi extranea reuellētes. Quod vtiq; despiciere, nō est nobis sine periculo, quibus creditē sunt à Dño rationales pascere oues, vt lupos expellamus & piciamus, nē à seris captum quicquam de ouibus Catholicae eius Ecclesiae p nostram negligentiam inueniatur.

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae vrbis Romae, dixit:

Secundum pbabilem postulatiōem huē congregati sancti Concilij, offerant in primis per eos, quorum interest, reuerēdissimae sanctarum quinque vniuersalium Synodorum definitiones, vel venerandae praedicationes eorum siue decreta.

Theophylactus primicerius notariorum Apostolicae sedis, dixit:

Secundum iussuōem beatitudinis vestrae, de venerabili vestro scriinio afferēs acta sanctorum Conciliorum, praemanibus habeo: quid praecipitis?

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus Episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae vrbis Romae, dixit:

DE perlatis codicibus vnus cuiusque sancti Concilij, pia orthodoxae fidei ordinabiliter venerandae praedicationes atq; statuta nobismet relegantur.

Et accipiens Paschalis notarius regionalis Apostolicae sedis, relegit in his:

SYMBOLVM APVD NICEAM trecentorū decē & octo patrū.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem creatorem visibilium & inuisibilium, & in vnū dominū nostrum IESVM Christum filium Dei, natū ex patre, vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deū ex Deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum, non creatum, vnus substantiae cum patre, quod graeci dicunt homouisionem: per quem omnia facta sunt, siue quæ in caelo, siue quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & in carnatus est, homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in caelos, sedet ad dexteram patris: iterum venturus cum gloria iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat aliquandò quandò non erat, & priusquam nasceretur non erat, & quia ex non extantibus factus est, aut ex alia substantia vel

Symbolum Nicenum.

vel essentia dicunt esse, aut conuertibilem, aut mutabilem filium Dei: hos anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

Symbolum
Constanti-
nopolitani

SYMBOLVM APVD CONSTANTINOPOLIM centum quinquaginta patrum: **Credimus in vnum patrem omnipotentem, visibilem omnium & inuisibilem factorem: & in vnum Dominum IESVM Christum, filium DEI vnigenitum, natum ex patre ante omnia secula, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, siue quae in caelo, siue quae in terra. Qui propter nos homines & salutem nostram descendit de caelo, & incarnatus est de spiritu sancto & Maria virgine, & humanatus est, & crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato, & passus est, & sepultus est, & resurrexit tertia die, ascendit in caelos, & sedet ad dexteram patris, iterum venturus cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. & in spiritu sanctum Dominum & viuificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadorandum & conglorificandum: qui locutus est per sanctos prophetas. In vnam catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi, Amen.**

**SYMBOLVM APVD EPHE-
sum** ducentorum patrum.

- I. Si quis non confitetur Deum esse secundum veritatem Emmanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctam virginem, (genuit enim carnaliter carnem factum verbum, quod est ex Deo) anathema sit.
- II. Si quis non confitetur carni secundum substantiam vnitum esse verbum, quod est ex Deo patre, & vnum esse Christum cum sua carne, eundem ipsum videlicet DEVM simul & hominem, anathema sit.
- III. Si quis in vno Christo diuidit substantias post adunationem, sola iungens eas coniunctione, quae est secundum dignitatem, vel auctoritatem, vel potentiam, & non magis concursu secundum naturalem vnitionem, anathema sit.
- III. Si quis in personis duabus seu subsistentijs diuidit voces in Euangelicis vel Apostolicis scriptis de Christo à sanctis dictas, aut ab ipso de se, & quasdam quidem vt homini prater Deum verbum specialiter intelligendo applicat, quasdam verò vt Deo decentes soli verbo, qui est ex DEO patre, ascribit, anathema sit.

V. Si quis audet dicere hominem deiferum esse Christum, & non magis Deum esse secundum veritatem, & vnam naturam filium Dei, hoc est, Deum verbum, qui & factus est caro, & communicauit nobis simi-

TOM. 2.

liter sanguini & carni, anathema sit.

Si quis dicit Deum aut Dominum Christi esse verbum, quod ex Deo patre est, & non magis eundem confitetur simul Deum & hominem esse, vt potè factò carne verbo secundum scripturas, anathema sit.

Si quis ait tanquam hominem purum operationem suscepisse ex Deo verbo Iesum, & vnigeniti gloria circumdatum esse, tanquam alterum prater Deum verbum hominem existentem, anathema sit.

Si quis audet dicere, hominem assumptum adorari cum Deo verbo oportere, & cum eo glorificari, & cum eo Deum appellari, vt alterum cum altero, (Nam qui addit, cum, manifestè ostendit alterum cum altero adorari) & non magis vna adoratione honorificari Emmanuel, & vnam ei glorificationem refert propter hoc, quod verbum factum est caro, anathema sit.

Si quis ait, vnum Dominum IESVM Christum glorificatum esse à spiritu, quasi aliena virtute ab illo data vtetem, & ab ipso accepisse, vt posset operari contra spiritus immundos, & adimplere in hominibus deitatis miracula, & non magis eius spiritum dicit, per quem & operatus est deitatis miracula, anathema sit.

Pontificem & Apostolum confessionis nostrae factum esse diuina dicit scriptura. Obtulit autem semetipsum pro nobis in odorem suauitatis Deo & patri. Si quis ergo pontificem & Apostolum nobis factum esse dicit, non ipsum Deum Verbum, quando factum est caro & secundum nos homo, sed vt alterum prater ipsum specialiter hominem ex muliere: aut si quis dicit, & pro se ipso obtulisse semetipsum oblationem, & non magis pro nobis solis, (nec enim indigeret oblatione, qui nescit peccatum) anathema sit.

Si quis non confitetur Domini carnem viuificam esse, & propriam ipsius Verbi, quod est ex Deo patre, sed vt altero quodam prater ipsum, coniuncto ei secundum dignitatem, siue vt solam diuinam in habitationem habente, & non magis viuificam, sicut dixi, quia facta est caro propria Verbi, quod oia viuificare valet, anathema sit.

Si quis non confitetur Dei Verbum passum esse carne, & crucifixum carne, & mortem gustasse carne, factum etiam primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & viuificans vt Deus, anathema sit.

DEFINITIO SANCTAE Chalcedonenfis Synodi.

SVfficeret quidè ad plenam cognitionem pietatis & confirmationem sapiens hoc & salutare diuinae gratiae symbolum. De patre enim & filio & sancto spiritu perfectioe doctrinae, & dñi humanationem fideliter accipi-

en-

entibus representat. Sed quoniam hi, qui veritatis reprobare praedicationem conantes, per proprias haereses nouas voces genuerunt, hi quidem mysterium, quod pro nobis est, Domini dispensationis corrumpere praesumentes, & Dei genitricis vocè de virgine Maria dicere renuentes, alij verò confusionem pmixtionemque; introducetes, & vna esse naturam carnis & deitatis stultè confingentes, & passibilem vnigeniti diuinam naturam per confusionem portentes dicentes: ob hoc illis oem machinatione contra veritatem volentes claudere, presens nunc sancta & magna atque vniuersalis Synodus praedicationem hanc ab initio incoccussam docens, definiuit principaliter trecentorum decem & octo sanctorum patrum fidem manere intemerabilem, & propter illos quidè, qui aduersus spiritum sanctum pugnant, posteriore tempore à patribus apud Constantinopolim 150. congregatis de substantia spiritus traditam doctrinam corroborat, quae illis omnibus nota fuerunt, non quasi quod aliquid esset minus in praecedentibus inferentes, sed de sancto spiritu intellectum eorum aduersus eos, qui dñationem eius respuere tentauerunt, scripturarum testimonijs declarantes. Propter illos verò, qui mysterium dispensationis corrumpere moluntur, & purum hominem esse, qui ex sancta virgine Maria natus est, impudenter delirantes, epistolas beati Cyrilli Alexandrinae Ecclesiae praesulis Synodicas ad Nestorium & alios per Orientem congruas existentes suscepit, ad conuincendas Nestorij vesanas, interpretationem verò eorum, qui salutaris Symboli pio zelo non esse desiderat.

Intellecta

Quibus etiam epistolam magnae & senioris vrbis praesulis beatissimi & sanctissimi Archiepiscopi Leonis, quae scripta est ad sanctae memoriae archiepiscopi Flavianum, ad perimendam Eutyctetis malam intelligentiam, vt potè & magni illius Petri confessioni congruentem, & communem quandam columnam nobis aduersum praua dogmata existentem, ad confirmationem rectorum dogmatum vti què intellectum coaptauit. His namque, qui in duos filios dispensationis diuinae mysterium discerpere nituntur, obstitit: & illos, qui passibilem deitatem ausi sunt dicere, à sacro cœtu expellit: & his, qui in duabus naturis Christi temperamentum aut confusionem exquirunt, resistit: & eos, qui caelestem aut alterius alicuius esse substantiam dicunt, quae ex nobis assumpsit serui formam, vt demones abigit: & qui duas quidem ante vnitionem naturas dñi fabulatur, vnam verò post vnitionem confingunt, condemnat. Sequentes igitur sanctos patres, vnum eundemque cõfiteri filium & Dominum nostrum Iesum Christum consonanter omnes docemus, eundemque perfectum in Deitate, & eundem perfectum in humanitate, Deum verè & hominem verè, eundem ex anima rationa-

TOM. 2.

bili & corpore, consubstantialem patri secundum deitatem, cõsubstantialè nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato: ante secula quidè de patre genitum secundum deitatem, in nouissimis diebus eundem propter nos & propter salutem nostram ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem: vnum eundemque; Christum filium dñi vnigenitum, in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indiuisè, inseparabiliter agnoscentium, nusquam sublata naturarum differentia propter vnitionem, magisque salua proprietate vtriusque naturae, & in vnam personam atque substantiam cõcurrente, non in duas personas partitum atque diuisum, sed vnum & eundem filium vnigenitum Deum verbum Dominum Iesum Christum: sicut antè prophetam de eo, & ipse nos Iesus Christus erudiuit, & patrum nobis Symbolum tradidit. His igitur cum omni vndique scrupulositate & diligentia nobis dispositis, definiuit sancta & vniuersalis Synodus, alteram fidem nulli licere proferre, vel conscribere, aut cõponere, aut sentire, aut docere aliter. Eos autem, qui ausi sunt componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, aut tradere alterum Symbolum volentibus vel ex gentilitate ad agnitionem veritatis, vel ex Iudaeis, vel ex haeresi quacunque conuertitis, si episcopi fuerint aut clerici, alienos esse, episcopos ab episcopatu, & clericos à clero: si monachi aut laici fuerint, anathematizari.

DEFINITIO SANCTAE QVIN- TAE SYNODI.

Si quis non confitetur patris & filij & sancti spiritus vnam naturam siue essentiam, vnam virtutem & potestatem, Trinitatem consubstantialem, vnam deitatem in tribus subsistentijs siue personis adorandam, talis anathema sit. Vnus enim Deus & pater, ex quo omnia: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia: & vnus spiritus sanctus, in quo omnia.

Si quis non confitetur Dei verbi esse duas natiuitates, vnam quidem ante secula, & sine tempore ex patre incorporaliter, aliam verò eiusdem in vltimis diebus descendens de caelo, & incarnati ex sancta gloriosa Dei genitrice, semperque virgine Maria, qui natus est ex ea, talis anathema sit.

Si quis dicit alium esse DEVM verbum, qui miracula fecit, & alium CHRISTVM, qui passus est, vel DEVM verbum cum CHRISTO esse dicit, quando ex muliere nascebatur, vel in ipso esse vt alterum in altero, & non vnum eundem dominum nostrum IESVM CHRISTVM, Dei verbum incarnatum, & hominem factum, atque eiusdem miracula & passiones, quas spontè passus est carne, talis anathema sit.

SI

III. Si quis dicit secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum æqualitatem honoris, vel secundum auctoritatem, aut relationem, aut affectum, aut virtutem vnitio- nem Dei verbi ad hominem factam esse, aut secundum bonam voluntatem, quasi quod placuit Deo verbo homo, quia benè visum est ei de ipso, sicut Theodorus insaniens dicit, ut secundum solam nominis similitudinem, quam Græci homonymian vocant, per quam Nestoriani DEVM verbum filium & CHRISTVM vocantes, & hominem separatim CHRISTVM & filium nominantes, & duas personas manifestè dicentes, per solam nominationem, & honorem, & dignitatem, & adorationem, vnam personam & vnum Christum confingunt dicere, sed non confitentur, sicut sancti patres docuerunt, vnitatem Dei verbi ad carnem animatam anima rationali & intellectuali secundum compositionem, id est, secundum subsistentiam factam, & propterea vnam eius subsistentiam, qui est Dominus noster Iesus Christus, vnus de sancta Trinitate, talis anathema sit. Cum enim multis modis vnitas intelligitur, aliqui, qui impietatem Apollinaris & Lutychetis sequuntur, interemptionem eorum quæ conuenerunt colentes, vnitioem secundum confusionem prædicant. Theodori autem & Nestorij sequaces diuisione gaudetes, affectualem vnitatem introducunt. Sancta verò Dei Ecclesia vtriusque perfidie impietatem eijciens, vnitioem Dei verbi ad carnem secundum compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Vnitio enim per compositionem in mysterio Christi non solum incōfusa ea, quæ conuenerunt, cōseruat, sed nec diuisionem suscipit.

V. Si quis vnam subsistentiam Dñi nostri Iesu Christi, ita intelligit, tanquam suscipientem multarum subsistentiarum significationem, & propterea conatur introducere in mysterio Christi duas subsistentias vel personas, & ab eo introductis duabus personis, vnam personam dicit per dignitatem, & honorem, & adorationem, sicut Theodorus & Nestorius insaniens conscripserunt, & calumniantur sanctam Chalcedonensem Synodum, tanquam secundum hunc impiissimum intellectum vsam vnius subsistentiæ vocabulo, sed non confitentur Dei verbum carni secundum subsistentiam vniri, & propterea vnam eius subsistentiam vel vnam personam, & ita sanctam Chalcedonensem Synodum vnā subsistentiam Domini nostri Iesu Christi confiteri, talis anathema sit. Nec enim adiectionem personæ vel subsistentiæ S. Trinitatis suscipit, & incarnato vno de eadē Trinitate Deo verbo.

VI. Si quis abusuè, & nõ verè Dei genitricem dicit sanctam gloriosam semper virginem

TOM. 2.

Mariam, aut per relationem tanquam homine puro nato, sed nõ Deo verbo ex ea incarnato, sed relata secundum illos hominis natiuitate in Deum verbum, tanquam coherens nascenti homini, & criminat sanctam Chalcedonensem Synodum, tanquam secundum eundem impium intellectum, à Theodoro cõmentatum, Dei genitricem virginem asserentem: aut si quis hominis genitricem vocat eam, aut Christi genitricem, ut potè Christo non existente Deo, & non specialiter & secundum veritatem Dei genitricem eandem confitentur, ab eo quod ante secula à patre genitus Deus verbum, in vltimis diebus ex ea incarnatus & natus est, atque ita piè sanctam Chalcedonensem synodum Dei genitricem eam confiteri, talis anathema sit.

VII. Si quis in duabus naturis dicens, non ut in deitate & humanitate, vnum Dominum nostrum Iesum Christum cognosci confitetur, ut per hoc significet differentiam naturarum, ex quibus inconfusè ineffabilis vnitas facta est, neque verbo in naturam carnis transfigurato, neque carne ad verbi naturam translata, (manet etenim vtrunque, quod est secundum naturam, & post factam vnitatem secundum subsistentiam) sed in diuisione per partem huiusmodi suscipit vocem in mysterio Christi, aut numerum naturarum confitens in vno eodemque Dño nostro Iesu Christo, Deo verbo incarnato, & non tantummodo contemplatione differentiam eorum accipit, ex quibus & compositus est, non interemptam propter vnitioem, (vnus enim ex vtriusque, & per vnum vtraque) sed propterea numero vitur, tanquam diuisas & propriæ subsistentiæ cõsistentes naturas, talis anathema sit.

VIII. Si quis ex duabus naturis deitate & humanitate confitens vnitioem fuisse, vel vnā naturam Dei verbi incarnatam dicens, & non sic has voces intelligit, sicut sancti patres docuerunt, quod ex diuina natura & humana vnitioem secundum subsistentiam facta, vnus Christus factus est, sed ex huiusmodi vocibus vnam naturam siue subsistentiam deitatis & carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit. Secundum subsistentiam enim dicentes carni vnigenitum verbum vnitum esse, non confusionem quandam adinuicem naturarum factam fuisse dicimus, magis autem manente vtraque, hoc quod est, vnitum esse carni intelligimus verbum: pro quo & vnus est Christus, idem Deus & homo, consubstantialis patri secundum deitatem, & consubstantialis nobis idem secundum humanitatem. Similiter enim & eos, qui per partes diuidunt vel incidunt & confundunt dispensationis mysterium, auertitur & anathematizat catholica Dei ecclesia.

Si quis adorari in duabus naturis dicit IX. Christum, ex quo duas adorationes introducunt, semotim Deo verbo, & semotim homini:

mini: aut si quis ad peremptionem carnis, aut ad confusionem deitatis & humanitatis vnam naturam siue essentiam conuenientium portentosè dicit, sic adorat Christum, sed non vna adoratione Deum verbum incarnatum cum eius carne adorat, iuxta quod sanctæ Dei Ecclesiæ ab initio traditum est, talis anathema sit.

X. Si quis non confitetur crucifixum carne Dominum nostrum Iesum Christum, Deum esse verum & Dominum gloriæ, & vnum sanctæ Trinitatis, talis anathema sit.

XI. Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychem & Origenem, cum impijs eorum conscriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati & anathematizati sunt à sancta Dei catholica & apostolica Ecclesia, vel prædictis sanctis quatuor concilijs, sed & eos, qui similia cum prædictis hæreticis sapuerunt aut sapere noscuntur, & vsque ad finem permanserunt in propria impietate, talis anathema sit.

XII. Si quis defendit Theodorum impiissimum Mopsuestenum, qui dixit, alium esse Deum verbum, & alium Christum, ex passionibus animæ & concupiscentijs carnis molestatum, & à malis paulatim separantem se, & ita ex promotione operum melioratum, & ex vitæ conuersatione incontaminatum constitutum, tanquam purum hominem baptizari in nomine Domini patris & filij & spiritus sancti, & per baptismum gratiam sancti spiritus accipere, & adoptionem promereri, & ad similitudinem imperialis imaginis in persona Dei verbi adorari, & post resurrectionem inconvertibilem secundum intellectum dicere peccato penitus factum: & iterum dicere eodem impiissimo Theodoro, vnitioem Dei verbi ad Christum talem factam fuisse, qualem dixit Apostolus in marito & vxore, Erunt duo in carne vna: & super alias innumerabiles eius blasphemias presumente dicere, quod post resurrectionem sufflans dominus in discipulos suos, & dicens, Accipite spiritum sanctum, non dedit eis spiritum sanctum, sed tantum schemate insufflauit. Hic autem & confessionem Thomæ, quam dum palparet manum vel latus Domini post resurrectionem, per quam dixit, Dominus meus & Deus meus: asseruit non fuisse dictam de Christo à Thoma: Nec enim esse eum Deum dicit, sed in miraculo resurrectionis obstupescit Thomam, glorificare Deum qui suscitauit Christum: quod autem peius est, quoniam & interpretatione facta ab eo in gesta Apostolorum, quasi in interpretatione cõparans idem Theodorus Christum Platoni, vel Manichæo, & epicuro & Marcioni, dicit, Quia sicut vnusquisque illorum inueniens propriam sectam, discipulos suos fecit nominari Platonicos, & manicheos, & Epicureos, & Marcionistas: simili modo

TOM. 2.

& Christo inueniente sectam, ex ipsa Christianos vocari. Si quis igitur defendit prædictum impiissimum Theodorum, vel impia eius conscripta, in quibus tam prædictas & alias innumerabiles blasphemias euomit aduersus magnum Deum & Saluatorem nostrum Iesum Christum, & nõ anathematizat eum vel impia eius conscripta, & omnes qui susceperunt aut defendunt eum, aut dicentes rectè eum exponere, & eos qui pro eo scripserunt, & similia ei sapuerunt, aut pro eo scribunt, vel eius impijs conscriptis, & eos qui similia ei sapiunt, aut sapuerunt aliquando, & vsque ad finem permanserunt aut permancnt in huiusmodi impietate, talis anathema sit.

XIII. Si quis defendit impia conscripta Theodoriti, quæ cõtra rectam fidem exposita sunt, & primam Ephesinam sanctam Synodum, & sanctum Cyrillum, vel duodecim eius capitula, & ea omnia, quæ scripsit pro Theodoro & Nestorio impiissimis, vel alijs, qui similia prædictis Theodoro & Nestorio sapuerunt, & recipit eos vel impietatem illorum, atque propterea impios vocat Ecclesiæ doctores, qui secundum subsistentiam vnitioem Dei verbi ad carnem cõsententur, & non anathematizat prædicta impiissima conscripta, & eos, qui similia his sapuerunt & sapiunt, sed & omnes qui cõtra rectam fidem scripserunt, aut beatæ memoriæ Cyrillum vel duodecim eius capitula, & in hac impietate defuncti sunt, talis anathema sit.

XIII.

XIII. Si quis defendit epistolam, quam dicitur Ibam scripsisse ad Marim Persam, quæ denegat quidem Deum verbum de sancta Dei genitrice semperque, virgine Maria incarnatum, hominem factum: dicit autem purum hominem ex ea natum esse, quem templum vocat, tanquam alio existente Deo verbo, & alio homine: sed & sanctæ memoriæ Cyrillum rectam & Christianorum fidem prædicantem reprehendit ut hæreticum, & similia scelerati Apollinaris scribentem, atque vituperat Ephesinam sanctam primam Synodum, tanquam sine iudicio & requisitione Nestorium deponentem: sed & duodecim capitula beatæ memoriæ Cyrilli impia & aduersa rectæ fidei nominat prædicta impia epistola, & defendit Theodorum, Nestorium & impia eorum dogmata conscripta. Si quis igitur prædictam epistolam defendit, & non eam anathemati submittit, & eos qui defendunt eam, & dicunt rectam esse, aut partem eius, & eos qui scripserunt vel scribunt pro ea, siue pro impietatibus, quæ in ipsa continentur, & præsumentes eam defendere, aut positas in ea impietates ex nomine sanctorum patrum aut S. Chalcedonensis Synodi, & vsque ad finem in his permanserunt, talis anathema sit.

His igitur ita confessis, quæ nobis tradita sunt à sancta scriptura, vel sanctorum patrum doctrina, vel definitis de vna eademque fide à prædictis sanctis quatuor concilijs:

ZZZ facta

facta verò à nobis & condemnatione in hereticos vel impietates illorum, sed & contra eos, qui defendere præsumpserunt aut defendunt prædicta tria capitula, aut permanent aut permanent in proprio errore: si quis conatus fuerit contraria his, quæ à nobis piè terminata sunt, tradere, aut docere, aut scribere, si quidem episcopus est, aut in clero connumeratus, talis vt extranea sacerdotum & Ecclesiasticæ disciplinæ peragens, denudabitur ab episcopatu, aut clero: Si autem monachus fuerit aut laicus, anathematizabitur.

MAXIMVS, SANCTISSIMVS Episcopus Aquileiēsis, dixit:

Imitatores Dei conuenit, vt licitum est, in omni verbo & opere imitari Dominum. Ideoq; & illud oportet nos dicere pro sanctis atq; vniuersalibus quinque Concilijs, quod ipse de sese perhibuit Dominus: Veniet princeps huius mudi, & in me nihil inueniet. Quoniam venerunt principes huius nouitatis, id est, Cyrus, Sergius, Pyrrhus & Paulus, & in nobis de suis inuenerūt nihil: licet propterea calumniari nos irrationabiliter studuerunt, quod facere assolent heretici, suam ex hoc cooperire dementia proferantes, quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare, & ex hoc patre mendacij cognoscant per eos propria contra fidem opera instituentem. Quod utique euangelista beatus Iohannes significans in Catholica sua Epistola, ad tuitionem nostram perhibuit, dicens: Quisnam est mendax, nisi qui negat quia Iesus est Christus? Hic est enim Antichristus. & sicut audistis, quia antichristus veniet: & nunc Antichristi multi facti sunt. Ergo huiusmodi mendacem, id est, aduersantem suæ dispensationis sermōni, redarguens Dominus ait: Quādo videritis abominationem desolationis stare in loco sancto: qui legit, intelligat. Locus autem sanctus, est omne verbum & definitio pia de dispensatione eius, à venerabilibus patribus venerabiliter prædicatum. In ipso igitur cōtra eum per nouitatem aduersarij insistentes, machinantur quodammodo falsare eum & induere, dicentes: Nos sumus, qui veram sanctorum patrū ac Synodorum fidem habemus: sicut & malignus in deceptionem audientium, Ego sum, afferit, Christus: sed iuxta quod dictum est, qui legit, intelligat. Oportet em̄ legere diuinas scripturas sicut ad destructionem antichristi, quoniam ipsi denunciant atq; redarguunt dolosas eius insidias: ita & in detectioe hereticorum sanctas probabiliū patrum vel Synodorum doctrinas. Ipsi nanque nobis ostendunt hæreses illorum, quas nupèr legentes cognouimus, sicut nōstis sanctissimi, præiudiciū, quod factum est ab aduersantibus fidei violēter contra eas in paradiso Catholice Ecclesiæ illicita præsumptioe,

TOM. 2.

Iohan. 14.

Heretici, mēdaces & calumniatores.

1. Iohan. 2.

Matth. 24.

Matth. 24.

in quo paradiso piæ confessionis per oleum vnctionis spiritus perficitur in omnibus purgatio. Ideoq; cum beata & nos ad Dominū exclamemus Susanna contra iniquos sacerdotes in defensione memoratorum sanctorum conciliorum, dicentes: Aeternæ Deus, occultorum cognitor, qui nōsti omnia antequam fiant: tu nōsti quoniam falsè calumniatur nos Cyrus, Sergius, Pyrrhus & Paulus. Propterea erexit Deus spiritum sanctum viri zelo zelantis pro Domino, cuius venerabile nomen Martinus, quiq; sancte nos conuocauit, & Apostolica autoritate præfidet nobis, atque exclamauit voce magna: Mundus sum ego à dogmate huius nouitatis. Reuertamur igitur omnes ad audientiam, atq; illorum examinemus sermōes. Falsè nanq; hi per eandem nouitatem testimonium contra sanctas Synodos perhibere præsumpserunt. Sola igitur prouidentia, vt decernitis, diuist eos ab inuicem, vniuscuiusq; psonę distingvens conscripta, & approbavit eos ex ore illorū, non solum ppria perimētes, sed & accusatores sanctorū qnq; Conciliorum ostendit, vtpotè nihil, quibus impiè dogmatizare noscuntur, ab eisdem sanctis Synodis pmulgatis. Propterea vniuersa consonanter sancta Synodus benedicimus Deum, qui saluat sperantes in se: quā fecit eis, iuxta quod malignè gesserunt contra Catholicam eius Ecclesiā per manus famuli sui, hoc est dicere, per datam sibi à spiritu sancto regularem autoritatē & potestatem. Atque idē omnes cum eo in condemnatione illorum decernimus, quoniam sicut verba & definitioes sanctorum quinque conciliorum testantur, nec vnam voluntatem, neq; vnam operationē pdicauerūt, nec iterum peremptionem duarum Christi Dei voluntatum & duarum operationum, sicut illi calumniari ausi sunt, omnimodò decreuere: immò magis omnem hæresim sanctæ Synodi cōdemnare noscuntur, & tam in Chro voluntatē & operatiōem cōmentantes, Arrium, Eudoxium, Eunomiū, Macedonium, Apollinare, sed & omnia impia eorū conscripta: cum quibus meritò & eos, qui in hoc illis consentiunt, id est, vni voluntati & operationi, sceleratos hereticos Theodorū & Nestorū, qui secundum gratiam & operationem, ac dignitatem, æqualemq; honorem, similemque voluntatem, & autoritatem, relatiōem, virtutem, affectū, complacitum, vnius hominis appellatiōem, vnitionem Dei verbi ad hominem factam fuisse delirant. Propter hæc enim, i. pro vnitione cōsonanter vna opatio & volūtas dogmatizata est ab vtriusq;, & tam cōfundentibus atq; diuidentibus magnū dispensatiōis nōicę mysteriū: & cōfundentibus quidem, ppter stultā secundū sensum eorū vnius nature cōpositę ratiōem: diuidentibus autem ppter ineptā secundum eos æqualitatē honoris,

Dan. 13.

ris, similibusq; volūtatis atq; autoritatis modum. & idē vtriusq; à veritatis prædicatione ceciderunt. Omnibus autem manifestū est & indubitatum, nullo modo sanctas & vniuersales quinque Synodos eorundem hereticorum dogmata cōfiteri, quorum cōscripta cum impia eorum confessione in scripto anathemati submisisse noscuntur: licet hæc profiteri eas sine timore authores adiuuentæ nouitatis calumniati sunt Cyrus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus. Si enim que destruxerunt, iterum ea ædificant sanctæ Synodi, transgressores se potius diuinorum dogmatum, iuxta quod beatus ait Apostolus, ostendunt. Igitur intransgressibiliter retinentes piās doctrinas, in sua definitioe eos, qui vnam in Christo DEO voluntatem & operationem dixerunt, meritò anathemate perculserunt, pro eo quod sine mente, & sine anima, & purum ex hoc hominem Dominum Deum nostrum in hoc, quod factū est homo, dogmatizare ausi sunt. Cyrus autem & Sergius, Pyrrhus & Paulus similiter vnam & ipsi per propria scripta in Christo Deo confessi sunt operationem & voluntatem, perindeq; & ipsi cum denominatis hereticis, propter eandem & similem hæresim, à sanctis & vniuersalibus quinque concilijs anathemati subiunguntur, quiq; expositores nouæ fidei facti sunt, & propter temerariam transgressionem illorum, quæ ab eisdem synodaliter confirmata sunt, mercedem inuenientes ab eis definitam in transgressores depositionem. Igitur sanctum & vniuersale Chalcedonense concilium venerabilium patrum definiuit, vt legimus sanctissimi, aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere, aut sapere, vel docere aliter: qui autem præsumpserit componere aliam fidem, aut proferre, vel docere, aut tradere aliud Symbolum, volētib; ad cognitionem veritatis siue ex gentilitate, aut ex Iudæis, vel ex hæresi qualibet conuerti: Hos, si quidem Episcopi fuerint, aut clerici, alienari quidē episcopos ab episcopatu, clericos à clericatu. Si autem monachi aut laici fuerint, anathematizari. Cōsequenter autem eis & sanctum quintū Concilium definiuit, ad vltima capitulorum suorum dicens: His itaq; à nobis confessis q; nobis tradita sunt à diuina scriptura sanctorumq; patrum doctrina, & definitis pro vna eademq; fide à prædecessoribus venerabilibus quatuor concilijs: si quis præsumpserit contraria his, quæ à nobis piè statuta sunt, tradere, aut docere, vel scribere, si quidem episcopus fuerit, aut in clero cōnumeratus, hic vt aliena sacerdotibus & Ecclesiasticæ disciplinæ peragens, denudabitur ab episcopatu vel clericatu: si autem monachus vel laicus, anathematizabit: Qua de re Synodalis sanctorum patrum increpationibus Cyrus & Sergius, Pyrrhus & Paulus per

TOM. 2.

suam hæresim obligati, non solum quia nimè eos iuuit, sed etiā reprobos approbavit, psumpta ab eisdē calumnia cōtra veneranda patrum quinque Concilia, simul cum condēnatione hæreseos illorū, & mendacij in semetipsos prouocātes vltionē. Nec enim definitū est ab eis, quæ illi cōmentati sunt, immò magis anathemati submiserūt, quæq; indoctè cū Arrio & Apollinare, Theodoro & Nestorio hereticis dogmatizare noscuntur, qui noluerunt penitus intelligere & cōfiteri verbo & mēte secundum definitiones sanctorū conciliorū, perfectū eundē in veritate & perfectum eundē in humanitate, deū verum & hominē verum eundē, ex anima rationali & corpore, consubstantialē patri secundum veritatem, & consubstantialē nobis eundē secundū humanitatem, per oīa similem nobis absq; peccato: ante secula quidē ex patre genitū secundum veritatem, in vltimis autē diebus eundē propter nos & propter nostrā salutē ex Maria semperq; virgine Dei genitrice secundum humanitatem: vnū eundemq; Christū filiū Dñm vngentū, in duabus naturis incōfusē, incōuertibiliter, inseparabiliter, indiuisē cōgnitū, nusq; naturarū differentia interempta propter vnitiōem, immò magis saluatam proprietate vtriusq; nature, & in vnam personam & vnam subsistētiam concurrēte. Horum piorum dogmatum nihil specialiter aut veraciter intelligere passi sunt. Vbi nanq;, aut quomodò secundum eorum sensum saluabitur, aut intelligetur quod dictum est, per omnia nobis similem eundem factū absq; peccato, cum ab eis denegat & pimitur diuina & humana eiusdē naturalis voluntas & operatio? Quomodò autem pfectio eiusdem in vtraq; natura saluabitur? vel quō Deum verum & hominē verum? quō autem vtriusq; nature indiminitē saluatur naturalis pprietas, sicut dictū est, iuxta illorum intellectum, minuitur quāquam de naturalibus eius operationibus & voluntatibus? Impossibile est enim, perfectè haberi aut cōfiteri ab eis, quæ pdicta sunt, dum hæc ab negare contendunt per taciturnitatem. sed verè illud dolosè faciūt, quod scribens Cledonius Theologus Gregorius Greg. Nazianz. ait: Quā communibus opinionibus, quas videlicet scriptura ostendit, arguunt & comprimunt, piās quidem voces confitētur, intellectum verò corrumpunt: & nō quidem sine anima & irrationalē, neq; sine intellectu, nec imperfectum hominem asserētes, sed animam & rationem & intellectū, ipsam veritatem introducentes, tanq; ipsa Deitate carni eius tantummodò cōmixta non enim & nostris, id est, anima & intellectu: licet quod sine peccato est, super nos esse ostenditur, sed & passioem nostrarum purgatio. Sic nanq; & perfectus homo apud eos intel. 4. ligitur, non ille qui tentatus est atq; susceptus omnia nostra sine peccato, sed ille qui sine

ZZZ 2 vo-

Nota hereticorum artes & impudentiam.

Seueri in Cyrillum blasphemiam

voluntate naturali & operatione ab eis dogmatizatur propter consonantiam eorum, qua cum Arrio & Apollinare, Theodoro etiam & Nestorio teneatur, non utiq; veriti ad ea, quae omnibus manifesta sunt, criminari sanctas & vniuersales Synodos, sed & victi ab eis, incorrecti permanent, verbis quidem pietatem fingentes, sensum autem, vt dictum est, malignantes. Et propterea perfectum quidem in vtraq; natura consistetur, absq; tantummodo naturali operatione & voluntate vtriusq; naturae, ex quibus consistit. Quoties autem & ipsum malignum sensum eorum nudamus, iam & factum simulationis eorum detegentes, ipsos quoq; patres apertissimè refutare nituntur. Quia verò inuerecundè hoc faciunt, testatur Cyrus Alexandrinus antistes Sergio Constantinopolitano quondam propter beatissimū Sophronium his verbis scribens: Posita verò dictione in capitulis expositis, quia vnā operationem oportet dicere Domini nostri Iesu Christi, contradixit, asserens duas operationes debere profiteri, & testimonia diuersorum sanctorum patrum obtulit. Ecce igitur confessus est Cyrus, quod & Sergio per sua scripta innotuit, quia testimonia ei diuersorum sanctorum patrum obtulit beatæ memoriæ Sophronius, per quos ostendit, quia duas oportet dicere in Christo Deo operationes. Hoc ergò veraciter cognoscentes, & voluntariè iam sanctorum patrum amputantes & refutantes dictiões, immò magis apertius ipsos (vt dictum est) sanctos patres projicientes, ita in propria ecclesiæ scripserunt, huiusmodi præsumptione & pergestorum monumenta corroborantes. Similiter autem & duarum operationū dictionem multos scandalizare, & nulli concedimus ex omnibus duas dicere operationes in diuina Dñi dispensatione: in hoc, sicut in omnibus, Seuero heretico consentientes, siue sequentes eius doctrinam: Quoniam & ille à paternis deuictis testimonijs, ipsos patres & voces eorum pias perimere studuit, Nisaleo scribens ita: Duas dicere naturas in Christo, totius plenum est accusationis, licet à multis patribus dictum sit. Et nō mihi iterum dicas, Quoniam quidam de patribus harum naturarum vocibus vsi sunt. Multò amplius hic sermo reprobatus est, licet ipsi Cyrilli voces existunt. Igitur vna eademq; hæresis in vtriusq; cognita, hoc est, Seuero & authoribus nouitatis, quomodo nō habuit fructus eius in vtriusq; improbus diuulgari, hoc est, sanctorum patrum abnegatio? Nam qui eos denegat, pias eorū doctrinas respuit. Et qdem Seuerus opimentum suæ iniquitatis Nestorij hæreticū pferēbat, propter eius personam abijcere dicens dualitatem, q̄ in Christo est, & vnā naturam confiteri: sed nouitatis auctores neq; huiusmodi absurdam & ineptā occasionē pferre pot-

TOM. 2.

terunt. Nemo etenim hereticorum dualitatem Christi Dei operationum confessus est, vt nē illis hæreticis cōsentientes, videat respuere, vtpotè repræhensibilem existentem, insanam hæresim illorum, sed tādum sanctorum patrum doctrina hanc dualitatem rectè p̄dicare dinoscitur. Nam si oīm probabiliū patrum & Synodorum dixerūt esse sanctorum patrum eccl̄eos eorū dogmata, quorum vel qualium iam esse definiunt pemptiōnis suæ dogmata, de quibus asserunt, licet à quibusdā patribus iam dictum sit, verumtamen eō q̄ extraneant & conturbant quorundam auditis, nulli ex omnibus cōcedim⁹ hæc confiteri? Impossibile est enim, firmare pariterq; cassare sanctorū patrum dogmata, secundum spontaneum errorem contrariorum. Si autem impossibile est firmare pariterq; cassare dogmata patrum, cassauerunt autem ea, q̄ dogmatum existerē prædicauerunt, pro eo q̄ extraneant & cōturbant eos, licet falsus de hoc sermo eorū p̄batur, non utiq; iam confirmant, sed potius euacuāt, quæ ab eis cōprobata sunt, vt dogmata patrum. Si autem negant, quomodo dicit hæc esse pietatis dogmata, q̄ tradiderunt nobis ab initio speculatores & ministri verbi? Ideoque certū est, & ex his q̄ imprudenter ab eis p̄feruntur, sicut sermo monstrauit, quia nihil de patribus firmauerūt, neq; hæc cōsistunt Ecclesiæ dogmata iuxta eorum finitiōes: qm̄ nec cuiuslibet p̄babilis patris omnino testimoniū produxerūt in sua eccl̄esi, sicut nec in his, quæ pro eius defensione ab eis gesta sunt. nec enim habuerunt, penitus profectō omnibus sanctis patribus condemnantibus eam, vtpotè extraneam existentem orthodoxæ p̄dicatiōis eorum. Tantum autē scelerati Nestorij, ad argumentum manifestissimum consonantię, qua cum eo tenetur, memorasse noscuntur, designantes omnibus, qm̄ ipse regularis doctor confessionis eorū existit. Et propterea iam, vt dicunt, vnā voluntatem Dñi nostri Iesu Christi veri DEI consentitur, pro eo q̄ execratus Nestorius æqualem voluntatē, i. vnā voluntatē duarum personarum fectē ab eodem pronunciatu consistetur. Cōcordantes igitur his, qui in confusione & diuisione errant hæreticis, in omnibus inuestigantes Cyrum & Sergiū, Pyrrhum & Paulum, imprudentiores eos illorum cōprehendimus per hoc, q̄ etiam B. Leonis vocem ausi sunt violare. Nam in epistola positū memorati Apostolicæ recordatiōis viri, scripta sanctæ memoriæ Flauiano, Operatur vtraq; natura cum alterius communiōne, quod p̄prium est, de qua epistola sancta Chalcedonē Synodus scripsit, in p̄emptionem Eutycheis demētis huiusmodi dictionē positā fuisse, vtpotè magni illi Petri fidei cōsonantē, & cōmunē quandam columnā aduersus praua dogmata existentem, eam competenter ad confirmationem recto-

rectorum dogmatum coaptauit. Hanc ergò illius Doctoris vocem, imprudenter vnā Dñi significare dixerunt operationē, neq; factos in hoc reueriti patres, neq; vecordes hæreticos erubescētes: qm̄ profectō vtpotè duas vnus eiusdemq; Christi operationes definiēt in vnitione incōfusa & indiuisa, aliqui defensores eiusdē piē, alij autē impiē accusatores extiterūt, quod nec ipsi auctores nouitatis ignorauerunt. Studuerūt autē p̄ hoc tam sanctā Chalcedonensem Synodū respuere, calumniari autē & beatum Leonem propter (vt dictū est) abundantē eis pro temeritate impudentiā. Sed qm̄ & æqualē per propria scripta irrogauerunt contra alios quoq; patres calumniā, p̄fectō q̄ illi impiē sapiūt, dicentes & oēs sanctos patres sapere, oportet p̄sentem quidē Secretarium in his nobis defini, i. quæ p̄ sanctas quinq; Synodos sufficēter nobis expressa sunt: in subsequenti autē aliorum quoq; sanctorū patrū, sicut nobis deliberatū est, sacratissimos p̄ferre codices, quotiens per eorū beatam lectionē cōtra eas falsas accusationes aduersariorum regulariter ac Synodaliter arguamus, videlicet p̄ stabilitate piæ & salutiferę p̄dicatiōnis eorum.

INCIPIIT SECRETARIVS V.
IN NOMINE DOMINI DEI
Saluatoris nostri IESU CHRISTI,
Imperij domini Constantini pijsimi Augusti anno nono, sub die pridie Kalendarum Nouembris, Indictione Octaua:



Ræsidente sancto ac beatissimo Martino Papa sanctæ sedis apostolicæ vrbis Romæ, p̄positis sacrosanctis & venerabilibus Euāgelij, in Ecclesia Dñi Dei & Saluatoris nostri Iesu

Christi, q̄ vocatur Constantiana: residentibus etiā viris venerabilibus, pariterq; cū eo audietibus, Maximo sanctissimo Aquileiensi Episcopo, Deusdedit sanctiss. Caralitano Ep̄o, Mauro Casenatē Ep̄o, & Deusdedit presbytero, agētibus locum Mauri sanctissimi Ep̄i Rauennatis ecclesiæ, Martino Mebiensi Ep̄o, Sergio Tempfanensi Ep̄o, Barbato Sutrinō Ep̄o, Reparato Mātuarianē Ep̄o, Calumnioso Alesino Ep̄o, Epiphano Albanensi Ep̄o, Peregrino Messanenē Ep̄o, Benedicto Aiaceno Ep̄o, Romano Cerrellitano Ep̄o, Iuliano Hortano Ep̄o, Crescete Lucrensi Ep̄o, Papinio Vibonensi Ep̄o, Felice Agrigentino Ep̄o, Maximo Pisaurensi Ep̄o, Marcellino Clusino Ep̄o, Luciano Leontinē Ep̄o, Geminiano Volaterrano Ep̄o, Mariano Populoniensi Ep̄o, Viatore Hortanenē Ep̄o, Bonito Formiano Ep̄o, Luminoso Tiferniſtiberinorum Ep̄o, Maioriano Prænestino Episcopo, Potetino

Belliternensi Ep̄o, Germano Numanensi Ep̄o, Mauro Tuscanē Ep̄o, Laurētio Perusino Ep̄o, Adeodato Spolefino Ep̄o, Caroso Faralitano Ep̄o, Iohāne Pestano Ep̄o, Gaudioſo Reatino Ep̄o, Scholasticio Fanē Ep̄o, Episcopo, Laurentio Taurianensi Ep̄o, Elia Lilybetano Ep̄o, Iohanne Trapeiano Ep̄o, Aquilino Alifinate Ep̄o, Luminoso Salernitano Ep̄o, Eusebio Atellano Episcopo, Sabbatio Buxentio Ep̄o, Martino Cētumcellensi Ep̄o, Iohanne Taratino Episcopo, Iubētino Stabienē Ep̄o, Rufino Sipontino Episcopo, Mauro Senate Ep̄o, Læto Lucano Ep̄o, Adeodato Amerino Ep̄o, Theodoro Rosellano Ep̄o, Gaudioſo Capuano Ep̄o, Andrea Hydruntino Ep̄o, Bonito Ferentino Ep̄o, Iusto Tauromenitano Ep̄o, Mauro Senogallienē Ep̄o, Felice Panormitano Ep̄o, Mauroſo Anconitano Ep̄o, Laurentio Tudertino Ep̄o, Bono Ficulenē Ep̄o, Iohanne Carinenē Ep̄o, Fortunato Auximate Ep̄o, Albino Signenē Ep̄o, Thomate Lunenē Ep̄o, Augustino Squillacino Ep̄o, Bonito Ferētīſpolimartio Ep̄o, Iohanne Rhegitano Ep̄o, Maximo Trocalitano Episcopo, Barbato Cumano Episcopo, Paschale Blandanō Ep̄o, Felice Terracinenē Episcopo, Luminoso Marforum Ep̄o, Oportuno Anagnino Ep̄o, Glorioso Camerino Ep̄o, Firmino Blerano Ep̄o, Decorato Tiburtino Ep̄o, Iobiano Firmano Ep̄o, Amabile hortensi Ep̄o, Anastasio Narnienē Ep̄o, Albino Portuensi Ep̄o, Theodoro Tyndaritano Ep̄o, Palumbo Fundano Ep̄o, Sapientio Numentano Ep̄o, Theodosio Contornenē Ep̄o, Maximo Mesinate Ep̄o, Gratioſo Neapolitano Ep̄o, Stephano Popiliē Ep̄o, Leotio Neapolitano Ep̄o, Calionisto Adrianenē Ep̄o, Paschale Thermitano Ep̄o, Iohanne Vicosabinate Ep̄o, Oportuno Pisano Ep̄o, Potentino Polenē Ep̄o, Donato Marianē Ep̄o, Leontio Fauentinate Ep̄o, Bonoſo Alerino Ep̄o, Donato Salsimate Ep̄o, Peregrino Lyparitano Ep̄o, Iohanne Vnnogoritano Ep̄o, Boethio Cornenē Ep̄o, Stephano Dorenē Ep̄o, Valentino Turritano Ep̄o, Iohanne Gabopolitano Ep̄o, Luminoso Boneñ Ep̄o, & Victoriano Vzalenē Ep̄o, Crescentio Libienē Ep̄o,

Martinus sanctissimus ac beatissimus Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Catholice atque Apostolicæ Vrbis Romæ, dixit:

Protestatur nobis beatus Apostolus, dicens: Si quis certat, non coronatur, nisi legitime certauerit. & iterum Dominus ait: Qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Videlicet certaminibus sacris propositis nobis, p̄ defensione Catholice ecclesiæ, magna q; salute ex hoc sperata ab omnium bonorum datore Deo, nō deficiant manus nostræ, dilectissimi fratres, per occasionem

2. Tim. 2.

Matth. 10. & 24.

ZZZ 3 cuiusli-

Pfal. 17.

Heb. 12.

cuiuslibet desideria dissoluta: sed fortes efficiamur per gratiam Domini, atque virtutem potentia eius: quoniam perfecit pedes nostros tanquam ceruorum, & super excelsa firmius statuit intellectus summa eius humanitatis propter nostram salutem, maxime tantam habentes impositam sanctorum testimonium nubem. Deponentes igitur omne pondus, & circumstantem aduersariorum nouitatem, per patientiam curramus, adspicientes in authorem fidei & consummatorem Iesum, qui in proposito nobis, propter eum negotio, spiritum suam veritatis condonet, loquentem in nobis, atque perhibentem magnalia fidei per doctrinam sanctorum patrum, quos aduersarij calumniati sunt in scripto, dicentes illa eos predicare, quae ipsi per nouitatem predicauerunt. Pro qua re sacros codices eorum deduci praecipimus, immo magis veneranda testimonia, quae a nobis de ipsis codicibus pro testimonio Christi Dei electa sunt: quod utique, sicut nobis, auxiliante Deo in anteriore cognitione peragendum promissimus, ad redarguendum haereticos, in defensione praedictorum sanctorum ac probabilium patrum.

Leontius reuerendissimus episcopus Neapolitane ecclesiae, dixit:

Si placet beatitudini vestrae, ante exhibitionem paternorum testimoniorum de actibus sancti quinti Concilij illa pars nobismet relegatur, ubi Synodaliter promulgauit, omnes sanctorum patrum sermones & dogmata ab omnibus suscipi Christianis & confiteri, & contradicentes his aut negantes, quae ab eis praedicata sunt, condemnationi submitte: quatenus ex hoc aduersarij veraciter cognoscant contra semetipsos Synodales superinducentes definitiones. Si quis abnegauerit paternarum traditionum statuta: quam abnegationem irrationabiliter amplexi sunt propter suam temerariam nouitatem.

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae urbis Romae, dixit:

Secundum ea, quae poscuntur a Leontio dilectissimo fratre nostro, gesta venerandi quinti Concilij nobismet producantur, & pars eius, de qua superius rationabiliter memorare dinoscitur sanctorum Catholicae Ecclesiae patrum, ad plenam reprehensionem eorum, qui pias doctrinas refutare nituntur, lectioni pandatur.

Theophylactus Primicerius notariorum Apostolicae sedis, dixit:

Codicem, quem iussistis, venerandi quinti Concilij afferens de venerabili scrinio, praemanibus habeo: quid praecipitis?

TOM. 2.

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae urbis Romae, dixit:

Uscipiatur, & competenter praedictus locus relegatur, id est, sanctorum patrum definitio, per quam promulgant cunctos orthodoxos omnia suscipere & confiteri, quae ab ipsis pie praedicata sunt.

Et accipiens Anastasius notarius regionarius Apostolicae sedis, relegit continentem ita:

His ita se habentibus, manifestum facimus, quoniam omnia, quae a praedictis sanctis quatuor Synodis, sicut dictum est, de orthodoxa fide promulgata sunt, & de Ecclesiastica stabilitate terminata, & seruauimus & seruamus. Licet enim diuersis temporibus contra emerfos haereticos denominata quatuor Concilia facta sunt, vnam eandemque confessionem rectae fidei conseruauerunt & praedicauerunt. Et propterea omnia, quae consonant his, quae ab antefactis quatuor Synodis pro recta fide definita sunt, suscipimus: Omnia autem quae non consonant his, quae definita sunt ab eisdem sanctis quatuor Concilijs, aut vno de eis, & in defensionem haereticorum vel impictatis ipsorum conscripta sunt, vt extranea iudicantes pietatis dogmatibus, condemnamus & anathematizamus. Super his autem in omnibus sequimur sanctos patres doctoresque Ecclesiae Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Theologum, & Gregorium Nyssanensem, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Iohannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proclum, & suscipimus omnia, quae ab eis pro recta fide & in condemnationem haereticorum exposita sunt. Suscipimus autem & alios sanctos & orthodoxos patres, qui in sancta Dei Ecclesia rectam fidem irreprensibiliter vsque ad finem praedicauerunt. Hac itaque recta confessione in sancta Dei catholica & Apostolica Ecclesia conseruata ac praedicata, si quis se de eius communione separauerit, contraria sapiens, alienum se ipsum rectae fidei ostendens, & haereticis connumerans, merito a sancta Dei ecclesia condemnatur & anathematizatur.

Martinus sanctissimus ac beatissimus episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae Urbis Romae, dixit:

Manifestatur nobis ex his, quae relecta sunt siue definita a S. v. Concilio, condemnatum esse & alienum sanctae Dei Ecclesiae vnum quemque, qui non susceperit verbo & mente omnes sanctas Synodos & venerabiles patres, cunctaque quae ab eis pro orthodoxa fide exposita sunt in destructione omnium haesum. Iam ad nostram cognitionem splendidissima verba eorum, omni que suscipienti salutifera deducantur.

The;

Theophylactus Primicerius notariorum sanctae sedis Apostolicae, dixit:

Secundum iussionem beatitudinis vestrae, deslorata a nobis sanctorum patrum testimonia deferens, praemanibus gero: quid praecipitis?

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae urbis Romae, dixit:

SVcepta patrum venerabilium testimonia, lectioni pandantur.

Et accipiens Exuperius notarius regionarius Apostolicae sedis, relegit in his:

BEATI Ambrosij episcopi Mediolanensis de sermone primo, ad Gratianum Imperatorem directo:

Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Si ergo traditus est a patre, & ipse se tradidit, apparet vnam esse patris & filij voluntatem.

EIVSDEM de sermone secundo ad eum misso:

Aequalis ergo in Dei forma, minor autem idem in assumptione carnis, & hominis passione. Quali igitur modo ad eum potest minor esse, & aequalis natura? Quomodo autem si minor est, eadem similiter facit? & quomodo eadem operatio diuersae substantiae est? Nunquid ita potest minor, sicut & maior, operari? aut potest vna operatio esse, vbi diuersa essentia?

ITEM EIVSDEM de eodem sermone:

Cur, inquit, dixerit, Si possibile est: interium voluntatis liberae Dominum fuisse doceamus. In tantum excessistis impietatis, vt negetis, quod filius DEI liberae voluntatis sit. Et certe soletis etiam sancto spiritui derogare, & negare non potestis. Scriptum est enim: Spiritus vbi vult, aspirat. Vbi vult, inquit, non vbi iubetur. Ergo si spiritus vbi vult, aspirat, filius quod vult non agit? Et certe idem Dei filius in Euangelio suo dicit, vbi velit spirandi suppetere spiritui facultatem. Nunquid ergo superiorem fatetur, quia illi licet, quod sibi non licet? Apostolus quoque dicit: Quia omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Inquit autem, Prout vult, hoc est, pro liberae voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio. Et diuidit spiritus non medio cria, sed quae Deus consuevit operari, gratiam curationum, & operationem virtutum: Ergo diuidit spiritus prout vult: filius autem Dei non liberat quem vult?

Ioan. 3.

Ioan. 16.

1. Cor. 12.

Ibid.

Ioan. 5.

ITEM subter: Quid est tamen quod pater velit, & filius nolit? Pater quos vult viuificat, & filius quos vult viuificat, sicut scri-

TOM. 2.

ptum est. Dicunt quos viuificauerit filius, & pater viuificare noluerit. Cum autem filius quos velit viuificet, & operatio vna est.

EIVSDEM de eodem sermone:

Quam voluntatem habet pater, eandem habet & filius. Pater quos vult viuificat, & filius quos vult viuificat, sicut scriptum est. Vna ergo voluntas est, vbi vna operatio. In Deo enim voluntatis series, operationis effectus est.

EIVSDEM de sermone tertio ad eundem Gratianum:

Ergo si vnus voluntatis & operationis est cum patre & filio spiritus sanctus, vnus est essentiae, quoniam per sua opera creator ostenditur.

EIVSDEM de eodem sermone:

Dum quando per eandem operationem & Deitatem vnitas verissima, hoc quod maius identitas, sicuti a Graecis ostenditur, dicitur. Hoc enim ipsum significat, quoniam habet hoc ipsum pater & filius & spiritus sanctus.

EIVSDEM de eodem sermone: Ergo vna voluntas est, vbi vna operatio. In Deo enim voluntatis series, operatiois effectus est.

SANCTI Augustini episcopi Hippone-regiensis ex Interpretatione euangelij secundum Iohannem in Homilia vicesima secundae faciamus, inquit, voluntatem patris, voluntatem Christi, voluntatem spiritus sancti, quia Trinitatis huius vna voluntas, vna potestas, vna maiestas est.

SANCTI Basilij episcopi Caesareae in provincia Cappadociae de Syllogico contra Eunomium facto ait: Quorum vna atque eadem operatio, horum & vna essentia.

EIVSDEM de primo sermone contra Eunomium: Quomodo differetia substantiae, vbi identitas operationis cognoscitur? Immutatis namque substantijs, immutatas oportet esse & operationes.

EIVSDEM de eodem sermone: Quomodo non eiusdem substantiae spiritus patri & filio, qui eiusdem operationis est?

EIVSDEM de eodem sermone: Quomodo diuersitas essentiae in Trinitate, vbi identitas operationis reperitur?

EIVSDEM de sermone facto ad Amphilo-chium de sancto spiritu: Quorum autem aequalis est virtus, utique aequalis & operatio.

EIVSDEM ex interpretatione primi Psalmi: Quorum autem vna natura est, horum eadem sunt operationes.

SANCTI GREGORII EPISCOPI Nyssanensis ex epistola ad Eustathium fratrem Nyssanensem, de sancta Trinitate:

Siue vnam operationem intelligamus patris & filij & spiritus sancti, in nullo discrepantem aut immutantem quicquam, necessesse est identitati operationis hoc, quod vnitum est, naturae cognoscere.

EIVSDEM ex eadem Epistola:

ZZZ 4 Ergo

Ergo operationis identitas in patre & filio & spiritu sancto luculentius ostendit similitudinem naturæ.

EIVSDEM ex eadem Epistola: Operantur ergo naturam per contemplationem operationum intelligere possumus.

EIVSDEM ex eadem Epistola: Communio autem naturæ, luculentius demonstrata est per identitatem operationum consistens.

EIVSDEM ex epistola ad Ablaium de sancta Trinitate: Sed Deus quidem pater, Deus autem filius, Deus verò spiritus sanctus. Vnus autem in eadem prædicatione Deus est, pro eo quod neque naturæ, neque operationis differentia quælibet videtur in deitate.

EIVSDEM de Sermonem, ubi exponit, Pater noster: Ergo si & operatio & virtus una est, quomodo potest alienatio naturæ intelligi, in quibus nullam secundum virtutem & operationem differentiam reperimus?

Cyrillus,

SANCTI Cyrilli episcopi Alexandrini ex interpretatione facta in Evangelium secundum Iohannem: Operabuntur enim similiter, quæque eandem sibi sortita sunt naturam. Quibus autem essentia ratio dissimilis, his erit in omnibus operationis ratio dissimilis.

EIVSDEM ex eadem interpretatione: Est namque, ut arbitror, omnibus clarum & certum, quia incomprehensibilia omnino sunt propria Deitatis creatæ naturæ, & quæque eiusdem sunt Deitatis naturaliter, non erunt aliquando in alia qualibet creatura secundum æqualem & similem modum.

EIVSDEM de eodem sermone: Quod si potest omnino aliquid iuxta sensum illorum de his, quæ Deitatis sunt propria, inesse cuiquam, qui non est ex ipsa essentialiter, & ita existat sicuti & ipsa, quid iam impediatur, dic mihi, & omnia Deo decibilia accedere, & in his, qui non sunt naturaliter dii? quoniam semel uno sine impedimento accedente, locum habebunt & cætera. & quid evenit? omnia confusa sunt nobis, aut non ex hoc quæ sursum sunt, cedunt in imis, & ima ad superiorem locum ascendunt?

Ioan. 10.

EIVSDEM de eodem libro: Perpendat autem iterum amator scientiæ, quoniam dicens Saluator ex operibus suis approbari posse qui naturaliter deus est, manifestè docet, quia non est possibile indiffimiliter cuiquam Deo dignam operationem & virtutem esse, nisi & in hoc naturaliter existat Deus.

EIVSDEM DE THESAURIS: Quæ eandem habent operationem, & eisdem naturalibus virtutibus vtuntur, necesse est per omnia eiusdem esse substantiæ. Nihil enim de his quæ creata sunt, ad ea, quæ alterius generis vel substantiæ sunt, easdem habebit indiffimiliter virtutes & operationes.

TOM. 2.

EIVSDEM de eodem libro:

Quoniam ea, quæ eiusdem sunt operationis, & eiusdem essentia consentuntur.

EIVSDEM de eodem libro:

Si ea, qui eiusdem indiffimiliter operationis sunt, & eiusdem essentia consentuntur: est autem eiusdem operationis cum patre filius, omnia quanta facit, & ipse similiter faciens: sine dubio erit & eiusdem essentia ab eo, quod & eiusdem operationis.

ET EIVSDEM de eodem libro: Quæ alterius generis & alterius naturæ sunt, eandem operationem habere nullus sapientum dabit. Nec enim aqua & ignis unum aliquid & hoc ipsum operabitur: sed sicut distantem habent essentia & æqualitatis rationem, ita & diuersam dabant operationem.

EIVSDEM de eodem libro:

In quibus enim operatio & virtus indiffimiliter una est, in his necesse est & societatem naturæ saluari.

EIVSDEM de eodem libro:

Solent enim quæ eandem operationem habent, eiusdem esse essentia, & in his quod alterius est natura, incredulum est.

EIVSDEM de eodem libro:

Si enim in humilitatem carnis inspicientes, non creditis, ait, in me, sed utique operum maiestas digna & rationalis extitit, ut possit vobis suadere, quoniam Deus sum ex DEO procedens. Qui enim operibus æqualis est patri, quomodo erit sequens eius secundum naturam? & qui eandem operationem & virtutem similiter illi possidet, quomodo erit secundum eum alterius naturæ?

EIVSDEM de eodem libro:

Nec enim vnam esse naturalem operationem dabimus Deo & creaturæ, ut neque creaturam in diuinam referamus substantiam, neque quod præcipuum est diuinæ naturæ, ad dignum locum nascentium deponamus.

EIVSDEM de eodem libro:

Qui etenim vnam habent operationem, vnam eandemque, qualiter fuerit, habebit rationem.

EIVSDEM de Sermonibus dialogicis vel cogitationibus ad Hermen factis:

Quod eandem naturam habet secundum operationem, & indiffimiliter æquale est, non habebit ex parte quicquam de qua creata sunt: sed ubi substantia in quibuslibet diuersa ratio extitit, ibi conueniens erit in operationibus dissimilitudinem esse.

SANCTI BASILII EPISCOPI Basilius,

Cæsareæ Cappadociæ de naturalibus voluntatibus ex verbo de sancto spiritu, cap. 8. Qui videt me, videt & patrem. Non figuram, neque formam. Munda est enim compositionis diuina natura, sed bonum voluntatis, quod cõcurrentes substantia, simile & æquale: magis autem

autem hoc ipsum in patre & filio videtur.

Gregorius Nazianzenus

Ioan. 5.

SANCTI GREGORII THEOLOGI de Sermonem in filio secundo: Vt sit tale quod colligitur, Non ut faciam voluntatem meam. Nec enim mea separata est à tua, sed communem meam & tuam: quorum sicut vna est Deitas, ita & voluntas.

Greg. Nyssenus,

SANCTI GREGORII Episcopi Nyssensis de Sermonem contra Apollinarem facto: Ergo filij & patris voluntates diuinae sunt? Et quomodo erit communis in vtroque; voluntas? Quomodo autem identitas naturæ per differentiam voluntatum innotescatur? Neceesse est enim per omnia concurrentem esse naturæ voluntatem.

EIVSDEM de eodem Sermonem: Si igitur diuersus in patre & filio fructus voluntatis reperitur, necesse est diuersam vtrorunque naturam consistere.

EIVSDEM CONTRA EVNOMIUM in Sermonem secundo: Vnam voluntatem esse Patris & Filij & Spiritus sancti, naturæ communio protestatur. Ergo si hoc vult Sanctus spiritus quod placet Filio, cõmunio voluntatis apertissimè ostendit unitatis substantiam.

Amphilochius.

SANCTI AMPHILOCHII Episcopi Iconiensis in eo, quod dictum est: Ex se filium nihil facere posse: Quomodo potest mea & patris operatio discerni, ubi voluntas, & verbum, & scientia, & sapientia, & natura, & Deitas vna est?

Ioan. 5.

EIVSDEM de eodem Sermonem: Sicut enim pater suscitatur mortuos & viuificat, concurrentem habens voluntati virtutem: ita non exequens ministerium suscito mortuos, sed eadem virtute, auctoritate, potestate, voluntate.

Cyrillus,

SANCTI CYRILLI Alexandrini ex interpretatione Evangelij secundum Mattheum libro duodecimo: Dum autem vna & cõsubstantialis sancta Trinitas & vna Deitas in ipsa intelligitur, quomodo non erit eadè voluntas patris & filij & sancti spiritus?

EIVSDEM ex interpretatione Evangelij secundum Iohannem libro nono: Sicut enim cõsubstantialis est, ita & eiusdem voluntatis suo genitori. Vnius enim substantiæ vna videlicet & voluntas.

EIVSDEM de Sermonem facto ad Hermen secundo: Nos autem rectitudinis rationes sequentes, dicimus quoniam superfluum est & indoctum, absque voluntate & voluntariè genitorem esse suspicari patrem, sed magis naturaliter & substantialiter. Est enim non sine voluntate, quæ est naturaliter concurrentem habens naturæ voluntatem esse quæ est.

De naturalibus Christi Dei nostri voluntatibus.

Hippolytus

SANCTI HIPPOLYTI martyris de Sermonem Theologiæ, id est, Deitatis: Velle habet Deus: non enim non velle: quoniam

TOM. 2.

hoc vertibilis est & eligentis, sed sempiternam voluntatem Dei sequuntur quæ sunt, cui & facta manent saluata.

Ambrosius,

SANCTI AMBROSII DE Sermonem secundo ad Gratianum: Sed alia voluntas hominis, & alia voluntas Dei. Denique ut scias vitam in voluntate hominis esse, quoniam mortem timemus: passionem autem in voluntate diuina, ut pateretur pro nobis: cum Petrus vellet Dominum à passione reuocare, Dominus ait: Non scis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Suscepit ergo voluntatem meam, suscepit tristitiam meam: confidenter tristitiam nomino, quia crucem prædico. Mea est voluntas, quam suam dixit, quia vthomo suscepit tristitiam meam, ut homo locutus est, & ideo ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Mea est tristitia, quam meo suscepit affectu.

Matt. 16.

Matt. 26.

EIVSDEM ex interpretatione Evangelij secundum Lucam: Tristis, inquit, est anima mea vsque ad mortem. Non propter mortem tristis est Dominus, quia eum conditio corporalis affectus, non formido mortis, offendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire corporis, ut esuriret, sitiret, angeretur, contristaretur. Diuinitas autem commutari per hos nescit affectus.

Luc. 22.

EIVSDEM de eodem Sermonem: Mitis enim, inquit, cõtulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Ergo pro me doluit, qui pro se non habuit quod doleret: & sequestrata delectatione diuinitatis æternæ, tedio meæ infirmitatis afficitur. Suscepit enim tristitiam meam, ut mihi suam latitiã largiretur: & vestigijs nostris descendit vsque ad mortis arumnam, ut nos suis vestigijs reuocaret ad vitam.

EIVSDEM de eodem verbo: Ita enim legimus, inquit, quia peccata nostra portat, & pro nobis dolet. Doles ergo Domine non tua, sed mea vulnera, non tuam mortem, sed nostram infirmitatem: & nos æstimauimus te esse in doloribus, cum tu non pro te, sed pro me doleres. Infirmatus enim es, sed propter peccata nostra: non quia tibi illa infirmitas erat ex patre assumpta, sed pro me suscepta.

Esa. 53.

EIVSDEM de sermone fidei secundo: Vt homo ergo dubitat, ut homo turbatur: non turbatur ut virtus, non turbatur eius diuinitas, sed turbatur anima, turbatur secundum humanæ fragilitatis assumptionem: & ideo qui suscepit animam, suscepit & animæ passionem. Non enim secundum quod deus erat, aut turbatur aut mori posset. Denique, inquit, Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Vt homo ergo loquitur, meos circumferens metus, quod in periculis positus à Deo derelictus nos putamus: ut homo turbatur, ut homo flet, ut homo crucifigitur.

Psal. 21.

Matt. 27.

EIVSDEM ex interpretatione Evangelij secundum Lucam: Et quando dicit, Non mea, sed tua volun-

Luc. 22.

t25

tas fiat, quasi ex homine protulit: tuam, ad voluntatem patris. Voluntas enim hominis ad tempus est, DEI autem aeterna. Ergo non alia voluntas patris, ubi vna Deitas.

Augustinus SANCTI AVGVSTINI EX INTERPRETATIONE nonagesimi tertij Psalmi:

Matt. 26. Christus Deus noster dicit: Pater, si fieri potest, transeat hic calix: sed tristitiam sic assumpsit, quomodo carnem. Nolite enim putare, quia hoc dicimus, non fuisse tristem Dominum. Si enim dixerimus, quia non erat tristis, cum Euangelium dicit, Tristis est anima mea usque ad mortem: ergo & quando dicit, Dormiuit Iesus, non dormiuit Iesus: & quando Euangelium dicit, Manducauit, non manducauit Iesus: surrepit vermiculus putredinis, & nihil sanum relinquit, ut dicatur, quia & corpus non erat verum, & carnem veram non habuit. Quicquid ergo de illo scriptum est, fratres, factum est, verum est. Ergo tristis fuit? Tristis prorsus, sed voluntate suscipiens tristitiam, quomodo voluntate suscipiens carnem.

Ibidem. EIVSDEM de Sermone quartodecimo Ciuitatis Dei: Non ex carne tantum afficitur anima, ut cupiat, metuat, laetetur, aegrescat: verum etiam ex seipsa his potest motibus agitari. Interest autem, qualis sit voluntas hominis: quia si peruersa, & peruersos habebit hos motus: si autem recta est, non solum inculpabiles, verum etiam laudabiles erunt. Voluntas quippe in omnibus, immo omnes nihil aliud, quam volentes sunt. Nam quid est cupiditas & laetitia, nisi voluntas in eorum consensione quae volumus? & quid est metus atque tristitia, nisi voluntas in dissensione, ab his quae nolumus? Sed cum consentimus eis quae volumus, cupiditas: cum autem consentimus fruendo his quae volumus, laetitia vocatur. Item quae cum dissentimus ab eo, quod accedere nolumus, talis voluntas metus est: cum autem dissentimus ab eo, quod nolitibus accidit, talis voluntas tristitia est. Et omnino pro varietate rerum, quae appetuntur atque fugiuntur, sicut allicitur vel offenditur voluntas hominis, ita in hos vel illos affectus mutatur & partitur.

Matt. 8. EIVSDEM de Sermone maiore contra Apollinarem facto pro fide: Contigit Lazarum post aegritudinem mori. Dominicus autem homo non infirmatus, neque nolle mortuus est, sed ex se venit ad mortis dispensationem, confortatus a Deo Verbo inhabitante sibi, qui dixit: Nullus a me aufert animam meam: a memetipso eam pono: potestatem habeo ponere eam, & potestatem habeo accipere eam. Diuinitas ergo filij est, qui ponit & accipit animam hominis, quem indutus est: perfectum enim assumpsit hominem.

Matt. 26. EIVSDEM de Sermone contra Apollinarem facto per interrogationem & responsum: Sed neque vacui & inefficaces iam intelligi possunt Dei Verbi diuini intellectus, nec iterum ineffabili ratione vnita ad eum beata anima, si videlicet non intelligere eam & non velle, substantiam eius interimit.

Ioh. 12. EIVSDEM in libro quo dicitur, Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

Ioh. 6. EIVSDEM de eodem Sermone: Oportebat autem moueri carnis eius voluntatem, subiaccere autem voluntati diuinae, & sic hominum inobedientiae soluuntur per hanc gloriosam obedientiam, qua Christus obediuit pro nobis.

Cupiditas. Laetitia. Metus. Tristitia. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

Lib. 14. cap. 9. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

Marc. 3. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

quod dixerit, Gaudeo propter vos, ut cre- Iohan. 11. datis: quod Lazarum suscitaturus, etiam la- Ibidem. chrymas fuderit: quod concupierit cum discipulis suis manducare Pascha: quod propinquantem passione tristis fuerit anima eius, non falsa utique referuntur. Verum ille hos motus certae dispensationis gratia ita, cum voluit, suscepit animo humano, ut cum voluit, factus est homo.

Philipp. 2. EIVSDEM ex interpretatione centesimi Psalmi: Optabam, inquit, dissolui, & esse cum Christo. Gaudet quia dissoluitur, ut sit cum Christo: & ipse Christus tristis est, cum quo iste futurum se esse laetatur. Sed quid erat illa vox, nisi sonus infirmitatis nostrae? Multi adhuc infirmi contristantur futura morte: sed habeant rectum cor, vitent mortem quantum possunt, sed si non possunt, dicant quod ipse Dominus non propter se, sed propter nos dixit: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Ecce habes voluntatem humanam expressam. Vide iam rectum cor: Verum non quod ego volo, sed quod tu vis pater.

Iohan. 11. EIVSDEM libro de gratia noui Testamenti, facta ad Honoratum: O homines, non desperetis vos posse fieri filios Dei, quia & ipse filius Dei, hoc est, Verbum eius caro factum est, & habitauit in nobis. Reddite ergo vicem: efficiamini spiritus, & habitate in illo qui factus est caro, & habitauit in nobis. Iam enim non est desperanda huiusmodi verbi participatio, ut & homines possint fieri filij Dei, cum filius Dei participatione carnis filius hominis factus est. Et nos quidem mutabiles ad melius conuersi, efficiamur participes verbi: Verbum autem incommutabile extans, ad nihil in peius conuerti potens, participes factus est mediante carne rationali. Nec enim Christus homo factus, sicut suspicantur Apollinaristae haeretici, aut rationalem animam non habuit, aut sensum, aut voluntatem, sed iuxta morem proprium scripturae verbum caro factum est, ait, quatenus & Christi humilitatem ostendat, & neque carnis vocabulum ut indignum efficere videatur, carnem pro homine posuit.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

reminiscens autem & propter quod missus est, perficiat dispensationem ad quam missus est, & clamat: Pater, non mea voluntas, & Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.

Athanasius. SANCTI Athanasij de Sermone contra Apollinarem facto in Trinitate & incarnatione: Et quod dicit: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste, tamen non mea, sed tua voluntas fiat. & iterum: Spiritus promptus est, caro autem infirma: duas voluntates hic ostendit, tam humanam, quod est carnis, quam diuinam, quod est deitatis. Humana quidem propter infirmitatem carnis recusat passionem, diuina autem eius est promptissima.

Ioh. 10. EIVSDEM de Sermone maiore contra Apollinarem facto pro fide: Contigit Lazarum post aegritudinem mori. Dominicus autem homo non infirmatus, neque nolle mortuus est, sed ex se venit ad mortis dispensationem, confortatus a Deo Verbo inhabitante sibi, qui dixit: Nullus a me aufert animam meam: a memetipso eam pono: potestatem habeo ponere eam, & potestatem habeo accipere eam. Diuinitas ergo filij est, qui ponit & accipit animam hominis, quem indutus est: perfectum enim assumpsit hominem.

Ioh. 6. EIVSDEM de Sermone contra Apollinarem facto per interrogationem & responsum: Sed neque vacui & inefficaces iam intelligi possunt Dei Verbi diuini intellectus, nec iterum ineffabili ratione vnita ad eum beata anima, si videlicet non intelligere eam & non velle, substantiam eius interimit.

Ioh. 12. EIVSDEM in libro quo dicitur, Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

Ioh. 6. EIVSDEM de eodem Sermone: Oportebat autem moueri carnis eius voluntatem, subiaccere autem voluntati diuinae, & sic hominum inobedientiae soluuntur per hanc gloriosam obedientiam, qua Christus obediuit pro nobis.

Greg. Naz. SANCTI Gregorij, Theologi de secundo verbo de filio: Septimum dicatur descendi de caelo filium, non ut faciat voluntatem suam, sed eius qui misit eum. Si ergo ab eodem, qui descendit, haec dicta fuissent, dixissemus utique tanquam ab homine formari hoc verbum, non illo qui in saluatore intelligitur: illius enim velle nec contrarium est DEO, deificatum totum.

Matt. 26. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

ut ego volo, sed tua voluntas praeualeat. Nec enim si possibile erat, aut non hoc illum ignorare oportet, aut pro voluntate voluntatem introducere.

Gregorius. SANCTI Gregorij Episcopi Nyssanensis de Sermone secundo contra Eunomium: Quomodo Dominus, qui secundum Christum homo est, mundum sibi reconcilians, distribuere animae corporique beneficium, quod ab ea fiebat hominibus, volens quidem per animam, tangens autem corpore.

Matt. 8. EIVSDEM de Sermone facto in pascha: Accedit leprosus, defluxus iam & exterminatus corpore, quomodo fiet in ipso a Domino mundatio? Anima vult, corpus tangit: per vtraque fugatur passio. Recessit enim, ait, ab eo continuo lepra.

EIVSDEM de eodem Sermone: Ad vtraque igitur hominis portionem competentem deitate vnita, per vtraque clara signa erant sublimissima deitatis: & corpore quidem conexam sibi deitatem, per tactum sanitatem tribuens, ostendebat: anima autem per illam diuinam voluntatem, virtute significabat diuinam. Sicut igitur sensus tacti, corporis est proprium, ita & anima voluntaria motio.

Mar. 8. EIVSDEM de eodem Sermone: Iterum multa millia in vterum eidem permanentes fornicarios non vult absoluere, manibus autem confringit panes. Adspicis quomodo per vtraque, id est, animam & corpus, vtrique coherens diuinitas diuulgatur, & tam operante corpore, quamque imperu voluntatis quae in anima, perficitur.

Matt. 26. EIVSDEM de Sermone contra Apollinarem facto: Huiusmodi autem rationabili anxietate vna erit consolatio mysterij, vera confessio: quoniam formidare quidem in passione, humanae fragilitatis est, iuxta quod Dominus ait, spiritum promptum esse dicens, carnem autem infirmam: suscipere autem dispensationem, diuinam voluntatis atque virtutis est. Quoniam igitur altera humana voluntas, & diuina altera est, loquitur quidem ut homo, quod infirmitati carnis conuenit, qui nostras passiones suscepit, producit tamen secundam vocem, excellentiam & Deo dignam voluntatem confirmari, quam humanam propter salutem hominum volens. Qui enim dixit, Non mea voluntas, humanam praesenti sermone signauit: addens autem, tuam, ostendit coniunctionem propriae diuinitatis ad patrem, cuius diuinitatis nulla est differentia propter societatem naturae.

Iohannes. SANCTI IOHANNIS Episcopi Constantinopolitani de sermone facto ad eos, qui ad missas non occurrerunt, & de consubstantiali: Si igitur patris & filij vna voluntas est, quomodo hic dicit, Verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis? Nam si in diuinitate

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

LIB. 2. EIVSDEM de eodem Sermone: Nunc anima turbata est, etsi Deus fuisset in carne, & secundum carnem obedientiam impleuit, & voluntas carnis voluntati diuinitatis subiaccit, sicut & praedixit, Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris: suam voluntatem dicens carnis, quoniam & caro ipsius facta est.

tate quod dictum est, sit, hoc aliqua contraditio erit: si autem de carne, habent rationem quae dicta sunt, & nulla ex hoc criminatio fiet. Nec enim nolle mori carnem, reprehensio exitit, quoniam hoc naturae est: ipse autem quae naturae sunt omnia, absque peccato & ostendit, & cum multa abundantia, ut etiam hereticorum obturet ora. Quaddo autem dicit, Si potest fieri, transeat a me calix iste: & non sicut ego volo, sed sicut tu, nihil aliud ostendit, nisi quia carnem verè indutus est timentem mortem. Mortem enim timere, & dubitare, & anxari, illius est.

Matth. 26. EIVSDEM ex interpretatione Evangelij secundum Iohannem:
Nam & ego turbatus nunc non ita dico, ut fugiam. Oportet enim portare quod accidit. Non dico, absolue me de hac hora, sed glorifica nomen tuum: hoc est, subleua me iam in crucem. Multum ostendit quod humanum est, & naturam nolentem mori, sed praesentem vitam desiderantem, ostendens quoniam non erat extra humanas passiones. Sicut enim esurire non est crimen, neque dormire, ita nec praesentem vitam desiderare. Christus autem corpus habuit mundum de peccatis, non enim naturalibus necessitatibus carens, nam iam corpus non erat.

Theophilus. SANCTI Theophili episcopi Alexandriae, de sermone facto propter mulierem habentem fluxum sanguinis:
Licet enim Saluator noster in cruce dicebat: Eli, Eli, Lama sababthani, quod interpretatur, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? sed non erat hic significatio, tanquam longè sit à patre, sed quoniam extra mortis tempus quod habet corpus circa vitam inharens desiderium, hoc saluator expressit, ut & ita ostendat non per quandam phantasia, sed quoniam veraciter nostrae similitudini coniunctus est.

Matth. 27. EIVSDEM de eodem Sermonem: Sicut enim esurire, & sitire, & laborare non erant propria deitatis, sed corporalia signa: ita & quod dicitur, Ut quid me dereliquisti? corporalis vocis erat proprium, quod solet nulloquam velle coniuncta vita carere. Licet enim & ipse Saluator dicebat hoc, sed proprie ostendebat corporis fragilitatem, manens virtus & sapientia DEI. Quia non alterius cuiusdam hominis, sed eiusdem Salvatoris erat corpus, quod de Maria sibi edificavit: pro qua re dicebat: Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.

Matth. 26. BEATI Severiani episcopi Gabalensis, in eo quod scripsit: Pater, transfer a me calicem hunc: & iterum: Pater, salua me in hac hora: Sic enim ait: Praeueniens Dominus, ora haereticorum oppilauit, ut ostendat, quia hoc passibile corpus indutus est, quod tædet mortem, quod trepidat mortis violentiam, quod tristatur & turbatur: In vite termino dicit: Nunc anima mea turbatur,

Matth. 26.

tristis est anima mea usque ad mortem: non Deitas mea, impassibilis enim est Diuinitas, & imperturbabilis, & imperterrita. Spiritus quidem, ait Dominus, promptus, caro autem infirma. Ergo duas voluntates declarat, vnam quidem diuinam, alteram autem humanam.

Matth. 26. ITEM EIVSDEM de Homilia, dicta contra Iudaeos, paganos & Apollinaristas: Vidisti eum communicantem passionibus carnis, quae sine peccato sunt: Adspice eum communicantem passionibus animae, quae sine peccato sunt. Passiones animae, sunt in peccato reputatae, cogitationes malignae seu turpiales. Haec passiones animae, respicientis secundum spontaneam potestatem in peccatum. Sunt autem eius aliae passiones absque peccato, tristitia, timor, formido. Nemo timidus condemnatus est, nemo propter timorem reprobatus est, nemo propter tristitiam ex honoratus est. communes enim haec passiones naturae, & sine crimine, quae foris peccato sunt. Sicut itaque communicauit passionibus animae, quae foris peccato consistunt. Audi eum dicentem: Tristis est anima mea usque ad mortem. & iterum: Nunc anima mea turbatur. Turba autem, timoris est operatio: ut ostendat per omnia hominis carnem, animam rationalem, & intellectum, & quaeque sunt hominis absque peccato habentem, ut saluet perfectè hominem. Nemo enim hominum incolume habes cor in fide, dicit partem hominis assumpsisse Christum. Intende hic subtiliter, qui dicis non esse intellectum humanum in Saluatoris carne. Ipse enim dixit, quoniam & tristitiam, & conturbationem pertulit. Aut igitur da intellectum naturalem turbatum & tristatum, aut projiciens eum, & Deum introducens pro intellectu, ipsi utique connectis passiones. Quid enim dicit? Absque intellectu anima non tristatur, & timet, & conturbatur: impossibile est.

Cyillus. SANCTI Cyrilli episcopi Alexandriae de libro Theaurorum: Quando videtur timens mortem, & dicens, Si potest fieri, transeat a me calix iste, considera iterum, quoniam formidans mortem caro, docebatur a Deo verbo induta hoc deinceps minimè pati. Dicebat enim ad patrem: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Et non quidem timebat ipse mortem, secundum quod verbum est & deus, sed usque ad finem dispensationem perficere properabat. Haec enim erat patris voluntas. Habet autem & nolle mori, eò quod caro mortem recusabat naturaliter.

Matth. 26. EIVSDEM ex interpretatione Evangelij secundum Matthaeum libro vndecimo: Si enim non fecisset voluntariam, dum & nimis esset contra voluntatem, passionem, qualis iam intelligatur occasio orandi atque dicendi: Pater, si potest fieri, transeat a me calix iste?

Matth. 26. EIVSDEM DE eodem libro: Adspice verò, quomodo contra volentem extitit passio Saluatoris: sed quia, per omnia & omnino pati necessè erat, propter bona, quae ex passione opera sequebantur, pro nobis eandem voluntariam fecit.

Matth. 26. EIVSDEM EX eadem interpretatione libro duodecimo: Recusat igitur calicem, crucifigendum odiositatem circa Deum ut potè ex hoc accusans: & supponitur quidem timor passionis in ipso propter humanam, substernitur autem protinus per virtutem & potentiam inhabitantis verbi. Intède enim, quomodo recusatio designat humanum in ipso, diuinitatis autem inflexibile coruscavit statim. Dixit enim ad patrem, qui in caelis est: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Deo decidibiliter autè ex hoc ait. Nam per hoc quod deus est, non est extra voluntates paternas.

Iohan. 6. EIVSDEM EX interpretatione Evangelij secundum Iohannem, volumine quarto: O homo, nullatenus scandalizeris, quaddo audis dicentem: Descendi è caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me, patris. Quod enim dicebamus ab initio, hoc iterum dicimus super causa definita, & clarum sermonem de hoc fecit Christus, docens, quod pro omnibus quidem mori spontaneum habet, eò quod ita volebat diuina natura: praeter voluntatem verò, propter passiones Crucis, & quantum ad carnem pertinet, recusantem passionem.

Iohan. 6. EIVSDEM DE eodè volumine: Quoniam autem praeter voluntatem videtur saluatori Christo, secundum quod homo erat, passio crucis, & ex ipsa rerum natura considerare nos oportet.

Iohan. 6. EIVSDEM DE eodem volumine: Si moritur mors me non moriente, secundum carnem videlicet, transeat (ait) calix, verum quia non aliter hoc fiet, ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Vides quomodo definitis quidem iterum, humana natura & in ipso Christo, quantum ad eam pertinet, reperitur: recuperatur autem per vnitum ei verbu ad valetudinem Deo dignam.

Iohan. 6. EIVSDEM DE eodè volumine: Sed quoniam verè quidem praeter voluntatem, pariterque spontanea videtur vngenti passio crucis, iam quidem manifestè praedictu est. Assumamus autè denuò subtiliores inuestigationes, legentibus veritatem pandentes.

De naturalibus operationibus.

Hilarius, Lib. 9. de Trinitate. SANCTI HILARII Episcopi Pictauiensis & confessoris de Sermonem pro fide exposito: Natus igitur vngenis Deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporis in semetipso prouecturus in Deum hominem, hunc per omnia Evangelici sermonis modum renuit, ut se Dei filiu credi doceret, & hominis filium praedicari ad-

moneret, loquutus & gerens homo vniuersa quae DEI sunt, loquens deinde & gerens Deus vniuersa quae hominis sunt: ita tamè, ut ipso illo vtriusque generis sermone nunquam nisi cum significatione & hominis locutus & Dei sit.

Leo pòtífex Epist. 10. SANCTI AMBROSII de Sermonem Ambrosius fidei: Sileant igitur de sermonibus questiones, quia regnum Dei, sicut scriptum est, 1. Cor. 2. non in persuasionem verbi est, sed in ostensione virtutis. Conseruemus distinctionem diuinitatis & carnis: vnum in vtraque loquitur Dei filius, quia in eodem vtraque natura est. & si idem loquitur, non vno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur, quae sunt diuina: quasi homo dicit, quae sunt humana, quia in ea substantia loquebatur.

Leo pòtífex Epist. 10. SANCTAE RECORDATIO nis Romani praefulus Leonis de sermone, ad sanctae memoriae Flavianum Episcopu Constantinopolitanum facto: Operatur enim vtraque forma cum alterius communione, quod proprium est, verbo scilicet operante quod verbi est, carne autè exequente quod carnis est: & vnum quidem eorum coruscatur miraculis, aliud autem succumbit iniurijs.

Epist. 97. EIVSDEM DE Epistola ad Leonem Imperatorem directa: Licet & ergo in vno Dominò Iesu Christo, vero Dei atque hominis filio, verbi & carnis vna persona sit, quae inseparabiliter atque indiuise communes habeat actiones: intelligenda tamen sunt ipsorum operum qualitates, & syncere fidei contemplatione cernendum est, ad quae prouehatur humilitas carnis, & ad quae inclinatur altitudo deitatis: quod sit quod caro sine verbo non agit, & quid sit quod verbum sine carne non efficit. Sine verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret: & sine veritate carnis, obuoluta panis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent Magi puerum stella indice declaratum, & sine veritate carnis non iuberetur transferri in Aegyptum puer, & ab Hero dis persecutione subduci. Sine verbi potentia non diceret vox patris de caelo missa, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi coplacui. & sine veritate carnis non protestaret Iohannes, ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia non fieret redintegratio debiliu, & viuificatio mortuorum: sine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. et postremo, sine verbi potentia non se Dominus aequalè patri confiteret, & sine veritate carnis non idè diceret patre se esse maiorem: cum Catholica fides vtrunque suscipiat, vtrunque defendat, quae secundum confessionem beati Apostoli Petri, vnu Christu Dei viui filium, & hominem credit, & verbum.

Matth. 16. EIVSDEM DE eadè Epistola: Cum ergo vnu sit Dominus Iesus Christus, & verae deitatis

Philip. 2.

tatis verę que humanitatis in ipso vna prorsus eadem que persona sit, exaltationem tamen, qua illum, sicut Doctor gętium dicit, exaltauit Deus, & donauit illi nomę, quod super omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formam, quę ditanda erat tantę glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat filius patri, & inter genitorem atque vnigenitũ nulla erat in essentia discretio, nulla in maiestate diuersitas: nec per incarnationis mysterium aliqd decesserat verbo, quod ei patris munere redederetur. Forma autę serui, per quam impassibilis Deitas sacramentum magnę pietatis impleuit, humana humilitas est, quę in gloriam diuinę potestatis euecta est, in tantam vnitatem ab ipso conceptu virginis Deitate & humanitate conferta, vt nec sine homine diuina, nec sine Deo agerentur humana.

ET POST PAUCA: Nam secundũ potentiam Deitatis, indifferenter ofa quę habet pater, etiã filius habet: & q̄ in forma serui a patre accepit, eadem in forma Dei etiã ipse donauit. Secundũ formam enim Dei, ipse & pater vnum sunt: secundũ formam autę serui, nõ venit facere voluntatem suam, sed eius qui misit eum. Et secundũ formam quidę Dei, sicut habet pater vitam in semetipso, itã & filio vitã dedit habere in semetipso: secundũ autę formã serui, tristis est anima eius vsque ad mortem.

Iohan. 10.

Iohan. 6.

Iohan. 5.

Matth. 26.

EIVSDEM EX eadem Epistola: Licet aut ab illo initio, ex quo in vtero virginis verbum caro factũ, hoc est, carnę assumptũ, nulla distinctio est inter vtranque formam, per omne incrementum carnale vnus personę totius temporis actiões factę sunt. Veruntamen hæc omnia, quę inseparabiliter facta sunt, per nullam commixtionē confundimus, sed cuius sit formę, per qualitates operationum sentimus.

Dionysius Areopagita.

SANCTI DIONYSII Areopagite Episcopi Atheniensis de sermone diuinorum nominum, capitulo secundo: Discreta est autem benignissima circa nos Dei operatio per hoc, quod secundũ nos ex nobis integrę & verę substantialiter plasmati voluit verbum, qui supra substantiam esse cognoscitur, & operatus est & passus, quanta humanę eius operationi congruũt p̄cipua ac probabilia. In his nãque pater & spiritus nulla ratione comunicauit, nisi q̄s dixerit secundũ benignissimã & misericordę voluntatē, & per omnem sublimissimam & ineffabilem Dei operationē, quam operatus est, similis nobis factus, incommutabilis, eod quod Deus & Dei verbum.

EIVSDEM DE Epistola quarta ad Caium facta. Est aut nihilominus sublimis substantię plenus, q̄ semp excellit substantia. Vndę per eius sublimę substantiã in substantiã veraciter veniens, super substantiam substantia factus est, & super hominē operaba-

TOM. 2.

tur humana: & ostēdit virgo super substantiam pariens, & aqua instabilis materialium & terrenorũ pedũ subleuans pondus, & nõ cedens, sed summa potentia ad indiffusionem consistens.

SANCTI IVSTINI Philosophi epi Iustinus scopi & martyris de Libro tertio Trinitatis, Capitulo septimodecimo: Sicuti vnus est homo, habet aut diuersas naturas duas, & secundũ aliud quidem cogitat, secundũ aliud aut quod cogitatu est, operat, anima quidę intellectuali cogitãt veluti nauis cõpaginę, manibus aut quod cogitatu est ad effectũ perducens, itã filius vn̄ existēs & duas habēs naturas, palia quidę diuina signa operabat, palia aut humilia suscipiebat.

EIVSDEM DE eodem capitulo: Sicuti luminis quia lumen est, vnam operationem nullus separauit capabilē eius corporis, verbo aut diuidens significat naturam, cuius est propria operatio: itã in vno filio Dei omnem quidem operationem nullus separauit ab vnus filiatõis: naturę autę, cuius est proprium quod celebratur, verbo significauit.

EIVSDEM DE eodem Capitulo: Christus autem non ex Deitate & humanitate factus est, Christus alius existens p̄ter duo, sed & deus & homo vtranque consistit, Deus quidem intelligendus per signa operationum, homo autem ostensus per similitudinem passionis naturę.

EIVSDEM DE Sermone facto ad Paganos. Est enim verę Dominus, Deus simul & homo: & gloriosa quidem secundũ præcipuã naturã operabatur, humilia verõ secundũ inferiorē naturaliter suscipiebat.

SANCTI ATHANASII Episcopi Alexandria de Sermone contra Arrianos tertio: Hęc antea necessariõ examinauim, quatenus si videremus eum tãquam per organum proprium corpus diuinitus aliquid agētem aut loquentem, sciamus quoniam Deus existens hæc operatur: si videremus humanę loquentem ac patientē, non ignoremus quoniam carnem indutus factus est homo, & itã hæc agit & loquitur. Vniuscuiusque enim opus cognoscentes, & vtranque ex vno actitata intēdentes vel intelligētes, rectę credam, nunquamq; errare valeam.

EIVSDEM DE eodę verbo: Ad vltimum enim & p̄pter nos factus est homo, & carnaliter, sicut ait Apostolus, inhabitauit Deitas in carne, simul vt dicatur Deus existēs, proprium habuit corpus, & hoc organo vsus, factus est homo. Vndę p̄pria q̄dę eiusdę illius dicunt, quoniã in ipso erãt, qualia sunt, esurire, sitire, pati, laborare, & similia, quorũ caro est capabilis. Ipsius autę verbi propria, qualia sunt, mortuos suscitare, cecos videre facere, & mulierem fluxum sanguinis habentem curare, quę velicet per proprium corpus ipse efficiebat.

EIVS-

EIVSDEM DE dogmatica Epistola, facta ad Antiochenos: Propterea Deus quidē dicitur verbum, natiuitate aut dicitur homo, quatenus vtranque sit idem naturaliter & veraciter: Deus quidę sempiternitate naitatis, & vt creator creature: homo autem per natiuitatem ex muliere, & incrementum etatis: & Deus quidem per viuificas beneficentias, atque potentiam diuinę operationis: homo autem per similitudinem compassionum, & nostrarum infirmitatum.

Matth. 12.

Iohan. 2.

EIVSDEM DE Sermone Euangelij secundũ Matthæum, quo ait, Qui dixerit verbum contra filium hominis: Propterea em̄ Deus existens, & homo factus, vt Deus quidem suscitauit mortuos, & verbo omnes sanans, veritit & aquam in vinum: nec enim erant hominis huiusmodi opera. Vt autem carnē indutus sitiebat, & laborabat, & passionem sustinebat, nec enim erãt hæc propria Deitatis.

EIVSDEM DE eodę Sermone post pauca: Fiebant aut hæc non separatim, & secundũ qualitatē eorũ q̄ fiebant, vt ea quidem, q̄ corporis sunt, absque Deitate: q̄ aut Deitatis, absque corpore ostenderetur: sed coniunctim omnia fiebant, & vnus erat qui perficiebat Dominus.

Iohan. 1.

Ibid.

EIVSDEM DE eodem verbo: Hæretici quidem secundũ suam instantiam irati sunt, & alij corporalia saluatoris inspicientes, negauerunt hoc quod in principio erat verbum. Alij autę ea q̄ Deitatis sunt considerantes, ignorauerunt hoc, quod d verbum caro factũ est. Sed fidelis & apostolicus vir, sciens Domini miserationem, inspiciens quidē signa Deitatis, miratur Dominum qui in carne est. Iterũ autem videns & propria corporis obstupescit, considerans in eis diuinitatis operationem.

Basilius.

Iohan. 4.

Greg. Nyssenus.

SANCTI BASILII ex Epistola, ad beatũ Amphilochiũ facta: Attamē fideliter considerãti cernendũ est, quã multa & a parte hominis Dñs loquit. Nã, Da mihi bibere, vox est corporalem vtilitatem perficiens.

Matth. 5.

Matth. 4.

SANCTI GREGORII Epif. Nyssanensis, de Sermõ quarto cõtra Eunomiũ: Sicut em̄ nõ est p̄prietates carnis i eo quod ab initio est verbum, adspicere: itã denuõ neque Deitatis, p̄pria in natura humanitatis considerare. Propterea cõmixta de Dño doctrina tã p̄ sublimia & Deo digna, quamq; p̄ humilia & humana, vtrorũq; nominum vtriq; qui in saluatore intelligunt, cõpetenter aptam: & humana quidem ad hominē, sublimia verõ ad Deitatem.

EIVSDEM IN hoc, vbi dicit, Beati q̄ esuriunt. Absque cibo em̄ quadraginta dies manēs, post eos esuriuit. Dedit em̄ quando voluit naturę tempus propria operari.

EIVSDEM DE eodem tertio libro contra Eunomiũ, volumine decimo: Si em̄ palpabili & visibili cibo & potu disponeba-

TOM. 2.

tur, & hominibus vnigenitum atq; fratř, & quanta circa corporalem videntur naturam, omnia hæc & in Deitate adspiciunt, dicant & de vnigenito Deo & hæc, & quanta voluerint: testentur ei & ambulatoriam operationem, & localem migrationē: quod vtiq; proprium est eorum, qui in corpore circumscribuntur.

SANCTI AMPHIL OCHII Episcopi Iconij, in eo quod dictum est, Pater maior me est: Nec enim absque voluntate causa extitit, sed spontanea est passio. Vado & venio ad vos. Vado & venio: vtraq; sicut homo transmigro: sicut Deus aut, inseparabiliter vobiscũ sum. Vado homo p̄ mortē, venio aut iterũ per resurrectionē homo.

SANCTI EPIPHANII de Capitulo septuagesimo septimo, facto in euictiõne Marcionis: Quomodo confractio panis perficitur, õ Marcion? per phantasiã, & aut operante carne, pondus habente secundũ veritatem? Resurgens nanque à mortuis, in eodem sancto corpore resurrexit secundũ veritatem. Propterea & panem cõfregit secundũ veritatem.

SANCTI CYRILLI Episcopi Hierosolymitani de Homilia dicta in Euangelio, vbi Dominus aquam in vinum conuertit: Studuit per omnia neq; innotescere suam Deitatem, neque in toto abscondere studuit: non innotescere, propter eos qui tunc fuerunt: studuit non abscondere, propter eos qui postea: sed ostendere tam Deitatis suę, quamq; humanitatis eius claras operationes, vt neq; diuina virtus obceletur, neq; humana natura minimę credatur.

EIVSDEM DE eodem verbo: Natus est, miracula fecit, ostendit duplicē operationem: passus quidem vt homo, operatũ aut vt Deus: idem ipse non alter & alter, quantum aliter & aliter.

ITEM SANCTVS Iohannes Episcopus Constantinopolitanus in Sermone de vidua, q̄ duo minuta obtulit, cuius initũ, Simplex quidem ieiunij appellatio, sic ait: Etenim in alijs copularum naturarum diuersa fortitudo, & vt apertius dicã, deorsũ fatigatur, & fursũ cõtinet & elementa: deorsũ esurit, & desup̄ pluuias ministrat: deorsũ formidat, & fursũ intonat: deorsũ iudicio assistit, & desup̄ seipsum adspicit. Circa misericordiam aut cõcurrit duplex operatio, qm̄ q̄ desursũ de Cherubin intercedit misericordibus, ipse ante gazophylaciũ sedens, probat misericordes.

ITEM EIVSDEM in Thomã Apostolum: Hęc audiens, mundauit animam à perfidia, exutus sum ambiguam mentē, recepi confidentiam, tetigi corpus gaudēs & tremēs, expandi cum digitis & animę oculum, & duas iam operationes, cognoui.

SANCTI CYRILLI Episcopi Alexandr.

AAAA 2

xan-

xandriae ex interpretatioe Epistolae ad Hebreros: Si aut perfectos nos fecit per aqua & spiritum, quomodo non operatus est diuine pariterque humanae, id est consistens & tanquam in vno, Deus pariter & homo?

EIVSDEM DE Theauris, Capitulo vicesimo secundo: Homo factus est Dei verbum, non ut iterum sicut Deus ante humanationem omnia loquat & operet, sed ut sapius propter utilitatem dispensationis, quae cum carne est, & sicut homo loquat aliqua. Hanc ergo habere mysterio virtute, quomodo non est ineptum scandalizari auditores, cum aliqd ut homo loquat? Loquitur enim ut homo: loquitur autem & sicut Deus, habens in vtrisque potestatem.

EIVSDEM DE Theauris: Ergo quae de deo deceter dicta vel acta sunt, ostendunt Salvatorem Christum Deum: & iterum quae secundum hominem dicta vel peracta sunt, ostendunt veraciter hominem. haec est enim mysterij virtus.

Euphremi episcopus Antiochenus.

SANCTI EUPHREMII episcopi Antiochia ex scriptis, contra Seuerum haeticum ab eodem factis, capitulo quinquagesimo sexto: Nunc autem incarnatum Deum verbum operatum hanc operationem consistentes, aliqua quidem competenter dicimus ad carnem naturae facta fuisse, alia vero propter Deitatis sublimem naturam. Ideoque & haec duae sunt operationes.

Iohannes episcopus Scythopolitanus.

SANCTI IOHANNIS episcopi Scythopolitani de sermone octavo contra Seuerum haeticum, capitulo tertio: Cernis quia vnus eiusdemque Domini nostri Iesu Christi duas videmus operationes, Deitatis eius & humanitatis, sine partitione atque immutabilitate?

Anastasius episcopus Antiochenus.

SANCTI ANASTASII episcopi Antiochia de satisfactioe, exposita per Epistola Apostolicae memoriae Leonis Papae: Sicut enim nutrire & cremetari non est Deitatis, ita suscitare mortuos non est humanitatis: vtraque tamen eiusdem deitatis temperantis humanitati, ut coequet, non in confusione, sed in vnitione. Inconfuse ergo duae quidem sunt operationes, sicuti & essentiae: vnus autem operator, Deus pariterque & homo idem existens.

SANCTA SYNODVS DIXIT:

Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi proficientes cum summa deuotione sancti patres verbum, datam eis lucernam ab eo gratiae atque scientiae non vtrique sub modo absconderunt in fructuosa obscuritate, sed super candelabrum sustulerant salutiferam doctrinam, quatenus resplendet omnibus, qui in domo sunt, id est, populis Catholicae Ecclesiae, ne vnquam offendant pedem ad lapidem haeticae perfidiae quicquam de his, qui consentunt Dominum & venerantur. Vos enim estis, sicut dicit Dominus, lumen mundi, & sal terrae, quod omnem errorem haeticum expurgat, & putredinem passionum terreni intellectus per virtutem eorum & veritatem desiccet. Unde precipiebat dicens: Luceat lux vestra coram hominibus, quatenus videat bona opera vestra, & recta dogmata, atque glorificet patrem vestrum, qui in caelis est. Quae vtrique & nos per lectionem venerabilium sermonum eorum perspicientes, ipsum quidem glorificauimus patrem luminum, ex quo omne datum bonum & omne donum perfectum mandatum est eis, ad plenitudinem catholicae eius & apostolicae Ecclesiae: accusatores autem eorum merito reprobauimus, tanti luminis obumbrare nitentes veram confessionem per nouitatis commentum, pro quo, sicut ait beatus Esaias, Non est pax, dixit Deus meus, impii. Clamare ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera aduersariorum, quanta malignati sunt aduersus sanctos patres & Synodos Catholicae Ecclesiae. Necesse est enim in omnem terram exire nostrum super hanc rem sonum, & in fines orbis terrarum sermonum nostrorum consonam virtutem, videlicet pro cautela orthodoxorum populorum, & omnibus manifestum facere, quoniam in scripto & sine scripto sanctos patres calumniati sunt, sicuti & sancta quinque concilia, Cyrus, Sergius, Pyrrhus & Paulus. Deuicti sunt autem contra suam temeritatem mentiti, qui nunquam per quemlibet modum aut verbo intellexerunt aut praedicaerunt, quae orthodoxi patres dixisse siue intellexisse noscuntur, & in his testantur verba eorum, quae super omnem radium solis nitebant, sed & veritas praedicationis eorum, ubique omnibus eos publicantes, qui nobis in praesenti relictis sunt, qui quae tradiderunt nobis in primis quod accepisse noscuntur, vnum eundemque confiteri Dominum Deum nostrum Iesum Christum, ex duabus & in duabus existentem naturis, substantialiter vnitis inconfuse & indiuisae, & duas vnus eiusdemque naturas, ita & naturales veraciter esse voluntates, id est, diuinam & humanam: & duas essentielles operationes, diuinam & humanam: neque transitorie haec aut postpositiuae, neque in hoc ipsum specialiter minimae habentes omnem studium sermonis eorum, sicut aduersarij garriunt, & in hoc detrahentes propter suam haesim venerabilibus patribus, dum dicunt nihil de voluntatibus vel operationibus saluatoris nostri definitiue eos exposuisse. Ecce etenim non solum definitiue, sed & dogmaticae & syllogisticae, ac naturaliter demonstratiuae, & secundum scripturas agonisticae, & per exempla, & compendiose per omnem modum & verbum intellectualis eorum & prudentissimae doctrinae, ut potest legitime & viriliter pro ipso incarnato Deo verbo contradicentibus resistentes, & repugnantes haeticos, Arrium, Apollinarem & nestorium, & omnes omnino sequentes impietates illorum

Matth. 5.

Psal. 90.

Matth. 5.

Iorum: eiusdemque vnus Christi Dei voluntates & operationes professi sunt, & profiteri praedicaerunt, per numerum & nomina haec proferentes, per pronomina, per alterius intellectum, per eiusdem significationem, per qualitatem, per proprietatem, per virtutem, & compendiose omne verbum & positionem, per quam potuisset approbari earundem voluntatum & operationum vera fide dictio & constantia: id est, per numerum, ex hoc quod dicunt in vno eodemque Christo duas voluntates, & operationes, & duplicem operationem: per nomina, ex hoc quod dicunt diuinam voluntatem & humanam voluntatem, desiccantem & desiccatum, & iterum diuinam operationem & humanam operationem: per pronomina vero ex hoc, quod dicunt aliam voluntatem esse diuinam & aliam humanam, & aliam atque aliam operationem: per alterius autem intellectum ex hoc, quod dicunt quoniam quae alterius generis sunt siue naturae, similem operationem habere nullus sapiens dabit: per eiusdem autem significationem ex hoc, quod dicunt, quoniam quae eiusdem operationis sunt, vtrique eiusdem substantiae consentunt, & communio voluntatis vnitate, ostendit substantiam. Per qualitatem vero ex hoc, quod dicunt, sicuti habent diuersam substantiam & qualitatis rationem, ita & diuersam operationem. Per proprietatem autem ex hoc, quod dicunt: Si enim tantum possibile est quicquam de diuinis proprietatibus inesse alicui, qui non est eiusdem substantiae, & ita potest esse quomodo & ipsa Deitas, dicimus hi quid est quod impedit, ut iam omnia quae sunt Deitatis, cedat? Quidnam ex hoc euenit? Confusa sunt omnia nobis, & alta cedent in ima, ima autem ascendent in alta. Per virtutem vero ex hoc, quod clamant, Quae eadem operatione & eadem naturali virtute vtuntur, eiusdem esse substantiae modis omnibus necesse est, & nulla natura alterius substantiae vel generis indistincte habebit potestates & operationes. Et haec quidem ipse sanctorum Deus Dominus noster Iesus Christus multifarie multisque modis per sanctos patres de seipso locutus, illuminauit nobis fidem suam orthodoxam, sic & intransgressibiliter tenere eam, sicuti patres praedicaerunt. Huius autem orthodoxae fidei extraneos esse & alienos, ut potest denegantes eam in scripto, memoratos auctores nouitatis, & impia eorum conscripta. Propterea & hos, & ea quae ab eis confecta sunt dogmata reprobantes secundum statuta venerabilium patrum siue praecipua, qui hoc facere nobis per omnia praecipunt, dogmata & sermones sanctorum patrum vno corde & ore vnanimiter ac consonanter omnes firmamus, nihil addentes, nihil subtrahentes de his, quae ab ipsis tradita sunt nobis, sicque credimus, sicuti patrum.

tres crediderunt: ita praedicamus, quomodo docuerunt. Quae sancta & vniuersales quinque Synodi tradiderunt, intransgressibiliter retinemus, definitiones eorum seruamus, decreta eorum integre confitemur: ita definimus, quomodo illi per proprios sermones promulgauerunt. Qui easdem sanctas Synodos & venerabiles patres minime suscipit, condemnatus est: qui omnia ab eis praedicata & definita minime suscipit specialiter & confitetur, condemnatus est: qui qualemcumque haeticorum & abominandam vocem comprobatur & suscipit, condemnatus est. His igitur ita a nobis pie definitis, consequens est, ut sicuti per sanctos patres discrepantem ab eis sensum contrarium approbauimus, ita & per haeticos consonantiam praedictorum temeratum, quam habent cum illis, ostendamus. Scriptum est enim: Ecce ego super te, dicit Dominus Deus omnipotens, & reuelabo posteriora tua in facie tua, & ostendam genibus opprobrium tuum, & regibus ignominiam tuam, & iactabo super te abominationem secundum immunditiam tuam, & ponam te in exemplum. Et erit: omnis qui te viderit, vociferabitur a te, & dicet: Miserrima haeresis aduersariorum, quis plorabit super eam? Ideoque oportet iterum detegere opprobria praesumptorum ante faciem illorum, ut omnibus aperiamus, quorum haeticorum immunditiam in semet ipsis per suam nouitatem portantes, sanctis patribus & venerabilibus quinque concilijs in deceptione simpliciorum se concordare mentiti sunt. Deducantur igitur nobis in medium codices infidelium haeticorum, hoc est, eorum testimonia, per hos quorum interest, ad conuincendam haesim illorum insaniam.

Nahum. 3.

Theophylactus Primicerius notariorum Apostolicae sedis, dixit:

Secundum sacram praedicationem vestrae beatitudinis, excepta a nobis testimonia de Codicibus haeticorum afferens, praemanibus habeo: quid praecipitis?

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus Episcopus sanctae Dei Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae vrbis Romae, dixit:

Producta testimonia haeticorum suscipiantur, & in approbatione consonantiae nouitatis praesumptorum, qua contra fidem orthodoxam cum denominatis haeticis detinentur, lectioni vulgentur.

ET ACCIPIENS THEODORVS notarius regionalis Apostolicae sedis, de Graeco in Latinam vocem translata, relegit in his:

Lucius eps Alexandr. haereticus.

ITEM TESTIMONIA hereticorum: Lucij Arriani, Episcopi quondam Alexandrie, de Sermone dicto in pascha: Vbi igitur necessaria erat anima, vt perfectus homo coadoretur Deo? Propterea veritatem clamat Iohannes: Verbum caro factum est, compositum est carni, no autem & anima, sicut hi qui nunc pro fide negociantes asserunt: sed quidem carni vnitum erat, & vnus factus est cum eo. Nam quomodo vnus Christus, nisi vna persona, vna composita natura, sicuti hominis, qui ex anima & corpore extat, cognoscimus? Si autem & animam habuit, sicuti adulteratores adulteratas nunc ecclesias docet, oppugnant se motus dei & anime, quoniam remouet horum vtrunque, & in diuersas operationes ducit.

Apollinaris haereticus.

APOLLINARIS HAERETICI contra Theodorum, vbi ait: Organum & quod mouet, vnam solent perficere operationem. Quorum autem vna est operatio, horum vna est essentia. Vna ergo essentia facta est verbi & carnis.

EIVSDEM DE Sermone scripto ad eos, qui contra diuinam incarnationem verbi certant propter homouisionem: Et Iudaei corpus crucifigentes, Deum crucifixerunt, & nulla diuisio verbi & carnis in diuinis scripturis reperitur: sed est vna natura, vna subsistentia, vna operatio.

EIVSDEM DE Sermone diuine incarnationis: Vbi ad similitudinem hominis dictum est, & non reminiscuntur, quoniam haec voluntas propria dicitur non hominis, qui de terra est, sicut ipsi arbitrantur, sed Dei qui de caelo descendit.

ITEM EIVSDEM in Sermone, qui superscriptus est in Epiphania incarnationis Dei: Vnus enim Christus diuina tantum voluntate mouebatur, secundum quod & vnam eius nouimus operationem, in diuersis miraculis & passionibus vnus eius naturae procedentem. Deus enim carnem indutus est, & creditur.

Matth. 26.

ITEM SVBSEQUITVR: Et quod dicitur, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat: non alterius & alterius voluntatis significationem habet, & non sibi inuicem conuenientis, sed vnus & eiusdem, diuine operantis, dispensatiue autem mortem recusantis: quia Deus fuit carnem ferens, qui hoc dicebat, nullam habens in voluntate differentiam.

Polemon haereticus.

POLEMON DISCIPVLVS Apollinaris, de Contradictionibus factis aduersus sententias patrum: Totus enim DEVS erat Christus, & perfectione carnis vnitus & factus homo, non vertibilem sensum sibi commiscens, voluntatibus naturaliter in contraria versum, sed ipse sibi tantummodo factus est sensus, inuertibili voluntate diuina omnia operatus esse: sed non aliud qui-

TOM. 2.

dem diuine, aliud autem deificatum, secundum Cappadocem Gregorium, nam & vertibilem: quoniam hoc quod potuit deificari, & terra fieri vti que potuisset secundum primum Adam.

EIVSDEM DE sexta Epistola ad Timotheum: Qui duas voluntates dicit Christi secundum eos, qui dudum & nunc inflantur, aut vnum duos quosdam introducit Christos, sibi inuicem non solum natura, sed & odiositate diuisos, aut se sibi oppugnantem docet. Vbi enim dualitas, diuisio est per omnia.

SEVERI HAERETICI de Prospothetico sermone facto in Daphne, in martyrio sancti Euphemii, vbi sic ait: Anathematizamus autem Synodum Chalcedonensem, sed & Tomum Leonis presulis Romanae Ecclesiae, & eos qui dicunt vel dixerunt, in duabus naturis vnum Dominum nostrum Iesum Christum post ineffabilem & incomprehensibilem vnitionem, & sequenter eorum duas operationes aut proprietates.

ITEM EIVSDEM ex Epistola ad Eleusium, vbi ait: Anathematizamus ergo eos, qui in duabus naturis definiunt vnum Christum, & singularum naturarum opera propria profiterentur.

ITEM EIVSDEM Severi ad Sergium Grammaticum, vbi ait: Quoniam igitur vnus est operans, vna est eius & operatio, & motio operaria.

ITEM EIVSDEM Severi aduersus sanctae memoriae Iohannem Episcopum Caesareae Palaestinae: Vna enim est operatio, i. motio operaria, sicuti & vox incarnati verbi.

EIVSDEM EX EPISTOLA ad Oecumenium prima: Proprietas autem in operationibus, de qua Leo Romanus verbis praesul dixit, Operatur vtraque forma cum alterius communione hoc quod proprium est, nullatenus apud orthodoxos, proprietas nominabitur.

ITEM QVI SVpra, in eadem Epistola: Anathematizamus eos, qui post vnitionem duas dicunt naturas, hoc est, duarum naturarum operationes, aut duas proprietates.

APOLLINARIS HAERETICI de sermone incarnationis, Capitulo 13. Dum caro ex alio habeat motionem, vti que ab illo, qui mouet & ducit eam, & qualis que fuerit, & non perfectum animal per se constitit: sed vt animal perfectum efficiatur, composita in vnitione principali copulata est, & composita, caelesti principali similis facta est secundum passibile eius, & accipiens diuinitatem sibi & familiaratam secundum actiuum: sic namque vnum animal per mouentem & qui mouetur constitit, & non duo aut ex duobus perfectis, sese que mouentibus.

THEMESTII haeresiarum Agnoitarum, hoc est, ignorantium, & de parte Severi, de sermone,

Seueri haereticus.

Apollinaris

Themestius haeresiarum

Sermone, capitulo 41. dato Theodoro imperatrici ab haeresiarum Theodosianorum:

Nec enim quia sacratissimus Athanasius duas voluntates dixit Christum ostendere ei debemus imponere, & has sibi inuicem impugnantes secundum, has duas intentiones: sed pie intelligamus, vti potest vnus Emmanuelis vnam voluntatem modo humane, modo diuine moueri.

EIVSDEM DE TERTIO Sermone aduersus Colluthum facto, capitulo 52. vbi satisfacit pro tomo Theodosij.

Vnam dico Emmanuelis notitiam & operationem, sicuti & voluntatem. Attende igitur: sicuti inuertibilis vt DEVS & omnium passionum superior, humana dignatione motus secundum voluntatem securat passionem. Iterum autem diuina dignatione ad passionem confidit: & per carnem horum vtrunque.

EIVSDEM EX EPISTOLA, dicta ab eo pro Salamitanis:

Vna quidem erat notitia in Christo, sicuti & voluntas & operatio, quoniam vnus erat cognoscens, sicuti volens & operatus.

EIVSDEM DE SERMONE facto ad Charisium monachum: Christi namque, vti potest vnus, vnam dicimus notitiam & operationem.

EIVSDEM DE scripto facto ad Constantinum episcopum Laodicensem: Vnam esse dicimus ipsius Christi operationem, sicuti & naturam.

Colluthus haereticus.

COLLVTHI haereticus de satisfatione facta pro tomo Theodosij:

Si vna est Christi voluntas, sicut tu dicis, aliquando quidem decibilibus, aliquando autem humane mota, sicuti vti que, & non aliter, & vna vnus notitia est.

Theodorus Mopsuestenus, Matth. 8.

THEODORI IMPII Mopsuesteni de secundo Sermone, pro miraculis facto:

Volo, mundare, leproso dicens saluator, ostendit vnam esse voluntatem, vnam operationem secundum vnam eandemque potestatem productam non verbo natura, sed dignationis, per quam vnitus est Deo verbo, qui per praescientiam ex semine Dauid postea homo factus est, ex ipso vtero familiaritatem ad eum affectualem habens.

EIVSDEM DE sermone Incarnationis:

Secundum praescientiam verbi ostensus, qui natus est ex virgine sine semine homo, non est recernitus a verbo, per similitudinem mentis eidem copulatus, per quam dignatione vnuit eum sibi, & monstravit eum secundum operationem indissimilem sui, auctoritatem & potestatem eadem inseparabilem habentem, atque adorationem pari lege non discrepantem.

Nestorius,

EXECRABILIS haereticus Nestorij libro secundo, que scripsit Epiphanius Mycenensis.

TOM. 2.

seos: Inconfusas custodimus naturas, no secundum substantiam arbitrio tantum copulatas. Propter quod earum vnam voluntatem, & operationem, & dominationem videmus dignitatis & aequalitate ostensas. Deus enim verbum assumens quem praedestinavit hominem, per potestatis rationem ad eum no est fecerit propter praescitum affectum.

EIVSDEM ex eodem libro sermone 4. Non alius erat Deus verbum, & alius in quo factus est homo: sed vna vtrunque persona, dignitate & honore adoranda ex omni creatura, nullo modo aut tempore dissensione voluntatis aut tractatu diuisa.

EIVSDEM ex epistola ad Alexandrum Hieropolitanum emissa: Duarum naturarum vna est auctoritas, vna virtus, vna potentia, & vna persona secundum vnam dignitatem & eundem honorem.

PAVLI DIACONI Persae Nestoriani de sermone iudicij: Quoniam substantia-

lialiter Dei verbi ad hominem, que assumpti, non est vnio facta, non est vna natura effecta. Si autem vna natura facta non est, vna substantia vnus personae Christi facta non est. Ergo secundum dignationem vnio facta est, voluntate & similitudine mentis detenta, quatenus & differentia naturarum inconfusa ostendatur, & dignationis mysterium singulari voluntate probetur.

Themestius haereticus.

THEMESTII haereticus ad eos, qui dicunt, pro eo quod vna est Deo decibilibus operatio omnium habuit scientiam humanitas eius: Vna existente simpliciter operatione in Christo, qualis quando quidem aut erit Deo decibilibus, aut humanitatis digna? Nam vnus erat, qui operabatur in omnibus, incarnatum videlicet Dei verbum.

EIVSDEM de satisfatione, ad generalitatem monachorum exposita pro viginti capitulis: Vnam quidem semper de toto dicimus operationem, tam in diuinis signis, & in his quae humane operabantur a Christo.

EIVSDEM DE satisfatione facta secundum queras nefandissimas: Vna namque aliter Christi scientia, quoniam & operatio, nam vnus erat atque idem, qui cognoscebat & operabatur siue humana, seu Deo decibilibus.

EIVSDEM AD Marcellum presbyterum & Stephanum diaconum: Et in alia epistola, honorabiles patres, petiuimus vestram sanctitatem minimè molestari contra nos, quoniam diximus vnum Christum eandemque habere scientiam seu operationem.

EIVSDEM AD EOSDEM: De hoc quod scribitis sanctissimi sapientius, quoniam vnam quidem oportet dicere Christi operationem, minimè aut adijcere, eandemque sepius quidem vobis satisfecisse dinoscitur, sed & nunc eadem scribo.

COLLVTHI ex rescriptis contra Themestium, pro Theodosio: Huius sensus & beatissimi Papa noster Theodosius, vnam Deo decibilibus

AAAA 4 bilem

bilem operationem in Christo asseruit, non ad differentiam eorum, quae perficiuntur, inspiciens, sed ipsam operariam virtutem innuens saluatoris.

Iulianus hereticus episcopus,

IULIANI heretici quondam Halicarnasensis episcopi, de sermone contra Manichaeos:

Si quis post ineffabilem & incircumscriptam vnitionem ausus fuerit dicere duas naturas, aut duas substantias, aut duas operationes, vtpote duas personas dicens, & duas subsistentias, anathematizetur.

Theodosius hereticus,

THEODOSII heretici Alexandriae de Tomo, ab eodem scripto Theodori Augusti:

Reliquum est, vt vna sit operatio ex vtrifq; deifica, quoniam vnus esse & eiusdem dicimus Deo decibilia omnia, atque irreprehensibiles passiones.

ITEM EIVSDEM: Vnam esse Deo dignam operationem compositi CHRISTI secundum eius humanitatem, sancti & sapientes patres praedicauerunt.

Theodulus Nestorianus,

THEODULI Nestoriani in secundo libro, quem scripsit de consonantia noui & veteris Testamenti: Vna ergo dignitas Imperatoris & imaginis, vna autem vtriusque operatio. & post paululum, Euidetur etiam, inquit, & honorem regalem ab omnibus assumit, quia iam vna est dignitas imaginis & praestituta eam. Deo autem vna est in ambobus operatio.

Colluthus,

COLLUTHI DE SATISFACTIONE pro Theodosio heretico: Facta vna est Christi voluntas, & aliquando quidem diuina, aliquando autem humana mouebatur. Sic enim, & non aliter, vna vnus scientia.

Seuerus hereticus,

SEVERI HAERETICI de conscriptis eius ad Iohannem hereticum, quondam Episcopum Alexandriae:

Secundum adiectionem & innouationem fidem definiuit Chalcedonensis synodus, & diuisit in duos vnum incarnatum & humanatum propter nos Deum verbum, saluatorem nostri generis & redemptorem, in duabus naturis eum intelligi dicens, & earum naturarum operationes & proprietates post incircumscriptam ineffabilem vnitionem, & Tomum Leonis Romanae Ecclesiae praesulis in expositione propriae definitionis praedicta synodus amplexa est, columnam eum rectae fidei appellans.

Colluthus,

COLLUTHI DE SATISFACTIONE pro Tomo Theodosij facta:

De operatione sermo erat, o astutior oratorum, & in operationes versus es. Vna est Christi operatio, o prudentissime, & non alia & alia, sed magis eadem.

EIVSDEM DE EADEM satisfactione: Ita & non aliter de operatione quod dicimus. Haec nanque indubitanter dicitur.

uina est, vtpote superans secundum patres, optime diuersa autem, quae ex ea perficiuntur, diuina & humana, iuxta quod sumus edocti.

MARTINVS SANCTISSIMVS ac beatissimus episcopus sanctae Dei ecclesiae Catholicae atque Apostolicae vrbis Romae, dixit:

EX his qui dudum nobis relecti sunt, haereticorum sermonibus, quos Cyrus & Sergius, Pyrrhus & Paulus consonanter amplexi sunt, & confirmauerunt, apertius illa dogmatizantes, quae in eorum conscriptis legimus, reprehenduntur, licet, vt dictum est, in deceptione simpliciorum haec dixerunt esse pietatis dogmata: non vtique pertimescentes blasphemiam, dum dicitur: Vae Esai.

Vae qui dicunt malum bonum, & bonum malum. Vae qui ponunt tenebras lumen, & lumen tenebras: qui ponunt amarum dulce, & dulce amarum. Vae qui sapientes sunt in oculis suis, & coram semetipsis prudentes. Qui iustificat impium, & iustitiam a iusto auferunt. Propterea sicut comburitur stipula ante faciem ignis, radix ipsorum sicut fauilla exit, & flos eorum sicut puluis ascendet. Nec enim voluerunt legem Domini Sabaoth: & misit manum suam super eos, & percussit eos, sicut dicit magnus Esaias. Propter haec igitur, quae ab eis praesumpta sunt siue consusa, illud oportet dicere, quod ipse Dominus iterum dicit per Samuelem prophetam: Quoniam subfannastis verbum Domini, & subfannauit vos Dominus, vt non valeatis esse episcopi catholicae Ecclesiae. In aperto nanque hi verbum fidei Dominicae subfannauerunt, immutantes orthodoxam eius confessionem, quam probabiles catholicae Ecclesiae patres, sanctique quinque synodi consonanter praedicauerunt. Vnde sua consonantia cum hereticis ostendentes plenam infidiam, properauerunt non solum eadem dicere, sed & similia cum illis agere. Nec enim dicere quae illi dicunt, sufficit in approbatione perfecta consonantia ipsorum, sed etiam contradicere quibus illi contradicere nituntur, & per eadem, neque per alia verba. Ideoque contentionem, quam habent cum illis contra sanctos ac venerabiles patres, hi per sua studia declarauerunt, in propria eccliesi dicentes. Similiter autem & duarum operationum dictionem multos scandalizare, vtpote a nemine dictam sanctorum & praecipuorum catholicae Ecclesiae mystagogorum. Sed & consequens erit, vt duos confiteamur volentes, contrarie adinuicem venientes: Deo quidem volente saluberrimam passionem explere, incarnatione autem in eo facta obuiam eum ipsi volutiati & oppugnate: p hoc

Reg. 1.

hoc asserentes duas contrarias sibi voluntates introduci, quod impium est & extraneum Christiani dogmatis. Si enim infans Nestorius duas voluntates dicere non praesumpserit, & contrario autem eandem voluntatem in duabus personis, quae ab eo finguntur, confessus est, quomodo possibile est orthodoxam confitentes fidem duas easdemque contrarias voluntates in eo suscipere? Vnde sanctos patres in omnibus & in hoc sequentes, vnam voluntatem Domini nostri Iesu Christi verissimi Dei confitemur. Sed & in propria epistola Paulus Pyrrhi successor similitera ait: Propterea & vnam voluntatem Domini nostri Iesu Christi intelligimus, ne contrarietatem, aut differentiam voluntatum vni eidemque personae Domini nostri Iesu Christi applicemus, aut ipsum se expugnatem dogmatizemus, aut duos volentes introducamus. Sic etenim Euangelicam intelligentiam lectionem, vbi dicitur, Non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui me misit. Sed & in recusatione calicis non diuersam in vnum eundemque Christum & resultantem introducentes voluntatem, magis autem negatiue & non positiue hac suscipiamus vocem. Non enim quasi eo existente, hoc verbum dictum est, sed ac si non est, vt peritissimus in dogmatibus Theologus Gregorius ait: nec vtpote animata intellectualiter carne verbi imprompta existere ad totius mundi salutiferam passionem, aut discordantem a patre, seu inhabitante sibi verbo. Huius autem intellectus acribiosissimum expolitorem & interpretatorem suscipiamus bis acutum spiritalem pugionem Cyrillum in quarto de anathematibus, contra quae duodecim capitula oppositiue a Theodoro conscripta sunt, similiter autem & Pyrrhus consonat his in Epistola, directa ab eo Apostolicae memoriae Iohanni praedecessori nostro, dicens: Quoniam ego dico, non possumus duas voluntates in vna persona atque in seipsa subsistere, sed per omnia resistent sibi & repugnant re ipsa. Quia enim antea idem admirabilis doctor ait, Illi enim velle non erat contrarium DEO, quippe omne deificatum, vt ne fortassis aliqui suspicetur positiue fuisse dictum, hic apertius hoc ipsum declarauit dicens, ac si ab eo qui assumpsit, huiusmodi verbum fuisset. non enim qui assumptus est. Ecce autem apertius, sicut dictum est, non solum similia sapuerunt, sed & per eadem verba, vel syllogistica stultitia sanctos patres nostros expugnauerunt, emulationis ambitu, quam contra nos habent, iacula verborum contra Theologos illicite mittentes, siue contra sanctam Dei catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Hoc autem luculentius ostendamus & per comparationem alterutram vtriusque partis, quae nobis in praesenti relectae sunt, hoc est, praefectorum haereticorum & authorum nouita-

tis, ordinabiliter distinguentes ita: Haeretici dixerunt, Qui duas dicit voluntates secundum eos, qui prius & nunc instantur, aut vnum duos quosdam Christos introducit, a semet non solum naturaliter, sed etiam infestatiue distantes, aut certe seipsum expugnatem praedicat. Et quidem auctores nouitatis dixerunt: Propterea vnam voluntatem dicimus, vt ne ipsum sibi repugnatem dogmatizemus, aut duos volentes introducamus. Haeretici dixerunt: Sed non vnum quidem diuinum, aliud autem, deificatum secundum Cappadocem Gregorium. Vbi enim dualitas, per omnia & diuisio. Auctores nouitatis dixerunt: Vtpote minime posse habentes duas voluntates, in vna persona subsistere sibi, sed per omnia oppugnantes se, atque sibimet resistentes. Haeretici dixerunt: Nec enim, quia magnus Athanasius voluntates dixit Christum ostendere tempore passionis, iam & duas voluntates eidem applicemus, & has sibimet repugnantes: sed cognoscamus vtpote de vno, vnam esse voluntatem Emmanuelis. Auctores nouitatis dixerunt: Sed & in recusatione calicis non diuersam atque contrariam introducimus voluntatem. Propterea in omnibus, & in hoc sequentes sanctos patres, vnam voluntatem Domini confitemur. Haeretici dixerunt: Proprietas autem in operationibus, de qua Leo Romanus praesul dixit: Operatur enim vtraque natura cum alterius communione, quod proprium est: non vtique ab orthodoxis in Christo proprietas nominabitur, quia non est in operationibus Christi affixa proprietas. Propterea anathematizamus Chalcedonensem synodum, sed & Tomum Leonis, & eos qui dicunt aut dixerunt, in duabus naturis vnum Christum post vnitionem, & sequenter eorum operationes & proprietates. Auctores nouitatis dixerunt: Similiter autem & duarum operationum vocem multos scandalizare, vtpote a nullo de sanctis & probabilibus Ecclesiae mystagogis dictam. Si quis igitur a praesenti despector prohibitarum fuerit effectus, hunc si quidem episcopus, aut presbyter, vel diaconus fuerit, ab omni eum esse sacerdotali ministerio & officio suspensum decernimus. Si autem monachus aut laicus, de sancta communione separamus. Haeretici dixerunt: Propterea & vnam eius scimus operationem in diuersis miraculis & passionibus. vnus eiusdemque naturae procedentem. Auctores nouitatis dixerunt: vna operatione vnum eundemque CHRISTVM operari DEO decibilia & humana. Per hunc etenim pium intellectum Leo quoque Romanus praesul intellexit & docuit, dicens: Operatur enim vtraque natura cum alterius communione. Ergo in vtrifq; eadem & simili haeresi reperta, sed etiam contradic-

Collatio eorum quae ab hereticis vtrifque dicta sunt.

Mendaces
heretici.

ctione sanctorum patrum, necesse est & simili eos in crepatione percelli: immo magis maiore his atque asperiori: quoniam nec precedentium se hereticorum ictibus emendati sunt, sed & amplius malum ex maligna mente conceptum concinnare ausi sunt, in deceptione simplicium dicentes: In omnibus sanctos patres, eosdem & in hoc sequi, & hæc esse, sancti Chalcedonenſis Concilij dogmata, beati quoque Leonis, & omnium omnino sanctorum patrum & Synodorum: quod utique anteriores hæretici dicere nullatenus præſumpſerunt, sed potius confessi sunt per contradictionem illorum, quia Gregorij quidem Cappadocis est dicere, in Christo diuinam voluntatem & deificatam voluntatem, Athanasij autem duas voluntates, diuinam & humanam, confiteri, & beati Leonis siue Chalcedonenſis Concilij duas prædicare proprietates & operationes, sicuti & naturas. Aduocati autem nouitatis & hoc ipsum dicere negauerunt, per falsitatem superantes præcessores suos hæreticos, quatenus per laudabilem vocem improbam eorum hæresin acceptabilem faciant, dum nimis reprehensibilis extat, & coram omnibus ut instabilis denudata. Quomodo namque possibile est, sicut aiunt, & sanctos patres sequi, & hæreticorum apertissime confiteri dictiones? profecto dum nec vnam probabiliū patrum in eorum eclesiis ad fidei dicendam professionem suam vocem producere potuerunt: nisi tantummodo scelerosi Nestorij, vecordie similitudinem voluntatis concordantem, sibi produxerunt, dicentes: Quomodo est possibile duas voluntates eos confiteri, Nestorio nullatenus præsumente hoc prædicare in duabus personis ab eo simulatis? Quapropter similiter in omnibus & in hoc sequentes eum, duas quidem dicere non præsumperunt, vnam autem cum illo per similitudinem voluntatis confessi sunt voluntatem: & propterea simili cum eo merito reatitudine innotati sunt.

**MAXIMVS SANCTISSI-
mus Episcopus Aquileſis, dixit:**

Hier. 20.

Propheticus in eis impletur sine dubio sermo: Confusi sunt nimis, quia non intellexerunt ignominias suas, quæ in æternum non obliuiscuntur: maxime eò quod dicunt ex imperitia, quoniam per dictionem duarum operationum, per omnia duæ voluntates sequuntur, contrarie sibi habentes. Si enim in operationibus nullam esse dixerunt contrarietatem, quomodo à minimè contrarijs operationibus voluntates contrarias colligere machinantur? Et iterum, quomodo operationes dicunt sequi voluntates, naturis autem nullatenus eas sequi consentunt, & propterea operationes quidem voluntarias esse iam denunciant, per vtranque; autem

TOM. 2.

eiusdem naturam voluntarium Christum minime consentunt, sed sine voluntate secundum naturam eundem esse denunciant? Veruntamen quomodo dicunt voluntates sequi operationes, vtrumne contra naturam, & aut naturaliter? Si quidem contra naturam, peccatorem hominem, non enim incarnatum Deum Christum denunciant esse, ut potè contra naturam voluntatè suam secundum sensum eorum habentem. Si autem naturaliter, vnum eundemque Christum esse compositam asserunt naturam, pro eo, quod vnam in eum naturalem colligunt voluntatem, si utique naturaliter operationem voluntatem sequi fatentur: ac per hoc aut diuisionem aut confusionem proculdubio eos confiteri necesse est: & diuisionem quidem, quia contra naturam est: confusionem autem, quia naturaliter sequi operationem voluntatem prædicant. Si autem neque naturaliter, neque contra naturam sequi dicunt operationem voluntatem, sine substantia, sicuti & insensibilem, proprium diuulgant sermone. Quomodo autem naturalem differentiam voluntatum vnius eiusdemque; impersonalem retorquent contradictionem eorum, quæ sibi contraria volunt personæ, per hoc quod commentantur & dicunt, ut potè Deo verbo volente salutarem passionem explere, carne autem eius contradicente illius voluntati & resistente? ut ex hoc necesse sit duos contraria volentes introduci. Apertissime enim per hæc, quæ ab eis de machinantur, suis laqueis irretiti arguuntur. Per abnegationem enim personarum, quæ sibi contraria volunt, ignorauerunt ipsi consententes eadem sibi volentes personas. Nam si ex contrarietate voluntatem contraria sibi volentes duas personas introducunt, iam necesse est, eos & per consonantiam voluntatum duas eadem sibi volentes introducere personas, quoniam aut consonantem, aut contradicentem verbo utique carnem dabunt, nisi cum Arrio & Apollinare hanc sine anima omnino & immobilem esse denunciant. Sed quoniam ut potè vno existente Christo, qui vult & operatur, vnam eius operationem definit & voluntatem, ex hoc quod dicunt, quia volentis est voluntas, & operatio operantis, necesse iam habent & ut potè vno existente, qui vult & operatur, sancto spiritu, ipsius subsistentiam, quæ sine initio est atque vnius Deitatis, in tribus diuidere voluntatibus & operationibus, quod omnino nefandum est. Ignorauerunt enim, quoniam licet volentis est voluntas, & operantis operatio, sed non utique absolute volentis, sed naturaliter volentis, nec absolute operantis, sed naturaliter operantis. & hoc certum est, quia & ipsa appellatione ex natura operantis atque volentis, vtranque habere dinoscitur voluntatem & operationem. Sic namque hominis voluntatè & operatione, humanam dicimus angelicam

Phil. 11.

eam autem angeli, & diuinam dei. Propterea & vtranque, diuinam dico & humanam, quoniam ipse Deus & homo est, ipsi tribuunt catholicæ Ecclesiæ patres. Nec enim vlla ex hoc dissensio introducitur, sed vtriusque naturæ eiusdem perfectionem significat: neque dissensionis fomitem confessionem naturarum eius, aut naturalium voluntatum ipsius & operationum, sed tantum peccatum cognoscimus, de quo penitus naturaliter alienus & interemptor Dominus extans, & nostræ dissensionis liber fuit: quæ in duos diuidentes contrarij, & ex ipsa re arguuntur, quam in vna voluntate, quæ ab eis dogmatizatur, in scripto proferunt, dicentes ut potè in nullo tempore intellectualem animata eiusdem carne, ex proprio impetu contrarie vnito ei substantialiter deo verbo, naturalem eius motionem habente, sed quantum, & qualem, & quantum Deus verbum volebat. Hoc enim dicentes, & Nestorij diuisionem superauerunt: quoniam Nestorius non quibusdam secundum sensum eorum nutibus, sed potius per meritum & auctoritatem æqualemque; honorem assumpti à verbo secundum eum hominis tam motionem & vnitionem asserbat: cum utique & omnes sancti & confessores diuinum nutum & voluntatem in vniuerso tempore secuti sunt, per omnem suam naturalem ac spontaneam motionem, de quibus & dictum est, Omnes voluntates eius inter illos. Quomodo igitur hoc, quod & sanctis pertinet, ut non dicam omni creature, quia omnia mihi & iussione Dei naturale habent motionem temporali & cum mensura & specie, quæ ab ipso prudenter vnicuique necesse aptè definita, quasi ut magnum aliquod & super naturam applicare intellectualem animato Domini corpori crediderunt, & ex hoc vnum in duos diuidunt Christum, ut potè carnem eius dicentes nutu ipsius naturalem suam facere motionem, & non vnum eundemque Christum, quomodo deum naturaliter & hominem diuine pariterque humanè motu spontè, diuina & humana absque qualibet dissensio & diuisione naturaliter celebrant? Sic etenim, secundum sanctorum patrum doctrinam, idem atque vnus Dominus Deus noster Iesus Christus pro omnibus quidem mori ex voluntate habuit, eò quod ita diuina eius natura volebat: & iterum ex voluntate non habuit, propter passiones crucis, & quantum carni congruebat, mortem recusans. Si igitur non pro contrarietate voluntatum, sed propter virtutem mysticam confessionis in vno eodemque Christo velle & non velle venerabiles prædicant patres, ut potè eodem specialiter tam assumptionis seu dispensationis incõtaminatæ ostendente ratione, & quidem assumptionis in hoc, quod vult suæ carnis naturam approbare, id est, hominem seipsum naturaliter factum

TOM. 2.

fuisse, & propterea naturalem carnis pauperem spontè pro nostra salute suscipientem, quatenus ab eodem nos prouidentissimè liberaret, sicuti & ab omni passione, videlicet ut expertus per omnia ad similitudinem nostram sine peccato: dispensationis autem in hoc, quod vult secundum patris eius & inenarrabile propositum deificare nostram naturam, pro eo quod passus est carne pro nobis. Qualis ergo vel quæ iam ex vtraque ratione dissensio contra Saluatorem ab antiquis & modernis hæreticis commentata est, euacuare conantibus magnum eius circa nos dispensationis mysterium? Et propterea non solum duas eiusdem voluntates refutare contendunt, sed & naturales eas esse recusant: quia per dissensionem quidem numerum contradicunt, per necessitatem autem naturales eas dicere machinantur, ut potè omni naturali sub necessitate ab illis definito. Et si hoc ita est, quomodo non & omnes naturales Saluatoris nostri perimit proprietates, sed & ipsam naturalem, id est, substantialem naturarum eiusdem vnitionem & naturalem eiusdem benignitatem, sed & fructum eius naturæ voluntatis propositum similiter perimunt, ut potè omnibus naturalibus, secundum sensum eorum, sub necessitate ab eisdem patribus definitis. Sed & reprobat eos rationabiliter beatus Cyrillus cum illis, qui iam ab eodè sunt sapienter reprobat, satisfaciens eis pro tertio capitulorum suorum, qui propter naturalem vnitionem querulati sunt eum, & non velle ex hoc concinnant, hæc dicens: Quoniam autè ineptus nimis factus est sermo eius, omnino difficile non est volentibus perpensare. Dixit enim, quoniam per omnia & penitus quæ naturæ sunt, necessitati legis subiacent: & in huius approbatione deduxit asserens, quia contra voluntatem esuriam & sitim suscipimus, in hoc natura nos compellente, etsi quisquam noluerit. Sed erat viri prudentis & limatum habetis intellectum, super hæc cætera quod contemplari, quæ videlicet merito ampliori congruunt rationi. Aut non est verum, quia naturaliter rationalis est homo, ergo contra voluntatem & ex necessitate rationalis est? Quidnam, dic mihi, & omnium Deus non est naturaliter bonus, vita, lumē, sapientia, virtus? Ergo & ipse contra voluntatem necessitate est, quæ est. Sed ut arbitror ita intelligere velle, extremæ vecordie non est incognitum. & iterum ad Hermen scribens, ait: Est namque non sine voluntate, quæ est naturaliter concurrentem habens naturæ voluntatem, esse quæ est. Sed & beatus Augustinus in quinto libro contra Iulianum Pelagianum similiter ait: Nunquid Iuliane quando angelus aut homo aliquid vult, non natura eorum aliquid vult? Angelus & homo naturæ non sunt? Quis hoc dicitur est, quia non sunt? Si ergo naturæ sunt Angelus

8c

& homo, certum est, quia natura vult, quod angelus vult, & natura vult, quod homo vult. Et iterum alibi in eodem libro. Numquidnam Iulianæ ab homine voluntas hominis non procedit? Quomodo autem ab homine, procedit, si utique de natura eius non procedit, dum quod dicitur & ipse homo natura est? Ecce apertissime sanctorum patrum veneranda doctrina manifesta nobis, quoniam velle naturæ est in eis, qui substantialiter velle à Domino percepisse noscuntur: & propterea voluntates naturales sunt, & omni necessitate carètes. Et quoniam aliter quam ita sapere, stultum esse definiunt patres, dum maxime illi iam, antiqui & noui hæretici, minime naturalem esse dicentes voluntatem, quæ ab ipsis confiteretur, sed contra naturam eadem dogmatizant, peccatorem, ut dictum est, Dominum & Deum nostrum, ex hoc commentantes, & propterea sanctorum patrum doctrinas aut apertius denegantes, aut stultè interpretantes, sine dubio conuincuntur. Sic etenim & Paulus quidem Constantino-politanus antistes, in propria epistola sancti Gregorij vocem fraudulenter adulterare studuit, ponens quidem è celo descendere filium, quod utique theologicè, interpretatus doctor, hoc est, in diuina voluntate cõsubstantialis Trinitatis: callidè autem intellectum huius dictionis diripiens, & ubi dicit, Pater, si potest fieri, transeat calix: nõ ita interpretatum à Theologo, ille temerè contra doctrinam eius, alterius vocem connectere studuit, in peremptione humana saluatoris nostri voluntatis, id est, deificatæ secundum doctoris sententiam. Pyrrhus autem & ipse similiter deificatam voluntatem theologicè accipiens, cõditam esse voluntatem asseruit sanctæ & cõsubstantialis Trinitatis, utpotè secundum eos deificatam, ac per hoc iam & ipsam naturam, quod omninò impium est, & illorum imperitiæ argumentum, in paternis doctrinis spontè desipientes. Nam Theologus recusatione calicis nõ theologicè secundum illos interpretatus est, sed consonanter omnibus sanctis patribus & ipse in humana saluatoris voluntate huiusmodi piè dictionem suscepit. Non enim, pro alterius introductione, aut ignorantia causa iuxta commentum hæreticorum. Nec enim si possibile erat aut non ignorare eum conuenit, aut pro voluntate introducere voluntatem, quoniam illius velle nihil erat contrarium Deo, totum deificatum: sed in manifestatione verissimæ eius & perfectæ humanitatis hæc eadem asserbat. Nam & laborauit, & esuriuit, atque sitiuit, & conturbatus est, & lachrymauit lege carnis. Tempore namque passionis huiusmodi nomina fatentur, non enim inconuertibilem naturam & superiorem ab omni passione, sicut omnibus manifestum est. Ergo nec sibi, nec alijs patribus contradicens denominatus doctor, hic

TOM. 2.

quidem nobis, alibi autem Saluatori recusationem studuit applicare: sed in omnibus sibi sanctisque patribus cõsonans, contrarietatem quidem euacuauit, deificatam autem predicauit voluntatem, id est, humanam, sicut & diuinam & inconditam in incarnato Deo verbo, & perfectè pro nobis humanato, utpotè per similem similem expurgante, & per omnia sua, sicut ait, omnia sanante, quæ naturæ nostræ sunt naturalia, secundum veram & misericordem mysterij traditionem: quam auertentes authores nouitatis, ad hæreticas fabulas versi sunt, & à vera per eius expositionem errantes prædicationis doctrina.

Deus dedit sanctissimus episcopus infulæ Sardiniæ, dixit:

Ad perfectam redargutionem prædictorum hæreticorum, etiam nouitatis præsumptorum, oportet nos proculdubio sanctum Cyrillum denuò proferre in prædicto testimonio, id est, satisfactione, quæ pro quarto duodecim capitulorum eiusdem doctoris facta est, cum maxime interpretatorem & expositorem dicant eum exillere pij intellectus in Christo Deo prædicatis dogmatibus. Dicit enim in eadem satisfactione contra querulantes eum, & dissensiones ei, magis autem dispensationis mysterio introductes, pro eo quod omnes vni eidemque Deo verbo incarnato Euangelij voces tribuit hic apertius doctor. Sed & arbitratur aliquid prudentiæ & inexpugnabile dicere. Ait enim: Si DEI verbum est, quid clamat, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste? Primum quidem discordat à patre, sed & non rectè recusat calicè bibere, cum & minime ignoraret, ait, quoniam mundo salus existeret passio ipsius. Ergo non sunt huiusmodi voces, nisi verbi voces. Sed audiet & à nobis, qui talibus profanis ducitur intentionibus: Ergo quia tibi videtur Dei quidem verbi huiusmodi esse voces negare, tantum autem eas formæ serui aptare putas, ne iterum in duos filios non diuidis vnus? Et cui de sapientibus hoc non apparet? Dicturus est nanque fortassis quisquam tuas sequens, o ille, intentiones: Quoniam incredulum & ultra conpetentem rationem est, formam serui recusare passionem, & dissentientem videri à patre, atque à verbo in eodem habitante. Sciebat enim passionem suam ad salutem fore his, qui sub celo sunt, & vitæ præparationem his, qui morti subiugati sunt. Pro qua re oportebat eum, ait, videri & trepidatione superiorem, & diuinum nuntium sequi properantem. Ideoque non sentis desipiens inaniter, quæ est igitur tanta prauitas cogitationum? Ego dico sine qualibet pigritia, quoniam parua quidem, quantum ad DEI verbum pertinent, omnia humana existunt. Quæro autem exinanitionem cuius factam intel-

Verba Cyrilli contra Theodoretum.

Matth. 26.

intelligamus, & quis hoc passus est spontè? Si enim, ut ipsi dicunt, serui forma, id est, quod ex femine David factum est, quomodo aut qualiter exinanitus est, si assumpserit est à deo? Si autem hoc, quod in forma & æqualitate Dei existens, verbum seipsum exinanire dicitur, quomodo iterum aut qualiter exinanitus est, si recusat exinanitionem? Exinanitio autem dei verbi, quod utique nescit pati immutatione, est aut agere & dicere quicquam de humanis propter dispensationem cõventionem, quam habuit cum carne. Sed & si factus est homo, mysterij ratio nullo modo in natura ipsius nocebit eum. Manfit enim quod erat, & in humanitate exinanitus propter vitam & mundi salutem. Ergo non duabus personis, sed vni Christo & filio & Deo Euangelicæ & sanctorum Apostolorum proponamus voces, & neque diuinam eius minorantes naturam & gloriam propter humana, neque negantes dispensationem, sed ipsius verbi factam credentes, qui propter nos incarnatus est. Ecce igitur apertissime denominatus doctor hæreticam dissensionem voluntatum, quam cõtra Saluatorem nostrum colligere imperiti cõtendunt, prophanas intentiones eisdem appellans, & prauitatem malorum intellectuum. Vnde viriliter reprobans eos, & nullatenus penitus aut contra neitatem, aut contra humanitatem vnigeniti quamlibet dissensionem, utpotè hæreticam & condemnabilem suscipiens, cõfirmat prudenter mysterij exinanitionem, per quam ipse, qui in forma & similitudine Dei est verbum cõsistens, nullatenus recusauit operari & dicere humana propter conuenientiam, quam habuit cum carne: pro quo ipsi vni & soli Christo ac filio & Deo Euangelicæ sanctorumque apostolorum de eodem applicat voces, quoniam neque diuinam eius minuit naturam propter humana, neque propter diuinam eius dispensationem denegat. Ergo secundantissimus ait Cyrillus: Eusebius autem illi exinanitionem vnigeniti Dei, & misericordie eius propter nos renouit dispensationem, qui minime eidem Saluatori quomodo homini propter nos facto tribuunt voces, per quas dicit, Pater, si potest fieri, transeat à me calix iste, in approbatione perfectæ eius propter nos incarnationis, utpotè de nostris nihil penitus eodem recusante, omnia autem secundum veritatem naturaliter comprobante, ea videlicet, quæ in nostra essentia demonstratur absque tantummodo peccato: sed alio extra saluatorem huiusmodi mysticæ orationis eius applicantes voces, & in interemptione ipsius dissentientem eum asserunt, utpotè in eo hanc intelligere nolentes iuxta piam sanctorum patrum doctrinam. Factus namque est homo Dei verbum, sicut ait denominatus doctor, non vt

TOM. 2.

iterum, sicut DEVS ante incarnationem agebat omnia, operetur & loquatur, sed multoties propter officium dispensationis cum carne loquatur quoque aliqua sicut homo. Hanc igitur habentes mysterij virtutem, quomodo non est inconueniens scandalizari, audientes fortassis humanè loquere eos? Loquitur enim vt homo, loquitur autem & vt Deus: in vtrisque autem habens potestatem: non enim secundum hæreticos dissensionem. Et dicebat quidem humanè: Nunc anima mea turbatur. diuinè autem, Potestatem habeo ponere eam, & iterum potestatem habeo resumere eam. Potestatem habere ponere, & iterum resumere animam, DEI verbi erat virtutis. Sicut igitur quando dicit aliquid diuinum, cum homo factus est, non scandalizamus, sed consideramus vnium carni verbum: sic & quando loquitur aliquid vt homo, non scandalizemur, considerantes quia propter nos factus est homo, & congrua humanitati loquitur, quam propter nos suscepit cum omnibus eidem appartenentibus naturaliter. Proprium est autem humanitatis plangere, conturbari, anxiami & recusare mortem, atque similia his pati. Quia igitur quam maxime quod assolet non per omnia voluntatis eius fuit, veruntamen propter salutem omnium & vitam, spontaneam fecit crucis passionem. Si enim non fecisset spontaneam, dum & nimis contra voluntatem erat pati, qualis iam intelligeretur occasio vt oraret & diceret, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste? Intende enim, quomodo contra voluntatem est Saluatoris passio, quoniam per omnia & omninò oportebat eum pati propter bona, quæ ex passione accedere noscuntur? Et ideo spontaneam hoc ipsum fecit propter nostram salutem. Nec enim increparet traditorem, utpotè super omne malum excedentem, asserens quia melius illi erat prius non nasci. Sed neque dignum esse omninò supplicij arbitraretur aliquando suæ voluntatis ministrum, videlicet si eidem pati spontaneam esset. Quoniam autem vt culpantem vlscitur, quomodo non est apertissimum, quia ultra voluntatem sustinet passionem? Sed quia semel factum est ex malitia Iudeorum, & ex calliditate diaboli exortum, propria virtute viam salutis & vitæ manifestauit hominibus. Et hæc quidem memoratus doctor. Veteres autem & noui hæretici, eiusdem doctoris prudentissimos sermones transgredientes, si quidem aliquid diuinè audierint loquentem Saluatorem aut facientem, quasi non scandalizantur. Si autem naturaliter quicquam humanum audierint, sine dubio scandalizantur, minime considerantes quia factus est homo, & quæ humanitati congruunt, locutus est & perficiebat, quam videlicet propter nos suscepit cum omnibus in hærentibus ei naturali-

BBB ter.

Matth. 26.

Iohan. 12.

Iohan. 10.

Matth. 26.

Matth. 26.

ter. Sed arbitrantur isti sapientiores se ostēdere sanctorum patrum, & dicunt ex proprio errore, quia propter hoc factum est homo Dei verbum, ut iterum quomodo tantum Deus ante incarnationem omnia agat, & loquatur diuinē, & nihil omnino humanum propter vtilitatem dispensationis carnis, tantumque in eorum phantasmate huius dispensationis positum esse mysterium, ut potē nihil verbo secundum nos loquente aut operante penitus: sed & si quid locutum est, aiunt, nos tantum simpliciter designat, non autem seipsum essentialiter factū hominem demonstrat, cum permanet perenniter ac naturaliter deus. Ergo si propter hoc, quod dicunt sancti patres in vtrisque habere Dominum & Deum nostrum potestatem, ut diuinē pariterque humanē operetur & loquatur, in approbatione vtriusque naturæ ex quibus consistit, & quia spontanea & contra voluntatem erat ei passio, dissensiones aduersus eum colligere properat in peremptione naturalium eius voluntatum & operationum, certum quia non solum incarnationis eius denegant mysterium, sed & diuinitatis eius excludunt rationem, iniustum eum per indiscretam increpationem cognoscentes, si utique, quomodo & pater perhibuit, suarum voluntatum ministrum damnauit. Nec enim intellexerunt, in tenebris suæ nouitatis deambulantes, incarnati Dei mysteria: & propterea concepti in eorum dissensionibus corrupti sunt, & in necessitatibus suis absorpti sunt. Has enim dissensiones & necessitates in abnegatione quidem dispensationis, euacuationē autem paternæ doctrinæ insipienter cōstruentes, diligentius ab eisdē patribus per nos successores eorum destructi sunt, ut in eis impleatur, quod à beato Esaia prudēter dictum est: Stultus stulta loquetur, & cor eius vana intelligit, ut perficiat iniqua, & loquatur ad Dominum errorem. Sed quid faciet, ait post hæc, quandō omnes illos Dominus Deus in iudicium adduxerit, ut discernat inter eos, de quibus impiē gesserūt in eum?

MARTINVS SANCTISSI-
mus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei
Ecclesiæ Catholicæ atque Apo-
stolicæ vr̄bis Romæ,
dixit:

Hier. 5.

Quoniam prædictis viris, id est, auctoribus nouitatis cōceptum est cor inaudiens & inobediens, iuxta quod scriptum est, Declinauerunt & abiērun, & non dixerunt in cordibus suis, Timeamus Dominum DEVM nostrum: annunciare autem salutare eius, id est, verbum incarnationis iubemur fiducialiter, & ideo necesse est nobis hoc facere per tubas spirituales, id est, sanctos venerabiles patres. Au-

TOM. 2.

diamus ergo iterum eūdem beatum Cyrillum, hæc prudentissimē prædicantem, ut nihil omnino negetur de naturæ nostræ unitis in eo substantialibus proprietatibus, sed per omnia tentatum spontē propter nostrā salutem, absque tantummodo peccato Dominum & Deum nostrum Iesum Christum. Dicit enim, ut audiuius per lectionē, ita: Quoniam sicut minimē mors destrueretur si non fuisset mortuus, ita in vnaqua; passione carnis intellige. Si enim non formidaret, non utique libera natura à formidine facta fuisset. Si non esset contristatus, non liberaretur à tristitia, nec vnquam de his ali-quādo natura nostra secura fieri potuisset. Et in omnibus, quæ secundum humanam naturam facta sunt, eandem rationem conseruans, inuenies carnis passiones in Christo motas fuisse, non ut obtineant sicuti & in nobis, sed ut motæ destruerentur per virtutem inhabitantis carni verbi, in melius transmutata natura. Hanc igitur habente humanitate eius misericordem secundum venerabilium patrum doctrinā materiem, ut per hoc, quod passiones permisit, quæ sine vlla macula existunt, in se spontē moueri, has robustius destrueret, & nostram de his liberaret naturam, ut potē quæ non aliter posset liberari, nisi de his per passionem carnis spontē pro nobis experiretur, certum est, iuxta quod sapius diximus, quoniam dispensationis denegat verbum, dissensionis illorum argumentatio, cum minimē cōfidentur secundum sanctos patres, quia sicut per mortem mortem destruxit, ita & tristitia nostram tristitiam, & perturbatione atque timore timorem, & compendiosē passionibus voluntarijs omnes passiones nostræ naturæ. Sic etenim non solum hominem propter homines ostendebat se veraciter factum, per approbationem passionum nostræ naturæ, vnitam sibi substantialiter naturam demonstrans: sed & tentatori escam ipsas passiones propriæ carnis in deceptione illius spontē proferebat, secundum Theologum Gregorium, qui dixit: Nostras enim tentationes ad prouocationem tentantis pertulit, ut stultum tentatorem ostēderet. Oportebat enim per omnia illum decipi qui decepit, & comprimi per carnem, qui sub spe Deitatis subneruare Adam in transgressionem demolitus est, ut condemnatio carnis per carnem solueretur mortificata morte. Quomodo enim per hominem mors introducta est, oportebat compassibiliter per incarnatum DEVM, proprium figmentum per viscera misericordie non despicientem, vitam nostræ naturæ donari, quæ videlicet nulla morte destruitur, ut potē nostram inobediētiam per suam obedientiam in se perimentem, quam humanē pro nobis ipse, qui incarnatus est, proprio ac naturali genitor, id est, DEO

&

Philip. 2.

Matth. 26.

Hebr. 5.

Coloss. 1.

Apoc. 1.

Psal. 87.

& patri offerens, & obediens ei factus vsque ad mortem, mortem autem crucis, fructum suæ gloriose obedientie expetebat, ab ipso fieri nostræ naturæ, per semetipsum mediante eo & operante nostram libertatem, id est, calicis transitum. Et propterea dicebat cum reuerentia salutaris: Pater, si potest fieri, transcat à me calix iste. & exauditus pro sua reuerentia, dum & filius esset, sicut beatus Paulus Apostolus ait, mortis transitum fecit, destrucens eam per se & in se per veram eius secundum carnem ac venerandam resurrectionem, primogenitus factus ex mortuis, qui in mortuis liber consistit, ut noster liberator secundum veritatem ostendatur, qui in peccato mortificati sumus. Hæc enim erat voluntas Dei & patris, & ipse vnigeniti filij, & sancti spiritus, id est, vnus sine initio & naturaliter Deitatis, quatenus per ipsum filium, qui nobis locutus est corporaliter, & propter nos, paternam vel diuinā eius voluntatem humanē per obedientiam perficiētem, calix à nobis, id est, pena mortis saluatur, destructa mortificatione à vita: pro qua re & omnia assumens & vnus sibi substantialiter, quæ sunt nostræ naturæ, sanauit, id est, carnem, animam, intellectum, operationem, voluntatem, per quas spontē Adam præceptum transgressus est: qui totus deliquit, & totus morte damnatus est, & propterea nihilominus indigentem sanari ab ipso, qui nostram quidem creauit naturam, postmodum autem renouare dignatus est. Si enim dimidius culpasset Adam, iuxta quod Theologus Gregorius ait, dimidius & assumptus est & saluatus. Si autem totus vnitus est, utique totus vnitus est incarnato DEO, atque totus saluatus est. Igitur minimē nobis inuideant pro salute perfecta aduocati dissensionis, neque ossa tantummodo & neruos, effigiem quoque hominis Saluatori adscribant. Nam si absque anima est humanitas eius, hoc & Arriani dicunt, ut in Deitatem passionem reducant, & quomodo ipsa mouente corpus, eadem utique & passiones sustinente. Si autem animatus est, si quidem sine intellectu, quomodo est homo? quia homo non est animal sine intellectu: atque necesse erit secundum figmentum quidem hominem cum esse, animam autem equi cuiusdam, aut bouis, siue alterius bruti animalis eum habere. & utique hoc erit quod Saluator: ac per hoc deceptus sum ego à veritate, cum alius honoratur, & alius glorificatur. Si autem intellectualis & non sine intellectu est homo, intellectualis autem naturaliter per omnia & voluntarius est, fileant veraciter desipientes & credant, quoniam hoc, quod vnitum est Deo, hoc & saluatum est. Saluata est igitur assumpta ab incarnato DEO verbo cum nostra natura nostræ quoque naturæ humana voluntas & operatio. Pro-

TOM. 2.

pterea & voluntarius atque operarius naturaliter idem extitit in vtraque, ex quibus & in quibus naturis consistit, nostræ salutis. Ideoque Saluatoris orationem minimē in personalem diuisionem partiri præsumant, ut potē DEO verbo, sicut aiunt, salutarem volente passionem explere, carne autem eius contradicente ipsius voluntati, & dissentiente ab eo, Quoniam hæc hæreticæ vercordie sunt genuina, nostræ naturæ perfectionem in Christo DEO minimē admittentis. Ipse enim & vnus Dominus diuisis, inseparabiliter sine partitione volebat & nolebat, propter rationabiles nobis à sanctis patribus traditas prædicationes, cum quibus & hoc iterum piē nos docere noscuntur. Nam humiles & misericordes atque amatores Dei & quam maximē benignos, dum hunc secundum possibilitatem imitari contendimus, per suam orationem nos ipsos perficiebat Dominus. & humiles quidem atque misericordes, per hoc, quod & tentationes orationibus euitamus, parentes utique persecutoribus, & nostram infirmitatem considerantes, iuxta ipsius Domini præceptum, qui ait: Orate, ne intretis in tentationem. & iterum: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Amatores autem DEI ex hoc, quod obedire ei & promptē subijci desideramus, nullatenus autem resistere voluntatibus eius, in nobis misericorditer progatis, dum ei fuerit placitum pati nos ad veram confessionem perietatis, quæ in ipso est. Horum nanque factus est nobis exemplum ipse, qui est naturaliter author vitæ Dominus Deus noster Iesus Christus, per hoc quod spontē passus est carne pro nobis: in quem peccantes illi, per propria dogmata redarguuntur, quoniam voluntas malorum, sicut beatus Esaia ait, Iniqua consiliabitur, corrumpere sanos sermones fidei verbis iniquis. Pij autem sapienter consiliati sunt, & hoc cōsiliū manet in æternum.

Sancta Synodus dixit:

Licet authores nouitatis, ut iam nobis ex omnibus approbatum est, ut potē non solum sermonibus eorum ab inuicem confusis, sed & hæreticorum doctrinis per omnia consonantibus eis, necnon paternis ac Synodalibus prædicationibus catholice Ecclesiæ ab eis extraneatis, non intellexerunt omnino, sicut per propheticum vaticinium dictum est, quoniam obscurati sunt, ne viderent oculis suis, & intelligant cordibus suis venerabilium patrum nostrorum sana decreta & definitiones, quas posuerunt in cōseruatione orthodoxæ fidei. Sed & nos corde credentes in iustitiam, ore autem confidentes in salutem, consonanter & absque vlla nouitate, sicut ab eis percepimus, ita intransgressibiliter credimus vnū eundemque

Esa. 6.

Rom. 10.

BBBB 2 filium

filium Dominum nostrum & Deum Iesum Christum, perfectum eundem in Deitate, & eundem perfectum in humanitate, Deum verè, & hominem verè eundem, ex anima rationali & corpore, consubstantiali patri secundum Deitatem, & consubstantiali nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato: ante secula quidem de patre genitum secundum Deitatem, in nouissimis diebus autem eundem propter nostram salutem ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem, vnum eundemque Christum filium Dominum vnigenitum, in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indiuisè, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter vnitionem, magisque falsa indimutè proprietate vtriusque naturæ, & in vnam personam atque subsistentiam concurrente, nõ in duas personas partitum atque diuisum, sed vnum & eundem filium vnigenitum, Deum verbum, Dominum Iesum Christum, & duas eiusdem sicuti naturas vnitas inconfusè, indiuisè, ita & duas naturales voluntates diuinam & humanam, & duas naturales operationes diuinam & humanam, in approbatione perfectæ & indimuta, eundem veraciter esse perfectum Deum & hominem perfectum secundum veritatem, eundem atque vnum Dominum nostrum & Deum Iesum Christum, vtpotè volentem & operantem diuinè & humanè nostram salutem, sicut superius propheta de eo, & ipse Dominus noster Iesus Christus docuit nos, atque sanctorum patrum tradidit symbolum, & generaliter omnes sanctæ & vniuersales synodi, & omnis probabilium catholicæ Ecclesiæ doctorum chorus. His itaque nobis piè atque orthodoxè, iuxta diuinitus inspiratam doctrinam eorum, professis, consonanter dicimus omnes.

1 Si quis secundum sanctos patres non confitetur propriè & veraciter patrem & filium & spiritum sanctum Trinitatè in vnitate, & vnitatem in Trinitate, hoc est, vnum Deum in tribus subsistentis consubstantialibus & æqualis gloriæ, vnam eandemque trium Deitatem, naturam, substantiam, virtutem, potentiam, regnum, imperium, voluntatem, operationem, inconditam, sine initio, incomprehensibilem, immutabilem, creatricem omnium & protectricem, condemnatus sit.

2 Si quis secundum sanctos patres non confitetur propriè & secundum veritatem ipsum vnum sanctæ & consubstantialis & venerandæ Trinitatis Deum verbum de cælo descendisse, & incarnatum, ex spiritu sancto & Maria semper virgine, & hominem factum, crucifixum carne, propter nos spondè passum sepultumque, & resurrexisset tertia die, & ascendisse in cælos, atque seden-

TOM. 2.

tem in dextera patris, & venturum iterum cum gloria paterna cum assumpta ab eo atque animata intellectualiter carne eius, iudicare viuos & mortuos, condemnatus sit.

3 Si quis secundum sanctos patres non confitetur propriè & secundum veritatem Dei genitricem sanctam semperque virginem & immaculatam Mariam, vtpotè ipsam Deum verbum specialitèr & veraciter, qui à Deo patre ante omnia secula natus est, in vltimis seculorum: absque semine conceptisse ex spiritu sancto, & incorruptibiliter eam genuisse, indissolubili permanente & post partum eiusdem virginitate, condemnatus sit.

4 Si quis secundum sanctos patres non confitetur propriè & secundum veritatem ipsius & vnus Domini nostri & Dei IESV Christi duas natiuitates, tam ante secula ex DEO & patre incorporaliter & sempiternaliter; quamque de sancta virgine semper Dei genitrice Maria corporaliter in vltimis seculorum, atque vnum eundemque Dominum nostrum & Deum Iesum Christum consubstantiali Deo & patri secundum Deitatem, & consubstantiali homini & matri secundum humanitatem, atque eundem passibilem carne & impassibilem Deitate, circumscriptum corpore, in circumscriptum Deitate, eundem inconditum & conditum, terrenum & cælestem, visibilem & intelligibilem, capabilem & incapabilem, vt toto homine eodemque & DEO totus homo reformaretur, qui sub peccato cecidit, condemnatus sit.

5 Si quis secundum sanctos patres non confitetur propriè & secundum veritatem vnam naturam Dei verbi incarnatam, per hoc quod incarnata dicitur nostra substantia perfectè in Christo Deo & indimutè, absque tantummodo peccato, significata, condemnatus sit.

6 Si quis secundum sanctos patres non confitetur propriè & secundum veritatem ex duabus & in duabus naturis substantialiter vnitis, inconfusè & indiuisè vnum eundemque esse Dominum & Deum IESVM Christum, condemnatus sit.

7 Si quis secundum sanctos patres non confitetur propriè & secundum veritatem substantialem differentiam naturarum inconfusè & indiuisè in eo saluatam, condemnatus sit.

8 Si quis secundum sanctos patres non confitetur, propriè & secundum veritatem naturarum substantialem vnitionem indiuisè & inconfusè in eo cognitam, condemnatus sit.

9 Si quis secundum sanctos patres non confitetur propriè & secundum veritatem naturales proprietates Deitatis eius & humanitatis in dimutè in eo & sine deminoratione saluatas, condemnatus sit.

10 Si

10 Si quis secundum sanctos patres non confitetur propriè & secundum veritatem duas vnus eiusdemque Christi Dei nostri voluntates coherentes vnitas, diuinam & humanam ex hoc, quod per vtranque eius naturam voluntarius naturaliter idem consistit nostræ salutis, condemnatus sit.

11 Si quis secundum sanctos patres non confitetur propriè & secundum veritatem duas vnus eiusdemque Christi Dei nostri operationes coherentes vnitas, diuinam & humanam, ab eo quod per vtranque eius naturam operator naturaliter idem existit nostræ salutis, condemnatus sit.

12 Si quis secundum scelerosos hæreticos vnam Christi DEI nostri voluntatem confitetur & vnam operationem, in peremptionem sanctorum patrum confessionis, & abnegationem eiusdem Saluatoris nostri dispensationis, condemnatus sit.

13 Si quis secundum scelerosos hæreticos in Christo Deo in vnitate substantialiter saluatis, & à sanctis patribus nostris piè prædicatis duabus voluntatibus & duabus operationibus, diuinam & humanam, contra doctrinam patrum, & vnam voluntatem atque vnam operationem confitetur, condemnatus sit.

14 Si quis secundum scelerosos hæreticos cum vna voluntate & vna operatione, quæ ab hæreticis impiè confitetur, & duas voluntates pariterque & operationes, hoc est, diuinam & humanam, quæ in ipso Christo Deo in vnitate saluantur, & à sanctis patribus orthodoxè in ipso prædicantur, denegat & respuit, condemnatus sit.

15 Si quis secundum scelerosos hæreticos Dei vniem operationem, quod Græci dicunt *θεωδωρικὴν*, vnam operationem insipienter suscipit, non autem duplicem esse confitetur secundum sanctos patres, hoc est, diuinam & humanam, aut ipsam Dei vniem, quæ posita est, nouam vocabuli dictionem vnus esse designatiam, sed non vtriusque mirificæ & gloriosæ vnitionis demonstratiam, condemnatus sit.

16 Si quis secundum scelerosos hæreticos in peremptione saluatis in CHRISTO Deo essentialiter in vnitione, & sanctis patribus piè prædicatis duabus voluntatibus & duabus operationibus, hoc est, diuina & humana, dissensiones & diuisiones insipienter mysterio dispensationis eius innectit, & propterea Euagelicas & apostolicas de eodem Saluatore voces non vni eidemque personæ & essentialiter tribuit eidem ipsi Domino & Deo nostro Iesu Christo secundum beatum Cyrillum, vt ostendatur Deus esse & homo idem naturaliter, condemnatus sit.

17 Si quis secundum sanctos patres nõ confitetur propriè & secundum veritatem omnia, quæ tradita sunt & prædicata sanctæ

TOM. 2.

catholicæ & Apostolicæ Dei Ecclesiæ, perindeque à sanctis patribus & venerandis vniuersalibus quinque Concilijs vsque ad vnum apicem verbo & mente, condemnatus sit.

18 Si quis secundum sanctos patres consonanter nobis pariterque fide non respuit & anathematizat anima & ore omnes, quos respuit & anathematizat nefandissimos hæreticos cum omnibus impijs eorum conscriptis vsque ad vnum apicem sancta DEI Ecclesia catholica & apostolica, hoc est, sanctæ & vniuersales quinque Synodi, & consonanter omnes probabiles Ecclesiæ patres, id est, Sabellium, Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Eutychem, Dioscorum, Timotheum Aelurum, Seuerum, Theodosium, Colluthum, Themistium, Paulum Samosatenum, Dioscorum, Theodorum, Nestorium, Theodulum Persam, Origenem, Didymum, Euagrium, & compendiosè omnes reliquos hæreticos, qui à catholica ecclesia reprobati atque abiecti sunt, quorum dogmata diabolicæ operationis sunt genimina, & eos qui similia cum his vsque ad finem obstinatè sapuerunt aut sapiunt, vel sapere sperantur cum quibus meritò, vtpotè similes eis pariter errore præditos, ex quibus dogmatizare nascuntur, proprioque errori vitam suam determinantes, hoc est, Theodorum quoddam episcopum Pharanitanum, Cyrum Alexandrinum, Sergium Constantinopolitanum, vel eius successores Pyrrhum & Paulum, in sua perfidia permanentes, & omnia impia illorum conscripta, & eos qui similia cum illis vsque ad finem obstinatè sapuerunt, aut sapiunt, vel sapere sperantur, hoc est, vnam voluntatem & vnam operationem Deitatis & humanitatis Christi, & super hæc impiissimam eccliesin, quæ persuasione eiusdem Sergij facta est ab Heraclio quondam Imperatore aduersus orthodoxam fidem, vnâ Christi Dei voluntatem, & vnam ex concinnatione definitam operationem venerari, sed & omnia, quæ pro ea impiè ab eis scripta vel acta sunt, & illos qui eam suscipiunt, vel aliquid de his, quæ pro ea scripta vel acta sunt, & cum illis denuò scelerosum Typum, qui ex suasionem prædicti Pauli nupèr factus est à serenissimo principe Constantino Imperatore contra Catholicam Ecclesiam, vtpotè duas naturales voluntates & operationes, diuinam & humanam, quæ à sanctis patribus in ipso Christo DEO vero & Saluatore nostro piè prædicantur, cum vna voluntate & operatione, quæ ab hæreticis impiè in eo veneratur, pariter denegare & taciturnitate constringi promulgantem, & propterea cum sanctis patribus & scelerosos hæreticos ab omni repræhensione & condemnatione iniuste liberari definitem, in amputationem catholicæ Ecclesiæ definit-

BBBB 3 tio-

tionū seu regulæ. Si quis igitur, iuxta quod dictum est, consonanter nobis omnia hæc impijissima hæreseos illorum dogmata, & ea quæ pro illis aut in definitione eorum à quolibet impiè conscripta sunt, & denominatos hæreticos, Theodorum dicimus, Cyrum & Sergium, Pyrrhum & Paulum non respuit & anathematizat, ut potè catholicæ Ecclesiæ rebelles existentes, aut si quis aliquem de his, qui ab illis vel similibus eorū in scripto vel sine scripto quocunque modo vel loco aut tempore temerè depositi sunt aut condemnati, ut potè familia eis minimè credètem, sed sanctorum patrum nobiscum confidentem doctrinam, uti condemnatum habet aut omninò depositum, sed non arbitratur huiusmodi quicumque fuerit, hoc est, siue episcopus, aut presbyter, vel diaconus, siue alterius cuiuscunque Ecclesiastici ordinis, aut monachus, vel laicus piū & orthodoxum, & catholicæ Ecclesiæ propugnatorem, atque in ipso firmiùs consolidatum, in quo vocatus est à Domino ordine, illos autem impios atq; detestabilia eorum pro hoc iudicia, vel sententias vacuas & inualidas atque infirmas, magis autè prophanas & execrabiles vel reprobabiles arbitrat, huiusmodi condemnatus sit.

19 Si quis ea, quæ scelerosi hæretici capiunt, indubitanter professus atque intelligens, per inanem proteritiam dicit hæc pietatis esse dogmata, quæ tradiderunt ab initio speculatores & ministri verbi, hoc est dicere, sanctæ & vniuersales quinque synodi, calumnians utique ipsos sanctos patres, & memoratas sanctas quinque synodos in deceptione simplicium, vel susceptione suæ prophanæ perfidiæ, huiusmodi condemnatus sit.

20 Si quis secundum scelerosos hæreticos quocunque modo, aut verbo, aut tempore, aut loco terminos remouens illicitè, quos posuerunt firmiùs sancti Catholicæ Ecclesiæ patres, id est, sanctæ & vniuersales quinque synodi, nouitates temerè exquirere, & fidei alterius expositiones, aut typos, vel leges, aut definitiones, aut libellos, aut epistolas, aut conscripta, aut subscriptiones, aut testimonia falsa, aut synodos, aut gesta monumetorum, aut ordinationes vacuas & Ecclesiasticæ regulæ incognitas, aut loci seruaturas incognitas & irrationabiles, & compendiosè, si quid aliud impijissimis hæreticis consuetum est agere, per diabolicam operationem tortuosè & callidè agit cōtra pias orthodoxorum catholicæ Ecclesiæ, hoc est dicere, paternas eius & Synodales prædicationes, ad uersionè sincerissimè in Dominum Deum nostrum cōfessionis, & vsq; in finem sine pœnitentia permanet hæc impiè agens, huiusmodi in secula seculorum condemnatus sit, & dicat omnis populus, Fiat fiat.

Psalm. 40.
71. 38.
Iudith. 10.
13. 15.

TOM. 2.

His itaq; à nobis piè promulgatis, & cum omni subtilitate, secundum Dominicam præceptionem, zizania quidè & omnes facientes scandala, cum paleato & hæretico intellectu eorum, igni canonicè sententiæ ex apostolica autoritate projicietes, triticum autè orthodoxæ & Apostolicæ fidei nostræ Christianorum in horreum, id est, catholicæ Ecclesiæ per ventilabrum paternæ doctrinæ firmiùs congregantes, victrices ei cum propheta Sophonia canimus hymnos: Gaude nimis, o filia Sion, prædica filia Hierusalem, lætare & exulta ex toto corde tuo filia Hierusalem. Abstulit Dominus à te iniquitates aduersariorum tuorum, liberauit te de manu inimicorum, Dominus in medio tui, nō videbis mala ultra, omni explosa nouitate hæretica, & omni cōfirmata in te orthodoxa fide in possessione vitæ æternæ. Per ipsum Christum Dominum Saluatorem animarū nostrarum, cui gloria, honor, veneratio, imperium cum patre & sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. Et subscriptio:

Martinus, gratia DEI episcopus sanctæ catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ urbis Romæ, huic definitioni cōfirmationis orthodoxæ fidei, & damnationi Sergij Constantinopolitani quondam episcopi, Cyri Alexandriæ antistitis, Theodori item episcopi, Pyrrhi atque Pauli item Constantinopolitani episcopi, cum hæreticis eorum scriptis, statuens subscripti.

Maximus, episcopus sanctæ Aquileiensis ecclesiæ, huic definitioni cōfirmationis orthodoxæ fidei, & damnationi Sergij Constantinopolitani quondam episcopi, Cyri Alexandriæ antistitis, Theodori item episcopi, Pyrrhi atq; Pauli item Constantinopolitani episcopi, cum hæreticis eorum scriptis, statuens subscripti.

Deus dedit episcopus sanctæ Caralitane ecclesiæ, huic definitioni cōfirmationis orthodoxæ fidei, & damnationi Sergij Constantinopolitani quondam episcopi, Cyri Alexandriæ antistitis, Theodori itè episcopi, Pyrrhi atq; Pauli item Constantinopolitani episcopi, cum hæreticis eorū scriptis, statuens subscripti.

Maurus Cæsenatis ecclesiæ episcopus, & Deus dedit presbyter, locum agentes Mauri sanctissimi episcopi Rauennatis ecclesiæ, huic definitioni cōfirmationis orthodoxæ fidei, & damnationi Sergij Constantinopolitani quondam episcopi, Cyri Alexandriæ antistitis, Theodori item episcopi, Pyrrhi atque Pauli item Constantinopolitani episcopi, cum hæreticis eorū scriptis, statuens subscriptimus.

Sergius episcopus sanctæ Tempfanensis ecclesiæ, vt supra.

Reparatus episcopus sanctæ Mantuariensis ecclesiæ, vt supra.

Epi-

Epiphanius episcopus sanctæ Albanensis ecclesiæ, vt supra.

Benedictus episcopus sanctæ Aiacentis ecclesiæ, vt supra.

Julianus episcopus sanctæ Hortanensis ecclesiæ, vt supra.

Papinius episcopus sanctæ Vibonensis ecclesiæ, vt supra.

Maximus episcopus sanctæ Pifaurenensis ecclesiæ, vt supra.

Lucianus episcopus sanctæ Leontinensis ecclesiæ, vt supra.

Viator episcopus sanctæ Hortonensis ecclesiæ, vt supra.

Bonitus episcopus sanctæ Formianæ ecclesiæ, vt supra.

Maiorianus Episcopus sanctæ Prænestinæ ecclesiæ, vt supra.

Germanus episcopus sanctæ Numanensis ecclesiæ, vt supra.

Laurentius episcopus sanctæ Perusinae ecclesiæ, vt supra.

Carosus episcopus sanctæ Faralitanæ ecclesiæ, vt supra.

Martianus episcopus sanctæ Mebienensis ecclesiæ, vt supra.

Barbatus episcopus sanctæ Sutrinæ ecclesiæ, vt supra.

Calumniosus episcopus sanctæ Alestinæ ecclesiæ, vt supra.

Peregrinus episcopus sanctæ Messanenensis ecclesiæ, vt supra.

Romanus episcopus sanctæ Cerellitanæ ecclesiæ, vt supra.

Crescentius episcopus sanctæ Lucrentis ecclesiæ, vt supra.

Felix episcopus sanctæ Agrigentinae ecclesiæ, vt supra.

Marcellinus episcopus sanctæ Clusinatensis ecclesiæ, vt supra.

Geminianus episcopus sanctæ Volaterranæ ecclesiæ, vt supra.

Marianus episcopus sanctæ Populoniensis ecclesiæ, vt supra.

Luminosus episcopus sanctæ Tifernitiberinorum ecclesiæ, vt supra.

Potentinus episcopus sanctæ Belliterrenensis ecclesiæ, vt supra.

Maurus episcopus sanctæ Tuscanensis ecclesiæ, vt supra.

Martinus episcopus sanctæ Gabinatis ecclesiæ, vt supra.

Adeodatus episcopus sanctæ Spoletinae ecclesiæ, vt supra.

Iohannes episcopus sanctæ Pæstanensis ecclesiæ, vt supra.

Gaudiofus episcopus sanctæ Reatinae ecclesiæ, vt supra.

Laurentius episcopus sanctæ Taurianensis ecclesiæ, vt supra.

Iohannes episcopus sanctæ Trapeianæ ecclesiæ, vt supra.

Luminosus episcopus sanctæ Salernitanæ ecclesiæ, vt supra.

TOM. 2.

ne ecclesiæ, vt supra.

Sabbatius episcopus sanctæ Buxentis ecclesiæ, vt supra.

Iohannes episcopus sanctæ Tarantinae ecclesiæ, vt supra.

Rufinus episcopus sanctæ Sipontinae ecclesiæ, vt supra.

Adeodatus episcopus sanctæ Amerinæ ecclesiæ, vt supra.

Gaudiofus episcopus sanctæ Capuanæ ecclesiæ, vt supra.

Bonitus episcopus sanctæ Ferentinatis ecclesiæ, vt supra.

Maurus episcopus sanctæ Senogallienensis ecclesiæ, vt supra.

Maurofus episcopus sanctæ Anconitanæ ecclesiæ, vt supra.

Bonus episcopus sanctæ Ficuclensis ecclesiæ, vt supra.

Fortunatus episcopus sanctæ Auximatis ecclesiæ, vt supra.

Thomas episcopus sanctæ Lunensis ecclesiæ, vt supra.

Bonitus episcopus sanctæ Ferentispolitanae ecclesiæ, vt supra.

Maximus episcopus sanctæ Trocaltanæ ecclesiæ, vt supra.

Paschalis episcopus sanctæ Blandanæ ecclesiæ, vt supra.

Luminosus episcopus sanctæ Marsensis ecclesiæ, vt supra.

Gloriosus episcopus sanctæ Camerinæ ecclesiæ, vt supra.

Decoratus episcopus sanctæ Tiburtinae ecclesiæ, vt supra.

Amabilis episcopus sanctæ Hortensis ecclesiæ, vt supra.

Albinus episcopus sanctæ Portuensis ecclesiæ, vt supra.

Palumbus episcopus sanctæ Fundanæ ecclesiæ, vt supra.

Theodolius episcopus sanctæ Cotroneensis ecclesiæ, vt supra.

*Scholasticus episcopus sanctæ Fanensis ecclesiæ, vt supra.

Elias episcopus sanctæ Lilybetanæ ecclesiæ, vt supra.

Aquilinus episcopus sanctæ Assinatis ecclesiæ, vt supra.

Eusebius episcopus sanctæ Atellanæ ecclesiæ, vt supra.

Martinus episcopus sanctæ Centumcellensis ecclesiæ, vt supra.

Iubentinus episcopus sanctæ Stabienensis ecclesiæ, vt supra.

Maurus episcopus sanctæ Senatis ecclesiæ, vt supra.

Lætus episcopus sanctæ Lucanæ ecclesiæ, vt supra.

Theodorus episcopus sanctæ Rosellenensis ecclesiæ, vt supra.

Andreas episcopus sanctæ Hydruntensis ecclesiæ, vt supra.

BBBB 4 Iustus

Iustus Episcopus sancte Taurianensis ecclesie, vt supra.

Felix episcopus sancte Panormitanæ ecclesie, vt supra.

Laurentius episcopus sancte Tudertinae ecclesie, vt supra.

Iohannes episcopus sancte Carinenfis ecclesie, vt supra.

Albinus episcopus sancte Signensis ecclesie, vt supra.

Augustinus Episcopus sancte Squillacinae ecclesie, vt supra.

Iohannes episcopus sancte Rhegitanae ecclesie, vt supra.

Barbatus episcopus sancte Cumanensis ecclesie, vt supra.

Felix episcopus sancte Terracinenfis ecclesie, vt supra.

Oportunus episcopus sancte Anagninae ecclesie, vt supra.

Firminus episcopus sancte Bleranae ecclesie, vt supra.

Iouianus episcopus sancte Firmianae ecclesie, vt supra.

Anastasius episcopus sancte Narnienfis ecclesie, vt supra.

Theodorus episcopus sancte Tyndaritanae ecclesie, vt supra.

Sapientius episcopus sancte Numentanae ecclesie, vt supra.

Maximus episcopus sancte Mesinatis ecclesie, vt supra.

Gratiosus episcopus sancte Nepefinæ ecclesie, vt supra.

Leontius episcopus sancte Neapolitanae ecclesie, vt supra.

Oportunus episcopus sancte Pisanæ ecclesie, vt supra.

Donatus episcopus sancte Marianensis ecclesie, vt supra.

Bonofus episcopus sancte Alerinae ecclesie, vt supra.

Peregrinus episcopus sancte Lyparitanæ ecclesie, vt supra.

Boethius episcopus sancte Cornensis ecclesie, vt supra.

Valentinus episcopus sancte Turritanae ecclesie, vt supra.

Luminosus episcopus sancte Bonensis ecclesie, vt supra.

Crefcis episcopus sancte Libienfis ecclesie, vt supra.

Stephanus episcopus sancte Popiliensis ecclesie, vt supra.

Callionistus episcopus sancte Adrianensis ecclesie, vt supra.

Iohannes episcopus sancte Vicosabinatis ecclesie, vt supra.

Potentius episcopus sancte Potensis ecclesie, vt supra.

Leontius episcopus sancte Faentinae ecclesie, vt supra.

Donatus episcopus sancte Sassinatis ecclesie, vt supra.

TOM. 2.

clesie, vt supra. Iohannes episcopus sancte Vnnogoritanæ ecclesie, vt supra.

Stephanus episcopus sancte Dorëfis ecclesie, vt supra.

Iohannes episcopus sancte Gabopolitanae ecclesie, vt supra.

Et Victorianus episcopus sancte Vzalenfis ecclesie, vt supra.

ET QUI POST SYNODVM consentientes subscriperunt:

Iohannes Episcopus sancte Mediolanensis ecclesie, omnibus synodaliter definitis à sanctissimis vobis in confirmationem orthodoxæ fidei sanctorum patrum & vniuersalium quinque Cõciliorum, atque depositionem omnium hæreticorum, qui ab eis anathematizati sunt, vel impie hæreses illorum, atque eorum, qui nunc exorti sunt in destructionem orthodoxæ fidei, hoc est, Theodori quondam Episcopi Pharanitani, Cyri Alexandrini, Sergij Constantinopolitani, & successorum eius Pyrrhi & Pauli, omniumque hæreticorum eorum conscriptorum, vel impie expositionis atque scelerosi Typi, quæ ab eis confirmata sunt, consentiens subscripsi.

Iustus Episcopus sancte Caralitang ecclesie infulæ Sardinie, vt supra.

Malliodorus Episcopus sancte Dortonensis ecclesie, vt supra.

Martinus seruus seruorum Dei, atque per gratiam eius Episcopus sancte Catholice atque Apostolice Ecclesie vrbis Rome, vna cum sancto Concilio nostro reuerendissimorum sacerdotum, regulariter huc nobiscum venientium in confirmatione pijsimorum catholice Ecclesie dogmatum, his qui cõequalem nobis fortiti sunt fidem Domini & Saluatoris nostri IESV CHRISTI per lauacrum regenerationis, in omni loco dominationis eius, qui peregrinantur in sanctitate & iustitia, spiritalibus fratribus nostris Episcopis, presbyteris, diaconis, abbatibus monasteriorum, monachis, continentibus atque catholice Ecclesie vniuersæ, sancteque plenitudini: Gratia vobis & pax multiplicetur in agnitione & communione sancti spiritus, in hereditatem incorruptibilem & immarcescibilem, conseruatam ante constitutionem mundi, nunc autem manifestatam in nobis, qui credimus in Iesu CHRISTO Domino nostro, qui omnia nobis donauit, quæ ad vitam & pietatem respiciunt, per salutarem prædicationem, vt in hoc permanentes semper & instructi per concordie sinceritatem superædificemus fundamentum sanctorum apostolorum & prophetarum, in ipso summo angulari lapide CHRISTO, qui super omnia DEVS exiit & saluator nostrarum anima-

Epistola Martini pape & Synodi ad omnes Christianos

1. & 2. Pet. 1.

Eph. 2.

anima-

animarum, in quo omnis ædificatio constructa, creuit in augmentum eius per architectoniam spiritus in regale sacerdotium & templum sanctum, qualiter in eo proficientes à gloria in gloriam, virtutes annunciemus eius, qui de tenebris nos vocauit in illud admirabile lumen suum, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio, omnium autem bonorum perfectio: ex quo illuminati, tenemus in eum confessionem immobilis, donec occurramus omnes in unitatem fidei & in agnitionem eius, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis eius, vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad machinationem erroris diaboli, qui semper propria festinat operari in filios diffidentia. Itaque notum facimus vobis, dilectissimi fratres, quod & vos sine dubio nobiscum cognoscitis, vigilantem & benè zelantem in DEVM habentes proprium, quoniam catholica Dei & apostolica Ecclesia in quiete & pace consistente, veluti leones rugientes & quærentes quem deuorarent subintroierunt quidam homines, qui olim perscripti sunt in hoc iudicium impietatis spontè procedere, hoc est, Theodorus quondam Episcopus Pharanitanus, Cyrus Alexandria, Sergius Constantinopolitanus vel eius successores, Pyrrhus & Paulus, magni DEI & Saluatoris nostri dispensationem in hæreticam nouitatem retorquentes, & cum qui emit eos, CHRISTVM Dominum denegantes, ex hoc quod in scripto afferunt minimè eum habere secundum formam serui, vel secundum quod propter factus est homo, voluntatem aut operationem naturalem, sed sine substantia eum siue naturam, & non solum sine anima, & irrationabilem, & insensibilem secundum eos existere: quia sicut nos gloriosi Ecclesie patres docuerunt, quicquid absque voluntate consistit & operatione, ab omni caret substantia natura: pro qua re ipsum gloriam DEVM & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM per vtranque, ex quibus consistit naturis atque adparentibus eisdem naturalibus proprietatibus perfectum esse in omnibus, absque tantummodo peccato, prædicarunt. Si ergo perfectum in omnibus, quomodo non & in voluntate & operatione secundum nostram naturam? Certum est enim, quia proprietates naturalis nostre substantiæ, consistit essentialis eius operatio & voluntas, quæ proprietate amputata, vtique & ipsa natura cum illa perimitur, quia iam cognoscit natura nullo modo potest per essentialem designantem eam naturalem proprietatem. Propterea & pari numero

TOM. 2.

vnitis substantialiter ei naturis, eiusdem voluntates & operationes sapere nobis tradiderunt, hoc est, in creatam & creatam, diuinam & humanam, coherenter vnitas, vt testantur verba eorum actibus nostris in approbatione veritatis inserta, & super omnem radium solis nitentia. Igitur eorundem sanctorum patrum, qui hæc nos docuerunt, rectam viam, hoc est, orthodoxam confessionem superius dicti contrarij veritatis respuentes ac dereliquentes, ambulauerunt in viam Balaam de Bosor, hoc est, in perfidia hæreticorum, & in spontaneo eorum errore effusi sunt, atque in contradictione inobedienciae suæ obdurati sunt, sidera exidentes erroris, & nubes sine aqua, necnon arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feroces maris, spumantes proprias confusiones, quibus caligo tenebrarum in æternum conseruata est minimè penitentibus, sed huc illucque maculam propria hæreses absque timore iactantibus, qui commutauerunt veritatem DEI in mendacium, & coluerunt & præposuerunt catholice Ecclesie pijs dogmatibus hæreticorum seductiola conscripta, properantes omnibus modis aut decipere simpliciores, aut persequi eos qui in Domino permanent. Quid iam & in plures orthodoxos viros operati sunt, corporaliter eos afficientes, quoniam animam captare non valuerunt, in petra orthodoxæ fidei illorum collisi. Ideoque propter prauas eorum adinventiones, & prauiora nouitatis commenta, & in interiora cordis, iuxta beatum Hieremiam, conturbati catholice recordationis antecessores nostri pontifices, non destiterunt admonentes eos & contestantes recedere à sua huiusmodi hæresi, & sanam doctrinam amplecti, ne quando irascatur Dominus, & pereant funditus de via iustorum, hoc est, pia sanctorum patrum confessione. Hoc autem consultius non solum ipsi effecisse noscuntur, sed & alij plures diuersas prouincias habitantes reuerendissimi Episcopi, & maior est dicere, generalitates Synodorum per sua scripta non solum inuitantes emendare propriam hæresim, sed & nos ipsos, id est, Apostolicam nostram sedem coniuurantes, & protestantes erigere se secundum regularem auctoritatem, & non vsq; ad finem per tot tempora permittere contrariorum nouitatem sanctas DEI Catholice depasci Ecclesias. Ideoque ex omnibus penè sacerdotibus cum charitate admoniti, non inclinauerunt aurem suam ad audiendam vocem postulantium eos, neque cordis sui ceruicem mitigare voluerunt, vt conuerterentur ad Deum. Sed quod ait dominus de inobediētibus, hoc & in eis prouenire certum est. Dicit enim per propheta-

2. Pet. 2. Iuda 1.

Rom. 1.

Hier. 4.

Psal. 2.

Autoritas Sedis Apostolice.

tam

Hier.7.

Hier.5.
Hier.2.

tam: Misi ad eos omnes seruos meos prophetas, per diem confurgens diluculo, & mandavi, & non audierunt me, nec inclinaverunt aurem suam, sed induraverunt cervicem super petram. Quam vilis es facta, nimis iterans vias tuas? Addere peccata super peccata properaverunt, humanitatem saluatoris atque Deitatem eius blasphemare ac denegare per impiissimū Typum, qui ex maligna instigatione illorum factus est contra immaculatam nostram Christianorum fidem à serenissimo principe, definites in eodem Typo, nec vnam nec duas voluntates aut operationes, hoc est, neque diuinam neque humanam voluntatem & operationem in ipso Salvatore nostro quempiam omninò confiteri. Hæc autem prædicauerunt, vt non solum in humana eius natura, sed etiã in vtraque, omninò eum sine voluntate & operatione, hoc est, absque natura & essentia esse denunciant, quatenus cum perfidis hæreticis & orthodoxos patres abijciant, & cum scelerorum virorum vocibus, hoc est, vna voluntate & operatione, pariter denegari faciant orthodoxorum doctrinas, id est, duas eiusdem CHRISTI voluntates & operationes, sicuti & naturas vnitas inconfusè & indiuisè, promulgantes illicitè, etiã sine reprehensione vel condemnatione, consiliter in suis confessionibus hæreticos, hoc est, in ipsa, quæ ab eis prædicatur, vna voluntate & operatione, atque eadem sine periculo libertate perfrui eos, qui in dogmatibus reprehenduntur, hæreticos, cum eis, qui in doctrina vsque in finem irreprehensibiliter delucescunt, sanctis patribus: quod utique catholicæ Ecclesiæ sacratissimas regulas destruere certum est, magis autem totius à DEO inspiratæ doctrinæ sanctam prædicationem, quæ nullatenus noxios excusat, neque liberat de iudicio culpantes cum innoxijs. hoc enim prauum & diuinæ æquitatis est alienum. Quoniam autem & illud cum cæteris contrarij præsumperunt, in deceptione simplicium & cooperimentum suarum prauitatum, in scripto audacter proferre impiissimæ suæ nouitatis inualida dogmata, dicentes, hæc esse pietatis dogmata, quæ tradiderunt hi, qui ab initio speculatores & ministri verbi facti sunt, & sequenter successores eorum à DEO inspirati Ecclesiæ patres, sanctæ & vniuersales quinque Synodi: idèò consultiusimè pertractantes terribile esse & diuinam prouocans indignationem hæc omnia despiciere, quæ oppugnant catholicam Ecclesiam, vt nè condemnemur, vtpotè imperfectos atque inefficaces habentes intellectus animæ ad discernendum malum & bonum, prompti secundum gratiam Dei cõuenisse dinoscimur in hac romana Christi-

TOM.2.

anissima ciuitate, ad confirmationem quidem piissimorum Ecclesiæ prædicationum, condemnationem autem impiissimorum nouitatis dogmatum, per similitudinem decessorum nostrorum sanctorum patrum, quinquè per synceram concordiam & in idipsum DEO amabilem conuentionem destruxerunt hæresim, & omnes hæreticos superasse noscuntur, eripientes de eorum errore catholicam Ecclesiam. Quæ enim ex sacra concursione, hoc est, spiritali consonantia sanctorum patrum exequuntur, validiorem habent contra aduersarios & inexpugnabilem virtutem. In ore enim, inquit, duorum vel trium testium stabit omne verbum: & funiculus triplex difficilè rumpitur, & frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: præualebit autem sicuti fundatum imperium. Propterea & nos, vt dictum est, secundum indiuisam communionem spiritus in idipsum conuenientes, properauimus per gestorum seriem comparationem adinuicem per distinctionem discretam efficere, tam sanctorum patrum & vniuersalium quinque Synodorum sacras promulgationes, & dogmata infidelium hæreticorum tam anteriorum, quamque nunc emergentium contra fidem cum impiorum Ecchlesi, necnon impiissimò Typo præferetes, vt omnibus ostendamus relegendibus differetiam luminis & tenebrarum, hoc est, claræ patrum doctrinæ, & temulentæ hæreticorum vesaniæ, & quia nulla communia hæreticis existunt cum sanctis patribus, sed quantum distat oriens ab occasu, tantumque distat impij hæretici verbo & mente ab à DEO inspiratis viris. Propterea sanctos quidem patres sententialiter confirmauimus cum omnibus sacris prædicationibus eorum, necnon eis, qui nobiscum syncerè ipsos & eisdem suscipiunt. Impios autem hæreticos, cum omnibus prauissimis dogmatibus eorum, & impiã Ecchlesin vel impiissimū Typum, & omnes, qui eos vel quicquam de his, quæ exposita sunt in eis, suscipiunt aut defendunt, seu verba pro eis faciunt, in scripto anathematizauimus, vt & vos omnes, qui per omnem orbem terrarum inhabitare noscimini pij & orthodoxi, hæc piè à nobis gesta cognoscentes pro tuitione catholicæ Ecclesiæ, consonanter nobiscum similia exequamini, & omnes quidem sanctos patres confirmetis in scripto, consonantes illis nobisque in orthodoxa fide, anathematizetis autem omnes hæreticos, qui præsumptiuè hanc olim & nunc expugnauerunt, vna cum scelerosa Ecchlesi & impiissimò Typo, sed & qui eos aut quiddã de his, quæ ab eis implicite exposita sunt, susceperint, quatenus fructum piæ confessionis, vestrarum animarum hæreditare valeatis salutem. Propterea enim ea, quæ à nobis pro catholi-

Deut.19.
Matth.18.
Eccle.4.
Prou.18.

Hæretici nihil habent commune cum patribus.

Iohan.15.

Hebr.12.

Deut.32.

Ezech.33.

Act.20.

Colof.2.

1.Tim.4.

Catholica Ecclesia synodaliter gesta sunt, omnibus direximus, vt nostri studij perficientes opus, nos quidem ipsos innoxios esse approbemus coram Deo & electis angelis, ante quos ab eo iudicandi sumus cum eis, qui hæc à nobis susceperint, in terribili eius aduentu: in excusabiles autem eos, qui non obediunt demonstramus, vtpotè nullam habentes occasionem pro sua perfidia post veritatis ostensionem, domino dicente: Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Sed & Apostolus iterum perhibet: Consideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam, sed consolamini, & tanto magis, quanto videremus appropinquantem diem. Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquuntur hostia pro peccatis: terribilis autem quedam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Scimus enim dicetis: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Propter quod præmunens nos præcepit, dicens: Et tu fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra super quã inductus fuerit gladius, & tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis, & cõstituerit eum super se speculatorem, & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annunciauerit populo: audiens autem quisquis ille sonitum buccinæ, non se obseruauerit, veneritque gladius & tulerit eum, sanguis illius super caput ipsius erit: quia sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit: sanguis eius in ipso erit. Si autem custodièrit, animam suam saluauit. Quod si speculator viderit gladium venientem, & non insonauerit buccina, & populus non se custodièrit, veneritque gladius & tulerit de eis animam, illè in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Propter quod testificamur omnibus in hodiernum diem, sicut inquit beatus Paulus, quia mundi sumus à sanguine omnium vestrũm. Non enim subtraximus nos nõ annunciare omnibus, quæ tradita est nobis à sanctis patribus & Synodis orthodoxã confessionem per ea, quæ nupèr apud nos synodaliter gesta sunt. Attendite itaque vobis & omni gregi, in quo vos spiritus sanctus constituit Episcopos, regere Ecclesiam DEI, quam acquisiuit proprio sanguine, vt non sit qui vos decipiat aut seducat in subtilitate sermonis per philosophiam & inanem fallaciam. Apertissimè enim spiritus sanctus per apostolum dicit, Quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductorijs & doctrinis dæ-

TOM.2.

moniorum, in hypocrisi mendaciloquorum, cauteriatam habentium suam conscientiam. Propter quod vigilate & orate, vt non intretis in tentationem: quæ mentis transgressio operatur in his, qui non crediderunt veritati, sed conseruerunt iniquitati, eò quòd charitatem veritatis non per ceperunt, vt salui fierent. DEVS enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deindè concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò, cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi, doctrinis varijs & extraneis circumducti: & licet nos aut angelus de celo euangelizauerit vobis, præter quod accepimus tam à sanctis Apostolis & probabilibus patribus & vniuersalibus quinque synodis anathema sit. Igitur sicut prædiximus, & nunc iterum dicimus: Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepimus ex ipsis, anathema sit. Modò autem hominibus suademus, an DEO? aut quærimus hominibus placere? Si adhuc hominibus placeam, inquit beatus Paulus, CHRISTI seruus non essem. Sicut ergò accepistis CHRISTVM à sanctis prædicatoribus, sic in eum credite, bonum depositum vsque in finem custodite per spiritum sanctum, qui habitat in vobis: quoniam firmum fundamentum DEI stat, habens signaculum hoc: Nouit Dominus qui sunt eius. & Discadat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. Propterea fratres prophanas vocum nouitates euitantes, nullatenus eos qui de terra clamant, & non ex ore Domini loquuntur, suscipiatis aduersus fidem Typos, aut leges, vel definitiones aut expositiones hereticas agnoscentes, quoniam hæc omnia requisituras & iudicaturas est ipse gloriæ Dominus, & quia nullus hominum, quorum sicut fennum dies illorum, pro nobis crucifixus est, neque in nomine cuiusquam eorum baptizati sumus, sed in mortem CHRISTI DEI per lauacrum regenerationis renouati dinoscimur, qui crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato: maximè apertissimè considerantes, quoniam & per se sua dogmata destruant contrarij. Dicit enim Dominus: Omne regnum in se diuisum, non stabit, & omnis sententia & lex aduersum se diuisa, non stabit: & si Typus destruit Ecchlesin, sed & Ecchlesi destruit Typum, illa quidem dicens vnã habere, hic autè asseres non vnã habere Dominũ nostrum voluntatem & operationem: ergò in se diuisum est vtrunque, & quomodo stabit aduersariorũ hæresis, magis à semetipsa inualida & inanis existens, quàm à nobis destructa? Ergò nullo modo per transitoriam vmbra, potius

Matth.26.

2.Theff.2.

Iaco.1.

Hebr.13.

Gal.2.

Ibid.

2.Tim.1.

2.Tim.2.

Hæretici sui ipsorũ dogmata evertunt. Matth.12.

tius autem corruptelam dissoluta, Christi Dei vestram orthodoxam fidem amittatis, mirantes personas quæstus causa: quoniam sicut flos scæni transiet. Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit scænum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt. Ita & diues in itineribus suis marcescit, vt nê pro dilectione mundi compatiens nobis, dicatur etiã de nobis: Dilexerunt gloriam hominum magis, quàm gloriam solius Dei, & subiaceamus aeterno iudicio. Horrendum est, fratres, incidere in manus Dei viuents, qui protestatur, dicens: Quicumq; me negauerit, & verba mea coram hominibus, negabo & ego cum coram patre meo, qui in cælis est. Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, qui veritatem per illicitam hæresin expugnant aut denegât, quia quod notum est Dei, manifestum factum est in illis. Deus enim illis manifesta uit hoc per sanctos Apostolos, & prophetas, & doctores, & vniuersales quinque Synodos, quorum dogmata lex catholicæ Ecclesiæ existunt: & tamen his omnibus propriam nouitatem præposuerunt. Nemo ergo vos seducat inanibus verbis. Propter eã enim venit ira Dei super filios dissidentia. Nolite ergo effici participes dogmatum eorum, neque communicetis in fructuosis verbis illorum: magis autem & redarguite: quoniam cæcus præuicatorum sunt, & extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Completum est in eis, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus. Veritatem enim nõ loquentur, docuerunt autem linguam suam loqui mendacium: vt impiè agerent, laborauerunt, & reuenerunt scire me, dicit Dominus. State ergo vos dilectissimi super vias, & videte & interrogate de semitis Domini antiquis, & videte quæ via bona sanctorum patrum, & ambulat in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Sed & si patimini propter Christum, beati eritis: metum autem eorum nê timueritis, neque conturbemini, Dominum autem Deum sanctificate in cordibus vestris, ipso dicente: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehenam. Nonne duo passeris asse veniunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere eos: multis passeribus meliores estis vos. Rememoramini ergo fratres eum, qui talem sustinuit peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt nê fatigemini animis vestris deficientes, nondum enim vsque ad sanguinem certauimus aduersus peccatum repugnantes. Cõfidimus autem de vobis, fratres charissimi, meliora & vici-

TOM. 2.

niora salutis, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudines, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, magistro gétium docente, poterit vos separare à charitate Domini nostri Iesu Christi, & quæ in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est ad collationes aduersariorum, quatenus fidem intemeratam vsque in finem cõseruantes, re-promissionem percipiamus, quam re-promisit his, qui legitime certare depererant. Adhuc enim modicum quãtulum, qui venturus est veniet, & non tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam assitit, coronas hilariter promittens his, qui pro eo passionibus submittuntur. Quod si subtraxerit se quis, non placebit animæ meæ, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non sumus subtractionis in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Propter quod assumite arma Dei, vt possitis resistere in die malo aduersus omnem hæreticum virum & dogmata, & induite vos lorica iustitiæ, calceati pedes in præparatiõe Euãgelij pacis, in omnibus aslumentes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi ignita extinguere: & galeam salutis accipite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei: per omnem orationem & obsecrationem, radicati & fundati, vt id ipsum nobiscum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, diuidetes bonum & integrum corp^o Ecclesiæ in tortuosas nouitates: sitis autem perfecti & integri in eodem sensu, & in eadem scientia firmati, vt per eam vias nostras dirigentes, in eundem inflexibiliter occurramus, qui à nobis creditur Dominus, ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatur pro eorum impia hæresi, à Deo autem electum & honorificatum, magis autem Deum naturaliter existetem, licet propter nos caro factus sit, & vos tãquàm lapides viuus ædificemini domus spiritualis, in sacerdotiũ sanctum, offerentes spirituales hostias ipsi in odorem suauitatis. Sed & nunc fratres commendamus omnes vos Domino, & verbo gratiæ eius, qui potest perficere & dare hæreditatem in omnibus sanctificatis. Ipse autem Deus pacis & consolationis det vobis id ipsum sapere in alterutrũ & in ipso semper, vt in omnibus vnanimis, vno ore & vno corde honorificemus eum in cõcordia orthodoxæ fidei: quod potens est confirmare nos secundum Euãgelium eius, secundum reuelatiõem mysterij tẽporibus æternis taciti, patefacti autem per scripturas sanctas, & patrum orthodoxorum doctrinas, secundum præceptũ æterni Dei, ad obediendum fidei in omnibus nobis cogniti. Soli sapiẽti deo Dño nostro Iesu

Iesu

Iesu Christo, cum patre & spiritui sancto gloria, honor, imperium, & potestas in secula seculorum, Amen. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi fratres.

Epistola Martini Papæ primi, ad Amandum episcopum.

Dilectissimo fratri Amando, Martinus. Fraternitatis tuæ studio pietatis congestam epistolam suscipientes, animos nostros releuari cognoscimus, quippe quoniam huius seculi fluctu agas atq; transitorias despicientẽ oblectationes, illa quæ perpetua & sublimia dona pro domino Dei nostri obsequijs tribuuntur, appetere certum est. Ex relatione igitur, iuxta tenorem tuæ fraternitatis Epistolæ, præsentiu latoris laborum tuorum certamen cognouimus, ex quibus cælestis patriæ ascensum, humiliatis mentibus atq; contritis corporibus, vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munerata. Nam cum sit nulli omninõ comparationi cõparandum, quod à creatore nostro pro bonis feruitijs repenatur, dum breui atq; paruo temporis spatio finiuntur labores, quos pro dilectione ipsius sustinemus, cõsideratione refrigerij nos oportet libenti animo tolerare præsentis vitæ angustias. Sed quantum nobis laborum vestrorum operatio magnam gaudij vbertatem inducit, tantum pro duritia sacerdotũ gentis illius conterimur, quod postpositis salutis suæ suffragijs, atq; redemptoris nostri contemnendo feruitia, vitiorum fœderibus ingrauantur, quibus ad præparandam salutem, quandoquidem tanto nos necesse est importunis prædicationibus imminere, quantum nos perfectæ negotiationis creditorum nobis talentorum duplicat assignatio, atque Dominicæ vocis ad suscipiendam eius requiem persuadet assertio. Suggestum est namq; nobis, eõ quod presbyteri seu diaconi alijque sacerdotalis officij post suas ordinationes in lapsu coinquinantur: & propter eã nimio mœrore fraternitatem tuam adstringi, velleque pastorale obsequium pro eorum inobedientia deponere, & vacationem ab Episcopatus laboribus eligere, & in silentio atque ocio vitam degere, quàm in his quæ tibi commissa sunt, permanere, dicente Domino: Beatus, qui perseuerauerit vsque in finem. Vndè nanque beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? quia secundum Apostolicam prædicationem, Omnes qui voluerint in Christo piè viuere, persecutiones patientur.

Ideoque, frater charissime, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis vestræ proposito coarctet recedere, considerans quanta pro absolutione nostri & liberatione creator Dominusque noster pertulerit, quibus se contumelijs afficiendum tradi-

TOM. 2.

derit, vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Propter eã nullatenus in huiusmodi peccato delinquentibus, ad destructionem canonum compassionem exhibeas. Nam qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps iam depositus erit, nullumque gradum sacerdotij poterit adipisci: sed sufficiat ei lamentationibus fletibusque assiduis, quousque aduixerit, in eadem penitentia perdurare, vt commissum delictum diuina gratia extinguere valeat. Si enim tales querimus ad sacros ordines promouendos, quibus nulla ruga, nullumque vitæ contagiũ præpediat, quanto magis si post ordinationem suam quispian in lapsum ceciderit, & præuicationis peccato deprehendatur obnoxius, omninõ prohibendus est cum manibus lutulentis atque pollutis mysterium nostræ salutis tractare? sitque huiusmodi semper, iuxta sacrorum canonum statuta, in hac vita depositus, vt ab illo, qui mentis interiora scrutatur, nullumque de quibus errare congaudet, dum adspexerit synceram penitentiam eius, in terribili iudicio habeat reconciliatum. Ideoque iterum hortamur tuam charitatem exemplo eius, qui pro nobis pati & mori voluit, promptos vos in cunctis eius feruitijs permanere. Neque nos pigeat temporales cruciatus pro Christi nomine sustinere, sed emolumenta futuræ remunerationis, huius seculi vexationes tolerare persua-deant. Scriptum nanque est: Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Tantum enim à nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio commodare. Cumque cuncta quæ nobis ad cõfortandos fraternitatis vestræ animos poterant ministrari, largiente supernæ maiestatis clementia vobis sint proculdubio manifesta, restat vt de alijs, quæ nos per sua scripta consuluit, fraternitati tuæ significemus. Credimus enim ad vos peruenisse, quomodo in conturbatione rectæ fidei & catholicæ Ecclesiæ conculcatione, ante hos plũs minũs quindecim annos à Sergio falso Episcopo Constantino-politano, in auxilio habente tunc imperantem Heraclium, execranda & abominanda hæresis pullulauit Apollinaristarum & Seuerianorum, Eutychanistarum atque Manichæorum errorem renouantem, quam successor eius Pyrrhus idemque Episcopus, qui ambitionis fastu Constantinopolitanam sedem arripuit, in deterius auxit. Pro qua re sapius Apostolica sedes persuasionibus, contestationibus atque increpationibus plurimis admonuit eos, quatenus ab huiusmodi errore recederent, & ad lumen pietatis, ex quo lapsi sunt, remearent: & non solum hoc facere nullatenus voluerunt, sed & nunc successor eius Paulus temerator si-

CCCC dei

Jacob. 1.

Iohan. 12.

Hebr. 10.

Matth. 10.

Rom. 1.

Eph. 5.

Hier. 9.

Hier. 6.

1. Pet. 3.

Matth. 10.

Heb. 12.

Rom. 8.

Heb. 10.

Ibidem. Jacob. 5.

Heb. 10.

Eph. 6.

1. Cor. 1.

1. Pet. 1.

Act. 20.

Rom. 15.

Rom. 16.

Matth. 10. & 24.

2. Tim. 1.

1. Dist. Qui semel post

1. Di. Si post ordinatio. nom

Psal. 115.

dei Episcopus Constantinopolitanus, alium nequiores ex cogitavit in præiudicium Catholicæ fidei conatum, quasi quæ à decessoribus suis hæreticè exposita fuerant, destruens, & Imperialem Typum sacrilego ausu totius plenum perfidia, à clementissimo principe nostro fieri persuasit: in quo promulgatum est, ut omnes populi Christiani credere debuissent. Ideoque necesse habuimus, nè pro quadam negligentia & animarum detrimento, quæ nobis commissæ sunt, culpæ reatu adstringamur, cœtum generalem fratrum & coepiscoporum nostrorum in hac Romana ciuitate congregare, in quorum præsentia memoratorum hæreticorum scelerosa conscripta examinata atque denudata sunt, & Apostolico mucrone, patrumq; definitionibus vno ore vnoq; spiritu condemnauimus, ut cognoscentes vniuersi errorem, qui in eis continetur, eorum pollutione nullatenus maculentur. Vnde præuidimus volumina gestorum synodali in præsentia vobis dirigere, vna cum Encyclia nostra, ex quorum serie omnia subtiliter potestis addiscere, & tenebras illorum nobiscum ut filij lucis extinguere. Idcirco studeat fraternitas tua omnibus eadem innotescere, ut tam abominandam hæresim nobiscum execrentur, quam quæ suæ salutis sacramenta indiscere valeant, atque synodali conuentione omnium fratrum & Coepiscoporum nostrorum partium illarum effecta, secundum tenorem Encycliæ à nobis directæ, scripta vna cum subscriptio-

nibus vestris nobismet destinanda concelebrent, confirmantes atque consentientes eis, quæ pro orthodoxa fide & destructione hæreticorum vesanæ nupèr exortæ à nobis statuta sunt, & Sigebertum præcellentissimum filium nostrum regem Francorum pro suæ Christianitatis remedio consultissime admonere atque precari, dirigere nobis ex corpore fratrum nostrorum dilectissimos episcopos, qui sedis Apostolicæ legatione, diuina concedente propiciatione, fungi debeant, & quæ in nostro concilio peracta sunt, cum alijs Synodali- bus apicibus nostris, ad clementissimum Principem nostrum sine dubio absportare, ut nostrorum laborum particeps effectus, mercedis cumulum adipisci valeat, & sui regni protectorem inueniat eum, cuius causa flagitari dinoscitur. Hoc nanque & per eius Epistolam exhortari cum cognoscimur. Reliquias verò sanctorum, de quibus præsentium lator nos admonuit, dari præcepimus. Nam codices iam exinaniti sunt à nostra bibliotheca, & vnde dare ei nullatenus habuimus. Transcribere autem non potuit, quoniam festinanter de hac ciuitate regredi properauit. His igitur ita prælibatis, quæ à nobis per Epistolam vobis scripta sunt, effectui mancipari fraternitatem vestram hortamur. DEVS te incolumem custodiat, dilectissime frater. DEVS te incolumem custodiat, dilectissime frater. *Finis.*

Sigebertus Francorum rex.

CONCILIVM TOLETANVM VIII. CELEBRATVM XVII. CALEN.

TANVM VIII. CELEBRATVM XVII. CALEN.

das Ianuarij, circa tempora Martini Papæ. Est verò Prouinciale.

CAPITVLORVM EIVSDEM concilij tituli.

- De catholicæ fidei plenitudine. 1
- De incauto iuramento. 2
- De his qui sacrosanctos ordines muneribus assequuntur, & fautoribus eorum. 3
- De incontinentibus episcopis. 4
- De incontinentibus presbyteris, ac diaconibus, & fœminis, quæ talibus coniunguntur. 5
- De incontinentibus subdiaconibus. 6
- De his, qui post assumpta ecclesiasticarum dignitatum officia, ad coniugia redeunt. 7
- De non ordinandis his, qui psalmorum, canticorum, seu hymnorum ignari sunt. 8
- De his, qui prætextu incommodæ ægritudinis, quadagesimæ ieiuniû soluunt. 9
- De his, qui aut per autoritatē, aut per vim ordinati sunt. 10

TOM. 2.

Decõfirmatione vniuersaliû decretorû. 11
De Iudæis. 12

ALLOQVVTIO RECESSV IN CHI REGIS AD SYNODVM.



Nno quinto orthodoxi atq; gloriosi, & vera clemetia dignitate præcipui Reccessuinthi regis, cum omnes nos diuinæ ordinationis voluntatis, eiusdem principis serenissimo iussu, in basilica sanctorum Apostolorum ad sacrum synodi coëgisset congregari conuentum, dies tandem lætitiæ appetitu diuinitissimo præoptatus & gratus adfuit, & incundus, tanto nostri pectoris audiore voto susceptus, quanto ad remedium salutis extiterat anhelantium præcordijs exquisitus. Cumque ex more vnusquisque nostrorum ordini

ordini suo sedes debitas occupasset, & euentum rei tranquillæ intentionis expectatio sustineret, adest serenissimus princeps, pia religione plenissimus, & summo laudum titulo gloriosus, qui se nostro cœtui reddens accliem, vt hunc omnipotenti Domino precibus commendarem, adstans, dulcissimus (vt filius) nos cohortatus est verbis, grates deferens DEO virtutum, quodd suæ iussionis implentes decretum, in vnum iussilem adunati concilium. Sed cum tam humilem cognouissimus eius animi voluntatem, & tam sublimis gloriæ celsitudinem videremus accliem, tanta sumus in dè gloria exultationis successi, vt grates illi debitas, & honorem læti redderemus & cernui. Sed quantum extulerat principem humilitatis ordo sublimis, tantum ad exercitia summæ virtutis, instruebant exempla sacratissimi principis, formam nostræ religionis. Tum, relatis Deo laudibus de vnitatis alterne prouentu, magna nos cum tranquillitatis gratia alloquutus est, dicens: Etsi summus author rerum, me diuæ memoriæ domini & genitoris mei temporibus, in regni sedem subuexit, atque ipsius gloriæ participem fecit: nunc tamen, cum ipse requiem æternarum adeptus est mansionum, quæ quæ in me totius regiminis transfusa iura reliquit, ex toto diuina mihi potentia subiugauit. Vnde quia regendorum membrorum causa, salus est capitis, & felicitas populorum, non nisi mansuetudo est principum: votiue decreui vobis coram positus, & votorum meorum deliberationes sanctione patula referare, & studiorum acta sincera exhibitione deferre. At verò quia anhelum pectus sese in promissorum compita diffundit, nè pigritia sessum retardationis oneribus sese submittat, longam prosequutionem compendio breuitatis adstrinxit: & quod productionibus loquelarum in conuentione diffundere potui, totum in Tomi huius complicamento prorsus almæ vestre sanctitudini offerre decreui, id magno precatu deliberationis exhortans, vt quæcunq; illic tenentur ascripta, valido attendatis intuitu, sagaci perscrutemini studio, & quæcunq; extiterint placita Deo, vestri oris ad nos sacro referantur oraculo. Accepto deinde oblato nobis Tomo, agente Domino gratias, acclamauiimus: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Post huius exultationis beatæ gaudium, & cælestis gloriæ hymnum, eidem sacro principi benediximus: referatoque Tomo, hæc inibi contexta reperimus:

*in Dei gloriam exultatione.

*pigredine.

Luc. 2. b

IN nomine Domini, Flauis Reccessuinthus, rex, reuerendissimis patribus in hac sancta synodo residentibus. Sancti spiritus admirabili dono regulam fidei meæ solidam tenens, & instruatam agnoscens, atq; in honorem eius diadema gloriæ cum cor-

TOM. 2.

dis humilitate prosternens, illo lætus auditu, quodd omnes reges terræ seruiunt & obediunt Deo, en reuerendi patres, excellentiori mihi venerationis honore sublimes, coram vobis aduenio, in gratiam mansuetudinis meæ, beatitudinis vestræ studium conuocans, & ad testimonium visionis vestræ memet coram omnipotentis Dei nutibus tremendis acclinans, referes illi corde læto gratias opulentas, quodd vos clementia voluntatis ipsius ex nostræ iussu celsitudinis, ad huius sanctæ congregationis votiuum dignatus est deducere cœtum: confidens, tam mihi, quam vobis & in præsentium serie temporum, & in futurorum longitudine seculorum eius adesse gratiæ præmium, quoniã vra concordia in conueniendo, vnanimè ac religiosum demonstratis affectum, & dispositionis meæ in regendis populis, quam piû sit, poteritis patenter agnoscere votû. Nunc igitur, quia monens prælocutio, longæ dilectiõis non capit excessum, quid de sancta fide nouerim, quam cælitis illapsam mihi, per sanctorum Apostolorum, sequentiûq; patrum ora cognoui, seu quæ de secuturis, negocijs, pro quibus hunc conuentum vestræ congregationis coadunari percensui, intimare decreuerim, in huius Tomi serie conscripta tenete, ac relecta pernoscite, & cunctis, quæ tenori eius nostræ amplitudinis potestas impressit, vestræ beatitudinis grauitas effectum tam promptè ac miseranter impendat, quam nostræ mansuetudinis serenitas hæc vobis implenda commendat.

Exordiû itaq; allocutionis meæ, ex definitione sanctæ fidei inchoans, cætera, quæ futuris sunt prosecutionibus intimanda, velut supra soliditate petreæ constructurus, annectam, vt operis mei adificium congregaturus, eo sequentia validiùs ponâ, quo decentiùs firmissima prætulerim. Primò itaq; coram se reueretia vestra habeat, quod nõl se non ambigit, me orthodoxæ fidei veram, sanctam, & sincerâ regulam de corde puro & cõscientia bona plenissimè habere, veraciter scire, & firmissimè retinere, atq; eam ita complecti, venerari, atq; diligere, sicut eam sancta Apostolica traditio docet, sicut eam sancta synodus Nicena cõstituit, sicut Constantinopoli sanctorum patrum congregatio definiuit, sicut Ephesini primi cœtus vnitatis affirmavit, sicut Chalcedonensis concilij definitio protulit: hæc cum fidelibus seruans, ad hanc saluandos infideles inuitans, in hæc subiectos populos regens, hanc proprijs gentibus tenendam insinuans, hanc populis alienis annuncians, vt in illa glorificas Deum, & inter mortales me summæ diuinitatis felicitas assequatur, & in terra viuentiû hæreditas à me gloriæ capiatur. En reuerendissimi patres, quantum ad veritatē fidei sanctæ pertinuit, ex toto animam meâ suæ confessionis titulos explicuisse, honorificentia

CCCC 2 vestra

vestra pensavit. Iam nunc magno perere arbitror esse mihi opportunum, quæ intendimus, societati eiusdem veræ fidei studia sanctæ operationis innectere, nè hanc aut sine operibus mortuam habeamus, aut nè inhonesta à plenitudinis suæ dignitate perspicua decidat, dum scriptura non silente de quibusdam inferitur, qui dicunt se nolle Deum, factis autè negant. Ut ergò hanc fidem, supra lapidem illum solidatam, quæ reprobauerunt quidem ædificantes, idem tamen à domino factus est in caput anguli, & est admirabilis in oculis nostris: plenius habeamus, eiusque insignibus decentius exornemur: attendite, cuius operis fructum, cuiusque operationis augmentum studij huius sanctæ fidei confortare velimus, & innectere quanto citius percipemus. Itaque reuolutis retrò temporibus, ita vos omnemque populū iurasse recolimus, ut cuiuscunque ordinis, vel honoris persona, quæ in necem regiam, excidiumque Gothorum gentis ac patrie detecta fuisset vel cogitasse noxia, vel egisse, irreuocabilis sententiæ mulctatus atrocitate, nusquam mereretur veniæ remedium, vel alicuius temperantiæ perciperet qualecunque subsidium. At nunc quia graue onerosumque, censetur, dum pietatis actibus graui contradictione hæc sententia resultare perpenditur, & sic funditus damnationis ad stipulatio retinetur, nè pietati, quæ (Apostolo præcinente) ad omnia utilis est, quicunque aditus referretur, vestris hæc cõmitto fidenti animo sacris pertractanda iudicij, ac dirimenda sententijs. Vnde iam vestrum erit, inspirate vobis miseratione diuina, ita vtriusque discriminis temperare mentem, nè aut in iuramento conditio teneat reos, aut impietatis vltio habeat inhumanos, sicque vestri nos instruat forma iudicij, ut subiectos populos, nec in prophanationibus habeamus subditos, nec impietatis vinculis doleamus contaminatos. Post huius conventionis alloquium, sequentium causas negotiorum, simili quoque subiungimus vos intendere attentione. Decernimus, attestantes vniuersitatem vestram per summam diuinitatis coæqualem & coæternam & inseparabilem Trinitatem, atque illius mysterij sacramentum, quod incarnatū Dei filium de spiritu sancto & Maria virgine pro salute mundi, vera fides in toto orbe denūciat, atque aduentum eiusdem Iesu Christi filij Dei Domini nostri, quo perimendi sunt impij, & regnum eius, quo glorificandi sunt sancti: ut quæcunque negotia, de quarumlibet querelarum auditibus extiterint, patefacta cū iustitia & vigore, misericorditer & cū temperamento miserationis iustissimæ, concorditer terminentur in legū sententijs, quæ aut deprauata consistunt, aut ex superfluo vel indebito coniecta videntur, nostræ serenitatis accommodante consensu: hæc solum, quæ ad synceram iustitiam, & negotiorum suf-

TOM. 2.

ficientiam cõueniunt, ordinatis: canonum obscura quædam, & in dubium versa, in meridiem lucidæ intelligentiæ reducat, omniumque negotiorum conuentus, ordinumque status, qui in vestra extiterint deuoluti præsentiam, ita maiorum regulis cõcordantes, iustissimè, pieque, ac temperanter constituitere studeatis, ut & mihi, qui ad studiorum fructus bonorum anhelos, pars beatorum adueniat: & vos, qui ad implentes voluntatem dei, me non spernitis imprecantem, regio beatitudinis æternæ suscipiat, & visio delectationis Dei sibi perenniter inherere concedat. Vos etiã illustres viros, quos ex officio palatino huic sanctæ synodo interesse primatus obtinuit, ac nobilitas spectabilis honorauit, & experientia æquitas plebium retores exegit, quos in regimine socios, in aduersitate fidos, & in prosperis amplector strenuos, per quos iustitia leges implet, miseratio legis impletur, contra iustitiam legum moderatio æquitatis, temperantiæ legis extorquet, adiurans obtestor, per omne illud admirabile, & solum vnus sacræ fidei sacramentum, & per venerabilem omnium sanctorum patrum (per quem obtestor) sanctum conuentum, ut ad cunctæ veritatis ac discretionis iustissimæ formulã, ita animos dirigatis, ut nihil à consensu præsentium patrum, sanctorumque viro-um aliorum mentis ducentes obturam, quicquid innocentie vicinum, quicquid iustitiæ proximū, quicquid à pietate nõ alienū, vel soli Deo agnoueritis existere placitum, instant, modeste, & cum omni dignemini intentione cõplere scientes, quia in eo, quod hæc mea salubria vota completis, vos amabiles Deo assignatis: & in eo, quod decretorum nostrorum edita fauoris exhibitione corrobore, me vobiscum simul Domino placiturū signo. In cõmune iam vobis cunctis, & diuini cultus ministris idoneis, & ex aula regia rectoribus deceter electis, diuini nominis adiuratione constrictis, adijcio cõsensionis meæ verum purumque, promissum, ut quodcunque iustitiæ aut pietati, salutarique discretioni vicinū decernere, seu adimplere, cum sancto consensu elegeritis, omnia fauente Deo perficiam, & aduersus omnimodam controuersiarum querelam principali autoritate muniam, ac defendam. Præmissis illis, quæ ad domesticos fidei, regula veritatis pertinuisse probauit, adhuc aliud à beatitudinis vestræ conuentu eiusdem fidei deuotio sancta deposcit, cõnectente me in sequentis traditionis consilio causam, quæ nostræ dignitati probatur extranea, quam licet per me lucrari Christus exhortetur, inimicæ sibi tamen esse non ambigit, donè, quod ardentè optat, obtineat: Iudæorum scilicet vitam, moresque; denuncio, quorum tatummodò, noui terram regiminis mei, pollutam esse peste contagij. Nam cum Deus omnipotens omnes ex hac regione

regione radicitus extirpauerit hæreses, hoc solum sacrilegij dedecus remansisse dinoscitur, quod aut nostræ deuotiois instatia corrigat, aut vltionis suæ vindicta disperdat. Exijs enim quosdam traditiois errore vetusta video retinere iura perfidia, quosdam verò, sacri baptismatis expiatis ablutione, ita in Apostoli denud relapsos errore, ut detestabilior inueniatur in eis, platio blasphemiam, quam in illis, quos nondum cõstat purificatos esse regeneratiois sacre liquore. Pro quo bonæ intentionis agone, & lucro fidei veræ, obsecro reuerentiã beatitudinis vestræ, atque supra taxato contestor tremendæ coniurationis tenore, ut absque omni fauore, absque omni personarum partis ipsorum acceptatione, quicquid ad Domini & redemptoris mei Iesu Christi veram fidem, verumque pertinet honorè, de his iubeatis ardentè & verissimè Deo ac fidei meæ placitam sententiã dare, ut sicut mihi diuina pietas regimen fidelium dedit, cum quibus se à me glorificari cognoscit, ita quoque infidelium assequi tribuat lucrum, in quibus & voluntatis sue fieri bonum, & in eius conuenisse cõgaudeam venerabile regnum. Datum sub die 17. Kalendarum Ianuariarū, anno feliciter quinto gloriæ regni nostri. Item subscriptio: In nomine Domini Flauij Recceswinthus rex, hanc fidei & bonæ voluntatis meæ deliberationem manu mea subscripsi.

Capitulum primum.

Relecta Tomi pagina, vel finita, cum glorificassem Deum de fidei principalis auditu, & de bonæ voluntatis eius affectu, ad peragendarum causarum cæterarum negotium statim vertimus animum, simulque sumus exorsi initium. Tunc primæ narrationis exortu veræ fidei nobis tractatus occurrit, incipientes de illa primitus loqui, ut inde soliditatis auspiciemur exordium, vnde sacræ sumptis natiuitatis initium, quatenus assertionum sanctarum forti præmissa sententia, quicquid subsequenter aduenerit de actis negotiorum, fortius sustinere valeat seriem decretorum. Vnius ergò sacræ fidei veram professionem, veramque regulam tenere, nos tota virtute animi & profitemur, & acclamamus, cunctisque percipiendam ac retinendam plena deliberatione incessanter prædicamus, sicut à sanctis Apostolis ostensa docetur, sicut à sequentibus patribus orthodoxis disserta probatur, sicut etiã à sanctis illis synodalibus gestis, verè sancteque confirmata dinoscitur, in quibus Arrij vel Eutyctetis insanissimus error dilucidè proditur, & radicitus extirpatur, sicut denique in sacris Missarum solennitatibus concordia voce profitemur, ac dicimus:

Redimus in vnum Deū, patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum

TOM. 2.

filium, filium Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumē ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natū, non factum, hominisoni patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, homo factus, & passus sub Pontio Pilato, ac sepultus, & tertia die resurrexit. Ascendit in cælos, sedet ad dexteram patris, inde venturus iudicare in gloria viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus & in spiritum sanctum, viuificantem, ex patre & filio procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificandum, Qui locutus est per prophetas. Et vnam catholicam atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptismum in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi. Amen. Huius fidei sanctæ regula idcirco nunc tractatus non recipit aperturam, quia & à sacris doctoribus abundè constat exposita, & imminentium causarum negotia nos ad alia trahunt peragenda.

2. Secundæ disputationis occursum affuit negotium, tam difficile quam & graue, in quo de re fugis atque perfidis disputatione commota, vtrumne possit eorumdem temperari sententia damnatorum, magno satis conatu est exquisitum. Sed cum illarum series conditionum, ad quas, decursis non longè temporibus, pro eorum penuria hostilitatis vastitas non iurare cõegerat, nostris esset auditibus recensita, tantam reperimus obligationis illic inesse censuram, ut macularum suarum nodositas non tantum videretur prohibitionem dedisse transgressionum, quantum cõclusisse viscera pietatum. Aderat enim, quod in vtroque paucior agebat, & nè sancti nominis prophanatio fieret, & nè miserationis operatio interiret, quia ex Dei nominis prophanatione non aberat, quod terreat, & prohibitione pietatis aderat, quod tædebat. Dumque alterno periculis obiectu sibi prolata sententiæ compugnarent, periclitabamur ancipites in bifido partium dissidentium calle, quo direptionis tramite

*directiois

judicium properaret. Sed cum gressibus disputationis nostræ esset difficultatis cõgressio, & de via nos abiecisset properandi, tandem relicto discrimine, cum fragore singultuum & imbribus lachrymarum, ad Deum, qui pietatis fons est, verba simul & corda cõuertimus, orantes: Adspira sancte spiritus, & ducito nos in portum voluntatis tuæ, sedatis fluctibus ignorantie nostræ. Ecce enim periculis syrtes in littore cursus nostri proueniunt, atque hinc inde obuiatibus naufragiorum obicibus, quod dispositionis nostræ vela pandamus, attentionis consideratione non cernimus. Sed adspira rursus tu

CCCC 3 sancte

sancti spiritus, & dato nobis, te donante, nō esse quod iubeas, ac te iubete implere posse quod iusseris, vt & perlustrādo illumines quod nescimus, & adiuuādo perficias, quod implere pauemus. * Si iam

* Si iam

* Refugiarum

Exod. 20. b

Leuit. 19. c

Esa. 30. a

Hiere. 5. f

Mid. 7. a

Esa. 58. b

1. Tim. 4. c

Iaco. 2. c

1. Ioan. 3. c

TOM. 2.

per semetipsam veritas: Diligite inimicos Luc. 6. d
vestros, benefacite his qui vos odiūt. Et iterum: Dimittite, & dimittet vobis. Si autem Luc. 6. f
non dimiseritis, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. Eccē sunt Domini-
missima cautiōe præcepta, ac proindē, quia sunt diuini oris profecutione taxata, manebunt per omnia æterna lege præfixa. Quid ergo? Nunquid aut iuramenta iustitiæ, aut misericordiæ pacem sibi contraire narrabimus, dum scriptum sit: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax se complexæ sunt? Aut quia controuersiarum lapsus sese in contentionem diffundunt, ideō vnus partis assertionem narrabimus non implendam, nē alterius assertio partis, iustitiæ patiat in instantiā? Et quia iuramenti custodia vltionem non temperat pauescendam, idcirco impietatis atrocitas mortem pariet execrandam? Absit. Etenim, si publicis sacramentorum gestis (quod Deus avertat) à quibuslibet illicita vel non bona extitisset cōditio alligata, quæ aut iugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissima virginis: nunquid non tolerabilius esset, stultæ promissionis reiicere vota, quam per inutilium promissorum custodiam, exhorrendam criminū implere mensuram? Quod si ita esset, quomodo crederetur vnus obseruantia iustionis esse fons pietatis, cum emitteret tribulos vltionis? Aut quæ nā illa esset sacræ obseruatio legis, quæ sacrilegia committeret prauitatis? Vt cuius mensuræ æquitas videretur, vt ex vnus præcepti cautela, necis exoriretur immanitas truculenta? At nunc non ita contendimus, vt contentionum diuortijs concitatis, nos ipsos cōtentionis certaminibus miscēamus. Est vera pax in vtroque quod dicimus, quia sic spiritus sanctus iter nostrū ac cursum temperat, vt in nullo deuius nos casus à dispositione secludat. Vndē plena iam voce, pleniori fide, plenissimaq; intēctione prædicamus, atq; in tota sanctæ Ecclesię vniuersitate prædicamus, pariter & optamus, nulla prophanatione solius & summæ diuinitatis nomen exiltere assumendum, nullo periurij sacrilegio indebitē prophanandum, nullo vsquam contractu fallaciæ contingendū. Nam si attestante veritate, propter prophanationem periurij euitandam, prohibetur omnino iurare, cum dicitur, Sit sermo vester, Est est, Non non: quod autē plus his est, à malo est: quomodo impunitū erit, nomen tantę gloriæ voluntariē prophanāsse, dū in eo taxata fides dinoscitur interisse? Vel quatenus pacis fœdera inter gentium dissidia ligabūtur, si non iuramenti pacta sanctiori integritate feruentur? Etenim omne quod in pacis fœdera venit, tunc solidius subsistit, cum iuramenti hoc interpositio roborat. Sed & omne quod animos amicorum conciliat, tunc

Psal. 84.

22. q. 4. Si publicis sa.

Matt. 5. f

* fide.

* fidiū
22. q. 4. omne
quod.

Esa. 45. d

for. 4. nobis

siuamen

Iob 29. c

Iob 30. d

Pro. 24. b

* vox

2. Reg. 1. c

Matt. 12. c

Di. 13. Duo
mala licet.

* piz ratiōis

* fidelius durat, cum ea sacramenti vincula ligant. Omne etiā quod testibus adstipulatur, tunc verius constat, cum id adiectio iurationis affirmat. Quod si & testis deficiat, innocētis fidem sola iurifurandi taxatio manifestat. Hinc vt mentibus humanis diuina voluntas panderet, quod volebat, nē labens fragilitas pro incerto teneret, quod inuiolatæ veritatis promissio exprimebat, per Esaiam loquitur, dicēs: Ego Dominus, & non est alius. In memetipso iurauī. Si ergo tantæ institutionis limite sunt votiua iuramenta seruanda, quis alienus à veritate, hæc adstruat execrabiliter violanda? Stabūt ergo sacræ autoritatis viuifica iussa, nec vana prophanatione erant aliquatenus temeranda. Verūm nē iuramenta, quæ data sunt, videantur in nos ita penitus miserationum conclusisse præcordia, vt nullam de pietatis affectu animę viscera concipiant indulgentiam paritura: sic stabilitis contractibus iuramento sinum misericordiæ aperimus, atq; ita cunctis Deo placita deuotione misereri censemus, vt nos nec iuramenti teneat cautio reos, nec inhumanitas faciat execrandos. Occurrere certē miserorū ruinis debet subsidio vnusquisq; quo valet, & ex releuatiōe alienę vindictæ, à se Dei amouere vindictam. Libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Vndē Iob iuuante passionis suæ experientia impendens patientibus, passionis suæ patientiam memorabat, suarumq; virtutum catalogum texens, inter cetera sic connectit: Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Et paulo post: Flebā quondam super eo, qui afflictus erat, & cōpatiebatur anima mea pauperi. Hinc & Salomon: Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare nē cesses. Quibus sanctæ autoritatis instructi decretis, nec sanctum nomen prophanāsse nos constat, quod nullatenus prophanandum ius nostræ prædicationis insinuat. Et indulgentiæ visceribus adaperitis, licet oris sui professione damnati, difficilē mereatur absolui, iuxta quod scriptum est: Sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum locutum est aduersum te iterum, Ex ore tuo condemnaberis, & ex ore tuo iustificaberis: tamen pietatis intuitu, & parcēdi viam pandimus, & misericordiam prorogamus. Huius sanē promissionis incautæ crudam cruentamq; temperare sententiam, illa q; maximē compellimur causa, quod hæc duo mala, licet si periculi necessitas, ex his vnū temperare compulerit, id debemus resoluere, quod minori nexu noscitur obligari. Quid autē ex his leuius, quidve sit grauius, pietatis acumine vestigemus. Etenim dum periurare cōpellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero

Psal. 84.

22. q. 4. Si publicis sa.

Matt. 9. b

22. q. 4. Incommutabilis Deus idemq;

Hiere. 18. b

Ezec. 33. c
* confusus in

TOM. 2.

rō noxia promissa completus, & Dei iussa superbē contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter iugulamur. Restat ergo, vt hæc nostra pergat sententia, quā misericordiæ patuerit via. Quæ ita domino probatur accepta, vt plus eam cupiat, quā sacrificia veneranda, dicente ipso: Misericordiam volo, & non sacrificium. Hac indulgentiæ concessa licentia, miserationis ipsius opus in gloriosi principis potestate redigimus, vt quia Deus illi miserendi aditum patefecit, remedia pietatis ipse quoq; non denegat. Quæ ita principali discretionē moderata perstant, vt & illis sit aliquatenus misericordia contributa, & nusquam gens aut patria per eosdem, aut periculum quodcunque perferat, aut iacturam. Hæc miserationis obtentu temperasse sufficiat. Cæterum quæcunque iuramenta pro regiæ potestatis salute, & contutatio nē gentis & patriæ, vel hætenus sunt exacta, vel deinceps extiterint exigenda, omni custodia, omniq; vigilantia indissolubiliter decernimus obseruanda, à membrorū truncatione, mortisque sententia religione penitus absoluta. Sed nē prauarum mentium versuta nequitia nosmetipsos ad periurij quandoq; deuoet culpam, nec à sanctę fidei regula hanc asserat venire sententiam, tam diuinæ autoritatis oracula, quā precedentium patrum assera huic narrationi curauimus innectenda. Etenim incommutabilis eademque semper existens D E I natura, parcens, sua sapē in facris literis legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam. Vndē quanlibet sit impassibilis, atque immutabilis, eiusdemque peccatis, licet sint dicta firmissima, crebrō tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitentiæ, quæ sacris extat mysterijs adoperata. Iurare nanque Dei, est, à seipso nullatenus ordinata conuellerē: pœnitere vero, eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Sic enim per Hieremiam dicit: Repentē loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, vt eradice, & destruam, & disperdam illud: Si pœnitentiam egerit gens illa super malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiā super malo, quod cogitavi, vt facerem ei. Et per Ezechielem: Si dixerō iusto viro, quod d vita viuat, & conuersus à iustitia sua, fecerit iniquitatem, omnes iustitię eius obliuioni tradentur, & in iniquitate, quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixerō impio, morte morieris, & egerit pœnitentiā à peccato suo: vita viuat, & nō morietur. Si ergo nostra conuersio sic diuinam mutat sententiam, cur miserorum tantæ lachrymæ vel pressuræ, tam crudam non tēperet ex misericordia?

Matt. 9. b

Ezec. 33. c
* confusus in

TOM. 2.

ratione vindictam? Hinc etiam Israelitico populo saepe ultio promissa suspenditur, & Niniuitarum perditio, diuinæ sententiæ pmutatione sedatur. At verò illustrium laudum titulo præclarus author Ambrosius, in libro de officijs primo, huiusce rei causa sic loquitur: Est etiam contra officium nonnūquam, soluere promissum, & sacramentum custodire: vt Herodes, qui iurauit, quoniam quicquid petitura esset, daret filia: Herodias: & nocem Ioannis præstitit, nē promissum denegaret. Nam de Iephte quid dicam, qui immolauit filiam, quæ sibi victori primūm occurrerat, quò votū impleret, quod sponderat, vt quicquid sibi primum occurrisset, offerret DEO? Melius fuerat nihil tale promittere, quàm promissum soluere parricidio. Item in libro tertio: Purum ergò ac syncerum oportet esse affectum, vt vnusquisq; simplicem sermonem proferat, vas suum in sanctitate possideat, nec fratrem circumscriptione verborum seducat. Nihil permittat inhonestum. At si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quàm facere quod turpe sit. Sæpè pleriq; constringūt se iurifuradi sacramēto, & cum ipsi cognouerint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt, quod sponderint. Sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici præmiū turpiter promissit, crudeliter soluit. Turpe est, quòd regnum pro saltatione promittitur: crudele, quòd mors propheta pro iurifurandi religione datur. Quanto tolerabilius tale fuisset periurium sacramento? Et post pauca de Iephte disputans: Mirabilis, inquit, necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius est non vouere, quàm vouere id, quod sibi is, cui promittitur, non lit exolui. Et post paululum: Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Deniq; ipse Deus, sicut scriptura indicat, frequenter mutat suam sententiam. Vir quoque sanctissimus Augustinus, vestigijs acumini caute, inueniendi arte præcipuus, asserendi copia profluus, eloquentiæ flore venustus, sapientiæ fructu fecundus, hæc in suis narrat affatibus: Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non est sine culpa, cum aut iocamur, aut promiscordia mentimur. Illud primum in iocando, idè non est perniciosissimum, quia non fallit. Nouit enim ille, cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem minus est idè, quia retinet nonnullam beneuolentiam. Idem ipse: Non auferat (inquit) veritas misericordiam, nec misericordia impediatur veritatem. Si enim pro veritate, aut quasi rigida veritate, oblitus fueris misericordiam, non ambulabis in via Domini, in qua misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Beatus etiam papa Gregorius, & vitæ meritis honorandus, atque in ethicis asser-tionibus penè cunctis meritò preferendus,

fic in libris infert moralibus: Quia ergò Be-emoth iste tam inexplicabilibus nodis ligat, vt plerunq; mens, in dubium adducta, vnde se à culpa soluere nititur, indè in culpa arctius adstringatur, rectè dicitur: Nerui testiculorum eius perplexi sunt. Argumenta namq; machinationum illius, quo magis laxantur, vt relinquunt, eo magis implicantur, vt teneant. Est tamen, quod ad destruedas eius versutias vtilliter fiat. Vt cum mens inter minora & maxima peccata constringitur, si omnino nullò sine peccato aditus euadendi patet, minora semper eligantur: quia & qui murorum ambitu, nē fugiat, claudis, ibi se in fugam præcipiat, vbi breuior murus inuenitur. Nostri quoque seculi doctor egregius ecclesiæ catholicæ nouissimū decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione non infimus, & quod maius est, in seculorum sine doctissimus, atque cum reuerentia nominandus Isidorus, in libro sententiarum secundo, hæc pro tali narrat negotio: Non est conseruandum sacramentum, quod malè & incautè promittitur, velut si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio. Similiter in Synonymis: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretū. Quod incautè vouisti, non facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Hæc de sacris paginis, authoribusq; præcipuis breuissimè sufficiat prælibasse. Nam plurima colligere poterit, qui hæc attentius legendo quasi fuerit. Caterum, quibus hæc nequaquam sufficiunt, vel hinc sumant cum rubore silentium, quia optat vas electiouis anathema esse à Christo pro fratribus suis, quàm perdurare crudelibus in delictis.

3 Tertio ratiocinationis alloquio doluimus contra priora monita patrum, vota perniciosissima posterorum. Nam quanto frequentius illi noxia veterunt, tanto studiosius isti perpetrare vetita non quiescunt. Sicq; per cōtrarium, quod penitus occumbere debuit, insulare non desinit: & res, q̄ tot excisa decretis arefcere potuit, ad vicem Lernæi capitis (vt ferunt fabulæ) truncata virescit. Denique, quod non sine magno dolore dicendum est, reperiuntur quàm plurimi, negotio muneris perituri, mercari velle gratiam spiritus sancti, dum vile præmium donant, vt pontificalis ordinis sublimè culmen accipiant, oblitū verborum Petri, qui dixit ad Simonem: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum DEI existimasti per pecuniam possideri. Proindè, quia & vtitur est tantum malum, & maiorum frequenter extat mucrone succisum, nos quoque huic vulneri canceroso ignitum (quod superest) adhuc iniijcimus ferrum, decernentes omnino,

nò, vt quicunq; deinceps propter accipiendam sacerdotij dignitatem, quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum, atq; à participatione Christi corporis, & sanguinis alienum, ex quo illum constat execrabile Christo perpetrâsse flagitium. Quòd si aliquis extiterit, qui accuset, ille, qui hunc ordinem munerum fuerat acceptione lucratus, & suscepto honoris gradu priuatur, & in monasterio subperenni pœnitentia religetur. Illi verò, q̄ pro hac causa munerum acceptores extiterint, si clerici fuerint, honoris amissione mulcentur: Si verò laici, anathemate perpetuo condemnentur.

4 Quartæ confessionis euentu obuius sese nobis intulit pontificalis culminis lapsus, quem antè flere, quàm disponere cōpulsus ex ordine sumus. Nam dum fecundum carnis assumptæ mysteriū, Ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere Christus, meritò in membris eius intentio Episcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimiori celsitudine ordinum regunt, & disponunt subiectas multitudines plebium. Vnde quantò ipsi sequentium sūt ductores, tantò meritorum lumine debent præfulgere. Quapropter omnes episcopi inter cætera virtutum ornamenta, nitore carnis debent propensius enitere, vt ex hoc audientes munditiam appetant, ex quo doctores immunditia non deturpat: adè, vt si deinceps episcopi detecti fuerint, execrabilibus flagitijs cum quibuslibet feminis polui, ac familiari peculiaritate versari, nouerint, se irreuocabili sententiâ patrum vlcisci, id est, & loci & ordinis dignitate priuari.

5 Quintæ actionis impulsu peruenit ad totius concilij sacrum auditum, quosdam sacerdotes & ministros, obliuiscetes maiorum ac veterum constitutorum, aut vxorum, aut quarumcunq; sceminarum immunda societate, & execrabili contagione turpari, & pessima cordis obstinatione, tam sacris literis, q̄ patrum regulis obuiates, nec leui quidem respiramine contemplantes, quod scriptum est: Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, dicit dominus. & illud Apostolicum, Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, id est, fornicationem & immunditiam, cōcupiscentiam malam & auaritiam: quibus quanto est pertinacior vis in malis, tanto austerioribus conuenit obuiare decretis. Propter quod flagitijs detectis, specialiter hoc à sancto concilio definitur, vt omnes episcopi id ipsum in suis quærere sollicitè curent. Et cum hoc verissimè reperire potuerint, omnes placita cautione taliter distringant, vt nunquam vterius tam abominanda committat. Mulieres verò, seu liberae sint, seu ancillæ, hæc illis turpitudine sociatæ, ità omnimodè separentur,

tur, aut certè vendantur, vt vterius ad confocios sui criminis reuertendi omnem habeant aditum denegatum. Illi verò, si omnino coerceri nequiverint, vsque ad exitum vitæ suæ monasterijs deputati, disciplinis monasticis maneant omnino subiecti.

6 Sextæ discussionis obiectu, quorundam malè sibi conficiorū patuit denotatum elogium. Nam relatum est nobis, quosdam subdiaconos, postquam ad sacri huius ordinis peruenerint gradum, non solum carnis immunditia fordidari, cum scriptum sit, Mundamini qui fertis vasa Domini: sed etiam (quod dictu quoque nefas est) nouis vxoribus copulari, asserentes hoc idè sibi licere, quia benedictionem à pontifice se nesciunt percepisse. Proindè, omni excusatiōum discussio velamine, id præcipim⁹ obseruari, vt, cum iidem subdiacones ordinantur, cum vasis ministerij benedictio eis ab episcopo datur, sicut in quibusdam Ecclesijs vetustas tradit antiqua, & sacra dinoscitur consuetudo substare prolata, omni penitus ab illis forde mulierum ac familiaritate remota. Quòd si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati, mox erunt sub pœnitentiæ oneribus vsq; ad extremū vitæ monasterijs religandi.

7 Septimæ asseritionis accessu adiit cœtum nostrum tam inuerecunda progressio, quàm ignobilis ac detestanda præsumptio. Quosdam enim, aut euentu necessitatū, aut metu periculorum, adeptos fuisse nouimus ecclesiasticarum officia dignitatum. Et quū, cum illis hæc imponerentur, id sibi fieri noluisse testati sunt, idcirco hæc spernere, atque ad pristina pertentant coniugia moresq; redire, tam nequiter cælestia iura soluentes, q̄ promptè seculi extat illecebris inhiantes. Qua de re nosse nos cōuenit, quòd episcopalis eminentiæ diuina auctoritas non immeritò sacris omnibus esse summa pœn-suit, quæ cæteris sacerdotibus exercenda prohibuit: scilicet, templorum Dei sacratiōem, chrisimatis benedictionem, sacrorumq; ordinum institutionem, quæ tam diuinaliter ordinata persistunt, quàm excellentissimè conferuntur: quia & tantò ab eis singulariter impenduntur, quātò eidem summo culmini peragenda seruātur. Quomodò ergò, quod in se recipit, à se recedere poterit, cum hæc à nullo altero conferri, q̄ à solis pontificibus nouit, à quibus nec ligata solui, nec soluta poterunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum veritas ait: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatū & in calo: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in calo. Nequaquam ergò aliquandò poterit prophanari, quod diuina iussione, simulq; Apostolicæ traditiōis auctoritate sacrum noscitur extitisse. Verum sicut sanctum chrisma collatum, & altaris honoruelli non queunt, ità quoque sacrum decus honorum, quod his compar habetur & so-

so cium, quali bet fuerit occasi one perceptū, manebit omnimodè in conuulsū. Ad extirpandum verò radicibus huius callidè machinationis inutile argumentum, id sibi rationabiliter dari nouerint in obiectu, q̄ sacrosancti baptismatis inappreciable donum est semper, & sæpè non solum nolentibus, verum etiã (quod maius est) nescientibus impartitur, sed hoc à nullo penitus prophanari permittitur. Quod & si hinc opponitur, necdum rationis capacem existere, qui hoc probatur accipere: hinc omniò cognoscant, quia si maiores impunè non deserunt, quod paruuli vel nesciendo, vel nolendo percipiunt, quanto magis non cõuenit violari, quod pro mortis aut pœnarum euadenda pernicie, occulta Dei dispensatione dinoscitur obuiescè? Recedant ergò talium desideriorum sine verecundia impudorati fautores, & licèt inuiti pœperint, quod non merebantur habere: libenter tamen ob caeleste retineant præmium, quod nolendo, propter terrenæ cõsecuti sunt necessitatis euentum, vt tam inuiti appetant bona diligere, quàm spontè videntur desidentes impugnare. Quod si quis post hoc perennis dispositiois edictum, non synce- riter sacræ in hæserit cultibus, & abiciens à se gratiam quam accepit, relabitur ad coniugium, moresq; feculi attentauerit, vel eũ redire ad hoc constiterit: mox omni Ecclesiastici ordinis dignitate priuetur, & vt apostata, à sanctæ Ecclesiæ liminibus, & societate fidelium habeatur, prorsus exclusus, monasterij claustris, donèc aduixerit, sub pœnitentia retrudendus.

8 Octauæ disceptationis affatu reperimus quosdã diuinis officijs manipatos, tanta nescientiæ socordia plenos, vt nec in illis probentur instructi competenter ordinibus, qui quotidianos versantur in vsus. Proindè sollicitè constituitur atq; decernitur, vt nullius cuiuscunq; dignitatis Ecclesiasticæ deinceps percipiant gradum, qui non totum psalterium, vel canticorum vsualium & hymnorum, siue baptizandi perfectè nouerint supplementũ. Illi sanè, qui iam honorum dignitate funguntur, huiusce tamen ignorantia cæcitate vexantur, aut spontè sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut à maioribus ad lectiois exercitia cogantur inuiti.

9 Nonæ intentionis admonitu detecta est ingluuies horrenda voracium, quæ dum freno parsimonie non adstringitur, religioni contraire monstratur. Dicente enim scriptura, Qui spernit minima, paulatim decidit: illi tanta edacitatis improbitate grassantur, vt caelestia & penè summa continere videantur. Etenim cum quadragessimæ dies, anni totius decimæ deputentur, quæ & in oblatiõie ieiunij Dño cõsecrantur, quibus etiã saluberrimè cõditio humani generis

recēsetur. Eccē 19, a

expiatur, dum à quatuor mundi partib⁹ ad hanc homo religionem crediturus adducit, & ex quatuor elementis formatus, propter transgressionem decalogi quaterdecim cõuenienter affligitur: illis, qui ausu temerario hæc omnia contemnunt, nec voracitatis ingluuiem frenant, & (quod peius est) paschalia festa illicitorum esum perceptiõne prophanant, ex hoc cadedo acerrimè interdicitur, vt quisquis absq; inuitabili necessitate atq; fragilitate, & euidenti languore, seu etiã impossibilitate ætatis, diebus quadragessimæ esum carniū psumperint attentare, non solum reus erit resurrectiõis nãicę, verum etiã alienus ab eiusdem diei sancta cõmunione: & hoc illi cumuletur ad pœnam, vt ipsius anni tempore ab omni esu carniū abstineat gulã, quia sacræ diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam. Illi verò, quos aut etas incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, nõ antè phibita violare psumat, q̄ à secedote pmissũ percipiant.

10 Decimę colluctationis assensu molestis actib⁹, quos sagax indagatio pietati obuiare detexit, & non tam benè regendi licentia, q̄ se mansuetudo impugnasse probauit, fati (vt opinamur) & lege gloriosi principis, & decreto sanctæ synodi huius contradictum esse conspeximus. Itã enim sanctus spiritus per vtrãq; definitiones mortalium corda persfluit, vt vitali statu verborum, in posterum omnem exureret malè concupiscentium rabiem animorum. Actum nanq; est definitionibus ipsis, vt quia pietatis diuinæ incompræhensibilis natura se conditioni mortalium in vnitate personæ cõiunxit mysterio redemptionis humanæ, nos quoq; membra capitis huius & pfidiæ malum, & concupiscentiam, quæ radix malorũ est om̄i, & auaritiã, quæ inuenitur seruitus idolorum, pari simul igne ac mucrone, totoq; artificio radicibus euellamus ac decemus. Ab hinc ergò deinceps, itã erunt in regni gloriam præficiendõ rectores, vt aut in vrbe regia, aut in loco, vbi princeps decesserit, cū pontificũ, maiorũq; palatij omnimodo eligantur assensu, non forinsecus cœtu aut cõspiratione paucorũ, aut rusticarum plebium seditioso tumultu. Erũt catholice fidei assertores, eamq; & ab hac, q̄ imminet, Iudæorum pfidia, & à cunctarũ hæresum iniuria defendentes: erunt actibus, iudicijs, & vita modesti: erunt in prouisionibus rerum parci, plusq; extenti, vt nulla vi aut factiõne, scripturarũ vel definitiõum, qualiumcunq; contractus à subditis vel exigant, vel exigendos intendant: erunt in conquisitis oblatione gratissimæ rebus, non prospectantes proprii iura commodi, sed consulentes patriæ atque genti. De rebus congregatis ab eis, illas tantummodo sibi vèdicent partes, quas dictauerit autoritas principalis. Verũ quęcunq; in ordinata reliquerint, hereditabunt

Nota.

1. Timo. 6b
Ephē. 5b

oblatione
gratissima

bunt successores propriorum, & ante regnum iustissimè conuulsita, aut heredes capiant iure proximitatis. De affiniũ successiõne vel munere, quauis inordinate relicta sint, aut primò tãtũ filijs, aut heredibus sequenter proficiant vel propinqs, atq; itã in eorum cunctis actibus, moribus ac rebus, præfata legis autoritas erit valitura, vt & perenniter maneant in conuulsã, & non prius apicem regni quisq; percipiat, q̄ se illa per omnia suppleturũ iurifurandi taxatione definiat. Cui etiã legi vel decreto episcopalem non solum in futuro, sed etiã in præfenti reuerentiam apponentes, decernimus, vt quicunq; detractor, & non potius venerator decreti eiusdem atq; legis esse maluerit, siue religiosus ille sit, siue laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum & sui ordinis dignitate priuetur.

11 Vndecimæ occasiõis articulo decreto vniciuersalium perenne dedimus firmamentum, sciẽtes, quòd multimodã semper Deus oppositiõie iudiciorũ ærumnas releuat oppositorum. Et sicut malis exigentibus hominũ, permittit exerceri pœnas vtiõnum: itã cũ voluerit, grauedines releuat pressurarum. Hinc & decreta præcedentium patrum, ad contentiõis iurgium radicibus euellendum, ritè synodalem fieri censuræ conuentum, vt illic de diuersitate iudiciorum præterite lites habeant terminum, vbi sanctus spiritus vniciuersalè coadunauerit cœtum. Ab hoc ergò spiritu sancto succenti, nõ qualibet in posterũ aut impunè valeant committi, aut generalia statuta conuelli, plena decernimus vnanimitate connexi, vt quęcunq; pro fidei causis, ecclesiasticisq; negocijs, aut in præteritis gestis, aut in præfentibus constitutis, aut in futuris etiã decretis vel sint vel fuerint definitiones conscriptæ vniciuersali autoritate, nullus deinceps contradicere audeat, nullus euertere præsumat, nullus non implere cõtendat. Nam si quis ex religione contra hæc in obediens, aut susurrans, aut certè lacerator, aut inuidus, ac non potius eorundem fautor extiterit: gratia, & honoris sui & cõmunionis sacrę luceat amissione multatus. Cũ verò aut quælibet sancta synodus agitur, aut pacificè inter pontifices quippiam definitur, si pauciores per nescientiam vel contentiõnem fortè dissentiat, aut commo- niti plurimorum sententiã cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore cõfusiõis abscedant, aut excommunicationis annuæ sententiã luant.

12 Duodecimæ quæstionis propositiõne, quę est finalis & vltima sacratissimi principis obsecratione pijsima, pro Iudæorum abominabili ac nefanda perfidia, execranda nostro cœtui perpatuit causa. Quam idcirco in fine sententiarum censuimus esse

aprotentia

agratiosus

ponendam, quoniam eandem gentem, delicti sui merito retroductam, per diuinã sanctiõis oracula à capite positam, deslemus nunc esse in cauda. Sed quia Christus, vt p nobis, itã quoq; pro illis mortuus est, iuxta quod ipse ait: Nõ sum missus nisi ad oues, q̄ perierant, domũs Israel: necessarium duximus, summam pro eis impendere curam, p quibus suam Christus ponere non dedignatus est animam. Ideoq; principali clementia deuotissimè approbante, (quæ ob hoc sui regni apicem à Deo solidari præoptat, si catholice fidei pereuntium turmas acquirat, indignum reputans, orthodoxæ fidei principem sacrilegis imperare, & infidelium societate pollui) nihil aliud pro his ex nostra sententiã definitur, quàm vt decreta concilij Toletani, quod diuæ memoriæ Sisenandi regis aggregatum est tempore, à nobis ac posteris omnimoda suppleantur intentiõne. Qui autem ab eiusdem synodi voluerit sententiã dissentire, vt verè sacrilegum nouerit se condemnari. Diuinæ Trinitatis inseparabile nomen, sicut in inspiratione mirabili nostrorum tractatum primordia illuminauit, itã consummatione sublimi eundem iam pficiendo concludat, vt in illo sit nostrum explicuisse, à quo nobis adfuit inchoasse. Damus ergò gloriam & honorem eidem sanctæ & indiuisibili Trinitati, quæ nobis & ex se dicere contulit, & in se dicta compleuit, quæ reformauit in extremitate seculorũ remedia pietatum, & resoluit ligamina vinculorum. Sit gratiarum actiõ, salus & benedictiõ exercitiũ nomen, super serenissimo Reccesuintho principe glorioso. Gratiarum actiõ & reuerentiæ plenitudo, à nobis omnibus in commune ipsi clementissimo principi, bonorum gratifico largitori, cuius votorum instantia benigna Deus attulit complementa: cuius dispositio pijsima, pressurarum remouit exitia: cuius tẽporibus conferat vigere iustitiam, & exuberare misericordiam opulentam: cui post præfentis æui tempora, diurnam cum sanctis omnibus tribuat in remuneratione coronam. Nos autem omnes hanc decretorum nostrorum seriẽm ex rectæ fidei, vel pietatis ac iustitiæ fonte manantem, coram Deo & sanctis angelis eius, orthodoxis omnibus & nunc & in futuro impensissimè commendamus, obseruantes enixiũ, vt hæc & reuerenter adimpleant, & ab æmulis benignè defendat. Cõtinentibus autem eam diuinã seueritatis vltiõ pauenda proueniat, obseruantibus autem misericordia profluens, pax perpetua, & gloria sempiterna cõtingat. Huius quoq; sententiæ fortitudine vel vigore, decreti nostri Reccesuinthi regis edidimus nomine, p rebus à diuæ memoriæ patre suo quolibet titulo conquisitis, decernimus omninò cõtastare. Legem deniq; quam pro coercenda

Matt. 17, 6

Cap. 56. 37.
58. 59. 60. 62
conc. Tolet.

principum horrenda cupiditate idem clementiss. edidit princeps, simili robore firmamus, atque vt futuris retrò temporibus modis omnibus obseruetur, pari sententia definimus. Quæ etiã nê taciturnitate temporum, vel obliuiofa vetustate deferantur, huic nostræ constitutioni decreuimus vtraque innectenda, & ita cunctorum memorię commendanda, vt à cunctis regulis superiorum ordinatis, nequaquam maneant segregata. Cætera quoq; decretorum nostrorum iudicia, quæ ab hac sancta synodo noscuntur esse confecta, si quis conuellere forsitan decreuerit, aut temerè implere neglexerit, vel infringere quandoq; voluerit, per iudicium omnipotentis Dei anathema sit. Soli autem Deo nostro gloria in secula seculorum. Amen.

Interfuerunt huic sancto concilio, qui & subscripserunt, pontifices numero *LII. scilicet, Orontius Emeriten' metropolitano' episc. Antonius Hispanen' metrop. episcopus. Eugenius regie vrbis metrop. Episcopus. Potamius Calaguritanus episcopus. Potamius Bracaren' metropol. episcopus. Eparchius Italicen' episcopus. Anfericus Segobien' episcopus. Dunila Malacitan' episcopus. Toila Gerunden' episcopus. Stephanus Astigitan' episcopus. Tagontius Valerien' episcopus. Donus *Imopyrenæus episcopus. Vuinibal Ilicitanus episcopus. Ioannes Caurien' episcopus. Floridius Segobricen' episcopus. Egeredus Salamanticens' episcopus. Marcus Castulonens' episcopus. Georgius Agathen' episcopus. Vincentius Tuccitanus episcopus. Sclua Egabren' episcopus. Vuidericus Segotien' episcopus. Candidatus Asturicens' episcopus. Dalila Compluten' episcopus. Athanasius Seta-bien' episcopus. Goericus Aufonen' episcopus. Abientius Elborens' episcopus. Filimirus Lamecen' episcopus. Seruandus Ilipeus episcopus. Sylueller Carcafonens' episcopus. Ala Eliberitanus Episcopus. Vadila Visentis episcopus. Amamingus Elnensis Episcopus. Afrila Dertofanus episcopus. Adeodatus Paceden' episcopus. Baucada Agabren' episcopus. Felix Valentinen' episcopus. Phosphorus Corduben' episcopus. Froila Mentefanus episcopus. Giberus *Bigastren' episcopus. Maurellus Vrgellen' Episcopus. Hermenfredus Luceus episcopus. Ascaricus Palentinus episcopus. Celidonius Caliabren' episcopus. Litorius Aufen' episcopus. Iulianus Accitanus episcopus. *Somtanus Auriens' episcopus. Seruulfus *Bastianus episcopus. Sisebertus Cornimbricens' episcopus. Taio Casaraugustanus episcopus. Eusebius Osceus episcopus. Baldugius Arcobricen' episcopus. Maurusius Oretanus episcopus.

*Bistargen' vel Bigeren'

*Bastitanus

Item Abbates. Fugitiuus abbas. Anatoli' abbas. Eupfychius abbas. Hildephonus abbas. Simpronius abbas. Eumerius abbas. Quiriacus abbas. Morarius abbas. Ioannes abbas. Secun-

dinus abbas. Marcellinus archipresbyter Toletanus. Siliculus primicerius.

Vicarij episcoporum.

Osdulgius abbas Riamiri episcopi Ecclesie Dumien'. Seruandus archipresbyter Vincentij episcopi Ecclesie Gerabrien' vel Agrien'. Godiscalvus presbyter Egilæ episcopi Ecclesie Oxouien'. Matterius presbyter Somnani episcopus. Britoleen' Ecclesie. Victorinus presbyter Beati episcopi Ecclesie Tudeen'. Guitericus diaconus Maurelli Diacensis ecclesie episcopus. Tonantius diaconus Gauduleni episcopi ecclesie Ilerdensis. Daniel diaconus Marcelli Vrcitanæ Ecclesie episcopus. Sindigis diaconus Vincibilis episcopi Ecclesie Iriensis. Sagarellus diaconus Saturnini Ossonoben' Ecclesie episcopus. Viri illustres officij Palatii.

Odoacer comes cubiculariorum. Ofilo comes cubiculariorum. Adulphus comes Scanciarum & dux. Babilo comes & procer. Ataculphus comes. Ella comes & dux. Paulus comes notariorum. Euantius comes Scanciarum. Rucchila comes patrimoniorum. Afrila comes Scanciarum. Venedarius comes Scanciarum & dux. Fandila comes Scanciarum & dux. Euredus comes & procer. Cumefredus comes sacrariorum. Froila comes & procer.

Decretum vniuersalis Concilij, editum in nomine principis.



Oliditatem reddidisse fratrum, atq; fecisse consurgere quod extiterat collisium, & incrementum est vilitate mercedis, & plenitudine consummate pfectiois. Pôderi etem collidētis ruina, si equalium proximorum curam conuenit obuiare: quanto grauioris erit culpa, prælatos incuriæ discrimen incurere, si nō quo valent, ex communi onere sibi commissos procurent populos subleuare? Prope-randum ergo est inter ruinas collisionum, cateruas eripere collisionum, vt ex hoc iugiter & vltra nec vigorem nocēdi habeat excranda pressura, & omnis compressus, no-uerit sanctæ sanctionis esse sibi collata remedia. Cū decursis ergo temporibus duræ dominationis sese potestas grauis attolleret, & in subiectis populis impiorum dominatus non formaret iura regiminis, sed excidia vltionis: adspeximus subditorū statum non ex ordine vegetari rectoris, sed deijci ex grauedine potestatis. Contraxerūt enim reges elata fastigia in bifronti diffidio motionis, & aut in culpis lex ardua fœuiebat, aut in spolijs fauorem lex voluntaria commodabat. Indè mœstos animos nō spēs fouebat ex munere, sed tolerantia vexabat in funere. Vndè iam increpationis occursum nō tantum nos abire sola ratio cogit,

for. Scandi. arum

for. pcc.

git, verum & ipsa communitio rerum impellit, vt ex omnium deliberatione animorum concordia illa maneat sententia dicti, q̄ & finem ausibus ritè ponat illicitis, & consultiu saluandis iure ferat populis. Quosdam namque conspeximus reges, postquam fuerint regni gloriam assequuti, extenuatis viribus populorum, rei propriæ congerere lucrū, & oblitū, quod reges sint vocati, defensionem in vastationem conuertunt, qui vastationem defensione pellere debuerunt, illud grauius innectentes, q̄ ea, quæ videntur acquirere, non regni deputant honori vel gloriæ, sed ita malunt in suo iure confundi, vt veluti ex debito decernant, hæc in liberorum posteritatem transmitti. Quam obrem in proprietatis illa conantur, redigere sinum, quæ pro solo constat illos impij percepisse fastigio: & illud in iuris proprii collocant antro, quod publicæ vtilitatis acquisitionem esse cōstat obtentu. Nam nūquid ad illos aut populorum aduentus, aut rerū poterat concurrere census, nisi extitissent gloriæ sublimati culminibus? Aut ab æqualibus illi potuerint rerum cōseruatione ditari, nisi per subiectos glorioso apice potuissent attolli? Omnia certè toti plebis membra subiecta, dum ad principale caput releuant attentum debite iustitiam obtutum, negociorum ab illo prospectant remediū, cui modò gratum, modò debitum irrogant censum. Regalis proindè orthodoxa sublimitas hæc cuncta sibi debenti conuincit, ex quo se regem recognoscit, & indè conquistata, nō alteri, quàm sibi, iustè defendit. Vndè non persona, sed potentia subdi hæc debere non ambigit. Regem terrenum iura faciunt, non persona: quia nō constat sui medietate, sed sublimitatis honore. Quæ ergo honori debentur, honori deseruiat: & q̄ reges accumulantes, regno relinquunt: vt quia eos regni gloria decorat, ipsi quoquè regni gloria non extenuent, sed exornent. Habent aut deinceps iure conditi reges in regendo corda sollicita, in operando facta modesta, in decernendo iudicia iusta, in parcendo peccata prompta, in cōquirendo studia parca, in cōseruando vota sincera: & tanto gloriam regni cum felicitate retinent, quanto iura regiminis & mansuetudine cōseruauerint, & æquitate direxerint. Promissæ præmij ditionis, nē non prodidisse putetur ex fomite rationis, reuelare conuenit euidentissima specie operis, vt ex illo nos idoneos assertores habeat probitas veritatis, ex quo semp semetipsam referuauerit qualitas actionis. Ecce enim ita ex gentis nostræ medicibus, maioribusq; personis multos hæcenus corruisse reperimus & dessemus, vt eorum agnitis ruinis, non aliud possim, quàm diuinæ iudicia cōsiderare permissiois, quorum domorum spolia & potentiarum diuitias, simul ac p̄dia ita conspiciamus prorsus

exinanita, vt nec fisci vrbibus commoda, nec palatinis officijs reperiantur in remediū salutare collata. Cuius rei serie ex vtroq; concurrente defectu, dum & iudicatos sententia iudiciorum elisit, & in eorū bonis ad ipsorum vicem munificatus, nemo penè non tenuisse disciplinam in ordine, sed defectum posuisse pensatur in gente, illo maioris salutis dispendio cumulado, q̄ tam hæc, quæ à iudicatis vigor iudiciorum abstraxerat, q̄ illa, quæ qualiscunq; prouentus ordine p̄fligationis contriuerat, tota proprietatis principum amplitudo in sinum suæ receptionis incluserat: sicque solo principali vtre suppleto, cuncta totius membra gentis vacuata, languescerent ex defectu. Vndè euenit, vt nec subsidium mediocres, nec dignitatem valeant obtinere maiores: quia dum solius potestatis vigor maxima occupauit, totius plebis stat' nec minima iura defendit. Itaq; cum omni palatino officio, simulq; cū maiorum, minorūq; conuentu, nos omnes tam pontifices, q̄ etiã sacerdotes, & vniuersi sacris ordinibus famulantes, concordia definitione decernimus & optamus, vt omnis cōquisitionis profligatio, in oim rerum viuētium, immobilium quoq; & moueri valentium, corpore vel specie, forma vel genere, q̄ à gloriose memoriæ Chindasintho rege à die, quo in regnum dinoscitur conscendisse, reperta quolibet modo extiterit, omnia in serenissimi atq; clementissimi nri nostri Recesuinthi principis perenni trāseant potestate, & p̄petuo deputentur in iure, non habenda parentali successione, sed possidenda regali congressione, ita vt iustè sibi debita quisq; percipiat, & dereliquis rebus, ad remedia subiectorum quæcunq; elegerit, principis voluntas exerceat, illis tātummodo exceptis, q̄ memoratus diuæ memoriæ Chindasinthus princeps, ante regnum, aut ex proprijs, aut ex iustissimè conquistis, visus est habuisse. In quibus, cunctis filijs eius vnà cū gloriose domino nostro Recesuintho rege, maneat diuisio libera, & possessio pace plenissima. Sed & illæ res, quas prædictus princeps de iustis prouentibus filijs suis, vel quibuslibet iustissimè visus est cōtulisse, vel reliquisse, omnes in eorum iure maneat in conuulsæ, illa huius negocij seruata veritate, vt quia grata voluntas dñi nostri recesuinthi regis reddere decernit vnicuiq; iustissimè debita, nemo in uasiois calumniā moueat, aut damna requirat, p̄ter quæ gloriose memorię genitorem eius quædam indebitè habuisse constiterat.

*cōgesserat

*propter

*abstulisse

Lex edita in eodem Concilio, à Recesuintho principe glorioso.

IN nomine Domini, Flauius Recesuinthus rex. Eminentia celsitudo terrenæ, tunc salubrius sublimia probatur appetere, cū saluti proximorum pia cernitur cō-

passione prodesse. Vnde solet contingere, vt plus commodi de aliena salute conquirat, quam de propria utilitate quisque proficiat. In multis enim, quia multorum salus attenditur, maioris lucri summa *percipitur. In se autem, quia priuati commodi fructus appetitur, non satis est, si vnus beneficij premium conquiratur. Hinc & illa regendarum tantundem salus est plebium, quae non suos fines priuata voluntate concludit, sed quae vniuersalitati limites communi pietatis lege defendit. Quapropter, ne salutaris ordo Imperialibus videatur verbis potius obtineri, quam *pactis, de sublimitatis obentu declinamus ad vota supplicum tranquillae visionis adspectum, vt inde salutaris compassio habeat commodum, vnde plebes ad optatae fuerint supplicationis effectum. Cum ergo praecedentium serie temporum immoderatio auditas principum sese prona diffunderet in spolijs populorum, & augeter eis proprietatis celum aerumna flebilis subiectorum, tandem, supernae respectiois afflatu, nobis est diuinitus inspiratum, vt qua subiectis leges reuerentiae dederamus, principum quoque, excessibus retinaculum temperantiae poneremus. Proinde sincera mansuetudinis deliberatione tam nobis, quam cunctis nostrae gloriae successoribus affuturis, Deo mediante, legem ponimus, decretumque, diuinae obseruantiae promulgamus, vt nullus regum impulsione suae quibuscunque motibus aut factionibus, scripturas de quibuslibet rebus alteri debitis, ita extorqueat, vel extorquendas instituat, quatenus iniuste ac violenter indebitarum sibi quisque, pbare possit dominium rerum. Quod si alicuius gratissima voluntate quippiam de rebus a quocunq; perceperit, vel pro euidenti praestatioe lucratus aliquid fuerit, in eadem scriptura patens voluntatis & praestitae conditio annotetur, per quam aut impressio principis, aut conferentis fraus euidentissimè detegatur. Et si patuerit, a nolente fuisse scripturam exactam, aut respiscat improbitas principis, & euacuet quod male contraxit, aut certe post eius mortem ad eum, cui exacta est scriptura, vel ad haeredes eius res ipsae sine cunctatione debeant reuocari. Illae autem res, quae remota omni reprobationis argumentatione, directo modo transferuntur in principis potestatem, in eius perenniter iure perdurent: & quicquid ex rebus ipsis idem princeps ordinare voluerit, suae potestatis arbitrio subiacebit. Verum, vt omne huius negotium aetionis roboret sinceritas veritatis, cum quarumcunq; rerum scripturae in principis nomine extiterint factae, mox testes, qui in eadem scriptura subscriptores accesserunt, ab his, quos elegerit princeps, diligentissimè perquirantur, si non aliquid indicium, aut de impressione principis, aut de fraude scripturam facientis, modo quo-

TOM. 2.

cunq; cognouerint, vt sic aut rite facta series scripturae permaneat, aut irritè cõfesta vanescat. Similis quoque, sententia de terris, vineis, atque famulis obseruetur, si sine scripturae textu tantummodo coram testibus, qualibet facta fuerit definitio. De rebus autem omnibus a tempore Suuinitiani regis, hucusque, a principibus acquisitis, aut deinceps, si prouenerit, acquirendis, quocunq; forsitan princeps inordinata siue relinquit, siue reliquerit, quae pro regni apice pro-^{*quoniam} bantur acquisita fuisse, ad successorem tantummodo regni decernimus pertinere, ita habita potestate, vt quicquid ex his elegerit facere, liberum habeat velle. In illis autem rebus, quae ipsi aut de bonis parentum, aut de quoruncunq; prouenerint successionebus proximorum, ita eidem principi, eiusque, (si filij defuerint) haeredibus legitimis haereditatis iure patebit, sicut ceteris lege vel successione paterna patuisse noscuntur. Quod si aliquid de rebus quorumcunq; parentum & proximorum, non solum successione, sed etiam qualibet collatione, aut quocunq; contractu ad ius ipsius prouenerit, si contingat haec inordinata relinqui, non ad successorem regni, sed ad filios vel haeredes eius, qui conquisiuit specialiter, omnis eadem conquisitio pertinebit. Nam de illis rebus, quas idem princeps ante regnum aut ex proprio, aut ex iustissimo conquisito dinoscitur habuisse, irreuocabili ordine aut faciendi, quod voluerit, potestas manebit, aut certe filijs eius successio plena patebit. Quod si filij defuerint, legitimis haeredibus ex his, quae inordinata reliquerit, haereditatem adire licebit. Huius sane legis sententia in solis erit principum negotijs obseruanda, atque ita perpetim valitura, vt non ante quispiam folium regale conscendat, nisi iuramenti foedere hanc legem se in omnibus implere promittat. Quemcunq; verò aut per tumultuosas plebes, aut per absconsa dignitatis publicae machinamenta adeptum esse consistit regni fastigia, mox idem cum omnibus tam nefarie sibi consentientibus, & anathema fiat, & Christianorum communionem amittat, tam dirae percussiois ultione collisus, vt omnis diuini ordinis cultor, qui illi communicare praesumpserit, simili cum ipso damnatione dispereat, & poena tabescat. Nam si quis legis huius serie ex officio palatino maliuolè detrahendo lacerare voluerit, aut euacuandam quocunq; vel silenter nullitas, vel aperte resultans, plerumque detectus extiterit: cunctis palatinae dignitatis consortijs & officijs mox nudatus, oim rerum suarum dimidiam partem amittat, & in deputato sibi loco redactus, a totius palatij maneat societate seclusus. Religiosus etiam, qui se in hac culpam deuoluerit, simili rerum proprietatis suae dispendio subiacebit.

Concilij Toletani octauis finis.

CON.

TANVM IX. HABITVM ANNO SEPTIMO RE-
cesuinthi regis. post diem Kalend. Nouemb. ab episcopis
sexdecim. Etsi Prouinciale.

CAPITVLA EIVSDEM CONCILII circa tempora Martini papae primi.

- 1 Vt de rebus Ecclesiae nihil episcopi auferat, & qualiter proximis fundatoris, Ecclesiae sollicitudinem gerant.
- 2 Vt fundatores ecclesiarum, quoad usque; vixerint, earum habeant curam, ipsique; illic ministros eligant seruituros.
- 3 Si de rebus Ecclesiae pro praestatioe aliquid dari dicatur, causa praestitae cognoscatur.
- 4 Quod de conquisitis rebus, inter Ecclesiam & sacerdotis haeredes, aequalis diuisio fiat.
- 5 Si episcopus monasterium facit, vel parochianam Ecclesiam dicit, quartam partem de rebus Ecclesiae conferat.
- 6 Vt episcopus tertiam partem ecclesiasticarum rerum sibi debitam, cui elegerit, conferat.
- 7 Ne extra constitutum ordinem morientis sacerdotis haeredes rem eius adire praesumant.
- 8 Vt in scripturis, quas sacerdotes vel ministri iniuste fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum.
- 9 Quantum commodum sibi episcopus tollat de Ecclesia, cuius tumulauerit sacerdotem.
- 10 De damnatione filiorum, qui ex sacerdotibus & ministris geniti probantur.
- 11 Quod seruilibus clericis dare debeant episcopi libertatem.
- 12 Quod post mortem sacerdotis, in libertate seruis collata, annorum tempus debeat computari.
- 13 Vt ex libertis Ecclesiae & personis ingenuis genitis, ab obsequijs Ecclesiae non recedant.
- 14 Quod si liberti Ecclesiae ad eam reuerti noluerint, omnis eorum reclusa iuri applicetur Ecclesiae.
- 15 De obsequio & disciplina libertorum Ecclesiae.
- 16 Quod liberti Ecclesiae, nihil de rebus suis in alienum liceat transferre dominium.
- 17 Vt baptizati Iudaei, cum episcopis celebrent dies festos.



VM canonice definitionis edicto in Toletanum vrbem pro peragendo Concilio post diem Kalendarij Nouembrii, anno septimo Recesuinthi principis gloriosi, in basilica sanctae Mariae semper virginis, in vnum fuisset domino fauente collecti, id communi definitione decreuimus, vt capitula, quae in

TOM. 2.

priscis canonibus minimè habebantur inserta, pari promulgarentur sententia, & antiquis iungerentur regulis, perenni iugitate mansura, & omni reuerentia conseruanda. Sed quia nequaquam rectè subditos iudicat, qui non seipsum prius iustitiae censura castigat aptum nobis & expeditibile visum est ante nostris excessibus imponere modum, & sic errata corrigere subditorum. Tunc nanque melius iudiciorum exordia dicuntur, cum vita iudicium antè disponitur, eoque potius iudicij forma completur, cum negotiorum principijs aequitas iudicantiu antefertur. Ideo exordium equitatis in chori a iudicibus debet, vt perfecta iuris causatio limitem apertius formet.

Capitulum primum.

Omnia itaque rei Ecclesiasticae quantitas, sicut remedium veniae tribuit conferenti, ita damnum rite preparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum, ex rebus Ecclesiae, quae in quibuscunq; locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel iuri suo aut cathedrae propriae ciuitatis connectat. Deuotio enim vniuersi cuiusque, sicut gratanter votum contulit Deo, ita definit, quod plenitudo votorum, conseruetur in loco: in quo, velut si collata tenent, manet gratia offerentis: ita si frustratur, imminet pernicietas defraudatis. Verum vt huius rei potior soliditas habeatur, condignis filijs vel nepotibus, honestioribusque; propinquis eius, qui construxit vel ditauit Ecclesiam, licitum sit, hanc bonae intentionis habere solertiam, vt si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis rebus prouiderint defraudare, aut commonitionis honestae conuentione compefcant, aut episcopo vel iudici corrigenda denuncient: Quod si talia episcopus agere tetet, metropolitano eius haec insinuare, procurent: Si autem metropolitani talia gerat, regis haec auribus intimare non differant. Ipsi tamen haeredibus, in eisdem rebus non liceat, quasi iuris proprii potestatem praeferre, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quancunq; praesumere: sed hoc solum in salutarem sollicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut, vt in multam aut aliquam partem salutaris merces affumat. Si quis verò deinceps haec monita temerare voluerit, & malè raptam cum confusione restituet, & ex communicationis annua sententiam sustinebit.

2 Cum saepe sit solitum, etiam illa, quae non debentur, prece supplicatiois & vi quodammodo extorqueri doloris: quanto magis
DDDD 2

*audicibus

*velut

& sine obstaculo concedi debent, exquisita simul & ordine iuris, & dolore compassio-

16. q. 7. Decernimus, ut quandiu

in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam, & sollicitudinem ferre precipiam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis ijdem ipsi offerant episcopis ordinandos. Quod si tales forsitan non inueniantur ab eis, tunc, quos episcopus loci probauerit Deo placitos, sacris cultibus instituat, cum eorum conuertia seruituros. Quod si, superstitibus eisdem fundatoribus, rectores ibidem presumpserit episcopus ordinare: & ordinationem suam irritam nouerit esse, & ad verecundiam suam, alios in eorum loco, quos ijdem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari.

infrumeto

3 Si sacerdos vel minister de rebus Ecclesie quippiam alicui sub prestationis obtentu concedat, instrumenti causam prestiti euidenter exponat, ut hoc aut iuste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens, quae latet, appareat: aliter vero pro huius negocij causa, deinceps scriptura non valcat.

12. q. 4. Sacerdotes vel

4 Sacerdotes, vel quicumque illi sunt, quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quaecumque administrationis suae tempore emerint, si de rebus proprijs vel vile vel carum habuerint, ad ecclesiam nomen, cui presunt, chartarum instrumenta conficere procurent. Non enim conuenit, ut Ecclesia, quae suscepit externum, efficiat in alieno diuitem, & in suo retineat fraudatorem. Hi vero, qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re, quam post ordinationis suae diem visi sunt acquisisse, siue nulla, siue aliqua sint instrumenta confecta, compensata tam iuris sui, quam ecclesiasticarum rerum habitudine, si se vtriusque rei quantitas aequauerit, inter ecclesiam & decedentis haeredes, a quo iure conquisitio pertinebit. Si autem qualibet pars maiori cumulo sui iuris excreuerit, maiorem portionem etiam in diuisione percipiet. Quicumque vero de predictis sacerdotibus vel ministris, pro sui utilitate atque amicitia, vel praestatione, aut quocumque modo, aut per scripturam feriem aliquid meruerint a quolibet percipere, in rebus ecclesiasticis non poterit numerari: sed quod exinde voluerint facere, in ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remaserit, Ecclesia hoc sibi, cui praesuit vel minister extiterit, in perpetuum vindicabit.

12. q. 3. Quicumque de sac.

TOM. 2.

5 Bonae rei dare consilium, & praesentis habetur vitae subsidium, & aeternae remunerationis expectare cernitur premium. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus Ecclesiae, cui praesidet, ditare decreuerit: non amplius ibidem quam quinquagesimam partem dare debebit, ut (hac temperamenti aequitate seruata) & cui tribuit, competens subsidium conferat: & cui tollit, damna grauiam non infligat. Ad ecclesiam vero, quae monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare voluerit sepulchris, non amplius quam centesimam partem censuum Ecclesiae, cui praesidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela seruata, ut vnam tantummodò, quae placuerit, ex his duabus remunerandam assumat.

12. q. 2. Bonae rei dare

6 Cum praeteritis sanctionibus notissimum habeatur, quae de rebus parochialium ecclesiarum pars episcopo conferatur: oportet tamen duximus decernendum, ut si episcopus tertiam partem, quam de rebus eisdem sanctione paterna sibi debitam nouit, aut ipsi ecclesiae cuius res esse patebit, aut alteri ecclesiae, quam elegit, conferre decreuerit, & licitum maneat, & irruocabile robur eius sententia ferat.

12. q. 3. Episcopus tertiam partem,

7 Propinqui morientis Episcopi, nihil de rebus eius, absque metropolitani cognitione, usurpare praesumant. Quod si is qui recesserit, metropolitanus fuerit, successoris eius sententiam aut concilium sustinebunt, ne passim haereditatis adeundae danda licentia, de rebus ecclesiae aut non retineatur ratio plena, aut fraus inueniatur illata. Quod si presbyter aut diaconus fuerit, quos obisse constiterit, non sine agnitione sui episcopi rem eius haeredibus adire licebit. Quisquis tamen post haec transgressor inuentus extiterit, pro his quae non expectato ordine adierit, inuasionis damno legis sententiae subiacebit.

16. q. 3. Si sacerdos

8 Si sacerdos vel minister, dum gubernacula ecclesiarum administrare videtur, contra patrum sanctissimas sanctiones, de rebus ecclesiae defuisse aliquid dinoscitur: non ex die, quo talia scribendo decreuit, sed ex quo talia moriendo defuncta reliquit, supputationis ordo substabit. Nunquam enim ad triennium temporis pertinebit, irritum hoc iudicantis: quia status contractuum, initia non sumptibus origine aequitatis.

9 Plerique, dum rapinis inhiant, quod non debent, aut miserationis opus condigne non implent, aut in debita ipsi miserationi damna permiscunt. Ideoque, ne amplius misericordiae opus execrabile labatur in scelus, id communi decreto sancimus, ut cum pontificem mori contigerit, episcopus, qui ad humadum corpus eius aduenerit, descriptis thesauris atque ornamentis omnibus, si locuples decedentis Ecclesia fuerit, non amplius

plius quam libram auri in rebus, quibus ei placuerit, exceptis ornamentis Ecclesiae, cum gratia offerentium auferre pertentent. Si vero minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet. Nam & haec usurpare ipsa, ratio nulla permetteret, nisi eius, qui conuenit, sacerdotis iniuria contemplatione antiquitas hoc usurpata seruasset. Porro breue descriptarum rerum, sub fideli relatione hic, qui descripsit, dirigere metropolitaniano curabit. Metropolitanus autem eadem morientis Ecclesiae, nihil prorsus auferre praesumat, sed solam, quae ad eum pertinet, curam salutarem impendat.

visitata

17. q. 8. Cum multae

10 Cum multae super incontinentia ordinis clericorum haecenus emanauerint sententiae patrum, & nullatenus ipsorum reformari quierit correctio morum, usque adeo sententiam iudicantium protrahere commissa culparum, ut non tantum ferretur ultio in auctores scelorum, verum & in progeniem damnatorum. Ideoque, quilibet, ab episcopo usque ad subdiaconum deinceps, qui vel ex ancilla, vel ex ingenue detestando connubio, in honore constituti filios procreauerint: illi quidem, ex quibus genti probabuntur, canonica censura damnentur: praesules autem tali pollutione nata, non solum haereditatem parentum nunquam accipiet, sed etiam in seruitutem eius ecclesiae, de cuius sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt.

Dist. 54. Qui ex familiaribus

11 Qui ex familiaribus ecclesiae, seruituri deuocantur in clerum, ab episcopis suis libertatis, necesse est, ut percipiant donum: & si honestae vitae claruerint meritis, tunc demum maioribus fungantur officijs. Quos vero flagitij fordida uerit incorrigibilis noxa, perpetua seruitus conditionis religet in catena. 12 Si sacerdos libertate seruis ecclesiae conferre voluerit, non a die consecrationis scripturae, tempus annorum computatum tenebit, sed ex eo, cum, qui scripturam confecit, uerius obijisse constiterit.

13 Excessibus libertorum ecclesiae, plerumque paronam videmus ecclesiam conuexari, & bicipiti coacti sumus tadio condolare: vno, dum per superbiam reluctatis, auctor contemnitur libertatis: altero, dum libertas supbientis, in conditione relabi cogitur seruitutis. Ideo cum iam praeteritis patrum regulis multae super hoc diuersae constitutionis emanauerint sanctiones, tamen quoddam ad plenitudinem rei aptum conspeximus adhuc innectere complementum. Igitur, sicut legum reuerenda sanctio censuit, ita seruare totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena commixtio maculet, quod generositas propria decorauit. Unde cunctis ecclesiarum libertis, tam uiris quam foeminis, eorumque propagini, interdicatur iudicio generali, ne deinceps causa conubij aut Romanis ingenuis copulentur,

TOM. 2.

aut Gotthis. Quod si hoc factum quandoque patuerit, permixtione tali genita proles, nunquam merebitur ius debita dignitatis: nec Ecclesiae unquam carebit obsequijs, cuius beneficio donum meruisse noscitur libertatis.

14 Si contingat quemcunque de libertis ecclesiae, eorumque prosapia, contra primaeuas modernasque patrum regulas, aut Gotthis, aut Romanis ingenuis copulari, tam illis, quae eorum stirpi non licebit ab Ecclesiae patrocinio euagari: sed aut ad debita obsequia reuerti cogendi sunt, aut si redire noluerint, quaecumque vel parentes eorum, vel ipsi ab Ecclesia sunt adepti, vel in eius patrocinio visi sunt conquisisse, insistente potestice, in ditionem propriae reducantur Ecclesiae.

15 Ecclesiae liberti, eorumque progenies, eidem Basilicae, de qua libertatis gratia meruerunt, obsequia prompta sinceraque parabunt: qui sicut hoc in obsequio pro possibilitate sui, quod vtilis ingenui, dabunt: ita quoque in emendatione culparum, quod inutilis ingenui, sustinebunt.

16 Libertis ecclesiae, eorumque propagini, ex omnibus quae de iure Ecclesiae noscuntur habere, nihil licebit in extraneum dnam transactione quacumque deducere: sed si ex his quaelibet vendere fortasse voluerint, sacerdoti eiusdem Ecclesiae offerant conuenienter emenda, eorumque praecia rerum, ut eis placuerit, aut dispenfent, aut habeant. Nam & in dominium partis alterius, rei suae censum nullo modo transire permittimus. Suis autem filijs vel propinquis, eiusdem Ecclesiae vel seruitio, vel patrocinio subiugatis, quaecumque vendere vel donare voluerint, aditus omnino patebit.

17 Baptizati Iudaei, quocumque loco cetero tempore conuerfentur. Festis tamen praecipuis, noui testamenti serie consecratis, ac diebus illis, quos olim sanctione veteris legis sibi met censebant esse solennes, in ciuitatibus publicisque conuertiis cum summis Dei sacerdotibus celebrare praecipimus, ut eorum conuersationem & fidem & pontifex approbet, & veritas seruet. Huius vero temerator edicti, prout aetas permiserit, aut flagris, aut abstinentiae subiacebit. Expletis omnibus, quae ad honestatis regulam in colationem venere fraternam, grates exoluimus immortalis domino soli, cuius dispositione mirabili, ad hunc sanctae congregationis certum meruimus adunari, ut & communis visio prosperitatem nostram ostenderet, & par difinitio concordiam assignaret, obsecrates eius misericordiam largam, ut serenissimo domino & amabili Christo Reuesuintho principi glorioso, ita praesentis vitae felicitatem impendat, ut angelica beatitudinis gloriam post longeva tempora concedat: atque ita nos eiusdem felicitate laetos semper efficiat, ut

DDDD 3 in

in terra viuentium remunerandos attollat. Antiquitatis dehinc ordinem saluberrimè retinentes, postquam rationem festi paschalis fraternitas vestra cognouit, nouerit se anno venturo die Kalendarum Nouembrii, causa peragendi concilij in hac vrbe, fauente domino, congregari, vt simili discepta-

tu, aut q̄ p̄spexerimus cōgrua, decernamus, aut solius pacis conuentu lætemur. Consummatum est hoc sanctum concilium, die octauo Kalendarum Decembrii, anno feliciter septimo regni serenissimi atque clementissimi domini nostri Recesuinthi regis. Concilij Toletani noni, finis.

CONCILIVM TOLETA, NVM DECIMVM, ANNO OCTAVO RECESVIN. thi regis. Est prouinciale.

TITVLI CAPITVLORVM Concilij Toletani decimi.

- 1 De celebritate annunciationis dominicæ. 1
- De his, qui aduersus principem coniurauerunt. 2
- 2 De episcopis, qui monasterijs vel ecclesijs consanguineos suos, vel sibi fauentes, p̄ficiunt. 3
- 3 De professione & habitu viduarum sanctimonialium. 4
- 4 De sanctimonialibus sceminis, quæ propositum abiecerunt. 5
- 5 De his, qui in parua ætate coram parentibus religionis habitum tenuerint, vel vsque ad quorum annum liceat parentibus filios tradere religioni. 6.



Gratulationem nobis spiritali contulit diuina gratia, quando tribuit inter nos & salutaris disciplina frequentiam, & conuenire ad pacificorum studia præoptata. Congregatis ergo nobis, & in concordia animi, & in conuentu loci referentes gratias inuisibili Deo, & glorioso rerum domino Recesuintho regi, cuius sanctissimo voto retenta paternitatis sanctæ traditione, ad sacrum quiuimus aduari conuentum, has subter annexas regulas, concordie definitione prolatas, æterna statuim? manere lege præfixas.

Capitulum primum.

DE celebritate festiuitatis Dominicæ matris, cum nihil fidei sinceritas per diuersitatem aduersum incarrat, & vnitatem catholicæ regulæ varietas nulla decerpit, est tamen, quod nisi temporum vnitatem seruetur, & dissidium indiscissæ vnitati parturiant, & sacramentorum vnitatem constare nõ valeat. Hinc est enim, quod paschale festum vno die celebramus & tempore, nõ in Iudæicum decidamus errorem. Hinc aduentum sancti spiritus, post resurrectionem Domini, nisi expectemus tempore definito dierum & numero, non possumus impleri eiusdem spiritus dono: quoniam si caret plenitudinis numero, carere potest & mysterij sacramento. Hinc natiuitatis dominicæ sacram, quo

euidenter de vtero virginali Verbum prodijt caro factum, absque dubio seruat & temporis cursum, & representat speciale dei monimentum. Si ergo natiuitatis & mortis huius incarnati verbi dies, absque immutatio ne ita certus habetur, vt absque diuersitate in toto orbe terrarum ab omni Ecclesia concorditer celebretur: cur non festiuitas gloriosæ matris eius, eadem obseruantia vno simul vbique die, similiq̄ habeat honore? Inuenitur etenim in multis Hispaniæ partibus, huius sanctæ virginis festum nõ vno die per omnes annorum circulos agitur. Quod enim tranſducit homines diuersitas temporum, dum varietatem celebritatis habere probatur? Qua de re, quoniam die qua inuenitur angelus virgini Verbi cõceptum & annunciãsse verbis, & indidisse miraculis, eadem festiuitas non potest celebrari condignè, quod interdum Quadragesima, vel Paschale festum videatur incumbere, in quibus nihil de sanctorum solennitatibus, sicut ex antiquitate regulari cautum est, cõuenit celebrari: cum etiã & ipsam incarnationem Verbi non conueniat tunc celebritatibus prædicari, quando constat idipsum Verbum post mortem carnis, gloria resurrectionis attollit: ided speciali constitutione sancitur, vt ante octauum diem, quo natus est dominus, genitricis quoq; eius dies habeatur celeberrimus & præclarus. Ex pari enim honore constat, vt sicut natiuitatem filij sequentium dierum insequitur dignitas, ita festiuitatē matris tot dierum sequatur sacra solennitas. Nam quid festum est matris, nisi incarnatio Verbi? Cuius festum ita debet esse solenne, sicut est & eiusdem natiuitatis Verbi. Quod tamen nec sine exemplo decentis moris, qui per diuersas mundi partes dinoscitur obseruari, videtur institui. In multis itaq; ecclesijs, à nobis & spatio remotis, & terris, hic mos agnoscitur retineri. Proinde, vt decetero, quicquid est dubium, sit remotum, solennitas dominicæ matris die decimo quinto Kalendarum Ianuariarum omnimodò celebretur: & natiuitas filij eius Saluatoris nostri, die octauo Kalendarum earundem, sicut mos est, solennis in omnibus habeatur.

2 Frequentium maleſtiarum nocēs impulfus,

pulsus, contemni quidem magnitudine decentis poterat grauitatis: sed quia leuitas labens facile ad præcipitia vana corda reclinat, benè honesta sollicitudo cohibere properat, quod frequentata vſitatio vitare non curat, ided cum & quorundam paternorum sanctionibus decretorum, & institutionibus sit legalibus cautum, nõ contra salutem principum, gentisque aut patriæ quisquam meditari conetur aduersum: hoc vnum specialiter nunc depromitur obseruandum, vt si quis religiosorum, ab episcopo vsque ad extremum ordinis clericorum siue monachorum, generalia iuramenta in salutem regiam, gentisque aut patriæ data, reperiat violasse voluntate prophana, mox propria dignitate priuatus, & loco & honore habeatur exclusus, eo miserationis obtentu tantummodo reseruat, vt an locum, an honorem, an vtraque possideat, concedendi ius, licentiamque principalis potestas obtineat.

3 Reuerentiæ totius auditu percipiatur, quia res aded dura, non frustra cogitur hac duriori extirpari celsura. Agnouimus enim, quosdam pontifices præcepti principis Apostolorum (qui ait, Pascite, qui in vobis est, gregem non coactè, sed spontaneè: neque dominantes in clero, sed forma facti gregis) ita esse immemores, vt quibusdam monasterijs parochialibusq; ecclesijs, aut suæ consanguinitatis personas, aut sui fauoris participes, iniquum sæpè statuunt in prælatu, ita illis prouidentes commoda inhonesta, vt aut eisdem deferantur, quæ proprio episcopo dari iustus ordo depoposcerit, aut quæ rapere deputati exactoris violentia poterit. Proinde decetero omnibus placet, & in presenti tale rescindere factum, & non esse decetero faciendum. Nam quisquis pontificum deinceps, aut sanguine propinquis, aut fauore personis quibuscumque sibi deuinctis, talia commendare lucra tentauerit: ad suam nefandè presumptionis excidium, & quod iustum fuerit, deuocetur in irritum: & qui ordinauit, annuæ excommunicationi subiaceat: quæ verò ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulit, reddantur in duplum.

4 Benè per spiritum Domini possumus cum sancto Apostolo dicere, non ignorare nos astutias satanæ, quia impellimur zelo domus Dei & ardore cremari. Videmus enim, ad tanta fraudum studia conualescentem excreuisse perniciem, vt & primæua patrum constitutio à quibusdam æstimetur illudi, & noua iudicum putetur intentio * pelli. Nam inueniuntur nonnullæ viduæ, diuersis excusationibus se aded contegentes, vt blandiantur sibi, non se patrum plena religionis alligatas institutione teneri. Vndè, antiquis inconcusè permanetibus regulis, hoc adijcitur nouæ oraculo sanctiõis, vt vi-

dua, quæ sanctæ religionis obtinere propò-
stum voluerit, sacerdoti vel ministro, ad
quæ aut ipsa venerit, aut quem ad se venire
contigerit, scriptis professionem faciat, à se
aut signo, aut subscriptione notatam, conti-
nentem se & religionis propositum velle, &
hoc perenniter inuolatè seruare. Tunc ac-
cepta à sacerdote vel ministro, apta religio-
nis huius veste, seu lectulo quiescens, siue
quocunq; in loco consistens, incunctanter
vtatur. Nec diuersi coloris, aut diuersæ par-
tis eadem sit notabilis vestis, sed religiosa, &
non suspecta, quæ careat & varietatibus co-
lorum, & diuersitatibus specierum: aded vt
absq; vlla suspitione transgressionis, maneat
vſui tantum apta sanctæ religionis, & suo se-
xui competens ad testimonium probitatis.
Vt autè deinceps nil deuocetur in dubium,
pallio purpureo vel nigri coloris, caput con-
tegit ab initio susceptæ religionis, vt dū illic
tulerit signum probabilis sanctitatis, vbi nul-
lius falli poterit visio intuentis, nunquam
ausus attentet detestandæ presumptionis.

5 Omnibus sceminis, quæ iam in præ-
teritum religionis veste probantur indutæ fu-
isse, nihil excusationis valeat in oppositione
quælibet obiectio, quanuis diuersis ac calli-
dis adumbrare se velint fallaciæ argumētis,
sed ad sacratissimam sanctionem disciplina
sanctior eas teneat religatas atq; subnexas.
Commoneantur sanè sacerdotis authorita-
te, vt redeat spontè. Quæ si redire noluerint,
impulsu sacerdotis ad religionis cultum re-
ducantur, & in monasterijs redactæ, excom-
municationis cõdignæ sententia seriantur.
Hic idem quoq; ordo in illarum condēna-
tione manebit, quæ quanlibet à sacerdote
sanctimonie vestem nõ accepissent, ipse ta-
men aut indutæ sunt, aut illo indui habitu
conferunt, qui religionis esse cultus ab
intuentibus crederetur, si coram Ecclesia vel
sacerdote, aut etiã competentibus testi-
bus, quandoq; indutæ certis indicijs aut to-
stimonijs approbantur: omnes tamè hæ, seu
venientes ad primam religionem, seu post
transgressum resumentes iteratam conuer-
sionem, sicut præmissum est, & pallio capita
contegant, & cõscriptam roboratamq; pro-
fessionis faciãt scripturam, per quã vterius
nõ sinantur relabi ad præuaricationis auda-
ciam. Quæ verò ex omnibus his fuerint re-
pertæ animu aut vestem in transgressionem
dedisse, excommunicationis sententiam fe-
rant: & rursum mutato habitu, in monaste-
rijs (donec diem vltimum claudant) sub
ærumnis arduæ pœnitentiæ maneat reli-
gata.

6 De his, qui in parua ætate coram pa-
rentibus religionis habitum tenuerunt, quo-
niam vsque huc dissolutæ operationis effe-
ctus, interdum mutare fecit honestum con-
stitutionis edictum, dum inconditè resolu-
ui putatur, quod indissolubili sanctionis

2. q. 1. vidua, quæ sanctæ religionis

*habitum

37. q. 1. Oēs sceminæ venientes

1. Pet. 5. a

Dist. 89. De center omni bus placet.

1. Cor. 2. c

*falli.

20. q. 2. Si in
qualibet mi
nori

authoritate tenetur: idēd quicquid obuiū
ex incerto occurrit, euidenter abijci debet,
vt deceterō nihil superfit, quod in dubium
nutet. Ideo q̄, si in qualibet minori ætate vel
religionis tonfuram, vel religioni debitam
vestem in vtroq; sexu filijs, aut vnus, aut am-
bo parentes dederint, certē aut nolentibus,
vel nescientibus sese susceptam, nō mox vi-
sam in filijs abdicauerint: sed vel coram se,
vel corā Ecclesia, palamq; in conuentu eos-
dem filios talia habere permiserint: ad secu-
larem reuertī habitum, ipsi filijs quandoq;
penitūs non licebit: sed conuicti, quōd ton-
suram aut religiosam vestem aliquandō ha-
buerint, mox ad religionis cultū habitumq;
reuocentur, & sub strenua districtione hui-
uscemodi obseruantia inseruire cogantur.
Parentibus sanē filios suos religioni contra-
dere, non ampliūs quā vſque ad decimum
ætatis eorum annū licentia poterit esse. Po-
steā verō, an cum voluntate parentū, an suā
deuotionis sit solitariū votum, erit filijs li-
citur, religiōis assumere cultum. Quisquis
autem vel abolitione tonsuræ, vel secularis
vestis assumptione detectus fuerit attigisse
transgressionem, & ex cōmunicationis cen-
suram accipiat, & religioni semper inheret.
Opitulante miseratione diuina, & glorio-
sissimi Reccesuinthi principis inherente vo-
luntate religiosa, his testibus decentissimē
allegatis in pace connexis, ex totis præcor-
diorum visceribus, damus gloriam & hono-
rem soli æterno & immortalī Deo, patri &
filio & spiritui sancto, cuius dono collatum
nobis agnoscamus, pro eius Ecclesiæ statu &
gerere curam, & posse sacri regiminis com-
petentia disponere iura, à quo petimus &
optamus, vt porrecta in longitudine felicitū
dierum sacratissimi principis vita, eam omni
gloriarum decore perpetim faciat pollere
salute. Nos quoq; attribuat, susceptum Ec-
clesiæ suæ regimen cum æquitate dispone-
re, ac sollicitudine gubernare, & in pace te-
nere, vt post huius mundi suspecta pericula,
peruenire possimus ad caelestia regna, Amē.
Eugenius indignus Toletanæ sedis metro-
politani episcopus, hæc nostrarum defini-
tionum statuta subscripsi. Similiter & alij
Episcopi subscripserunt numero viginti-
unus.

*Item decretum pro Potamio
Episcopo.*

Assumere poteramus canoram intan-
tū fraternæ lætitiæ tibiā, quia di-
uina pietas conuētum nostrum ad concor-
diæ conuocauerat studia, & cōuenerat mœ-
stitiam vitare, quoniam uisitacione discipli-
næ videbatur paternas regulas innouasse:
sed grauius sistrum pro cymbalo sumimus,
& funus pro carmine decantamus, gemen-
tesq; cum micremiḡ questibus dicimus: Dis-

TOM. 2.

solutum est gaudium cordis nostri, versus Threno, &c
est in luctum chorus noster. Vndē & vā co-
ram nobis conspicimus, quoniam occidisse
coronam capitis nostri videmus, dum tam
nobile in infimū corruit, quod in tam sub-
lime sanctitatis optimū stetit. Ecce etenim,
tractantibus nobis in pace Dei de ecclesia-
sticis regulis, delatum est conuentui nostro
epistolium confusæ confessionis, & abolen-
dæ subscriptionis, quo Potamius Bracaren-
sis Ecclesiæ episcopus, de factis proprijs, su-
isq; verbis annotārat & articulis. Quo refe-
rato, quid oblitteranda pagina, & abolenda
literarum panderent elementa, sletibus po-
tius, quā sermonibus lachrymosa concio
recensuit. Tunc solitariū tantum, secretūq;
adunatis pontificibus Dei, prædictum Epi-
scopum adesse coram nobis fecimus. Quem
singultibus aggredientes ampliūs, quā lo-
quelis, referatam illi suā deformitatis, & no-
stræ confusionis scripturam protulimus.
Quam accipiens, ac recurrens, sciscitantibus
nobis, vtrum sui operis, & suæ annotationis
intimatio esset: ille suum actum, sui que oris
eloquium, suorum quoque digitorum esse
robur aseruit, quod illic relegendo perui-
dit. Rursū diuini nominis contestatione
hunc adiurantes, obtestati sumus, vt, an de
se spontē mendacium diceret, aut alicuius
violencia premeretur, & perterritis talia
enarraret, veraciter indicaret. Qui mox fle-
bili voce, luminibusque ploratu madenti-
bus, & fragore singultuum, cum vnus Dei
nominis iuramento clamauit, se & verē ea-
dem mala de se confiteri, & ad hæc confiten-
da, nulla se violencia prægrauari. Vndē eti-
am fermē per nouem menses spontē dese-
ruisse regimen Ecclesiæ suæ, & ergastulo
quodam, pro admissio flagitio aucturus pœ-
nitentiam, se conclusisse edixit. Tunc per fi-
delem confessionem eius agnito, quōd ta-
ctu scemineo sordidisset, & declarato, licet
hunc paterna antiquitas sacris regulis deij-
cere ab honore decernat, nos tamen misera-
tionis iura seruantes, non abstulimus no-
men honoris, quod ipse sibi sui criminis
confessione iam tulerat, sed valida autho-
ritate decreuimus, perpetuæ pœnitentiæ
hunc inseruire officijs & ærumnis, prouid-
entes meliūs, illum per asperam & dumo-
sam ire pœnitentiæ solitudinem, vt quan-
doque perueniret ad refrigerij mansio-
nem, quā, relicto in voluntatis suæ lati-
tudine, ad præcipitium deijci æterna da-
mnatione. Tunc venerabilem Fructuosum
Ecclesiæ Dumlensis episcopum, communi
omnium nostrarum electione, constituimus
Ecclesiæ Bracarensis gubernacula conti-
nere, itā vt omnem Metropolitani prouin-
ciæ Gallicæ, cunctosque Episcopos, po-
pulosque conuentūs ipsius, omniumque
curam animarum Bracarensis Ecclesiæ
gubernandam suscipiens, itā compo-
nat

nat atq; cōseruet, vt & Dominum nostrum
de rectitudine operis sui glorificet, & nobis
de incolumitate Ecclesiæ eius gaudium præ-
stet. Quia verō ad futura prospicere conue-
nit, nē exoriri possit in statu pacis quædam
commotio litis, patrum sententiam, quæ
iam dictum Potamium episcopum rectitu-
dine damnat, huic decreto connectere no-
stra vigilantia procurat.

*Ex Concilio Valenimo Gallia, titulo
quarto:*

Nec illud (fratres) scribere alienum ab
Ecclesiæ utilitate censuimus, vt scire-
tis, quicumq; sub ordinatione vel diacona-
tū, vel presbyterij, vel episcopatus, mortali
crimine dixerit se esse pollutos, à supradic-
tis ordinationibus submouēdos, reos sci-
licet vel veri confessione, vel mendacio fal-
sitate. neq; enim absolui potest is, qui in se-
ipsum dixerit, quod dictum in alios, punire
tur: quoniam omnis qui sibi fuerit mortis
causa, maior homicida fit. Multæ quidem &
aliæ sententiæ huic poterant innecti decre-
to, quæ prædictum Potamium Episcopum
feuerissima austeritate abijcere iubent. Sed
ex omnibus hanc conscriptam ponere sen-
tentiam maluimus, nē si totius damnatio-
nis edicta replicāsemus, grauissimę vltionis
authores existere videremur. Factum est de-
cretum sub die Kalendarū Decembris, an-
no feliciter octauo regni gloriosiss. domini
nostri Reccesuinthi regis. Eugenius indignus
Toletanæ sedis metropolitanus episcopus,
hoc iudicij nostri decretum subscripsi. Si-
militer & alij episcopi subscripserunt, nu-
mero decem & septem.

Aliud Decretum.

Dutinis tractationibus inueniri quod
iustum est, vt experientia est iudican-
tium comprobatum, itā & iuxta summi iu-
dicij statuta, plenior inuenitur autoritas.
Ideo mentis intentione, orisq; simul studia
deducentes in cognitionem audiendi ne-
gocij, delatū est ad nos in conuentu S. Con-
cilij, ex directo gloriosi domini nostri Re-
ccesuinthi regis, per illustrem virum Vuam-
banem, testamentum gloriosæ memoriæ S.
Martini Ecclesiæ Bracarensis episcopi, qui
& Dumlense monasterium vltus est cōstru-
xisse, vt referato eo quid hic memoratus be-
atissimus vir decreuisset, nostræ cognitioni
patefceret. Quo testamento in omniū con-
uentu relecto, comperimus ex ordine, à me-
morato principe ad nos esse directum, quo-
niam idem gloriosæ memoriæ sanctissimus
vir itā decreuerat, vt succedentibus per or-
dinem regibus, ad complementū eius, ipsius
testamenti constitutio commendata maner-
et. Tūc deinde illatum est nobis testamen-
ti Recuiri memoratæ Ecclesiæ Dumlensis

TOM. 2.

episcopi, quod de rebus suis in eadem Ec-
clesia decreuerat, examinatione veridica di-
rimendum. Quo relecto, cognouimus eun-
dem authorem suum illic diuersæ constitu-
tiōis edidisse conditiones, inter quas vnā
validam conatus est religatione constringe-
re, deputas & illationes tributorum, & pre-
cia frugum absq; aliqua diminutione, an-
nua vice pauperibus erogari, nihilque esse
absq; deliberatione relicto, quo vltibus Ec-
clesiæ posset quadam liberalitate seruire.
Tunc ex voce partis Dumlensis Ecclesiæ ad-
strictum est, quōd vniuersas species generis
& corporis rerum, quæ in eiusdem Ecclesiæ
domo intrinsecus ad vſus domesticos ex
tempore suæ ordinationis idem episcopus
Recimirus inuenit, & quæ ipse, aut de opere
vtriusq; sexūs artificum familiarum Ec-
clesiæ potuit habere cōfecta atq; illata, aut que
sua professione habuisse vltus est conquisi-
ta, omnia moriens iussisset pauperibus ero-
gari. Quædam verō itā vili precio vendi or-
dinasse, vt negociatio earum rerum, perdi-
tio potius quā mercatio censeretur. Ad-
didisse quoq; quosdam liberos ex eiusdem
Ecclesiæ familijs, quibus etiā cum alijs ad
se pertinentibus, omnibus ampliūs quā
quingenta reperitur vtriusque sexūs de-
disse mancipia. Quibus damnis itā cognitis,
quia & cuncta remedia intrinsecus domus
tam indiscretē largita fuerat, nē quid ad in-
tegritatem Ecclesiæ reliquum superesset,
cū nulla imminens causa pauperum ne-
cessitatis existeret, quæ hoc tam integrē &
perfectē examusim erogari deposceret, at-
que pro libertis illis nihil secundum ca-
nonicam sanctionem datum in commu-
tationem patefceret, sed nec pro manci-
pijs, & reliquis rebus eiusdem Ecclesiæ colla-
tis, aliquid in repensationem Ecclesiæ reli-
ctum notefceret, verū & suam rem itā in
nomine pauperum relegasset, nē aliquid re-
medij ex hoc ecclesiasticus vſus attingeret:
ducti sumus, tam rationis intuitu, quā pa-
ternarum sanctionum edicto, ipsius testa-
menti seriem, etsi non vſquequaque in irri-
tum deuo care, in quoddam tamen rationa-
bili autoritate temperamentum deducere:
scilicet, quia tantorum dispendiorum da-
mnis, à memorato Recimiro episcopo fa-
ctis, res Ecclesiastica dinoscitur subiaccere,
omnis res eius, quam indelegatam reliquit
pauperum nomini, tandiū Dumlensi Ec-
clesiæ plena deseruiat facultate, donde omne
hoc damnum, quod in vtenilibus domūs
sustinuit, valeat euidentius reparari. Actūc,
completa restitutione damni, obseruetur
(sicut decreta est) series testamenti. Liberti
verō, qui ex familijs Ecclesiæ facti sunt, &
seu res vniuersa, quæ in mancipijs alijsque
corporibus, vel illis suis hominibus collata
esse dinoscitur, cuncta in discretionem ve-
nerabilis fratris nostri Fructuosi Episcopi
dispo-

*Edidisse

disponenda relinquimus: vt quia hæc euidentis ordo patrum in irritum deuocat, illius temperamentum hæc ad miserationem adducat, qualiter nec regulam paternam modus excedat, & miserationem seueritas non extinguat, vt secundum merita seruientium, & libertatis præmia, & reru donaria vel subtrahat vel concedat. Editum sub die Kalendarum Decembris, anno feliciter octauo regni gloriosissimi domini nostri Rege fuinthi regis. Eugenius indignus Toletanæ sedis metropolitanus episcopus, hoc iudicij nostri decretum subscripsit. Similiter & alij episcopi subscripserunt, numero decem & septem.

EUGENII
PAPAE PRIMI GESTA.

Ex libro Pontificali.



Eugenius natione Romanus, de regione prima Aduentiniensis, clericus à cunabulis, ex patre Rufiniato, sedit annos duos, menses nouem, dies viginti quatuor, benignus, mitis, mā-

fuctus, omnibus affabilis, & sanctitate præclarior. Rogam clero solitam tribuit, & indigentibus eleemosynam subministravit, vt etiã die transitus sui, pauperibus vel clero, seu familiæ presbyteria in integro erogari præciperet. Huius temporibus Petrus patriarcha Constantinopolitanus direxit synodicam ad Sedem Apostolicam iuxta consuetudinem, omninò obscurissimam, & ultra Catholicam regulam, non autem declarans operationes aut voluntates in Domino nostro IESU CHRISTO. Et accensus populus vel clerus, eò quòd talem synodicam direxisset, minimè suscepit eam: sed cum maiore strepitu à sancta DEI Ecclesia proiecta est, vt etiã nec eundem Papam dimitteret populus vel clerus Missas celebrare in basilica DEIGENITRICIS, semperque Virginis MARIAE, quæ appellatur AD PRAESEPE, nisi promississet his ipse Pontifex, minimè eam aliquandò suscipere. Fecit autem episcopos per diuersa loca numero vigintiunum. Qui etiã sepultus est ad beatum Petrum apostolum, sub die quarto nonas Iunias. Et cessauit episcopatus mēsem vnum, dies vigintitres.

CABILONENSE
CONCILIUM.

ESC. provinciale.

Abellionum, in Gallia Celtica Heduarum ciuitas, inter Dubidæ & Ararim flumines sita, de quo Ptolemæus lib. 2. Strabo lib. 4. Plinius lib. 3. cap. 4.

CABILONENSIS CONCILII
CAPITULORVM TITVLII.

- Vt omnes vna conspiratione & coniuente animo sentiant. 1
- Canonum statuta, ab omnibus intemerata seruentur. 2
- De clericorum cum extraneis mulieribus familiaritate fugienda. 3
- Nè duo in ciuitate vna, vno quoquè tempore, ordinentur aut habeantur episcopi. 4
- Seculares commissionem seu regimē parochiarum nõ habeant, nec reru earum. 5
- Nullus ante audientiam res quorunlibet inuadere aut auferre præsumat. 6
- Res defuncti presbyteri aut abbatis, intacte ad tempus permaneant. 7
- De penitentia peccatorum, quæ est medulla anime. 8
- Nè mæcipia Christiana alienis vendantur. 9
- De electione Episcopi post alicuius mortem. 10

TOM. 2.

- Nè coram iudicibus publicis Ecclesiasticis compareant. 11
- Nè duo abbates vni monasterio præficiantur. 12
- Vt nullus alterius clericum, illo inuito, retinere præsumat. 13
- Nè his, qui curam habent Oratoriorum per villas potentum existētium, vis inferatur, aut impedimētum, quò minus illis intendant. 14
- Nè ecclesiasticis patrocinij principum vtantur, vbi vitari potest. 15
- Nullus promoueatur ad sacros Ordines pœcunia, vel præmio: contraueniens, digna pœna puniatur, honore adepto priuatus. 16
- Quòd ecclesiasticorum locorum æmunitas omninò tueatur & defensetur. 17
- Die dominico nulla ruralia opera fiant, sed dies ille celebris habeatur. 18
- Nè turpia, aut obscœna, vel ludicra cantica in Ecclesijs, vel circa eas cantentur. 19

CABILONENSIS
CONCILII CANONES.

Ca.

Capitulum primum.



Rificis quidem canonibus noscitur institutum, vt metropolitanis cum eorū comprouincialibus, per singulos annos debeant in synodoli conuungi (Deo propiciante) Concilio: sed nunc tam ex communi omnium voluntate, quàm ex euocatione vel ordinatione gloriosi domini Clodouei regis, pro zelo religionis vel orthodoxæ fidei dilectione in Cabilonensi vrbe in ecclesia S. Vincentij pariter conglobati, ipsius sancti martyris intercessionem poscentes, vt longæuitate supradicti principis suo suffragio mereremur: inspirationeque diuina interueniente, de canonibus significaretur, quòd si fuisset aliquid prætermisum, vel per ignorantiam vitiatum, in pristinum statum (sicut dudum fuerat à sanctis patribus statutum) deberet, auxiliante Christo, Domino reformari. Itã omnes vna conspiratione, & coniuente animo definiuimus, vt fidei norma, sicut in Niceno concilio pia est professione firmata, vel à sanctis patribus tradita, atque ab ipsis exposita, vel in postmodum à sancto etiã Chalcedonensi concilio firmata, in omnibus & ab omnibus conseruetur.

2 Canonum verò statuta, ab omnibus intemerata seruentur.

3 Licet iam prioribus canonibus fuerit statutum, placuit tamen renouare, vt si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex sacerdotali catalogo, præter personas, quæ in ipsis canonibus continentur, cum qualicunque extranea muliere familiaritatem habere præsumpserit, quæ dedecoris vel adulterij possit adferre suspicionem, iuxta statuta canonum ab ordine regradetur.

4 Vt duo in vna ciuitate penitus vno tempore nec ordinentur, nec habeantur episcopi, nè res Ecclesiæ sua diuisione debeant partiri.

5 Seculares verò, qui necdum sunt ad clericatum conuersi, res parochiarum, vel ipsas parochias minimè ad regendum debeant habere commissa.

6 Vt nullus ante audientiam, res quorunlibet inuadere aut auferre præsumat: quod qui fecerit, vt necator pauperum habeatur.

7 Vt defuncto presbytero vel abbate, nihil ab Episcopo auferatur, vel archidiacono, vel à quocunque de rebus parochiæ, vel xenodochij, vel monasterij, aliquid debeat auferri. Quod qui fecerit, iuxta statuta canonum debeat coerceri.

8 De penitentia verò peccatorum, quæ est medulla anime, vtilem omnibus homi-

TOM. 2.

nibus esse censemus: & vt penitentibus à sacerdotibus (facta confessione) indicatur penitentia, vniuersitas sacerdotum noscitur consentire.

9 Pietatis est maximæ & religionis intuitus, vt captiuitatis vinculum omninò à Christianis redimatur. Vndè sancta synodus noscitur censuisse, vt nullus mancipium extra fines vel terminos, qui ad regnum domini Clodouei regis pertinent, penitus debeat venundare, nè (quod absit) per tale commercium aut captiuitatis vinculo, vel (quod peius est) Iudaica seruitute mancipia Christiana teneantur implicita.

10 Si quis Episcopus de quacunque ciuitate fuerit defunctus, non ab alio, nisi à comprouincialibus, clero, & ciuibus suis alterius habeatur electio: sin aliter, huiusmodi ordinatio irrita habeatur.

11 Peruenit ad sanctam synodum, quòd indices publici, contra veteranam consuetudinem, per omnes parochias vel monasteria, quas mos est Episcopus circuire, ipsi illicita præsumptione videantur discurrere: etiã & clericos vel abbates, vt coram eis compareant, inuitos atque districtos ante se faciant exhiberi. Quod omnimodis religioni non conuenit, nec canonum permittit autoritas. Vndè omnes vnanimiter censuimus, sententiantes, vt deinceps ista debeant emendare. Et si præsumptione vel potestate, qua pollent, excepta inuitatione abbatis aut archipresbyteri, in ipsa monasteria vel parochias aliquid fortassè præsumpserint, à communione omnium sacerdotum eos conuenit sequelrari.

12 Vt duo abbates in vno monasterio esse non debeant, nè sub obtentu potestatis, simulas inter monachos & scandalum generetur. Veruntamen si quilibet abbas elegerit successorem, ipse qui sic eligitur, de facultatibus ipsius monasterij ad regendum nullam habeat potestatem.

13 Vt nullus alterius clericum retinere præsumat, sicut præcis est canonibus institutum, nec ad sacrum ordinem, sinè voluntate sui Episcopi, penitus promouere.

14 De oratorijs, quæ per villas sunt, nonnulli ex fratribus & coepiscopis nostris residentibus nobis in sancta synodo, querimonias detulerunt, quòd oratoria per villas potentum iam longo constructa tempore, & facultates ibidem collatas, ipsi, quorum villæ sunt, Episcopis contradicant, & iam nec ipsos clericos, qui ad ipsa oratoria deseruiunt, ab Archidiacono coërceri permittant. Quod conuenit emendari, itã vt duntaxat in potestate sit Episcopi, & de ordinatione clericorum, & de facultate ibidem collata, qualiter ad ipsa oratoria & officium diuinum possit impleri, & sacra libamina consecrari. Quòd

Quod si quis contradixerit, iuxta priscos canones communione priuetur.

15 Vt abbates vel monachi, aut agentes monasteriorum, patrocinio seculari penitus non vtantur, nec ad principis presentiam sine Episcopi sui permisso ambulare audeant. Quod si fecerint, a suis episcopis excommunicentur.

16 Vt nullus episcopus, neq; presbyter, vel abbas, seu diaconus, per premium ad sacrum ordinem penitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quem premijs comparare presumpserit, omnino priuetur.

17 Et quia multa per presumptionem proueniunt, que pro minus placita, & sacris canonibus videntur esse contraria, que a sacerdotibus necesse est coerceri, ita sancta synodus instituit, vt nullus secularium nec in Ecclesia, nec infra atrium ipsius ecclesie, qualecunq; scandalum aut similitates penitus excitare presumat, nec arma trahere, aut quencunq; ad vulnerandum vel interficiendum penitus appetere. Quod si quis fortasse presumpserit, ab episcopo loci illius, vbi factum fuerit, ipse iuxta statuta canonum communione priuetur.

18 Licet generaliter ab omnibus catholicis & Deum timentibus, diem Dominicum prima sabbati conuenit obseruare, & sicut superius in canonibus est statutum: non aliquid noui condentes, sed vetera renouantes, instituimus, vt in ipso die Dominico ruralia opera, id est, arare, messes metere, vexatius facere, vel quicquid ad ruris culturam pertinet, nullus penitus presumat. Quod q inuentus fuerit facies, sub disciplina distributionis omnimodis corrigatur.

19 Multa quidem eueniunt, que dum leuiter corriguntur, sapientius maiora confurgunt. Valde enim omnibus noscitur esse indecorum, quod per dedicationes basilicarum, aut solennitates martyrum, ad ipsa solennia consuetes, chorus sœmineus turpia quidem & obscena cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut clericos psallentes audire. Vnde conuenit, vt sacerdotes loci, talia a septis basilicarum vel porticibus ipsarum, ac etiam ab ipsis atrijs, vetare debeant & arcere. Et si voluntarie noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut disciplinæ aculeum sustinere. Agapium vero & Babonem Diuensis vrbs episcopos, pro eo, quod ipsos contra statuta canonum in multis conditionibus errasse vel deliquisse cognouimus, ipsos iuxta tenorem canonum ab omni episcopatum eorum ordine decreuimus regredare.

Episcoporum subscriptiones.

Gandericus Episcopus Lugdunensis, his constitutionibus subscripsi. Landalenus episcopus ecclesie Viennens, his constitutionibus subscripsi.

TOM. 2.

Audoenus episc. ecclesie Rothomagens, subscripsi. Armentarius episc. ecclesie Senonicæ, subscripsi. Ando episcopus ecclesie Aurelianens, subscripsi. Aurelianus episcopus ecclesie Ventiens, subscripsi. Arricus episcopus ecclesie Lausanens, subscripsi. Anilacarius episcopus ecclesie Sagiens, subscripsi. Bertoaldus episcopus Lingonens, subscripsi. Baudomeris episcopus ecclesie Tarentasiens, subscripsi. Bertofredus episcopus ecclesie Ambianens, subscripsi. Betto episcopus ecclesie Foroouliens, subscripsi. Clarus episcopus ecclesie Gratianopolis, subscripsi. Claudius episcopus Rhegiens, subscripsi. Chatribonus episcopus ecclesie Constantinens, subscripsi. Donatus episcopus ecclesie Vifontiens, subscripsi. Deodatus episcopus ecclesie Matifoniens, subscripsi. Deocarius episcopus ecclesie Antipolitans, subscripsi. Etherius episcopus ecclesie Ebredunens, subscripsi. Eligius episcopus ecclesie Noiuomens, subscripsi. Ferreolus episcopus ecclesie Augustodunens, subscripsi. Florentius episcopus ecclesie Belicens, subscripsi. Gradus episcopus ecclesie Cabilonens, subscripsi. Ingildus episcopus ecclesie Valentiniens, subscripsi. Leusus episcopus ecclesie Trecaffians, vel Treceus, subscripsi. Licerius episcopus ecclesie Ausciens, subscripsi. Leborius episcopus ecclesie Maurianens, subscripsi. Launobodus episcopus ecclesie Lexouiens, subscripsi. Malardus episcopus ecclesie Carnotens, subscripsi. Magnus episcopus ecclesie Atrebatens, subscripsi. Paulus episcopus ecclesie Genuens, subscripsi. Palladius episcopus ecclesie Antisiodorens, subscripsi. Protadius episcopus ecclesie Sentiens, subscripsi. Potentissimus episcopus ecclesie Vapincens, subscripsi. Petronius episcopus ecclesie Vasioens, subscripsi. Rauracus episcopus ecclesie Niuernens, subscripsi. Ragnericus episcopus ecclesie Ebroicens, subscripsi. Vifolendus episcopus ecclesie Bituricens, subscripsi. Betto abbas pro Latino episcopo Turonicæ ecclesie, subscripsi. Chaddo archidiaconus pro Salappio episcopo ecclesie Nannetens, subscripsi. Grimoaldus abbas, pro Audoberto episcopo ecclesie Parisiacens, subscripsi. Paternus abbas pro Felice episcopo ecclesie Lemouicens, subscripsi. Chanoaldus abbas pro Chadoaldo episcopo ecclesie Cenomannicæ, subscripsi. Bertolphus abbas pro Duriotero episcopo ecclesie Rhedonens, subscripsi.

EPISTOLA CABILONENSIS concilij ad Theodosium episcopum.

Domino semper peculiari suo Theodosio, cœtus episcoporum, qui nuper est in Cabilone vrbe cum Christi gratia adunatus. Omnibus veridica relatione perpatuit, quod nec vos credimus ignorasse, quod

*Vilfridus

quod gloriosus dñs Clodoueus rex in superscripta vrbe Cabilone viij. Kalend. Nouembris, synodale precepit esse concilium, vbi omnibus nobis, qui in basilica Domini Vincentij pariter residentes, vestrum aduentum (dum vos in propinquo etiam in ipsa vrbe esse audiuimus) omnimodis prestolati sumus, vt daretis intelligere, pro qua re vos in ipso concilio noluisitis adesse, dum multa aduersus vos, & de indecenti vita, & de excessu canonum (quod maxime condolemus) peruulgata narrantur. Nam & scripta, qualiter vos constitit penitentiam fuisse professus, vestra manu & comprouincialium vestrorum videmus manibus roborata. Vnde vos credimus iam legisse, nec nos penitentiam ignoramus, quod qui publice penitentiam proficitur, episcopalem cathedram nec tenere nec regere potest. Propterea salutates beatitudinem vestram honorifice indicamus, vt vsque ad aliam synodum, de Arlatensi sede, vbi vos constat pontificali cathedram tenuisse, debetis omnimodis abstinere, & de facultate ipsius Ecclesie nihil ad vestram dominationem, donec in audientia ante fratres conueneritis, penitus presumat.

VITALIANI PAPAE GESTA.

Ex libro Pontificali.

Anno domini 653.



Italianus natione Signinensis prouincie Capanice, de patre Anastasio, sedit annos xiiij. menses sex. Hic direxit respublicas suos cum synodica iuxta consuetudinem in regiam vrbe ad pijsimos principes, significans de ordinatione sua. Et dum suscepti essent, renouantes priuilegia ecclesie, reuersi sunt. Quorum principum clementia per eosdem missos direxit beato Petro Apostolo euangelia aurea, cum gemmis albis miræ magnitudinis in circuitu ornata. Hic regulam ecclesiasticam atq; vigorem (vt mos erat) omnimodè conseruauit. Huius temporibus venit Constantinus Augustus de regia vrbe per littoraria in Athenas, & exinde Tarentum, inde Beneuentum & Neapolim, per indictionem vj. Postmodum venit Romam, id est, quinta die mensis Iulij, feria iij. indictione vj. superscripta. Et occurrit obuiam ei apostolicus cum clero suo, milliario vj. ab vrbe Roma, & suscepit eum. Et ipsa die ambulauit Imperator ad sanctum Petrum ad orationem, & donum ibi obtulit. Die sabbati ad sanctam Mariam, itemq; donum obtulit. Dominicorum die processit ad sanctum Petrum cum exercitu suo, omnes cum cœcis, & obtulit super altare illius pallam au-

ro textile, & celebratae sunt Missæ. Iterum sabbatorum die venit Imperator ad Lateranas, & lauit, ibidem pransus est in basilica Vigilij. Item Dominicorum die fuit statio ad sanctum Petrum. Et post celebratas Missas sibi inuicem Imperator & pontifex ualedixerunt. Et Imperator duodecim dies in ciuitate Romana perseuerans, omnia que erant in ære ad ornatum ciuitatis, deposuit: sed & Ecclesiam sanctæ Mariæ ad martyres, que tegulis æreis erat cooperta, discooperuit: & in regiam vrbe cum alijs diuersis, que deposuerat, direxit. Et postmodum secunda feria egressus de ciuitate Romana, reuersus est Neapolim, inde terreno itinere perrexit Rhegium, ingressus Siciliam per indictionem vij. & habitauit in ciuitate Syracusana, & tales afflictiones imposuit populo seu habitatoribus prouinciarum Calabriae, Siciliae, Aphricæ, vel Sardinie, per diagrapha seu capita, atq; nauticationes per annos plurimos, quales a seculo nunquam fuerunt, vt etiam vxores a maritis, vel filij a parentibus se separarent. Et alia multa inaudita perpetrata sunt, vt alicui spes vitæ non remaneret. Sed & vasa sacra vel cymbala sanctarum Dei Ecclesiarum auferentes, nihil dimiserunt. Et postmodum xv. die mensis Iulij per duodecimam indictionem prædictus Imperator in balneo occisus est. Et non post multum tempus antedictus sanctiss. vir vitam finiuit. Fecit autem ordinationes iij. presbyteros xxij. diaconum vnum, episcopos per diuersa loca numero xcviij. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum, sub die sexta Kalend. Februarij. Et cessauit Episcopatus menses ij. dies xiiij.

Epistola Vitaliani papæ.

Italianus Episcopus seruus seruorum Dei, Paulo archiepiscopo Cretensi. Decimonono die mensis Decembris presentis, xj. indictione, Ioannes Episcopus Lampeon vrbs intra basilicam venerabilem beati principis Apostolorum Petri, nobis obtulit petitionem, per quam nos obnixè postulauit, atq; cõiurauit per terribilem (inquiens) aduentum magni Dei, atq; saluatoris nostri Iesu Christi, vt secundum sacratissimos canones, institutaq; sanctorum patrum, eius causæ meritum requiremus, & sententiam promulgaremus. Oblit illico & sententiam apud tuam fraternitatem confectam, subscripsi. mque eius, eorumq; episcoporum manibus. Igitur post aliquos dies ad eius preces coaceruari cœtum in hac vrbe Romana antistitum fecimus, vt nobiscum confidentes, & petitio eiusdem episcopi, & acta sacerdotally cognoscerentur. Dum ergo esset in hac Romana vrbe congregata eadem synodus episcoporum pro huiusmodi negotio audiendo vel faciendo,

Synodus Romana sub isto

EEEE

papa celebrata.

faciendo, statim nobis nunciata sunt eiusdem exemplaria actionis, à tua fraternitate directa, quæ suscipientes atque conferentes inuicem, ita inuenimus contineri in verbis & sensibus, sicut ea, quæ nobis præfatus episcopus obtulerat, subscripta manu episcoporum & tuæ dilectionis. Quamobrem admirati sumus, quia per suum clericum hæc vobis minimè direxerit. Si enim forsitan tempus hoc prohibuit incogruum, cur absq; suo scripto hanc vsq; nos minimè direxit? Cumq; recensita esset sententia coram nostris fratribus episcopis, visum nobis eisq; est, quod non secundum timorè Dei, neq; secundum instituta patrum, sacrosq; canones, eiusdem Ioannis antistitis *Lampeon est causa cognita & terminata, vel pœnalibus submissa eius persona. Propterea non leuiter contristati sumus, maximè, quia & sub custodia missus est idem Ioannes antistites *Lampeo diebus aliquot, & exindè adducebatur in secretarium tuæ fraternitatis, vt quod velles (inquit) loqueretur, ac rursum sub custodia ducebatur ad clausuram, sicuti habet confessio defensoris tuæ dilectionis in sententia ab eo facta: insuper & hortabatur, contra canonum iussa, cõtraq; legum instituta existens, vt daret fidei iussorem. Deindè oportebat tuam fraternitatè secundum canonum vigorem, tempore, quo se petijt ad nos venire, eum absoluerè tuis literis: quem non solum noluisti canonicè absoluerè ad principis Apostolorum limina, sed magis respondi ei indecenter, inquitens, quia nõ competenter quæris. Quæ ergo sancti sanxerunt patres, indecentia sunt? An placèntia tibi, decetia sunt? Igitur præfatum Ioanem, antistitem atq; inculpabilem reperientes, iuxta textum sententiæ à te nobis directæ, fecimus nobiscum episcopis ad Missarum solènia in Ecclesiis Dei præcedere. Itaq; statuimus atq; firmamus per huius nostre præceptionis auctoritatem, omnia, quæ à te, tuaq; synodo cõtra canonum instituta, cõtraq; legum decreta gesta confectæ sunt, vel sententiã promulgatã aduersus eum, inania & vacua esse: sed quicquid claruerit eum damnificatũ, eiusdemq; ecclesiam à quoquam, ei tua dilectio faciat reddi, per omnia conferuans eum absq; damno. Denominatũ enim Ioannem, vt potè innocenter existentem, cũ præsentis nostre præceptione absoluius hinc, vt sicut ceteri tuæ dilectionis episcopi, & is suæ ecclesiæ *utilitatibus cum Dei peragere timore, sacrarumq; regularũ *institutione debeat morem. Oportebat denique, dilectissime frater, oportebat nos similia similibus retribuere. Sed hæc magis per calliditatè. Propterea quæ præcipimus tibi secundum Deum, & propter Dominũ, tuæq; synodo, stude illicõ peragere, nõ co-

for *utilitates for *instituire

TOM. 2.

gamur nõ misericorditer, sed secundum virtutem sacratissimorũ canonum cõuersari. Scriptum nanq; est: Dominus inquit: Petre, rogauit pro te, vt non deficeret fides tua: & tu aliquandõ conuersus, confirma fratres tuos. Et rursum: Quodcũq; ligaueris (Petre) in terra, erit ligatum & in cõlo: & quodcũq; solueris in terra, erit solutũ & in cõlo. Postq; verò nostram præceptionem tua dilectio relegerit, hæc præsentis portitori Ioannis episcopi nimirum reddat pro sui eiusdemq; ecclesiæ munitione, nata die vj. Calend. Septemb. indictione xj.

Luc. 22. c

Matt. 16. c

Epistola eiusdem secunda.

Italiano Vaano cubiculario & imperiali chartulario. Semp celsitudo vestra pijs hominibus præbuit *concursum, semperq; irreprehensibiliter viuentibus tribuit libenter opem. Ideoque congruum præuidimus, per præsentia nostra scripta Ioannem antistitem ecclesiæ *Lampenis, sitè in insula Creta, ei in omnibus commẽdare, quatenus diuina ope præuia, eiusq; suffultus suffragio, valeat ad sanctam celeriter remeare ecclesiam. Per Septembrem enim mensẽ præsentem, vñdecima indictione in hac Romana vrbe ad Apostolorum nostri culminis protectorum limina veniens obtulit nobis petitiõem, per quam suppliciter precatus est nos, vt eius causæ meritũ cognoscẽtes, canonicè terminaremus. Obtulit deniq; nobis & sententiã, quam promulgauit eius metropolitanus cũ suis episcopis aduersus eundem Ioannem, volens eum ostendere reprehensibilem, per quam eum contra canonum decreta pœnalibus submisit. Cuius exemplar & idem eius metropolitanus nobis direxit. Propterea facientes cõgregari episcopos in hac vrbe, eius causa est cognita, relecta videlicet petitione eius. Et præfata sententia, ab eodẽ metropolitanò ei nobis directã, visum nobis est, non secundum sacros canones eandem esse sententiã promulgatã. Ideoq; eam inanem atq; vacuam statuimus fore, decernentes eundem Ioannem innocẽtem existere, & absq; aliqua culpa eum ab eius metropolitana *querimus subiuisse, quem meritò absoluius ad suam ecclesiam regredi, scribentes eius sepitiũ nominato metropolitanũ, vt quæ per simplicitatem egerit in eius personã, contra canonum decreta, esse vacua & inania. Eundem itaque Ioannem (vt dictum est) antistitem, vestræ eximie charitati per has nostras literas commendantes, hinc absoluius, ad vestra nimirum ambulaturum vestigia: & vt exindè rursus cũ suis scriptis eum absoluerè festinet, quesiimus, ad suam Ecclesiam, commendantes eum, quibus præuiderit, vt illæsus debeat esse. Profectò enim vnã mecum cunctis diebus vitæ suæ & ipse pro vestræ excellẽtissimæ

for. *suscipisse pœnam querimus, quod

simæ

simæ charitatis prosperitate ac longæuitate deprecabitur Dominũ. Data die vj. Calend. Februariar, indictione vñdecima.

Epistola eiusdem ad Paulum Cretensem tertia.

Italianus Paulo episcopo Cretensi. Ad cognitionẽ tuæ dilectionis congruum præuidimus perducere, eò qd Ioannes episcopus *Lampenis ecclesiæ nobis suggererit, asserens, quod eius parochiæ pertinentia monasteria, vnum, quod appellabatur Palca, & alterum, quod vocatur Artilli, à tua Ecclesia esse inuasa. Ideoq; si ita est, hortamur tuam charissimam fraternitatẽ, vt ei secundum terminos sanctorum canonum reddi faciat: quia vniciq; quod iustum est, volumus conseruari, maximè à nostris fratribus. Cognouimus denique, quod quidam diaconus, nomine Ioannes, postq; consecratus est minister, accepisset vxorẽ: & non solum hoc, sed & in duabus ecclesijs militet. Ideoq; si ita est, hoc tua dilectissima fraternitas pro nei amore corrigat, nõ denuò huiusmodi nefas proueniat ad instar malè viuentium. Deindè cognouimus, quod quendam curialem nomine Eulampium, habeat quasi consiliarium. Nõ enim, vt nobis suggestũ est, eum constat esse bonæ vitæ. Ille enim quotidie (vt fertur) inter fratres zizania feminat, vt de eorũ discordia marsupium impleat. Quamobrem, si ita est, hortamur tuam fraternitatẽ, eum à se proijcere, vt eius opinio coram Deo & hominibus floreat. Data vt supra.

*Lappèis

Epistola eiusdem quarta.

Italianus Georgio Episcopo Syracusano. Gesta, siue sententiã à tua fraternitate directã dilectissimo filio nostro

Gaudentio primicerio, scribente eam, sibi ab antistite Cretensis insulæ transmissam pro causa Episcopi *Lampenis Ecclesiæ, suscepimus, scribentes ei, quamobrem admirati sumus, cur ipse Cretensis antistites nobis aut per suum clericum hæc minimè direxerit, aut per sua scripta non indicauerit, quæ erant necessaria. Præfatus enim Ioannes *Lampenis Ecclesiæ, huiusmodi sententiã manu eius metropolitanæ, episcoporumq; subscriptam, cum sua nobis obtulit petitione, postulans suæ causæ meritum canonicè requiri. Cuius precibus moti, pro tali re in hac vrbe fecimus congregari synodum, vt cognosceretur huiusmodi negocium. Cumq; esset congregata, relecta est nimirum petitiõ Ioannis præfati, ac sententiã à tua directa fraternitate: quibus nobis eisq; visum est, nõ secundum sacratissimos canones, neq; secundum instituta patrum, esse eadem gesta promulgata aduersus pronomiatum *Lampeon Ecclesiæ Episcopum. Idcirco decreuimus, eam per nostre præceptionis auctoritatem, esse inanem & vacuam, absoluentes eum ad suam Ecclesiam remeare, cum nostra præceptione, ad eundem eius metropolitanam facta. Ideoque eo illic ad tuam fraternitatẽ se coniungente, ei ita concurrat, vt cum literis commendatiõis domini excellentissimi Vaani filij nostri Imperialis cubicularij & chartularij, ad suam ecclesiam prosperè reuertatur. Viua enim voce pro sua causa subtiliter tuæ fraternitati, dum ab ea requisitus fuerit, profectò indicabit, ostendens ei exemplar præcepti nostri, ad Cretensem metropolitam directi. Præterea & Siluinus tibi intimandum omnia prædicãtes, nõ modum transgredi literarum cerneremur. Data vt supra.

*Lappèis

*Lappèis

*intima bit omnia prædicta, nõ

TOLETANVM CONCILIVM XI, HABITVM ANNO QVARTO

*Bambæ

*Vuambani regis, vij. Idus Nouembris. Est prouinciale.

TITVLI CAPITVLO RV M eiusdem concilij, circa tempora Vitaliani papæ.

- Nè tumultu concilium agitetur. 1
- Non debere metropolitanum à confinitimorum instructione cessare. 2
- Vt in vna prouincia diuersitas officiorum non teneatur. 3
- De discordia sacerdotum. 4
- De compefcendis excessibus sacerdotũ. 5
- Nõ debere sacerdotes, quilibet in Ecclesiæ familijs truncationes membrorum facere, nec aliquid, quod morte plectendum est, iudicare. 6
- Quæ debeat discretio Ecclesiarum esse rectoribus, nõ per incõditam disciplinam. 7

TOM. 2.

- subeant homicidij notam. 7
- Nè quicquam præmij pro diuinis sacramentis accipiat. 8
- Quid custodiri debeat, si per præmiũ quis episcopus fiat: vel qua sententiã feriat, qui post honorem acceptum, per pecuniam ordinatus fuisse detegitur. 9
- Vt omnes pontifices, rectoresque ecclesiarum, tempore quo ordinandi sunt, sub cautione promittãt, quod iustissimè viuere debeant. 10
- De elucidatione antiqui canonis, quo præcipitur, vt si quis acceptam à sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur. 11
- Nè in confinio mortis, pœnitens à reconciliatione diutinè suspendatur, & vt oblatio

EEEE 2 latio

latio eius, qui pœnitens, nec tamen reconciliatus de hac vita exierit, ab ecclesia receptetur. 12
 De sacerdotibus, qui vexati, cadere videntur. 13
 Ut hi, qui domino canunt atque sacrificant, post se semper habeant adiutoria constituta. 14
 De institutione certi temporis, quo concilium agatur. 15
 De relatione gratiarum pro consummatione concilij. 16



In nomine sanctæ Trinitatis collectis in vno Carthaginensium provincie sacerdotibus in Toletana vrbe, in beatæ matris Domini Mariæ virginis sede, anno quarto excellentissimi ac religiosi Vuambani principis, sub die septimo Idus Nouembris, res votiuæ gaudij, & dies nimium optatæ gratulationis occurrit, in quo nobis datum est conspiciere pariter & desistere, quid lachrymarum de præteritis Domino deberemus. Eramus enim hucusquæ pro labentis seculi colluuiõ instabiles: quia annosa series temporum, subtrahente luce conciliorum, non tam vitia auxerat, quàm matrem omnium errorum ignorantiam ociosis mentibus ingerbat. Cernimus enim, quomodo Babylonicæ confusionis olla succensa nunc tempora auertente conciliorum, nunc sacerdotes Domini de resolutis moribus irretiret: purpuratæ enim meretricis sequebatur incitamenta, quia ecclesiastici conuentus nõ aderat disciplina, nec erat qui errantium corrigeret partes, cum sermo diuinus haberetur exofus. Et quia non erat adunantium pontificum vlla præceptio, crescebat in maius vitæ deterior. Cum tandem diuina nos clementia ex alto respiciens, & tempore ætatis nostræ se occursum præbuit, & salutem nostris seculis religiosi principis mentem deuotam pariter & instructam. Cuius prouidæ sollicitudinis voto & lux conciliorum renouata resplenduit, & alterna charitas se mutuo in corrigendis, vel instruendis moribus excitauit, dum & aggredandi nobis hortatu principis gloriosi facultas data est, & opportuna corrigendis præparata est disciplina, vt qui, de curis longè antè temporibus, post decem & octo scilicet labentium annorum excursuum, in vnum meruimus aggregari conuerti, & mereri possimus spiritali gratia sanitatem. Nec enim numerus iste alienus est à salute. Sic quippe mulier illa in euangelio, ter senis annorum excursibus curua, quæ figurâ totius humani generis gestabat sub sacramento huius numeri, salutem pristinae fana redonatur. Nos ergo p tot annos cur-

Hier. 1. c

Apoc. 17. 2

*extorris.

*mederi
*sanitatu.

Luc. 13. b
ed

TOM. 2.

uo nostri ordinis persistente statu, in eo, quod nulla nos conciliorum definitio iungeret, nullus etiam conuentus ecclesiastici ordinis adunaret, tandem diuine voluntatis imperio, & religiosi principis iussu, euocati in Toletanam urbem conuenimus. Qui cum in ecclesia beatæ Mariæ virginis debitis in sedibus locaremur, inter cætera, quæ subteritis discreto capitulorum ordine sunt digesta, non aliunde primum cepimus habere sermonem, nisi de sanctæ fidei puritate: vt quia initiandis ad beatam vitam hominibus hæc prima semper est via salutis, præuia quoque nostris fieret præceptis. Vnde sacra instructionis arcana sanctorum, Niceni scilicet, Constantinopolitani, Ephesini atque Chalcedonenfis, conciliorum monita amplectentes, per quæ & radicibus hereticorum falsa conciliabula destruantur, & fidei catholice norma declaratur, hoc communi alternoque animo iudicio definimus, vt hanc ipsam fidei nostræ regulam verbis simplicibus niteremur alternam nobis singulariterque referre, ita vt quicquid per triduum de huiusmodi questionibus vnicuique nostrum lectionis memoria ministraret, & prout animis vel memoria occurreret, omni sobrietatis compendio, simplici notaretur stylo: relatio tam ipsius sacramenti, pura & euidentis, à capite primum inciperet, & sic ad membra reliqua perueniret, nullas obscuritatis in se lineas habens, nullas etiam inusitate loquutionis regulas continens: sed puritas sola esset clara sermonum, quæ posset euidentiam exprimere suam, quod exercitiores nos ad intelligendum redderet verborum simplex collatio, quàm relata condensæ lectionis instructio. Quia & reuera tantæ rei mysterium ita sacerdotes dei conuenit nosse, vt nõ superficie verborum efferatur incogniti, sed sensibus sanæ intelligentiæ reperiantur instructi, vt in differendo præcipue huius sanctæ Trinitatis arcana, plus euidentia, quàm eloquentia, eos efficiat saporatos. Sic enim ex diuini muneris dono est actum, vt iuxta votum definitionis alterne, promissio monstraretur in opere. Vnde quod primo die præsidetis metropolitani lingua profudit, die tertia omnium nostrum vox sigillatim collatiuè repetijt. Iste est ergo tenor fidei nostræ, qui & à capite copiose profluxit, & à membris probatus gloriose emicuit.

Confitemur & credimus, sanctam atque ineffabilem Trinitatem, patrem & filium & spiritum sanctum, vnum Deum naturaliter esse, vnius substantiæ, vnius nature, vnius quoque maiestatis atque virtutis. Et patrem quidem non genitum, non creatum, sed ingentum profitemur. Ipse enim à nullo originem ducit, ex quo & filius natiuitatem, & spiritus sanctus processionem

*subter

Professio fidei.

acce-

Eph. 3. c

accepit. Fõs ergo ipse est & origo totius diuinitatis. Ipse quoque pater essentia quidè ineffabilis, substantiæ suæ filium ineffabiliter genuit: nec tamè aliud, quàm quod ipse est, genuit, Deus nempe, lux lucem. Ab ipso ergo est omnis paternitas in celo & in terra. Filium quoque de substantia patris sine initio ante secula natum, nec tamè factum esse fatemur: quia nec pater sine filio, nec filius sine patre aliquandò extitit. Et tamen non vt filius de patre, ita pater de filio: quia non pater à filio, sed filius à patre generationem accepit. Filius ergo Deus de patre, pater autem Deus, sed non de filio. Ille autè filius patris, & Deus de patre: æqualis deo per omnia Deo patri, quia nec nasci cepit aliquandò, nec desijt. Hic etiam vnus cum patre substantiæ creditur, propter quod & hominibus patri dicitur, hoc est, eiusdè cum patre substantiæ. *ὁμοῦς* enim Græcè vnum, *ὁμοῦς* verò substantia dicitur: quod vtrumque coniunctum, sonat, vna substantia. Nec enim de nihilo, neque de alia aliqua substantia, sed de patris vero, id est, de substantia eius, idem filius genitus vel natus esse credendus est. Sempiternus quoque est & filius, quoniam si pater semper fuit, semper habuit filium, cuius pater esset, & ob hoc, filium de patre natum sine initio confitemur. Nec enim eundem filium Dei, pro eo quod de patre sit genitus, defectæ naturæ portiunculam nominamus: sed perfectum patre, perfectum filium, sine imminutione, sine defectione genuisse asserimus: quia solius diuinitatis est, inæqualem filium non habere. Hinc etiam filius Dei, natura est filius, non adoptione, quem Deus pater nec voluntate, nec necessitate genuisse credendus est: quia nec vlla in Deo necessitas cadit, nec voluntas sapientiam præuenit. Spiritum quoque sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, vnum atque æqualem cum Deo patre & filio credimus esse Deum, vnius substantiæ, vnius quoque esse nature: non tamen genitum vel creatum, sed ab vtrisque procedentem, amborum esse spiritum. Hic etiam spiritus sanctus, nec ingentus, nec genitus creditur: nõ aut, si ingentum dixerimus, duos patres dicamus: aut, si genitum, duos filios prædicare monstreretur: qui tamen nec patris tantum, nec filij tantum, sed simul patris & filij spiritus dicitur. Nec enim de patre procedit in filium, nec de filio procedit ad sanctificandam creaturam: sed simul ab vtrisque processisse monstratur, quia charitas siue sanctitas amborum esse agnoscitur. Hic ergo spiritus sanctus missus ab vtrisque creditur, sed minor patre & filio non habetur, sicut filius propter assumptam carnem, minor se patre & spiritus sancto esse testatur. Hęc est sanctæ Trinitatis relata narratio, quæ non triplex, sed trinitas & dici & credi debet. Nec rectè

Ioan. 14.

*trina

TOM. 2.

dici potest, vt in vno Deo sit Trinitas, sed vnus Deus Trinitas. In relatiuis verò personarum nominibus pater ad filium, filius ad patrem, spiritus sanctus ad vtroque refertur, quæ cum relatiuè tres personæ dicantur, vna tamen natura vel substantia creditur. Nec sicut tres personas, ita tres substantias prædicamus: sed vnã substantiã, tres autem personas. Quod enim pater est, non ad se, sed ad filium est: & quod filius est, non ad se, sed ad patrem est. Similiter & spiritus sanctus non ad se, sed ad patrem & filium relatiuè refertur, in eo quod spiritus patris & filij prædicatur. Item cum dicimus, Deus, non ad aliquid dicitur, sicut pater ad filium, vel filius ad patrem, vel spiritus sanctus ad patrem & filium: sed ad se specialiter Deus dicitur. Nam si de singulis personis interrogemur, Deum necesse est fateamur. Deus ergo pater, DEVS filius, Deus spiritus sanctus singulariter dicitur: nec tamen tres dii, sed vnus est Deus. Item & pater omnipotens, & filius omnipotens, & spiritus sanctus omnipotens singulariter dicitur: nec tamen tres omnipotentes, sed vnus omnipotens: sicut & vnum lumè, vnumque principium prædicatur. Singulariter ergo vnaquæque persona vnus Deus confitetur, & creditur vna illis & indiuisa atque æqualis deitas, maiestas, siue potestas. Nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus: quia nec minus aliquid habet, cum vnaquæque persona Deus singulariter dicitur: nec amplius, cum totæ tres personæ vnus Deus enunciantur. Hęc ergo sancta Trinitas, quæ vnus & verus est Deus, nec recedit à numero, nec capitur numero. In relatione enim personarum numerus cernitur, in diuinitatis verò substantia, quid enumeratum sit, non comprehenditur. Ergo hoc solo numerum insinuat, quod adinuicem sunt: & in hoc, numero carent, quoniam in se sunt. Nam ita sanctæ huic Trinitati vnus naturale conuenit nomen, vt tribus personis nõ possit esse plurale. Ob hoc ergo credimus illud in sacris literis dictum: Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Nec quia tres has personas esse diximus vnum Deum, eundem esse patrem, quem filium: vel eum esse filium, qui est pater: aut eum, qui est spiritus sanctus, vel patrem & filium dicere poterimus. Non enim ipse est pater, qui filius: nec ipse filius, qui spiritus sanctus: nec spiritus sanctus, ipse qui est vel pater vel filius: ipsum filium, quod pater: ipsum patrem & filium, quod est & spiritus sanctus, id est, natura vnus Deus. Cum enim dicimus, nõ ipsum esse patrem quem filium, ad personarum distinctionem refertur: cum autem dicimus, ipsum esse patrem quod filium, & ipsum filium quod patrem, ipsum spiritum

Psal. 146.

EEEE 3 sanctum

sanctum quod patrem & filium, ad naturam, qua DEVS est, vel substantiam pertinere monstratur, quia substantia vna sunt. Personas enim distinguimus, non deitatem separamus. Trinitatem igitur in personarum distinctioe agnoscimus, vnitatem propter naturam vel substantiam profitemur. Tria ergo ista, vnum sunt natura scilicet, non persona: nec tamen istae tres personae aestimandae sunt separabiles, cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia vel exstitisse, vel quippiam operata esse aliquando creditur. Inseparabiles enim inveniuntur & in eo quod sunt, & in eo quod faciunt: quia inter generantem patrem, & generatum filium, vel procedentem spiritum sanctum, nullum fuisse credimus temporis interuallum, quo aut genitor genitum aliquando praecederet, aut genitus genitori deesset, aut procedens spiritus patre vel filio posterior appareret. Ob hoc ergo inseparabilis & inconfusa haec Trinitas a nobis & creditur, & praedicatur. Tres igitur personae istae dicuntur, iuxta quod Maiores definiunt, vt agnoscantur. Nam si attendamus illud, quod scriptura sancta dicit de sapientia, splendor est lucis aeternae: sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhaerere sic confitemur filium a patre separari non posse. Tres ergo illas vnus atque inseparabilis naturae personas, sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus praedicamus: quandoquidem hoc nobis dignata est ipsa Trinitas euidenter ostendere, vt etiam in omnibus, quibus voluit singularem personas agnoscere, vnam sine altera non permittat intelligi. Nec enim pater absque filio cognoscitur, nec sine patre filius inuenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis, personas separari vetat. Quae etiam non simul nominat, simul insinuat. Nemo enim audire potest vnum quodque istorum nominum, in quo non intelligere cogatur & alterum. Cum ergo haec tria sint vnum, & vnum tria, est tamen vnicaque personae manens sua proprietas. Pater enim aeternitatem habet sine natiuitate, filius aeternitatem cum natiuitate, spiritus vero sanctus processionem sine natiuitate. De his tribus personis sola filij personam pro liberatione humani generis, hominem verum sine peccato de sancta & immaculata Maria virgine credimus assumpsisse, de qua nouo ordine, nouaque natiuitate est genitus. Nouo ordine, quia inuisibilis diuinitate, visibilis monstratur in carne. Noua autem natiuitate est genitus, quia intacta virginitas & virilem coitum nesciuit, & fecundata per spiritum sanctum, carnis materiam ministravit. Qui partus virginis nec ratione colligitur, nec exemplo monstratur. Quod si ratione colligitur, non erit mirabile: si exemplo, non erit singulare. Nec tamen spiritus sanctus pater

Sap. 7 d

esse credendus est filij, pro eo, quod Maria, eodem spiritu sancto obumbrante, concepit, ne duos patres filij videamus asserere, quod vtique nefas est dici. In quo mirabili conceptu, edificante sibi sapientia domum, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nec tamen verbum ipsum ita in carnem conuersum atque mutatum est, vt desisteret Deus esse, qui homo esse voluisset: sed ita verbum caro factum est, vt non tantum ibi sit verbum DEI & hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima: atque hoc totum, & DEVS dicatur propter Deum, & homo propter hominem. In quo Dei filio duas credimus esse naturas, vnam diuinitatis, alteram humanitatis: quas ita in se vna CHRISTI persona vniuit, vt nec diuinitas ab humanitate, nec humanitas a diuinitate possit aliquando seungi. Vnde perfectus DEVS est, perfectus & homo, in vnitatem personae. Nec tamen, quia duas in filio diximus esse naturas, duas causabimur in eo esse personas, ne Trinitati (quod absit) accedere videatur quaternitas. Deus enim verbum, non accepit personam hominis, sed naturam: & in aeternum persona diuinitatis, temporalem accepit substantiam carnis. Item vnus substantiae credimus esse DEVM patrem, & filium, & spiritum sanctum: non tamen dicimus, vt huius trinitatis vnitatem Maria virgo genuerit, sed tantummodo filium, qui solus naturam nostram in vnitatem personae suae assumpsit. Incarnationem quoque huius filij Dei tota Trinitas operata esse credenda est, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Solus tamen filius formam serui accepit in singularitate personae, non in vnitatem diuinae naturae, in id, quod proprium est filij, non quod commune Trinitati, quae forma illi ad vnitatem personae coaptata est, id est, vt filius DEI & filius hominis, vnus sit Christus. Item idem CHRISTVS in his duabus naturis, tribus extat substantijs: verbi, quod ad solius DEI essentiam referendum est: corporis & animae, quod ad verum hominem pertinet. Habet ergo in se geminam substantiam, diuinitatis suae, & humanitatis nostrae. Hic tamen per hoc, quod de DEO patre sine initio prodijt, natus tantum: (nam neque factus, neque praedestinatus accipitur) per hoc tamen, quod de Maria virgine natus est, & natus, & factus & praedestinatus esse credendus est. Ambae tamen in illo generationes, mirabiles: quia & de patre ante secula sine matre est genitus, & in fine seculorum de matre sine patre est generatus: quae tamen, secundum quod Deus est, creauit Mariam: secundum quod homo, creatus est ex Maria. Ipse, pater Mariae matris, & filius. Item per hoc quod DEVS est, aequalis est patri: per hoc quod homo, minor est patre. Item & maior, &

Ioan. 1. b

minor seipso, credendus est. In forma enim Dei, etiam ipse filius seipso maior est, propter humanitatem assumptam, quia diuinitas maior est: in forma autem serui, seipso minor est: idem humanitate, quae minor diuinitate accipitur. Nam sicut per assumptam carnem non tantum patre, sed seipso minor accipitur: ita secundum diuinitatem, quae est aequalis patri, & ipse, & pater, maior est homine, quem sola filij persona assumpsit. Item in eo quod quaeritur, vtrum possit filius sic aequalis, & minor esse spiritu sancto, sicut pater nunc aequalis, nunc minor patre creditur esse, respondemus: Secundum formam Dei, aequalis est patri, & spiritu sancto: secundum formam serui, minor est & patre & spiritu sancto: quia nec spiritu sanctus, nec Deus pater, sed sola filij persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Itaque hic filius, a Deo patre & spiritu sancto inseparabiliter discretus creditur esse, persona: ab homine autem assumpto, natura. Item cum homine, vnus extat persona: cum patre vero & spiritu sancto, natura diuinitatis suae sine substantia. Missus tamen filius, non solum a patre, sed & a spiritu sancto missus esse credendus est, in eo quod per prophetam dicit: Et nunc Dominus misit me & spiritus eius. A seipso quoque missus accipitur, pro eo, quod inseparabilis non solum voluntas, sed operatio totius Trinitatis agnoscitur. Hic enim, qui ante secula vnigenitus est vocatus, temporaliter primogenitus factus est. Vnigenitus, propter diuinitatis substantiam: primogenitus, propter assumptam carnis naturam: in qua suscepit hominis forma, iuxta euangelicam veritatem, sine peccato natus, sine peccato mortuus creditur: qui solus pro nobis peccatum factus est, id est, sacrificium pro peccatis nostris: tamen passionem ipsam (salua diuinitate sua) pro delictis nostris sustinuit, mortisque adiudicatus & cruci, veram carnis mortem accepit: tertio quoque die, virtute propria suscitatus, a sepulchro surrexit. Hoc ergo exemplo capitis nostri, confitemur vera fide resurrectionem carnis omnium mortuorum: nec in aerea, vel qualibet alia carne (vt quidam delirant) resurrecturos nos credimus, sed in ista, qua viuimus, consistimus, & mouemur. Peracto huius sanctae resurrectionis exemplo, idem Dominus noster atque saluator, paternam ascendendo sedem repetijt, de qua nunquam per diuinitatem discessit. Illic adexteram patris sedens, expectatur in fine seculorum iudex omnium viuorum & mortuorum, inde cum sanctis omnibus veniet ad ferendum iudicium, reddere vnicaque mercedis propriae debitum, prout quisque gessit in corpore positus, siue bonum, siue malum. Ecclesiam sane catholicam, precio

* id est,

Et. 48. d

2. Cor. 5.

* veram hori

2. Cor. 5.

TOM. 2.

fui sanguinis comparatam, cum eo credimus in perpetuum regnaturam, intra cuius gremium constituti vnum baptismum credimus, & confitemur remissionem omnium peccatorum, sub qua fide & resurrectionem mortuorum veraciter credimus, & futuri seculi gaudia expectamus. Hoc tantum orandum est nobis & petendum, vt cum peccato finitoque iudicio, tradiderit filius regnum DEO & patri, participes efficiat nos regni sui, vt per hanc fidem, qua illi inhaesimus, cum illo sine fine regnemus. Haec est confessionis nostrae fides exposita, per quam omnium haereticorum dogma perimitur, per quam omnium fidelium corda mundantur, per quam & ad Deum gloriose acceditur, cuius sacrosancto sapore sub triduo ieiunio continua relationum collatione roantes, ad ea, quae subnexa sunt, sequenti die decernenda transiuimus.

Capitulum primum.

IN loco benedictionis confidentes Domini sacerdotes, nullis debent aut in discretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis vel risibus agi, & (quod detestius est) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Si quis enim (vt Apostolus ait) putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Cultum enim suum iustitia perdit, quando silentia iudicij obstrepentium turba confundit, dicente propheta: Erit cultus iustitiae, silentium. Debet ergo, quicquid aut consultationibus confidentium agitur, aut a causantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, vt nec contentiosis vocibus audientiam turbent, nec iudicium vigorem de tumultu eneruent. Quicumque ergo in conuentu concilij haec, quae praemissa sunt, violanda crediderit, & contra haec interdicta aut tumultu, aut contumelias, vel risibus concilium conturbauerit: iuxta diuinam legis edictum, quo praecipitur, Ejice derisorem; & exhibit cum eo iurgium, cum omni dedecore de confessione abstractus, a communi coetu secedat, & trium dierum excommunicationis sententiam perferat.

Quantum quis praecelso culmine obtinet locum, tantum necesse est praecedat ceteros gratia meritorum, vt in eo quod praesidet singulis, singulariter ornatur eminentia sanctitatis, habens semper & in ore gladium veritatis, & in opere efficientiam luminis, vt iuxta Paulum, potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere, nos proinde nostri ordinis gradum, vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus, vt quod officium praedicationis suscepimus, nullis curis a diuina le-

1. Cor. 15. e

5. q. 4. In loco benedicti.

1. Cor. 1. d

Esai. 32. d * collationibus

Prou. 22. b

Tit. 2.

EEEE 4 ctione

etione priuemur. Nam quorundā mentes pontificū, ita torporis ocio à lectionis gratia secluduntur, ut quid doctrinæ gregibus subditis exhibeat, non inueniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit maioribus, ut quos sub regiminis sui cura tuentur, fame verbi Dei perire nō finant. Sicut metropolitanis in confinuitos, ceterosq; ecclesiasticis ordinibus deditos: sic confinuitis, in commissio sibi religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium diuinæ legis eruditionibus imbuatur, ita ut indefinenti sollicitudine prælatus quisque subditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoscat, aut nescientiam sine arrogantia instruat. Placuit ergo de talibus, iuxta instituta Toletani cōcilij, hoc specialiter definire, ut aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti.

Cōcilij 8. cap. 8.

Dist. 12. de his qui contra. Ephc. 4.

* pōtiffes

3 De his, qui contra Apostoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto concilio, ut metropolitana sedis autoritate coacti, vniuscuiusque prouinciæ ciues, rectoresq; ecclesiarum, vnum eundemq; in pfallendo teneant modum, quem in metropolitana sede cognouerint institutū, nec aliqua diuersitate cuiuscunq; ordinis vel officij, à metropolitana se patiantur sede disijungi. Sic enim iustum est, ut inde vnusquisq; sumat regulas magisterij, vnde honoris consecratione accipit: ut iuxta Maiorum decreta, sedes, quæ vnicuiq; sacerdotalis mater est dignitatis, sit ecclesiastica magistra rationis. Abbatib; sanè, indultis officijs, quæ iuxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt, cætera officia publica, id est, vesperas, matutinum, siue Missam, aliter quàm in principali ecclesia, celebrare non liceat. Quisquis autem horum decretorum violator exiterit, sex mensibus communionem priuatus, apud metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus, quatenus apud illū & præterita transgressionis culpam lachrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiosè addiscat. Sub ista ergo regula disciplinæ, non solum metropolitanus totius sue prouinciæ pōtiffes vel sacerdotes adstringat, sed etiā cæteri episcopi subiectos sibi ecclesiarum rectores, obtemperare his institutionibus cogant.

1. Ioan. 3. b

4 Sicut omnis qui diligit fratrem suū, ex Deo est: ita omnis qui odit proximum, ex diabolo est. Dilectione enim sola discernitur, quis ex quo genitus approberetur, dicente Ioanne: In hoc manifestati sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non facit iustitiam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suū. Quoniā hæc est annuntiatio, quam ab initio audistis, ut diligamus alter-

TOM. 2.

utrūm. Et post paululum: Omnis qui odit fratrem suū, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida nō habet vitam eternā in se manentē. Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui à fraterna societate diuiditur. Nam etsi manus nō moueat ad occidendum, pro eo tamen quod immitis est ad ignoscendum, iam à Deo homicida tenetur. Viuit ille, & iste iam interfectus esse conuincitur. Cū ergo his pceptis B. apostolus Paulus cōsona prædicatione cōcordet, dicens, Non occidat sol super iracundiam vestrā, & Nolite locum dare diabolo: relatæ sunt nobis quorundam sacerdotum personæ, in tantā obstinationis efferuisse discordiam, ut nō solum illos ab ira occasus solis non reuocet, sed nec annoxa quidem transactio tēporum, ad bonū charitatis reclinet, quippe in quorū cordibus sol iustitiæ Christus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix possint. Horum ergo & similibus discordantium fratrum oblationes, iuxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas esse censuimus. Personis tamen discordantium, id speciali definitione præcipimus, ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorū accedere ad altare Domini audeat, vel gratiā cōmuniōis sanctæ percipiat: sed geminato tēpore per pœnitentiā cōpensabunt, quod discordiæ seruierunt. Quod si vnus eorū, alio contemne, ad satisfactionem charitatis cucurrerit: ex eo tēpore, ut pacificus intra ecclesiam receptetur, ex quo ad cōcordiam festinasse conuincitur, sententia tamē superiori seruata, ut tempus, quod in ira expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persoluat.

Ephc. 4f

Cōc. Cr. thagiā 4. cap. 93.

5 Nullis vita præsulum perturbari debet excessibus motionum, quia valde indignū est, ut qui throni Dei vocatur, leui motione turbentur: & qui debent esse iustitiam, ipsi efficiantur seminarium litis atque rapinæ. Quomodo ergo huiusmodi, iuxta Apostolū, irreprensibiles erunt, qui nō solum reprensibilia faciunt, sed mortifera potius & execranda cōmittunt? Relati enim nobis sunt quidā ex sacerdotibus, quod omni grauitate sacerdotalis ordinis prætermissa, audientia iudicij furoris præueniant, & excessu solius inhonestæ motionis, audire refugiunt, p quibus eos oportuerat æquitatis iudicia sustinere. nū enim de honoris sui culmine blandiuntur, patientiam habere refugiūt: & qui incōcūsē debuerāt veritatis cōseruare statū, subitō religionis mutāt ppositū, & præcipiti furoris iudiciū antecedunt. Sicq; in quo decuerat eos iudicij sustinere cōuentū, peruatione agunt, vnde de presumptionibus cōfundantur. Qui tamē aut dāno pariter & excōmunicatione plectendi sunt, aut ommissis cōpositionibus rerū, sola satisfactione pœnitentiæ

* circa

1. Tim. 3. a

23. q. 8. His à quibus Domini talium

tiæ curabuntur. Illi enim, qui rei propria facultate suffulti sunt, aut qui rem suā iam antea in nomine Ecclesiæ, cui præsumunt, transfudisse noscuntur: si aut per se, aut per subditos, seu per quoslibet aliena diripiūt, vel præsumptionis seu cædis quippiam agunt, ita in rebus fiscalibus, quàm etiā in quorumlibet dominio constitutis: & peruasa vel præsumpra, de rebus proprijs iuxta legē excellentis, principis sarciant, & pro excelsu religioni contrario, quod inhonestè ante iudicium perpetrarunt, duarum hebdomadarū excommunicatione plectendi sunt. Et qui nihil proprietatis habere videtur, magna discretionis arte medēdi sunt, quo nec ausus illicitos ecclesiarum facultatibus redimant, nec ipsi penitus extorres à pœna persistant. Nec enim iustum est, ut pro prauis actibus sacerdoti, ecclesiæ, quibus præminent, sustineant damnū: & pro excessibus talium satisfactio ab ecclesijs exigatur, cū ecclesia cultores suos nō ad litem, sed honestatē, informet. De talibus ergo placuit definire, qui nullis habitis rebus proprijs, aut in quocunq; peruasores extiterint, aut quibuslibet personis cædes, vel quodcunq; præsumptionis intulerint, nulla eos incuruatione statū sui seruituti hominum debere addici: sed iuxta quod præsumptuosus quisquis ille extiterit, ita & pœnitentiæ legibus subiacebit, id est, si in decem solidorum summā præsumptor esse conuincitur, viginti dierum pœnitentiæ satisfactione purget: ita ut siue minoris, siue maioris summæ excessum peregerit, similiter geminata hoc semper satisfactio pœnitentiæ recompenset. Seruos autē ecclesiarū, qui huiusmodi excessus operati esse noscuntur, ad leges seculares audiendas remittimus. Et hæc quidem de generali excessu dicta sufficiāt. Cæterum specialitatis ordinē prosequentes, decernimus: Si quis episcoporum magnati cuiuscunq; uxorem, filiam, neptem, seu quolibet illi gradu altero pertinentem, quacunq; fraude vel subtilitate, adulterina pollutione fœdauerit, & honoris propriij gradum amittat, & sub exilij relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat, qui tamē circa finem vite, communionis remedio adiuuandus est. Hanc sanè & illi sententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint, aut primatib; palatij, generosisq; personis, seu nobilioribus quibuscunq; mulieribus, aut puellis aliquid per necem, aut per quancunq; irrogatam iniuriam visi fuerint intulisse. Vnde eos, iuxta legum secularium instituta, aut talionem recipere, aut traditionem de his fieri, vel pscriptiōnem oporteat.

✠

✠

6 His, à quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare nō licet. Et ideò magnoperè talibus excessi-

TOM. 2.

bus prohibendum est, nē indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententia propria iudicare præsumat, aut truncationes quibuslibet personis aut per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quod si quisquam horum immemor præceptorum, aut in ecclesiæ suæ familijs, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, & concessi ordinis honore priuatus & loco, sub perpetuo damnationis teneatur religatus ergastulo. Cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda est, propter homini misericordiā, qui non vult peccatoris mortem, sed ut cōuertatur & viuat.

7 Cū iuxta antiquæ institutionis editum, plūs erga corrigendos agere debeat beneuolentia, quàm seueritas: plūs cohortatio, quàm commotio: plūs charitas, quàm potestas: relatum est nobis, quod quidam ex fratribus, plūs inuore odij, quàm correctionis studio subditos insequentes, dum se simulant spirituales eis adhibere correctionem, indiscretam subitō afferunt mortem, cū inauditos à se proijciunt, & illicitis eos iudicijs sub pœnitentiā puniunt: Nō ergo decetero peruersis voluntatibus sit liberum, simulare quod fingunt: sed quotiescunq; quilibet ex subditis corrigendus est, aut publica debet à sacerdote disciplina curari: aut, si aliter rectoribus placet, duorum vel trium fratrum spirituum testimonio peculiariter adhibito, & modus criminis agnoscat, & modus pœnitentiæ irrogetur: ita tamē, ut si exilio vel retrusione dignū eum esse, aut quid aliud iudicium peculiare decreuerit, modus pœnitentiæ, quem corā tribus fratribus sacerdos transgressori indixit, speciali debeat eius, qui sententiam protulit, manus ppxiæ subscriptione notari. Sicq; fiet, ut nec transgressores, sine testimonio excidia vitæ suæ incurrant: nec rectores, accusatos se de quorumlibet interemptionibus erubescant.

1. q. 1. Quicquid inuisibilis

Matt. 10. a

8 Quicquid inuisibilis gratiæ consolatione tribuitur, nunquàm quæstu vel quibuslibet præmijs venundari penitus debet, dicente Domino: Quod gratis accepistis, gratis date. Et ideò, quicunq; deinceps in Ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis consignandisq; fidelibus, aut collatione chrismatis, vel promotionibus graduum, precia quælibet vel præmia, nisi voluntariè oblata, pro huiusmodi ambitione susceperit: equidē si sciente loci episcopo, tale quicquam à subditis perpetratur, idem episcopus duobus mensibus excommunicationi subiaceat, pro eo, quod & sciens mala contextit, & correctionem necessariam non adhibuit. Sin autem suorum quispiam, eodem nesciente, quodcunq; pro supradictis capitulis accipiendum esse sibi crediderit, si presbyter est, trium men-

men-

mensium excommunicatione plectatur: si diaconus, quatuor: subdiaconus vero, vel clericus his cupiditatibus feruens, & competentis poena, & debita excommunicatione plectendus est.

6 Multa super hoc capitulo patrum sententia manauerunt, scilicet ne imprecabilem sancti spiritus gratiam, donis vel muneribus quis existimet comparandam. Sed (quod non sine graui dolore dicendum est) quanto haec frequenti decretorum est preceptione prohibita, tanto nobis fraudibus cognoscitur iterata, dum hi, qui tali precio mercari nituntur gratiam spiritus sancti, aut ordinationis suae tempora preueniunt munere, aut post acceptum honorem, promissis suis coterunt. Apparentibus turpis lucris mercedem. Et ideo, ut horum & similitum argumentorum deinceps amputetur occasio, haec sancta synodus definiuit, ut cum quisque pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, sacramenti extractione adstringatur, quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personae cuiuslibet premij collationem vel aliquando dedisset, vel aliquando in futurum dare procurat. Sicque aut mundus ab hoc contagio, praelationis consecrationem accipiat, aut publicato hoc scelere, manifeste denudatus coram Ecclesia, & ad honorem, quem mereri voluit, non accedat. Illos autem, quos deinceps post praelationem per premium ordinatos fuisse patuerit, sub definitis poenitentiae legibus, ut verum simoniacos, ab Ecclesia separandos esse censemus, id est, ut duorum annorum spatio exilio relegati, & digna satisfactione, vel excommunicationis sententia coerciti, honoris gradum, quem premij emerant, lacrymis conquirere & reparare intendant. Unde si digna eos satisfactio poenitentiae commendaauerit, peracto indicta poenitentiae tempore, non tantum communioni, sed & loco, & totius ordinis officijs, a quibus separati fuerant, restaurandi sunt.

10 Quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, ut promissionis suae vota sub cautione spodeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica probat disciplina. Solet enim plus timere, quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, ut vnusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam placita sibi annotatione promittat, ut fidem catholicam sincera cordis deuotione custodiens, iuste & pie viuere debeat, & vt in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat, atque vt debitum per omnia honorem, atque obsequij reuerentiam praerenti sibi vnusquisque dependat, iuxta

* per illi-
ciru vsu
implica-
tus huic
sceleri

* placiti
sui inno-
datione

TOM. 2.

illud beati papae Leonis edictum: Qui se fecit aliquibus esse praepositum, non molestet ferat, aliquem sibi esse prelatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat. Poena tamen, iuxta ecclesiastica consuetudinis morem, & placitis talium inferenda, & ab his qui transgressores fuerint, perfoluenda est.

11 Cum nihil in diuino canone debeat esse cofusum, nihil dubium, nihil etiam indiscretum, in collatione nostri coetus relictus est canon Toletani concilij primi, in quo praepositum est, vt si quis acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur: nec adiecta est ibi discretio voluntatum, cum & infidelis infideliter haec talia agat, & fidelis fideliter accipiat, quod naturalis illius necessitas deglutire non sinit. Solet enim humanae naturae infirmitas, in ipso mortis exitu praegrata, tanto siccitatis pondere deprimi, vt nullis ciborum illationibus refici, sed vix tantumdem illati delectetur poculi gratia sustentari. Quod etiam in multorum exitu vidimus, qui, optatum suis votis sacrae communionis expetentes viaticum, collatam sibi a sacerdote eucharistiam reiecerunt: non quod infidelitate hoc agerent, sed quod praeter Domini calicis haustum, traditam sibi non possent Eucharistiam deglutire. Non ergo huiusmodi a corpore Ecclesiae separandi sunt, qui talia non infidelitate, sed necessitate fecerunt, praesertim hi, de quibus nihil fidei sinistrae sentitur. Placuit ergo definire, quod nec fidelis officiat, nec infidelis inultum existat. Quicumque ergo fidelis, inuitabili qualibet infirmitate coactus, Eucharistiam perceptam reiecerit, in nullo ecclesiasticae damnationi subiaceat. Similiter, nec illos cuiusquam punitionis censura redarguet, qui talia aut tempore infantiae faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, quid fecerint, ignorare videntur. Iam vero, quicumque aut de fidelium, vel infidelium numero, corpus Domini absque inuitabili (vt dictum est) infirmitate protegerit, si fidelis est, perpetua communionem priuetur: si infidelis, & verberibus subdatur, & perpetuo exilio relegatur. Quod si horum quilibet huiusmodi excessus digna poenitentiae satisfactione desuerit, post quinque annos licebit illum communioni pristinae reformari.

12 Qui poenitentiam in mortis agitur periculo, non diuine reconciliationis gratia differendus est. Sed si praecincto mortis urgeatur periculo, poenitentia per manus impositionem accepta, statim ei reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus aeger abscedat, quam donum reconciliationis accipiat: sicque superstitibus quodammodo doloris videatur esse perpetui, si praecisum ab Ecclesiae membris eum, qui

Epist. 84.

Cap. 14.

16. q. 6.
His qui te
pore. Et
Leo. epist.
91.

Coe. Car.
thagine.
4. ca. 79.

Coe. Eli.
ber. ca. 29.

* momen-
tis singu-
lis
Ecl. 4. c
7. q. 1. li.
ind diuini
oculi

* conflua-
mus

vtique reconciliationem non meruerit, rap- tum a praesenti vita, mors naturae subdu- xerit. Unde iuxta papae Leonis edictum, his, qui in tempore necessitatis, & in periculi urgentis instantia praesidium poenitentiae ex more reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconcilia- tio deneganda: quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. De his autem, qui accepta poeni- tentia, antequam reconcilietur, ab hac vita recesserint, quaquam diuersitas praepo- ritum de hoc capitulo habeatur: illorum ta- men nobis sententia placuit, qui multipli- ces numero de huiusmodi humanius de- creuerunt, vt & memoria talium in Eccle- sijs commendetur, & oblatio pro eorum de- licto a presbyteris recipiatur.

13 Bene siquidem Maiorum regulis de- finitum est, vt daemones, alijque similibus passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat. Cui praepo co sensu rationis adhibito, id comuniter definimus, vt nul- lus de his, qui aut in terra arrepti a daemo- nibus eliduntur, aut quolibet modo vexa- tionis incurfibus effertur, vel sacris au- deant ministrare altaribus, vel indiscussis se diuinis ingerant sacramentis: exceptis illis, qui varijs corporum incommoditatibus de- diti, in eiusmodi passionibus in terram ap- probantur elisi. Qui tamen & ipsi tam diu erunt ab officij sui & ordine & loco sus- pensis, quousque vnus annus spatio, per dif- cretionem episcopi, inueniantur ab incur- su daemonum alieni.

14 Et illud diuini oraculi monentis sin- guli praecauentes, quo scribitur, Vt soli, qui cum ceciderit, non habet subleuantem: sum- moperè vrendum nobis est & cauendum, ne horis illis atque temporibus, quibus Do- mino psallitur vel sacrificatur, vnicuique diuinis singulariter officijs insistenti, per- niciofa passio vel corporis quaelibet vale- tudo occurrat, quae aut corpus subito sub- rui faciat, aut mentem alienatione vel ter- rone confundat. Pro huiusmodi ergo cafi- bus, praecauentes, necessarium duximus in- stituere, vt vbi temporis vel loci siue cleri copia suffragatur, habeat quisque ille can- ens Deo atque sacrificans, post se vicini solaminis adiutorem: vt si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedet, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, a tergo semper habeat, qui eius vicem exequat intrepidus.

15 Peractis omnibus, quae ad correctio- nem nostri ordinis in hoc concilio promul- gata sunt: placuit definire, vt paternis in- stitutionibus obsequentes, omni anno ad peragendam celebritatem concilij in me- tropolitana sede, tempore quo princeps vel metropolitani electio definietur, deuotis semper animorum studiis conferamur, nec quibuslibet requisitis occasionibus absen-

TOM. 2.

temur, sed in preparato die, quo indictum fuerit, adunatis in metropolitana sede omnibus prouinciae pontificibus, concilium Deo praesule celebretur. Quisquis autem episcopus, excepta inuitabili causa vel necessitate, de peragendo concilio se absentauerit, vnus anni erit excommunicatione plectendus. Quod si deinceps absque celebratione concilij anni vnus meta pertraherit, omnes in comune pontifices Carthagini prouinciae, superioris censurae sententia obnoxios retinebit, id est, si nulla sibi impediere principis potestate, vel infirmitate, aut inuitabili causa, solius propriae voluntatis libitu, sese ad celebrandum concilium non collegerint.

16 His ergo constitutionibus nostris, quas necessario decernendas credidimus, finalem manus nostrae subscriptione adiecimus, immortalis Deo nostro & Domino gloriam & honorem reddentes, qui nos de conuentu alterne visionis letos effecit, qui os nostrum in confessione laudis suae aperuit, qui etiam decreta huius nostri concilij honeste compleuit. Post haec religioso domino & amabili principi nostro Vuambano regi, gratiarum actiones persoluimus, cuius etiam studio aggregati sumus. Qui Ecclesiasticae disciplinae nostris seculis nouus reparator occurrens, omisso conciliorum ordines non solum restaurare intedit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit, vt ad alternum morum correctionem annuo tempore alacriter concurrentes, iuxta prophetam vaticinium, quod in nobis defraetum est, alligetur: quod abiectum est, reducat. Det ergo eide principi Dominus, pro huius sacrae sollicitudinis voto, & cursum praesentis vitae in pace transire, & post diuturna tempora ad se in pace, remissis iniquitatibus, peruenire: qualiter & hic felicia tempora ducat, & felix cum omnibus, quibus principatur, ad Christum sine confusione perueniat: vt, quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronam futuri regni capiat, ex hoc in regione viuorum regnans cum Christo in secula seculorum. Amen.

¶ Ego Quiricus vrbis regis metropolitani episcopus, haec gesta synodica a nobis definita, subscripsi. Similiter & alij episcopi subscripserunt.

Athanasius ecc. Serabien episcopus, haec gesta synodica a nobis definita, subscripsi. Argimundus eccles. Oretanae episcopus, haec gesta synodica a nobis definita, subscripsi. Leander eccles. Ilicen episcopus, haec gesta synodica a nobis definita, subscripsi. Ioannes eccles. Bigastren episcopus, haec gesta synodica a nobis definita, subscripsi. Godiscalcus eccles. Oxouien episcopus, haec gesta synodica a nobis definita, subscripsi. Felix Ecclesiae Dianen episcopus, gesta synodica a nobis def. subf. Suintericus eccles. Valentiae eps, haec

Eze. 34. 3

* Eiflarges
vel Biger.
rea

hæc gesta synod. à nobis definita subf. Pal-
maicus ecclesiæ Vrgellen episcopus, hæc
gesta synodica à nobis definita subscripsi.
Richila ecclesiæ Accitanæ episcopus, hæc
gesta synodica à nobis def. subf. Rogatus
eccl. Bitteren episcopus, hæc gesta synod. à
nobis def. subf. Aetherius eccl. *Baltia-
næ episcopus, hæc gesta synodica à nobis
def. subf. Concoridius eccl. Palentinefi
episcopus, hæc gesta synodica à nobis def.
subf. Afcifclius eccl. Compluten episco-
pus, hæc gesta synodica à nobis definita
subf. Memorius eccl. Segobricen episco-
pus, hæc gesta synodica à nobis def. subf.
Egila eccl. Segontien episcopus, hæc gesta
synodica à nobis definita subscripsi. Gau-
dentius ecclesiæ Valerien episcopus, hæc
gesta synodica à nobis definita subf. Li-
beratus diaconus, agens vicè domini mei
Sinduiti ecclesiæ Segobien episcopi, hæc
gesta synodica à nobis definita, consenti-

*Baltia-
næ

*Tagon-
tius

ens subscr. Egila diaconus, agens vicè do-
mini mei Numbuli eccl. Arcobricen episco-
pi, hæc gesta synodica à nobis definita,
consent. subscr. Iulianus eccl. monasterij
S. Michaelis abbas, hæc gesta synodica à
nobis def. consent. subscr. Valderedus ec-
monast. sanctæ Leocadiæ abbas, hæc gesta
synodica à nobis definita, consent. subscr.
Gratinus eccl. monasterij sanctorum Co-
smæ & Damiani abbas, hæc gesta synodica
à nobis definita, consent. subscr. Absalio
eccl. monasterij sanctæ Crucis abbas, hæc
gesta synodica à nobis definita, consenti-
subscr. Florentius eccl. monasterij sanctæ
Eulaliæ abbas, hæc gesta synodica à nobis
definita, consent. subscr. Anila eccl. mona-
sterij S. Iuliani Agaliennsis abbas, hæc gesta
synod. à nob. definita, consent. subf. Gan-
dida eccl. Mariæ regis sedis archidiaconus,
hæc gesta synodica à nobis definita, con-
sentiens subf.

CONCILIVM BRACA-

RENSE TERTIVM, HABITVM ANNO QVAR-

to Vnambani regis, circa tempora Vnaliani pape.

ESSE Provinciale.



Decenter satis per diuinum
spiritum in Bracarensi vr-
be collecti, & de his, quæ
intra Dei ecclesiam per-
uersa actione geruntur,
tractaturi cõuenimus, vt
adiuuante nos illo, qui di-
cit, Vbi cunquè duo vel tres collecti fue-
rint in nomine meo, ibi ero in medio eorũ:
pari animo, pari que deuotionis studio ex-
urgentes, malè habitos extirpemus errores.
Etenim dum nos in vnum synodalis actio
aggesset, debitis in sedibus collocati,
primum de sanctæ fidei sacramento cepi-
mus habere sermonem, scilicet, nè aut va-
nitate disputantium, aut nescientia simpli-
cium, erroris quippiam in hoc sacramento
fidei teneretur. Vnde cum omnes nos in ve-
ra fide, vt speculum perlustraremus illesos,
in eo, quia nullũ nostrum schismatici erro-
ris *fatigauerat turbo, sed vera nos, & sim-
plex in hoc sacramento apostolica ostendit
idoneos prædicatio, grates omnipotenti
peregimus Deo: quam tamen nostræ fidei
regulam, ipsis verbis atque sententijs com-
memorando retextimus, quibus eam in cõ-
uentu Niceni concilij declaratam esse sci-
mus.

Matt. 18. c

* suscite.
rat

Credimus in vnum Deum, patre omni-
potentem, factorem celi & terræ, vi-
sibile omnium & inuisibile condito-
rem. Et in vnum dominum Iesum Christum
filium Dei vnigenitum, ex patre natum ante
omnia secula, Deum ex Deo, lumen ex lu-

mine, Deum verum ex Deo vero, natum,
nõ factum, hominon patri, hoc est, eius-
dem cum patre substantiæ, per quæ omnia
facta sunt, quæ in celo, & quæ in terra. Qui
propter nos, & propter nostram salutem de-
scendit. Et incarnatus est de spiritu sancto,
natus ex Maria virgine. Homo factus, pas-
sus est sub Põtio Pilato: sepultus, tertia die
resurrexit. Ascendit in celos, sedet ad dex-
teram Dei patris, iterum venturus iudicare
vivos & mortuos, cuius regni nõ erit finis.
Credimus & in spiritum sanctum, Dominum,
viuificantem, ex patre & filio procedentem,
cum patre & filio adorandum & glorifican-
dum. Qui locutus est per prophetas. Et vnã
sanctam catholicam & apostolicam Eccle-
siam. Confitemur vnum baptismum in remis-
sionem peccatorum. Expectamus resurre-
ctionem mortuorum, & vitam futuri secu-
li. Amen.

Post huius sanctæ fidei sacramentum,
relatus est in concione omnium no-
strum error manifestus, pariter & diuersus,
qui tanta debet disciplinæ arte retundi, quã-
ta & peruersitate comprobatur infundi.
Quidam enim in sacrificijs Domini relati
sunt lac pro vino offerre, eucharistiã quoq;
vino madidam pro complemento cõmunio-
nis credunt populis porrigendam. Et
quod peius his omnibus est, quidam sacer-
dotum in vasis Domini epulas sibi appo-
nunt, & manducare in eis presumunt. Qui-
dã etiã ex sacerdotibus relati sunt, quod
ecclesiasticæ consuetudinis ordine præter-
misso,

missio, missam sine orarijs audeant dicere, &
quod in solennitatibus martyrum reliqui-
as suo collo imponant, & in sellulis, non ab
alijs se portados, nisi ab albatis diaconibus,
credant. Illud quoque, quod pleriq; sacer-
dotum absque testimonio cõfœminis cõ-
morentur: & quod quidam illorum, hono-
ratos fratres suos verberibus indiscretis sub-
ijciant: nec nõ & illud, quod quidam Simo-
nis cupiditate arrepti, quos ordinaturi sũt,
sub cautiõne dimittant, qualiter, postquam
ordinati fuerint, pecuniam ab illis promif-
sam accipiant. Illud quoque quod familiã
ecclesiæ in proprijs laboribus quassant, da-
mnum in rebus Dominicis facientes. Quæ
omnia, nè confusè videantur esse prolata,
discretis titulorum ordinibus, credimus sub-
nectenda.

Acto. 8. c d

TITVLI CAPITVLRVM conclij Bracarenfis tertij.

- 1 Vt repulsis omnibus opinionibus supersti-
tionum, panis tantum & vinum aqua p-
mixrum, in sacrificio offerantur.
- 2 Nè vasa Domino sacrata, humanis vsibus ser-
uiant.
- 3 Nè sacerdos sine orario Missam audeat ce-
lebrare.
- 4 Nè sacerdotes, siue quicunque ex clero, si-
nè testimonio cum quibuslibet fœminis
habitent.
- 5 De damnata presumptione quorundam
episcoporum, qui in festiuitatibus mar-
tyrum ad ecclesiam procedentes, appen-
dis collo reliquijs, ab albatis diaconibus
in sellulis veantur.
- 6 De honestate honoratorum, & disciplina.
- 7 Nè promissione munerum, honoris gratia
venundetur.
- 8 Nè actores ecclesiæ prius propria quàm ec-
clesiastica iura laborare intendant.

CAPITVLRVM I.

De cõf. dist.
2. Cũ omne
crimè. Et in
de. luo. li. 1.

Cum omne crimen atque peccatũ, ob-
lati Deo sacrificijs delcatur, quid de-
ceterò pro delictorum expiatione Domi-
no dabitur, quandò in ipsa sacrificij oblati-
one erratur? Audiuimus enim, quosdã schi-
smatica ambitione detentos, contra diui-
nos ordines, & Apostolicas institutiões, lac
pro vino in diuinis sacrificijs dedicare, alios
quoque intinctam eucharistiam populis, pro
cõplemento cõmunionis porrigere, quosdã
etiam expressum vinum in sacramento
Dominici calicis offerre. Quod quàm sit
euangelicæ atque apostolicæ doctrinæ cõ-
trarium, & consuetudini Ecclesiasticæ ad-
uersum, non difficile ab ipso fonte veritatis
probat, à quo ordinata ipsa sacramento-
rum mysteria processerunt. Cũ enim magi-
ster veritatis, verum salutis nostræ sacrificiũ
suis cõmendaret discipulis, non illis lac, sed
panem tantum & calicem sub hoc sacramen-
to cognoscimus cõmendata. Ait enim euã-

gelica veritas: Accepit Iesus panem & cali-
cem, & benedicens, dedit discipulis suis. Ces-
set ergò lac in sacrificio offerri, quia mani-
festum & euidentem exemplum euãgelicæ ve-
ritatis illuxit, quod præter panem & vinũ,
aliud offerri non finit. Illud verò, quod pro
cõplemento cõmunionis intinctam tradunt
eucharistiam populis, nec hoc prolatum te-
stimoniũ ex euãgelio recipit, vbi apostolis
corpus suũ & sanguinẽ cõmendauit. Seorsũ
enim panis, & seorsum calicis cõmen-
datio memoratur. Nam intinctum panẽ alijs
Christum sibiuisse nõ legimus, excepto illo
tantum discipulo, quẽ intincta buccella ma-
gistri proditorẽ ostenderet, non quẽ sacra-
menti huius institutionem monstraret. Nam
quod de expresso botro, id est de vuarum gra-
nis populus cõmunicatur, valde est omnino
confusum. Calix enim Dominicẽ, iuxta quod
quidam doctor edisserit, vino & aqua per-
mixtus debet offerri, quia videmus in aqua
populũ intelligi, in vino verò ostendi san-
guinem Christi. Ergò quandò in calice vi-
no aqua miscetur, Christo populus adunãt,
& credentium plebs ei, in quem credit, co-
pulatur & iungitur. Quæ copulatio & con-
iunctio aquæ & vini, sic miscetur in calice
Dñi, vt commixtio illa non possit separari.
Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis
Christi incipit esse sine nobis: si verò aqua
sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergò
quandò botrus solus offert, in quo vini cõ-
tũt efficiencia demonstrat, sacramentũ no-
stræ salutis negligitur, quod per aquam si-
gnificatur. Non enim potest calix Domini ef-
se aqua sola, aut vinũ solũ, nisi vtrunque si-
bi misceat. Et ideo quia iam ex eo plurima,
& multiplex Maiorum manauit sententia,
quorum pietas in Deũ religiosa, sacramen-
torũ horũ & efficientias copiosè edisseruit,
& institutiones verissimè declarauit, omnis
talis error atq; præsumptio cessare iam de-
ceterò debet, nè peruersorum inordinata
cõpago, statũ veritatis eneret. Et ideo nul-
li deinceps licitum sit, aliud in sacrificijs di-
uinis offerre, nisi iuxta antiquorum senten-
tiam conciliorum, panem tantum, & calicẽ
vino & aqua permixtum. Deceterò aliter,
quàm præceptum est, faciens, tam diũ à sa-
crificando cessabit, quàm diũ legitima pœ-
nitentiæ satisfactiõne correptus, ad gradũs
sui officium redeat, quod amisit.

Math. 26.

Iohan. 13. c

Iulius papa.

*horribile.

2. Omni cura, omni que studio prouidendum est, nè hi, qui locum videntur ob-
tinere regiminis, contumeliam videantur
inferre caelestibus sacramentis. Etenim, quod
& auditũ terribile, & visũ execrabile iu-
dicatur, relatum est nobis, quod quidam
sacerdotum sacrilega temeritate præcipi-
tes, vasa Domini in proprios vsus assumãt,
epulas que sibi in eis comedendas apponãt.
Quod malum & obstupescentes deslemus, &
deslentes obstupesimus, vt illic humana
FFFF teme-

*tantæ rei sacramentum percipit

temeritas sibi epulæ præparet, ubi sanctum spiritum cognoscitur aduocasse: & ibi esum carniæ crapulatus assumat, ubi diuina visus est celebrasse mysteria: & in quibus tantum sibi offerri sacramenta pro expiatione delictorum præcepit, in his expleat voluntatem ludibrii sui. Et ideo huius decæterò præsumptionis persona, quæ sciendo diuina vasa vel ministeria, aut in usus suos trãstulerit, aut comedere in his, vel poculum sibi fumendum elegerit, gradus sui vel officij periculum sustinebit, ita tamen, vt si de secularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur: si verò religiosus, ab officio deponatur. Sub hac quoquẽ damnationis sententiã & illi obnoxij tenebuntur, qui ecclesiastica ornamenta, vela, vel alia quælibet indumenta, atque etiã vtensilia, sciendo in suos usus trãstulerint, vel alijs donanda vel vendenda crediderint.

13. di. Ecclesiastica inst.

3. Cùm antiqua & ecclesiastica nouerimus institutione præfixum, vt omnis sacerdos, cùm ordinatur, orario vtroque humero ambiatur, scilicet, vt qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera & aduersa, virtutis semper ornamento vtrobiq; circumseptus appareat: qua ratione tempore sacrificij nõ assumit, quod se in sacramento accepisse non dubitat? Proinde modis omnibus cõuenit, vt quod quisque percipit in consecratione honoris, hoc retineat & in oblatione vel perceptione suæ salutis, scilicet vt, cùm sacerdos ad solennia missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quã orario vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dinoscitur consecratus, ita vt de vno eodemq; orario ceruicem pariter & vtrunq; humerum premens, signum in suo pectore præparet crucis. Si quis aut aliter egerit, excommunicationi debitæ subiaceat.

*ille solutus

4. Quancumq; antiqua canonum institutio, de huiusmodi præsumptione absolutas & multiplices disciplinas atque institutiones ediderit, nos tamen breuitatis causa omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus auctoritate tenendum, vt nullus sacerdotum, siue quisque ille de clero, absque honesto & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet foeminis secretè se presumat adiungere. Et non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cùm ipsi etiam fororibus, vel propin quarum mulierum quisq; solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Huius ergo præceptionis trãsgressor, sex mensibus se noverit poenitentiæ legibus subiacere.

5. Bona siquidem res est, diuina sacerdotibus cõtractare mysteria. Sed cauendũ valdè est, nõ hoc quisq; ad usum prauitatis suæ

TOM. 2.

intorqueat, vnde soli Deo de bona conscientia placere debuerat. Scriptum est em: Væ his, qui faciunt opus Domini fraudulenter & desidiosè. Vt enim quorundam episcoporum detestanda præsumptio nostro se cœtui intulit dirimendam, agnouimus quodã de episcopis, quod in solennitatibus martyrum ad ecclesiam progressuri, reliquias collo suo imponant, vt maioris fastus apud homines gloria intumescant, quasi ipsi sint reliquiarum arca, Leuitæ albas induti, in sellulis eos deportent. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet, nõ sub sanctitatis specie simulata vanitas sola præualeat, si modum suum vniuersiusque ordinis reuerentia nõ agnoscat. Et ideo antiqua in hac parte & solennis consuetudo seruabit, vt in festis quibusque diebus arcam Domini cum reliquijs, nõ episcopi, sed Leuitæ in humeris gestet, quibus & in veteri lege nõ idem impositum nouimus esse præceptum. Quod si & episcopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse à diaconibus in sellula vehatur, sed potius pedissequa vnã cùm populis progressionem procedente ad conuenticula sanctarum ecclesiarum, sancta dei reliquia per eundem episcopum portabunt. Iam verò, qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit, quã diu in hoc vitio fuerit, à sacrificando cessabit.

Di. ty. Cùm B. Paulus apostolus 1. timo. 4.

6. Cùm beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat & doctrina, nouimus quosdam ex fratribus tantis cadibus in honoratis effervere, quantas poterant latrocinantium pmereri personæ. Et ideo, qui gradus iam ecclesiasticos meruerit, id est, presbyteri, abates, & Leuitæ, qui exceptis grauioribus & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere: nõ est dignũ, vt passim vnusq; prælatus honorabilia membra sua, aut voluerit & ei placuerit, verberibus subijciat & dolori: nõ, dũ incautè sub dita percutit membra, ipse quoquẽ debitã sibi sãbditorũ reuerentiã subtrahat, iuxta illud, quod qdam sapiens dixit: Leniter castigatus, reuerentiã exhibet castigati: asperitatis aut nimis increpatio, uoc increpatione recipit, nec salutem. Et ideo, si quis aliter, q̃ dictũ est, p̃dictos honorabiles subditos, licetia pceptæ potestatis elatus, malitia tantum crediderit verberandos, iuxta modum verberũ q̃ intulerit, excommunicationis pariter & exilij sententiam sustinebit.

7. Quia non expedit, vt donum sancti spiritus pecunijs cõparetur, quancumq; ex hoc antiquorũ canonũ disciplina & multiplices maneat & diuersæ, tamẽ q̃a necessè est, vt frequentius retudatur, quod sine intermissione præsumitur: ideo nouellæ huius institutionis formulam instituentes decernimus, vt quicumque, p̃ conferendo cuiquã sacerdotij gradu, aut munus quodcunq; aut promissiones muneris, antequã

In dec. Ino. li. 3. quicq; or - pro cont. dine-

Ca. 2.

12. q. 4. quicumque sub hoc neg.

dines acceperit, vel etiã postquam ordinatus fuerit, in aliquo se pro hoc ipso præsumpserit munerari, siue q̃ dederit, siue ille qui acceperit, iuxta sententiam Chalcedonenfis concilij, gradus sui periculum sustinebit.

8. Nõ decet, rectores ecclesie in suis strenuos, & in ecclesiasticis rebus esse remissos. Nam quorundam fertur opinio, quod quidam sacerdotum familias ecclesie in suis laboribus quassent, rei propriæ profectũ augentes, Dominicis verò dispendium nutrientes. Vnde quicumq; sub hoc neglectu res diuinas labore distulerit, placito speciali distringendus est, qualiter si de rebus seu augmentis ecclesie, quæ sunt laboribus suis propriè auxit, & ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum labores exhibuit, aut minorationem vel perditionem induxit, quicquid in rebus ecclesie minuit, illi restituat, ex cuius rebus atq; suffragijs suos conuictus fuerit ampliusse labores. Quod si aliquid pro utilitatibus ecclesie, aut substantiæ expendit, aut dispendij vel perditionis quippiam pertulerit, si hoc comprobari potuerit, to-

tum illi à rebus ecclesie eiusdem reformatur, pro cuius utilitatibus id expendisse, p̃batur. Gratias itaque omnipotenti Deo pagimus: post hæc sit pax, salus, & diuturnitas pijsimo & amatori Christi domino nostro Vuambano regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferum conuocauit, diuinam postulãtes clementiã, vt gloria Christi regnum eius corroboret vsq; ad vltimã senectutem, præstante ipso, qui cùm patre & spiritu sancto viuut & gloriatur in Trinitate Deus, in secula seculorum. Amen.

Leodigius in Christi nomine episcopus, subf. Iulianus in Christi nomine Hispalensis episcopus, subf. * Genetinus in Christi nomine Tudensis ecclesie episcopus, subf. * Froaricus, Deo iubete, Portugalesis ecclesie episcopus, subf. Beia in Christi nomine Britinensis ec. episcopus, subf. Isidorus Asturicensis ecclesie episcopus, subf. Alarius Aurifing ecclesie episcopus, subscripti. Recto gerus Lucensis ecclesie episcopus, subscripti.

*Eroaricus *Britolensis

Hildulfus, qui cognominor Felix, Iriensis ecclesie episcopus, subscripti.

Bracarense Concilium tertium finit.

ANGLICANVM CONCILIUM EX HISTORIA ECCLESIASTICA BEDÆ,

lib. 4. cap. 5. ubi sic legitur:

ANNO dominicę incarnationis 670. anno tertio regni Egfredi regis, Theodorus episcopus cogit concilium episcoporum, vnã cum eis qui canonica patrum statuta diligenter, & magistris Ecclesie pluribus parere nõssent. Quibus pariter congregatis, diligenter ea q̃ vnitati pacis ecclesiasticę congruerent, eo, qui pontificem dicebat, animo cœpit obseruanda docere. Cuius synodice actionis huiusmodi textus est: In nomine Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, regnante in perpetuum ac gubernante suam ecclesiam eodem Domino nostro Iesu Christo, placuit conuenire nos iuxta morem canonum venerabilium, tractaturos de necessarijs Ecclesie negocijs. Conuenimus autem die 4. mensis Septembris, indictione prima, in loco qui dicitur Herutfrod. Ego quidẽ Theodorus, quauis indignus, ab Apostolica sede destinatus, Dorvuernę ecclesie episcopus, & cõsacerdos ac frater noster reuerendissimus * Bisi Orientalium Anglorũ episcopus. Quibus etiã frater & cõsacerdos noster Vilfrid * Nordamhambrorum gentis episcopus, per proprias legatarias affuit. Affuerunt fratres & cõsacerdotes nostri, * Putta episcopus Castellę Cantuariorum, Profceftus, Eleutherius episcopus Occidentalium Saxonum, Vinfrid episcopus prouincię Merciorum. Cumque in vnum conuenientes, iuxta ordinem quique suum resediffemus: Rogo, inquã, dilectissimi fra-

*Puita

tres, per timorem & amorem redemptoris nostri, vt in communi omnes pro nostra fide tractemus, vt quæcunq; decreta ac definita sunt à sanctis ac probabilibus patribus, incorruptè ab omnibus nobis seruentur. Hæc & alia quã plurima, quæ ad charitatem pertinebant, vnitatemq; Ecclesie cõseruandam, profecutus sum. Cumque explissem prolocutionem, interrogauim vnum quencque eorum per ordinem, si consentirent ea, quæ à patribus canonicè sunt antiquitus decreta, custodire. Ad quod omnes cõsacerdotes nostri respondentes, dixerunt: Optimè omnibus placet, quæcunq; definiti fuerint sanctorum canonum patrum, nos quoquẽ omnes alacri animo libentissimè seruare. Quibus statim protuli eundem librum canonum, & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaueram, quæ maxime nobis necessaria sciebam, illis coram ostendi. Et vt hæc diligentius ab omnibus susciperentur, rogauim. Primum capitulum: Vt sanctũ diẽ Paschæ in cõmuni oēs seruemus dominica post decimã quartam lunam primi mēsis. Secundũ: Vt nullus eporum parochiã alterius inuadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis. Tertiu: Vt quæq; monasteria Deo cõsecrata, nulli eporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quicquam de eorũ rebus violenter abstrahere. Quartum: Vt ipsi monachi non migrent de loco ad locũ, hoc est, de monasterio ad monasteriũ, nisi p̃ missionẽ proprij

TOM. 2.

FFFF a ab-

abbatis: sed in ea pmaneat obediētia, quā tēpore suæ conuersionis, pmiserunt. Quintum: Vt nullus clericorū relinquet propriū ep̄m, p̄sīm quōlibet discurrat, neque alibi veniēs, absq; cōmendatitij literis sui p̄sulis suscipiat. Quōd si semel susceptus est, & noluerit inuitatē redire: & susceptor, & is q̄ susceptus est, excōmunicatiōi subiacebit. Sextū: Vt ep̄scopi atq; clerici p̄grini, cōtenti sint hospitalitatis munere oblatō, nulliq; eorū liceat vllū officii sacerdotale absq; p̄missu ep̄i, in cuius parochia esse cognoscitur, agere. Septimū: Vt bis in anno synodus cōgregetur. Sed q̄ diuersa impediunt, placuit oībus in cōmuni, vt Kalēdis Augusti, in loco q̄ appellat Clofas, hoc semel in anno cōgregetur. Octauū: Vt nullus ep̄orum se p̄ferat alteri p̄ ambitionē, sed oēs cognoscant tēpus & ordinē consecratiōis suæ. Nonū capitulū in communi tractatum est, vt plures ep̄scopi, crescente numero fideiū, auerent. Sed de hac re ad p̄sens silemus. Decimū pro cōiugijs: Vt nulli liceat nisi legitimū habere connubiū. Nullus incestū faciat: nullus coniugem propriam, nisi vt sanctū euangelium docet, fornicatiōis causa relinquat. Quōd si quisque propriā expulerit cōiugē, legitimo sibi ma-

Mat. 5, & 19.

trimonio coniunctā, si Christianus esse re- cte voluerit, nulli alteri copuletur: sed ita p̄. 1. Cor. 7, maneat, aut p̄pria reconciliat cōiugi. His itaq; capitulis in cōmuni tractatis ac definitis, vt nullū deinceps ab aliquo nostrū oriāt contentiōis scandalū, aut alia p̄ alijs diuulgent: placuit, vt q̄cunq; definita sunt, vnusquisque nostrā manū, p̄pria subscriptiōe cōfirmet. Quisquis igit cōtra hāc sententiā, iuxta decreta canonū, nostra etiā cōfensiōe ac subscriptiōe manū nostrā cōfirmatā, quo quo modo viuere vel venire, eamq; infringere tētauerit, nouerit se ab oīni officio sacerdotali & nostra societate separatū. Diuina nos gratia, in vnitate sanctæ Ecclesie suæ viuentes, custodiat incolumes. Facta autē est hęc synodus anno ab incarnatione Dñi 673. Quo anno rex Cantuariorū Echbrecht, mense Iulio obiērat, succedente in regnū fratre Lothers, quod ipse annos 11. & menses 7. tenuit. *Bisi autem ep̄scopus Orientalium Anglorum, qui in p̄fata synodo fuisse p̄hibetur, ipse erat successor Bonifacij, cuius sup̄a memorauimus, vir multę sanctitatis & religionis. Nam Bonifacio post 17. annos ep̄scopatū sui defuncto, ep̄scopus pro eo, Theodoro ordinante, factus est &c. Hęc ibi.

*Bisi

ANGLICANA SYNODVS

ALIA, BREVITER ADNOTATA, EX ECCLESIASTICA HISTORIA ANGLORUM, SECUNDUM BEDAM, LIB. 4. CAP. 17.

His temporibus audiēs Theodorus fidem ecclesie Constantinopolitane p̄ hęcresim Eutyctis multum esse turbatā, & ecclesias Anglorū, quibus p̄erat, ab huiusmodi labe immunes p̄durare desiderās, collecto venerabiliū sacerdotū, doctorūq; plurimorum cœtu, cui essent fidei singuli, sedul⁹ inquirerat, omniumq; vnanimē in fide catholica reperit cōfensum. Et hunc synodalibus literis, ad instrūctiōem memoriāq; sequentium, commendare curauit. Quarum videlicet literarum istud exordium est:

In nomine Dñi nostri Iesu Christi saluatoris, imperantib⁹ dñis pijsimis nostris Egfrido rege Hābronen sū, anno 10. regni ei⁹, sub die 17. Kalend. Octobris, in dictiōe 8. & Egilredo Mercensiu anno 6. regni eius, & Aliduulfo rege Estranglorū, anno 17. regni eius, & Lothario rege Cātuariorū, regni ei⁹ anno 4. p̄sidente ipso Theodoro gratia dei archiepo Britaniæ insulę & ciuit. Doruernis, vnā mecū sedentibus cæteris ep̄is Britanię insulę viris venerabilib⁹, p̄positis sacrosanctis euāgelij, in loco q̄ Saxonico vocabulo *Werdsefeld* nominatur, pariter tractantes, fidem rectam & orthodoxam exposuimus, sicut Dñs noster Iesus in carnat⁹ tradidit discipulis suis, qui principaliter viderūt & audierunt sermones eius, atque sanctorū

Angliā in 4. olim regna diuisam fuisse.

TOM. 2.

patrū tradidit symbolū, & generaliter oēs sanctæ & vniuersales synodi, & omnis probabiliū catholicæ Ecclesie doctorū chorus. Hos itaq; sequi nos piē atq; orthodoxē iuxta inspiratā diuinitūs doctrinam eorum professi, credimus consonanter & confitemur secundum sanctos patres, p̄riē & veraciter patrem & filium & spiritum sanctū Trinitatem, & in vnitate cōsubstantialē, & vnitatem in Trinitate, hoc est, vnū Deum in tribus subsistentijs vel personis cōsubstantialibus æqualis gloriæ & honoris. Et post multa huiusmodi, quę ad rectę fidei confessionem pertinebāt, hoc quoquē sancta synodus suis literis addidit: Suscepim⁹ sanctas & vniuersales 5. synodos beatorum & Deo acceptabilium patrum, id est, q̄ in Nicea congregati fuerunt, 318. contra Arrium impijsimum & eiusdem dogmata. Et in Constantinopoli 150. contra vesaniā Macedonij & Eudoxij, & eorū dogmata. Et in ephesino primo ducentorū cōtra nequissimū Nestoriū & eiusdē dogmata. Et in Chalcedōe sexcentorū & 30. cōtra Eutycten & Nestoriū, & eorū dogmata. Et iterum in Constantinopoli quinto cōgregati sunt cōcilio in tempore Iustiniani iunioris contra Theodorū & Theodoretū, & eorū dogmata contra Cyrillum, et paulō post: Et synodū, q̄ facta est in vrbe Roma in tēpore Martini papæ

papę beatissimi, in dictiōe 8. imperate Constantino pijsimo anno 9. Suscipimus & glorificamus Dominum nostrum Iesum Christum, sicut isti glorificauerunt, nihil addentes vel subtrahentes. Et anathematizamus corde & ore, quos anathematizauerunt: & quos susceperunt, suscipimus: glorificamus Deum patrem sine initio, & filium eius vni-genitum, ex patre generatum ante secula, & spiritum sanctum procedentem ex patre & filio inenarrabiliter, sicut p̄dicauerunt hi quos memorauimus, sup̄dicti sancti apostoli & prophete & doctores. Et nos omnes subscribimus, qui cum Theodoro & archiep̄scopo fidei catholicam exposuimus. Et cap. 18. Intererat huic synodo, pariterq; catholice fidei decreta firmabat vir venerabilis Iohannes archicantor ecclesie sancti apostoli Petri, & abbas monasterij B. Martini, qui nup̄er venerat à Roma per iussuonem papę Agathonis, duce reuerendissimo abbate cognomine Benedicto, cui sup̄a meminimus. Cū autem idem Benedictus cōstruxisset monasterium Britannię in honore beatissimi apostolorum principis, iuxta ostium fluminis Muri, venit Romam cum cooperatore ac socio eiusdem operis Colfrido, qui post ipsum eiusdem monasterij abbas fuit, (quod & antē sepiūs facere cōfuerat) atque honorificē à beatę memorię papa Agathone susceptus est, petijtque & accepit ab eo monimētum libertatis monasterij quod fecerat, ep̄stola priuilegij ex autoritate apostolica firmatū, iuxta quod Egfridum regem voluisse ac licentiam dedisse nouerat. Quo concedente, & possessionem terrę largiente, ipsum monasterium fecerat: accepit & p̄fatum Iohannem abbatem in Britanniam perducēdum, quatenus in monasterio suo cursum canendi annuū, sicut ad sanctum Petrum Romę agebatur, edoceret. Egitque abbas Iohannes, vt iussuonem acceperat p̄tificis, & ordinem videlicet & ritum canendi ac legendi, viua voce p̄fati monasterij cātōres edocendo, ac ea quę totius anni circulus in celebratione dierum festorum poscebat, etiā literis mandando: quę hactenū in eodem monasterio seruata, & à multis iam sunt circumquaq̄ transcripta. Non solum autem idem Iohannes ips⁹ monasterij fratres docebat, verum de omnibus pendē eiusdem prouincię monasterijs ad audiendum eum, qui cantando erant periti, confluebant. Sed & ipsum per loca in quibus doceret, multi inuitare curabant. Ipse autem, excepto cantandī vel legendi munere, & aliud in mandatis ab apostolico Papa acceperat, vt cuius esset fidei Anglorum ecclesia, diligēter ediceret, Romamque rediens referret. Nam & Synodū beati papę Martini cum ep̄scoporū cōsensu non multō antē Romę celebratam, contra eos maximē qui vnā in Christo ope-

rationem & voluntatem p̄dicabant, secū veniens attulit, atque in p̄fato religiofissimi abbatis Benedicti monasterio scribendam commendauit. Tales nanque eo tempore Constantinopolitanam ecclesiam multum turbauerant. sed Domino donante, p̄diti iam & victi sunt. Vndē volens Agatho papa, sicut in alijs prouincijs, ita etiā in Britannia, qualis esset status ecclesie, discere, hoc negocium reuerēdissimo abbati Iohanni in Britannia destinato iniunxit. Quā obrem collecta pro hoc in Britannia synodo, quam diximus, inuenta est in omnibus fides inuoluta catholica, datumq; illi exemplar Romam perferendum. Hęc ibi.

DECRETA

DONI PAPAE I.

Ex libro pontificali.

Anno Domini 672.



Donus natione Romanus, ex patre Mauricio, sedit annum vnum, menses quatuor, dies sex. Hic atrium beati Petri apostoli superius, quod est ante ecclesiam in quadriporticum, magnis marmoribus strauit: sed & ecclesiam apostolorum sitam via Ostiensis, vt decuit, restaurauit atque dedicauit: itemq; ecclesiam sanctæ Euphemie, positam via Appia similiter dedicauit: clerum diuersis ordinibus & honoribus ampliavit. Hic reperit in vrbe Roma in monasterio quod Boethiana dicebatur, Nestorianitas monachos Syros, quos per diuersa monasteria diuisit, & in p̄dicto monasterio monachos Romanos instituit. Huius tēporibus ecclesia Raennas, quę se ab ecclesia Romana segregauerat causa autocephalia, denuō se pristinę sedi Apostolicę subiugauit, cuius ecclesie p̄sulis, nomine Reparat⁹, euēstigid (vt Deo placuit) vitam finiuit. Hic dum esset electus, per Augustum mēsem apparuit stella à parte Orientis à gallicantu vsque ad manē per menses tres, cuius radij cælos penetrabant, in cuius surgentis visione omnes prouincię & gentes mirabantur: q̄ post in semetipsam reuersa, disparuit: pro quo capitulo & maxima mors à parte Oriētis subsecuta est. Fecit autem ordinatiōem vnā, presbyteros decem, diaconos quinq; ep̄scopos per diuersa loca numero sex. Qui etiā sepultus est ad beatum Petrum apostolum, sub die 3. Idus Aprilis. Et cessauit ep̄scopatus menses 2. dies 17.

Comete ap partio.

DECRETA

AGATHONIS PAPAE.

Ex libro Pontificali.

Agatho natione Siculus, sedit annos duos, menses sex, dies quatuor. Tan-

min 673. FFFF 3 tum

TOM. 2.

tum benignus & mansuetus fuit, vt etiam omnibus hilaris & iucundus comprobaretur. Huius temporibus Theodorus archiepiscopus Rauennas, semetipsum sedi Apostolica post multorum annorum curricula presentauit. Hic suscepit diualem iussioem pijssimorum principum, Constantini, Heraclij & Tiberij Augustorum, per Epiphanium gloriosum a secretis, missam precessori suo Dono papae, inuitante atque adhortate, vt debeat sacerdotes vel missos suos dirigere in regiam vrbem pro adunatione facienda sanctorum Dei ecclesiarum. Quod & ordinare non distulit. Et direxit Abundantium Paternensem, Ioannem Rhegitanum, & Ioannem Portuensem epos, Theodorum & Georgium presbyteros, Ioanem diaconum, Constantinum subdiaconum, Theodorum presbyterum Rauennatem, atque religiosos seruos dei monachos. Hic cleru diuersis ordinibus, super quod cōpetebat, honoribus ampliuit. Hic vltra consuetudinem arcarius ecclesie Romanae efficitur, & per semetipsum causas arcarij disposuit, emittens videlicet de suscepta p nomenclatorem manu sua obumbratas. Qui infirmitate detentus, arcarium iuxta consuetudinem instituit. Huius temporibus in dictione octaua, luna eclipsim ptulit mese Iunio, die decimo octauo. Similiter & mortalitas maior atq; grauissima subsecuta est mese supra scripto, Iulio, Augusto, atq; Septembri in vrbe Roma, qualis nec temporibus aliorum pontificum fuisse memorat, vt etiam parentes cum filijs, atque fratres seu sorores, bini & bini per lecta ad sepulcra adducerentur. Postmodum vero foras circunquaque suburbana & castra deuastare non cessauit. Supra scripti vero missi sedis Apostolica, q directi fuerat, vt regiam vrbē ingredientibus die decima mese Nouembris, nona indictione, Dño solatiante, atq; principe Apostoloru comitante, suscepti sunt a principe in oraculo beati Petri apostoli intra palatium, porrigeutes ei & scripta potificis. Quae dum suscepisset, commonuit eos atq; adhortatus est, vt non per schisma aut furore, sed pacifica dispositione rewittetes philosophicas assertiones, puram sanctoru scripturarum patrumque probatam fidem per synodalia decreta satisfacerent. Et dans inducias ad retractanda scripta, tribuit eis oia, q ad sustentatione sufficiebant in eoru expensas, in domo q Placidias dicebatur. Die decimo octauo supra scripti mensis, die dominico, aduocati sunt in pcessione ad sancta dei genitricē in Blachernas in tanta honorificetia, vt etiam de palatio caballos stratos dirigeret cum obsequio pietas imperialis, & sic eos susciperet, ea ipsa comonens, vt pacifica assertioe testimonia venerabilu patru pponerent. Die vigesima secunda mese Nouembris in basilica, q & Trullus appellatur, intra palatium sub regali cultu residentem Imperatore, & cum eo Georgio patriarcha Constantinopolitano, ac Macario Antiocheno, suscepti sunt missi sedis Apostolica. Deinde metropolitae, vel episcopi Orientalium partium, numero 150. Qui proni adorantes, residere precepti sunt vna cum nostris; post haec patricij, hypati, omnesque in clyti. Et habita inquisitione ab eius parte, cuius partis debet ostensio adprobari, legati sedis Apostolicae dixerunt: Opportuna veritas & ratio exigit, a parte eorum, qui vna voluntate & operatione in Dño Iesu Christo asserunt, Apostolicae sedi exponere. Qui audientes, lati effecti, paratos se esse dixerunt: Et accepta licetia, ea hora suos intro miserunt libros & tomos diuersos & synodos quas falsauerant. Nam non per veritate se superare estimauerunt, nisi per mendacia & commenta, quae in libris ipsis addiderunt. Et relegendes per singula, reperti sunt mendaces, vnam operationem & voluntatem dicentes. Et in quinta synodo epistolam Vigiliij papae ad Mennam patriarcham, atque libellum eiusdem Mennae in quaternionibus nouiter additis falsauerunt, vnam voluntatem & operationem dicentes, quod coram principe & synodo claruit. Alia die catholicae fidei defensor pius princeps, in secretario residens, inquisitione de ipsis codicibus facta, ita reperit falsa nouiter addita fuisse. Die 12. mese Nouembris residete synodo, cu eius pietate suscepti sunt missi sedis Apostolicae. Et precepit eos in synodo residere, presentantes locu sanctiss. ac beatiss. Agathonis papae. quibus dictu est, vt omnes libros, quos scirent ad causam fidei pertinere, coram synodo adducerent. Quod & factu est. Et vocato Georgio diacono & chartophylace ecclesiae Constantinopolitanae, preceptum est ei, vt iuxta eorum notitiam, codices ex bibliotheca ecclesiae ad mediū adduceret. Et dum adducti essent, & relegeretur, vtrique similes reperti sunt, duas naturas duasque voluntates & operationes habentes. Et confusus Macarius coram synodo, inuentus est mendax. Tunc interdixit pietas Augustalis Georgio patriarchae, vt minime in ecclesia sua susciperet Macarium vel eius homines, & interdixit ei processum. Haec prima eius ruina fuit. Die 24. mensis Februarij, auxiliante beato Petro apostolo, vt veritatis lumen appareret, intromissa sunt coram synodo venerabilium patru dicta Ioannis Constantinopolitani, Cyrilli, Athanasij, Basilij, Gregorij, Dionysij, Hilarij, Ambrosij, & Leois, duas naturas, voluntates & operationes in Christo dicentes, ad satisfactioem principis vel synodi.

latur, intra palatium sub regali cultu residentem Imperatore, & cum eo Georgio patriarcha Constantinopolitano, ac Macario Antiocheno, suscepti sunt missi sedis Apostolica. Deinde metropolitae, vel episcopi Orientalium partium, numero 150. Qui proni adorantes, residere precepti sunt vna cum nostris; post haec patricij, hypati, omnesque in clyti. Et habita inquisitione ab eius parte, cuius partis debet ostensio adprobari, legati sedis Apostolicae dixerunt: Opportuna veritas & ratio exigit, a parte eorum, qui vna voluntate & operatione in Dño Iesu Christo asserunt, Apostolicae sedi exponere. Qui audientes, lati effecti, paratos se esse dixerunt: Et accepta licetia, ea hora suos intro miserunt libros & tomos diuersos & synodos quas falsauerant. Nam non per veritate se superare estimauerunt, nisi per mendacia & commenta, quae in libris ipsis addiderunt. Et relegendes per singula, reperti sunt mendaces, vnam operationem & voluntatem dicentes. Et in quinta synodo epistolam Vigiliij papae ad Mennam patriarcham, atque libellum eiusdem Mennae in quaternionibus nouiter additis falsauerunt, vnam voluntatem & operationem dicentes, quod coram principe & synodo claruit. Alia die catholicae fidei defensor pius princeps, in secretario residens, inquisitione de ipsis codicibus facta, ita reperit falsa nouiter addita fuisse. Die 12. mese Nouembris residete synodo, cu eius pietate suscepti sunt missi sedis Apostolicae. Et precepit eos in synodo residere, presentantes locu sanctiss. ac beatiss. Agathonis papae. quibus dictu est, vt omnes libros, quos scirent ad causam fidei pertinere, coram synodo adducerent. Quod & factu est. Et vocato Georgio diacono & chartophylace ecclesiae Constantinopolitanae, preceptum est ei, vt iuxta eorum notitiam, codices ex bibliotheca ecclesiae ad mediū adduceret. Et dum adducti essent, & relegeretur, vtrique similes reperti sunt, duas naturas duasque voluntates & operationes habentes. Et confusus Macarius coram synodo, inuentus est mendax. Tunc interdixit pietas Augustalis Georgio patriarchae, vt minime in ecclesia sua susciperet Macarium vel eius homines, & interdixit ei processum. Haec prima eius ruina fuit. Die 24. mensis Februarij, auxiliante beato Petro apostolo, vt veritatis lumen appareret, intromissa sunt coram synodo venerabilium patru dicta Ioannis Constantinopolitani, Cyrilli, Athanasij, Basilij, Gregorij, Dionysij, Hilarij, Ambrosij, & Leois, duas naturas, voluntates & operationes in Christo dicentes, ad satisfactioem principis vel synodi.

Hæreticū mendacij nituntur.

*decembri

*cōprobata patrū dicta *dicta pbatā patrum dicta In

Trullus

TOM. 2.

In qua synodica & episcopi occidentalis partis subscriperunt 120. Post haec adhortatus est, nec dicendus Macarius a sancta synodo, vel a pio principe pmissus; fenatu, vt p fiteretur, vnam aut duas confiteri voluntates aut operationes. Qui nullatenus audiuit, sed potius neq; vnam aut duas in saluatore dicere voluit. Deinde protulit pijssimus & serenissimus princeps tomum ad relegendu, in quo vna & haeretica dogmata Macarij erant cōscripta, & eius manu subscripta, apertissimè vnam voluntatem in Domino affirmantis. Post ipsius subscriptionem, & Theodori expatriarchae vtrique iuxta eum tenorem ibi subscriptio eius erat. Et interrogatus est Georgius patriarcha, si eam fidē quā docet sedes Apostolica, amplectatur iuxta scripta Agathonis papae, seu sanctorum venerabilium patrum. Qui respondit, vt accepta licentia, in scripto quae opportuna erāt, responderet. Et in his recesserunt. Die decima septima mese Februarij, die Dominico, intra oraculum beati Petri intra palatium adstantibus in clyti, simulque & patriarcha, legatos sedis Apostolicae suscepit, relegens suggestionem aliam pro eorum commendatione a sanctissimo papa directam. *Qui Georgius sanctissim⁹ patriarcha, professus est ea die in scriptis, duas naturas duasque voluntates & operationes se credere & predicare, sicut sedes Apostolica, anathematizās eos, qui vnam naturam, voluntatem & operationem dicunt. Die 25. mensis Februarij residente synodo, vna cum pio principe, simulque & legatis sedis Apostolicae, Macariū adesse iusserunt. Et data a principe licentia, vt se partes qs in quas vellet, diuideret, Georgi⁹ patriarcha regie ciuitatis cum suis in parte orthodoxorum, Macarius vero cum suis in parte haeticorum. Et deducetes ad medium professionē Georgij patriarche, quam fecerat & porrexerat principi, relecta est. Et commonitus supra scriptus Macarius, quid sentiret vel crederet, respondit se in ea perfidia, quam antè proposuerat, perdurare, & nullatenus orthodoxae fidei acquiescere. Ea hora sancta synodus vna cu principe, eius orarium auferri iusserunt. Et exiliens Basilius Cretensis episcopus, eius orarium abstulit. Et anathematizantes eum foris synodum proiecerunt, simulque & thronum eius. Stephanū autem discipulū eius, ceruicibus a sancta synodo clerici Romani eijcientes, expulerunt. Ea hora tanta telarum earum nigerrimae in medio populi ceciderunt, vt omnes miraretur, quod sordes haereos expulsae essent, & Deo auxiliante, vnitate sanctae Dei Ecclesiae. In locū vero Macarij, ordinatus est Theophanius abbas monasterij Baias insulae Siciliensis, patriarcha Antiochena ecclesiae. Macari⁹ vero cū suis amatorib⁹, i. Stephano, Anastasio presbytero, Leontio ex diacono, Polychro-

nio, Epiphanio, & Anastasio presbyteris & inclusis, in exilio in Romanā directi sunt ciuitatem. Deinde abstulerunt de diptychis ecclesiarum nomina patriarcharū, vel de piecturis ecclesiae, aut in foribus, vbi & vbi esse poterant, auferentes, i. Cyri, Sergij, Pyrrhi, Pauli, necnō & Petri, per quos error iste orthodoxae fidei vsq; nunc pullulauit. Tanta autem gratia Dei omnipotentis concessa est missis sedis Apostolicae, vt ad letitiā populi vel sancti concilij, qui in regia vrbe erat, Ioannes episcopus Portuensis Dominicorum die, octauarū paschae, in ecclesia sancte Sophiae publicas Missas coram principe & patriarcha Latine celebraret, & omnes vnanimiter in laudes & victorias pijssimorū Imperatorū idem Latinis vocibus exclamarēt. Hic suscepit diualem iussionem secundum suam postulationem, vt suggerisset, per quam reuelata est quantitas, quae solita erat dari p ordinatione pontificis faciendi. Sic tamen, vt si contigerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decret⁹ generalis introducatur in regiam vrbem secundum antiquam consuetudinem, & cum eoru scientia & iussione debeat ordinatio provenire. Hic dimisit omni clero rogam vnam, & ad luminaria apostolorum & sanctae Mariae ad praesepe, solidos duo millia 160. Fecit autem ordinationem vna, presbyteros 10, diaconos 3, episcopos per diuersa loca numero octo decim. Qui etiam sepultus est ad beatū Petrum apostolum sub die 4. Idus Ianuarij. Et cessauit episcopatus annum vnum, menses septem, dies quinque. FINIS.

DECRETA LEONIS PAPAE II.

Ex libro pontificali.



EO iunior, natione Sicilia. Anno Dñi 676. Fuit autem mensis decē, dies septemdecim, vir eloquentissimus, in diuinis scripturis sufficēter instruct⁹, Graeca Latinaque lingua eruditus, cantilena ac psalmodia praecipuus, & in earum sensibus subtilissima exercitatio. limatus, lingua quoque scholasticus, & eloquendi maiore lectione politus. Exhortator omnium bonorum operum, plebiq; florentissimae ingerebat scientiam, paupertatis amator, & erga inopum prouisionem non solum mentis pietate, sed & studij sui labore sollicitus. Hic suscepit sextam sanctam synodum, quae per Dei prouidentiam nup̄ in regia vrbe celebrata est, Graeco eloquio conscriptam, exeunte ac residente pijssimo ac clementissimo magno principe Constantino intra regale palatium eius, quod appellatur Trullus, simulque; cum eo legati sedis

Anno Dñi 676. Fuit autem mensis decē, dies septemdecim, vir eloquentissimus, in diuinis scripturis sufficēter instruct⁹, Graeca Latinaque lingua eruditus, cantilena ac psalmodia praecipuus, & in earum sensibus subtilissima exercitatio. limatus, lingua quoque scholasticus, & eloquendi maiore lectione politus. Exhortator omnium bonorum operum, plebiq; florentissimae ingerebat scientiam, paupertatis amator, & erga inopum prouisionem non solum mentis pietate, sed & studij sui labore sollicitus. Hic suscepit sextam sanctam synodum, quae per Dei prouidentiam nup̄ in regia vrbe celebrata est, Graeco eloquio conscriptam, exeunte ac residente pijssimo ac clementissimo magno principe Constantino intra regale palatium eius, quod appellatur Trullus, simulque; cum eo legati sedis

*politus

FFFF 4 Apa.

TOM. 2.

Apostolica, & duo patriarchæ, id est, Constantinopolitanus & Antiochenus, atque centum quinquaginta episcopi. In qua condemnati sunt Cyrus, Sergius, Honorius, Pyrrhus, Paulus & Petrus, necnon & Macarius cum discipulo suo Stephano, sed & Polychronius novus Simon, qui vnam voluntatem & operationem in Domino Iesu Christo dixerunt vel prædicauerunt, aut qui deinde prædicaturi fuerint, aut defensorerint, *sed ut nunc duæ voluntates & operationes in ipso dispensatoris Christi & Saluatoris Dei nostri dicantur. Quam & studiosissimè in Latinum transtulit. Veruntamen supra scriptos defensores malorù hæreticos, Macarium, Stephanum, Polychronium & Anastasium, dum nolent à suo recedere proposito, per diuersa monasteria retrusit. Qui prædictus sanctissimus Leo absoluit duos viros in percipienda communione, qui de regia vrbe cum supra scripto Macario & ceteris in Romanam directi sunt ciuitatem, necdum à synodo anathematizatos, id est, Anastasium presbyterum ac Leontium diaconum ecclesiæ Constantinopolitanæ, in die sancto Theophaniæ, exponentes videlicet per propria scripta fidem suam, iuxta quod & sancta synodus determinauit, anathematizantes videlicet duos hæreticos, sed & supra scriptos viros complices, quos sancta synodus vel sedes Apostolica anathematizauit. Huius temporibus percurrente diuina iustione clementissimi principis, restituta est ecclesia Rauennatis sub ordinatione sedis Apostolicæ, vt defuncto archiepiscopo, qui electus fuerit, iuxta antiquam consuetudinem in ciuitate Romanam veniat ordinandus. Hic fecit constitutum, quod archiepis cõtinetur, vt qui ordinatus fuerit archiepiscopus, nulla consuetudine pro vsu pallij aut diuersis officijs ecclesiæ quicquã persoluere debeat. Sed nec Mauri quondam episcopi anniuersitas aut agenda celebretur. Sed & typum autocephaliæ, quem sibi elicerunt, ad amputanda scandala, sedi Apostolicæ restituerunt. Hic fecit Ecclesiam in vrbe Roma iuxta sanctam Vibianam, vbi & corpora sanctorum Simplicij, Faustini, Beatricis, atque aliorum martyrum recondidit, & ad nomẽ B. Pauli Apostoli dedicauit, sub die 20. mensis Februarij, vbi & dona obtulit. Huius temporibus die 16 mensis Aprilis, in dictione 11, luna eclipsim pertulit, & post cœnam Domini nocte pendè tota in sanguineo vultu elaborauit, & non nisi post gallorum cantum cœpit paulatim delymphidare & in statum suum reuertit. Hic fecit ordinationem vnam per mensem Iunium die vigesima septima, presbyteros nouem, diaconos tres, episcopos per diuersa loca numero vigintitres. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum Apostolum sub die quinto Nonas Iulias. Et cessauit episcopatus menses vndecim, dies v-

*sed ita, vt nunc
*sed vrã nunc

Eclipsis.

gintiduos. Qui superscriptus sanctissimus vir ordinatus est à tribus episcopis, id est, Andrea Ostiensis, Iohanne Portuensi, & Placentino Veliternensi, pro eo quod ecclesia Albanensis episcopum minimè habuit.

DE HAC SEQVENTI MANSVETI EPISCOPI

Mediolanens epistola breuis admonitio ad Lectorem, F. Laurentij Suriij.

CVM Occidentales plerique antistites tum ob itinervis difficultates, tum per ætatem & morbos ad Synodum V. I. Constantinopolitanam proficisci non possent, Insuabres Mediolani suã habere Synodum, cuius episcopi omnes hæc litteras, quibus suam exponunt fidem, ad Constantinum Imperatorem mittendas consenserunt. Videat lector plura apud Paulum Diaconum lib. 6. cap. 2. & Platina in vita Agathonis. Sunt autem, qui scribunt huius epistolæ archiepsisse Damianum Ticinensium vrbis doctissimum episcopum, sed nomine Mansueti archiepiscopi Mediolanensium & totius eius Synodi missam Constantinopolim.

EPISTOLA MANSVETI EPISCOPI MEDIOLANENSIS AD CONSTANTINUM IMPERATOREM.



Omino serenissimo atque tranquillissimo, & à Deo coronato, religiosissimo Constantino Imperatori, Mansuetus Mediolanensis metropolitanæ Ecclesiæ indignus episcopus, vel vniuersa sancta episcoporum fraternitas, quæ in hac magna regia vrbe conuenit, æternam in Domino salutem.

Si apicem Imperialis fastigij, & infulas sacratissimæ potestatis auis & proavis vestris celsitudo attributã cognouimus, & pro meritum actibus ad vos propagatum scimus, dignum est his vos æquiparare vestigijs, quorum & celsitudinem obtinetis, nec disparilia debet esse instrumenta cælestia, vbi paria possidentur sceptræ regalia. Aemulari ergo oportet eorum magisterium, quorum documenta permanet salutaria. Ab ipsis enim rudimentis vita incolitur, cum paternis traditionibus tenaci memoria animus delectatur: Et dum præcedentiũ antiquorum, mescellem trauerit, à norma æquitatis & iustitiæ tramite non recedit. Fixis namque gradibus in cunctis vestigijs, qui non per deuia aut abrupta aberrat. Habes quippe probatissimè Imperator specula, in quibus tuas actiones imaginari debeas. Nam si excellentissimi quod vsu

*fortassis deest hic, ingreditur, inheret, vel simile aliquid quod vsu

fimi ingenij Constantini Imperatoris, qui ortus sui primordia Christi amore dedicauit, acta recenscamus, qui & author Christianæ religionis extitit, magno sunt præconio eius opera ponderanda. Cuius tempore dum pestifer morbus & omni calliditate grassator, intolerabilis Arrij tyrannidis in DEI Ecclesia serpere cœpisset, qui tres naturas in sancta Trinitate, hoc est, tres deos ausus est prædicare, amplissimus princeps zelo orthodoxæ fidei animatus, congregauit sanctum Concilium trecentorum decem & octo sanctorum patrum in Nicea vrbe Bithyniæ: in qua sancta synodo nefandæ sectæ serpentinã malitiam, vnã cum author suo Arrio in perpetuo fecit damnari, & æterna animaduersione percelli. Post cuius damnationem sancti patres regulam formulam de fidei orthodoxæ vnitatem statuerunt, & capitula canonum promulgauerunt: quæ nos cum omni veneratione suscipimus. Post hæc verò mansuetissimus & tranquillissimus Theodosius Imperator Macedoniũ quendam, artis diabolicæ verus deceptor, qui Spiritum sanctum non substantialem Deo patri, sed magis creaturam impulsu fantegausus est prædicare: Tunc verò à prædicto serenissimo Christiano Theodosio principe in regia vrbe Constantinopoli centum quinquaginta patrum concilio cõgregato, perditæ audaciæ authorẽ vnã cum venenatis suis præsumptionibus anathematis vinculo subdiderunt. His sopitis, clandestinus hostis suis nefarijs machinationibus non sinès pacatam Dei Ecclesiam manere, qui semper cõsociata diuellere, & cõsolidata disperdere confuevit, excitatus est homo peccati, filius perditionis, humanam quidem habens speciem, sed diabolicam gestans imaginem, Nestorius quidam, Constantinopoli ecclesiæ magis prædo, quàm pastor, qui posuit in cælo os suum, & lingua eius transijt super terram, in tantæ perditionis foueam dimeris, vt fastu superbissimo, & fretus temeritatis audacia, ausus sit dicere beatam Mariam non Dei genitricem, sed tantummodò hominis fuisse matrem, & propter duarum veritatem naturarum tergiuersionem faciens, duas in Christo afferebat esse personas, vnam passibilem, & aliam impassibilem. Quod infandum dogma piorum aures non ferentes, congregata est sancta synodus in Ephesina ciuitate, ducetorum sanctorum patrum numerus: vbi sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ ecclesiæ præsul, autoritate sanctæ sedis Apostolicæ præditus, caput extitit, qui feruentissimo zelo Dei, scuto fidei, & lorica protectus catholicæ autoritatis, hereticæ prauitatis inuetorem, & adfertorem iniquitatis, præfatum Nestorium cum vipereis commetis perpetuo anathemate condẽnauit. Dehinc verò duo vasa iniquitatis bellastia, Dioscorus scilicet Alexandrinus præsul,

for. grat. sanior,

*deest, inuenit aut aliud eius modi.

Phil. 72.

& Eutyches Constantinopolitanus archimãdrita, intra venerandos ecclesiæ aditus, vt sepius cancer omnia serpere cupientes, simpliciores quosque peste nefariæ persuasione inficere volentes, qui adserbat in Domino nostro Iesu Christo ante adunationem duas naturas, post verò adunationem, vnam. Tunc à præstantissimo & Christianæ religionis amatore Martino Imperatore collecta est sancta synodus in ciuitate Chalcedona, sexcentorum triginta patrum veneranda cohors, quibus mediatores fuerunt beatissimi præsulis Leois vrbs Romæ missi, quorum autoritate prædicti Dioscorus & Eutyches heretici anathematis sententia percussi, extra gremium matris Ecclesiæ catholicæ sunt eiectioni. Qui sancti patres in concilio constituti, omni cauillatione hæreticæ prauitatis abrasa, fidei fundamenta statuentes, splendidissimo sermone & elegantiã vrbanæ scientiæ symbolum orthodoxæ fidei confecerunt, retrò patrum vestigia sequentes, tam sancti Niceni Concilij, quàm Constantinopolitanij, seu Ephesini primi, quorum sanctionibus Dei Ecclesia in toto orbe decoratur. In quibus promulgationibus statuentes, vt si quis supra id, quod ibidem in causa fidei statutum est, addere aut minuere præsumperit, anathematis vinculo subiaceret.

Deptis his omnibus, deinceps Christianiss. Iustiniano Imperatore, cui cum nois & opam icuerit, existentibus quibusdã, q sancta Chalcedonensem synodum, sub neuo offensiuonis reijcere in cõsideratis vocibus iactitabat: tunc à præfato principe iterato in regia vrbe Constantinopoli concilio, cõgregati sunt 160. venerandi patres, capitula illa, de quibus infamari gestiebãt, obloquẽtes, prædictam Chalcedonensem synodum ab omni suspitione prauis erroris absolutes, tria capitula, quibus accusabatur, aperta dãnatione fecit vlcisci, vbi & decessorum patrum regulas & formulas sacræ institutionis sequentes, sanctam & immaculatam orthodoxam fidem viuacibus sententijs roborantes, firmissimã adsertionem confirmauerunt.

Eccè præstantissime princeps, antiquorum patrum statuta, vnã cum cõsensu pijsimorum Imperatorum definita, q cõuelli vel infirmari nulla ratio pietas vestra pmittat. Nã si sunt, qui audacia dialecticæ artis inflati, cothurnata ceruice, buccis tumescẽtib, sinuosis circũitionibus & flexuosis ambagib, phaleris verborum pompisq; sermonũ, sua ferali calliditate simplicẽ fidei rationem cõuellere, & delegatas à patribus regulas, cõculcare vel temerare voluerint, eorum inflationibus tranquillitas vestra nõ acq̃scent: sed recordamini, qualiter propheta dicit, Verbum breuiatũ faciet Dominus super terram: quod per sanctos Apostolos vidimus impletum. Quid enim breuius, quàm simplex fidei symbolũ ab Apostolis institutum, in quo mysticum

*in scripto erat, existet. res quoidã

Esa. 10.

for*rele-
gas,

for.*nonne

facramenti cōtinetur arcanum? Nam si re-
gulas, insignissime Imperator, non cum di-
alecticis, non cum Rhetoricis, non cum
grammaticis, sed cum rūrīcolis & piscatori-
bus Dominus posuit rationem, & his tradi-
dit sui secreta consilij, quos & principes or-
dinavit, quibus ligandi solvendiq; tribuit
potestatem: non enim vobis videtur, optime
Imperator, dementissimæ mentis esse, qui
Apostolicas traditiōes, & venerabilium pa-
trum instituta depravare festinant? Nos au-
tem omnes, qui sub felicissimos & Christia-
nissimos & à Deo custodiendos principes,
dominos nostros, per excellentissimos re-
ges Christianæ religionis amatores, vnâ cū
eorum sancta deuotione, pari tenore & re-
uerentia traditiones sanctorum apostolo-
rum, seu reuerendissimorum patrum, qui in
supradictis concilijs adfuerunt, omni cum
veneratione suscipere, amplecti, defendere,
prædicare, præcipuè sanctæ memoriæ Leo-
nis Apostolicæ sedis præsulis dicta, sed eti-
am orthodoxos patres, qui per diuersa loca
zelo dei feruentes dogmata salutaria nobis
reliquerunt: vt venerandæ memoriæ Grego-
rius Nazanzenæ ciuitatis episcopus, & Basili-
us Cappadocię episcopus, & Cyrillus Ale-
xandrinus præsul, & Athanasius eiusdem
Alexandrię Ecclesiæ pontifex, necnon &
Iohannes Constantinopolitanus antistes,
& Hilarius Pictauiensis episcopus, & omni
sapientia clarus Augustinus Hipponiregi-
ensis episcopus, & veneranda corona Chri-
sti confessor Ambrosius Mediolanensis ec-
clesiæ præsul, simul & cruditissimus & omni
luce cōspiciuus Hieronymus presbyter, qu-
quid hi docuerunt, sapuerunt, prædicauerunt,
vel defensores extiterunt, nos eorum
acta vel statuta omni deuotione suscipimus.
His delegatis, opere præcipuum duximus, quid
nostra fides continet, adnectere.

*Incipit expositio fidei patrum Mediola-
nensis Synodi.*

Profitemur nos credere indiuisibilem
sanctam Trinitatem, hoc est, patrem &
filium & spiritum sanctum, vnum deum, ita
vnum, vt trinum: & ita trinum, vt vnum: Tri-
nitatem in distinctis atque discretis perso-
nis: hoc est, patrem, ex quo omnia: filium, per
quem omnia: spiritum sanctum, in quo omnia,
vnus tamen diuinitatis, vnus essentia, vnus
que substantia: in tribus quidem substi-
stentibus seu personis, vt pater pater sit: filius
filius sit: spiritus sanctus spiritus sanctus sit:
In vna natura vnaq; substantia, vt Deus vnus,
& solus, & summus credatur: non tres natu-
ras introducetes, vt Arrius blasphematur, qui
tres deos prædicauit, excellentiorem, mi-
norem, & inferiorem. Nos verò sancta Tri-
nitate confitemur. Nam cum dicimus omni-
potentem patrem, appellatio huius paterni
TOM. 2.

nominis ad filij personam intenditur: Et
cum dicimus æternum filium, ad æterni pa-
tris personam refertur: Et cum nominamus
spiritum sanctum, ab æterni patris persona
eum procedere monstramus.

Cum autem dicimus Deum patrem omni-
potentem, non potest huius nominis eua-
cuari sacramentum: Quia cum dicimus pa-
trem, filium demonstramus: Et cum dicimus
filium, patrem declaramus: Et cum dicimus
æternum patrem, æternum filium demon-
stramus. Nam si non inuenimus initium vo-
cabuli huius paterni nominis, quoddam pater
fit dictus, cōsequenter ostenditur, quia nec
initium geniti reperimus. Obscuramus, vt
detur nobis ratio, quoddam pater hoc voca-
bulum, vt pater vocitaret, sortitus est: si in
tempore, si extra tēpus, dicat nobis aliquis,
quoddam primitus cœperit appellari: & si po-
tuerit hoc approbare, nulla erit dubietas, ex
illo initio paterni nominis, filium initium
accepisse, quo pater nominatus est. Et si de-
fecerit, immò quia deficit, nec poterit ap-
probare, nec dare initium paterni nominis,
quoddam pater esse cœperit, profiteatur ergò
nobiscum sanctam Trinitatem, cōessentia-
lem atque consubstantialem: Nec patrem an-
te filium, nec filium post patrem, nec spiri-
tum sanctum inferiorem fuisse: quia dum ini-
tium paterni nominis non inuenitur, nesci-
mus qua ratione filio initium adscribatur.
Quia cum dicimus sempiternum Deum pa-
trem, sempiternum Deum filium ostendi-
mus. Ideò sanctam Trinitatem in vna natu-
ra vnaque essentia atque substantia, & in tri-
bus subsistentibus siue personis profitemur.

Credimus autem ipsum Dei verbum, hoc
est, filium patris sine initio genitum: eundem
vnum ex tribus subsistentibus de sancta Tri-
nitate æternum filium, pro dispensatione
facta pro nobis & nostra salute descendisse
de caelis, incarnatum verbum Dei & homi-
nem factum intra virginis uterum, vnies si-
bi nostræ naturę veritatem ex sancta & glo-
riosa Dei genitrice Maria virgine, perfectus
Deus & perfectus homo in duabus naturis,
diuinitatis scilicet atque humanitatis, con-
substantialis Deo patri secundum diuinita-
tem, & consubstantialis idem ipse nobis, se-
cundum humanitatem: nõ in duobus filijs
diuisus, sed vnus & idem Dei & hominis fi-
lius, in veritate duarum naturarum, in vna
subsistentia siue persona, diuinitatis videli-
cet & humanitatis vnitione facta: vt ex dua-
bus perfectis naturis non duo filij, sed vnus
idem Dei & hominis filius, permanens quod
erat, cœperit esse quod nõ erat, dum sine ini-
tione æterni patris filius, factus est hominis fi-
lius. Ideò & vnus est Dominus noster Iesus
Christus, habens in semetipso perfectione
diuinæ naturæ, & perfectionem humanę na-
turæ: & est vnigenitus quidem ex verbo, vt
Rom. 8.
in

in multis fratribus filius enim dei, filius ho-
minis factus est. Vnde & duas natiuitates ei-
usmodi ipsius vnigeniti Dei verbi confite-
mur: ante secula quidem ex patre incompa-
rabiliter natum: in vltimis autem diebus ei-
usdem ipsius incarnationem de sancta glo-
riosa dei genitrice & semper virgine Maria:
qui de patre splenduit supra intellectum: de
matre ortus est supra rationem: & cum De-
us verè esset, factus verè homo: Ideò ppriè
& verè Dei genitricem sancta & gloriosam
& semper virginem Mariam cōfitemur: Nõ
quia Deus verbum initium ex ipsa accepit,
sed quòd in vltimis diebus vnigenitus deus
verbum, qui ante secula erat, incarnatus ex
ipsa immutabiliter homo factus est, & cum
inuisibilis in suis esset, visibilis factus est in
nostris: & cum impassibilis Deus esset, non
dedignatus est passibilis homo esse: & im-
mortalis, mortis legibus subiaccere. Ipsum
autè Deum & Dñm, qui in Bethleem secun-
dum carnem natus est, & similis factus est ho-
minibus absq; peccato, & crucifixus est pro
hominibus sub Pontio Pilato, ipsum confi-

temur Deum, ipsum hominem: ipsum filium
Dei, ipsum filium hominis: ipsum de caelo,
ipsum de terra: ipsum impassibilem, ipsum
passibilem. Deum enim verum, qui natus est
ex Deo patre ineffabiliter, inenarrabiliter,
incomprehensibiliter, ipse in tempore natus
est de sancta virgine Maria, idem ipse Dñs
noster Iesus Christus, vnus in sancta Trini-
tate, conglorificatus patri & sancto spiritui.
Nec enim quartam personam adiectione suscepit
sancta Trinitas, duas autè naturas in vna
subsistentia diuinitatis & humanitatis inco-
fused, incommutabiliter Dñm nostrum Iesum
Christum habere veraciter confitemur. Ità
quoque & duas naturales voluntates, & du-
as naturales operationes habere, vt potè p-
fectum Deum, & perfectum hominem, vnū
eundemq; ipsum Dñm nostrum Iesum Chri-
stum, pietatis nos regula perstruit. Ipsum na-
tum, ipsum passum, ipsum crucifixum, ipsum
sepultum, eundem ipsum resurgentem, & in
caelos ascendentem, ad dexteram patris se-
dentem, & ad viuos & mortuos iudicandos
venturum, cuius regni non erit finis.

IN HOC CORPORE CONTINETVR SANCTA
SEXTA SYNODVS

CONSTANTINOPOLITANA, QVAE IN EAM VRBEM CON-
gregata est sub temporibus domini Constantini pijsimi Augusti, & Aga-
thoni sanctissimi ac beatissimi papæ antiquæ vrbis Romæ.

Imperator
iste fuit eius
nominis
quartus,

DIVALIS SACRA, DIRECTA
ad Donum sanctissimi papæ senioris Romæ,
contradita verò Agathoni sanctissimo ac bea-
tissimo papæ eiusdem antiquæ Romæ,
eò quòd idem Donus de presen-
ti vita decessisset.

SUPERSCRIPTIO SACRAE.



In nomine
domini &
Saluatoris
nostri Iesu
CHRISTI,
Impator,
Flauii Cō-
stantini fide-
lis, mag-
nus Im-
perator,
Sacra Do-
no sanctis-
simo ac beatiss. archiepiscopo antiquæ no-
stræ Romæ & vniuersali papæ, Data pridie
Idus Augustas Constātinopoli, in die 16. 6.
PER omnia nouit vestra paterna beati-
tudo, & plures vestræ sanctæ Ecclesiæ
antiquæ Romæ, quæ ex quo iussit Deus prin-
cipaliter nos imperare, dum voluissent mul-
toties quidam motionem facere de verbis,
de quibus est cōtentio pro dogmate pieta-
tis, inter partes tam sanctæ vestræ Ecclesiæ,
TOM. 2.

Hæc synodus
vocatur se-
xta, respe-
ctu quinq;
vniuersaliū
predecessorū,
alioqui ter-
tia Constā-
tinopoli ha-
bitarum.

quamq; huius sanctæ magnæ Dei Ecclesiæ,
vt ambigerent, & hoc prohibuimus fieri tē-
pore non admittente, cognoscentes quòd
ex particulari contentione non solum vni-
tas fieri non posset, sed magis malum accre-
sceret. Et licet animo doleremus, vltra omnem
dolorem tam pro exprobratione, quæ no-
bis ob hoc ab inimicis inferbatur & pro-
pter ipsam veritatem, quòd pontifices secun-
dum vos, & orthodoxus noster populus, p-
pter quosdam nouitates vacuum in schisma
incidisset, exultatio que ex hoc fieret impijs
& hæreticis: attamen Deo nostro commisi-
mus, ipso pro nobis potiora prouidente, &
dum eius benignitas iusserit correctionem
huius rei fieri, tunc nobis cōdonare oppor-
tunitatem temporis, ad generalem collecti-
onem faciendam vtrunq; sedium, quate-
nus considerantibus eius definitiones san-
ctarum quinq; synodorum & editiōes san-
ctorum probabilium patrum, satisfacerent
sibi metipsis, & conuenirent in vno ore,
vnoq; corde, ad glorificandum honorificum
nomen Dei nostri. Sed quoniam sicut ho-
mines cogitamus, sicut autem iubet Deus,
omnia perfecit, ipse enim nouit futura & quæq;
nobis expediunt, sic ei placitum est, vt ad ef-
fectum perducantur: cognoscere facimus
vestram paternam beatitudinē, quòd dū or-
dinatus esset Theodorus sanctissimus & bea-
tissimus patriarcha à deo cōseruandę huius
nostræ

nostrae regiae urbis, suggestit nostrae serenitati suspectum esse, dirigere consueta synodica ad vestram paternam beatitudinem, ne forsitan non recipiatur, sicut & sub predecessoribus eius patriarchis factum est: sed quia magis preuidit adhortatoriâ epistolâ facere ad vestram paternam beatitudinem, quâ & direxit, eius per omnia scientiâ habet vestra paternam beatitudo, & non preuidimus, presentem nostrâ piâ sacrâ, de huiusmodi epistola vti multiloquo: sed posteaq; directâ est eadē epistola ad vestrâ paternam beatitudinem, interrogauimus eundem sanctissimū & beatissimū patriarchâ, & Macariū sanctissimum patriarcham ciuitatis Theopolitanae, quoniam esset difficultas, quâ puenerat inter vestram paternam beatitudinē seu vestrâ Apostolicâ sedē, & ipsos, olim omnibus expletis, quocunq; sunt de immaculata nostra & incommutabili Christianorū fide, tam p doctrinam sanctorū apostolorū, quamq; per diffinitiones sanctorū synodorū, & doctrinā sanctorū ac probabiliū patrum, & omnibus heresib; iam manifestatis atq; cōdemnatis, & nullo deinceps remanente modo, quo possit diuisio aut schisma sanctę & immaculatę nostrę fidei inferri: satis fecerūt nobis iisdem ipsi sanctissimi patriarchæ, q; verba quędā nouitatis intromissa sunt, aliquibus quidē ex imperitiâ hęc introducētibus, aliquibus verō incōgruē scrūtātibus incōprehensibilia opera dei: & quia, ex quo hęc verba moueri cœperunt, & vsq; hætenus vtraq; sedes inter se minimē cōuenerunt, vt inquirētes sibi met satisfacerēt pro veritate. Propter viles igitur inquisitiones non sit * finita contentio, nē nobis insultēt pagani & heretici, neq; in nobis vsq; quaquē locū accipiāt semina aduersarij. Cadens namq; ab humano genere, quod ei seruiebat, & cōfusus per apparitionem domini nostri Iesu Christi, veri dei nostri, etiā in his confunderetur p studium vestrę paternę beatitudinis, & secundum quod scriptū est, deponentibus nobis omnē zelū & omnē contentionē omnemq; inuidiam, veritati concurramus. Veritas em̄ Deo chara est, & secundum Dñi vocē, quicunq; voluerit omnium primus esse, sit oīm minister. Et iterum dictū est: In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicē. Postquam igitur tempus recipit perfectam congregationem fieri, adhortamur vestram paternam beatitudinē per presentem nostrâ piâ Sacram, dirigere viros vtilēs, modestos, notitiam habētes totius à Deo inspiratę doctrinæ, & peritiâ irreprehensibilē habentes dogmatum, indutos personā vestrę Apostolicę sedis, eiusq; concilij, deferentes & libros quos oportet proferri, & omnem autoritatem habentes, quatenus conuenientes cū hęc posito sanctissimo ac beatissimo patriarcha, & Macario sanctissimo patriarcha

TOM. 2.

Theopolitanae ciuitatis, perscrutētur cum omni mā suetudine & modestia, & per gratiam sancti spiritūs veritati insisterē & consentire, munitionem habētibus eis, qui huc aduenerunt ex parte sedis vestrę per presentem nostrâ piâ Sacram. Per Deum enim omnipotentem, nō est apud nos partis cuiuslibet fauor, sed æqualitatem vtriusq; partibus cōseruabimus, nullatenus necessitatem faciētes in quocunq; capitulo eis, qui à vobis diriguntur quoquo modo: sed & omni honore, cum competenti munificentia & susceptione dignos eos habebimus. Et si quidem vtrique conuenerint, ecce & benē: sin aut minimē conuenerint, iterum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus, decet enim nos excusantes in iudicio Dei imminente nobis, iuxta quod constituti sumus seruare fidem sanctam & immaculatam, quam percepimus, vnoquoq; proprio sensu abundante, rationem reddituri ante sanctum & terribile tribunal Dei nostri. Inuitare enim & rogare possumus ad omnem commēdationem & vnitatem omnium Christianorum, necessitatem verō inferre nullatenus volumus. Per personas verō, quæ dirigētur à paternam vestram beatitudinē, ita decernat: ex vestra quidē sancta Ecclesia (si vti quē videtur ei) tres personas: quod si & plures, quantę ei placuerint, dirigat. De concilio verō vsque ad duodecim metropolitas episcopos. De quatuor verō monasterijs * Byzantini, ab vnoquoq; monasterio monachos 4. Nam si receperit tempus, vt dictum est, perfectam congregationem studuissemus facere: sed quoniam tempus nō admittit, Deus autem noster proprio consilio protulit, quod nos differebamus in hoc tempore, per omnia iubemus vestram paternam beatitudinem minimē effici impedimentū voluntati Dei, sed eos dirigere. Sic enim speramus in eius benignitate, quoniā qui voluerit huiusmodi capitulum moueri in presenti, per spiritū sanctum concedere habet, vt veritas clareat, & instruatur omnes sine schismate atq; cōtentione veritatem profiteri, & vno ore, vnoq; corde glorificare nos omnes eius bonitatem. Tacere quippe hoc, terribile estimamus, vt nē plebs, quę, vt sanctificetur, accedit ad sanctas Dei catholicas & apostolicas ecclesias, contrarijs * congregationibus occupet, considerans antistitum adinuicē dissonantiâ. Multam enim nobis instantiam fecerūt tam hic sanctissimus patriarcha, quāq; Macarius sanctissim⁹ patriarcha Theopoleos, vt eijceretur Vitalianus beatissim⁹ de diptychis, asserētes Honorium memorari in diptychis, propter honorem Apostolicę sedis antiquę nostrę Romę. Nam non acquieuerē, vt memorentur patriarchę, qui postmodum fuerūt in p̄dicta sancta Romana ecclesia, donec conquisitio & satisfactio proueniat verborum, de quibus cōtenditur inter vtraq; sedes,

* infinita

1. Petr. 2. a

Matt. 20. d
Marc. 9. f
10. g
Iohan. 13. d

* cogitationibus

des, & ita vestra paternam beatitudo consequēter memoret: sed hoc nos nō acquieuius, id est, vt eijceretur idem Vitalianus de diptychis. Hoc quidem, vtpotē omnem æqualitatem seruantes, & vtriusque orthodoxos habentes: hoc autem, & propter colatam nobis charitatem ab eodem Vitaliano, dum superesset, in motione tyrannorū nostrorū. Sed sic polliciti sumus, p̄dictis sanctissimis patriarchis, quod per omnia dirigat vestra beatitudo homines, qui debeant conquirere cum ipsis, & tunc secundum quod claruerit, p̄fecta dispositio fiet. * Nā ante hoc nullo modo nos acquiescere, vt idem beatissimus Vitalianus eijceretur. Hęc cognoscens vestra paternam beatitudo, studeat sequi voluntatem Dei. Sicut enim p̄dictum est, spem habemus in coronatore nostro Deo, quia dum prouiderit super hoc seruētē nostrum affectum, eius benignitas etiā ingruentes nobis perturbationes gentium sedabit, Omnem verō cōcursum venientibus iussimus præbere Theodorum gloriosum patricium & exarchum Christo amabilis nostrę Italiae prouinciæ, tam in nauī, quamq; in expensis & omni vtilitate eorum: & si necessitas exegerit, etiā castellatos dromones p̄bere ad eorum munimen, vt ex omnibus illasi, & sine periculo (Deo cooperante) iisdem ad nos perducantur. Et subscriptio: Diuinitas te seruet per multos annos sanctissime ac beatissime pater.

* nec
* vilo

DIVINALIS SACRĀ, DIRECTA ad Georgium sanctissimum archiepiscopū huius magnę Constantinopolitanae vrbis nouę Romę.

ET SVPERSCRIPTIO.

IN nomine Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, Imperator pius pacificus Flavius Constantinus, fidelis in Iesu Christo Deo, Georgio sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo Constantinopoleos & vniuersali patriarchæ, Data quarta Idus Septembris Constantinopoli, imperante domino pijsimo perpetuo Augusto Constantino Imperatore, anno vigesimo octauo, & post cōsulatum eius anno 12.

Quancumq; sollicitudinibus tam militaribus, quamq; ciuilibus indefinenter nostra serenitas coarctetur, attamen omnes Christo amabilis nostrę reipublice causas insequendo ob Christianam nostram fidē ponentes, qui & in bellis propugnatricem tam nostri, quamq; Christo dilectorū nostrorū exercitiū habemus, necessarium iudicauimus, presentem nostra pia Sacra ad vestram paternam beatitudinem vti, per quā adhortantes eam sanctimus congregare vestram paternam beatitudinē omnes, qui ad eius sanctissimam sedem pertinent, sanctissimos metropolitas & episcopos in hęc

TOM. 2.

à Deo conseruandam nostram regiam vrbem; quatenus cooperante omnipotente & misericorde Deo nostro, diligentissima inquisitio dogmatis fiat, quod olim ante multum tempus exortum est de voluntate & operatione in dispensatione incarnationis vnus de sancta Trinitate Domini nostri Iesu Christi veri DEI nostri, quod & dissidium nō minimum per quasdam personas sanctę Dei Ecclesię intulit: innotescere quoquē super hoc & Macario venerabili archiepiscopo Antiochenę magnę ciuitatis, quatenus & ipse de propria synodo DEO amabiles metropolitanos & episcopos præparatos faciat pro hoc ipso huc congregari. Iam enim super hoc adhortati sumus per pios nostros apices adhuc inter viuos existentem, & Donum sanctissimum Apostolicę sedis antiquę Romę præsulē: scillo de hoc seculo migrante, Agatho sanctus nup̄ ordinatus papa in Apostolica sedē p̄dictę antiquę Romę, huiusmodi nostros pios suscipiens apices, destinavit in presentem patriam eius indutos personā, Theodorum & Georgium Deo amabiles presbyteros, & Ioannē deo amabilem diaconum: ex persona verō totius eius concilij, Ioannem & Abundantium & Ioannem venerabiles episcopos, cum cæteris clericis & monachis, qui debeant inuenire in p̄dicto capitulo questionem: qui & nunc ad nostra * conuixerunt vestigia, porrigentes nobis etiā duas suggestiones, vnam quidē eiusdem sanctissimi Agathonis papæ, aliam verō concilij eius. Sciens igitur vestra paternam beatitudo, quia primum * & præcipuum (vt prædiximus) hoc orthodoxiæ existit capitulum, festinet p̄dictos venerabiles metropolitanos episcopos celeriter aduenire in hanc à Deo conseruandam nostrâ regiam vrbem, quatenus p̄dictum tractetur capitulum, & maiorum donorum datore atq; coronatore nostro Deo cooperante, cauta atque orthodoxa diffinitio huiusmodi dogmati imponatur. Et subscriptio: Diuinitas te seruet per multos annos, sanctissime ac beatissime pater.

for. * conuenerunt

* nobis &

PRINCIPIVM SANCTI SEXTI CONCILII.
ACTA SANCTAE VI. SYNODI, APVD CONSTANTINOPOLIM FACTÆ ADVERSVM EOS, QUI IMPIE DOCUERUNT VNAM VOLUNTATEM ET VNAM OPERATIONEM IN INCARNATIONIS DISPENSATIONE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI VERI DEI NOSTRI, VNIVS DE SANCTA ET CONSUBSTANTIALI TRINITATE.

ACTIO I. SVB AGATHONE PAPA.
IN nomine Domini Dei & saluatoris nostri IESU CHRISTI, imperantibus à Deo coronatis & serenissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidem GGGG pijsimo,

pijssimo, & à Deo decreto magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore, anno vigesimo septimo, & post consulatum eius à Deo instituta mansuetudinis, anno decimo tertio, Heraclio verò atque Tiberio à Deo conseruandis eius fratribus, anno vigesimo secundo, die septima mensis Nouëbris, indictionis nonæ. Præsidente eodem pijssimo & Christo dilecto magno Imperatore Constantino in secerario sacri palatii, quod cognominatur Trullus, & ex iussione eius à Deo instructa serenitatis, præsentibus & audientibus Niceta glorioso exconsule patricio, & magistro imperialis officiorum, Theodoro glorioso exconsule patricio, & comite imperialis obsequij, & substratego Thraciæ, Sergio glorioso exconsule patricio, Paulo glorioso exconsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio, & curatore imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, & locum agente imperialis comitis excubiti, Ioanne glorioso exconsule patricio & quæstore, Polycucto glorioso exconsule, Thoma glorioso exconsule, Paulo glorioso exconsule & disposito Orientalium prouinciarum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule & domestico imperialis mensæ.

*diuineri

Conueniente quoq; sancta & vniuersali synodo, quæ secundum imperialem sanctonem congregata est in hac à Deo conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, vicem agentibus Agathonis sanctissimi & beatissimi archiepiscopi antiquæ Romæ, & Georgio venerabili ac sanctissimo archiepiscopo magnæ Constantinopoleos nouæ Romæ, & Petro DEO amabili presbytero & monacho, & locum seruante sedismagnæ ciuitatis Alexandriæ, & Macario venerabili archiepiscopo theopoleos Antiochiæ, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrifario Theodori venerabilis vicarij sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo Portuensi, abundantio episcopo ciuitatis Paternensis, Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanæ, locum præsentantibus centum 25, venerabilium episcoporum sancti concilij antiquæ Romæ, qui & per proprias subscriptiones demonstrantur in suggestione ab eis facta ad pijssimum Imperatorem Constantinum, & Theodoro religioso presbytero, & locum agente Theodori deo amabilis archiepiscopi rauennæ, Basilio episcopo Gortynæ insulæ Cretæ, Theodoro episcopo Ephesi, Sisinnio episcopo Heracleæ Thraciæ, Georgio episcopo Cyzici, Petro episcopo Nicomediæ, Photio episcopo Niceæ, Ioanne episcopo Chalcedonenfi, Theodoro episcopo Meletinensi, Sisinnio episcopo Hierapo-

TOM. 2.

leos Phrygiæ, Macrobio episcopo Seleuciæ Iauriæ, Georgio episcopo Byziciæ Thraciæ, Georgio episcopo Mitylenæ, Sergio episcopo Selymbriæ, Andrea episcopo Methymnæ, Theognio episcopo Chij, Georgio episcopo Camuliani, Antonio episcopo Hypææ, Genesio episcopo Anastasiopoleos, Platone episcopo Cinnæ, Ioanne episcopo Dasylii, Theodoro episcopo Iustiniapoleos Gordi, Theodoro episcopo Verise, Stephano episcopo Heracleæ Ponti, Logino episcopo Tij, Dometio episcopo Prusados, Salomone episcopo Claneu, Georgio episcopo Coensi, Ioanne episcopo Myndi, Georgio episcopo Citanensi, Ioanne episcopo Lappi, Eulalio episcopo Cynopoleos, Constantino episcopo Dalisandi, Theodoro episcopo Olbis, Theophanio presbytero & abbate venerabilis monasterij Siciliæ, quod cognominatur Baias, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati positi in antiqua Roma, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod cognominatur domus Arstia, positi similiter in seniore Roma, Anastasio presbytero & monacho, oratoriorum hic sit venerabilis patriarchij, & Stephano presbytero & monacho discipulo Macarij venerabilis archiepiscopi theopoleos Antiochiæ, residetibus gloriosis patricijs & consulis ex latere pijssim. & Christo amabilis nostri Imperatoris Constantini, & ex leua quidem eius parte residetibus venerabilibus vicarijs Agathonis sanctissimi archiepiscopi antiquæ Romæ, & qui ex persona eius synodi erant deo amabiles episcopi, theodoro presbytero & locum agente Theodori deo amabilis episcopi rauennæ, & Basilio episcopi ciuitatis Gortynæ, & Georgio presbytero & monacho, & apocrifario Theodori venerabilis vicarij sedis Hierosolymorum, & ceteris episcopis concilij sanctissimi papæ antiquæ Romæ Agathonis. A dextera verò eius parte similiter residentibus Georgio sanctissimo Archiepiscopo Constantinopoleos nouæ Romæ, & Macario sanctissimo Archiepiscopo Theopoleos Antiochiæ, & Petro DEO amabili presbytero monacho, & loci seruatore sedis magnæ Alexandriæ ciuitatis, & Theodoro episcopo Ephesi, & reliquis DEO amabilibus episcopis, tam qui sub sede sanctissimi archiepiscopi Constantinopolitani, quamq; sanctissimi archiepiscopi Theopoleos Antiochiæ, propositis in medio sacrosanctis Christi Dei nostri euangelijs, Theodorus & Georgius deo amabiles presbyteri, & Ioannes deo amabilis diaconus, locum præsentantes sanctissimi papæ Apostolicæ sedis antiquæ Romæ Agathonis, necnon & qui ex persona synodi eius erant, dixerunt: Benignissime domine, secundum directam Sacram à Deo instructa vestra fortitudine ad sanctissimum papam, demandati sumus ad pijssima vestigia à

*Iustino. polis cor. diuome

*Cleone. Grego. rio

*Candaqi

Legatiffis Apo. stolice pmi loquatur.

gia à DEO confirmata vestra serenitatis vna cum eius suggestione, necnon & cum altera eius synodica suggestione adæquè facta ad à Deo custoditam vestram pietatem, à subiacentibus ei venerabilibus episcopis, quas & obtulimus à Deo coronatæ fortitudini vestræ. Quoniam igitur ante hos 46. plus minus annos quosdam nouitates vocum, contrarias orthodoxæ fidei introduxerunt, qui illo in tempore fuerunt præfules huius regiæ & à Deo conseruandæ vestræ ciuitatis, id est, Sergius, Paulus, Pyrrhus & Petrus, necnon & Cyrus quondam Alexandrinæ ciuitatis antistes, insuper & Theodorus, qui fuit episcopus ciuitatis, cuius vocabulum est Pharan, & alij quidam, qui eos secuti sunt, non modicè quæ per totum orbem terrarum est, Ecclesiam turbauerunt, vnam voluntatem in incarnationis dispensatione vnius sanctæ Trinitatis Domini nostri Iesu CHRISTI, vnamque operationem dogmatizantes & docentes, & multoties seruli vestra, quæ secundum nos est, Apostolica sede de hac repulante, dehinc supplicante, & minimè valente vsque hætenus à tali sensu prauæ estimationis eos abstrahere: quæsumus à Deo coronatam vestram fortitudinem, vt dicant, qui ex parte sunt prædictæ sanctissimæ ecclesiæ Constantinopolitanæ, vnde huiusmodi vocum adinuenta est nouitas. Constantinus pijssimus Imperator dixit: Audientes Georgius sanctissimus archiepiscopus à DEO conseruandæ nostræ huius ciuitatis, & Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochenæ ciuitatis, & ei adiacens synodus, quæ à parte Apostolicæ magnæ Romæ sedis dicta sunt, quæ eis videntur, prosequantur. Macarius deo amabilis archiepiscopus Antiochenæ magnæ ciuitatis, vna cum Stephano religioso presbytero & monacho eius discipulo, cum eis verò & Petro deo amabilis metropolitanus Nicomediæ, & Salomò deo amabilis episcopus Claneu, verba facientes tam pro sede huius sanctæ magnæ Ecclesiæ, quamq; pro sede Antiochiæ, dixerunt: Nos quidem vocum nouitates nõ edidimus: sed quicquid percepim⁹ tam à sanctis vniuersalibus synodis, & sanctis probabilibus patribus, quæq; à præfulibus huius regiæ vrbs, id est, Sergio, Paulo, Pyrrho & Petro, necnon & Honorio, qui fuit papa antiquæ Romæ, & Cyro, qui fuit papa Alexandriæ, hoc est, de voluntate & operatione, sic & credimus & prædicamus & docemus, & parati sumus de hoc ostendere.

Hic nulla sit Honorij metio.

*Cleone

Hic hereticus Honorij nominat.

Constantinus pijssimus Imperator dixit: Si vultis nobis de hoc ostendere, non aliter vos suscipimus, nisi probationes proferentes, quemadmodum dixistis, à sanctis vniuersalibus synodis & sanctis probabilibus patribus.

TOM. 2.

Macarius DEO amabilis archiepiscopus Antiochiæ, & qui cum eo erant, dixerunt: Pijssime domine, iubeto per chartophylacem huius sanctæ magnæ Dei ecclesiæ libros sanctarum synodorum, ex venerando patriarchio in medium proferri. Constantinus pijssimus Imperator dixit: Iubemus acta earundem sanctarum synodorum vniuersalium ex venerando patriarchio à Deo conseruandæ huius regiæ vrbs, confestim per competentem chartophylacem ad medium deduci, atq; relegi. Et paululum egrediens Georgius DEO amabilis diaconus & chartophylax, & veniens ad bibliothecam venerandi patriarchij, protulit libros sanctarum vniuersalium synodorum. Constantinus pijssimus Imperator dixit: Georgius religiosus diaconus & chartophylax codices, quos præmanibus gerit, sanctorum conciliorum porrigat ad legendum.

Accipiens Stephanus religiosus presbyter & monachus, discipulus Macarij venerabilis archiepiscopi Antiochiæ, primum librum gestorum sanctæ tertiæque Ephesinæ prioris synodi, relegit: & veniens ad sermonem prophaneticum, qui scriptus est à sanctæ memoriæ Cyrillo Alexandrinæ magnæ ciuitatis præfule, ad Theodosium piæ memoriæ Imperatorem, cuius est initium, Quod apud homines quidè eminet: & post pauca, Firmamentum autem immobile huiusmodi vestri Deo amabilis & religiosi imperij ipse Dominus noster Iesus Christus est: per ipsum enim reges regnant, & potentes decernunt iustitiam, secundum quod scriptum est, Est enim eius omnipotens voluntas. Macarius sanctissimus archiepiscopus Antiochenæ ciuitatis, dixit: Ecce domine, ostendi vnam esse voluntatem in Christo. Et exurgentes, qui locum præsentabant apostolicæ sedis Romanæ, & quidam episcoporum synodi Constantinopolitanæ, & gloriosissimi iudices reclamauerunt, dicentes: Superflue, & non secundum quod iacet, Macarius venerabilis archiepiscopus magnæ Antiochenæ ciuitatis, ex nunc relecto textu videtur affirmare, vnam esse voluntatem in duabus naturis vnius Domini nostri Iesu Christi, id est, Deitatis eius & humanitatis. Hoc enim sanctissimus Cyrillus in diuina ipsius Domini nostri Iesu Christi & omnipotentissima eius natura accipiens, scripsit, quam cum patre & sancto spiritu communem & omnipotentem habet. Propter quod & omnipotentem eam idem sanctæ memoriæ Cyrillus appellauit aliàs, nec numeraliter posuit eandem voluntatem vnam. Et relecto ex integro eodem libro, Constantinus pijssimus Imperator dixit: Et ille aliter liber sanctæ tertiæ synodi relegatur. Et accipiens Salomon DEO amabilis dia-

Prou. 8. b

GGGG 2 conus

conus, & notarius sanctissimi patriarchæ Constantinopoleos, relegit à principio vsque ad finem. Constantinus piissimus Imperator dixit: Sufficenter nobis lectio in presenti die facta est, in qua finem susceperunt, quæ in sancta tertiaque Ephesina priore synodo gesta sunt. In subsequente verò, & quæ in sancta Chalcedonensi quarta synodo acta sunt, nobis relegantur.

ACTIO SECVNDA.

IN nomine Domini Dei & saluatoris nostri IESV Christi, imperantibus à Deo coronatis & serenissimis nostris dominis Flauijs, Còstantino quidem piissimo, & à Deo decreto magno principe, perpetuoque Augusto & Imperatore, anno vigesimoseptimo & post consulatum eius à Deo institutæ mansuetudinis, anno decimotertio, Heraclio verò atque Tiberio à Deo conseruandis eius fratribus, anno vigesimosecundo, die decima mensis Nouembris, indictione nona: Præsidente eodem piissimo, & Christo dilecto magno Imperatore Constantino in secretario sacri palatii, quod cognominatur Trullus, & ex iussione eius à DEO instructæ serenitatis, præsentibus & audientibus Niceta glorioso exconsule patricio, & magistro imperialium officiorum, Theodoro glorioso excòsule patricio, & comite imperialis obsequij, & substratego Thraciæ, Sergio glorioso excòsule patricio, Paulo glorioso exconsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio, & curatore imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, & locum agente imperialis comitis excubiti, Ioanne glorioso exconsule patricio & quæstore, Polyucto glorioso excòsule, Thoma glorioso exconsule, Paulo glorioso exconsule & dispositore Orientalium prouinciarum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule & domestico imperialis mensæ.

* instructæ

TOM. 2.

tatis Portuensis, Abundantio epò ciuitatis Paternensis, Ioane episcopo ciuitatis Rhegiensis, locum præsentantibus venerabilis synodi antiquæ Romæ 125. DEO amabiliū episcoporum, qui & per proprias subscriptiones declarantur in suggestione ab eis facta ad Constantinum piissimum magnum Imperatorem, & Theodoro religioso presbytero, atq; vicario Theodori Deo amabilis archiepiscopi Rauennæ, Basilio episcopo ciuitatis Gortynæ insulæ Cretæ, Theodoro episcopo Ephesi, Sifinnio episcopo Heracleæ Thraciæ, Georgio episcopo Cyzici, Petro epò Nicomediæ, Photio episcopo Niceæ, Ioanne episcopo Chalcedonæ, Theodoro episcopo Meletinæ, Sifinnio episcopo Hierapoleos Phrygiæ, Macrobio episcopo Seleuciæ Isauriæ, Georgio episcopo Byziæ Thraciæ, Gregorio episcopo Mitylenæ, Sergio episcopo Selymbriæ, Andrea episcopo Methymnæ, Theognio episcopo Chij, Georgio episcopo Camuliani, Antonio episcopo Hypepæ, Ioanne episcopo Dascylii, Genesio episcopo Anastasiopoleos, Platone episcopo Cinna, Theodoro episcopo Iustinianopoleos Gordi, Theodoro episcopo Verisæ, Stephano epò Heracleæ Ponti, Logino episcopo Tij, Dometio episcopo Prusiados, Salomone epò Claneu, Georgio epò Coensii, Ioanne episcopo myndi, Georgio episcopo Câtani, Ioanne episcopo Lappi, Eulalio episcopo Cynopoleos, Constantino episcopo Dalisandi, Theodoro episcopo Olbis, Theophanio presbytero & abbate venerabilis monasterij in Sicilia positi, quod cognominatur Baias, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati, positi in antiqua Roma, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod cognominatur domus Arsitia, positi similiter in feniore Roma, Anastasio presbytero & monacho Oratoriorum venerabilis huius patriarchij, & Stephano Presbytero & monacho, & discipulo Macarij archiepiscopi Theopoleos Antiochiæ.

* Iustino. polis Gor diu come * Cleon * Gregorio * Candant

Residentibus quoque tam gloriosissimis patricijs & còsulibus, quamq; omnibus venerabilibus & Deo amabilibus episcopis in eodem secretario Trulli: propositis in medio sanctis & intemeratis Euangelijs, Paulus magnificus à secretis & Imperialis secretarius, dixit:

Meminit vestra pietas, & sancta ac vniuersalis vestra synodus, quod in præterito còuentu finita lectione gestorū sanctę tertię Ephesinę prioris synodi, præuidit subsequenter & acta sanctę quartę Chalcedonensis synodi relegi, & suggerimus ad quod placuerit, Constantinus piissimus Imperator dixit: Proferantur & acta prædictę sanctę quartę Chalcedonensis synodi, & coram nostro relegatur auditu. Et accipiens

Antio-

Antiochus religiosus lector & notarius sanctissimi patriarchæ Còstantinopoleos, primum librum eiusdē sanctæ Chalcedonensis synodi relegit. Et relegente eo epistolam, quæ in eis continetur, sanctæ memorię papæ Leonis magnæ ciuitatis Romanæ, & veniente ad textū, in quo scriptū est: Agit enim vtraque forma cum alterius còmunione, quod proprium habuit: verbo quidem operatē quod verbi est, carne autē exoruscatur miraculis, aliud verò succumbit iniurijs: exurgentes qui ex parte Apostolicę sedis erant, antiquæ Romæ, exclamauerunt: Ecce benignissime domine, manifestè duas naturales operationes incòfused & indiuisè in domino nostro Iesu Christo præsens sanctissimus prædicat pater, cuius præsentem sermonem sancta quarta synodus firmamentum orthodoxę fidei còscripsit in damnatione vniuersæ hæresis, vtpotē professioni beati principis apostolorum Petri còuenientem. & quid pro hoc dignū sentit Macarius venerabilis, & qui cum eo sunt Deo amabiles viri, dicant. Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochiæ, dixit: Ego, domine, duas operationes nō dico: sed nec sentio, q̄ beatæ memorię Leo per hunc sermonem duas operationes dixerit. Constantinus piissimus Imperator dixit: Sed vnam operationē intelligis cum dixisset Macarius venerabilis archiepiscopus dixit: Ego numerum non dico, sed deiurilem eius operationem, secundum sanctum Dionysium. Constantinus piissimus Imperator dixit: Et quomodò intelligis deiurilem operationē? Macarius venerabilis archiepiscopus dixit: Ego non superiudico. Et relectis residuis eiusdē libri vsque ad finem, Constantinus piissimus Imperator dixit: Relegatur & alius liber eiusdem sanctę quartę Chalcedonensis synodi. Et accipiens Antiochus religiosus lector & notarius, eorundem actorum librū relegit. Constantinus piissimus Imperator dixit: Sufficit & nūc præsens lectio. In subsequenti verò & liber gestorū sanctę quintę synodi proferatur.

ACTIO TERTIA.

IN nomine Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, imperantibus à Deo coronatis serenissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidē piissimo, & à Deo decreto magno principe, perpetuo Augusto Imperatore, anno vigesimoseptimo, & post còsulatum eius à Deo instructę mansuetudinis, anno decimotertio, Heraclio verò atq; Tiberio à deo conseruandis eius fratribus, anno vigesimosecundo, decimotertio die mensis nouēbris, indictione nona. Præsidente eodem piissimo, & Christo amabili magno Imperatore Còstantino in secretario sacri palatii, quod

Vide hinc Synodum quintam.

TOM. 2.

cognominatur Trullus, & ex iussione eius à Deo instructæ serenitatis, præsentibus & audientibus Niceta glorioso excòsule patricio, & magistro imperialium officiorū, Theodoro glorioso exconsule patricio, & comite imperialis obsequij, & substratego Thraciæ, Sergio glorioso exconsule patricio, Paulo glorioso exconsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio, & curatore imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, & loci seruatore imperialis comitis excubiti, Ioanne glorioso exconsule patricio & quæstore, Polyucto glorioso exconsule, Thoma glorioso excòsule, Paulo glorioso exconsule, & dispositore Orientalium prouinciarū, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule & domestico imperialis mensæ.

Còueniente autem & sancta ac vniuersali synodo, quę secundum diuinam sanctionem cògregata est in hac à deo conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, locum adimplentibus sanctissimi ac beatissimi archiepiscopi antiquę Romæ Agathonis, & Georgio venerabili atq; sanctissimo archiepiscopo huius magnæ Còstantinopoleos nouæ Romę, & Petro Deo amabili presbytero monacho, & vicario sedis Alexandriæ magnæ ciuitatis, & Macario sanctissimo archiepiscopo Theopoleos Antiochiæ, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrifario Theodori venerabilis vicarij sedis Hierosolymorū, Ioanne episcopo ciuitatis Portuensis, Abundatio episcopo ciuitatis Paternæ, Ioane episcopo ciuitatis Rhegiensis, locū præsentantibus venerabilis synodi antiquæ Romæ 125. Deo amabiliū episcoporum, qui & per proprias subscriptiones declarantur in suggestione ab eis facta ad Constantinum piissimū magnum imperatorem, & Theodoro religioso presbytero, atque vicario Theodori Deo amabilis archiepiscopi Rauennæ, Basilio epò ciuitatis Gortynę insulæ Cretæ, Theodoro epò Ephesi, Sifinnio episcopo Heracleæ Thraciæ, Georgio epò Cyzici, Petro episcopo Nicomedię, Photio episcopo Niceæ, Ioanne episcopo Chalcedonę, Theodoro episcopo Meletinę, Sifinnio episcopo hierapoleos Phrygię, Macrobio episcopo Seleuciæ Isauriæ, Georgio episcopo Byziæ Thraciæ, Georgio epò Mitylenæ, Sergio episcopo Selymbrię, Andrea episcopo Methymnæ, Theognio epò Chij, Georgio episcopo Camuliani, Antonio episcopo Hypepæ, Ioanne episcopo Dascylii, Genesio episcopo Anastasiopoleos, Platone episcopo Cinna, Theodoro episcopo Iustinianopoleos Gordi, Theodoro episcopo Verisæ, Stephano episcopo

* Iustino. polis Gor diu come

GGGG 3 po

* Cleonae
* Gregorio
* Candiano

po Heracleo Ponti, Longino episcopo Tii, Dometio episcopo Prusaio, Salomone episcopo Claneu, Georgio episcopo Conensi, Ioanne episcopo Myndi, * Georgio episcopo Cantani, Ioanne episcopo Lappis, Eulalio episcopo Cynopoleos, Constantino episcopo Dalisandi, Theodoro episcopo Olbis, Theophanio presbytero & abbate venerabilis monasterij Siciliae, quod cognominatur Baias, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati positi in antiqua roma, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod cognominatur domus Arsitia, positi similiter in ieniore Roma, Anastasio presbytero & monacho oratoriorum venerabilis huius patriarchij, & Stephano presbytero & monacho discipulo Macarij archiepiscopi Theopoleos Antiochia.

Residētibus quoque tam gloriosissimis patricijs & consulis, quamque omnibus venerabilibus & neo amabilibus episcopis in eodem secretario Trulli: propositis in medio sanctis & intemeratis Euangelijs, Paulus magnificus à secretis & Imperialis secretarius, dixit:

Secundum quod in preterito conuentu interlocuta est à Deo instructa pietas vestra, ecce libros sanctae quintae synodi in manibus habemus, & suggerimus ad quod placuerit.

Constantinus pijsimus Imperator dixit: Praesens Antiochus religiosus lector & notarius, suscipiens librum relegat. Et accipiens, aperiensque eundem librum, exorsus est principium praedicti libri, qui ita continetur: Sermo sanctae memoriae Mennae archiepiscopi Constantinopoleos ad Vigilium beatissimum papam Romanum, de eo quod vna sit Christi voluntas. Et exurgentes legati Apostolicae sedis Romae, exclamauerunt: Pijssime domine, falsatus est praesens liber quintae synodi, nequaquam relegatur sermo, qui dicitur Mennae ad Vigilium, quia fictus est: sed iube diligenter aduertere praesentem librum: satisfieri enim habet pijsimum vestrum imperium, quia non est tunc temporis positus in exordio, cum fierent acta in sancta quinta synodo. Iste qui dicitur sermo Mennae ad Vigilium, nuper appositus est in principijs praesentis libri, eo quod 21. anno Iustiniani diuinae memoriae obiit Mennas. Quinta autem synodus 26. anno imperij eius congregata est, episcopatum tenente huius regis urbis eutychio venerabilis memoriae. Et inspicentes tam pijsimus Imperator vna cum gloriosissimis iudicibus, & quibusdam ex sancta synodo Deo amabilibus episcopis, & aperientes ac discernentes, inuenerunt tres quaterniones in principio libri additos, non habentes subnotationem numeri, qui secundum consuetudinem affigitur in quaternionibus: sed in

Nota technas hereticas.

quarto quaternione habente primum numerum, & in sequenti quaternione secundum, & tertium, atque quartum subsequenter: alias vero & dissimiles esse literas eorumdem in exordijs continebatur sermo, qui dicitur Mennae ad Vigilium, à literis quae prius scriptae sunt in eodem codice.

Constantinus pijsimus Imperator dixit: Huiusmodi non relegatur sermo. * Postmodum enim gestorum eiusdem sanctae quintae synodi ordinabiliter relegatur. Et relectus est primus liber. Constantinus pijsimus Imperator dixit: * Subsequenter & secundi libri gestorum eiusdem sanctae quintae synodi lectio proueniat: Et accipiens Petrus religiosus diaconus, & notarius sanctissimi patriarchae Constantinopoleos, librum relegit. Et dum relegeretur septima actio, reperti sunt in ea duo libri, quasi ex nomine Vigilij sanctae memoriae, qui fuit papa Romanus, vnus quidem ad Iustinianum pia recordationis quondam Imperatorem, alter vero ad Theodoram pia memoriae quondam Augustam, in quibus continebatur ita: Anathematizamus autem & Theodorum, qui fuit episcopus Mopsuestiae, tanquam qui alienus semper extiterit ab ecclesijs, & sanctis patribus aduersarius, qui non confitetur incarnatum esse Deum verbum, id est, Christum esse vna subsistentiam, & vna personam, & vnam operationem. Et exurgentes iterum legati Apostolicae sedis antiquae Romae, vnaque qui cum eis erant Deo amabilibus viris, exclamauerunt dicentes: Non faciat Deus, Domine, non dixit Vigilius vnam operationem. Non sunt libelli Vigilij. Falsatus est hic liber, sicut exordia primi libri praesentis quintae synodi. Nam, domine, si vnam operationem docuit Vigilius, & susceptus est à synodo, utique & in definitione eiusdem sanctae quintae synodi de vna operatione vox habuit comprehendendi. Dum relecta ergo fuerit, pijsime domine, ipsa definitio, inueniet dominus omnem veritatem. Consequenter itaque & secundum ordinem relecto eodem libro, ipsaque definitione vsque ad finem relecta, nullo modo aliquid de vna operatione in eadem definitione inuentum est contineri. Theodorus & Georgius venerabiles presbyteri, & Ioannes venerabilis diaconus legati sanctissimi papae antiquae Romae, dixerunt: Petimus à Deo instructam vestram serenitatem, vt rempessiuè praedictus liber examinetur, vt ad inuentio quae in eo facta est, manifestetur. CONSTANTINVS pijsimus Imperator dixit: Quod postulatum est, in subsequenti proueniat. Praesens vero liber vsque ad finem relegatur. Et relectus est.

* Primus
* prima

* substantiam

for. amabile, viri,

* relecto-
rum

Constantinus pijsimus Imperator dixit: Cognitionem & praedictorum synodicorum librorum percipientes tam sancta synodus, quamque gloriosissimi iudices, edicant, si inuenitur definitum ab eisdem sanctis synodis, sicut pollicitus est Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochia, & qui cum eo sunt religiosi viri, demonstrare vnam voluntatem, & vnam operationem in incarnationis dispensatione Domini nostri IESV CHRISTI.

Sancta synodus & gloriosissimi iudices dixerunt: Ex lectione sanctorum conciliorum, sicut nobis pijsimi, non inuenimus in incarnationis dispensatione vnus sanctae Trinitatis Domini nostri Iesu Christi, vna voluntatem & vnam operationem. Constantinus pijsimus Imperator dixit: Marcarius venerabilis archiepiscopus, & qui cum eo sunt, prosequantur, si secundum quae ab eis promissa sunt, paratum habent proferre testimonia sanctorum probabilium patrum, quae debeant approbare (sicut polliciti sunt) vnam voluntatem & vnam operationem in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi, & haec proferant. Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochia, & qui cum eo sunt, dixerunt: Secundum iussa vestri imperij inducta à nobis data testimonia, quae proferre promissimus, sanctorum proferimus. Constantinus pijsimus Imperator dixit: Macarius venerabilis archiepiscopus, & qui cum eo sunt, haec in subsequenti peragant. Georgius sanctissimus archiepiscopus Constantinopoleos, & quae sub eo est synodus, dixerunt: Pijssime domine, petimus vestram tranquillitatem, suggestiones directas ad à Deo vestram instructam fortitudinem, tam ab Agathone sanctissimo papa Apostolicae sedis antiquae Romae, quae ab eius synodo, relecti, vt auditum capiamus, quatenus cognitionem & nos accipiamus totius virtutis, quae in eis continetur. Constantinus pijsimus Imperator dixit: Quod à vobis postulatum est, in subsequenti proueniat.

Actio quarta.

IN nomine Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, imperatibus à neo coronatis serenissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidem pijsissimo, & à Deo decreto magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore, anno 27. & post consulatum eius à Deo instructae mansuetudinis, anno 13. Heraclio vero atque Tiberio à Deo conseruandis eius fratribus, anno 22. decimo quinto die mensis Noubris, indictione nona. Praesidente eodem pijsissimo & Christo dilecto magno Imperatore Constantino in secretario sacri palatij, quod cognominatur Trullus, & ex iussione eius à Deo instructae serenitatis, praesentibus & audientibus Niceta glorioso exconsule patricio, & magistro imperialium officiorum, Theodoro glorioso exconsule patricio, & comite imperialis obsequij, & substratego Thraciae, Sergio glorioso exconsule patricio, Paulo glorioso exconsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio, & curatore diuinae domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, & locum agente comitis imperialis excubiti, Ioanne glorioso exconsule patricio & quaestore, Polyucto glorioso exconsule, Thoma glorioso exconsule, Paulo glorioso exconsule, & depositore Orientalium prouinciarum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule & domestico imperialis maiestatis.

Conueniente autem sancta ac vniuersali synodo, quae per imperialem sanctionem congregata est in hac à Deo conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, locum praesentantibus sanctissimi ac beatissimi archiepiscopi antiquae Romae Agathonis, & Georgio venerabili atque sanctissimo archiepiscopo magnae Constantinopoleos nouae Romae, & Petro neo amabili presbytero & monacho, & vicario sedis Alexandriae magnae ciuitatis, & Macario sanctissimo archiepiscopo Theopoleos Antiochia, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrifario Theodori venerabilis vicarij sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo ciuitatis Portuenae, Abundantio episcopo ciuitatis Paternae, Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanae, locum praesentantibus venerabilis synodi 125 Deo amabilium episcoporum antiquae Romae, qui & per proprias subscriptiones declaratur in suggestionem quae ab eis facta est ad principem pijsimum Constantinum, & Theodoro religioso presbytero, & loci praeposito Theodori Deo amabilis archiepiscopi Rauennae, Basilio episcopo ciuitatis Gortynae insulae Cretae, Theodoro episcopo Ephesi, Sifinnio episcopo Heracleae Thraciae, Georgio episcopo Cyzici, Petro episcopo Nicomediae, Photio episcopo Niceae, Ioanne episcopo Chalcedonenfi, Theodoro episcopo Meletinae, Sifinnio episcopo Hierapoleos Phrygiae, Macrobio episcopo Seleuciae Isauriae, Georgio episcopo Byzantiae Thraciae, Gregorio episcopo Mitylenae, Sergio episcopo Selymbriae, Andrea episcopo Methymnae, Theognio episcopo Chij, Georgio Episcopo Camuliani, Antonio episcopo Hypepae, Ioanne episcopo Dascylii, Genesio episcopo Anastasiopoleos, Platone episcopo Cinnae, Theodoro episcopo Iustinianopoleos Gordi, Theodoro episcopo Verise, Stephano episcopo Heracleae Ponti, Longino

* Iustinopolis Gordi come.

*cleonaz gino episcopo Tij, Dometio episcopo Prusias, Salomone episcopo * Claneu, Georgio episcopo Coens, Ioanne episcopo Myndi, *Gregorio episcopo Cantani, Ioanne episcopo Lappis, Eulalio episcopo Cynopoleos, Constantino episcopo Dalisandi, Theodoro episcopo Olbis, Theophanio presbytero & abbate venerabilis monasterij Siciliae, quod cognominatur Baias, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati, positi in antiqua Roma, Connone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod dicitur domus Arsitia, similiter in antiqua Roma constituti, Anastasio presbytero & monacho oratoriorum huius venerabilis patriarchij, & Stephano presbytero & monacho discipulo Macarij archiepiscopi Theopoleos Antiochia. Et sedentibus tam gloriosissimis patricijs & consulis, quamque omnibus venerabilibus & Deo amabilibus episcopis in eodem secretario Trulli, propositis in medio sanctis & intemeratis euangelijs, Paulus magnificus a secretis & imperialis secretarius, dixit: Meminit a Deo instructa vestra pietas, quod in praterito conuentu dum legeretur acta sanctae quintae synodi, Georgius sanctissimus archiepiscopus huius a Deo conferuanda regiae vrbis, vna cum subiacenti synodo petijt vestram piissimam fortitudinem, suggestiões quae factae sunt tam ab agathone sanctissimo papa antiq̄e romae, quam quae a subiacenti ei synodo, in praesentia vestrae pietatis & sanctae vniuersalis huius synodi relegi, & suggerimus ad quod placet. Constantinus piissimus Imperator dixit: Relegantur. Et prolata est in Graecis literis memoratarum suggestiõnũ interpretatio per Niogenem magnificum a secretis & imperialem secretarium. Et lecta est, habens in verbis sic:

Domini piissimis & serenissimis victoribus ac triumphatoribus, amatoribus Dei & Domini nostri Iesu Christi, Constantino maiori Imperatori, Heraclio & Tiberio Augustis, Agatho episcopo seruo seruorum Dei.

Epistola papae Agathonis.



Consideranti mihi humane vite diuersos angores, & ante Deum, qui vnus & verus est, cum vehementia fletuum ingementi, vt consolationem animae fluetuanti diuinæ miseracionis impertiret instinctus, & de profundo mceroris & angustia, potentia suae dexterae subleuaret: magnam atque mirabilem cum indefinente gratiarum actione, serenissimi domini filij, confiteor, consolationis opportunitatem exhibere dignatus est, piissimam tranquillam mansuetudinis vestrae propositum, quem ad stabilitatem diuinitis commissa reipublica Christiana eius concessit

TOM. 2.

dignatio, vt imperialis virtus atque clementia de Deo, per quem reges regnant, qui rex regum & dominus dominatum est, & curet & querat eius immaculatam fidei veritatem, vt ab apostolis atque apostolicis est patribus tradita, inquirere vigilanter, atque vt vera traditio continet, instantissimè desideret in omnibus ecclesijs obtinere, & ne quenquam tam pia lateret intentio audientium, humanave suspicio perterreretur estimantium potestate nos esse compulsos, & non plena serenitate ad satisfaciendum super euangelicæ & Apostolicæ nostrae fidei praedicatione & communione, diuales apices ad Apostolicam memoriam Donum pontificem nostrae pusillitatis praedecessorem, cunctis populis ac gentibus per nostrum ministerium patefecerunt ac satisfaciunt, quos gratia sancti spiritus imperialis linguae calamo de puro cordis thesauro dictauit, commomentis, non opprimendis: satisfaciendis, non perterrentis: non affligentis, sed exhortantis, & ad ea quae Dei sunt, secundum deum inuitantis: quia & ipse conditor omnium ac redemptor, cum posset in suae diuinitatis maiestate, in seculum veniendo, mortales perterrere, humanitate magis inestimabilis clementiae humiliter ad nostra descendens, quos creauit, dignatus est & redimere: qui & spontaneam de nobis veram de fidei confessionem expectat: quod & B. Petrus apostolorum princeps commonet: *Pascite qui in vobis est gregem Christi, non coactè, sed spontaneè, secundum Deum exhortantes.* His itaque, mansuetissimi verum domini, diualibus apicibus animatus, & ad spem consolationis de profundis angoribus alienatus, sum meliori refectus confidentia paulatim, quae per mansuetissimam fortitudinis vestrae sacra dudum praeccepta sunt, efficaciter promptam obsequentiam exhibere, vt personas quales secundum temporis huius defectum ac seruilis prouinciae qualitatem poterant inueniri, pro obedientiae satisfactione inquirere: & cum consilio confamulorum meorum episcoporum, tam de propinqua huius Apostolicae sedis synodo, quamque de familiari clero amatores Christiani imperij, & sequeter de religiosis seruis Dei, vt ad piissimam tranquillitatis vestrae vestigia properaret, hortarer. Et nisi longus prouinciarum ambitus, in quibus humilitatis nostrae concilium constitutum est, tanti temporis protelationem ingereret, olim hoc, quod vix tandem nunc fieri potuit, studiosa obedientiam noster famulatus impleret. Sed dum de diuersis prouincijs familiare nobiscum concilium congregatur, & dum personas, quasdam quidem de hac seruili vestri serenissimi principatus Romana vrbe, vel proxima dirigere procuramus, quasdam de longè positis prouincijs, in quibus verbum Christianae fidei

Prou. 8. b
1. Ti. 6.

Apo. 9. e

*perterre, rec

*commo- nitos

1. Pet. 5. a

*eleuatu, orius

*nostri- mulatu

fidei ab Apostolicis exiguitatis meae praedecessoribus missi praedicabant, remeare prestolamur, non paruus temporum cursus elapsus est: vt corporales aegritudines mei famulatus filio transcam, quibus nec videre licet, nec libet assiduis agrimonijs laborantem. Ideoque Christianissimi domini filij, secundum piissimam iussionem a Deo protegenda mansuetudinis vestrae, pro obedientia quam debuimus, non pro confidentia eorum scientiae quos dirigimus, praesentes confamulos nostros, Abundantium, Ioannem, & Ioannem reuerendissimos fratres nostros Episcopos, Theodorum & Georgium dilectissimos filios nostros presbyteros, cum dilectissimo filio nostro Ioanne diacono, & Constantino subdiacono sanctae huius spiritualis matris Apostolicae sedis, necnon & Theodorum presbyterum legatum sanctae Rauennatis Ecclesiae, & religiosos seruos Dei monachos, cum scripturarum cordis deuotione curauimus demandare. Nam apud homines in medio gentium positos, & de labore corporis quotidianum victum cum summa haesitatione conqui- rentes, quomodo ad plenum poterit inueniri scripturarum scientia, nisi quae regulariter a sanctis atque apostolicis praedecessoribus, & venerabilibus quinque concilijs definita sunt, cum simplicitate cordis & sine ambiguitate a patribus traditae fidei conseruamus, vnum ac precipuum bonum habere semper optantes atque studentes, vt nihil de eis quae regulariter definita sunt, minuat, nihil mutetur vel augeatur, sed eadem & verbis & sensibus illibata a nobis custodiantur? Quibus portitoribus & testimonia aliquorum sanctorum patrum, quos haec Apostolica Christi Ecclesia suscipit, cum eorum libris tradidimus, vt facultate suggerendi a benignissimo vestrae Christianitatis imperio consecuti, ex his duntaxat satisfacere studeant, dum imperialis mansuetudo praeciperet, quid haec spiritualis mater eorum ac a Deo propagati imperij Apostolica Christi Ecclesia credat & praedicet, non per eloquentiam seculari, quae nec superpetit idiotis hominibus, sed per sinceritatem Apostolicae fidei, in qua & ab incunabulis edocti vsque in finem propagatori vestri Christiani imperij, celi Domino, oes nobiscum deprecamur seruire atque obedire. Licentiam proinde eis siue auctoritatem dedimus apud tranquillissimum vestrum imperium, dum iusserit eius clementia, simpliciter satisfaciendum, in quantum eis duntaxat iniunctum est, vt nihil profecto praesumat augere, minuire vel mutare, sed traditionem huius Apostolicae sedis, vt a praedecessoribus apostolicis pontificibus instituta est, sinceriter enarrare. Pro quibus flexo metis poplite, suppliciter vestram ad mansuetudinem semper intentam clemen-

tiam deprecamur, vt, iuxta benignissimam atque augustissimam imperialis sacrae promissionem, acceptione eos dignos efficiat Christo imitabilis vestra tranquillitas, atque placabiles auditus eorum humilimis suggestionibus accommodare dignetur. Sic aures Dei omnipotentis suis precibus ad exaudiendum inueniat vestra mansuetissima pietas referatas, illesosque tam in rectitudine nostrae Apostolicae fidei, quamque corporum sospitate in proprijs restituere iubeat: sic restituat superna maiestas per fortissimos atque inuictissimos labores vestrae a Deo corroboratae clementiae sub benigni vestri principatus regimine totam Christianam rempublicam, & fortissimis vestris sceptris aduersas subigat nationes, vt ex hoc omni animae atque omnibus gentibus satisfiat: quia quod per augustissimos apices de immunitate atque illesione euntium, Deo sibi adspirante, polliceri dignata est, adimpleuit in omnibus. Non enim nobis eorum scientia confidentiam dedit, vt ad pia vestra vestigia eos auderemus dirigere: sed hoc imperialis vestra benignitas clementer iubens hortata est, & nostra pusillitas, quod iustum est, obsequenter impleuit. Vt autem vestrae diuinitus instructae pietati, quid Apostolicae nostrae fidei vigor contineat, breuiter intuemus, quam percepimus per Apostolicam Apostolicorumque pontificum traditionem, & sanctarum quinque generalium synodorum, per quas fundamenta Catholicae Christi ecclesiae firmata atque stabilita sunt: hic igitur status est Evangelicæ atque Apostolicæ fidei, regularisque traditio, vt contentes sanctam & inseparabilem Trinitatem, id est, patrem & filium & sanctum spiritum, vnus esse Deitatis, vnus naturae & substantiae siue essentiae, vnus eam praedicemus & naturalis voluntatis, virtutis, operationis, dominationis, maiestatis, potestatis & gloriae. Et quicquid de eadem sancta Trinitate essentialiter dicitur singulari numero, tanquam de vna natura trium consubstantialium personarum, comprehedamus regulari ratione hoc institui. Cum vero de vno earum trium personarum ipsius sanctae Trinitatis, filio Dei, Deo verbo, & de mysterio admirandae eius secundum carnem dispensationis confitemur, omnia duplicia vnus eiusdemque Domini saluatoris nostri Iesu Christi secundum euangelicam traditionem asserimus, id est, duas eius naturas praedicamus, diuinam scilicet & humanam, ex quibus & inseparabile vnitionem subsistit. Et vnaquaque eius naturam, proprietate naturalem habere confitemur, & habere diuinam omnia quae diuina sunt, & humanam omnia quae humana sunt, absque villo peccato. Et vtraque, vnus eiusdemque Dei verbi incarnati, id est, humani,

*adorandae

*locus ob- scurus

*exercita- tione

*praeciperit, *percepit,

*satisfaci- endi,

TOM. 2.

nati, inconfuse, inseparabiliter, immutabiliter esse cognoscimus, sola intelligentia quae vnita sunt, discernentes, propter confusionis duntaxat errorem. Aequaliter enim & diuisionis, & commixtionis detestamur blasphemiam. Cum duas autem naturas duasque naturales voluntates, & duas naturales operationes cofitemur in vno Domino nostro Iesu Christo, non contrarias eas, nec aduersas ad alterutrum dicimus, (sicut à via veritatis errantes, apostolicam traditionem accusant, absit hæc impietas à fidelium cordibus) nec tanquam separatas in duabus personis vel subsistentijs, sed duas dicimus vnum eundemque Dominum nostrum Iesum Christum, sicut naturas, ita & naturales in se voluntates & operationes habere, diuinam scilicet & humanam: diuinam quidem voluntatem & operationem, habere ex æterno cum coessentiali patre communem: humanam, temporaliter ex nobis cum nostra natura susceptam. Hæc est Apostolica atque Euangelica traditio, quam tenet spiritalis vestri felicissimi imperij mater Apostolica Christi Ecclesia. Hæc est mera confessio pietatis. Hæc est Christianæ religionis vera atque immaculata confessio, quam non humana adinuenit versutia, sed spiritus sanctus per Apostolorum principes docuit. Hæc est firma & irreprehensibilis sanctorum Apostolorum doctrina, cuius synceræ pietatis integritas quoadmodum liberiter prædicatur, in republica Christiana vestre tranquillitatis imperium tuetur, stabilitur, & exultat, & felix (vt perfectè confidimus) demonstrabit. Credite humilimo mihi Christianissimi domini filij, quia pro stabilitate & exultatione eius, has cum fletibus preces effundo. Et hæc (licet indignus & exiguus) synceriter diligendo, præsumo consulere: quia vestra à Deo concedenda victoria, nostra salus est: vestre tranquillitatis felicitas, nostra latitia est: vestre mansuetudinis sospitas, nostra paruitatis securitas est. Et ideo cum corde contrito & profluentibus lacrymis, mente prostratus exoro, porrigere dignemini clementissimam dexteram Apostolicæ doctrinæ, quam cooperato piolorum laborum vestrorum beatus Petrus apostolus tradidit, non vt sub modio condatur, sed tuba clarior in toto orbe prædicetur: quia eius vera confessio, à patre de cælis est reuelata, pro qua à domino omnium beatus esse pronunciatu est Petrus: qui & spirituales oues Ecclesiæ ab ipso redemptore omnium, terna commendatione pascendas suscepit: cuius adnitente præsidio, hæc Apostolica eius ecclesia nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deslexa est, cuius auctoritatem, vtpotè apostolorum omnium principis, semper omnis catholica Christi Ecclesia, & vniuersalis synodi fideliter amplectentes, in cunctis secutæ sunt,

*per se separatas

*tuebitur, stabilitur & exultabit, *demonstrabitur.

*dirigendo

Matt. 16. e

Ioan. vlt. d

Romana Ecclesia nunquam errauit in fide.

TOM. 2.

omnesque venerabiles patres Apostolicam eius doctrinam amplexi, per quam & probatissima Ecclesiæ Christi luminaria claruerunt, & sancti quidem doctores orthodoxi venerati atque secuti sunt, hæretici autem falsis criminationibus ac derogationibus odijs infecuti. Hæc est Apostolorum Christi viua traditio, quam vbiq; eius tenet Ecclesia, quæ præcipue diligenda atque fouenda, & fideliter prædicanda est, quæ per veridicam confessionem Deo conciliat, quæ & Christo Domino commendabilem facit, quæ clementiæ vestre Christianum conseruat imperium, quæ à cæli domino largas viatorias vestre pijsimæ fortitudinis confirmat, quæ comitatur in prælijs, & expugnat aduersos: quæ vestrum à Deo propagatum imperium vbiq; vt murus inexpugnabilis protegat, quæ terrorem in contrarias nationes immittat, & ira diuina percellat, quæ & in bellis triumphales palmas de hostium deiectione atque subiectione cælestis tribuat, & in pace securum & hilarem vestrum fidelissimum principatum semper custodiat. Hæc est enim vera fidei regula, quam & in prosperis, & in aduersis viuaciter tenuit ac defendit hæc spiritalis mater vestri tranquillissimi imperij, Apostolica Christi Ecclesia: quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit: sed vt ab exordio fidei Christianæ percepit ab authoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata finetenus permanet, secundum ipsius Domini saluatoris diuinam pollicitationem, quam suorum discipulorum principi in facris Euangelij fatu est: Petre, inquit, ecce satan expetiuit vt cribraret vos, sicut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogavi, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra tranquilla clementia, quoniam Dominus & saluator omnium, cuius fides est, qui fidem Petri non defecuram promissit, confirmare eum fratres suos admouit, quod Apostolicos pontifices mee exiguitatis predecessores, confidenter fecisse semper, cunctis est cognitum: quorum & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamen diuina dignatione ministerio, pedisse qua cupit existere. Vt enim mihi erit, si veritatem Domini mei, quam illi synceriter prædicauerit, prædicare neglexero. Vt mihi erit, si silentio texero veritatem, quam erogare numularijs iussu sum, id est, Christianum populum imbueret & docere. Quid dicam in ipsius Christi futuro examine, si hæc (quod absit) prædicare eius sermonum veritatem confundor? Quid de me ipso, quid de commissis animabus satisfaciam, dum de officio suscepto rationem districte exegerit? Quis igitur, clementissimi

*fortitudinis confirmet.

Luc. 22. c

Matt. 25. e

tissimi atque pijsimi domini filij, (quod tremens & consternatus spiritu dico) non prouocetur illa admirabili pollicitatione, quæ fidelibus reppromittit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, inquit, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est? Et quem infidelium saltem non perterreat illa seuerissima comminatio, qua indignaturum se protestatur & asserit, inquit: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cælis est? Vnde & B. Paulus Apostolus gentium commonet & dicit: Sed licet nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis, præter quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Vbi itaque talis imminet deprauantibus, vel tacentibus veritatem pœna supplicij, quomodo non est fugienda de fidei Domini veritate subtractio? Vnde & Apostolica memoriæ mee paruitatis predecessores, Domini doctrinis iustructi, ex quo nouitas hæretica in Christi immaculatam Ecclesiam Constantinopolitanæ ecclesiæ præfules introducere conabatur, nunquam neglexerunt eos hortari, atque obsecrando commonere, vt à prauis dogmatis hæretico errore, saltem tacendo desisterent, ne ex hoc exordium dissidij in vnitatem Ecclesiæ facerent, vnam voluntatem, vnamque operationem duarum naturarum asserentes in vno Domino nostro Iesu Christo, quod Arriani & Apollinaristæ, Eutychnianistæ, Timotheiani, Acephali, Theodosiani & Galianitæ, & omnis omnino hæreticus furor, sine confundentium, seu diuidentium incarnationis Christi mysterium, docuit. Confundentes quidem sanctæ incarnationis mysterium, eo quod Deitatis & humanitatis Christi vnam naturam dicant, vnam eum, sicut vnum, voluntatem & operationem personalem habere contendunt. Diuidentes autem inseparabilem vnitatem in duas naturas, quas saluatore habere cognoscunt, non per vnitatem, quæ secundum substantiam facta cognoscitur, vniunt: sed blasphemantes, per affectum voluntatis, tanquam duas subsistentias, id est, duos quosdam, per concordiam iungunt. Porro Apostolica Christi ecclesia, spiritalis mater à deo fundati vestri imperij, & vnum Dominum Iesum Christum confitetur ex duabus & in duabus existentem naturis, & duas eius naturas, diuinam scilicet & humanam, etiam post inseparabilem vnitatem inconfusas, in eo esse defendit, & ex proprietatibus naturalibus vnamquamque harum Christi naturarum perfectam esse cognoscit, & quicquid ad proprietatis naturam pertinet, duplicia omnia confitetur: quia ipse idem Dominus noster Iesus Christus, & Deus perfectus est, & homo perfectus est, ex duabus & in duabus naturis: & post admirabilem incarnationem existens, nec Deitas sine hu-

manitate, nec humanitas eius sine Deitate possit intelligi. Consequenter itaque, iuxta regulam sanctæ catholicæ atque Apostolicæ Christi Ecclesiæ, duas etiam naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes esse confitetur & prædicat. Nam si personalem quiscquam intelligat voluntatem, dum tres personæ in sancta Trinitate dicuntur, necessè est vt & tres voluntates personales, & tres personales operationes (quod absurdum est & nimis prophandum) dicerentur. Sin autem, quod fidei Christianæ veritas continet, naturalis voluntas est, vbi vna hæc natura dicitur sanctæ & inseparabilis Trinitatis, consequenter & vna naturalis voluntas, & vna naturalis operatio intelligenda est. Vbi verò in vna persona Domini nostri IESV Christi mediatoris DEI & hominum, duas naturas (id est, diuinam & humanam) confitemur, in quibus & post admirabilem adunationem consistit, sicut duas vnus eiusdemque naturas, ita & duas naturales voluntates, duasque naturales operationes eius regulariter confitemur. Vt autem huius veridicæ confessionis intelligentia ex Veteris nouique Testamenti à DEO inspirata doctrina, pietatis vestre mentibus clareat: (plusque enim & incomparabiliter vestra possit clementia sensum sanctarum scripturarum penetrare, quam nostra pusillitas verbis defluentibus explanare) ipse Dominus noster Iesus Christus, qui verus & perfectus deus verus & perfectus homo est, in facris suis Euangelij protestatur in aliquibus humana, in aliquibus diuina, & simul vtraque in alijs de se patefaciens, vt se verum DEVM, verumque hominem credere, ac prædicare fideles suos perstrueret: orat quidem ad patrem vt homo, vt calicem passionis traheret, quia in eo nostræ humanitatis natura absque solo peccato perfecta est: Pater, inquit, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Et in alio loco: Non mea voluntas, sed tua fiat. Cuius testimonij sensum si à sanctis & probabilibus patribus explanatum, cognoscere cupimus, & quid mea voluntas, quid tua significet, veraciter intelligere, beatus Ambrosius in secundo libro ad beatam memoriæ Gratianum Augustum his verbis de hoc loco nos intelligere commonet, inquit: Suscepit ergo voluntatem meam, suscepit tristitiam meam, confidenter tristitiam nominò, quia crucem prædico, mea est voluntas, quam suam dixit: quia vt homo suscepit tristitiam meam, vt homo locutus est & ideo ait, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Mea est tristitia, quam meo suscepit affectu. Ecce claret, pijsime principum, quod hic sanctus pater verbum ipsum, quod dominus orans protulit, Non quod ego volo, ad

Matt. 10. d Luc. 12. b

Matt. 10. d Luc. 12. a

Galat. 1. b

*plus

*instruat

Matt. 26. d Marc. 14. d Luc. 22. d

Ambrosius

TOM. 2.

Phil. 2. a lo, ad humanitatem eius pertinere confi-
gnat, per quam & obediens secundum do-
ctrinam beati Pauli apostoli gentium dicitur
vsque ad mortem, mortem autem crucis.
Vnde & obediens parentibus intimatur,
quando quidem obedientiam eius voluntariam,
non secundum diuinitatem, quia omnium
dominatur, pium est intelligere: sed secundum
humanitatem, qua sponte se parentibus
subdidit. Quod & sanctus Lucas euangelista
similiter commemorat, eundem Dominum
nostrum Iesum Christum secundum humanitatem
orantem ad patrem introducens, & asserens: Pater,
si possibile est, transeat a me calix iste. Verum
tamen non mea voluntas, sed tua fiat. Quem
locum confessor Christi Athanasius antistes
Alexandrinae ecclesiae, in libro aduersus
Apollinarium haereticum de Trinitate & in
carnatione, etiam duali numero comprehendens,
sic explanat: Et quando dicit, Pater, si possibile
est, transeat a me calix iste, & tamen non
mea, sed tua voluntas fiat: Et iterum, Spiritus
promptus, caro autem infirma: duas voluntates
hic ostendit, & vnam quidem humanam, quae
est carnis, aliam autem diuinam. quod enim
humana propter infirmitatem carnis refugiebat
passionem, diuina autem eius prompta erat,
qua explanatione quid verius poterit intimari?
Quomodo enim non in eo duae voluntates, id
est, diuina & humana fideliter agnoscuntur,
in quo duae naturae etiam post inseparabilem
adunationem synodali praerogatio praedicantur?
Nam & Ioannes, qui super pectus Domini
recubuit, dilectus discipulus, eandem
continentiam his explanat verbis: Quia
descendi de caelo, non ut faciam voluntatem
meam, sed voluntatem eius qui misit me,
patris. Et iterum: Haec est voluntas eius
qui misit me, ut omne quod dedit mihi, non
perdam ex eo, sed ut resuscitet illud in
nouissimo die. Item eundem Dominum
introducitur cum Iudaeis disputantem, atque
dicentem inter caetera: Quia non quero
voluntatem meam, sed voluntatem eius qui
misit me. Cuius diuini sermonis intentum
beatus Augustinus praestantissimus doctor ita
aduersum Maximinum Arrianum disserit,
& dicit: Vbi autem dixit filius patri, Verum
non quod ego volo, sed quod tu vis: quod te
adiuuat, quod tua verba subiungis, & dicitis,
Ostendit verè suam voluntatem subiectam
suo genitori: quasi nos negemus, hominis
voluntatem voluntati dei esse debere
subiectam? Nam ex natura hominis hoc
dixisse Dominum, citò videt, qui locum
ipsam sancti euangelij pauli attentius
intuetur. Ibi enim dixit, Tristis est anima
mea vsque ad mortem. Nunquid ex natura
vniuersi Verbi possit hoc dici? Sed homo,
qui putas gemere naturam spiritus sancti,
cur non etiam naturam verbi Dei vnigeniti
tristè dicas esse

TOM. 2.

potuisse? Illi tamen quid tale diceretur? Non
ait, Tristis sum, quauis etiam si hoc dixisset,
non nisi ex natura hominis oportuisset
intelligi: sed ait, Tristis est anima mea, quae
sicut homo vtiq̄e habebat humanam, quam
& in hoc quod ait, Non quod ego volo,
aliud se ostendit voluisse, quam pater,
quod nisi humano corde non posset cum
infirmitate nostra in suum non diuinum,
sed humanum transfigurare affectum. Homine
quippe non assumpto, nullo modo patri
diceret vnicum verbum, Non quod ego
volo. Nunquam enim posset immutabilis
illa natura quicquam aliud velle, quam
pater. Haec si distingueretis Arriani, heretici
non essetis. Per quam disputationem hic
venerabilis pater demonstrat, quia & cum
dicit Dominus suam, humanitatis suae
significat voluntatem: & cum dicit, non esse
voluntatem suam, admonet nos, non nostram
quærere principaliter voluntatem, sed per
obedientiam, nostram voluntatem diuinam
subijcere voluntati. Vnde patet, quia &
humanam habuit voluntatem, per quam ob-
dijit patri: & immaculatam ab omni peccato
eandem humanam voluntatem, ut potè
verus DEVS & homo, hanc in semetipso
habuit. Quod & sanctus Ambrosius in
explanatione sancti Lucae Euangelistae sic
differit: Suam, ad hominem retulit: patris,
ad diuinitatem. Voluntas enim hominis,
temporalis: voluntas diuinitatis, aeterna.
Haec spiritalis pater commemorans, adstruit,
qualem voluntatem ex aeterno cum patre
& spiritu sancto filius communem naturaliter
habet, qualèque temporaliter per assumptam
humanitatem idem ipse in sua persona
suscepit. Quod & Apostolicae memoriae
sanctus Leo in epistola ad Leonem Augustinum
explanat, vnicuique formae, id est, naturae,
quae in Christo sunt, discreta consideratione,
quae in scripturis de eo referuntur, ad
signans: & hoc, quod suam diuinitatem
eius pertinere demonstrans, sic dicit: Secundum
quidem formam serui, non venit facere
voluntatem suam, sed eius qui misit eum.
Eccè enim hic Apostolicus pater, ad formam
serui eundem Domini nostri sermonem
congruere, nos docuit intelligere. Praeterea,
quomodo potè poterunt intelligi diuersa
super hoc sanctarum testimonia scripturarum,
quae nunc quidem ex natura humanitatis,
nunc autem ex diuinitate vnius eiusdemque
Domini nostri Iesu Christi veri Dei &
hominis adstruuntur, & modò scriptura
commemoratur: Omnia quaecumque voluit
Dominus, fecit in caelo & in terra. Itemque,
Sicut pater suscitatur mortuos & viuificat,
ita & filius, quos vult, viuificat. Et
leproso dicit: Volo, Mundare. Et nemo
possit cognoscere patrem, nisi filius, & cui
voluerit filius reuelare. Itemque quaedam
de

habuit, & probauit, Ambrosius

Leo episcopus

Psalm. 134.

Ioan. 5. d

Matt. 8. a
Matt. 11. d

de humana eius voluntate, Euangelij sacramenta
commemorant, cum dicunt, eum su-
per mare ambulante, velle, vt verè hominem,
suos transire discipulos. Et dum cum
discipulis per Galileam transiret, noluit vt
aliquis cognosceret. Et vt homo dicit, Me-
us cibus est, vt faciam voluntatem eius qui
me misit. Et nolebat per Iudaeam ambulare,
quia querebant cum Iudaei interficere. Et
iterum surgens, venit in partes Tyri, & in-
gressus in domum, noluit aliquem scire, &
non potuit latere. Ergo ille omnium conditor
ac redemptor, de quo dicitur, Omnia quae
voluit Dominus, fecit in caelo & in terra:
cuius velle hoc est, quod possit potestates,
in terris latere volens, non potuit, qui per
diuinam maiestatem ex aeterno cum patre
in caelestibus dominatur arcanis, & in manu
eius fines terrae sunt, nisi hoc ad humanam
eius voluntatem, quam temporaliter dignatus
est adsumere, redigatur? Quanto ergò errore,
taliam non discernens, inuoluitur, vt dicat
vna eademque voluntate & omnia in caelo
& in terra, quae voluit, Dominum posse, &
eadem iterum voluntate in domo vili volentem
latere, non posse, secundum Euangelica
testimonia? Sed si ad dispensationem humanitatis
eius, per quam humilitatem nostram assumpsit,
redigitur: omnia, quaecumque diuina eius
maiestate minora sunt, ad humanitatem
ipsius pertinere cognoscit, quae perfecte
suscepit absque vilo peccato, vt hanc etiam
perfectè saluaret. Quod enim ab eo non
susceptum est, nec saluatum est, secundum
quod nos constantissimus praedicator veritatis
Gregorius Nazianzenus praeful instituit. Itaque
si ab eo humana voluntas, sicut & natura,
suscepta est, & saluata est: & quod a
susceptore saluatum est, non ei poterat esse
contrarium. Nihil enim sibi contrarium
creator omnium condidit, vel per mysterium
incarnationis assumpsit. Et hymnicus Dauid
personam Domini nostri Iesu Christi in
psalmis introducens, pronunciat: Vt faciam
voluntatem tuam, Deus meus volui. Itemque,
Voluntati sacrificabo tibi. Nunquid secundum
veritatem alia est voluntas patris, quam
filij? aut aliud vult filius, quam pater? Si
igitur vnum volunt, & nulla est in sancta
Trinitate differentia voluntatis, quomodo
intelligendum est, quod propheta de eius
persona testatur, Vt faciam voluntatem
tuam, Deus meus volui, nisi fideliter
intelligatur de immaculata eius humanitatis
voluntate dixisse? Vnde & sequitur, Legem
tuam in medio cordis mei. Nullus enim est,
qui ambigat, quod idem psalmus in persona
Christi à propheta praedicatus est. Quod &
Apostolus Paulus in epistola ad Philippenses,
si fidem plenam quisquam intèdere velit,
adnunciat, de eodem domino non

TOM. 2.

stro Iesu Christo sic inquit: Qui cum in
forma Dei esset, non rapinam arbitratus est,
esse se aequalem Deo: sed semetipsum
exinanuit, formam serui accipiens, in similitudinem
hominum factus, & habitu inuentus vt homo,
humiliauit semetipsum, factus obediens vsque
ad mortem, mortem autè crucis. Eccè hic
verissimus praeco, & formarum (id est, naturarum)
Christi differentiam docet, & obedientiam vsque
ad mortem humanam formae prudenter assignat.
Nam quis intantum à luce veritatis abscessit,
vt secundum diuinitatis suae voluntatem
praesumat dicere Dominum nostrum Iesum
Christum patri obedisse, cui est aequalis in
omnibus, & hoc velit in omnibus & ipse
quod pater? Aut quis non intelligat obedientiam
humanam magis competere voluntati, in qua
nullum habuit omnino peccatum? Nec diceretur
obediens vsque ad mortem, nisi humanam
in se suscipere voluntatem, sicut animam
rationalem, carnemque cum omnibus suis
proprietas humanatus assumpsit. Praeterea,
vt clareat vestrae piissimae benignitati,
quod naturalis est humana voluntas, & qui
voluntatem humanam in Christo abnegat,
absque solo peccato, cum nec habere humanam
animam confitetur, veritatis prudentissimus
praedicator beatus Augustinus in quinto
volumine disputationis aduersus Iulianum
Pelagianum, quid sit voluntas, his definit
verbis: Motus animi quid est, nisi motus
naturae? Animus enim sine dubitatione
natura est: proinde voluntas motus est naturae,
quoniam motus est animi. eccè per huius
prudentissimi patris definitionem, quid sit
humana voluntas, monstratum est, quia
animi motus est. Item in eodem volumine:
Veritas autem dicit, quantum est voluntas
vlla, à natura non potest separari. Et
rursus in eodem volumine: Et aliunde est
voluntas, & esse non cognoscitur: & si
eius origo quaerenda non est, non ideo
quaerenda non est, quod voluntas aliunde
non est, sed quia manifestum est vnde sit.
Ab illo enim est voluntas, cuius est voluntas:
ab angelo scilicet voluntas angeli, ab homine
hominis, à DEO Dei. Et si operatur Deus
in hominem voluntatem bonam, id agit, vt
oriatur ab illo bona voluntas, cuius est
voluntas. Et iterum: Cur ergò negas, inquit,
clausis oculis res apertas, de natura hominis
exoriri hominis voluntatem? Itemque: Ipse
animi motus, cogente nullo, voluntas est:
quia propter hoc est dicere, voluntas existit
de animi motu, quod voluntas existit de
voluntate. Et iterum: Itaque verò Iuliane,
ex homine hominis voluntas non oritur,
cum homo bonum opus Dei sit? Postremo,
potuistne ascendere in cornu, exoriri
quidem hominis voluntatem, sed non de
libero eius arbitrio. Dic ergò, vnde, si non
de natura, id est, non de

HHHH

Augustinus

Voluntas quid sit.

de ipso homine? Quibus testimonijs claret, vnumquaque earum, quas hic spiritualis pater dinumeravit naturas, propriam naturalem habere, & vnicuique assignari debere voluntatem. Neque enim poterit angelica natura diuinam habere voluntatem aut humanam, neque humana natura voluntatem dei vel angeli: sicut nec alterius, quam est, quisquam naturaliter habere poterit motum, nisi quod est naturaliter, aut creatus est. Cum haec ita veritas habeat, certissime claret, quod in Domino nostro Iesu Christo duas, id est, Dei & hominis, naturas siue substantias confitentes in vnam conuenisse substantiam siue personam, necesse est, & duas nos naturales in eo fateri voluntates, diuinam scilicet & humanam: quia neque diuinitatem eius, quantum ad naturam rationem pertinet, humanam habuisse voluntatem dicendum est: neque humanitatem eius, diuinam habuisse naturaliter voluntatem, credendum est: neque rursum aliquam ex eisdem duabus Christi substantijs abscque naturali voluntate extitisse fatendum, cum & humana per omnipotentiam diuinitatis eius sublimata sit, & diuina per humanitatem eius hominibus referatur. Reddere itaque necesse est, quae diuina sunt, eidem vt deo: quae humana sunt, eidem vt homini: & vtraque per substantialem adunationem vnius eiusdemque Domini nostri Iesu Christi, veraciter cognoscenda. Quod verissima definitio sancti Chalcedonenis concilij commonet, asserens: Sequentes igitur sanctos patres, vnum eundemque confiteri filium & Dominum nostrum Iesum Christum, consonanter omnes nos docemus, eundem perfectum in Deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum verum & hominem verum, eundem ex anima rationali & corpore, consubstantiali patri secundum Deitatem, & consubstantiali nobis eundem secundum humanitatem, & per omnia nobis similem abscque peccato, ante secula quidem de patre genitum secundum Deitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos, & propter salutem nostram ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem, vnum eundemque Christum filium * Dei vngeneritum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indiuisum, inseparabiliter cognoscendum, nusquam sublata naturarum differentia propter vnionem, magisque salua proprietate vtriusque naturae, & in vnam personam atque substantiam concurrente, non in duas personas partitum atque diuisum, sed vnum & eundem filium vngeneritum vnum verbum Dominum Iesum Christum. hoc idem etiam & sancta synodus, quae sub augustae memoriae Iustiniano principe in Constantinopolit. 5. li congregata est, in septimo definitionum capitulo praedicat: Si quis in duabus naturis, dicens, in Deitate videlicet & humani-

Chalcedo-
nenis Con-
cilij actio-
nis.

Constanti-
nopolit. 5.

TOM. 2.

tate, vnum Dominum nostrum Iesum Christum cognosci non confiteretur, vt per hoc significet differentiam naturarum, ex quibus inconfusa & ineffabilis veritas facta est, neque verbo in naturam carnis transfigurato, neque carne in verbi naturam translata: (manet enim vtrunque, quod est secundum naturam, & post factam vnionem secundum substantiam, sed in diuisione per partem huiusmodi suscipit vocem in mysterio Christi, aut numerum naturarum confitens in vno eodemque Domino nostro IESU Christo, Deo verbo incarnato, non tantummodo contemplatione differentiam earum accipit, ex quibus & compositus est, non interemptam propter vnionem, (vnum enim ex vtriusque, & per vnum vtraque) sed propterea numero vtitur tanquam diuisas proprias substantiae consistentes naturaliter, talis anathema sit. Propterea, quae nos haec venerabiles synodi commonet, fideliter necesse est custodire, vt nusquam differentiam naturarum propter vnionem adimamus, sed salua proprietate vtriusque naturae, vnum Christum Deum verum ac perfectum, & eundem hominem verum atque perfectum confiteamur. Quocirca, si in nullo differentia naturarum Domini nostri Iesu Christi sublata est, necesse est vt in omnibus proprietatibus eandem differentiam conseruamus. Qui enim in nullo adimendam differentiam docuit, in omnibus hanc seruari debere commouit. Vbi autem vna voluntas & operatio ab haereticis haereticorumque, seque acibus dicitur, qualis in ea differentia cognoscitur? Vel vbi secundum hanc sanctam synodum differentia conseruatur, dum, si vna in eo voluntas (quod absurdum est) asseritur, necesse est eos, qui hoc asserunt, aut diuinam eam dicere, aut humanam, aut ex vtriusque compositam, commixtam atque confusam, aut (vt haereticis omnes asseuerant) Christum vnam habere voluntatem & operationem, tanquam de vna (vt perhibent ipsi) eius natura composita procedentem? & perit in hoc proculdubio differentia naturalis, quam sancta synodus, etiam post admirabilem vnionem, nobis in omnibus conseruandam sanxerunt. Quia etiam vnum Christum, vnamque eius personam ac substantiam, propter vnionem videlicet naturarum, quae facta est secundum substantiam, docuerunt: differentiam tamen ipsarum, quae in eo ordinate sunt naturarum, post admirabilem atque inseparabilem adunationem, vsque ad intelligentiae contemplationem nos cognoscere ac praedicare tradiderunt. Si itaque proprietates naturarum in vno eodemque Domino nostro Iesu Christo propter differentiam conseruantur, & differentiam quoque naturalium eius voluntatum & naturalium operationum plena fide nos congruit confiteri, vt eorum doctrinae per-

diffe

dissequi in omnibus approbemur, & nihil haereticae nouitatis in Christi Ecclesiam admittamus. Licet enim numerosa etiam aliorum sanctorum patrum existant volumina, parua tamen testimonia de libris, qui in Graeco sunt, propter fastidium in hac humilima suggestione subneximus. Sancti Gregorij Theologi ex secundo libro de filio, circa illud quo dicitur, descendisse de caelo filium, non vt faciat voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit eum: Si ergo, inquit, non ab eodem, qui descendit, haec dicta fuissent, dixissemus vti que tanquam ab homine formari verbum, non illo, qui in Salvatore intelligitur: illius enim velle nec contrarium est Deo, cum deificatum sit rotum. Sancti Gregorij Nysseni lib. 2. contra Eunomium: Quomodo Dominus mundum sibi reconcilians, distribuere animae corporique beneficium, quod ab eo fiebat hominibus volens quidem per animam, tangens autem per corpus. Eiusdem de libro contra Apollinarem: Huiusmodi autem sermonis haesitationi vna erit consolatio, vera mysterij confessio: quoniam formidare quidem in passione, humanae fragilitatis est, iuxta quod Dominus ait, Spiritu promptum esse dicens, carnem autem infirmam: suscipere autem dispensationis passionem, diuinae voluntatis atque virtutis est. Quonia igitur altera humana voluntas, & diuina altera est, loquitur quidem vt homo, quod infirmitati carnis congruit, qui nostras passiones suscepit: producit secundam vocem, excelsam, & Deo dignam voluntatem confirmari, quam humanam, propter salutem hominum volens. Qui enim dixit, Non mea voluntas, humanam praesenti sermone significauit: addens autem, tuam, ostendit cognitionem propriae diuinitatis ad patrem, cuius diuinitatis nulla est differentia propter vnionem naturae. Sancti Ioannis episcopi Constantinopolitani de sermone ad eos, qui ad Missas non occurrerunt, & de consubstantiali: Si igitur patris & filij vna voluntas est, quomodo hic dicit, Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis? Si enim in diuinitate, quod dictum est, sit hoc, aliqua contradictio erit. Si autem de carne habent rationem, quae dicta sunt, & nullum ex hoc erit scandalum. Nec enim, nolle mori carnem, reprehensio est, quoniam hoc naturae est: ipse autem, quae naturae sunt, omnia abscque peccato ostendit, & cum multa abundantia, vt etiam haereticorum obturet ora. Quando autem dicit, Si potest fieri, transeat a me calix iste, & non sicut ego volo, sed sicut tu: nihil aliud ostendit, nisi quia carnem verum indutus est timentem mortem, mortem enim timere, & dubitare, & anxiam, illius est. Sancti Cyrilli episcopi Alexandriae, de libro Thesaurorum: Quando videtur timens mortem, & dicens, Si potest

Gregorij
Nazian-
zenus.
Ioan. 6. d

Gregorius
Nyssenus.

Matt. 26. d

* dispensati-
onis passio-
nis.

Ioan. Chry-
sostomus.

Matt. 26. d
Luc. 22. c

Cyrillus.

TOM. 2.

fieri, transeat a me calix iste: considera iterum, quoniam formidans mortem, caro docebatur a Deo verbo induta, hoc deinceps minimè pati. Dicebat enim ad patrem, non sicut ego volo, sed sicut tu. Et non quidem timebat ipse mortem, secundum quod Verbum est & Deus, sed vsque ad finem dispensationem perficere properabat: haec enim erat patris voluntas. Habet autem & nolle mori, eo quod mortem caro recusabat naturaliter. Ex quibus veridicis testimonijs similiter demonstratur, duas in vno eodemque nomino nostro Iesu Christo naturales voluntates praedicasse, diuinam videlicet & humanam, hos venerabiles patres. Cum enim dicit sanctus Gregorius Nazianzenus, illius enim velle, qui in Salvatore intelligitur, hominis, ostendit humanam Saluatoris voluntatem per ipsam vnionem ad verbum, deificatam fuisse, & idem non esse contrariam Deo. Itemque demonstrat, quia & humanam, licet deificatam, habuit voluntatem: & idem ipse (sicut in sequentibus docet) habuit & diuinam, vnam eandemque cum patre. Si enim & diuinam, & deificatam habuit, duas vti que habuit voluntates. Quod enim natura diuinum est, deificari non indiget: quod verò deificatur, non est profectò natura diuinum. Et dum dicit sanctus Gregorius Nyssenus magnus episcopus, veram esse mysterij confessionem, alteram debere intelligi humanam voluntatem, & alteram diuinam in Christo: quid intelligi commonet, alteram dicendo voluntatem, & alteram, nisi duas manifestissime voluntates? Itemque cum S. Ioannes presul egregius docet, vnam quidem secundum diuinitatem, patris & filij intelligi voluntatem, & eundem iterum Dominum Iesum Christum filium Dei, velle dicit vt hominem & secundum carnem, rationabiliter & sine scandalo dictum debere cognosci, quod nollet mori, idcirco quod humana sit natura irreprehensibiliter hoc volentis: clarum est, quod & ipse duas naturales in Christo praedicet voluntates: diuinam, quae vna est patris & filij: humanam, quae affectum viuendi naturaliter gerit. Et cum constantissimus orthodoxae fidei praedicator B. Cyrillus dicit, quae secundum quod erat verbum, non timebat mortem, sed volebat vsque ad finem dispensationem perficere, quia haec erat voluntas patris, quae est secundum diuinitatem & filij: & habuisse eundem ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, secundum humanitatem, non moriendi voluntatem, id est, humanae vitae naturalem affectum: ostendit duas eum, diuinam scilicet & humanam, proculdubio in se voluntates habere: vnam scilicet, qua dispensationem volebat perficere: alteram, qua dicit nolle carnem naturaliter mori. Nihilominus autem & de duabus naturalibus operationibus Christi datur

HHHH 2 intelli-

Hilarius.

Idem vt supra.

Athanasius adrequē.

* præexercitumur.

intelligi, quando idem venerabiles patres vnicuique Christi naturam propriam operationem assignant. Vnde sanctus Hilarius defensor veritatis egregius, in nono libro de fide aduersus Arrianos, ita nos instruit: Natus igitur vnigenitus Deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporum in semetipso prouecturus in Deum hominem, hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit, vt se dei filium credi doceret, & hominis filium prædicari admone- ret, loquutus & gerens homo vniuersa que Dei sunt, loquens deinde & gerens DEVS vniuersa que hominis sunt: ita tamen, vt in ipso illo vtriusque generis sermone, nunquam nisi cum significatiōe & hominis locutus & Dei sit, vt veraciter duæ intelligerentur nature. Itemque ex eodem volumine post pauca: Vidēsne ita Deum & hominem prædicari, vt mors homini, DEO verò carnis excitatio deputetur: nō tamen, vt alius sit qui mortuus est, & alius sit per quem mortuus refurgit? spoliata enim carne, Christus est mortuus. Et rursum Christum à mortuis excitās idem Christus, est carne se expolians. Naturam dei, in virtute resurrectionis intellige: dispensationem hominis, in morte cognosce. Et cum sint vtraque suis gesta naturis, vnum tamē Christum Iesum eum memento esse, qui vtrunque est. Nunquid ambigū poterit arbitrari, quod hic pater lucem veritatis illustrat, dum dicit, & locutum & gerentem eundem Dominum nostrū Iesum Christum, cum esset homo, vniuersa que Dei sunt: & eundem ipsum rursum gerentem, cum est Deus, vniuersa que hominis sunt, & vtrunq; genus significatiuē Dei & hominis demonstrantem? vt intelligere volentibus viam veritatis aperiat, quia idem ipse cum vnus sit Christus Deus & homo, & diuinæ operationis potētiam, & humane naturæ operationem habere se comprobat, vt vtraque cum alterutrum salua cōtemplatiua discretione significet. Et quia vtraque, & virtutis diuinæ & dispensationis humane, vnum eundemque Dominum nostrum Iesum Christum, qui vtrunq; est, suis naturis gessisse pronūciat, qui & diuinam operatiōem vnā habet ex æterno cum patre, & temporalem humanam operatiōem, homo factus pro nobis, in seipso indiminutē suscepit, vt veraciter vtrunque esset, & ex naturarum proprijs operationibus, quod erat, nasceretur. S. verò Athanasius * atque Christi confessor in libro tertio aduersus Arrianos, pariter nos instruit: Sicut enim indutus carne Dominus, factus est homo: ita & nos homines per verbum Dei facti, sumus assumpti per carnem eius etiā vitam æternam fortiemur. Hæc necessariō præexercitumur, vt si viderimus eum per instrumentum sui corporis deificē agentē vel dicentem aliquid, cognoscamus quia

Deus existēs, hæc operetur: & iterum, si viderimus eum humanē loquentem aut patientem, nō ignoremus quia carne indutus, factus est homo. Et si hæc facit, & loquitur, singulorum enim proprietatem cognoscētes, & vtraque ex vno agi videntes & intelligentes, rectē credamus, & non aliquando errabimus. Quā prudenter hic memorabilis pater ex operationū qualitibus, naturarum que in Christo sunt, differentiam docet intelligi, & tanquā res ipsas ꝑ oculis gerens, manu spiritalis doctrinæ legentibus monstrat, cum dicit, ex vno vtraque agi, id est, vtraque operationes, diuinā scilicet & humanam, ex vno eodemque procedere? Et commonet, nō posse errare, qui secundum hanc rectam intelligentiam credit. Itemque, cum dicit, Dicebat & simul faciebat humana, docet quod humanæ in se operatiōis, sicut & loquutionis, proprietatem habebat. Nam si humanē non operatus est, nec loquutus: quanquā & dum humanē locutus & operatus est, simul operabatur vt Deus. Sanctus quoque Dionysius Areopagita episcopus Atheniensis, in libro diuinorum nominum cap. 2. similiter docet: Discreta est autem benignissima circa nos Dei operatio pro hoc, quod secundum nos ex nobis integrē vereque humanatum est verbum, quod est supra substantiam, & operari, & pati, quanta humane eius & diuinæ operationi congruunt, præcipua ac probabilia. His nanque pater & spiritus nulla ratione communicant, nisi quis dixerit, secundum benignissimam & misericordem voluntatem, & per omnem sublimissimam & ineffabilem Dei operatiōem, quam operatus est secundum nos factus incommutabilis, eō quod deus & dei verbum. S. Ambrosius 2. lib. ad Gratianum Imperatorē: Aequalis ergo in DEI forma, minor in susceptione carnis & hominis passiōe. Nam quomodo eadem possit minor esse æqualisque natura? Quomodo autem si minor est, eadē facit similiter que pater facit? nam quemadmodum eadē operatio diuersæ est potestatis, nūquid sic potest minor, quemadmodum maior, operari? aut vna operatio potest esse, vbi diuersa substantia est? Itaque accipe Christum secundum diuinitatem, minorem nō posse dici.

Ex Tomo fidei S. Leonis Romani Episcopi pontificis, ad sanctum Flavianū episcopum & confessorē: Agit enim vtraque forma cum alterius communione, quod proprium est, verbo scilicet operāte quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Vnum horum coruscant miraculis, aliud succumbit iniurijs. Et sicut verbū ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit.

Eiusdem de epistola ad Leonem Imperatorē directa: Licet ergo in vno Domino Iesu

Dionysius Areopagita.

Ambrosius cap. 4.

Leo papa.

Epist. 10.

Epist. 97.

Leo papa

Gregorius Nyssenus.

Cyrillus Alexandrianus.

Ambrosius Mediolanensis.

Iesu Christo, vero Dei atque hominis filio, verbi & carnis vna persona sit, quæ inseparabiliter atque indiuisè communes habebat actiones, intelligendæ tamen ipsorum operum qualitates, & synceræ fidei cōtemplatione cernendum est, ad quæ prouehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo Deitatis: quid sit quod caro sine verbo non agit, & quid sit quod verbum sine carne non efficit. S. Gregorius episcopus Nyssenus in lib. 5. contra Eunomium hæreticum: Ieiunans autem quadraginta dies, postea esuriit. Dedit enim, quando voluit, naturæ tempus propria operari.

Sancti Cyrilli Alexandriæ episcopi de libro Thesaurorum 122. Ergo quæ Deo decenter dicta vel acta sunt, ostendunt saluatorem Christum Deum: & iterum, quæ secundum hominem dicta vel facta sunt, ostendit veraciter hominem. Hæc est enim mysterij virtus. Homo factus est Deus verbū, non vt iterum, sicut Deus ante humanationem, omnia agat & loquatur, sed vt sepius propter mysteriū dispensationis, quæ cum carne est, & sicut homo dicat aliqua. Hanc ergo habentes mysterij virtutem, quomodo non est ineptum scādalizari auditores, cum aliquid vt homo loquatur? Loquitur enim vt homo, loquitur autem & sicut Deus, habens in vtrisque potestatem. Claret & horum sanctorum patrum intentio spiritali discretione cernentibus, quod secundum catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ fidei regulam, duas operatiōes in Christo, id est, diuinam humanamque cognoscunt, dum sanctus quidem Dionysius dicit discretam esse operatiōem Christi, quæ secundum nos est ex nobis, & ex hoc integrē & verē humanatum neum verbum cognosci. Itemque, cum dicit, operari & pati, quæ humane eius diuinæque operatiōi congruunt, id est, quæ humane eius operatiōi, licet diuinitati, conueniunt, secundum quam Deus pater & Spiritus sanctus nulla ei ratione communicant. Ibi enim discretio esse cognoscitur, vbi differentia proculdubio demonstratur. Si ergo secundum aliam operatiōem vna est patris & filij & Spiritus sancti operatio, secundum aliā nulla ratione pater & Spiritus sanctus eidē naturali ratione communicant, duæ proculdubio operatiōes in vno eodemque Domino nostro Iesu Christo vero deo & perfecto, & homine vero & perfecto, dicendæ sunt. Et dum ostendit doctor magnus Ambrosius, non posse diuersæ potestatis vnā operatiōem existere, nec minore posse operari quod magnā, nec vbi diuersa substantia est, vnā posse operatiōem intelligi: demonstrat manifestis indicijs, quod non possit vnā naturalem operatiōem habere Diuinitas & humanitas Christi, li-

cet vnus personæ esse noscuntur, & cum alterutrum communione operari cernuntur. Vbi itaque maior, & minor dicitur operatio, non de vna, sed de duabus naturalibus vnus Christi operatiōibus intimatur. Et dum defensor veritatis sanctus Leo ad confessorē Christi Flavianum in dogmatico Tomo edidit, inquit: Agit vtraque forma cum alterius communione quod proprium est, & subsequenter per intelligenti rationem discernit, verbum quod verbi est operas, & carnem quod carnis est exequentem, & vniuscuiusque naturæ congruentia opera contemplatur, quanuis eas ab alterutrum communione non separet: rebus ipsis ostendit eximius pontifex, immo & omnis cum eo generalitas sancti Chalcedonenis Concilij, quod & Deitas Christi naturalem operatiōem inconfusam in vnitatem seruauit, & humanitas eius, quæ ad operatiōem humane substantiæ competunt, exequuta est, & vtraque de vno inconfusè atque inseparabiliter processerunt Domino nostro Iesu CHRISTO, qui ex vtrisque naturis subsistit, & in vtrisque vnus idemque permansit. Et dum ad piæ memoriæ Leonem Augustum symbolum veræ confessionis explanat, & verbi carnisque vnā personam esse veraciter prædicat, intelligentiæ tamen viam aperit, vt ex ipsorum operum Christi qualitibus, id est, ex naturali operatiōe vnaqueque vnitatum in Christo secundum subsistentiam naturarū, cuius sit substantiæ, cognoscatur. Neque enim hic præco veritatis admisit, vt humana operatio, quam ex tempore Dominus cum natura suscepit, æternæ eius assignetur essentia, aut diuinæ eius substantiæ, humane operatiōis mensura adscribatur: sed manentem nihilominus vnitatem personæ, naturas quæ in Christo secundum subsistentiam vnitæ sunt, ex operatiōibus suis agnouit. Si itaque duæ naturæ sunt, quarum in vno Christo vnitio facta est, duæ profectō sunt & harum naturarum operatiōes, quæ cum suis naturis inconfusè atque inseparabiliter cōueniunt in vno Domino Iesu Christo. Similiter autem & sanctus Nyssenus Gregorius dedisse dicit Dominum saluatorem humane naturæ, quam in se habuit, tempus propria operandi, vt apertius demonstraret, quod & humana natura quæ in Christo est, habuit propriæ operatiōis efficaciam naturalem. Vnde certum est, & huc duas in CHRISTO naturales operatiōes nihilominus cognouisse. Nam & defensor veritatis beatus Cyrillus Alexandrianus antistes dum colligit, quod ex his, quæ Deo decenter dicta vel acta sunt à Domino saluatore, Deum eum ostendi, & quæ ab eodem secundum hominem dicta vel facta sunt, ostendi eum veraciter hominem:

manifestum est, quod ex naturalibus operationibus Christi, Christum deum verum atque perfectum, & eundem hominem verum atque perfectum esse cognouit. Nec enim est alia tam manifesta probatio, quae posset eundem ipsum & Deum & hominem demonstrare, quam naturales operationes, ex quarum qualitatibus & naturae, de quibus essentialiter procedebant, certissime in eo esse credebantur. Si itaque in duabus, & post inseparabilem vnitionem, naturis esse cognoscitur, ubi dualitas naturarum incognita permanet, nec earum potuerunt operationes confundi, sed de vno eodemque Domino nostro Iesu Christo suis naturis congruenter procedebant. Non desunt autem & aliorum venerabilium patrum probatissima testimonia, duas manifeste dicentium naturales operationes in Christo, vt silentio transeamus sanctum Cyrillum Hierosolymitanum, sanctum Ioannem Constantinopolitanum, vel quicumque postmodum pro rectitudine venerabilis concilii Chalcedonenis, & Tomo sancti Leonis satisfaciendo, laboriosos conflictus aduersum confundentium haereses pertulerunt, de quorum errore & noui dogmatis descendit assertio, id est, beatae memoriae Ioannes Scythopolitanus episcopus, Eulogius Alexandrinus episcopus, Euphræmius & Anastasius maior Theopolitanae Ecclesiae antistites dignissimi, & praeter omnes aemulatores verae & Apostolicae fidei pia memoriae Iustinianus Augustus, cuius fidei rectitudo, quantum pro sincera confessione Deo placuit, tantum Reipublicam Christianam exaltauit. Et utique ab omnibus gentibus eius religiosa memoria veneratione digna censetur, cuius fidei rectitudo per augustissima eius edicta in toto orbe diffusa laudatur quorum vnum, quod ad Zoilum Alexandrinum praesulem aduersus Acephalorum haeresim missum est, per Apostolicae fidei rectitudinem satisfacere sufficiens, cum hac nostrae humilitatis suggestionem vestrae tranquillissimae Christianitati dirigentes, per praesentium latores offerimus. Sed ne multorum dictorum vendicata, onerosa putaretur assertio, & maxime, quibus totius mundi tanquam in fortissimo fundamento cura ac dispensatio inesse dignoscitur, exigua de numerosis huic humiliter suggestioni inferere sanctorum patrum testimonia maturauimus: quia & hoc incomparabile nimis & magnum est, vt totius Reipublicae Christianae cura paulisper submotam, per amorem atque veram religionis flagrantiam, apostolicam praedicationis enucleatius agnoscere cupiat augustissima & religiosissima vestra clementia. Enimvero ex diuersis probabilibus patribus orthodoxae fidei veritas claruit, licet exiguis testimonijs: quia re aper-

Iustinianus Imperator

TOM. 2.

tam & omnibus clarum, patres laudabiles superfluum esse censebant, differere. Quis enim, licet tardus sit ad intelligentiam, non videat quod omnibus patet? Quia impossibile & contra ordinem naturae est, posse esse naturam, & operationem non habere naturam: quod nec ab haereticis vnquam in initium est dici, qui omnes aduersus rectitudinem fidei humanas versutias & calidas quaestiones, atque collectiones illorum prauitatis congruas, repperunt. Quomodo itaque quod nec a sanctis orthodoxis patribus dictum est vnquam, nec a prophanis haereticis praesumptum est inueniri, nunc poterit continuari, vt duarum CHRISTI naturarum, diuinae scilicet & humanae, quarum & proprietates saluae esse noscuntur in CHRISTO, vnam habere operationem quisquam, recte sentiens, poterit demonstrare? cum si vna est, dicant, si temporalis, an aeterna dicenda est: diuina, an humana: incondita, an condita: eadem quoque & patris est, an altera praeterquam patris. Si igitur vna est, eademque vna & diuinitatis & humanitatis CHRISTI communis est, quod absurdum est dici: ergo dum filius DEI quidem qui DEVS & homo est, humana est operatus in terris, pariter & pater cum eo naturaliter operatus est: quia quae pater facit, haec & filius facit similiter. Sin autem (quod veritas continet) dum humana quaedam operatus est CHRISTVS, ad solam eius vt filij personam redigitur, quae non est eadem quae & patris, secundum aliud profectum & aliud operatus est CHRISTVS, vt secundum diuinitatem, quae facit pater, eadem & filius faciat: similiter secundum humanitatem, quae sunt hominis propria, idem ipse operatur vt homo, qui verbum est & DEVS & homo. Vnde & veraciter creditur, quod idem ipse, cum vnus sit, duas habet naturales operationes, diuinam scilicet & humanam, inconditam & conditam, vt verus & perfectus DEVS, verus & perfectus homo, vnus idem ipse mediator DEI & hominum dominus IESVS CHRISTVS. Quocirca & ex operum qualitatibus, naturarum quoque, quae in CHRISTO per vnitionem, quae secundum substantiam conueniunt, differentia inoffense cognoscitur. Vt autem & DEO odibilium haereticorum, quorum sicut vocabula, pariter abominamur & dicta, ad demonstrationem duntaxat, quos noui dogmatis inuatores vniam in CHRISTO dicendo voluntatem & operationem, sequuti sunt, parua quaedam ex eorum execrabilibus dictis inneximus. Apollinaris haereticus contra Diodorum, secundum quod possitum est in edicto orthodoxae fidei Iustiniani

autumari

Ioan. 5. d

1. Tim. 2. d

Apollinaris haereticus.

ani

ani pie memoriae Augusti: Organum, & quod mouet, vnam solet perficere operationem. Quorum autem vna est operatio, horum vna est essentia. Vna ergo essentia facta est verbi & carnis. Item eiusdem in sermone, qui superscriptus est, in Epiphania incarnationis DEI: Vnus enim Christus diuina tantum voluntate mouebatur, secundum quod & vnam eius nouimus operationem, & in diuersis miraculis & passionibus de vna eius natura procedentem. DEVS enim carnem indutus est, & creditur. Seueri haeretici de prophanetico sermone, facto in Daphne in martyrio sanctae Euphemiae, ubi sic ait: Anathematizamus autem synodum Chalcedonensem, sed & Tomum Leonis praesulis Romanae Ecclesiae, & eos qui dicunt vel dixerunt, in duabus naturis vnum Dominum nostrum IESVM Christum post ineffabilem & incomprehensibilem vnitionem, & sequenter earum duas operationes aut proprietates. Item eiusdem Seueri ad Sergium Grammaticum, ubi ait: Quoniam igitur vnus est operans, vna est & eius operatio, & motio operaria. Item ex libro secundo Nestorij hominicolae, quem scripsit Epiphanius Mysus: Inconfusus custodimus naturas, non secundum substantiam arbitrio tantum copulatas, propter quod eam vnam voluntatem & operationem & dominationem videmus dignitatis aequalitate ostensas. Deus enim verbum, assumens quem praedestinavit hominem per potestatis rationem ad eum, non est secretus propter praestitum affectum. Theodosij haeretici Alexandriae, de tomo ab eodem scripto Theodora Augustae: Reliquum est, vt vna sit operatio ex vtrisque deifica, quoniam & vnus esse & eiusdem dicimus DEO decibilia omnia, atque irreprehensibiles passiones. Et post pauca: Et vnam esse eandemque vnus Domini nostri IESV Christi, & DEO dignam sapientiam, scientiamque omnium, & cogitationem secundum vtrumque, id est, secundum eius diuinitatem, & secundum eius humanitatem, quia & vnam operationem consistemus DEO dignam, sicut superius dictum est. Et iterum: DEO digna autem eius operatione vna existente, necessè est & inseparatam eam esse, atque indiuisam. Et iterum: Proprias sibi faciens, quae eius sunt, id est, quae carnis sunt, faciensque in ea suae naturae operationem. Facere vero in ea, quid est, nisi locupletari per vnitatem verbi eius DEO digna operatione, quae inconfusa atque incommutabiliter vnitam ei animatamque carnem demonstrat? Ecce, piissime domine fili, sanctorum patrum testimonijs tanquam radijs spiritualibus Ecclesiae Catholicae atque Apostolicae doctrina illustrata est, & haereticorum

Seuerus haereticus.

homicolae Epiphanius.

Theodosius haereticus.

TOM. 2.

ticae prauitatis tenebrae, quae errorem imitantibus obiecerunt, reuelatae sunt. Nunc necessè est, vt noui dogmatis intetio quoniam sequuta est, & quorum doctorum auctoritate fulcit, annotemus. Cyrus Alexandrinus in septimo definitionum eius cap. ad locum, Et eundem vnum Christum, & vnum filium, operantem DEO decibilia & humana vna Dei vnica operatione, secundum beatum Dionysium. Item Theodori quondam episcopi Pharanitani, ex rescripto ad Sergium episcopum Arsenoite, ad locum: Et propterea vna operatio totius, sicut vnus eiusdemque saluatoris nostri haec omnia sunt. Item Sergij Constantinopolitani ex rescripto ad Cyrum Alexandrinum: Aseruistis autem (quoniam bonum est, & ipsis sacris vestris vt vocibus) vt vnum eundemque Christum operari DEO decibilia & humana vna operatione, & haec pie nimisque subtiliter exposuistis. Et in constructione estheseos & in alijs, vnam voluntatem, & omnem diuinam humanamque operationem habere Dominum nostrum IESVM Christum significat. Nec vnam tamen, nec duas operationes debere dici permittit. Quod & in alijs cum interdictione, depositione, & excommunicatione sententialiter asserit Pyrrhus: in dogmatico tomo & confirmatione Estheseos, vnam voluntatem confitetur in Christo: & postmodum in libello fidei, quem in confessione beati Petri Apostolorum principis obtulit, duas voluntates & duas operationes naturales confitetur in vno Domino nostro Iesu Christo, in quo & testimonijs sanctorum patrum ita se orthodoxae fidei veritatem habere confirmat. Paulus quoque huius successor, in epistola ad Apostolicam memoriae Theodorum papam, nostrae humilitatis praedecessorem, vnam voluntatem Christum habere confitetur. Et idem in constructione typi cum interdictione, depositione & excommunicatione, neque vnam neque duas voluntates aut operationes asserit dici debere in vno Domino nostro IESV Christo. Petrus eius successor ad sanctae memoriae Vitalianum papam scribens, & vnam & duas voluntates, & vnam & duas operationes in dispensatione incarnationis magni DEI & Saluatoris sapere se profiteatur. Quis, quaeuo, non compungatur, mansuetissime atque clementissime principum, & humanae vitae ancipites laqueos tremens consideret, atque cum interno gemitu DEVM, qui est fons misericordiae, deprecetur erui se ab inimici insidijs, ad deceptionem humanae mentis vndique circumpositis, cernens hos, qui se de summitate scientiae praedicabiles aestimabant, haeretici erroris laqueos incidisse, nec in ipso errore esse constantes, sed semper instabiles?

Cyrus Alexandrinus.

Theodorus Pharanitanus.

Sergius Constantinopol.

Pyrrhus Constantinopol.

ex

Paulus Constantinop.

Petrus Constantinop.

Haeretici varij & instabiles.

HHHH 4

biles? quandoquidem Sergius in alijs & in alijs scriptis, vnam voluntatē & vnam operationem Dominum Iesum Christum habere praedicat: & in Eccliesi omnem diuinā & vnam humanam operationem vnius esse Christi pronunciat, & subsequenter econtrariū affirmat, vnam operationem à quibusdam patribus esse dictam in Christo, duas autem operationes à nullo: nec vnam tamen operationem, nec duas, definit debere dici in vno Domino nostro Iesu Christo. Itemque Pyrrhus in cōfirmatione Typi, & in alijs pro Cyro Alexandrino satisfaciens, vnam voluntatem & vnam operationem intelligere se demonstrat. Et in scriptis ad sanctae memoriae Ioannem papam, vnam voluntatem, & vnam operationem Dominum nostrum Iesum Christum habere confirmat. Et idem ipse in libello fidei, cum sanctorum patrum testimonijs duas naturales voluntates habere cōprobat Dominum Salvatorem. Itemque Paulus eius successor, in epistola ad Theodorum Apostolicā memoriae papam, vnam voluntatem habere Christum pronunciat. Et idem ipse in compositione Typi, nec vnam nec duas debere dici voluntates aut operationes statuit. Petrus quoque, & vnam, & duas voluntates & operationes in dispensatione incarnationis Salvatoris nostri Iesu Christi sapere se protestatur: & vnusquisque eorum aliter asserentes condemnat, excommunicatque, atque de numero Ecclesiae projicit. Attendat igitur à Deo institutum vestrae clementiae fastigium interno discretionis illius oculo, quem ad dispensandum populos Christianos, diuina gratia illustrante, percipere meruit, quemnam talium doctorum sequendum censet populus Christianus, cuius horum doctrinam debeat amplecti, vt possit saluari, qui & omnes, & alterutrum vnusquisque eorum condemnat, sicut varia eorum & instabiles definitiones in scriptis adseuerant, modò vnam voluntatem & vnam operationem, modò nec vnam nec duas operationes, modò vnam voluntatem & operationem, & rursùm duas voluntates & duas operationes, itemque vnam voluntatem & vnam operationem, & denud nec vnam nec duas, & alius vnam & duas. Quis exaestuās, pijsissimi domini, tantae cecitatis errores nō abominetur & caueat, si vtiquē saluari desiderat, & immaculatam suae fidei rectitudinem venienti Domino cupit offerre? Eximenda proinde, ac summis conatibus cum Dei praesidio liberanda est sancta Dei Ecclesia Christianissimi vestri imperij de talium doctorum erroribus, & Euangelicam atque Apostolicam orthodoxae fidei rectitudinem, quae fundata est super firmam petram huius beati Petri Apostolorum principis Ecclesiae, quae eius gratia atque praesidio ab omni errore

Matt. 16.

TOM. 2.

illibata permanet, omnis praesulum numerus ac sacerdotum, cleri ac populorum, vnanimiter ad placendum Deo, animamque, saluandam, veritatis formulam Apostolicae traditionis nobiscum confiteatur & praedicet. Haec autem nostrae humilissimae suggestioni innectere curauimus, afflicti atque incessabiliter ingentes de tantis Ecclesiae sacerdotum erroribus, propria magis quaerentium, quam veritatem fidei statuere, & fraternae admonitionis sinceritatem ad proprium contemptum pertinere censentium, non inuido (sicut Deus testis est) animo, neque per elationem iactantiae, neque per contentionis aduersitatem, neque inaniter eorum doctrinam cupientes reprehendere, neque quamlibet quis suspicetur humanae dilectionis arrogantiam, sed pro ipsius veritatis, in qua saluari nos confidimus, rectitudine, & pro ipsius purae Euangelicae confessionis regula, pro salute videlicet animarum, ac Reipublicae Christianae stabilitate, pro sospitate Romani imperij gubernacula dispensantium nostrae humilitatis Apostolicos praedecessores commonuisse, rogasse, increpasse, obsecrasse, arguisse, & oem modum exhortationis exercuisse, quatenus medelam posset recens vulnus accipere. Nec post inoliti erroris diuturnitatem à commotione siluerunt, sed semper hortati sunt ac contestati, & hoc ex fraternae charitate, nō per malitiam vel pertinaciam odiosam, (Absit, absit à corde Christiano, vt in alterius lapsum grassetur, cum Dominus omnium doceat: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: qui gaudet super vnum poenitentem magis, quam super nonaginta nouem iustos: qui ad liberandam ouem perditam, suae maiestatis inclinans potentiam, de caelis ad terras descendit:) sed expansis spiritalibus vlnis optantes atque exhortantes eos in orthodoxae fidei vnanimitate remeantes amplecti, eorumque conuersionem ad integram orthodoxae fidei rectitudinem praestolantes, quatenus nostro confortio, immò beati Petri Apostoli, cuius (licet indigni) ministerio fungimur, & traditionis formulam praedicamus, seipsos non facerent alienos, sed concorditer nobiscum immaculatam hostiam pro stabilitate fortissimi ac serenissimi imperij indefinenter Christum Dominum exorent. Credimus, pijsissime rerum domine, nullam ambiguitatis caliginem remansisse, quae ad discernendum possit obfistere, quos sequuti sunt noui dogmatis inuectores. Nā & suauitas spiritalis intelligentiae, qua patrum redolent dicta, corā oculis constituta: & haereticorum abominabilis foetor, ab omnibus fidelibus aspersionibus, innotuit. Et quia noui dogmatis inuectores, haereticorum sectatores ostēsi sunt, & non sanctorum patrum pedissequi,

Ezec. 18. g
Luc. 15. a

nec

nec hoc remansit incognitum. Igitur quantumcunque suum colorare velit quisquam errorem, à luce veritatis arguitur, sicut & Apostolus gentium docet: Omne quod reuelatur, lumē est: quia veritas cōstans semper & eadem permanet, semper autem falsitas variatur, & sibijpsi, variando, approbatur ac redarguitur esse contraria. Ex hoc enim & sibijpsis aduersa docuisse, noui dogmatis inuectores ostēsi sunt, quia euangelicae atque Apostolicae fidei sectatores esse noluerunt. Quapropter, quia & veritas claruit Deo, inspiratis vestrae pietatis obtutibus, & falsitas denotata, & qua digna est, abominatione consequuta: restat, vt à Deo coronata vestra clementiae pijs fauoribus victoriae coronā redimita veritas fulgeat, & nouitatis error cum suis inuentoribus, & his quorum doctrinā sequuti sunt, propriae praesumptionis poenam exoluat, & de medio orthodoxorum antistitum pro sua nouitatis haeretica prauitate pellantur, quā intra vnam sanctam Catholicam atque Apostolicam Christi Ecclesiam conati sunt introducere, & in diuiduum atque illibatum corpus Ecclesiae contagione prauitatis haeretice maculare. Nec enim aequū est, vt nocentes innocētibus noceant, aut immunes aliorum delicta percillant, cum & si in hoc seculo cōdemnatis parcarit, sicut ipsi quibus parcitur, nullum in Dei iudicio sentiūt parcendo beneficium, ita parcentibus non minimum ingerunt pro illicita compassione periculum. Haec autē idē deum omnipotentem felicibus vestrae mansuetudinis ad emendandum credimus reseruasse temporibus, vt locum & zelum ipsius Domini nostri Iesu Christi, qui vestrum imperium coronare dignatus est, facientes in terris, pro eius euangelica atque Apostolica veritate iustū iudicium proferatis: Quia dum humani generis redemptor atque saluator sit iniuriam passus, nunc vsque sustinuit, vestraeque fortitudinis adspirauit imperio, vt eius fidei causam (sicut aequitas exigit, & sanctorum patrum, sacrarumque generalium quinque synodorum decreuit instructio) exequi dignemini, & redemptoris ac conregnatoris iniuriam de sua fidei contemptoribus per eius praesidium vlciscamini, propheticum illud vaticinium cum imperiali clementia magnanimitate adimplentes, quia rex & propheta Dauid ad DEVM loquitur: Zelus domus tuae, inquit, comedit me. Vndē pro tali DEO placito zelo collaudatus, illam beatam vocem audire à creatore omnium meruit: Inueni Dauid virum secundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. Cui & in psalms pollicetur: Inueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meū confortabit eum, vt cuius causam constanter

Ephes. 5. b

Matt. 6. d

Psal. 68.

Actu. 13.

Psal. 88.

TOM. 2.

granti studio elaborat Christianae clementiae vestrae pijsissimus principatus efficere remunerationis gratia, omnes actus fortissimi eorum imperij felices & prosperos faciat, qui in suis sacris Euangelijs repromittit, inquit: Querite primum regnum DEI, & haec omnia adiciuntur vobis. Omnes enim ad quos sacrorum apicum peruenit notitia, & quia sic benigniter augustae magnanimitatis vestrae mansuetudinis est demonstratus intentus, innumeras gratiarum actiones & incessabiles laudes, admirati de tanta clementiae magnitudine, propagatori vestri fortissimi imperij persoluerunt: quia verē vt pijsissimi & aequissimi principes, quae DEI sunt, cum DEI timore dignari estis peragere, omnem immunitatem à nostra paruitate dirigendis personis polliciti. Et confidimus, quia quae promissit vestra pia clementia, potens est & efficere, quatenus quod DEO à vestrae Christianitatis imperio religiosa humanitate deuotū est & promissum, nihilominus eius auxiliante Omnipotentia impleatur. Vndē & laus ab omnibus nationibus Christianis, & perennis memoria, & frequens oratio pro sospitate, triumphalibus ac perfectis victorijs cōcedendis, ante CHRISTVM Dominum, cuius causa est, effundatur: quatenus supernae maiestatis terrore perculsa gentium nationes, sub sceptris vestri robustissimi principatus humiliter colla prosternant, vt pijsissimi vestri regni continetur potentia, dum temporali imperio aeterni regni succedit perennis felicitas. Nec enim poterit aliud similitum inueniri, quod vestrae inuictissimae fortitudinis diuina maiestati commendat clementiam, quam vt repulsa à regula veritatis & erroribus, Euangelicae atque Apostolicae nostrae fidei vbiquē illustretur & praedicetur integritas. Propterea pijsissimi & à DEO instructi DOMINI filij, si hanc sacrarum scripturarum venerabilium synodorum spiritualium patrum irreprehensibilem Apostolici dogmatis regulam, iuxta Euangelicam & eorum intelligentiam, per quam veritatis nobis formula, spiritu referante, monstrata est, Constantinopolitanae praesul Ecclesiae tenere nobiscum ac praedicare delegerit, pax multa erit diligentibus nomen DEI, & vltimum non remanebit dissensionis scandalum, & fiet, quod in Actibus Apostolorum, dum per gratiam sancti spiritus populus ad cognitionem Christianitatis accesserit, omnibus nobis cor vnum & anima vna. Sin autem (quod porro longē sit) nouitatem nuper ab alijs introductam amplecti maluerit, & alienis à regula veritatis orthodoxae atque Apostolicae nostrae fidei sese irretire doctrinis, quam, vtpotē animabus noxiam, declinare, indefin-

* erratibus

* earum

Psal. 118.

Actu. 4. f

finen-

finenter ab Apostolicis meae humilitatis praedecessoribus exhortati atq; comoniti, vsq; haecenus distulerunt, ipse nouerit, qd de tali comtemptu in diuino Christi examine satisfaciet apud iudicem omnium, qui in caelis est, cui & nos ipsi p suscepto vere praedicationis ministerio, vel praesumptione Christianae religioni contraria, dum ad iudicandum aduenerit, reddiduri sumus rationem: nobisq; (quod suppliciter exoro) liceat Apostolicam atq; Euangelicam rectae fidei regulam, vt ab exordio percepimus, inconcusse & liberè cum simplici puritate integram atque illibatam seruare. Proinde vestrae augustissimae serenitati pro affectu ac reuerentia catholicae atq; Apostolicae rectae fidei, ab ipso conregnatore Christiani imperij domino Iesu Christo, cuius veram confessionem intemerata cupitis conseruare, perfecta piorum laborum reportabitur merces, quia nihil in aliquo neglectum est vel omisum a vestra a Deo coronata clementia, quod non possit salua integritate vestrae fidei ad Ecclesiarum concordiam pertinere: quia iudex omnium Deus propositum mentis exquirat, & studium pietatis acceptat, qui causarum exitus, sicut expedit iudicat, & dispensat. Obsecro itaq; pijsissime atq; clementissime Auguste, atque vna cum mea exiguitate omnis anima Christiana flexo genu suppliciter deprecatur, vt omnibus deo placitis bonis, atq; admirandis imperialibus beneficijs, quae per eorum Deo acceptabile studium superna dignatio humano generi concedere dignata est, etiam hoc ad reintegrationem perfectae pietatis conregnatori Christo Domino hostiam acceptabilem offerre iubecatis, verbu impunitatis concedentes, & liberam loquendi facultatem vnicuique; loqui volenti, & verbum impendere pro fide, qua credit & tenet, quatenus ab omnibus manifestissime cognoscatur, quod nullo terrore, nulla potestate, nulla comminatione vel auerfione quifquam pro veritate Catholicae atq; Apostolicae fidei loqui volens, prohibitus aut repulsus est, quatenus omnes vnanimiter pro tanto & tam inestimabili bono per cunctum suae vitae spatium diuinam maiestatem glorificent, & pro incolunitate atque exaltatione fortissimi vestri imperij vnanimiter incessabiles CHRISTO Domino preces effundant. Et subscriptio: Pijssimorum dominorum imperium gratia superna custodiat, eisq; omnium gentium colla subternat.

EPISTOLA AGATHONIS
*& Romanae synodi 125. episcoporum, quae fuit
 velut instructio Legatorum, qui missi sunt
 ad synodum sextam celebrandam.*

Superscriptio synodicae suggestionis.
 TOM. 2.



Pijssimis dominis, & serenissimis victoribus ac triumphatoribus, dilectis filijs Dei & domini nostri Iesu Christi, Constantino magno Imperatori, Heraclio & Tiberio Augustis, Agatho episcopus seruus seruorum Dei, cum vniuersis synodis subiacentibus concilio Apostolicae sedis. Omnium bonorum spes inesse praenoscitur, dum imperiale fastigium eius, a quo se coronatum, & hominibus praestitutum ad salubriter gubernandum cognoscit, veram de eo confessionem, qua sola pra omnibus muneribus delectatur, inquirat fideliter, & viuaciter amplecti desiderat. Et hoc Deo praestantissimum munus est, a quo procedit omne quod bonum est: ad quae redigitur, quod de eius maiestate perceptum est: cuius spiritu perstruente in mentis arcanis, & conualescente spiritali flagrantia, pia intentionis radij circumquaque perulstrat, & suauitatis odor de sacrificio cordis ascendit ad Dominum, qui tali munere complacatur. Vnde & in terrestribus felicitatem donet, & gætes subiugat vniuersas, quas ad veram de se cognitionis confessionem adsciscat, quas subiectas Christiano imperio de potestate liberet tenebrarum, vel felices faciat humiliatos, quos infeliciter exaltari ad eorum deiectionem permiserat. Quia verò, pijsissime atque fortissime principum Auguste, vestrae pietatis cum laude admiramur Deo dignum propositum, quod circa Apostolicam nostram fidem habere dignamini, Deo secretius satisfaciende non verbis fluentibus, nec loquacitate fallaci, sed diuina sua gratia commouente, omni que ambiguitate sublata, desideratis cognoscere, quae veritas orthodoxae & Apostolicae fidei contineat: Omnes nos exigui ecclesiarum praesules, vestri Christiani imperij famuli, in septentrionalibus vel occiduis partibus constituti, licet parui & simplices scientia, fide tamen per Dei gratiam stabiles, pro his quae per diuinae sacrae percepta cognouimus, conregnanti ac dispensanti vobiscum conditori & dispensatori omnium Deo exhilarati, pro huiusmodi pio proposito cum intimis cordis fletibus gratias reddere cepimus, quod tam laudabile, tam mirificum, tam saluberrimum, tam singulariter Deo pra omnibus terrenis sacrificijs acceptabile, tranquillitas vestra opus creditur concupisse, quod multis quidem pietate & iustitia praeditis regibus desideratum, paucissimis tamen raroq; ad effectum Deo placitum, cum sinceritate Apostolicae fidei perducere possibile demonstratum est. Credimus autem, quia quod paucis raroq; concessum est, a Deo coronato vestro imperio diuinitus concedetur, & per ipsum Catholicam atq; Apostolicam veram nostram fidei

Iaco. 1. c

* à multis

dei splendidissimum in omnium metibus emicet lumen, quod ex veri luminis fonte tanquam de radio viuifici fulgoris, per ministrorum beatorum Petrum & Paulum apostolorum principes, eorumque discipulos & apostolicos successores, gradatim vsq; ad nostram paruitatem, dei opulutione seruatū est, nulla haeretici erroris terra caligine tenebratū, nec falsitatis nebulis contadatum, nec intermixtis haeticis prauitatibus velut caliginosis nebulis perumbratū, immune atq; sincerū, & suis radijs perlustratū, pijsimam conatibus conseruare cupit vestrum a deo coronatum fastigium. In hoc enim tam Apostolicae sedis, quaeq; nostri exigui famulatus praedecessores vsq; haecenus non sine periculis desudarunt, nunc decretali comonitione cum Apostolicis potestaticis consulentes, nunc synodali definitione, quae veritatis regula continet, omnibus innotescens: & terminos quos transgredi nefas est, vsq; ad animam ipsius exitum constanter defendentes: non seducti blanditijs, non periculis territi, vt illam in Euangelij Domini nostri sententiam operibus demonstrarent, qua sententia liter praecipit, dicens: Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor illum coram patre meo qui in caelis est, & subsequenti poena detereat, quia seueritatem comminatur: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in caelis est. Execratur enim vera confessio pietatis, iuxta diuersitates temporum variari, sicut nec ipse veritate admittit, de quo est ipsa vera confessio, qui dicit: Ego sum, & non sum mutatus. Igitur quia tranquillissima fortitudinis vestrae clementia personas de episcopali numero dirigi iussit, vita atq; scientia omnium scripturarum praeditas, de vite quidem puritate, quantum quisquam munditer vixerit, confidere tamen non praesumit: perfecta verò scientia, si ad vere pietatis scientiam redigatur, sola est veritatis cognitio: si ad eloquentiam secularem, non estimamus quencquam temporibus nostris reperiri posse, qui de summitate scientiae gloriatur: quandoquidem in nostris regionibus diuersarum gentium quotidie aestuat furor, nunc confingendo, nunc discurrendo ac rapiendo. Vnde tota vita nostra sollicitudinibus plena est, quos gentium manus circūdat, & de labore corporis victus est, eod quod pristina ecclesiarum sustentatio paulatim per diuersas calamitates deficiente succubuit. Et sola est nostra substantia fides nostra: cum qua nobis viuere summa est gloria: pro qua mori, lucrum aeternum est. Haec est perfecta nostra scientia, vt terminos Catholicae atq; Apostolicae fidei, quos vsq; haecenus Apostolica sedes nobiscum & tenet & tradit, tota mentis custodia conseruemus, credentes in Deum patrem omnipotentem, factorem caeli &

terrae, visibilium omnium & inuisibilium: & in filium eius vnigenitum, qui ante omnia secula ex eo natus est, verum deum de deo vero, lumen de lumine, natum, non factum, consubstantiali patri, id est, eiusdem cum patre substantiae, per quem omnia facta sunt, quae in caelo & quae in terra: & in Spiritum sanctum, Dominum & viuificantem, ex patre procedentem, (Hunc locum deprauiatum fuisse conquestus est Iulianus Cardinalis in ea disputatione, quam habuit contra Graecos in Concilio Florentino, & sublatam esse particulam, filioq; Nec credendum est Latinos voluisse dissimulare actacere rem tanti momenti, negotio exegente in fidei professione. Et certe ab eiusmodi scriptorum deprauiatione Graeci non valde abhorruerunt.) cum patre & filio coadorandum & conglorificandum: Trinitatem in vnitatem, & vnitatem in Trinitate: vnitatem quidem essentiae, trinitatem vero personarum siue substantiarum, Deum patrem confidentes, Deum filium, Deum spiritum sanctum: non tres deos, sed vnum Deum, patrem & filium & Spiritum sanctum: non trium nominum substantiam, sed trium substantiarum vnam substantiam: quorum vna essentia siue substantia vel natura, id est, vna Deitas, vna aeternitas, vna potestas, vnum imperium, vna gloria, vna adoratio, vna essentialis eiusdem sanctae & inseparabilis Trinitatis voluntas & operatio, quae omnia condidit, dispensat & continet. Confitemur autem vnum eiusdem sanctae coessentialis Trinitatis deum verum, qui ante secula de patre natus est, in vltimis seculorum temporibus pro nobis nostraque; salute descendisse de caelis, & incarnatum de Spiritu sancto & sancta, immaculata, semperque; virgine gloriosa maria nomina nostra, vere & proprie Dei genitricis: secundum carnem scilicet ex ea natum, & vere hominem factum, eundem Deum verum, eundemque hominem verum: Deum quidem ex Deo patre, hominem autem ex virgine matre incarnatum, ex ea carne animam habentem rationale & intellectuale: consubstantialē eundem deo patri secundum deitatem, consubstantialēque; nobis eundem ipsum secundum humanitatem, & pro oia similes nobis absque solo peccato: crucifixum pro nobis sub potio Pilato, passum, sepultumque; & resurgentem, ascendente in caelos, sedente ad dexteram patris, iterumque; venturum iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Vnum quippe eundemque; deum nostrum Iesum Christum, filium dei vnigenitum, ex duabus & in duabus substantijs inconfuse, incommutabiliter, indiuisē, inseparabiliter subsistere cognoscimus, nunquam sublata differentia naturarum propter vnitatem, sed potius salua proprietate vtriusque; naturae in vnam personam, vnam substantiam concurrentem, non in dualitatem personarum dispersitū vel diuisum, neque; vnam compositam naturam confusam: sed

Marc. 8. d & Lu. 12. a

Matt. 10. d

* veritate variari Malac. 3. b

* solius

Fides per pes sedis Apostolica.

* vera & propria

sed vnum eundemq; filium vnigenitum, Deum verbum Dominum nostrum Iesum Christum: neq; alium in alio, neque alium & alium, sed eundem ipsum in duabus naturis, id est, in Deitate & humanitate, & post substantialem adunationem cognoscimus: quia neq; verbum in carnis naturā conuersum est, neque caro in verbi naturam trāsformata est: permālit enim vtrūq; quod naturaliter erat: differentiam quippe adunatarum in eo naturarum sola contemplatione discernimus, ex quibus incōfusē, inseparabiliter, & incommutabiliter est compositus. Vnus enim in vtrisque, & per vtraq; quia simul sunt & altitudo Deitatis, & humilitas carnis, seruante vtraque natura etiā post adunationem sinē defectu proprietatem suam, & operante vtraq; forma cum alterius cōmunionem quod proprium habet, verbo operante quod verbi est, & carne exequēte quod carnis est: quorum vnum coruscet miraculis, aliud lucumbit iniurijs. Vnde consequenter, sicut duas naturas siue substantias, id est, Deitatem & humanitatem, incōfusē, indiuisē, incōmutabiliter eum habere veraciter cōfitemur: ita quoque & duas naturales voluntates & duas naturales operationes habere, vtpotē perfectum Deum & perfectū hominem, vnum eundemq; ipsum Dominum Iesum Christum, pietatis nos regula instruit: quia hoc nos Apostolica atque Evangelica traditio, sanctorumq; patrum magisterium, quae sancta Apostolica atque Catholica Ecclesia, & venerabiles synodi suscipiunt, instituisse monstratur. Ex quorum doctrinis haec recolligentes, & breuitate perstrinximus. Hoc enim credimus, quod per traditionem Apostolicam accepimus, cuius auctoritatem in omnibus sequimur: a qua & institutos hoc ipsum nostrae humilitatis praecessores cognouimus, quam & vsque ad finem seruari nobis siue per vitam, siue per mortem optamus. Hanc igitur merae Catholicae atq; Apostolicae cōfessionis regulam, & sanctum concilium, quod in hanc Romanam urbem seruilē vestri Christianissimi imperij sub Apostolicae memoriae Martino papa conuenit, praedicasse synodicē ac constanter defendisse, omnes nos, * quisquis vbiq; est, humilimi Ecclesiarum Christi antistites, cognoscimus: in qua & nostrae paruitatis praecessores conuenientes, Apostolicā confessionem, quam a principio perceperunt, etiā synodali praconio praedicauerunt, & absque cuiuspiam nouitatis errore citra ambiguitatē determinauerunt. Pietatis itaq; zelo atq; amore verae Apostolicae cōfessionis, vestrae serenitatis benignitas mota, amplius declarare fastu regali & fomite multo magis fulgeat, elaborare procuret: cuius votum, quia ex Deo est, a Deo pficitur: vt & veritas ad-

* ex
Leo papa
episto. 10.

* quicun-
quo

* eam, & vt

TOM. 2.

huc in ancipiti positus clareat, & eā synceriter amplectētibus robur accrescat, & zizaniorum genimina spiritali falce, vt offensionis ac deceptiois occasio de medio Christi Ecclesiarum tollatur, abscondantur. Quorum auctores extiterunt Theodorus Pharanitanus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus & Paulus Cōstantinopolitani, vel quiquei eis cōsentanei vsq; in finem demōstrati sunt, qui noui erroris auctores, perfectaeque dispensationi, qua saluati sumus, infesti, non solum verae cōfessionis aduersarij, sed, vtpotē a via veritatis errantes, sibijps contraria docuerunt, aliter & aliter asserentes, & alterutrum dogmata destruetes. Quod enim nulla veritate fundatum est, necesse est vt erroris inconstantia varietur. Nam vera fides immutari non poterit, nec aliter nunc, aliter postmodum praedicari. Quia fit sermo vester, vt Apostolus docet, Est est, non nō: quod plus est, a malo est. Praeterea satisfaciendum est nostro exiguo famulatu apud serenissimorum dominorum nostrorum clementiam, pro tarditate missarum ex Concilio nostro personarum, quas dirigi per suam augustissimā sacram vestrum pijsimum fastigium iussit. Primum quidem, quod numerosa multitudo nostrorum vsque ad Oceani regiones extenditur, cuius itineris longinquitas in multi temporis cursum protelatur. Sperabamus deinde de Britannia Theodorum confamulum atq; coepiscopum nostrum, magnae insulae Britanniae archiepiscopum & philosophum, cum alijs qui ibidem vsq; haec tenens demorantur, exinde ad nostram humilitatem coniungere, atque diuersos huius concilij episcopos in diuersis regionibus constitutos, ad generalitatem totius concilij seruilis nostra suggestio adunare, nē si tantum pars quod agebatur, agnosceret, partem lateret: & maximē, quia in medio gentium tam Logobardorum, quamq; Sclauorum, necnon Francorum, Gallorum atq; Gothorum seu Britannorum, plurimi confamulorum nostrorum esse noscuntur, qui & de hoc curiose fatagere non desistunt, vt cognoscant quid in causa Apostolicae fidei peragatur: qui quantum prodesse possunt, dum in cōsonantia fidei nobiscum tenentur, nobisq; cōcorditer sentiunt: tantum, quod absit, si quid scandali in fidei capitulo patiantur, inueniuntur infesti atq; contrarij. Nos autem, licet humilimi, summis virib; enitimus, vt Christiani vestri imperij Respublica, in qua beati Petri Apostolorum principis sedes fundata est, cuius auctoritatem omnes Christianae nobiscum nationes venerantur & colunt, per ipsius beati Petri Apostoli reuerentiā omnium gentium sublimior esse monstretur. Personae autem de nostrae humilitatis ordine prauidimus dirigere ad vestrae a Deo

nec hic fit
mentio
Honorij.

2. Cor. 1. c
Matt. 5. c
Iaco. 3. c

Cōstantinus
Magnus.

Theodosius

Martianus

Iustinianus

Deo protegenda fortitudinis vestigia, quae omnium nostrum, id est, vniuersorum per Septentrionales vel Occiduas regiones episcoporum suggestionem, in qua & Apostolicae nostrae fidei confessionem praebauimus, offerre debeant, non tamen tanquam de incertis contendere, sed vt certa atq; immutabilia compendiosa definitione proferretur simpliciter obsecrantes, vt a Deo coronato vestro imperio fauente, haec eadē omnibus praedicari, atque apud omnes obtinere iubeatis, vt Deus, qui veritatem & iustitiam diligit, omnia prospera vestrae serenissimae benignitatis temporibus donet, in quibus Apostolicae praedicationis pietatis veritas fulgeat, meliori ac prospero successu eorum fortissimae tranquillitatis imperium laetari de hostium subiectione concedens. Suscipere itaq; dignamini, pijsissimi principum, a nostra humilitate directos episcopos, cum reliquis ecclesiastici ordinis viris atq; religiosi seruis Dei, cum solitae tranquillitatis clementia, quatenus ex ipsorum testimonio cum gratiarum actione in propria remeantium, apud omnes nationes laus clementiae vestrae crebrescat: sicut magni illius Constantini, cuius post obitum laudabilis fama nihilominus viget, cuius insigne non tantum potestatis est, sed pietatis: cum quo illud sacratissimum concilium trecentorum decem & octo antistitum in Nicena ciuitate, in defensione consubstantialis Trinitatis conuenit. Et sicut Theodosij magni, cuius inter alias eius virtutes singularis pietas praedicatur: quo adnitente, per sancti spiritus gratiam centum quinquaginta patrum sententia, qui eis inspirabat, Spiritus sanctus consubstantialis patri & filio praedicatus est. Et sicut egregij veritatis amatoris Martiani principis, qui & primum concilium Ephesinum, vtpotē catholici & Apostolicam fidem praedicans, a sancta Chalcedonen synodo suscipi fecit, & errores qui accreuerant, de DEI Ecclesia repulsi, sacrum illum Tomum amplexus Apostolici viri papae Leonis, quem B. Petrus Apostolus verbis eius ediderat. Et sicut extremi quidem, praestantissimi tamē omnium, magni illius Iustiniani, cuius vt virtus, ita & pietas omnia in meliorem ordinē restaurauit: cuius instar fortissimae vestrae clementiae principatus, virtutis quidem conatibus Respublicam Christianam tuctur, & restaurat in melius, pietatisq; studijs catholica succurrit Ecclesia, vt in vnitae verae ac Apostolicae confessionis perfectius copuletur, quam nunc vsq; nobiscum sancta Romana seruat Ecclesia, quatenus syncerae pietatis arcanum, tuba clarius per totum orbē praedicetur: & vbi huius verae confessionis synceritas pij vestri imperij fauoribus obtinet, laus simul ac meritum serenissimi vestri imperij praedicetur, vt cum pietatis laudibus, etiā regni eorum Deo annuente di-

TOM. 2.

latentur insignia, quosq; verae pietatis inuitat confessio, impietatis fortitudo possideat. Nam & nos (licet indigni) Dei clementia deprecamur, vt sinē aliquo lapsu vsque ad ipsius vitae terminum, immaculatam nos seruare ac praedicare cōcedat, & per eam in suo conspectu gloriari. Quia est feculi sapientiam & inanem fallaciam (vt beatus Paulus Apostolus dicit) penitus ignoramus, verē tamen praedicationis normam simplici veritate docemus atque defendimus: quia non verborum pompas habere cupimus, vt contentionibus occupemur: nec enim licet in angustijs nobis degētibus: sed qui conuerti ad veritatem voluerit, rectae nostrae fidei ordinem cū simplicitate cordis, verborumq; lenitate proferimus. Saluare enim per Apostolicae confessionis, commissas nobis diuina dignatione animas magis cupimus, quam per verbosam loquacitatem in errorem audientes immittere. Quicumque proinde sacerdotum haec, quae in hac nostrae humilitatis confessione continentur, nobiscum synceriter praedicare desiderant, vt nostrae Apostolicae fidei concordēs, vt confacerdotes, vt comministros eiusdem fidei, & (vt simpliciter dicamus) vt spirituales fratres & coepiscopos nostros suscipimus. Qui verō haec confiteri noluerint, vt infestos Catholicae atque Apostolicae confessioni, perpetuae condemnationis reos esse censemus: nec ali-quando tales in nostrae humilitatis collegio, nisi correctos, suscipere patimur. Nec transgredi nos quisquam eorum arbitretur, quod a praecessoribus nostris percipimus. Praeterea gaudium magnum erit in caelo & in terra, si vestra benignissima pietate mediante, haec conregnator vester omnipotens Deus ad effectum perduxerit, vt caelum iocundetur, exultet & terra, dum pax multa sit diligentibus veritatem, & non est eis scan-dalum, & auferatur de domo Dei abominatio scandali, quae erit ad ruinam multorum inconstantium vel simplicium, vt sit vna fides, vnum os & labium, vna apud omnes Apostolicae praedicationis confessio, dum omnes vnanimis loquentur magnalia Dei: quam vestra serenissimae felicitatis temporibus misericors Deus concedere dignabitur, dum dissipata, in aedificationem Ecclesiae Dei construuntur: segregata, in compagine veritatis cōueniunt: dissociata, in charitatem Apostolicae fidei copulatur: dispersa, in vnitae continente Apostolicam veritatem concurrunt, vt cōcorditer nobiscum omnes hoc bonum operantes, Dei maiestatem valeant fideliter obsecrare pro longauitate atq; perfecta prosperitate vestrae fortitudinis imperio diuinitus * condenda, vt * cōcedenda eorum inuictissimae mansuetudinis laboribus congregentur ex gentibus, ad confitendum nomini sancto eius, & gloriantum in laude verae eius confessionis, qui facit mirabilia

IIII bilia

Pfalms. 145.
Pfalms. 135.

bilia magna solus, qui facit prodigia super terram, auferes bella usque ad fines terrarum, qui dispersa congregat, & congregata conseruat, qui tam pijs principibus super populum suum regnare praecipit, quem per uigili pietate & in uictis laboribus, Deo cooperante, custodiunt.

Et subscriptiones Episcoporum.

Agatho episcopus sanctae Dei catholicae atque Apostolicae Ecclesiae urbis Romae, huic suggestioni cum generalitate totius Apostolicae sedis concilij, pro rectitudine Apostolicae confessionis factae, (sicut superius continetur) consensu & subscripsi.

Andreas gratia Dei episcopus sanctae Oslensis Ecclesiae, in hanc suggestionem quam pro Apostolica nostra fide unanimitate construximus, similiter subscripsi. Agnellus gratia Dei episcopus sanctae Ecclesiae Terracinentis provinciae Campaniae, in hanc suggestionem quam pro Apostolica nostra fide unanimitate construximus, similiter subscripsi. Agnellus gratia Dei episcopus sanctae Fundanae Ecclesiae provinciae Campaniae, in hanc &c. Adeodatus gratia Dei episcopus sanctae Formianae Ecclesiae provinciae Campaniae, in hanc suggestionem &c. Petrus gratia Dei episcopus sanctae Cumanae Ecclesiae provinciae Campaniae, in hanc &c. Agnellus gratia Dei episcopus sanctae Misenatae provinciae Campaniae, in hanc suggestionem &c. Gaudiofius gratia Dei episcopus sanctae Puteolanae Ecclesiae provinciae Campaniae, in hanc &c. Stephanus gratia Dei episcopus sanctae Locrensis Ecclesiae, in hanc suggestionem &c. Agnellus humilis episcopus sanctae Neapolitanae Ecclesiae provinciae Campaniae, in hanc suggestionem &c. Aurelius humilis episcopus sanctae Nolanae Ecclesiae provinciae Campaniae, in hanc &c. Barbatius gratia Dei episcopus sanctae Beneuentanae Ecclesiae provinciae Campaniae, in hanc suggestionem &c. Decorofus gratia Dei episcopus sanctae Capuanae provinciae Campaniae, in hanc suggestionem &c. Iulianus indignus episcopus sanctae Consentinae Ecclesiae provinciae Brutiorum, in hanc suggestionem &c. Ioannes gratia Dei episcopus sanctae Hydruntinae Ecclesiae provinciae Brutiorum, in hanc suggestionem &c. Germanus humilis episcopus sanctae Tarentinae Ecclesiae provinciae Calabriae, in hanc suggestionem &c. Theophanius humilis episcopus sanctae Thurinae Ecclesiae provinciae Calabriae, in hanc &c. Petrus humilis episcopus sanctae Cortonenfis ecclesiae provinciae Brutiorum, in hanc suggestionem &c. Paulus humilis episcopus sanctae Scyllacinae ecclesiae provinciae Brutiorum, in hanc suggestionem &c. Georgius humilis episcopus sanctae Taurianae eccle-

*aurelianus

*Scyllanae

*Tauranicae

siae provinciae Calabriae, in hanc suggestionem &c. Theodorus humilis episcopus S. Tropeianae ecclesiae provinciae Calabriae, in hanc suggestionem &c. Abundantius humilis episcopus Tempfanae ecclesiae provinciae Brutiorum, in hanc suggestionem &c. Hyacinthus humilis episcopus sanctae Surrentinae ecclesiae provinciae Campaniae, in hanc suggestionem &c. Placentius humilis episcopus sanctae Veliternensis ecclesiae provinciae Campaniae, in hanc suggestionem &c. Iuuenalis humilis episcopus S. Albanensis ecclesiae, in hanc sug. &c. Vitus humilis episcopus S. Syluae candidae ecclesiae, in hanc suggestionem &c. Paulus humilis episcopus sanctae Numantinae ecclesiae, in hanc suggestionem &c. Ioannes humilis episcopus S. Portuensis ecclesiae, in hanc &c. Stephanus humilis episcopus sanctae Praenestinae ecclesiae, in hanc &c. Felix exiguus episcopus sanctae Spoletanae ecclesiae, in hanc suggestionem &c. Honestus exiguus episcopus sanctae Efnatis ecclesiae, in hanc &c. Felix exiguus episcopus sanctae Camerinae ecclesiae, in hanc &c. Florus exiguus episcopus sanctae Fulginatis ecclesiae, in hanc &c. Decentius exiguus episcopus sanctae Foroflaminensis ecclesiae, in hanc &c. Ioannes exiguus episcopus sanctae Nursinae ecclesiae, in hanc &c. Felix exiguus episcopus sanctae Asculanensis, in hanc &c. Adrianus exiguus episcopus sanctae Reatinae ecclesiae, in hanc &c. Florus exiguus episcopus sanctae Furconiae ecclesiae, in hanc &c. Clarentius episcopus sanctae Balnensis, in hanc &c. Orestes exiguus episcopus sanctae Vibonensis, in hanc &c. Theodosius exiguus episcopus sanctae Syracusanae provinciae Siciliae, in hanc &c. Benedictus episcopus sanctae Messanenensis provinciae Siciliae, in hanc &c. Ioannes exiguus episcopus sanctae Thermitanae provinciae Siciliae, in hanc &c. Ioannes exiguus episcopus sanctae Mylanae provinciae Siciliae, in hanc suggestionem &c. Petrus exiguus episcopus sanctae Taurominitanae provinciae Siciliae, in hanc &c. Iulianus exiguus episcopus ecclesiae Catanensis provinciae Siciliae, in hanc &c. Georgius exiguus episcopus sanctae Agrigentinae ecclesiae provinciae Siciliae, in hanc &c. Adeodatus humilis episcopus sanctae Leucorum, legatus venerabilis synodi per Galliarum provincias constituta, in hanc suggestionem &c. Vuilfridus humilis episcopus sanctae Eboracensis insulae Britanniae, legatus venerabilis synodi per Britanniam constituta, in hanc suggestionem &c. Mauricius humilis episcopus sanctae Tiburtinae ecclesiae, in hanc suggestionem &c. Felix

*Nometanae

*Honoratae

*Eskulanae

*Furconensis

*Thermitanae

Felix humilis episcopus Arelatenfis Ecclesiae, legatus venerabilis synodi per Galliarum provincias constituta, in hanc suggestionem &c. Taurinus indignus diaconus sanctae Ecclesiae Telonenfis, legatus venerabilis synodi per Galliarum provincias constituta, in hanc suggestionem &c. Mansuetus Dei gratia Episcopus sanctae Mediolanensis ecclesiae, in hanc suggestionem &c. Ioannes indignus Episcopus sanctae ecclesiae Bergomatis, in hanc suggestionem &c. Donatus episcopus sanctae Ecclesiae Laudensis, in hanc suggestionem &c. Anastasius episcopus sanctae ecclesiae Ticinensis, in hanc suggestionem &c. Valentinus episcopus sanctae ecclesiae Aquisinensis, in hanc suggestionem &c. Desiderius episcopus sanctae ecclesiae Cremonensis, in hanc suggestionem &c. Gratianus episcopus sanctae ecclesiae Nouariensis, in hanc suggestionem &c. Desiderius Episcopus sanctae ecclesiae Eporediensis, in hanc suggestionem &c. Ioannes episcopus sanctae ecclesiae Genuensis, in hanc suggestionem &c. Deusdedit episcopus sanctae Ecclesiae, in hanc suggestionem &c. Audacis episcopus sanctae Ecclesiae Dertonensis, in hanc suggestionem &c. Benenatus Episcopus sanctae ecclesiae Astensis, in hanc suggestionem &c. Benedictus humilis Episcopus sanctae ecclesiae Valuenfis, in hanc suggestionem &c. Bonus episcopus sanctae ecclesiae Albingaunensis, in hanc suggestionem &c. Theodorus humilis Episcopus sanctae ecclesiae Vercellensis, in hanc suggestionem quam p. &c. Rusticus humilis Episcopus sanctae ecclesiae Taurinatis, in hanc suggestionem &c. Ioannes episcopus sanctae ecclesiae Vintimiliensis, in hanc suggestionem &c. Seuerus humilis episcopus sanctae ecclesiae Lunensis, in hanc &c. Eleutherius episcopus sanctae ecclesiae Lucensis, in hanc suggestionem &c. Maurianus episcopus sanctae ecclesiae Pisanae, in hanc suggestionem &c. Serenus episcopus sanctae ecclesiae Populoniensis, in hanc &c. similiter subscripsi. Reparatus exiguus episcopus sanctae ecclesiae Florentinae, in hanc suggestionem &c. Valerianus episcopus sanctae ecclesiae Rosellensis, in hanc suggestionem &c. Cyprianus episcopus sanctae ecclesiae Aretinae, in hanc suggestionem &c. Vitalianus episcopus sanctae ecclesiae Senensis, in hanc suggestionem &c. Martianus episcopus sanctae ecclesiae Volaterranae, in hanc suggestionem &c. Agnellus episcopus sanctae ecclesiae Vulfinensis Siciliae, in hanc suggestionem &c. Custoditus humilis episcopus sanctae ecclesiae Castroualentanae, in hanc suggestionem &c. Theodorus episcopus sanctae ecclesiae Clusinae, in hanc suggestionem &c. Vitalianus episcopus sanctae ecclesiae Tu-

*Rufellinae

*Vulfinensis

sculanensis, in hanc suggestionem &c. Mauricius episcopus sanctae ecclesiae Anagninae, in hanc suggestionem &c. Saturninus episcopus sanctae ecclesiae Aletrinae, in hanc &c. Valerianus episcopus sanctae Rosanae ecclesiae, in hanc &c. Gaudiofius humilis episcopus sanctae ecclesiae Signinae, in hanc &c. Agatho episcopus sanctae ecclesiae Aquileiensis provinciae Isthriae, in hanc &c. Cyriacus episcopus sanctae ecclesiae Polensis Isthriae, in hanc &c. Aurelianus Episcopus sanctae ecclesiae Parentinae provinciae Isthriae, in hanc suggestionem &c. Vrsinus episcopus sanctae ecclesiae Ceneretanae provinciae Isthriae, in hanc suggestionem &c. Andreas episcopus sanctae ecclesiae Veientanae provinciae Isthriae, in hanc suggestionem &c. Gaudentius episcopus sanctae ecclesiae Tergestinae provinciae Isthriae, in hanc suggestionem &c. Benenatus episcopus sanctae ecclesiae Opitergianae provinciae Isthriae, in hanc &c. Vrsinianus episcopus sanctae ecclesiae Paduanae provinciae Isthriae, in hanc &c. Paulus episcopus sanctae ecclesiae Patauinae provinciae Isthriae, in hanc &c. Paulus episcopus sanctae ecclesiae Altinensis provinciae Pentapolis, in hanc &c. Beatus episcopus sanctae ecclesiae Pisarenfis provinciae Pentapolis, in hanc suggestionem &c. Dominicus episcopus sanctae ecclesiae Fanensis provinciae Pentapolis, in hanc suggestionem &c. Adrianus episcopus sanctae ecclesiae Numanatis provinciae Pentapolis, in hanc sug. &c. Ioannes Episcopus sanctae ecclesiae Auximatis provinciae Pentapolis, in hanc &c. Ioannes episcopus sanctae ecclesiae Anconitanae provinciae Pentapolis, in hanc sug. &c. Benenatus episcopus sanctae ecclesiae Perusinae provinciae Tusciae, in hanc sugg. &c. Petropolis, Bonifacius episcopus sanctae ecclesiae Tuderinae provinciae Tusciae, in hanc &c. Amator Episcopus sanctae ecclesiae Bleranae provinciae Tusciae, in hanc suggestionem &c. Gratiofius episcopus sanctae ecclesiae Sutrinae provinciae Tusciae, in hanc suggestionem &c. Exhilaratus episcopus sanctae ecclesiae Metaurensis provinciae Isthriae, in hanc suggestionem &c. Theodorus episcopus sanctae ecclesiae Nepefinae provinciae Tusciae, in hanc sugg. &c. Ioannes episcopus sanctae ecclesiae Salernitanae provinciae Tusciae, in hanc sugg. &c. Theodorus Episcopus sanctae ecclesiae Amerinae provinciae Tusciae, in hanc suggestionem &c. Barbarianus episcopus sanctae ecclesiae Polimartienfis provinciae Tusciae, in hanc sugg. &c. Deusdedit episcopus sanctae ecclesiae Narniensis provinciae Tusciae, in hanc sugg. &c. Theodorus exiguus episcopus sanctae ecclesiae Rauennatis, in hanc suggestionem &c. Stephanus episcopus sanctae ecclesiae Sarnensis, in hanc suggestionem &c. Barbatius episcopus sanctae ecclesiae Corneliensis, in

*Roslanca

*Veglesis

*Pucinanae

*Alfienae

*Altinensis

*Pentapolis

*Falernitanae

*Sarnensis

hanc &c. Victor episcopus sanctae ecclesiae Bononiensis, in hanc suggestionem &c. Florus episcopus sanctae ecclesiae Cefenatis, in hanc suggestionem &c. Vitalis episcopus sanctae ecclesiae Fauentinae, in hanc suggestionem &c. Iustinus episcopus sanctae ecclesiae Fidentinensis, in hanc suggeste, &c.

Vincentius Episcopus sanctae ecclesiae Liniensis, in hanc &c. Placencius episcopus sanctae ecclesiae Placentinae, in hanc suggestionem &c. Mauricius Episcopus sanctae ecclesiae Rhegiensis, in hanc suggestionem &c. Petrus episcopus sanctae ecclesiae Mutinensis, in hanc suggestionem &c. Gratiotus episcopus sanctae ecclesiae Parmensis, in hanc suggestionem &c. Magnus episcopus sanctae ecclesiae Papiensis, in hanc suggestionem quam pro Apostolica nostra fide vnanimiter costruximus, similiter subscripsi. Constantinus piissimus Imperator dixit: Sufficiunt, quae hodierna die relecta sunt. Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochia, & qui cum eo sunt, in altero secretario testimonia patrum quae iam polliciti sunt, proferant.

ACTIO QVINTA

In nomine Domini Iesu Christi Dei & Saluatoris nostri, imperantibus a Deo coronatis serenissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidem piissimo & a Deo decreto magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore anno vigesimo septimo, & post consulatum eius a Deo instructae mansuetudinis anno decimotertio, Heraclio vero atq; Tiberio a Deo conseruandis eius fratribus, anno vigesimo secundo, septima die mensis Decembris, in dictione nona: Praesidente eodem piissimo & Christo amabili magno Imperatore Constantino in secretario sacri palatii, quod cognominatur Trullus: Et ex eius iussione a Deo instructae serenitatis, presentibus & audientibus Niceta glorioso exconsule patricio, & magistro imperialium officiorum, Theodoro glorioso exconsule patricio, & comite Imperialis obsequij, & substratego exercitus Thraciae, Sergio glorioso exconsule patricio, Paulo glorioso exconsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio, & curatore Imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, & locum agente comitis Imperialis excubiti, Ioane glorioso exconsule patricio & quaestore, Polyucto glorioso exconsule, Thoma glorioso exconsule, Paulo glorioso exconsule & dispositore Orientalium prouinciarum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule & domestico Imperialis mensae.

*presidentibus

Conueniente autem sancta atque vniuersali Synodo, quae per Imperialem san-

TOM. 2.

ctionem congregata est in hac a Deo conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, locum presentantibus sanctissimi ac beatissimi antiquae Romae Agathonis papae, & Georgio venerabili atque sanctissimo magnae Constantinopoleos nouae Romae Episcopo, & Petro Deo amabili presbytero monacho, & vicario sedis Alexandriae magne ciuitatis, & Macario venerabili Archiepiscopo Theopoleos Antiochie, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrifario Theodori venerabilis vicarij throni Hierosolymorum, Ioanne Episcopo ciuitatis Portuensis, Abundantio Episcopo ciuitatis Pater-nensis, Ioanne Episcopo ciuitatis Rhegitanae, locum agentibus centum viginti quinque religioforum episcoporum, quod circa antiquam Romam est concilij, qui & per proprias subscriptiones declarantur in suggestione ab eis facta ad piissimum Imperatorem Constantinum: & Theodoro religioso presbytero, & vicario Theodoro Deo amabilis archiepiscopi Rauennae, Basilio Episcopo ciuitatis Gortynae insulae Cretae, Theodoro episcopo Ephesi, Sifinnio episcopo Heracliae Thraciae, Georgio episcopo Cyzici, Petro Episcopo Nicomediae, Photio Episcopo Nicee, Ioanne Episcopo Chalcedone, Sifinnio Episcopo Hierapoleos Phrygiae, Macrobio Episcopo Seleucia Isauriae, Georgio episcopo Byziae Thraciae, Gregorio episcopo Mitylenae, Georgio episcopo Selymbriae, Andrea episcopo Methymnae, Theognio episcopo Chij, Georgio episcopo Camulianorum, Antonio episcopo Hypereae, Genesio episcopo Anastasiopoleos, Platone episcopo Cinnae, Theodoro episcopo Meleting, Ioanne episcopo Dascylii, Theodoro episcopo Iulianopoleos Gordi, Theodoro episcopo Verisae, Stephano episcopo Heracliae Ponti, Longino episcopo Tij, Domitio Episcopo Prusados, Salomone Episcopo Clanci, Ioanne episcopo Myndi, Georgio episcopo Coensi, Georgio episcopo Cantani, Ioanne episcopo Lappis, Eulalio episcopo Cynopoleos, Constantino Episcopo Dalisandi, Theodoro Episcopo Olbis, Theophane presbytero & Abbate venerabilis monasterij Siciliae, quod cognominatur Baias, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati, positi in antiqua Roma, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod cognominatur domus Arstia, positi similiter in antiqua Roma, Anastasio presbytero & monacho Oratoriorum venerabilis patriarchij Constantinopolitanae ciuitatis, Stephano presbytero & monacho discipulo Macarij venerabilis Archiepiscopi Theopoleos Antiochia. Residentibus

*Camele-norum,

*Iustino-polis Gordiu come

*Domitio

*Cleone *Gregorio *Candani

ACTIO SEXTA

bus quoque gloriosis patricijs & consulibus, ex latere piissimi & Christo dilecti magni Imperatoris Constantini. Et ex parte quidem eius laeva sedentibus venerabilibus loci seruatoribus sanctissimi Archiepiscopi antiquae Romae Agathonis, & qui cum eis erant Deo amabiles episcopi. A latere autem eius dextero similiter sedentibus Georgio sanctissimo archiepiscopo magnae Constantinopoleos nouae Romae, & Macario venerabili archiepiscopo Theopoleos Antiochia, & qui cum eo erant Deo amabilibus episcopis, propositis in medio sacrosanctis Euangelijs Christi Dei nostri, Paulus magnificus a secretis & imperialis secretarius dixit:

Cognitionem habet vestra a Deo instructa pietas, quod in anteriore conuentu, secundum postulationem Georgij sanctissimi archiepiscopi a Deo conseruandae regiae vrbs, eiusque synodi, lectio facta est duarum suggestionum, directarum ad a Deo munitam vestram serenitatem, ab Agathone sanctissimo papa Apostolice sedis antiquae Romae, & ab eius synodo, & quod interlocutio facta est ad Macarium venerabilem archiepiscopum Antiochenae ciuitatis, & eos qui cum eo sunt, vt sanctorum ac probabilium patrum, quae dudum promiserant, testimonia proferant, demonstrantia vna voluntate & vnam operationem in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri, & suggerimus ad quod placuerit.

Piissimus Imperator Constantinus dixit: Edicant Macarius Deo amabilis archiepiscopus & qui cum eo sunt Deo amabiles, si secundum suam pollicitationem praeparati occurrerunt. Macarius Deo amabilis archiepiscopus, & qui cum eo sunt, dixerunt: Etiam domine mi. Ecce duos codices deportamus, in quibus destorauimus diuersa testimonia sanctorum ac probabilium patrum. Et haec iubetote relegi. Piissimus Imperator Constantinus dixit: Praedicti codices suscipiantur, & secundum ordinem horum lectio fiat. Et accipiens Antiochus religiosus lector & notarius Georgij sanctissimi patriarchae Constantinopoleos duos codices, relegit priorem codicem, continentem in superscriptione ita: Testimonia sanctorum patrum, vnam Dni nostri Iesu Christi voluntate docentia, quae est etiam patris & spiritus sancti. Et sequenter relegit omnia testimonia, quae continebantur in eodem codice. Similiter & omnia quae continebantur in secundo codice. Piissimus Imperator Constantinus dixit: notitia habemus modò prolatorum testimoniorum a Macario Deo amabili archiepiscopo Antiochie, & qui cum eo sunt: sed si quidem alia testimonia volunt proferre, ad comprobationem promissae ab eis vnius voluntatis, & vnius operationis in dispensatione Domini nostri Iesu Christi, in subsequenti haec proferantur.

TOM. 2.

In nomine Domini Iesu Christi Dei & saluatoris nostri, imperantibus a Deo coronatis ac serenissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidem piissimo, & a Deo decreto magno Augusto & Imperatore anno 27. & post consulatum eius a Deo instructae mansuetudinis anno 13. Heraclio vero atque Tiberio a Deo conseruandis eius fratribus anno 22. 12 die mensis Decembris, in dictione nona. Praesidente eodem piissimo & Christo dilecto magno Imperatore Constantino in secretario sacri palatii, quod cognominatur Trullus: & ex eius iussione a Deo instructae serenitatis, presentibus & audientibus Niceta glorioso exconsule patricio, & magistro imperialium officiorum, Theodoro glorioso exconsule patricio, & comite Imperialis obsequij, & substratego Thraciae, Sergio glorioso exconsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio, & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio & curatore Imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, locum agente comitis Imperialis excubiti, Ioanne glorioso exconsule patricio & quaestore, Polyucto gloriosissimo exconsule, Thoma glorioso exconsule, Paulo glorioso exconsule & dispensatore Orientalium prouinciarum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule, & domestico Imperialis mensae.

Conueniente autem sancta & vniuersali synodo, quae per Imperialem sanctionem congregata est in hac a Deo conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono locum presentantibus sanctissimi ac beatissimi papae Agathonis, & Georgio venerabili & sanctissimo archiepiscopo huius magnae Constantinopoleos nouae Romae, & Petro Deo amabili presbytero monacho, & vicario sedis Alexandriae magne ciuitatis, & Macario venerabili archiepiscopo Theopoleos Antiochia, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrifario venerabilis loci seruatoris sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo ciuitatis Portuensis, Abundantio Episcopo ciuitatis Pater-nensis, Ioanne Episcopo ciuitatis Rhegitanae, locum agentibus venerabilium centum viginti quinque DEO amabilium episcoporum, quod circa antiquam Romam est concilij, qui & per proprias subscriptiones declarantur in suggestionem ab eis facta ad piissimum Imperatorem Constantinum: & Theodoro religioso presbytero, & locum agente DEO amabilis archiepiscopi Rauennae Theodori, Basilio Episcopo ciuitatis Gortynae insulae Cretae, Theodoro Episcopo Ephesi, Sifinnio Episcopo Heracliae Thraciae, Georgio Episcopo Cyzici,

III 3 Petro

Petro Episcopo Nicomediæ, Photio Episcopo Nicæ, Ioanne Episcopo Chalcedonæ, Sifinnio Episcopo Hierapoleos Phrygiæ, Macrobio episcopo Seleuciæ Iauriæ, Georgio episcopo Byziciæ Thraciæ, Georgio Episcopo Mitylenæ, Georgio Episcopo Selymbriæ, Andrea Episcopo Methymnæ, Theognio Episcopo Chij, Georgio Episcopo *Camulianorum, Antonio Episcopo Hypepæ, Genesio episcopo Anastasiopoleos, Platone Episcopo Cinnæ, Ioanne episcopo Dascylii, Theodoro episcopo *Iustinianopoleos Gordi, Theodoro Episcopo Verisæ, Stephano Episcopo Heracleæ Ponti, Longino Episcopo Tij, *Domitio Episcopo Prusadios, Salomone Episcopo *Claneu, Ioanne Episcopo Myndi, Georgio Episcopo Coenli, Georgio Episcopo *Cantani, Ioanne Episcopo Lappis, Eulalio Episcopo Cynopoleos, Constantino Episcopo Dalisandi, Theodoro Episcopo Olbis, Theophane presbytero & abbate venerabilis monasterij Sicilię, quod cognominatur Baias, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati positi in antiqua Roma, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod cognominatur domus Arstia, positi similiter in antiqua Roma, Anastasio presbytero & monacho oratoriorum venerabilis patriarchij Constantinopolitani, Stephano presbytero & monacho discipulo Macarij venerabilis archiepiscopi Theopoleos Antiochiæ. Residentibus quoque gloriosissimis patricijs & consulibus, & omnibus venerabilibus ac Deo amabilibus Episcopis secundum ordinem in eodem Trulli secretario, propositis in medio sanctis & immaculatis Euangelijs, Paulus magnificus à secretis & Imperialis secretarius, dixit:

Nouit à deo instructa vestra pietas, quod septima die Decembris mensis interlocutio facta est ad Macarium presulem Antiochiæ magnæ ciuitatis, & ad eos qui cum eo sunt, si vtiq; habent alia testimonia, quæ concurrant propositionibus eorum, id est, de vna voluntate & operatione, hæc proferre: & suggerimus ad quod placuerit. Pijssimus Imperator Constantinus dixit: Prosequatur à Deo amabilis Macarius archiepiscopus, & qui cum eo sunt, si secundum interlocutionem ad eos factam, debite præparati aduenierunt. Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochiæ, & qui cum eo sunt, dixerunt: Ecce domine, præmanibus gerimus & alterum codicillum, in quo continentur testimonia diuersorum sanctorum patrum, & hunc vobis iubentibus porrigimus ad legendum. Et accipiens Antiochus religiosus lector & notarius Georgij sanctissimi patriarchæ Constantinopolis, relegit habentem in superscriptione: Sequentia testimoniorum de voluntate. Et relegit ab initio vsq; in finem.

TOM. 2.

Pijssimus Imperator Constantinus dixit: Et horum scientiam accepimus. Si quidem vult pars Macarij DEO amabilis archiepiscopi Antiochiæ aliud quid proferre ad stabilitatem eorum, quæ ab eo promissa sunt, ediferat. Macarius archiepiscopus Theopoleos Antiochiæ, & Stephanus presbyter monachus, eius discipulus, & qui cum eis sunt, dixerunt: Sufficientes sumus domine in his, quæ iam à nobis prolata sunt, testimonijs sanctorum ac probabiliū patrum, & aliud proferre nolumus. Pijssimus Imperator Constantinus dixit: Tres codices, qui prolati sunt à parte venerabilis Macarij, sigillatam à gloriosissimis iudicibus, quamq; à parte Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, necnon & à parte sanctæ sedis huius sanctissimæ magnæ ecclesiæ. Et sigillati sunt. Theodoros & Georgius venerabiles presbyteri, Ioannes venerabilis diaconus, qui locum præsentabant sanctissimi papæ Apostolicæ Romanæ sedis, & qui cum eis erant DEO amabiles episcopi, & religiosi clerici & monachi, dixerunt: Pijssime Domine, adhuc aliquid de vna voluntate & vna operatione nõ ostenderunt Macarius Deo amabilis archiepiscopus Antiochiæ, & Stephanus eius discipulus, & Petrus Deo amabilis Episcopus Nicomediæ, & Salomon Deo amabilis episcopus Claneu, in incarnationis dispensatione nomini nostri Iesu Christi per testimonia ab eis plata. Sed & ipsa testimonia, quæ protulerunt coram vestra pietate ac sancta synodo, detruncauerunt: & quæ ad Trinitatis quidem attinent rationem de vna voluntate, pro incarnationis dispensatione nomini nostri Iesu Christi protulerunt: quæ verò conueniunt, & quæ proprie pro huiusmodi incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi posita sunt, tam sensum quam verba detruncauerunt. Vnde petimus vestram pijssimam fortitudinem, authenticos codices prolatorum ab eis paternorum testimoniorum proferri ex venerabili patriarchio huius regię ciuitatis, & conferri cum codicibus ab eis oblatis, & demonstramus qd ab eis in his facta est celatio. Præmanibus igitur habentes codicem continentem plurima testimonia sanctorum ac probabiliū patrum, clarè ostendentia duas naturales voluntates, & duas naturales operationes, inconfusè atq; indiuisè in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri, necnon & prophanorum hæreticorum testimonia, insinuantia vnam voluntatem & vnam operationem, quæ consonant cum dogmate super vna voluntate & vna operatione Macarij Deo amabilis archiepiscopi Antiochiæ, & eorum qui cum eo contradicunt, quæsumus, vt coram vestra pietate hæc legantur. Pijssimus Imperator Constantinus dixit: In subsequenti eorum prolatio fiat.

ACTIO

ACTIO SEPTIMA.

IN nomine Domini Iesu Christi Dei & saluatoris nostri, imperantibus à Deo coronatis & serenissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidem pijssimo, & à Deo decreto magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore anno vigesimo septimo, & post consulatum eius à Deo instructæ mansuetudinis anno decimotertio, Heraclio verò atq; Tiberio à Deo consuadis eius fratribus anno vigesimo secundo, decimatertia die mensis Februarij, indictione nona: Præsidente eodem pijssimo & Christo dilecto magno Imperatore Constantino in secretario sacri palatij, quod cognominatur Trullus: & ex iussione eius à Deo instructe serenitatis, residentibus & audientibus Niceta glorioso excelsule patricio & magistro imperialium officiorum, Theodoro glorioso exconsule patricio, & comite Imperiali obsequij, & substratego Thraciæ, Sergio glorioso excelsule patricio, Paulo glorioso excelsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio, & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio & curatore Imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, locū agente comitis Imperialis excubiti, Ioanē glorioso excelsule patricio & quæstore, Polyeucto glorioso excelsule, Thoma glorioso excelsule, Paulo glorioso exconsule & dispositore Orientaliū, puinciarum, Petro glorioso exconsule, Leōtico glorioso exconsule & domestico imperialis mensæ. Conueniente autem sancta ac vniuersali synodo, quæ per Imperialem sanctionem congregata est in hac à DEO consuenda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, locum representantibus sanctissimi ac beatissimi papæ antiquæ Romæ Agathonis, & Georgio venerabili & sanctissimo archiepiscopo huius magnæ Constantinopoleos nouæ Romæ, & Petro DEO amabili presbytero monacho, & vicario sedis Alexandria magnæ ciuitatis, & Macario venerabili archiepiscopo, Theopoleos Antiochiæ, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrisario Theodori venerabilis sedis Hierosolymorum, Ioanē episcopo ciuitatis Portuenis, Abundantio episcopo ciuitatis Paternensis, Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanæ, locum agentibus venerabilis, quod circa antiquam Romam est, centum viginti quinque, Deo amabilium Episcoporum concilij, qui etiam per proprias subscriptiones declarantur in suggestione ab eis facta ad pijssimum principem Constantinum: & Theodoro religioso presbytero & monacho, locum seruante Theodoro Deo amabilis archiepiscopi Rauennę, Basilio episcopo ciuitatis Gor-

TOM. 2.

tynæ insulæ Cretæ, Theodoro Episcopo Ephesi, Sifinnio episcopo Heracleæ Thraciæ, Georgio Episcopo Cyzici, Petro episcopo Nicomediæ, Photio episcopo Nicæ, Ioanne episcopo Chalcedonæ, Theodoro episcopo Melitenæ, Sifinnio episcopo Hierapoleos Phrygiæ, Macrobio episcopo Seleuciæ Iauriæ, Georgio episcopo Byziciæ Thraciæ, Georgio episcopo Mitylenæ, Sergio Episcopo Selymbriæ, Andrea Episcopo Methymnæ, Theognio Episcopo Chij, Georgio Episcopo *Camulianæ, Antonio episcopo Hypepæ, Genesio episcopo Anastasiopoleos, Platone episcopo Cinnæ, Ioanne episcopo Dascylii, Theodoro episcopo *Iustinianopoleos Gordi, Theodoro Episcopo Verisæ, Stephano Episcopo Heracleæ Ponti, Longino episcopo Tij, Domitio episcopo Prusadios, Salomone episcopo *Claneu, Ioanne episcopo Myndi, Georgio Episcopo Coenli, *Georgio episcopo *Cantani, Ioanne episcopo Lappis, Eulalio episcopo Cynopoleos, Constantino episcopo Dalisandi, Theodoro Episcopo Olbis, Theophane presbytero & abbate venerabilis monasterij, quod appellatur Baias, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati positi in antiqua roma, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod appellatur domus Arstia, positi similiter in antiqua Roma, Anastasio presbytero & monacho Oratoriorum venerabilis patriarchij Constantinopoleos, Stephano presbytero & monacho discipulo Macarij archiepiscopi Theopoleos Antiochiæ. Et residentibus gloriosissimis patricijs & consulibus, & omnibus venerabilibus & DEO amabilibus episcopis ex ordine in eodem secretario Trulli, propositis in medio sanctis & immaculatis Euangelijs, Paulus magnificus à secretis & Imperialis secretarius, dixit:

Meminit à Deo vestrum instructum imperium, quod hesternò die polliciti sunt Theodoros & Georgius DEO amabiles presbyteri, & Ioannes DEO valde amabilis diaconus, locum presentantes sanctissimi Papæ Apostolicæ Sedis antiquæ Romæ Agathonis, & qui cum eis sunt DEO amabiles episcopi & religiosi clerici & monachi, proferre testimonia sanctorum Patrum, luce clariùs prædicantia duas voluntates naturales, & duas operationes naturales in incarnationis dispensatione Domini nostri IESU Christi, veri DEI nostri, in super & prophanorum hæreticorum testimonia, manifestantia vnam voluntatem & vnam operationem: & suggerimus ad quod videtur.

Pijssimus imperator Constantinus dixit: Proferant, qui locum adimplent Agathonis sanctissimi Papæ vrbis Romanæ, memorata ab eis testimonia. Et protulerunt codicem superscriptum ita: Testimonia sanctorum ac p-

IIII 4 ba-

babiliū patrum, demonstrantia duas voluntates & duas operationes in Dño Deo & Salvatore nostro Iesu Christo. Quem accipiens Stephanus religiosus presbyter & monachus monasterij, quod cognominatur domus Arsitia, vnus existens partis Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, relegit ab initio vsque ad finem, tam sanctorum ac probabiliū testimoniā, quamq; prophanorum hereticorum. Pijssimus Imperator Constantinus dixit: Prolatorum nunc testimoniū atque relectorum ex parte sanctissimi Agathonis papæ vrbis Romanæ scientiam percipientibus nobis, edicant Theodorus & Georgius venerabiles presbyteri, & Ioannes venerabilis diaconus, si & alia proferre velint testimonia. Theodorus & Georgius venerabiles presbyteri, & Ioannes venerabilis diaconus dixerunt: Licet & plura alia nobis idoneum est proferre testimonia: sed ne fastidium ingeramus à deo instructis vestris auribus, hæc sufficiunt nobis ad veritatem demonstrandam. Petimus autem à Deo firmatam vestram fortitudinem, interrogari Georgium sanctissimum archiepiscopum huius à Deo conseruandæ vestræ regis vrbis, & subiacetum ei synodum, necnon & Macarium archiepiscopum Antiochiæ ciuitatis, & subiectos ei Episcopos, si conuenit ei tenor relectorum duarum suggestionum, id est, Agathonis sanctissimi papæ Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, & concilij ei subiacentis. Georgius sanctissimus archiepiscopus Constantinopoleos, & Macarius sanctissimus archiepiscopus Antiochiæ, & qui cum eis erant, dixerunt: Pijssime domine, petimus vt exemplaria prædictarū suggestionum percipiamus. * Recurrentes namq; & conferentes testimonia, quæ in eis sunt sanctorum probabiliū patrum, cum codicibus huius venerabilis patriarchij, in subsequenti competens dabimus responsum. Pijssimus imperator Constantinus dixit: Citra dilationem, quod postulatum est, fiat. Prolatus autem codicillus à præsentantibus locum sanctissimi papæ Romæ sub signaculis tam gloriosissimorum iudicum, quamq; vtrarunq; partium, fiat ad instar codicillorum, qui à Macario Deo amabili archiepiscopo Antiochiæ oblatis sunt. Et signatus est.

ACTIO OCTAVA.

IN nomine Domini Iesu Christi DEI atque Saluatoris nostri, imperantibus diuinitissimis & serenissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidem pijssimo & à Deo decreto magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore anno vigesimo octauo, & post consulatum eius à Deo instructæ mansuetudinis anno decimo tertio, Heraclio vero atque Tiberio à Deo conseruandis eius fratribus anno vigesimo secundo, septima die mensis Martij, indictiōe

*requiritur

*septimo

nona. Præsidente eodem pijssimo & Christi amatore magno Imperatore Constantino in secretario sacri palatij, quod cognominatur Trullus: & per iussuū eius à Deo instructæ serenitatis, præfidentibus & audientibus Niceta glorioso exconsule patricio, & magistro imperialium officiorum, Theodoro glorioso exconsule patricio, & comite Imperialis obsequij, & substratego Thraciæ, Sergio glorioso exconsule patricio, Paulo glorioso exconsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio & curatore Imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, locum agente comitis Imperialis excubiti, Iohāne glorioso exconsule patricio & quaestore, Polyucto glorioso exconsule, Thoma glorioso exconsule, Paulo glorioso exconsule & dispositore Orientaliū prouinciarum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule, & domestico Imperialis mensæ.

Conueniente quoq; sancta ac vniuersali synodo, quæ per Imperialem sanctionem congregata est in hac à Deo conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, locum repræsentantibus sanctissimi ac beatissimi papæ antiquæ Romæ Agathonis, & Georgio venerabili & sanctissimo archiepiscopo huius magnæ Constantinopoleos nouæ Romæ, & Petro Deo amabili presbytero monacho, & vicario sedis Alexandriæ magnæ ciuitatis, & Macario venerabili archiepiscopo Theopoleos Antiochiæ, & Georgio religioso presbytero monacho & apocrifario Theodori venerabilis sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo ciuitatis Portuē, Abundantio episcopo ciuitatis Paternensis, Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanæ, locum agentibus venerabilibus, quod circa antiquam Romam est, centum viginti quinque Deo amabiliū episcoporum concilij, qui & per proprias subscriptiones declarantur in suggestione ab eis facta ad pijssimum principem Constantinum: & Theodoro religioso presbytero, & monacho, locum seruante Theodori Deo amabilis archiepiscopi Rauē, Basilio episcopo ciuitatis Gortynę insule Crete, Theodoro episcopo Ephesi, Sisinnio episcopo Heracleę Thracię, Georgio episcopo Cyzici, Petro episcopo Nicomediæ, Photio episcopo Niceę, Ioanne episcopo Chalcedonę, Theodoro episcopo Meleting, Sisinnio episcopo Hierapoleos Phrygię, Macrobio episcopo Seleuciæ Isaurię, Georgio episcopo Byzitię Thraciæ, Gregorio episcopo Mitylenæ, Sergio episcopo Selymbriæ, Andrea episcopo Methymnæ, Theognio episcopo Chij, Georgio episcopo Camulianæ, Antonio episcopo Hypepæ, Gnesio episcopo Anastasiopoleos, Platone episcopo

*Camelot
Cin-

*Iustinopolis Gordiu come

*Domitio *Cleone *Gregorio *Candani

Cinna, Ioanne episcopo Dascyli, Theodoro episcopo Iustiniapoleos Gordi, Theodoro episcopo Verisæ, Stephano episcopo Heracleæ Ponti, Logino episcopo Tij, Domitio episcopo Prusados, Salomone episcopo Clanei, Ioanne episcopo Myndi, Georgio episcopo Coēsi, *Georgio episcopo Cantani, Ioanne episcopo Lappi, Eulalio episcopo Cynopoleos, Constantino episcopo Dalisandi, Theodoro episcopo Olbis, Theophanē presbytero & abbate venerabilis monasterij, quod appellatur Baias, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati positi in antiqua Roma, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod appellatur domus Arsitia, positi similiter in antiqua Roma: Anastasio presbytero & monacho oratorum venerabilis patriarchij Constantinopoleos, Stephano presbytero & monacho, discipulo Macarij archiepiscopi Theopoleos Antiochiæ. Et residentibus gloriosis patricijs & consulibus, & omnibus venerabilibus & Deo amabilibus episcopis ex ordine in eodem secretario Trulli, propositis in medio sacrosanctis Euangelijs, Paulus magnificus à secretis & imperiali secretario, dixit: In memoria retinet à Deo firmata vestra fortitudo, quod per propriam supplicationem in antecedenti conuentu ad exemplaria duarum suggestionum directarum ad à Deo firmatam vestram strenuitatem, ab Agathone sanctissimo ac beatissimo papa antiquæ Romæ, & quod circa eum est concilij, Georgius sanctissimus archiepiscopus huius à Deo conseruandæ regis vrbis, & Macarius sanctissimus archiepiscopus Antiochiæ, & qui cum eis sunt venerabiles episcopi, promiserunt, has relegendes, in subsequenti cōpetens dare responsum & suggerimus ad quod placuerit. Pijssimus Imperator Constantinus dixit: Edicat Georgius sanctissimus archiepiscopus huius à Deo conseruandæ nostræ ciuitatis, & Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochiæ, & ei subiacens synodus, si conuenit eis sensus suggestionum directarum ab Agathone sanctissimo papa Romæ & eius synodo. Georgius sanctissimus archiepiscopus Constantinopoleos, dixit: Inspiciens, pie domine, omnem virtutem suggestionum directarum ad pijssimam vestram fortitudinem, tam ab Agathone sanctissimo papa Romæ, quam ab eius synodo, & scrutans sanctorum ac probabiliū patrum, qui repositi sunt in venerabili patriarchio, inueni cuncta testimonia sanctorum ac probabiliū patrum, quæ in eisde suggestionibus continentur, consonantia, & in nullo discrepantia à sanctis ac probabiliū patribus, & consentio eis, & sic profiteor, & credo. Theodorus Deo amabilis episcopus Ephesi, dixit: Itā domine profiteor, & sic credo, quemadmodum habent

suggestiones sanctissimi papæ antiquæ Romæ Agathonis, id est, duas naturas & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes in vno sanctæ Trinitatis domino nostro Iesu Christo, vero Deo nostro. Sisinnius Deo amabilis episcopus Heracleę Thraciæ, dixit: Auditū percipiens suggestiones Agathonis sanctissimi papæ Romæ, quæ directæ sunt ad pijssimum nostrum dominū, inueni in nullo eas aduersari sanctis patribus, & profiteor duas voluntates & duas operationes in vno sanctæ Trinitatis domino nostro Iesu Christo, vero Deo nostro. Georgius venerabilis episcopus Cyzici, dixit: Inspiciens suggestiones sanctissimi papæ Romæ Agathonis, & positum in eis testimoniorum scientiam percipiēs de duabus voluntatibus & operationibus, & consentiens omnibus quæ in eis continentur, sic fector, & sic credo in vno sanctæ Trinitatis domino nostro Iesu Christo, vero Deo nostro. Ego etenim & dum hic relegerentur eadem suggestiones, itā credidi, & credo. Ioannes Deo amabilis Episcopus Chalcedonæ, dixit: Sic confiteor, & sic credo secundum virtutem suggestionum directarum ab Agathone sanctissimo papa antiquæ Romæ, ad pijssimum & à Deo firmatum nostrum dominum & magnum victorem Imperatorem, quæ continent duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas operationes similiter naturales, in vno sanctæ Trinitatis domino nostro Iesu Christo, vero Deo nostro, inconfusè, inconuertibiliter, & anathematizo eos qui dicunt vnā voluntatem, & vnā operationem in dispensatione eiusdem domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri. Sisinnius Deo amabilis episcopus Hierapoleos Phrygiæ, dixit: Suscipio ea, quæ suggesta sunt domino nostro pijssimo & magno victori Imperatori, ab Agathone sanctissimo papa antiquæ Romæ, & profiteor duas naturas in vno S. Trinitatis dño nro Iesu Christo, & duas voluntates naturales & duas operationes naturales in diuisè, inconuertibiliter, & anathematizo eos qui dicunt vnā voluntatem & vnā operationem in dispensatione Dñi nri Iesu Christi, veri Dei nostri. Georgius Deo amabilis episcopus Byzitię Thraciæ, dixit: Profiteor duas naturales voluntates & duas operationes in dispensatione vniū sanctæ Trinitatis domini nostri Iesu Christi veri dei nostri. Suscipio autem & suggestiones directas ab Agathone sanctissimo papa Romano, ad pijssimum & à deo firmatum nostrum dñm & magnum Imperatorem, hoc ipsum prædicātes, & in omnibus eas sequor. Gregorius Deo amabilis episcopus Mitylenę, dixit: Profiteor itā, & credo duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas operationes similiter naturales in vno sanctæ Trinitatis dño nostro IESV Christo, vero

*sequor

vero Deo nostro. Super his autem sequor & suggestiones directas ab Agathone sanctissimo papa antiquæ Romæ, ad piissimum nostrum dominum & magnum Imperatorem, & omnem virtutem quæ in eis continetur. Andreas episcopus Methymnæ dixit: Sequor suggestiones sanctissimi papæ Romæ Agathonis, & testimonia sanctorum patrum quæ in eis continentur, & ita credo, & ita profiteor duas naturas, & duas voluntates, & duas operationes in vno sanctæ Trinitatis Domino nostro IESV Christo, vero Deo nostro. Sergius vero amabilis episcopus Selymbriæ, dixit: Sequor suggestiones patris nostri Agathonis sanctissimi papæ Romæ, & ita suscipio, & ita amplector eas, tanquam epistolas sanctæ memoriæ Leonis prædecessoris eius beatitudinis, & profiteor in Domino nostro Iesu Christo, vero Deo nostro duas voluntates naturales, similiter & duas operationes. *Domitius episcopus Prusadus, dixit: Suggestiones directas à patre nostro Agathone sanctissimo archiepiscopo Apostolicæ & principalis sedis antiquæ Romæ, ad à Deo coronatum & mansuetissimum nostrum dominum & magnum victorem Imperatorem, tanquam ex spiritu sancto dictatas per os sancti ac beatissimi principis apostolorum Petri, prædico, & digito ter beatissimi papæ Agathonis scriptas, suscipio & amplector, & ita credo, ita sentio duas naturas in vno sanctæ Trinitatis Domino nostro Iesu Christo vero Deo nostro, & duas naturales voluntates, similiter & duas operationes naturales in vna persona, in vna substantia inseparabiliter atque indiuisè, & anathematizo eos, qui dicunt vnam voluntatem & vnam operationem post incarnationem Domini nostri Iesu Christi, nisi duntaxat in sancta Trinitate solummodò. Genesius episcopus Anastasiopoleos, dixit: Secundum virtutem relectarum suggestionum sanctissimi papæ Romæ vrbis, sic credo & confiteor in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri, duas naturas & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes. Theodorus episcopus Meletinæ, ingressus in medio sanctæ ac vniuersalis synodi, dixit: Ego, domine, homo sum rusticus, & peto istam chartam relegi. Quæ porrecta, relecta est per Ioannem magnificum à secretis & imperialem secretarium, & habet in verbis ista: Sancti ac probabiles patres, quorum testimonia vtraque pars ad vocationem proprii dogmatis protulit, ante sanctam ac vniuersalem quintam synodum claruerunt, & proprios dogmaticos sermones conscripserunt, ex quibus (vt dictum est) testimonia vtraque pars protulit: sed tamen nulla ex quatuor sanctis ac vniuersalibus synodis, sed neque quæ postea facta est, ad æquè vniuersalis quinta synodus tradidit

catholicæ Dei Ecclesiæ, quæ in toto mundo est, numerum de propositis dogmaticis questionibus proferre, aut tradere, aut predicare in incarnatione Domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri, præter duas naturas, quæ in eo existunt inconvertibiliter & inconfusè ac indiuisè in vna substantia, siue in vna persona: cuius vnus Dominus IESV Christi veri Dei nostri, miracula & passiones confiteri in verbis ipsis, tradidit nobis sancta ac vniuersalis quinta synodus. & petimus piissimum vestrum imperium, qui vnitate vbiq; posituram sanctarum DEI ecclesiarum plurimam curam facit, quæq; nobis tradita sunt recta & immaculata dogmata à prædictis sanctis & vniuersalibus synodis, per sacras vestras in scripto sanctiones siue leges confirmare, vt nullus licentiam habeat prætergredi aut transponere terminos antiquos, quos patres nostri ad salutem omnium fixerunt. Sed neq; ob quamlibet reprehensionem aut occasionem cuiusquam prædefunctorum, siue vnam operationem & vnam voluntatem, seu duas operationes & duas voluntates docuerunt, fiat, nisi quicumque fuerit à prædictis sanctis quinque vniuersalibus & cæteris orthodoxis synodis ad deiectionem hæreticorum cum impijs eorum dogmatibus & scriptis, definitum: & (vt generaliter dicatur) quod à sancta catholica Ecclesia refutatum est & abiectum, profitentes eundem vnum sanctæ confubstantialis ac viuificæ Trinitatis perfectum in veritate, & perfectum eundem in humanitate, ex duabus naturis, veritate & humanitate, & in duabus naturis etiam post inconfusibilem & insolubilem vnitionem opportundè, & iuxta quod insitum est naturis, vnum eundemq; Christum in vna substantia atq; vna persona existentem, indiuisè ac inseparabiliter operantem diuina & humana, vt nullus iuxta modum qui præsignificatus est, ex alterutra parte, iubete vestra pietate, sub accusatione aut reprehensione huius rei causa fiat. Piissimus imperator dixit: Edicat Theodorus Deo amabilis episcopus Meletinæ, qui sunt, qui cum eo fecerunt porrecta nobis ab eo & nunc relecta chartula. Theodorus Deo amabilis episcopus Meletinæ, dixit: Petrus episcopus Nicomediæ, Salomone episcopus Clanei, Antonius episcopus Hypereporum, & quidam ex secretario sanctiss. patriarchæ Constantinopoleos, i. Georgio diacono & chartophylax, & Anastasio diacono & notarius & defensor nauium, Stephanus diaconus & cæcellarius, Dionysius diaconus & cæcellarius, Anastasius presbyter & monachus, & Georgius monachus patriarchij Antiochiæ. Piissimus impator Constantinus dixit: Quis tibi porrexit hanc ipsam chartulã, quam protulisti? Theodorus Deo amabilis episcopus Meletinæ, dixit: Ille abbas Stephanus, qui est de patriarchio Antiochiæ. Et ostendit

* accusatio-
nem
* prædefun-
ctorum vel
prædictissimorum
* quod dicitur

* Cleonæ

dixit eum stantem post sedem, in qua sedebat idem venerabilis archiepiscopus Antiochiæ Macarius. Georgius episcopus Camulianorum, dixit: Suscipio & sequor, domine, directas suggestiones ab Agathone sanctissimo papa Romæ, & sic credo, & sic profiteor in vno sanctæ Trinitatis Domino nostro Iesu Christo vero Deo nostro, duas naturales voluntates & duas operationes. Platon episcopus Cinnæ, dixit: Audiens suggestiones Agathonis sanctissimi papæ Romæ, ita credo, & harum virtutem sequor & credo, & sic profiteor duas naturas, & duas voluntates naturales, & duas operationes ad æquè naturales, inconfusè & incommutabiliter, inseparabiliter in vno sanctæ Trinitatis Domino nostro Iesu Christo, vero Deo nostro.

Theodorus episcopus Verisæ Armeniæ, dixit: Audiens suggestiones directas ad Dominum nostrum benignissimum Imperatorem, à patre nostro papa Romæ Agathone, & testimoniorum quæ in eis continentur, scientiam accipiens, credo sicut credit ipse pater noster Agatho antiquæ Romæ papa, in Domino nostro Iesu Christo, vno S. Trinitatis, vero Deo nostro, duas naturas in vna persona, duas naturales voluntates, & duas operationes similiter naturales. Et surgentes cæteri omnes Deo amabiles episcopi, qui sub sedem Constantinopolitanam fuerant, exclamauerunt, dicentes: Et nos, piissime domine, notionem accipientes suggestionis directæ ad mansuetissimam vestram fortitudinem ab Agathone sanctissimo ac beatissimo papa antiquæ Romæ, & alterius suggestionis, quæ facta est à subiacente ei concilio, & sequentes sensum qui in ea continentur, sic sapimus & profiteamur, & credimus in vno Domino nostro Iesu Christo, vero Deo nostro, duas naturas inconfusè, inconvertibiliter, indiuisè, & duas voluntates naturales, & duas operationes naturales, & omnes qui docuerunt & dicunt vnam voluntatem, & vnam operationem in duabus naturis vnus Domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri, anathematizamus.

Sancta synodus dixit: Si placet pietati vestræ, Theodorus Deo amabilis episcopus Meletinus vnà cum ab eodem memoratis personis, id est, Petro Deo amabili episcopo Nicomediæ, Salomone episcopo Clanei, & Antonio episcopo Hypereporum, Georgio diacono & chartophylax sanctæ huius magnæ ecclesiæ, Anastasio diacono & notario & defensore nauium, Stephano diacono & cancellario, Dionysio diacono & cancellario, Anastasio presbytero & monacho, Georgio monacho qui est cum Macario venerabili archiepiscopo Antiochiæ, & Stephano presbytero & monacho eiusdem Macarii discipulo, surgens in medio consistat, & indubitanter, quod ei videt, vnà cum eis respondeat. Piissimus impator Constantinus

dixit: Quod consideratum est à sancta synodo, fiat. Et surgentes prædicti episcopi atque clerici, & in medio stantes, sine Stephano discipulo Macarii venerabilis archiepiscopi Antiochiæ, dixerunt: Mentitus est hic aduersus nos Theodorus episcopus Meletinus: neque enim cognoscitibus nobis, facta est chartula, quæ porrecta est ab eo Domino nostro piissimo, sed & parati sumus nostram orthodoxam fidem cõfiteri. Piissimus Imperator Constantinus & sancta synodus dixerunt: Quoniam quidem suspicio nobis data est circa vos, occasione porrectæ chartulæ à Theodoro Deo amabili episcopo Meletino, non aliter nobis satisfacitis, nisi vti quæ in scripto libellos fidei vestræ in subsequenti adduxeritis, vt debeant coram sancta & immaculata Dei eloquia eis afferri. Georgius sanctissimus archiepiscopus Constantinopoleos, accedens ad piissimum Imperatorem Constantinum, dixit: A Deo coronate Domine, iubeto mitti in diptychis sanctarum ecclesiarum nomen sanctæ memoriæ Vitaliani papæ Romæ, eò quod propter tarditatem missorū apocriphariorum à sanctissimo papa eiusdem antiquæ Romæ, petitionem tunc dedisse constet ad mansuetissimam vestram fortitudinem, tam partem sanctæ meæ Ecclesiæ, quæ & Macarium venerabilem archiepiscopum Antiochiæ, eosque qui illo tempore aduenerant in hanc à Deo seruata vestram ciuitatem Deo amabiles episcopos, vt prædictus sanctæ memoriæ Vitalianus eijceretur de sanctis diptychis, & restitui nobis huiusmodi petitionem. statim enim inueniet à deo instructa vestra tranquillitas communicantes ecclesiæ catholicæ, siue qui se ipsos separant ab ea propter personam. Constantinus piissimus Imperator dixit: Quod postulatum est à sanctissimo Georgio patriarcha huius à deo seruata nostræ regie ciuitatis, fiat. Sancta synodus exclamauit: Constantino magno Imperatori multos annos, Orthodoxo Imperatori multos annos, Conservatori orthodoxæ fidei multos annos, Pacifico Imperatori multos annos, Nouo magno Constantino Imperatori multos annos, Nouo Theodosio Imperatori multos annos, Nouo Imperatori Martiano multos annos, Nouo Iustiniano Imperatori multos annos, Nos famuli Imperatoris, Agathoni orthodoxo papæ Romano multos annos, Georgio orthodoxo patriarchæ multos annos, Orthodoxo senatui multos annos. Sancta synodus dixit: Si videtur piissimo domino, edicat Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochiæ, quod credit in vno S. Trinitatis Domino nostro Iesu Christo, vero Deo nostro, & si consistet in eo duas voluntates naturales, & duas operationes naturales inconfusè & indiuisibiliter, & si sequitur suggestiones directas ad à deo instructa vestra fortitudinem à patre pietatis vestræ Agathone

ne sanctissimo papa antiquae Romae, & si consequitur paterna testimonia, quae in eis continentur. Constantinus piissimus Imperator dixit: Audiens Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochia, quae ab hac sancta & vniuersali synodo dicta sunt, quod ei videtur, respondeat. Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochia, dixit: Non dico duas voluntates, aut duas operationes in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi, sed vnam voluntatem & Dei uirilem operationem.

Sancta synodus dixit: Postquam non consentit virtuti directarum orthodoxarum suggestionum ab Agathone sanctissimo papa Romano Macarius venerabilis, quae iam & coram vestra pietate relectae sunt, quibus & omnes consentientes gratè suscepimus, prauidimus hunc de sede sua surgere, ut debeat respondere. Et surrexit Macrobius deo amabilis episcopus Seleucia Isauriae, vna cum Eulalio episcopo Cynopoleos, atque Constantino episcopo Dalisandii, & Theodoro episcopo Olbis, vtrisque de concilio existentibus sedis Antiochenae, & dixit: Sic confiteor, & sic credo secundum virtutem suggestionum directarum ad dominum nostrum piissimum Imperatorem ab Agathone sanctissimo papa Romano, & confiteor sicut duas naturas, ita & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes, indiuisè, inconuertibiliter, inconfusè in incarnationis dispensatione vnius sanctae Trinitatis Domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri. Constantinus episcopus Dalisandii, dixit: Confiteor duas naturas in vnum Dominum nostrum Iesum Christum inconfusè, & indiuisè in vna persona atque vna substantia, & duas voluntates naturales, & duas operationes naturales similiter. Theodorus episcopus Olbis, dixit: Sequor sanctam Chalcedonensem & vniuersalem synodum, & Tomum beatilissimi papae Leonis antiquae Romae, & confiteor Dominum nostrum Iesum Christum, vnum de sancta Trinitate, in duabus naturis & duabus naturalibus voluntatibus & operationibus inconfusè & indiuisè cognoscendum, & sequor sedem Constantinopolitanam & sedem Romanam, & suggestiones directas domino nostro piissimo magno Imperatori ab Agathone sanctissimo papa Romano. Eulalius episcopus Cynopoleos, dixit: Ita credo duas naturas inconfusè & indiuisè, & duas voluntates atque duas operationes in incarnationis dispensatione vnius sanctae Trinitatis Domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri. Constantinus piissimus Imperator dixit: Si placet vestrae sanctae synodo, adueniant codicilli testimoniorum, qui dudum porrecti sunt à Macario venerabili Archiepiscopo Antiochia, qui & à vobis sigillati sunt, ut legantur & conferantur cum authenticis codicibus,

qui repositi sunt in hac sito venerabili patriarchio. Sancta synodus dixit: Quod & nunc à vestra serenitate pie iussum est, fiat. Et prolati sunt per Photinum magnificum à secretis & imperialem secretarium codicilli tres sigillati, qui & dati sunt, atque oblati assistenti Macario venerabili archiepiscopo Antiochia, vt recognosceret, si ipsi sunt, qui ab eo dudum fuerant prolati codicilli. Quos in manibus accipiens, & inspiciens idem venerabilis Macarius, dixit: Etiam verè ipsi sunt, & recognosco eos.

Constantinus piissimus Imperator dixit: Edicat Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochia, & Stephanus religiosus presbyter & monachus eius discipulus, quid sibi coaceruantes, huiusmodi deslorauerunt testimonia.

Macarius sanctissimus archiepiscopus dixit: De ipsa vna voluntate, quae est patris, & Domini nostri Iesu Christi, & sancti spiritus. Constantinus piissimus Imperator dixit: De dispensatione Domini nostri IESU Christi, vnius sanctae Trinitatis Dei verbi, quomodo sentis? Macarius venerabilis archiepiscopus dixit: Confiteor Dominum Iesum Christum, vnum sanctae Trinitatis esse, & post incarnationem in duabus perfectis naturis inconfusè & indiuisè in vna persona, & vna substantia, nusquam naturarum differentia perempta propter vnitatem, sed saluata potius proprietate vtriusque naturae, & in vnam personam atque vnam substantiam concurrente. Quoniam verò alteram personam, & post humanationem vnius sanctae Trinitatis non assumpsit, propter hoc nec aliquid peccati dicimus cum assumere, quia absque carnalibus voluntatibus & cogitationibus hominis in imagine nouitatis confitemur vnum dominum nostrum Iesum Christum. Qui enim vnam voluntatem habens, est ad susceptionem harum omnium passionum idoneus, vnam eandemque habuit virtutem ad tolerantiam horum omnium, secundum sanctum & acceptabilem Augustinum. De hoc enim & confessionem fidei iam pridem exposuimus, & consentimus tam sanctis quinque synodis, quamque Honorio à Deo erudito, Sergio & Paulo atque Petro, & reliquis, quorum mentionem & in his quae domino porreximus, testimonijs fecimus, consententes vnam voluntatem substantialem in vno Domino nostro Iesu Christo, & dei uirilem eius operationem. Nec enim quae diuina sunt, secundum Deum, neque quae humana sunt, secundum hominem, sed humanam & Dei nouam quandam uirilem operationem in conuersatione demonstrasse, confitemur secundum sanctum Dionysium. Constantinus piissimus Imperator dixit: Confessio, cuius mentio facta est, quod data sit nobis à Macario archiepiscopo Antiochia, propriae eius fidei lecti-

*quae

*sentiu

*ad

*adsum-
pisse.

*humanam

*humanam

Hic hereticus mem-
nit non orij

Philip. 4. b
*Pax

*vt

Professio
fidei Maca-
rij haeretici.

*expressius

lectione pandatur. Et prolata est per Photinum à secretis & Imperialem secretarium. Et relecta est per Diogenem à secretis & imperialem secretarium, quae continet in verbis ita: Pacis Dei, quae exuperat omnem sensum, summa est pietas, per quam vno ore, vnoque corde Deo viuenti & verae Trinitati feruientes, tenemus confessionem paci Dei confitenti. Hac non ab homine, neque per hominem, sed diuina gratia, o fidelissime Imperator, instructus, caetera omnia inferiora ponens, vt cõdecebat diuinum sacramque fastigium, diuinum zelum, qui tibi inditus est, excuisti: & Ecclesiae oculos suscitans, pontifices inquam, inuitas vnumquemque, vt quod in eo est, orthodoxae proferat lumen, quatenus fulgeat amplius in mundo. Annuat quoque tibi Deus temporibus pij tui imperij Christianissimae praedicationis in-
*vt
deliciens lumen, & haereticorum nouae caligines extinguantur. Obedio quippe praeparatus Deo placito vestro consilio. Quis ego sum, domine à Deo decreta, vili & abiectus, nec parens, & in pauimento reiacens? Dicam quoque, immeritus terribili seruire atque assistere tribunali. Verum à vobis dignus habitus, hanc professionem facio fidei, quam patres nostri, qui in Nicea & dehinc fuerant, promulgauerunt. Cum qua genitus & coeodotus sum, cum hac & abscedam. Credo igitur in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in vnum dominum nostrum Iesum Christum, filium eius vnigenitum, qui ex eo natus est ante omnia secula, Deum verum ex deo vero, perfectum filium, perfectum patris verbum, effectricem sapientiam, essentialè virtutem, totius creaturae factorem. Et in spiritum sanctum ex patre procedentem, & per filium manifestatum videlicet hominibus, vitam viuentium, causam immortalem, sanctitatem, totius sanctificationis largitatem, Trinitatis perfectam gloriam, & imperio & consilio non diuisam, vnam deitatem & dominationem. Nihil enim seruire in Trinitate, vel subiectum, & introductum, tanquam prius quidem non extitisset, post verò intromissum. Neque enim deficit filius patri, neque filio spiritus, sed inconuertibilis semper, & co substantialis sancta Trinitas Deus noster. Deum verò cum dico, vno lumine illustror, & tribus: Tribus quidem, secundum proprietates siue substantias & personas: vno verò, secundum essentiae rationem, id est, Deitatis. Diuiditur quippe indiuisibiliter, (vt ita dicam) & coniungitur diuisibiliter. vnum nempe in tribus ipsa deitas, & ipsa tria vnum, in quibus deitas, siue (vt expressim dicatur) quae est deitas: & neque ipsam vnitatem confusionem opinamur, neque ipsam diuisionem alienationem. Absit enim à nobis ex quo & Sabellij confusio, & Arrij diuisio, quae & eregione

*alia sunt, & similia quidè impietate. Quid itaque est, & dominum confundere malè, aut concidere in aequalia? Nobis verò vnus deus pater, ex quo omnia: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia: & vnus spiritus sanctus, in quo vnum omnia haec tria deus, & haec tria vnum, sicut diximus. Confitemur autem vnum sanctae Trinitatis Dominum Iesum Christum, filium dei vnigenitum, propter nos in vltimis diebus deiecidisse de caelis, & incarnatum esse de spiritu sancto & sancta immaculataque domina nostra dei genitrice, semperque virgine Maria, & humanatum esse, hoc est, veram carnem accepisse de ea, animatam anima rationali atque intellectuali: & hanc, nullo modo ante hoc subsistentem, mirabiliter in seipso formasse, & hanc propriam, per vnitatem dispensationem fecisse, non ex semine humano vel operatione viri extitisse, neque ex voluntate carnis, sed operatione & voluntate virtutis altissimi Dei. Ait enim angelus ad gloriosam & verè dei genitricem: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Ex hoc quippe solum, dei genitricem proprie atque secundum veritatem Dei verbi virginem matrem glorificamus, quoniam qui praerat Deus super naturam, ex se peperit incarnatum: & ita factum est secundum nos humanitatem Deum verbum, vt non, quod erat, amitteret: sed sicut factus est in assumptione carnis & sanguinis, ita quoque mansit, quod erat, Deus, natura scilicet & voluntate. Nec enim carnem dicimus in diuinitatis transire naturam, neque iterum in naturam carnis ineffabilem dei verbi deriuari naturam, sicut Apollinarius, Eutyches, & Seuerus impudenter assererunt. Nusquam enim propter vnitatem discretia naturarum euanescent. Saluatur autem magis proprietas vtriusque naturae in vna persona, vnaque substantia. Vnitum quippe esse carni secundum substantiam consentientes verbum, vnum illum adoramus, filium vnigenitum, Deum verum, dominum omnium nostrum Iesum Christum, in duabus naturis inconfusè & indiuisè cognoscendum, non per partes ponentes, ac segregantes hominem & deum, neque illum quidem operatum fuisse miracula, hunc verò passum fuisse, quae humana sunt, sicut diuidentes Theodorus & Nestorius dicunt. Eundemque confitemur deum & hominem perfectum, co substantialem patri secundum deitatem, & co substantialem nobis eundem secundum humanitatem, eiusdem vtriusque natiuitates praedicantes, tam quae ante secula ex patre secundum deitatem, quam quae in vltimis diebus ex Maria virgine dei genitrice, secundum humanitatem, eiusdem miracula & passiones, & omnem simul deo decibilem, atque homini conced-

K.K.K.K

tem

*mala

*Deum

*oia vnum.
Hac

Lucæ 1. d

*factus
*humanus

*veritate,

*delirauerunt.

*tamque

quamque

tem operationem ex eodem vno Christo Deo nostro *καὶ ὑπερθεῶν* noua ratione processisse credimus. Neque enim quæ diuina sunt, secundum Deum: neque rursus quæ sunt hominis, secundum hominem: sed humanatus Deus verbum, nouam quandam deiuirilem operationem, & hanc totam viuificatricem, demonstrat: vel nouum videt, & perturbat aliquorum auditus, suspicantium in peremptionem hanc nos proferre earum, quæ in Christo Deo nostro sunt inconfusæ, & secundum subsistentiam adunatarum duarum naturarum, quod nō est vnquam, nec fuit. Vnum igitur eundemq; opatum fuisse dicimus, id est, mirè operatum esse salutem nostram, eundem passum propria carne, & omnes verè sustinuisse salutare passiones, idem est dicere & miracula, vt sit quidem carnis, pati, non separata videlicet à diuinitate, quauis non diuinitatis fuit pati, ipsius autem Dei operatio quauis p humanitatem eius, hoc est, totam nostram consperionem hanc adimpleuerit vna & singulari voluntate diuina, vt potè non existente in eo & alia voluntate, siue obistente & aduersante diuinæ eius & potenti illius voluntati. Impossibile enim est, in vno eodemque Christo Deo nostro duas simul & adinuicem contrarias seu dissimiles existere voluntates. Salutaris verò à DEO instructorum patrum doctrina, manifestè instruit, quia nunquam intellectualiter animata domini caro, diuifæ atque ex proprio appetitu vnite sibi humanitati subsistentialiter Dei verbi naturalem susceperit motionem: sed quandò, & quantam, & qualem idem Deus verbum volebat: & vt clariùs dicatur, quemadmodum nostrum corpus regitur & ornatur, atque ordinatur ab intellectuali & rationali anima nostra, ita & in domino Christo totam hominis eius consperionem ab eiusdem verbi diuinitate semper & in omnibus mota *θεοκίνητον* DEO mobilis fuit, secundum Nysenum Gregorium, dicentem aduersus Eunomiū ita: Secundum quod Deus est, filius impassibilis est per omnia & immortalis. Si autem passio de eodem in euangelio dicatur, per humanitatem quæ per omnia passionis est capax, hoc operatus est. Operatur enim verè diuinitas per corpus, quod circa eam est, omnium salutem: vt corporis quidem sint passiones, Dei verò operatio, perquam & saluati sumus, & huiusmodi saluti nullam introducimus diuisionem. Semel enim moriens, & multorum abluens peccata, redemptionem & salutem ex seipso nobis, qui in peccatis sumus, acquirens, resurrexit, & cōsuscitauit & viuificauit nos, pacem perpetuam donans: ascendensq; in cælos, seder ad dexteram patris eius, & iterum veniet cum gloria, iudicaturus viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Spero enim resuscitari

TOM. 2.

omnes, & diuino assistere tribunal, vt precipiat vnusquisque iustam ab eo retributionem, finem non habituram. Necessariè verò & illud adiicimus: asserentes quippe mortè, quo ad carnem vnigeniti filij Dei, id est, Iesu Christi, & ex mortuis ascensum, & in cælis assumptionem cōfiterentes, *τὴν ἀναστασιν* citra sanguinem cęremonias in ecclesijs celebramus. Itaque quippe accedimus ad benedictiones arcanas, & sanctificamur participes effecti tam sanctę carnis, quam quę preciosi sanguinis Christi, omnium nostrum saluatoris: & non vt communem carnem suscipimus, absit: neque iterum vt viri sanctificati, & copulati verbo per vnitatem dignitatis, siue vt diuinam inhabitationem habentis, sed sicut verè viuificatricem & propriam eiusdem verbi: vita enim est naturaliter vt Deus. quia ergo factus est vnus ad carnem suam, viuificam eam demonstrauit. Vndè idem dicit ad nos: Amèn amèn dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem. Non sicut hominis vnus ex nobis, & ipsam extimamus esse. quomodò enim hominis caro viuificare poterit secundum propriam suam naturam? sed vt verè propriam filij Dei, qui p nobis etià filius hominis factus est *ἡμεῶν ἰσότητος* & prouectus. Cæterum voces Saluatoris nostri quę in Euangelij sunt, neq; subsistentijs duabus, neque personis partimur: sed tam humanas, ad hæc & diuinas, ab vno dictas recipimus, rectè sentientes. Vni igitur personæ vnuerfas voces quæ sunt in euangelio, deputare oportet vni subsistentiæ verbi incarnati: Deus enim vnus est Iesus Christus, secundum scripturas. Hæc sapere sumus edocui à sanctis apostolis & euangelistis, ab omni quoq; à deo inspirata scriptura, & à vera confessione beatissimorum patrum eorum, qui in Nicea & Constantinopoli, & deinceps, id est, sanctarum & vnuerfalium quinq; synodorum, in quibus & epistolę sanctorum Cyrilli & Leonis, & q; predicauerunt ac susceperunt, suscipimus & predicamus: & quęq; abiecerunt, & nos anathematizamus, & omnem heresim à Simone vsque in p̄sens, p̄cipuè Arrium, Eunomiū, Macedonium & Apollinarem, Sabellium, Nouatum & Sabatium, Diodorum & Nestorium, Eutychem quoque, Dioscorū, & Seuerū, & Iulianum, *καὶ ἀγνωστῶν* & ignorantem Themistium, & omne eorum prophanum consortium, Origenem quoque, & Didymum, & Euagriū, & fabulosa eorum deliramenta. Ad hæc anathematizamus, & quos sancta quinta synodus abiecit, Theodorum inquam Mopsuestenum, maledictum illius Maximi heretici, diuisionisque doctorè: & impia Theodoretī scripta, quæ aduersum orthodoxam fidem & duodecim capitula beati Cyrilli, & epistolam, quæ dicit ab Iba scripta fuisse ad Marim Persam.

Super

Ioann. 6.

ex illa uerunt

Hereticus mentitur Synodos & Patres à se stare.

for. ἀγνοῦν, vel ἀγνοῦν, τῶν

Super his etià omnibus hæreticis, & eum qui his subortus est Maximum, nec dicendū cum eius discipulis, qui qui manicheizare, & proijcere corpus Christi domini nostri ille paganus edocebat, & impium diuisionis eius dogma, quod & olim nostri patres respuerunt, id est, Honorius, Sergius, & Cyrus, & reliqui ecclesiarum doctores, ad hæc etià & piæ memoriæ Heraclius proauus vester, cuius profapia Deus orthodoxiæ huic pio imperio assignauit: cum indignatione quippe cum sanctis patribus nostris, etià ipse exortam hanc Maximianorum heresim condemnauit: quos secuta & ea quæ hinc facta est per iussionem piæ memoriæ patris vester sancti congregatio. Petrus quoq; sanctissimus ac vnuerfalis patriarcha, & præcessor meæ paruitatis Macedonius beatæ memoriæ, & vicarius Alexandriæ Theodorus, presentibus vnā cum eis & qui aduerant episcopi, & sacro senatu, quæ circa eū fuerant, in scripto discutientes, hunc anathematizauerunt, & exilio donauerunt cū impijs eius discipulis. Sed vnuerfos hereticos apud se anathematibus congemiscere derelinquens, iterum conuertor ad Dominum, & ab eo conseruari vestram pietatem exposco, qui orthodoxiæ sermonem corroborat. Vos enim cū sitis & à proanis luminaria fidei, luminaria fidei, domine, illustra. Orthodoxiæ custodes, domine, custodi. Deus exaltet cornu vestrum, Deus pacificet imperium vestrum, persequens omnem hostem, & pacem profundam & ecclesijs & vnuerfo mundo condonātem. Et subscriptio: Macarius misericordia Dei episcopus Theopoleos, dictans omnem supradictum orthodoxiæ textum, iuxta editiones sanctarum & vnuerfalium quinq; synodorum, & sanctorum ac probabilium patrum, qui nominatim à me sunt positi, qui explanauerunt iuxta præfixā virtutem, vnā voluntatem in vno Domino Iesu Christo Deo nostro, & deuiriilem eius demonstrarunt nobis operationem: & quia impium sit dicere, in eodem Christo Deo nostro duas voluntates, consentientes atque confessus, & ita sentiens & docens, & sperans assistere terribili Dei tribunalī cum hac mea orthodoxa fide, subscripsi.

Constantinus pijslimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Per tenorem oblata confessionis à Macario Deo amabili archiepiscopo Antiochiæ, fidei eius agnitionem accepimus. Edicat autem idem Deo amabilis Macarius, si consentit testimonijs ab eo prolatis & porrectis. Macarius sanctissimus archiepiscopus dixit: Vtique domine.

Constantinus pijslimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Prosequatur idē deo amabilis Macarius, si constiterit duas naturales voluntates, & duas operationes in incarnationis dispensatione Dei nostri.

TOM. 2.

Macarius venerabilis archiepiscopus dixit: Non dico duas naturales voluntates, aut duas operationes naturales in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi, nec si mebratim incidar, & mittar in mare.

Constantinus pijslimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Ex codicibus nunc prolatis, & recognitis, à Macario venerabili archiepiscopo Antiochiæ, primus ex eis codicillus lectione pandatur, ad collationem authenticorum librorum. sanctorum ac probabilium patrum, qui reconditi sunt in venerabili patriarchio, iuxta quod dudum postulata sunt à parte Apostolica sedis sanctissimi papæ Romani Agathonis. Georgius Deo amabilis diaconus, & chartophylax huius magnæ dei ecclesiæ, proferat huiusmodi codices sanctorum ac probabilium patrum de venerabili patriarchio. Et prolatis sunt. Et accipiens per iussionem pijslimi nostri principis Constantini Petrus gloriosus exconsul librum S. Athanasij, contulit cum huiusmodi primo codicillo, deferente eundem codicillum Diogene magnifico à secretis & imperiali secretario, quem & relegit continentem in verbis hoc modo: Sancti Athanasij ex secundo sermone aduersus Apollinarem: Certum nanque est, quod p̄existens Deus verbum, ante carnis aduentum non erat homo, sed Deus erat apud eum, inuisibilis atque impassibilis. Neque igitur Christi nomen absque carne deserit, quia sequitur nomen passio & mors, Luca

Athanasius Alexandrinus.

Act. 26. f

1. Cor. 5. c

2. Tim. 2. a

quidem scribente, Si passibilis Christus, primus ex resurrectione mortuorum. Paulo verò dicente, Pascha nostrum immolatus est Christus. Et quia homo Iesus Christus, qui dedit semetipsum pro nobis, non quia non est deus, sed quia & homo est Christus, propterea memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex femine David. Propter hoc scriptura vtrorunque nominum facit introductionem in ostensidē substantię, inuisibiliter quidem Deum intelligendo & verè existētem, visibiliter autem hominem palpando, & verè existētem, non in diuisione personarum aut intelligentiarum, sed naturali natiuitate & indissolubili vnitate, vt in ipso certa existente passione, verus idē atque impassibilis veraciter intelligatur. Sūt autem, & q̄ intercisa sunt à Macario & Stephano, & antè & post testimonia hæc. Sed dicis: Quia si omnia suscepit modis omnibz, & humanas habuit cogitationes. Impossibile autem est, in cogitationibus hominis peccatum non esse. Et quomodò erit absq; peccato Christus? Dicite igitur: Si cogitationū peccabilium conditor est deus, deputandū est Deo proprium officiu. Venit enim assumere facturam suam. Sed iniustum erit iterum iudicium condemnans peccatorem. Si enim peccabiles cogitationes condidit dominus, quomodò condemnat peccantem?

KKKK 2 tem?

August.

Ambros.

*affectu

Matth. 26, d

Matth. 8.

*Quia

Quomodo ergo eum condemnauit peccatorem? Quomodo autem & ante praeruaricationem ignorabat bonum & malum Adam, quem formauit deus ad incorruptionem & imaginem suae aeternitatis? Fecit eum natura impeccabilem, & voluntate liberum. Aliud autem sancti Augustini episcopi Hipponis, ex quinto libro aduersus Iulianum Pelagianistam, continet ita: Motus animi quid est, nisi motus naturae? anima enim sine dubitatione natura est, & ideo voluntas motus naturae est, quia motus est animae. Sancta synodus dixit: Luce clarius & veraciter ostendit Theophanes Deo amabilis presbyter & abbas, per prola ab eo testimonia sanctorum ac probabilium patrum, naturalem esse voluntatem. Si igitur primus Adam naturalem habuit voluntatem, qui per omnia similitis illi factus est absque peccato, secundum Adam dominus noster Iesus Christus verus Deus noster, quomodo non habuit in humana eius natura naturalem voluntatem? Si itaque & humanam impeccabilem voluntatem assumpsit Dominus noster & verus Iesus Christus humanae suae naturae, & diuinam ante secula cum patre & sancto spiritu habuit voluntatem: proculdubio duas naturales voluntates in ipso orthodoxos oportet confiteri inconfuse atque indiuise, sicut & plurimis paternis testimonijs duas naturales voluntates, in vna persona siue vna subsistentia per incarnationis dispensationem vnus de sancta Trinitate nominis nostri Iesu Christi DEI nostri, comprobatae sunt. Item relectum est ab eodem codicillo aliud testimonium sancti Ambrosij episcopi Mediolanensis, de libro ad Gratianum Imperatorem, habens in verbis ita: Veruntamen intantum hominem, quem in veritate carnis ostendebat, in effectu coaequalem demonstrat, ut diceret, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis: & haec utique similitudo habente semper Christo circa voluntatem, quam vult pater. Et post pauca, huius testimonia deslorauerunt iisdem Macarius & Stephanus ita: Cernis, quomodo non solum filius voluntatem patris, sed & pater facit voluntatem filij. Quid ergo est viuificare, nisi quod per passionem sit filij? Nam passio Christi, voluntas est patris. Quos ergo viuificat filius, per voluntatem viuificat patris. Ergo voluntas vna est. Quae voluntas patris, nisi ut in hunc mundum Iesus veniret, & emendaret nos a peccatis? Audite le profum dicentem: Si vis, potes me mundare. Respondit Iesus: Volo, Mundare. et continuo saluus factus est. Cernis ergo quomodo filius potestatem habet propriae voluntatis, & eadem est voluntas Christi, quae est patris. Sunt autem & quae abscissa sunt ex eodem testimonio a Macario & Stephano, ita: Quauis dicente eo, Quae habet pater, mea sunt, indubium est, quod nihil sub-

tractum est. Quam enim pater habet, eandem & filius voluntatem habet. Vna ergo voluntas, vbi vna operatio. & in Deo enim voluntatis ordo effectuum existit actionis. Alia quippe est voluntas hominis, & alia dei. Nam ad cognoscendum, quod homini quidem vivere desiderabile existit, quoniam mortem pertimescimus: Christi vero passio est secundum diuinam voluntatem, ut pro nobis pateretur, Petro volente Dominum a passione declinare, Dominus ait: Non sapis ca quae Dei sunt, sed quae hominum sunt. Suscepit ergo voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nominio, quia crucem praedico. Mea est voluntas, quam suam dixit: quia ut homo suscepit tristitiam meam, ut homo locutus est. Ideo ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Mea est tristitia quam meo suscepit effectu. Nemo enim moriturus gaudet. Mihi compatitur & mihi contristatur, & mihi condoleat. Pro me enim dolet in me, quia pro se nihil habuit, quod doleat. Doles ergo nomine non tua vulnera, sed mea: non tuam mortem, sed nostram infirmitatem. Propheta dicit, quia pro nobis doles, & non reputauimus te nomine esse in dolore, dum quando ipse non dolebas pro te, sed pro me. Et quid mirum, si pro omnibus doluit, qui pro vno lachrymatus est? Quid mirum, si moriturus tedeat, qui Lazarum resuscitaturus illachrymatus est? Sed & ibi eum sororis pietas ad lachrymandum mouit, per quam eam tangebatur humanus affectus: & hic interior affectus dispensationem operabatur, ut quemadmodum mors eius omnium nostrum mortem abstulit, & liuor eius nostra sanauit vulnera, ita & eius tristitia nostram deleat tristitiam. Ut homo igitur dubitat, ut homo turbatur: non turbatur ut virtus, aut Deitas eius, sed anima turbatur. Et turbatur secundum humanam fragilitatis assumptionem, & ideo quia animam suscepit passibilem. Nec enim DEVS, iuxta quod DEVS erat, turbari aut mori poterat. Item relatum est aliud testimonium ex eodem codicillo sancti Dionysij episcopi Atheniensis & martyris ex libro diuinorum nominum, & collatus est similiter textus testimonij, continens ita: Discreta est autem benignissima circa nos DEI operatio per hoc, quod secundum nos ex nobis integrè vereque humanatum est verbum, quod est supra substantiam, & operari & pati, quanta humana eius diuinae operationi congruunt, praecipua ac probabilia. His namque pater & spiritus nulla ratione communicant, nisi quis dixerit secundum benignissimam misericordem voluntatem. Quae abscissa sunt ex eodem testimonio ab eisdem, & per omnem subtilissimam & ineffabilem DEI operationem, quam operatus est se-

Matth. 26, d

Ibid.

Ergo pro me dolet, & in me dolet.

Esa. 53, a

Ioan. 11, c

sensus interioris

Esa. 53, b nostram diluit macerem.

*neq; qd

*propterea

Dionys. Azo pagita.

*humanae

Ioan. Chryso-
stomus
Matth. 26, d

Luc. 22, b

Ioan. 18, b

Gene. 22, a
Ioan. 8, g

Exod. 17, c

Matth. 26, d

*sibi

cundum nos factus incommutabilis, eo quod Deus, & Dei verbum. Item relectum ex eodem codicillo testimonium sancti Ioannis Chrysofomi ex sermone illo: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Et collatum est similiter cum libro membranaeo, qui est ex bibliotheca venerabilis patriarchij huius regiae ciuitatis, testimonio continente ita: Tanta beneficia per crucem & facta sunt, & fiunt, & non vult crucifigi. Dico mihi, & quis ergo hoc dixerit. Si autem non volebat, quis ei necessitatem fecit? Quis vim intulit? Ut quid autem & praemisit prophetae annunciantes quod crucifigeretur, dum crucifigendus non erat, nec volens hoc pati? Ut quid autem & calicem vocat crucem, si vti quod volebat crucifigi? Hoc enim ostendens est, quantum desiderium circa hanc rem habuit. Quemadmodum enim fictibus calix suavis est, ita & eidem crucifigi. Propter quod & dicebat: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum: non quasi simpliciter hoc dicens, sed propter causam hanc, eo quod post vesperum crux cum susciperet. Quia ergo gloriam hanc rem vocabat, & discipulum increpabat, eo quod eum prohiberet, & bonum pastorem se ex hoc ostendebat, quod occideretur pro nobis, & desiderio desiderasse hanc rem dicebat, & sponte ad hoc veniebat, quomodo rogat hoc non fieri? Si autem non volebat, quid difficile erat prohibere ad hoc venientes? nunc autem & vides eum accurrentem in hanc rem: cum enim super eum venirent, dixit: Quem queritis? Qui dixerunt: Iesum. Ait: Ecce ego sum. Et abiierunt retrò, & ceciderunt in terram. Qui igitur eos prius excaecauerat, & ostenderat quia poterat aufugisse, tunc seipsum tradidit, ut discas quod non necessitate, neque vi, neque per tyrannidem irruentium, nolens hoc sustinuit, sed sponte, & volens, & praefigens, & olim haec dispensabat. Et ideo prophetae praemittebantur, & patriarchae praedicabant, & verbis & rebus crux praefigurabatur. Etenim Isaac occisio, crucis nobis demonstrabat. Vnde & dicebat: Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum: vidit, & gauisus est. Ergo patriarcha quidem gauisus est videndo imaginem crucis, ipse vero recubabat ipsam rem. Et Moses quoque ita Amalech superauit, quia figuram crucis ostendebat. Et millia millium vti quod quis cernat in veteri scriptura facta, quae crucem praefigurabant. Ut quid igitur ista fiebant, si is qui crucifigi futurus erat, hoc fieri nolens? Et quod sequitur, plus difficile est. Dicens enim, Transeat a me calix iste, addidit: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Ex hoc enim, quantum secundum sermonem, duae voluntates contrariae sibi demonstrantur. Siquidem pater vult eum crucifigi, ipse vero non vult,

dum quando vbi quod videmus eum eadem cum patre & volentem, eadem praeligentem. Nam quando dicit, Da eis, ut quemadmodum ego & tu vnum sumus, ut & ipsi in nobis vni sint: nihil aliud dicit, nisi quod vna est voluntas patris & filij. Et quando dicit, Verba quae ego loquor, non ego loquor: pater vero in me manens facit opera, hoc ipsum ostenditur. Et quando dicit, A me ipso non loquor, & a me ipso non veni, & a me ipso non possum quicquam facere: non hoc ostendendo dicit, quod potestate frustratur vel loquendi, vel faciendi: absit, sed exacte ostendere volens consonum eius esse propositum tam in verbis, quam in rebus, in omnibusque dispensationibus cum patre, & vniam eandemque esse, sicut iam saepius demonstrauimus. Illud autem, a me ipso non loquor, non potestatis est peremptio, sed consonantiae probatio. Sunt autem & sequentia eiusdem sermonis, quae & abscissa sunt ex praesente testimonio ab eisdem Macario & Stephano, haec: Quod ergo hic ait, Veruntamen non quod ego volo, sed sicut tu vis, forsitan in multum vos certamen immisimus, sed attoniti stete. Nam etsi plura sunt quae dicta sunt, sed bene noui, quoniam pudefcit deuotio vestra. Caeterum ad ipsam resolutionem properat sermo. Propter quod ergo ita dictum est, diligenter aduerte. Valde difficile recipiebatur incarnationis ratio. Superexcellens enim eius clementia, & magnitudo condensationis eius: hoc stupore erat repletum, & multo indigebat apparatu, ut susciperetur. Aduerte ergo, quale erat audire & dicere, quod Deus ineffabilis, inenarrabilis, inintelligibilis, inuisibilis, incomprensibilis, cuius in manu sunt fines terrae, qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & sumigant, cuius momentum condensationis neque Cherubin sufferre potuerunt, sed facies obceclabant extensione alarum, ipse qui omnem sensum superexcellit, & omne consilium agit, transfiliens angelos, archangelos, vniuersasque intellectuales supernas Virtutes, acceptum habuit fieri homo, & carnem, quae de terra & luto formata est, assumere, & in vuluam venire virginalem, & nouem mensium tempus in vtero portari, & lacte nutriri, & omnia humana pati. Quia igitur ita mirabile erat, quod futurum erat, ut & postquam fieret, a pluribus non crederetur: primo quidem prophetas praemisit hoc ipsum praedicantes, & hic quidem patriarcha hoc proclamabat, dicens: Ascendisti de gremine filij mi, & cubans dormisti in vtero. Esaias vero dicit: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Et alius iterum: Vidimus eum ut infantem, tanquam radicem in terra sitientem. Terram sitientem, vuluam dices virginati.

*voluntate
Ioan. 17, b

Ioan. 14, b

Ioan. 5, b

Ioan. 8, c

*ex voce

for. *vnum
eandemque
Ioan. 14, b

Matth. 26, d

for *enim
erat

Psal. 94.
Psal. 103.

*obceclabant

Gene. 49, b

Esa. 7, c

for. *alibi
Esa. 53, a

*nuptu
Esa. 9. b
Esa. 11. a
*Baruc. 3. d
Psal. 71.

Luc. 22.
Ioan. 12. d
Matt. 26. c
Marc. 14. d

*cū quodā
sono dicēs,

lem, eō quōd non susceperit semen hominis, neq; coitu frueretur, sed absque mixtione eum congeneraret. Et iterū: Puer natus est nobis, & filius dat^{us} est nobis. Et egreditur virga de radice Iessæ, & flos de radice eis ascendet. Et Hieremias: Hic Deus noster, non estimabitur alius præter eum: Inuenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo: Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Et Dauid aduentum eius in carne prædicans, ait: Descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram: quoniam absque strepitu & perturbatione in vtero virginis venit. Sed non suffecerunt hæc tantum. Sed & adueniens, vt non putaretur phantasia esse quod fiebat, non adpectu solo rei credulitatem adhibet, sed tempore multo, & per omnia humana veniendo. Neque enim simpliciter in hominem venit perfectum atque completum, sed in vuluam virginalē, vt & vtero portaretur, & partum toleraret, & lactis alimenta, & in cremētum, & per temporis prolixitatem, & differentiam omnium ætatum, credibile faceret quod fiebat. Sed nec in hoc solum demonstratio stetit, sed circumferens eandem carnem, permittit eam, quæ cōtemptibilia sunt naturæ, sustinere, & esurire, & sitire, & dormire, atque fatigari: ad extremum & ad crucem veniens, reliquit eam, quæ carnis sunt, pati. Propter hoc em̄ & guttæ sudorum descendebant de ea, & angelus inuenebatur eum cōfortare, & tristatur, & astuat. Etenim antequam hæc diceret, ait: Anima mea turbata est, & tristis est vsque ad mortem. Si enim & his omnibus factis malignum os diaboli per Marcionem Ponticum, & Valentinum, & Manichæum Persam, & ceteros plures hæresum authores tentauit, quantum in ipsis erat, peruertere verbum dispensationis, & insonuit Satanae cū quodā sonum diceret, quia neq; incarnatus est, neq; carnem induit, sed putatiua hoc erat phantasia, & scena, & simulatio: dum quando passionis tempore proclamarent, mors, sepulcrum & esuries, si nihil horum factum fuisset, quomodo non multo amplius diabolus maligna hæc seminaret impietatis dogmata? Propter hoc ergo quæ admodum esuriuit, sicut fatigatus est, sicut dormiuit, sicut manducauit, sicut bibit, sic & mortem recusat humanam, ostendens & infirmitatem naturæ, quæ nõ acquiescit impassibiliter abscindi de hac vita. Si enim nihil horum dixisset, habuissent dicere, quia, si homo erat, oportebat eum quæ hominis sunt, pati. Quæ verò sunt ista, dum crucifigendus erat, & formidare, & tædere, & non sine passione abscindi de hac vita? Naturæ enim insitus est amor præsentium: propterea ostendere volens, verum esse carnis indumentum, & dispensationem credibilem fa-

cere, cum multa approbatione easdem passionē nudas proponit. Constantinus piissimus Imperator dixit: Sufficiunt & quæ hodierna die relecta sunt: reliqua verò præsentis, qui legitur, codicilli, in sequenti secretario relegantur.

ACTIO NONA.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, imperatibus à Deo coronatis & serenissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidem piissimo, & à deo decreto magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore, anno vigesimo octauo, & post consulatum eius à Deo instructæ: mansuetudinis, anno decimo tertio, Heraclio verò atq; Tiberio à Deo conseruandis eius fratribus, anno vigesimo secundo, die octauo mensis Martij, indictio- ne nona: Præsidente eodem piissimo, & Christo dilecto magno Imperatore Constantino in secretario sacri palatii, quod cognominatur Trullus, & ex iussione eius à Deo instructæ serenitatis, præsentibus & audientibus Niceta gloriosissimo exconsule patricio, & magistro imperialium officiorum, Theodoro glorioso exconsule patricio, & comite imperialis obsequij, & substratego Thraciæ, Sergio glorioso exconsule patricio, Paulo glorioso exconsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio, & curatore imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, & locum agente comitis imperialis excubiti, Ioanne glorioso exconsule patricio & quaestore, Polyucto glorioso exconsule, Thoma glorioso exconsule, Paulo glorioso exconsule & disposito Orientalium prouinciarum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule & domestico imperialis mensæ.

Conueniente quoque sancta & vniuersali synodo, quæ per imperialem sanctionem congregata est in hac à Deo conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, vicem agentibus Agathonis sanctissimi ac beatissimi papæ antiquæ Romæ, & Georgio venerabili ac sanctissimo archiepiscopo magnæ Constantinopoleos nouæ Romæ, & Petro Deo amabili presbytero monacho, & vicario sedis magnæ ciuitatis Alexandriæ, & Georgio religioso presbytero monacho & apocrifario Theodori venerabilis vicarij sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo Portuensi, Abundantio episcopo ciuitatis Paternensis, Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanæ, locum præsen-

*Rhegiæ

facta

*Camele-
norum,

*Iustinopo-
lis Gordiu
come
*Domitio
*Cleone
*Gregoio
*Candani

*Cleone

facta ad piissimum Imperatorem Constantinum: & Theodoro religioso presbytero, & locum agente Theodori Deo amabilis archiepiscopi Rauennæ, Basilio Episcopo Gortynæ insulæ Cretæ, Theodoro episcopo Ephesi, Sisinnio episc. Heraclæ Thraciæ, Georgio episcopo Cyzici, Petro episcopo Nicomediæ, Photio episcopo Nicææ, Ioanne episcopo Chalcedonenb, Theodoro episcopo Meletinæ, Sisinnio episcopo Hierapoleos Phrygiæ, Macrobio episcopo Seleuciæ Isauriæ, Georgio episcopo Byzici Thraciæ, Gregorio episc. Mitylenæ, Sergio episcopo Selymbriæ, Andrea episcopo Methymnæ, Theognio episcopo Chij, Georgio episcopo Camulianorum, Antonio episcopo Hypepæ, Genesio episcopo Anastasiopoleos, Platone episcopo Cinnæ, Ioanne episcopo Dasylij, Theodoro episcopo Iullinianopoleos Gordi, Theodoro episcopo Verisæ, Stephano episcopo Heraclæ Ponti, Longino episcopo Tij, Domitio Episcopo Prusiados, Salomone Episcopo Claneî, Georgio episcopo Coënsi, Georgio episcopo Câtani, Ioanne episcopi Lappis, Eulalio episcopo Cynopoleos, Constantino Episcopo Dalisandi, Theodoro episcopo Olbis, Theophanio presbytero & abbate venerabilis monasterij in Sicilia positi, quod cognominatur Baias, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati, positi in antiqua Roma, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod cognominatur domus Arsitia, positi similiter in antiqua Roma, Anastasio presbytero & monacho oratoriorū venerabilis patriarchij Constantinopoleos. Et residentibus gloriosissimis patricijs & consulibus, & omnibus venerabilibus & Deo amabilibus episcopis secundum ordinem in eodem secretario Trulli, propositis in medio sanctis & immaculatis Christi Dei nostri Evangelijs, Constantinus amabilis diaconus huius sanctissimæ DEI Catholicæ & Apostolicæ magnæ ecclesiæ, & primicerius Deo amabilium notariorum Georgij sanctissimi archiepiscopi Constantinopoleos, dixit: Meminit à Deo instructū imperium vestrū, ac sancta & vniuersalis synodus, quod hesternæ die collata sunt cum libris venerabilis patriarchij diuersa testimonia ex codicillo, qui oblati sunt à Macario & Stephano. Et interlocutio facta est, vt in subsequenti reliqua eiusdem codicilli relegerentur.

Assistunt autem præ velo Petrus episcopus Nicomediæ, Salomon episcopus Claneî, Antonius episcopus Hypepæ, Theodorus episcopus Meletinæ, Georgius diaconus & chartophylax, Anastasius diaconus & defensor nauium, Stephanus diaconus & cancellarius, Dionysius diaconus & cancellarius, Georgius monachus Macarij, Anastasius presbyter & monachus, & Ste-

TOM. 2.

phanus monachus discipulus Macarij, & si videtur à Deo instructo vestro imperio, & vestra sanctæ synodo hos ingredi, suggerimus ad quod placuerit.

Constantinus piissimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Memorati viri ingrediantur. Et ingressi sunt. Constantinus piissimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Relegantur quæ dudum gesta sunt. Et relecta sunt. Constantinus piissimus Imperator dixit: Proferatur codicillus testimoniorum, qui oblati sunt à Macario & Stephano, quatenus reliqua relegantur, & conferantur ad codices venerabilis patriarchij. Et prolatus est. Quem accipiens Diogenes à secretis & imperialis secretarius, relegit ita: Sancti Athanasij ex sermone de Trinitate & incarnatione. Et quando dixit, Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti, ex persona nostra dicit. Et ante paucos Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non mea voluntas fiat, sed tua. Spiritus promptus, caro autem infirma. Duas voluntates hæc ostendit, & vnam quidem humanam, quæ est carnis, aliam autem diuinam. Quod enim humanum, propter infirmitatem carnis refugiebat passionem: diuina natura autem erat prompta. Sicut Petrus audiens de passione, formidauit, & dixit: Propicius esto tibi Domine. Increpans autem eum Dominus, dixit: Vade retro me satana. Scandalum mihi es, quia non sapias quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Ità & hæc intelligitur. Sunt autem & quæ abscissa sunt ex eodem testimonio ab eisdem Macario & Stephano, ita: Factus quippe in similitudine hominum, refugiebat passionem vt homo: Deus verò existens, qui est secundum diuinam essentiam impassibilis, promptè suscipiebat passionem & mortem.

Basilus Deo amabilis episcopus Gortynæ, dixit: Ecce, piissime domine adhuc, quod vnam voluntatem, quæ ab eis promissa fuerat, non ostenderunt, sed & duas voluntates ex præsentibus, quod relectum est, sancti Athanasij testimonio luce clariùs ostenderunt. Stephanus monachus discipulus Macarij, dixit: Sanctus Gregorius theologus in libro secundo de filio, manifestè ostendit vnam voluntatem in Domino nostro Iesu Christo, inquit:

Illius enim velle nec contrarium est Deo, deificatum totum.

Basilus Deo amabilis episcopus Gortynæ, dixit: Qualem voluntatem dicis quæ deificata est, diuinam, an humanam? Si enim Diuinam dixeris, quod diuinum est, deificatione non indiget: Si autem humanam, proculdubio duas voluntates, & ex præsentibus testimonio, etiã nolens significas. Domitius Deo amabilis Episcopus Prusiados, dixit: Postulo à Deo coronatam Domini

*Athana. Ale-
xandrinus
Matt. 27. f

Matth. 26. d

Matth. 16. d

*ad hoc

Gregorius
Nazianzen

*Domitius

Domini fortitudinē & sanctam synodum, vt veniat in medium Georgius religiosus monachus condiscipulus huius Stephani, & interrogetur si benè dogmatizet Stephanus. Constantinus pijsissimus Imperator & sancta synodus dixerunt:

Edicat Georgius religiosus, si rectè dogmatizat Stephanus monachus condiscipulus eius. Georgius religiosus monachus dixit: Omniud, domine, extra intentionem sanctorum patrum disputat, aduersarius patrum existens. Item relectum est ex eodem codicillo alterum testimonium sancti Cyrilli, de interpretatione Euangelij secundum Mattheum sermone duodecimo, quod collatum est similiter cum libro chartaceo bibliothecę huius venerabilis patriarchij,

textu testimonij habente sic: Ergo id, Non sicut ego volo, sed sicut tu, transformationem & transfigurationem naturę humanę de exuperata formidine, in audaciam spiritalem benè nimis significat. Sunt autem & ante hoc testimonium, quę callidè predictus Macarius & Stephanus non deflorauerunt, hoc modo: Recusat itaque ipsum calicem, crucifigentes se, DEI amatores non esse tanquam per hoc accusans: & subest quidem in eo pauor passionis propter humanitatem, compescitur autem continuò virtute inhabitantis verbi ac fortitudine. Considera nanq; quomodo ostendit quidē quod humanum est, ipsa recusatione: quod autem Deitatis est inflexibile, effulsit statim. Ait enim ad patrem qui in caelis est: Veniamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Humanitas verò condecenter & hoc ait. Nam secundum quod Deus est, non extra

est voluntatem patris: magis autem ipsa est voluntas Dei & patris, sicut in sapientia & ipsum velle est patris, sapientia verò est filii. Quia igitur & voluntas patris nominatur vnigenitus, & exclamat, dicens laudabilis cantor: Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. In Christo nanq; est omne donum celestium bonorum à Deo & patre. Alias autem vna consubstantiali sancta existenti Trinitate, & vna Deitate in ea intelligenda, quomodo non erat voluntas eadem patris & filij & spiritus sancti? Congruētissimè igitur ad humilitatis habitum, & vt homo, formidat tacitè mortem, quæ extra naturam, & ex maledictò intromissa est: respiciens iterum autē vt Deus, Non sicut ego volo, ait, sed sicut tu. Caro itaque quæ quoquo modo in Christo ad summam post

hoc fiduciam hominis transformabatur, natura docebatur quippe iam nec ipsam seueram mortem pertimescere, si præsertim vtiliter ad eam accederet propter deum. In hoc em plurima est merces, quia ad id, quod ita odibile & naturæ infestum est, accedimus propter Deum, discente & incipiente nostra natura in primo Christo viriliter agere,

con-

uenientium incursum. Sancta synodus dixit: Tu Stephane & tuus magister Macarius, non ostendistis in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi verari Dei nostri, per codicillum à vobis oblatum: sed & duas voluntates, in testimonijs in eodem codicillo positis inuenimus aperte, clamante Athanasio laudabili, quantum detruncata & obcelata sint, iuxta quod soliti estis, eadem testimonia, quæ peruersè interpretantes protulistis. Definimus igitur, postquam aperte approbati estis ad subuersionem diuinorum dogmatum festinare, & sanctorum ac probabilium patrum doctrinas corrumpere, & hæreticorum magis sensum assumere, & quæque ab eis dogmatizata sunt, sectari ad contagium orthodoxæ plebis, ab omni vos sacerdotali dignitate & ministerio alienos existere. Eos autem, qui iam pœnitentiam egerunt, & superius nominatos tam episcopos quam clericos, qui & nunc in medio assunt, & rectè vnà nobiscum confitentur, præuidimus quidem in proprijs locis residere. Libellos autem quos promiserunt, propter eorum fidei cum iureiurando in subsequenti nobis offerent. Sancta synodus exclamauit: Multos annos Imperatori, Orthodoxo Imperatori multos annos, Hæreticum foras mitte, Nouo Eutychemi malos annos, nouo Apollinari malos annos, Hæreticum foras mitte. Et impulsus est Stephanus discipulus Macarij, & foras missus est. Petrus Deo amabilis episcopus Nicomedie, Theodorus Deo amabilis episcopus Meletina, Salomon Deo amabilis episcopus Clanei, Antonius Deo amabilis episcopus Hypepe, Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, Anastasius diaconus & notarius, Stephanus diaconus & cancellarius, Dionysius diaconus & cancellarius, & Anastasius presbyter & monachus, & Georgius monachus Macarij, dixerunt: Parati sumus in subsequenti rectæ nostræ fidei cum iureiurando libellos offerre. Sancta synodus dixit: Quod ab eis promissum est, fiat. Et quia sufficiunt quæ hodierna die mota sunt, in subsequenti qui dudum oblati sunt codicillis à parte Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, ad legendum & conferendum, cum libris hinc sit venerabilis patriarchij, proferratur. Illos itaque duos codicillos, qui tunc à Macario & Stephano dati atque relecti sunt, ad conferendum venire volumus, eò quod testimonia, quę in eis posita sunt, nullatenus ad præsentem dogmaticam causam respiciunt.

ACTIO DECIMA.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, imperatibus à Deo coronatis ac serenissimis nostris dominis Flauijs, Con-

Constantino quidem pijsissimo, & à Deo decreto magno principe, perpetuo augusto & Imperatore, anno vigesimo octauo, & post consulatum eius à Deo instructæ mansuetudinis, anno decimotertio, Heraclio verò atq; Tiberio à Deo conseruandis eius fratribus, anno vigesimo octauo, decimo octauo die Martij mensis, indictione nona. Præfidente eodem pijsissimo, & Christo dilecto magno Imperatore Constantino in secretario sacri palatij, quod cognominatur Trullus, & ex iussione eius à Deo instructæ serenitatis, presentibus & audientibus Niceta glorioso exconsule patritio, & magistro imperialium officiorum, Theodoro glorioso exconsule patritio, & comite imperialis obsequij, & sublatro Thracia, Sergio glorioso excōsule patritio, Paulo glorioso exconsule patritio, Iuliano glorioso exconsule patritio & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patritio, & curatore imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patritio, & locū agente comitis imperialis excubiti, Ioanne glorioso exconsule patritio & quaestore, Polyeucto glorioso excōsule, Thoma glorioso exconsule, Paulo glorioso exconsule & dispositore Orientalium prouinciarum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule & domestico imperialis mensæ.

Conuenientem autem sancta ac vniuersali synodo, quæ per imperialem sanctionem congregata est in hac à Deo conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, locum presentantibus sanctissimi ac beatissimi papæ antiquæ Romæ Agathonis, & Georgio venerabili ac sanctissimo archiepiscopo magnæ Constantinopoleos nouæ Romæ, & Petro Deo amabili presbytero & monacho, & vicario sedis magnæ ciuitatis Alexandriæ, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocryphario Theodori venerabilis loci seruatoris sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo ciuitatis Portuensis, Abundantio episcopo ciuitatis Paternæ, Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanæ, locum agentibus centum viginti quinque venerabilium ac Deo amabilium Episcoporum, quod circa antiquam Romam est, concilij, qui & per proprias subscriptiones demonstrantur in suggestionem ab eis facta ad pijsimum Imperatorem Constantinum: & Theodoro religioso presbytero, & locum agente Deo amabili archiepiscopi Rauennæ Theodori, Basilio episcopo Gortynæ insulæ Cretæ, Theodoro episcopo Ephesi, Sifinnio episcopo Heracleæ Thraciæ, Georgio episcopo Cyzici, Petro episcopo Nicomedie, Photio episcopo Niceæ, Ioanne episcopo Chalcedonæ, Sifinnio episcopo Hierapoleos Phrygiæ, Macrobio episcopo Seleuciæ Isauriæ, Ge-

orgio episcopo Mitylenæ, Sergio episcopo Selymbriæ, Andrea episcopo Methymnæ, Theognio episcopo Chij, Georgio episcopo Camuliano, Antonio episcopo Hypepe, Genesio episcopo Anastasiopoleos, Platone episcopo Cinnæ, Ioanne episcopo Dascyli, Theodoro episcopo Iustinianopoleos Gordi, Theodoro episcopo Verisæ, Stephano episcopo Heracleæ Ponti, Longino episcopo Tij, Domitio episcopo Prusiados, Salomone episcopo Clanei, Ioanne episcopo Myndi, Georgio episcopo Coenti, Georgio episcopo Cantani, Ioanne episcopo Lappi, Eulalio episcopo Cynopoleos, Constantino episcopo Dalifandi, Theodoro episcopo Olbis, Theophane presbytero & abbate venerabilis monasterij Siciliæ, quod cognominatur Baias, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati, positi in antiqua Roma, Connone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod cognominatur domus Arsitia, positi similiter in antiqua Roma, Anastasio presbytero & monacho oratoriorum venerabilis patriarchij Constantinopoleos. Residentibus itaque tam gloriosissimis patritijs & consulibus, quamq; omnibus venerabilibus & DEO amabilibus ex ordine episcopis in eodem Trulli secretario, propositis in medio sanctis & immaculatis Christi DEI nostri Euangelijs, Constantinus DEO amabilis diaconus huius sanctissimæ DEI Catholice & Apostolicæ magnæ Ecclesie, & primicerius Deo amabilium notariorum sanctissimi archiepiscopi huius à Deo conseruandę regiæ vrbis, dixit:

Meminit vestra pietas, & hæc sancta atq; vniuersalis synodus, quod in præcedenti conuentu locutio facta est reliquorum testimoniorum, quæ sunt in codicillo, qui prolatus est à Macario & Stephano, & eorum collatio facta est ad libros sanctorum patrum, qui reconditi sunt in venerabili patriarchio huius regiæ vrbis, horumq; virtutem cognoscitis. Et quia interlocutio facta est à vestra sancta synodo, vt in altero secretario lectio fieret, & collatio testimoniorum cū libris huius venerabilis patriarchij, quæ iam prolata sunt à parte Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, & quoniam promiserunt Petrus Deo amabilis episcopus Nicomedie, Theodorus amabilis episcopus Meletina, Salomon Deo amabilis episcopus Clanei, Antonius Deo amabilis episcopus Hypeporum, necnon & Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, & Dionysius Deo amabilis diaconus & cancellarius, Anastasius quoq; religiosus diaconus & notarius defensor nauium, & Stephanus diaconus & cancellarius, & Anastasius religiosus presbyter & monachus, & Georgius religiosus monachus, rectæ fidei suæ cum iureiurando

do huic vestrae sanctae & vniuersali synodo libellos offerre, & suggerimus ad quod placuerit. Constantinus piissimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Quae dudum gesta sunt, relegatur. Et relecta sunt. Constantinus piissimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Auditores effecti testimoniorum, quae prolata sunt à Macario & Stephano, agnouimus qualis amputatio ab eis facta est in huiusmodi testimonijs, quae obumbraret atque confunderet omnem Domini nostri Iesu Christi, veri Domini nostri humanationis dispensationem. In memoria quoque habemus, quod & Petrus Deo amabilis episcopus Nicomediae, Theodorus Deo amabilis episcopus Meletinae, & Salomon Deo amabilis Clanei, & Antonius Deo amabilis episcopus Hypeporum, ad haec & Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, & Dionysius Deo amabilis diaconus & cancellarius, Anastasius Deo amabilis diaconus & notarius defensor nauium, Stephanus religiosus diaconus & cancellarius, atque Anastasius & Georgius religiosi monachi promiserunt libellos relectae suae fidei cum iureiurando, in alio secretario huic sanctae ac vniuersali synodo offerre. Sed consequens est, codicillum, qui oblati sunt paternorum testimoniorum à parte Apostolicae sedis antiquae Romae, qui & sub sigillis consistit, ad medium deduci ad relegendum, atque conferendum cum libris venerabilis patriarchij huius à Deo conseruandae regiae vrbis. Et prolatus est huiusmodi codicillus sigillatus. Et postquam dissigillatus fuisset, accipiens Petrus Deo amabilis diaconus & notarius sanctissimi archiepiscopi Constantinopoleos ipsum authenticum librum, qui est de scenophylacio, id est, de repositione sacrorum vasorum huius sanctae magnae ecclesiae, membranaceum tectum ex argento. Et Salomon Deo amabilis diaconus & notarius eiusdem sanctissimi archiepiscopi Constantinopoleos, praedictum codicillum testimoniorum relegit, habentem superscriptionem in his verbis: Testimonia sanctorum ac probabilium patrum, ostendentia duas voluntates & duas operationes in domino & Deo & saluatore nostro Iesu Christo, sancti Leonis papae Romani, ex epistola secunda ad Leonem Imperatorem, cuius initium est, Promisisse me memini: Quicquid ergo in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui quae non habuit, conferrentur. Nam secundum potentiam deitatis indifferenter omnia quae habet pater, etiam filius habet: & quae in forma serui à patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donauit. Secundum enim formam Dei, ipse & pater vnum sunt: secundum autem formam serui, non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit eum. Secundum formam Dei, sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Secundum formam serui, tristis est anima mea usque ad mortem. Quod testimonium collatum est cum superius dicto libro scenophylacij, & constitit. Similiter relectum est ex eodem codice testimonium sancti Ambrosij episcopi Mediolanensis, ex libro secundo ad Gratianum Imperatorem, cuius initium est, Sed forsitan arbitror per praeteritum librum: Suscepit ergo voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nominio, quia cruce praedico. Mea est voluntas, quam suam dixit: quia ut homo suscepit tristitiam meam, ut homo locutus est. Et idem dixit, Non sicut ego volo, sed sicut tu. Mea est tristitia, quam volo suscepit affectu. Et enim nullus moriturus gaudet. Mihi compatitur, & mihi contristatur, & mihi condoleat. Pro me igitur doluit in me, qui pro se nihil habuit quod doleret. Dolere ergo Domine non tua vulnera, sed mea: non tuam mortem, sed nostram infirmitatem. Propheeta dixit, quod pro nobis doles, & nos reputauimus te Domine esse in doloribus, dum quando ipse non dolebas pro te, sed pro me. Et quid mirum, si pro omnibus doluit, qui pro vno lachrymatus est? Quid mirum, si moriturus tadeat, qui Lazarum resuscitaturus, illachrymat? Sed & ibi eum sororis pietas ad lachrymandum mouit, per quam cum angebat sensus humanus: & hic internus eius affectus dispensatione operabatur, ut quem admodum mors eius omnium nostrum abstulit mortem, & liuor eius nostra sanauit vulnera, ita & eius tristitia nostrum diluat maerorem. Ut homo igitur dubitat, ut homo turbatur, non turbatur ut virtus: neque Deitas eius, sed anima turbatur. Et turbatur secundum humanam fragilitatis assumptionem, propterea quia animam suscepit passibilem. Nec enim Deus secundum quod Deus est, aut turbatur, aut mori potuit. Unde & ait: Deus Deus meus, ut quid me dereliquisti? Ut homo igitur loquitur, meos maerores circumferens, quoniam in periculis existentes, à Deo nos derelinqui putamus: ut homo turbatur, ut homo illachrymat, ut homo crucifigitur. Sic enim dicit Apostolus, 1. Cor. 1. d. quia Christi carnem crucifixerunt. Et alibi Apostolus inquit Petrus, Christo passo carne. Caro ita que passa est. Nam Deitas libera exitit mortis & passionis, corpus secundum conditionem humanam cessit naturae. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo vetustissimo, qui est de bibliotheca venerabilis patriarchij huius à Deo conseruandae regiae vrbis. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem sancti Ambrosij ex lib. 6. interpretationis euangelij secundum Lucam, continens ita: Quod autem dixit, Non mea voluntas, sed tua fiat: suam, ad hominem retulit: patris, ad diuinitatem. Voluntas enim homi-

lium temporalis: voluntas diuinitatis, aeterna. Quod testimonium collatum est cum codice Latinis literis scripto, interpretante Constantino Deo amabili presbytero, & defensore huius sanctae magnae Ecclesiae, & grammatico Latino. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Ioannis episcopi Constantinopoleos, ex sermone facto ad eos qui ad Missas non occurrerunt, cuius initium est, Iterum Circensia, continens ita: Horum mihi iterum memores estote verborum, vtilis eorum erit memoria de oratione conferentibus. Praedixit proditorem, praedixit omnium fugam, & sui mortem. Percutiam enim, ait, pastorem. Praedixit, qui eum abnegaturus fuisset, & quando, & quotiens, accuratè omnia. Et post haec omnia idonea praesentia futurorum dans probationem, veniens ad locum, orat: & illi quidem dicunt quia secundum Deitatem, nos verò dicimus quia secundum dispensationem. Iudicate itaque, & ab ipsa vniuenti gloria nulli gratiam dantes sententiam profertote. Si enim & cum contribulibus iudicor nunc, sed supplico ac deprecor, ut absque praemio iudicium fiat, neque ad gratiam meam, neque ad illorum odium. Maxime quidem & ex hoc ipso manifestum est, quod non est diuinitatis ipsa oratio, Deus enim non orat. Dei enim est adorari, Dei est orationem suscipere, non orationem offerre. Viso reuera quia inuerecundi sunt, ex ipsius orationis sermonibus manifestum vobis facere pertentabo, quia totum dispensationis est, & ipsius carnalis infirmitatis. Quando enim humile quid loquitur Christus, sic loquitur humile & vile, quatenus immensitatis humilium dictorum, etiam eis qui valde contendunt, possit persuadere, quia nimis ab illa ineffabili atque inenarrabili essentia dissonant haec verba. Veniamus igitur ad ipsa verba orationis: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Et post pauca: Interrogo haereticum, Deus formidat, & superfedet, & pigritat, & tristatur? Et si dixerit, etiam, recedat iam, & statuet illum deorsum cum diabolo, magis autem & illo inferiorem. Neque enim ille audebit hoc dicere. Sin autem dixerit, quia nihil horum dignum Deo, dic ergo, quia nec orat Deus. Absque istis enim & aliud inauditum erit, si haec Dei fuerint verba. Neque enim aetuationem tantummodo indicant ipsa verba, sed & duas voluntates, vnam quidem filij, aliam verò patris, contrarias in alterutrum. Quod enim dictum est, Non sicut ego volo, sed sicut tu, hoc insinuantis est. Hoc autem nec illi aliquando permiserunt, sed nobis semper dicentibus, Ego & pater vnum sumus in maiestate, illi in voluntate hoc dictum esse inquit, dicentes patris & filij vnam esse voluntatem. Si igitur patris & filij vna est voluntas, quomodo hic dicit, Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis? Si enim in diuinitate, quod dictum est, sit hoc, contradictio erit, & multa inaudita ex hoc generantur. Si autem de carne habent rationem, quae dicta sunt, & nullum ex hoc erit scandalum. Nec enim nolle mori carnem, reprehensio est, quoniam hoc natura est. Ipse autem quae naturae sunt, omnia absque peccato ostendit, & cum multa abundantia, ut etiam haereticorum obturet ora. Quando autem dixit, si potest fieri, transeat à me calix iste: &, Non sicut ego volo, sed sicut tu: nihil aliud ostendit, nisi quia carnem verè indutus est timentem mortem. Mortem enim timere, & dubitare, & anxari, illius est. Nunc quidem eam destitutam reliquit, & nudatam ex propria operatione, ut demonstrans eius infirmitatem, credibilem eius faciat & naturam. Nunc verò eam abscedit, ut discas, quod non erat purus homo. Quemadmodum enim si semper humana demonstrasset, hoc utique crederetur: ita si semper, quae Deitatis sunt, effecisset, incredibile utique fuisset ipsius dispensationis ratio: propterea variat & intermiscet verba & causas, ut neque Pauli Samosatani, neque Marcionis & Manichaei aegritudini & furori occasionem tribuat. Idcirco & praedixit quod futurum est, ut Deus, & super sedit iterum ut homo. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo, qui est de bibliotheca venerabilis patriarchij huius à Deo conseruandae regiae vrbis. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem S. Ioannis archiepiscopi Constantinopoleos de interpretatione euangelij secundum Matthaeum de textu, ubi ait: Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, continens ait: Quemadmodum qui corpore curantur, sponte sustinent, dum curantur, dolorem, non quasi virtute, sed & necessarium propter salutem, quae ab ea conquiritur: eodem modo & saluator effugiendum quidem, secundum id quod est, iam recusat mortem. Suffinuit autem eam magnanimitate, ut nobis hominibus multifarie per huiusmodi dispensationem prodesset. Non solum enim & redemptionem offerens, liberos nos omni peccato fieri preparauit, sed & corporis quasdam primitias resurrectionis mortuorum ostentans, communitatem quoque confirmauit resurrectionem. Forsitan autem etsi non recusasset, estimatus esset utique, quod temeraria audacia atque contemptu ultra ad mortem venisset. Nunc autem orando id recusans, immoderatam ostendit perimentium eum malitiam. Transeat ergo calix, inquiens, subiunxit: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu: & suam quidem voluntatem

hominis, temporalis: voluntas diuinitatis, aeterna. Quod testimonium collatum est cum codice Latinis literis scripto, interpretante Constantino Deo amabili presbytero, & defensore huius sanctae magnae Ecclesiae, & grammatico Latino. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Ioannis episcopi Constantinopoleos, ex sermone facto ad eos qui ad Missas non occurrerunt, cuius initium est, Iterum Circensia, continens ita: Horum mihi iterum memores estote verborum, vtilis eorum erit memoria de oratione conferentibus. Praedixit proditorem, praedixit omnium fugam, & sui mortem. Percutiam enim, ait, pastorem. Praedixit, qui eum abnegaturus fuisset, & quando, & quotiens, accuratè omnia. Et post haec omnia idonea praesentia futurorum dans probationem, veniens ad locum, orat: & illi quidem dicunt quia secundum Deitatem, nos verò dicimus quia secundum dispensationem. Iudicate itaque, & ab ipsa vniuenti gloria nulli gratiam dantes sententiam profertote. Si enim & cum contribulibus iudicor nunc, sed supplico ac deprecor, ut absque praemio iudicium fiat, neque ad gratiam meam, neque ad illorum odium. Maxime quidem & ex hoc ipso manifestum est, quod non est diuinitatis ipsa oratio, Deus enim non orat. Dei enim est adorari, Dei est orationem suscipere, non orationem offerre. Viso reuera quia inuerecundi sunt, ex ipsius orationis sermonibus manifestum vobis facere pertentabo, quia totum dispensationis est, & ipsius carnalis infirmitatis. Quando enim humile quid loquitur Christus, sic loquitur humile & vile, quatenus immensitatis humilium dictorum, etiam eis qui valde contendunt, possit persuadere, quia nimis ab illa ineffabili atque inenarrabili essentia dissonant haec verba. Veniamus igitur ad ipsa verba orationis: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Et post pauca: Interrogo haereticum, Deus formidat, & superfedet, & pigritat, & tristatur? Et si dixerit, etiam, recedat iam, & statuet illum deorsum cum diabolo, magis autem & illo inferiorem. Neque enim ille audebit hoc dicere. Sin autem dixerit, quia nihil horum dignum Deo, dic ergo, quia nec orat Deus. Absque istis enim & aliud inauditum erit, si haec Dei fuerint verba. Neque enim aetuationem tantummodo indicant ipsa verba, sed & duas voluntates, vnam quidem filij, aliam verò patris, contrarias in alterutrum. Quod enim dictum est, Non sicut ego volo, sed sicut tu, hoc insinuantis est. Hoc autem nec illi aliquando permiserunt, sed nobis semper dicentibus, Ego & pater vnum sumus in maiestate, illi in voluntate hoc dictum esse inquit, dicentes patris & filij vnam esse voluntatem. Si igitur patris & filij vna est voluntas, quomodo hic dicit, Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis? Si enim in diuinitate, quod dictum est, sit hoc, contradictio erit, & multa inaudita ex hoc generantur. Si autem de carne habent rationem, quae dicta sunt, & nullum ex hoc erit scandalum. Nec enim nolle mori carnem, reprehensio est, quoniam hoc natura est. Ipse autem quae naturae sunt, omnia absque peccato ostendit, & cum multa abundantia, ut etiam haereticorum obturet ora. Quando autem dixit, si potest fieri, transeat à me calix iste: &, Non sicut ego volo, sed sicut tu: nihil aliud ostendit, nisi quia carnem verè indutus est timentem mortem. Mortem enim timere, & dubitare, & anxari, illius est. Nunc quidem eam destitutam reliquit, & nudatam ex propria operatione, ut demonstrans eius infirmitatem, credibilem eius faciat & naturam. Nunc verò eam abscedit, ut discas, quod non erat purus homo. Quemadmodum enim si semper humana demonstrasset, hoc utique crederetur: ita si semper, quae Deitatis sunt, effecisset, incredibile utique fuisset ipsius dispensationis ratio: propterea variat & intermiscet verba & causas, ut neque Pauli Samosatani, neque Marcionis & Manichaei aegritudini & furori occasionem tribuat. Idcirco & praedixit quod futurum est, ut Deus, & super sedit iterum ut homo. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo, qui est de bibliotheca venerabilis patriarchij huius à Deo conseruandae regiae vrbis. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem S. Ioannis archiepiscopi Constantinopoleos de interpretatione euangelij secundum Matthaeum de textu, ubi ait: Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, continens ait: Quemadmodum qui corpore curantur, sponte sustinent, dum curantur, dolorem, non quasi virtute, sed & necessarium propter salutem, quae ab ea conquiritur: eodem modo & saluator effugiendum quidem, secundum id quod est, iam recusat mortem. Suffinuit autem eam magnanimitate, ut nobis hominibus multifarie per huiusmodi dispensationem prodesset. Non solum enim & redemptionem offerens, liberos nos omni peccato fieri preparauit, sed & corporis quasdam primitias resurrectionis mortuorum ostentans, communitatem quoque confirmauit resurrectionem. Forsitan autem etsi non recusasset, estimatus esset utique, quod temeraria audacia atque contemptu ultra ad mortem venisset. Nunc autem orando id recusans, immoderatam ostendit perimentium eum malitiam. Transeat ergo calix, inquiens, subiunxit: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu: & suam quidem voluntatem

*Dei

*Cleone

Leo, papa

Ioan. 10. f
Ioan. 6. d

Ioan. 5. d

TOM. 2.

Matt. 26. d

Ambrosiu

Chryso-
mus.

Matt. 26. e
Mar. 14. d
Luc. 22. c

*Ergo p me
dolet, & in
me dolet.

Esa. 53. a

Ioan. 11. c

*affectus
interior

Esa. 53. b

*poterat.

Plal. 21.

Matt. 26. d

1. Pet. 4. a

Ioan. 10. f

TOM. 2.

Matt. 26. d

*id est, tã-
rum ho-
mo.

Matt. 26. d

*quiritur
virtutem,
*necessa-
rium

*ἀδύνατον
*καρὰ
*σκαύουσαν
*corpus,

vt

LLLL tem

tem habere se efficaciter demonstravit. Præponit autem ubique suæ paternam voluntatem, & in omnibus adnectit, illam, quæ patris est, ei cõcurrentem, concordemq; se ostendit illius voluntati. Quod testimonium similiter collatum est cum codice chartaceo, qui est de bibliotheca similiter venerabilis huius patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Athanasij Archiepiscopi Alexandriæ ex libro de Trinitate & incarnatione, cuius est initium, Qui callidè diuinas scripturas, continens ita: Et quandò dicit, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non mea voluntas fiat, sed tua: spiritus quidem promptus est, caro autè infirma: duas voluntates hic ostendit, vnam quidem humanam, quæ est carnis, aliam autem diuinam. Nam humana propter infirmitatè carnis refugiebat passionem, diuina autem eius prompta. Sicut **Mat. 16. d** & Petrus audiens de passione, formidauit & dixit: Propicius tibi sis Domine. increpauit autem eum Dominus, dicens: Vade retrò me satana, scandalù mihi es, quia nõ sapias ea quæ Dei sunt, sed quæ hominis. ita & hic intelligitur. Factus quippe in similitudine hominù, recusat passionem vt homo: Deus verò existens, & secundùm essentiam diuiná impassibilis, promptè acceptã tulit passionem & mortè, eò quòd impossibile erat teneri illù à morte. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo crocato, qui est adæquè de bibliotheca huius venerabilis patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium S. Gregorij episcopi Nyssæ, ex libro ἀντιπρὶνδὸν oppositionum aduersus Apollinarem, cuius est initium, Bonù enim erit vtique exordiù, continens ita: Apollinarij: Sed turbatur (inquit) infidelium p̄urbatione. Gregorij: Aduersus nos cõtumelijs vtitur, turbulentos & perfidos appellans eos, qui Euagelicæ voci nõ citra examinationem attendunt, quæ ait: Si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non mea, sed tua fiat voluntas. His autem adiungit proprium dictù, continens ita: Apollinarij: Et nõ memorant, quia voluntas ista propria dicta est, nõ hominis terreni, sicut ipsi putant, sed Dei, qui de cælo descendit. Gregorij: Quisnam adinueniet tale aliquid dicere? Non dico horù aliquè, qui in hæresi denotati sunt, sed nec ipsum impietatis atque falsitatis patrem arbitror adinuenire aliquid ad blasphemiam callidiùs, quàm quæ dicta sunt. Putas, nescit verborum scriptor, quæ loquitur Deus de cælo descendens? Propriam ipsius Deitatis voluntatem ἀπαρρηστω * exceptat, & non vult ad effectum venire, quod vult? Ergò diuina sunt patris & filij volùtates? Et quomodò ergò erit communis vtriusq; voluntas? quomodò vtique identitas nature, differentia voluntatum insinuat? Omnino enim necesse est naturæ voluntatè concurrere, sicut alibi Dominus ait: Nõ potest arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere, fructus vtique naturæ erit affectus, vt profectò bonè bona sit, malè autem mala. Si itaq; differens est in patre & filio fructus volùtatis, differentem necesse est & alterutrorum naturã confiteri. Quid igitur impugnat Arrius? Quid autem non fugiant ad Eunomium, qui diuidens patris & filij naturam, simul diuidit cum natura voluntatem, & magis colligit alienationem substantiæ, subtrahit sum à prælo discerpens à diuinitate verbum? Iterum autem, quod ab eo dictum est, repetamus: Apollinarij: Et nõ memorantur, quia voluntas ista, propria dicta est non hominis, qui ex terra est, sicut existimant ipsi: sed Dei, qui de cælo descendit. Gregorij: Qualem volùtatem asserit verbi * scriptura, quòd non vult? Dominus fieri, dicens ad patrè, Non mea voluntas, sed tua fiat? Putasne intelligit, in qualem delapsus est sermo eius controuersia? appropinquat passio, & sicut necdum futurus erat procreator superuenire cū multitudine, tunc quomòdò huiusmodi facta est oratio: Qui deprecatur, homo est, an Deus? Si Deum esse, qui deprecatur, existimat, parem ei cum hominibus inspicit impotentiã. Quomodò igitur Deus nullum habet inditum bonum, sed supernù inuocat adiutorium? Dehinc quãdò reprehendebat diuinitas propriam voluntatem, bonum fuit, an malum quod volebat? Et si quidem bonum, quomodò non ad effectum perducitur, quod volebat? si autem malum, quæ est diuinitati ad malum familiaritas? Sed quod dixi, quis non intelligit quòd in contrarium circumefflit illum sermonem? Si quippe vnigeniti Dei est vox, quæ dicit, Non mea voluntas fiat, sed tua: ipse sermo circa seipsum per quandam semper cõtrarietatem voluitur, & nusquàm stabilitatem habet. Qui enim non vult propriam voluntatem fieri, hoc ipsum vult per omnia, vt non fiat quod vult. Quomodò ergò oratio ad effectum perducitur dicentis, quia hoc volo, vt quod volo, non fiat? in cõtrario per omnia quod desiderat conuertitur, & hæsitauit erga alterutrum, qui huiusmodi orationem exaudit. Quicquid enim fecerit ad eum exitum, quod oratum est, in voluntarium conuertetur, si faciat voluntatem orantis. Sed & oratio est, vt minimè fiat quod vult, non faciat quod vult: sed qui orat, vult fieri hoc ipsum quod nõ vult: ac per hoc per omnes modos quoquòd conuertatur, quoquo modo accipiatur, inconstant erit eius intelligentia, ipsa sibi repugnans, & à seipsa deicitur. Ad huiusmodi itaq; verbi hæsitatio-

TOM. 2.

nem **Mat. 7. e** **Mat. 26. d** **1. Tim. 2. b** **Gregor. Nyssenus.** **Ioannes Chrysost.** *** acceptat** *** ne vltra deficiat** **Tom. 2.**

nem vnũ fiat solatium, vera ipsa mysterij confessio: quia formidare quidem passionem, humanæ fragilitatis est, sicut ait & dominus, spiritum promptum esse dicens, carnem autem infirmam: suscipere verò eandem ex dispensatione passionem, diuinæ est voluntatis & virtutis. Quia igitur alia est humana voluntas, & alia diuina, loquitur quidem & quasi ex homine, quod infirmitati naturæ congruit, qui nostras passionem assumpsit: adiungit autem secundam vocem sublimem, & D E O decibilem voluntatem, quæ firmari humanam pro hominum salute volens. Qui enim dixit, Non meam, humanam hoc sermone significauit: addens verò tuam, ostendit coniunctionem suæ Deitatis ad patrem, cuius nulla voluntatis est differentia propter cõmunitatem naturæ. Nam patris dicens voluntatem, etiã filij demonstravit. Hæc autem est, velle omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire: quod non erat aliter fieri, quàm mortem subire, quæ vitam præcediebat. Humilem autem humanæ formidinis & sermonem, & passionem assumpsit Dominus, ostendens quòd non vacaret circa eum erat, quod nostrum est ex communicatione passionum, ipsam naturam credibilem faciens. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui erat ex bibliotheca huius venerabilis patriarchij. Et cõstitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem S. Gregorij de hominis cõtēplatione, capitulo quarto continens ita: Ipsa quidem anima, regium quid & sublime inditum ostendit: porrò à priuatorum paupertate seiuncta, in eo, quòd indominabilis & liberi existit arbitrij, proprijs voluntatibus se imperialiter dispensans. Item relectum est ex eodem codice, testimonium eiusdem S. Gregorij ex his, quæ aduersus Eunomium capitulo tricesimo quinto, cuius est initium, Non erat vt videtur, continens ita: Omnino necesse est, conueniens esse & proprium confiteri naturæ, ipsum quoquè arbitrium. Et si dissimile extiterit secundùm naturam, dissimiles erunt etiã ipsæ voluntates, virtute eius in vtriusque idonea existente, & natura deficienti ad perficiendam propriam voluntatem. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui est de bibliotheca huius venerabilis patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium S. Ioannis Archiepiscopi Constantinopoleos ex sermone: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: cuius initium est, Profundam sectionem, cõtinentes ita: Sed nõ sufficiunt hæc solummodò, sed & adueniens, vt nõ putares phantasticum quod fiebat, non superficie tantum rem credibilè facit, sed & tempore multo,

TOM. 2.

& quod per omnia humana transtulit. Neq; enim simpliciter in hominè pfecto venit, sed in vtero virginis, vt etiã & in vulua baiularetur, & partù sustineret, & lactis nutrimentum & incrementum, prolixitatemq; temporis, & per diuersitatè omnium ætatum credibile faceret quod fiebat. Sed neq; in huiusmodi probatione tantum persistit, sed & ipsam circūferens carnè, permittit eã naturæ perpeti detrimenta, & esurire, & sitire, & dormire, & fatigari. Postremò etiã ad crucem veniens, sinit eã quæ carnis sunt, pati: idè enim & guttæ sudorù de ea cadebant, & angelus inueniebatur eam sustentans, & tristatur, & hæsitat. Priùs enim quæ hæc diceret, ait: Anima mea turbata est, & tristis est vsq; ad mortè. Si enim his omnibus gestis os maligni diaboli per Marcionè Ponticum, & Valentinum, & Manichæum Persam, & alias plures hæreses valuit, quantum ad eos, verbù dispensationis subuertere, & insonuit satanas, consonum dicens, quia neq; incarnatus, neq; carne indutus est, sed putatiuè hoc erat, & phantasia & scena atq; simulatio, dum quandò passiones ipsæ præclamarent, & mors & sepulcrum & esuries, si nihil horum factum est, quomodò non multò amplius hæc impietatis nequissima dogmata disseminarentur? Quamobrem sicut esuriuit, sicut fatigatus est, sicut dormiuit, sicut manducauit, sicut bibit, sic & mortè recusat, quod est humanum ostendens & infirmitatem naturæ, quæ non sine dolore patitur auelli de presenti vita. Si enim nullum horù dixisset, dixissem vtique, quia si homo esset, oportebat eum pati quæ hominis sunt: quæ verò hæc, cum ad crucem veniret, & formidaret, & tæderet, nec sine dolore auelleretur à presenti vita: (inest quippe naturæ amor præsentium) & idè ostendere volens verum carnis velamen, dispensationemq; credibilem facere, cum multa probatione passiones ipsas nudas proposuit. Quod testimonium similiter collatum est cū libro membranaceo, qui est de bibliotheca huius venerabilis patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem sancti Ioannis Chrysoptomi ex interpretatione euangelij secundùm Matthæum lib. 81. cuius est initium, Tūc venit cum eis Iesus, continens ita: Et post pusillum accedens, orabat dicens: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad eos, & inuenit eos dormientes. Et dixit Petro: Sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Non simpliciter maximè Petrum aggredditur, dum quandò & ceteri dormirent: sed palpans, atque tangens eum, & ex hoc propter causam quam antea dixi.

L L L L 2 Dehinc

Dehinc, quia & ceteri hoc ipsum dixerunt, dicente enim Petro, inquit, quod si etiam oportuerit me mori tecum, non te nego: Similiter autem, inquit, & omnes discipuli dixerunt. Ceterum omnes alloquitur, redarguens eorum infirmitatem. Qui enim mori cum eo delegerant, nec saltem cōtristato simul cum eo tunc euigilantes, contristari valuerunt, sed tenuit eos somnus. Orat verò, nē causa simulatio esse putaret: & sudores defluerunt, propter eandē iterum causam, nē dicant heretici, quod anxietatem simulasset. Propter eā & sudores ut guttae sanguinis defluerunt, & angelus confortans eum visus est, multa milia quoque timoris indicia, nē quis diceret verba ficta fuisse. Ideo & orat. Dicendo nanque, si possibile est, transeat, ostendit humanum. Dicendo autem, Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu, ostendit quid sit elegās, & philosophum imbuens, etiam natura in aduersum trahente, sequi Deum. Quoniam quidem non sufficiebat insipientibus * faciem ostendere solum, etiam verba adiungit. Iterum quia verba non sufficiebant tantum, sed & res, oportebat ut eas verbis coniungeret, ut credant etiam, qui vehementer contendant, quia & homo factus est, & mortuus est. Si enim & dum hæc sunt, incredibile est hoc adhuc apud quosdam, multo magis si hæc minimè fuissent. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui est de bibliotheca venerabilis huius patriarchij, Et constitit. Item * relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem ex interpretatione Euangelij secundum Ioannem, libro secundo, sermone sexagesimo sexto, cuius initium est, Dulcis est præsens vita, continens ita: Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salua me ab hac hora. Quia hoc non est euitantis, ut ad mortem veniret, sed maximè inuitantis. Ut enim non dicant, quia ipse extra dolores * humanatus exiitens, facilè de morte philosophatur, omne mortis imperium potenter destruens, & nos extra periculum exhortatur, ostendit quia quantum anxietur, attamen propter utilitatem non recusat. Hæc verò dispensationis sunt, non Deitatis: ideò ait, Nunc anima mea turbata est. Nam si hoc non est, qualis cōsequencia est, quod dictum est, & dicere: Pater, salua me ab hac hora: & ita turbari, ut exui quoque depolueret? Si verò inesset, etiam diffugere, hæc naturæ humanæ sunt infirmitates siue impotentia. Sed non habeo, inquit, quod dicam, exui postulans. Propter hoc enim veni in hanc rem. Ac si diceret: Seu turbamur, siue commouemur, non fugiamus mortem. Nam & ego nunc turbatus, non dico, ut fugiam. Oportet enim sustinere quod superuenit. Non dico, libera

* ἐν ὄψει
* personā
* τὸ πρόσωπον

* relatum

Ioā. 12. c. d

* humanos

me ex hac hora. Sed quid? Pater, glorifica nomen tuū, dum quando perturbatio hoc cogeret dicere. Econtrariò dico, Glorifica nomen tuum, hoc est, eleua iam super crucem. Iterum humanum ostendit, & naturam nolentem mori, sed præsentem vitam amplectentem, ostendens quod non extra humanas passiones erat. Quemadmodum enim esurire, crimen non est, neque dormire, ita nec præsentem vitam affectare. Etenim Christus corpus mundū à peccatis habuit, non naturalibus necessitatibus liberum, alioquin nec corpus esset. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo, qui est de bibliotheca huius venerabilis patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Cyrilli archiepiscopi Alexandriæ de thesauris, capitulo vigesimo quarto, cuius initium est, Si à quolibet aliquorum, continens ita: Propriam mortem Saluator euacuauit. Quemadmodum ergo nequaquam mors destrueretur, eo non moriente, ita in singulis carnis passionibus. Nisi enim formidasset, non utique natura à formidine libera fieret. Nisi tristaretur, non utique vnquam de tristitia liberaretur. Nisi perturbatus esset & pertimesceret, nunquam extra hæc efficeretur: etiam in singulis, que humaniter facta sunt, eadem aptans rationem, inuenies in Christo easdem carnis passiones motas fuisse, non ut obtineant sicut in nobis, sed ut agitæ destruantur virtute carnis inhabitantis, verbi, in melius resecta eadem natura. Quod testimonium similiter collatum est ad librum, qui est de bibliotheca venerabilis huius patriarchij, chartaceum. Et constitit. Item relectum est testimonium eiusdem ex eodem libro, continens ita: Homo factus est Dei verbum, non iterum ut Deus ante humanationē omnia agar & loquatur, sed ut plerunquē etiam propter utilitatem, quæ in carnis est dispensatiōe, & sicut homo quædam loquitur, hæc habente eodem mysterio virtutem, quo modo absurdum non est scandalizare audientes, dum interdum humaniū loquatur. Loquitur enim ut homo, loquitur ut Deus, habens in vtriusque potestatem. Humaniter enim dicebat, Nunc anima mea turbata est: diuinè autem, Potestatem habeo ponendi eam, & iterum potestatem habeo sumendi eam. Perturbari ergo, passio carnis est propria: potestatem autem habere ponendi, & iterum sumendi animam, virtutis verbi est actus. Quemadmodum enim dum quid loquitur diuinè, dum & homo cernatur, minimè scandalizamus, sed consideramus habitans in carne verbum: ita cum quid loquitur ut homo, non scandalizemur, cōsiderantes quia propter nos factus est homo, & quæ humanitati congruunt, loquitur. Quod testimonium

Cyrrillus.

Ioan. 12. d
Ioan. 10. c

nium similiter collatum est cum eodem libro. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem sancti Cyrilli ex dogmatibus aduersus Iulianum libro tertio, ex sermone duodecimo, cuius initium, Attendat quidem qui ex aduerso est, continens ita: Quia igitur nisi quod inuoluntarium erat, fecisset & voluntarium, nequaquam omnino pateretur, necessariò demonstrat inuoluntarium, quidem, quod in patiendo fuit inglorium, ut fatus sum: attamen voluntarium, eò quod omnibus extitit vtile, & non velle quidem calicis recusatio continet, & spontè autem patii in eo, quod dictum est ad patrem. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Cōplacem ergo Deo & patre, & tanquam cōsentiente prudentissimis dispensationibus, filius secundum carnem mortem sustinere dicitur: quatenus surgēs à mortuis, destrueret mortē, & auerteret corruptionem, & iustificaret quæ sub cælo sunt. Et post pauca: Considera ergo, quomodo ut suscitaret quod datum est ei, id est, nos, quod Dei erat inuoluntarium, propter passionis contumelias voluntarium fecit. Suffinuit quippe crucem ignominia contempta, sicut egregius scribit Paulus. Quia verò passio extitit inuoluntaria quidem ei, quantum ad infirmitatē humanorum sensuum pertinet: veruntamen quantum nimis fuisset inglorium, voluntarium fuit eò, quod Deo esset acceptum. Acceptum nanque videtur oportere omne, quicquid est malum sustinere fideles suos pro multorū salute. Considerauit quisquam optimè & in Euangelicis narrationibus. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo bibliothecæ huius venerabilis patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem ex interpretatione Euangelij secundum Mattheum, ex tomo vndecimo, continens ita: Licet enim quàm maximè, quod * accedit, nō in omnibus & per omnia voluntarium ei fuit, sed tamen propter omnium salutem & vitam, voluntarium fecit crucis passionem. Nouerat quippe, nouerat quæ ex hoc futura essent emendationes, & quod hominis naturam repararet, & sanguine proprio acquireret Deo patri. Si enim nō fecisset voluntarium pati, dum nimis esset inuoluntarium, quæ nā occasio cōsiderabitur orandi eum & dicendi, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste? Eiusdem ex tomo 12. Et subest quidē in eo metus patendi, propter id quod humanū est: mitigatur verò cōfessum per inhabitantis verbi potentia atque fortitudinē. * Prospice ergo, quomodo subdemonstrat quidē in eo recusatio ipsa quod humanum est, diuinitatis autē inflexibilitas statim resulsit. Ait enim ad patrem, qui in cælis est, Veruntamen non sicut ego volo,

Matt. 26. d

Hebr. 12. a

* quicquid

* accedit

Matt. 26. d

* Prospice

Matt. 26. d

sed sicut tu. & hoc autem, ut homini congruit, fatus est. Nam iuxta quod Deus est, non extra voluntatem est patris: immò verò ipse est consilium Dei & patris, si utique in sapientia, & velle est patris, sapientia verò est ipse filius. Quia verò & voluntas patris nominatur vnigenitus, explanat egregius cantator: Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. In Christo enim omne datum cælestium bonorū est à Deo & patre: aliās vna atque consubstantiali existente Trinitate, & vna Deitate in ea intellecta, quomodo non erit eadem voluntas patris & filij & spiritus sancti? Condecentissimè itaque ad humilitatis habitum & sicut homo, sibi formidat tacitè eam, quæ extra naturam & ex maledicto subintravit, mortem: respuens autem iterum ut Deus, Non sicut ego volo, ait, sed sicut tu. Quæ duo testimonia pari modo collata sunt cum libro chartaceo bibliothecæ huius venerabilis patriarchij. Et cōstitit. Itē relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem S. Cyrilli, ex interpretatione Euangelij secundum Ioannē lib. 4. cuius initium, Quia descendi de cælo, continens ita: Maximè enim non absolutè, neque in omni simplicitè argumēto, sed neque in omni re omnino nō amplecti proprias voluntates, filius adfirmavit. Conseruare nanque, quæ patris est, dicit circa rem definitā propter tuas, sicut mihi intelligi datur, sermonū adinventiones, prouidens nostræ cautelæ sicut Deus: sustinet autem inuoluntarium, & facit voluntarium propter nos, passionem autē dico proculdubio crucis ita & genitori complacitam, sicut à nobis iam dictū est. Licet nanque considerare appositam statim comprobationē, & adiacentem officiosè ipsam causam, ob quam (sicut ipse ait) à proprijs quidem recessit voluntatibus, implet autem eam, quæ patris est. Hæc est enim (inquit) voluntas patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed ut resuscitem illud in nouissimo die. Et quoniam quidem certè inuoluntaria simul & voluntaria vnigeniti passio, quæ in cruce cernitur, iam planè prædictum est. Repetamus autem iterum per subtiliores perscrutationes, relegendibus pandentes veritatem. Eiusdem ex eodem sermone: Nullo modo itaque scandalizeris, o homo, cum audieris dicentem, Descendi de cælo, nō ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me. Quod enim à principio dicebam, hoc iterum dicimus, circa rem definitam ac manifestam super hoc fecit Christus sermone. Docens enim, quia pro omnibus obedire voluntarium quidem habet, eò quod ita voluisset diuina natura, inuoluntarium autem propter crucis passionem, & quantum ducit ad carnem recusantem mortem, hæc & huiusmodi fatus est, & plixior quidem nobis

Psal. 29.

Ioan. 6. d

Ibidem.

nobis consumptus est sermo: quia verò & inuoluntariū quodāmodò videtur Saluatori Christo, iuxta quod erat homo, passio quæ in cruce est, ex ipsa nos cōsequens est rerum natura cōprobare. Dicimus autem, quòd Iudaicæ obstinationis actus fuerat, vt Christus per oīa crucifigeretur: & hoc sine intermissione futurū erat ab eis, vt immeditātā habentib⁹ super his audaciam ex his, quæ iam fuerant operati tam in sanctos prophetas, quamq; in hos qui illo tēpore fuerant sancti. Quoniam igitur nō erat aliter, quod in morte deciderat, denud ad vitam resuscitare, nisi factus fuisset homo vnigenitus Dei verbū, oportebat per omnia factum pati, inuoluntarium effici voluntarium. Quæ duo testimonia similiter collata sunt cū libro chartaceo bibliothecæ huius venerabilis patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimoniū eiusdem S. Cyrilli, & ex eadem interpretatione lib. 8. cuius initium: Maria autē accipiens libram vnguenti, continens itā: Adspice iterū in his, quòd natura quidē humana in perturbationibus facilis & trāsmigrabilis est ad formidinem: diuina autē & ineffabilis potentia, in omnib⁹ infracta atq; in dirupta, & ad solam sibiq; decente fortitudinem respicit. Mortis nanq; subingressa memoria, turbare pertentat Iesum: diuinitatis autē potentia, cōmotam statim subiicit ægrimoniam, & continud ad incomparabilem transformat audaciam, quod formidine fuerat superatum. Arbitremur enī & in ipso Salvatore Christo cōmoueri quæ humana sunt, propter duos ac necessarios modos. Oportebat enim, oportebat, & per hæc ipsa non putatiuē & excogitatiuē, magis autem naturaliter & veraciter hominē ex muliere factum, * videri omnia gestantem humana absq; solo peccato. Cæterū timor atq; formido, ægrimonie quidē sunt in nobis naturales, inter peccata autem refugiunt deputari, & super hæc rursus vtilis. Submouebantur etiā in Christo, quæ humana sunt, non vt mota præualerent atq; crescerent, quemadmodū & apud nos: sed vt mota per virtutem verbi abscinderentur, ad meliorem quendam & diuiniorem statum *transmutanda natura. In primo Christo itā nempe inerat, & non aliter, vt etiā ad nos ipsos sanationis modus trāficeret. Eiusdem ex eadem interpretatione libro decimo, cuius initium, Qui habet mandata mea, & custodit ea: Sicut consubstantialis est, itā & conuoluntarius proprio genitori. Vnius enim essentia vna profectō voluntas est, intentus in omnibus vnus, & nihil est quod dissonet. Eiusdem ex eadem interpretatione lib. duodecimo, cui⁹ initium, Quia Deus secundū naturam est filius: Completa omni impietate aduersus Christum ab iniquitate Iudæorum, & nullo de-

Ioan. 12. a

*videre

*transmutando naturam.

TOM. 2.

cæterò relicto, prout apparet eorum supermodum crudelitatem fuisse perfectam, patitur iterū aliquid in nouissimis eadem caro proprium atque naturale. Suscepit enim sitim flagris multimodis arefactam, Dolores enim acres sunt ad extorquendū, sitire quodam insito inenarrabili calore internum *exhaustante humorem, & igneis quibusdā accessibus patientia viscera concremātibus, indifficile quippe fuerat cuncta valenti Deo verbo; etiā hoc à propria carne remouere: sed quemadmodū spōtè permisit cætera pati, patitur & hoc. Per spontaneam igitur voluntatem quærebat bibere. Quæ tria testimonia pari modo collata sunt cum libro chartaceo bibliothecæ venerabilis huius patriarchij. Et cōstitit. Item relectum est ex eodem codice testimoniū sancti Epiphani⁹ archiepiscopi Cypri ex Panarijs, sermone sexagesimo nono contra Marcionitas, cuius est initium, Istos qui sunt circa Meletium, continens itā: Insipientes igitur verbi captiores, statim tanquā occasione contra inimicum adepti, addentes aiunt: Cernis quia egebat auxilio angelorum, confortabat enim eum angelus, (in agonia nanq; ipse factus est) & nesciunt, quia nisi habeat hæc omnia, & illud, Non mea voluntas, sed tua: & nisi fluctuaretur, & nisi sudor ei factus fuerit ex corpore, pfluens, vtiquē putatio fuerat Christi carnalis aduentus, & rationabiliter à Manicheis & Marcionistis, quæ secundū phantasiā est æstimatio, cassa cantatur, & nō verissima. Hæc autem, omnia, præmuniens vitam nostram, dispēfatiuē suscepit, quasi humanæ ægrimonie narrationes habens, & nō simulatione, sed veritate, dixit, Non mea voluntas: vt ostendat carnis substantiam veram, & redarguat eos qui dicunt, mentem humanā eum non habere, itemq; redarguat eos, qui nō dicūt carnem eum habuisse. Omnis enim diuinus sermo stans inter filios tenebrarum, redarguit tenēbras, illuminat autem filios veritatis. Cerne verò quanta vtilia sunt in isto sermone. De incorporalibus non procedit sudor, dum verò hoc fieret, ostendit veracem carnem, & non æstimationem ex carne in Deitate coadunata. Citra animam & mentem non fit agonia: fluctuante autem eo, ostendit animam & corpus & mentem in vnum gerere, vnde agonia fiat. Itemque cū dicit, Non mea voluntas, sed tua, ostendit verè mentem humanam, sed sine peccato. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui est ex bibliotheca venerabilis huius patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimoniū sancti Gregorij episcopi Nazianzenus, Quoniam tibi quædam ex cogitationibus,

*exhaustante

Epiphani⁹ episcopus

Matt. 26. d

Gregor. Nazianzenus

bus, continens itā: Sed cū descendisse dicitur de cælo filius, non vt faciat voluntatem suam, sed eius, qui misit eum. Si enim non ab eo qui descendit, hæc dicerentur, diceremus vtiquē tāquā ab homine formari hunc sermonem, non ab eo qui in saluatore intelligitur. Illius enim velle nec contrarium est Deo, deificatum totum: sed eius qui secundū nos est, vt potè, quòd humana voluntas non per omnia sequatur diuinam, sed resistat plerūquē atq; reluctetur. Etenim illud itā intelligamus: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed tua præualeat voluntas. Neque enim, si possibile erat, aut non, hoc eum ignorare oportebat, neque volūtati obicem mittere voluntatem. Quia ergò tanquā ab eo, qui assumpsit, sermo est, (id quippe est quod descendit) non rei susceptæ: sic occurramus, non tanquā existente propria filij voluntate præter quæ illum patris, sed tanquā non existente, is sermo est, vt tale sit quod colligitur, non vt faciam voluntatem meam, (neque enim mea à tua separata est) sed communem meam atque tuam: quorum sicut vna Deitas, itā & vna voluntas. Quod testimonium similiter collatum est cum libro de membranis, qui est de bibliotheca venerabilis huius patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimoniū sancti Cyrilli archiepiscopi Alexandriae de Theauris libro vigesimo quarto, cuius initium, Si à quodam de accedētib⁹, continens ait: Quando igitur apparet formidare mortē & dicere, Si fieri potest, transeat à me calix iste: intellige quoniam formidasset mortem, docebatur caro, quam indutus erat Deus verbum, vltro id non perperit. Dicebat enim ad patrem, Non sicut ego volo, sed sicut tu. Non enim timebat, secundū quod verbum est & Deus, mortem ipse, sed ad finē perducere dispensationem properabat. Hæc enim erat voluntas patris. Habet enim & nolle mori idcirco, quòd caro mortē naturaliter euiet, docens profectō humanitatem, nē vltiā quæ sua sunt, sapiat, sed Dei volūtatem inquirat. Sicut homo dicit, Non sicut ego volo, sed sicut tu. Ideò quippe & addidisse videtur, Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo de bibliotheca huius venerabilis patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimoniū eiusdem S. Cyrilli ex interpretatione euangelij secundū Ioanem libro quarto, cuius initium, Quia descendit de cælo, continens itā: Quoniam quidem etiā aliquatenus inuoluntaria extitit saluatoris Christi passio in cruce, volūtaria verò propter nos, & beneplacitū Dei & patris ex hoc intelligis. *Ascensus quoque

*Accessurus

TOM. 2.

pe super hanc, easdem disputationes faciebat ad Deum, videlicet tanquā orationis habitum, dicens: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Quoniam ergò Deus erat verbum, immortalis atque incorruptibilis & vita ipsa, secundū naturam pertimescere mortem nesciebat, omnibus existimo esse manifestissimum: permittebat tamen, vt potè qui in carne erat, sustinere carnem, quæ sua sunt: vnde cū iam in foribus esset, & pertimesceret mortem, vt veraciter appareat homo, idē ait: Si possibile est, transeat à me calix iste. Si possibile est, inquit *ὁσκαλίη*, tanquā *pater, ὁ pater, *πατρί si possum, non sustinendo mortem, acquirere vitam credentibus in eum, si moritura est mors, me non moriente secundū carnem duntaxat. Transeat, inquit, calix, veruntamen eò quòd aliter fieri non inest, nō sicut ego volo, sed sicut tu. Cernis, quomodò deficiens quidē iterū hominis natura & in ipso Christo, quantum ad ipsam pertinet, inuenitur, restauratur autem per vnitum ei verbū ad confidentiam Deo decibilem, & ad consilium iuvenile tranducitur, quatenus non, quod ei videtur, proprijs *impleret volūtātibus, sed diuinā magis intentionē sequi, & ad illud sedulò currere, ad quod nos profectō lex reuocat cōditoris, quid verò hæc asserētes agimus, ex eo quod sequitur, addisces. Spiritus quidē promptus, caro autem infirma. Neq; enim ignorabat Christus, qd valdè posterius erat à Deo decibili dignitate, quod videbatur morte terri, & eius sentire formidinem, ideòq; feruentissimam satisfactionem adiecit, infirmatam quidem fuisse carnem, secundū quod eā decebat, & ei naturaliter inerat, dicens, promptum attamē esse spiritum, scientē nihil de his, quæ noceant, pati. Cernis qualiter Christi mors inuoluntaria erat propter carnem & passionis ignominiam, voluntaria attamē, doncè ad prosperū finem vniuerso mūdo perduceretur, quod erat in beneplacito patris, id est, omniū salus & vita. Quod testimoniū similiter collatum est ad librū chartaceum, qui est bibliothecæ venerabilis huius patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodē codice testimoniū sancti Athanasij archiepiscopi Alexandriae ex libro cōtra Apollinarianum de incarnatione, cuius initium, Modus quidem impiē, continens itā: Quando Adam Deus ab origine formauit, nunquid inquit ei dedit peccatum? Quæ ergò iam vtilitas erat mandati? Quomodò autem illum cōdemnauit peccantem? aut quomodò etiā Adam ante præuaricationem nesciebat bonum aut malum, quem formauit Deus ad incorruptionem, & imaginem suæ eternitatis? Fecit enim naturam sine peccato, & voluntatem liberi arbitrij.

Matt. 26. d

*πατρί

*πατρί

*impleret

Athanasio

Genes. 1. d

2. a

Genes. 2. c

Genes. 3. c

Genes. 1. d

Quod

LLLL 4

Quod testimonium similiter collatum est ad librū ex membranis croceis, qui est bibliotheca huius venerabilis patriarchij, Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Augustini episcopi Hipponensis ex libro quinto contra Iulianum Pelagianistam, cōtinens ita: Motus animi quid est, nisi motus naturae? Anima enim sine dubitatione natura est, & ideo voluntas motus naturae est, quia motus est animae. Quod testimonium similiter collatum est ad librum Latinis literis scriptum, interpretante Constantino DEO amabili presbytero, & defensore sanctissimae huius magnae ecclesiae, & Latino grammatico. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium de operationibus sancti Leonis papae Romanae urbis ex epistola ad Flavianum archiepiscopum Constantino-poleos, cuius initium, Lectis dilectionis tuae literis, continens ita: Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non confunditur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod propriū est, verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Vnum horū coruscatur miraculis, aliud succumbit iniurijs. Et sicut verbum ab aequalitate paternae gloriae non recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit. vnus enim idemque verè dei filius, & verè hominis filius. Quod testimonium similiter collatum est ad librum membranaceum argento tectū, qui est de sceuophylacio, id est, de repositione huius magnae ecclesiae. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem sancti Leonis ex secunda epist. ad Leonem piissimum imperatorem, cuius initium, Promississe me memini, continens ita: Licet ergo in vno Domino Iesu Christo, vero Deo atque hominis filio, verbi & carnis vna persona sit, quae inseparabiliter atque indiuisè communes habeat actiones, intelligendae tamen sunt ipsorum operum qualitates, & sinceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quae prouehatur humilitas carnis, & ad quae inclinatur altitudo Deitatis. Et paulopost: Postremò sine verbi potentia non se Dominus patri confiteretur aequalem, & sine veritate carnis non idem diceret maiorem se esse patrem, dum catholica fides vtrunq; suscipiat, vtrunq; defendat, quae secundum confessionem beati apostoli Petri, vnum Christum Dei vniū filium, & hominem credit & verbum. Quamuis itaque ab illo initio, quo in vtero virginis verbum caro factum est, nihil vnquam inter vtranque formam diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea, vnius personae fuerint totius temporis actiones, ea ipsa tamē, quae inseparabiliter facta sunt, nulla commixtione confundimus: sed quid cuius formae

TOM. 2.

Aug. epist. hipponen

Leo pap. epist. 10.

*recessit, *reliquit

Idem epistola 97.

Matt. 16. c

fit, ex operum qualitate sentimus. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo argento tectō, de sceuophylacio, id est, repositione sanctae huius magnae ecclesiae. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Iustini philosophi & martyris de expositione fidei, quam fecit super rectam confessionem, cuius initium, Idoneè aduersus Iudaeos & Paganos, ita continens: Sicut luminis, secundum quod vnū lumen est, ipsam operationem non separabit quisquā a palpabili corpore, ratione verò discernens, insinuat naturam, cuius est propria operatio: ita in vno filio Dei, omnem quidem operationem nequaquam quicquam separaturus est ab vno filio: cuius tamen naturae est proprium quod agitur, ratione facit agnosci. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui est bibliotheca sancti huius patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium S. Ioannis archiepiscopi Constantinopoleos ex sermone in Thomā apostolum, & contra Arrianos, cuius initium, Legi quidem & ecclesiae obtemperans, cōtinens ita: Hæc audiens, purgavi animam a perfidia, & exui me ambiguum sententiam, assumpsi credulum sensum, accepi corpus gaudēs, ac tremens expandi cum digitis & animae oculum, & duas per operationis sensu. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo prolato a parte Apostolicae sedis antiquae Romae. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium S. Gregorij episcopi Nyssae ex quinto Tomo contra Eunomium, cuius initium, Deuote itaque sancti Petri apostoli, continens ita: Inconfusa permanet tam carnis, quamque Deitatis proprietatū cōtemplatio, donè in seipsis alterutrum horum conspicitur, vtpotè verbum ante secula fuit, caro autem in nouissimis temporibus facta est: & nullus conuertēs dicet aut istā ante secula fuisse aut in nouissimis verbum factū fuisse, caro, passibilis naturae est: operatricis autem, verbum. & neque hæc opifex est existētium, neque diuinitas passibilem habet virtutem. In principio verbū erat apud Deū, in mortis experimento homo: & neq; ab eterno quod humanum est, neq; mortale quod diuinū, & cetera omnia secundum hunc modum considerantur. Neque viuificat Lazarum humana natura, neq; lachrymatur iacētē impassibilis potestas: sed proprium quidem est hominis, lachrymari: vita verò, eius qui vita est. Non reficit millia paupertas humana, neq; currit ad ficulneam omnipotens virtus. Quis est qui fatigatur ex itinere? & quis est qui sine labore vniuersum mundum verbo cōstituit? Quis est gloriae splendore? & quis clauis affigitur? Quae forma in passione alapis cæditur?

TOM. 2.

Iustinus philosoph. & martyr.

*capabil

Ioā Chry.

Gregorius Nyssenus. De voce

Ioan. 1. a

Ioan. 11. f

Marc. 8. b
Luc. 9. b
Ioan. 6. b
Matt. 21. d
Marc. 11. b
Ioan. 4. a
Heb. 1. a
Ioan. 10. f

cæditur? & quae ex aeterno glorificatur? Manifesta enim sunt, vel si nullus sermo interpretetur: quoniam quidē plagae serui sunt, in quo Dominus patitur: honores verò Domini, circa quem seruus: quatenus propter copulationem atq; concretionem cōmunia fierent vtraq; alterutri, tam Dño seruiles cicatrices in seipso suscipiente, quamq; seruo honore Dominico glorificato. Item relectum est ex eodem codice aliud eius testimonium ex eiusdem Tomo duodecimo, cuius initium, Sed videam & quod sequitur, continens ita: Interim dignū est sciscitari, eos, qui nobis voces huiusmodi proferunt, quia quod ascendit, & quod videtur, & quod per tactū agnoscitur, & adhuc super his, quod hominibus per fraternitatem sociatur, vtrūq; diuinæ aut humanae naturae esse proprium arbitrantur. Si quidem palpabile esse & visibilem, & cibō atque potu sustentari, & hominibus cognatum fieri ac fratrem, & quæq; circa corporalem naturam conspiciuntur, omnia hæc & in diuinitate cernunt. Dicant de vnigenito Deo & hæc, & quae voluerint, testificetur ei, & ambulationis operationē, & localem abscessum, quod proprium est, eorum corpore circumscribuntur. Si verò hic quidem, qui per Mariā est, fratribus loquitur, vnigenitus autem fratres non habet: quomodò enim in fratribus, quod vnigenitum generis est, saluabitur? Et qui dixit, spiritus est Deus, idem ipse ait ad discipulos suos, quia palpat me: vt ostendat, quia palpabilis quidem est humana natura, incōtractabilis autem diuinitas. Et qui dixit, Vado, localem abscessum significat: qui aut omnia, & in quo (sicut ait Apostolus) creata sunt omnia, & in quo omnia consistunt, nihil in existētibus extra seipsum habet, in quo per quendam motum fiat abscessio. Neque enim est aliter operari ipsam motionē, nisi transties, locum quidem in quo fuerat, derelinquat, ad alterum autem transmutauerit. Quod autem per omnia graditur, & in omnibus existit, & omnia continet, & a nullo existentium continetur, non habet quò discedat, eò quod à diuina plenitudine nihil est vacans. Quae duo testimonia collata sunt cum libro ex membranis croceis, qui est de bibliotheca venerabilis huius patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem ex epistola ad Eustathium de sancta Trinitate, cuius initium est: quidem, Et omnibus vobis, continens ita: Ostendant ergo ex quibus naturae diuersitatem agnouerit. Si enim possibile fuisset ipsam diuinam naturam ex seipsa videri, & tam quod familiariter est, habet, quamque quod alienū per ea quae videbantur, inuenire, nō utique per omnia verborum egeremus, argumentorūve aliorum ad compræhendendū quod

TOM. 2.

Ioan. 4. Lucæ 24. f

Rom. 11. d

*Quid est & omnibus

inquirebatur. Quia verò hæc quidem subtilior est, quàm querentium consideratio, verum ex argumentis quibusdam de his, quae nostram fugiunt scientiam, naturaliter collegimus, omnis inest necessitas per operationes nos introduci ad diuinæ naturae indagacionem. Ergo si viderimus differentes ab inuicem operationes, quae a patre, & filio, & spiritu sancto peraguntur, diuersas esse & operatrices naturas ex diuersitate operationum aduertimus. Neque enim possibile est, vt quae secundum naturae rationem distant, cum inuicem ad operationum speciem coniungere. Nequaquam enim refrigerat ignis, neque calefacit crysallus, sed cum differentia naturarum, ab inuicem disiunguntur etiam quae ab eis sunt, operationes. Item relectum est ex eodem codice testimonium eiusdem ex eodem libro, continens ita: Diuina verò natura in omnibus adiuuentis nominibus, secundum id quod est, manet indefignabilis iuxta nostrum sermonē. Benefactorem quippe & iudicem, benignū quorū & iustum, & quaeque sunt talia, dicentes, operationum esse differentias edocemur: operantes autem naturas, per nihil aliud magis, quàm ex operationum consideratione recognoscere possumus. Cū enim quis reddiderit rationem de vnoquoque eorum nominum, deq; eadem natura circa quam sunt ipsa nomina, non eandem de vtrisque reddet rationem: quorum verò ratio altera est, horum & naturae diuersae sunt. Quae duo testimonia similiter collata sunt cum libro ex membranis croceis, qui est bibliotheca venerabilis huius patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codice testimonium Cyrilli Alexandriae, ex sermone prophphetico, id est, acclamatorio ad Theodosium piissimum imperatorem de orthodoxa fide, cuius initium, Gloria quidem quae est apud homines, continens ita: Totum igitur quod ex eo est verbum, toti coadunatum animus humanitati quae in nobis est. Neque enim quod in nobis est melius, id est, animam, nulla ratione dignatus est, soli condonans carni labores aduētūs: agebatur verò benè per vtraque dispensatiōnis sacramentum. Vfus est autē tanquàm instrumēto propria quidem carne ad opera carnis & naturales infirmitates, & quæq; ab initio longè sunt: anima verò sua ad humanas & inuituperabiles agrimonias. Efurisse enim dicitur, labores quoque sustinuisse ex longis itineribus, famidines, & paiores, & timores, & tristitiam, agoniam, atque mortem in cruce. Quod testimonium collatum est cum libro membranaceo sanctae tertiae Ephesinae prioris synodi, qui est in bibliotheca huius venerabilis patriarchij, in quo continetur prædictus propho-

TOM. 2.

Cyrillus episcopus

*animus

phoneticus, id est, acclamatorius sermo. Et constitit. Item relectum est ex eodē codice testimonium eiusdem ex sermone trigesimo secundo Thefaurorum, continens ita: Neque enim vnam naturalem operationem dabimus Deo & creaturæ, vt neque id, quod creatum est, ad diuinam deducamus essentiam: neque iterum id, quod est diuinæ naturæ præcipuum, ad locum qui

* creaturis

* seruare.

Iustinian⁹ Imperator

creatis congruit, deponamus. Quorum igitur operatio & virtus indifferenter vna est, his necesse & speciei vnitatem seruari. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui est bibliothecæ huius venerabilis patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium Iustiniani pijsissimi Imperatoris, ex libro contra Nestorianos & Acephalos, cuius initium, Argumentum scrupulosum diuinæ nos vertibilis viæ, continens ita: Sed oportet & quæ subsequenter à sancto Leone dicta sunt, loqui, & quæ ab istis calumniantur. Dicente enim eo, quia agit vtraque forma cum alterius communionem quod proprium habuit, verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est, vnum horum coruscet miraculis, aliud succumbit iniurijs: statim affiliunt hæretici dicentes non oportere dicere diuersas operationes Deitatis & humanitatis Christi, sed humanam esse operationem, & hoc iterum secundum Apollinarij blasphemantis insaniam. Omnes enim sancti patres, sicut passionem & impassibilitatem vnius eiusdemque credere nos docuerunt, ita & diuersas operationes vnius eiusdemque nomini nostri IESV Christi confiteri nos instruxerunt, præsertim sanctus Cyrillus, refutans vnam esse operationem Deitatis & humanitatis, scribit hæc in trigesimo secundo libro Thefaurorum: Neque enim vnam naturalem operationem dabimus Deo ac creaturæ, vt neque id quod creatum est, ad diuinam deducamus essentiam: neque iterum id, quod est diuinæ naturæ præcipuum, ad locum qui creatis congruit, deponamus. Sed & sanctus Athanasius in lib. quarto contra Arrianos hæc scribit: Hæc necessario præexaminauimus, vt si viderimus eum per instrumentum proprie carnis diuinum quid agentem siue loquentem, cognoscamus quia Deus existens hæc operatur. Et iterum si viderimus eum humanè loqui vel pati, non ignoremus quod carnem induens factus est homo. Et si hæc facit, vnius cuiusque igitur opus noscentes, & vtraque ex vno agi videntes, rectè credimus, & nunquam errabimus. Eccè & per ea, quæ nunc sunt nobis à sanctis patribus apposita, aperte demonstratum est, diuersas operationes esse Deitatis & humanitatis vnius domini nostri Iesu Christi, & hoc confonè omnibus patribus, qui antea fuerunt, sanctum docuisse Leonem. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo, qui est de bibliotheca huius venerabilis patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem sanctæ memoriæ Iustiniani ex dogmatica epistola ad Zouli sanctissimum patriarcham Alexandria, cuius initium, Literas relegentes, continens ita: Vnus igitur est Christus, nõ perempta naturarum differentia propter ineffabilem vnitatem, verbum intelligendum, & homo videndus: quia neque vnitio confusionem operata est, neque differentia substantiarum quæ in eo sunt, sectionem vel diuisionem admittit. Videntes quippe Christi miracula, prædicamus eius Deitatem: adspicientes eius passionem, non negamus eius humanitatem: neque miracula absque carne, neque passiones sine Deitate. Et est admirabile, quia ipse erat qui patiebatur, & nõ patiebatur. Patiebatur quidem, eò quod caro eius propria patiebatur: & in ipso qui patiebatur, erat quod non patiebatur: quia cum esset natura deus verbum, impassibilis erat: & ipse quidem incorporeus erat in corpore passibili, caro autè habebat in seipsa impassibile verbum, exterminans ipsius corporis infirmitates. Operatur enim vtraque forma cum alterius cõmunionem hoc, quod proprium habuit, verbo quidem operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Hoc & sanctus Cyrillus in trigesimo secundo libro Thefaurorum docet, Epistolam ad prophanos explanans: Nec enim vnam naturalem operationem dabimus esse Dei & creature, vt neque id quod creatum est, ad diuinam deducamus essentiam, neque id quod est diuinæ naturæ præcipuum, ad locum qui creatis congruit, deponamus. Idem ipse verus sanctus pater, & in his quæ erant ad Theodosium, hæc eadē nos edocet, dicens: Totum quod ex DEO est verbum, toti coadunatum aimus humanitati, quæ in nobis est. Neque enim quod in nobis est melius, id est, animam, nullius rationem dignatus est, soli condonans carni aduentus labores, agebatur verò benè per vtraque dispensationis sacramentum. Vfus est autem tanquam instrumento propria quidem carne ad operam & infirmitates naturales, & quæque à vitio longè sunt, anima verò sua ad humanas & inuituperabiles egrimonias. Esurisse enim dicitur, laboresque sustinuisse ex longis itineribus, pauoresque & timores, ac tristitiam & agoniam, & mortem in cruce. Nullo quippe cogente, ex seipso posuit animam suam pro nobis, vt & mortuorum & viuorum dominetur, carnem scilicet suam pro omnium carne persoluens, verè donum condignum: animam quoque pro omnium anima, vicem redemptionis faciens, quâquam

Cyrrillus.

Athanasio

* credam

runt, sanctum docuisse Leonem. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo, qui est de bibliotheca huius venerabilis patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem sanctæ memoriæ Iustiniani ex dogmatica epistola ad Zouli sanctissimum patriarcham Alexandria, cuius initium, Literas relegentes, continens ita: Vnus igitur est Christus, nõ perempta naturarum differentia propter ineffabilem vnitatem, verbum intelligendum, & homo videndus: quia neque vnitio confusionem operata est, neque differentia substantiarum quæ in eo sunt, sectionem vel diuisionem admittit. Videntes quippe Christi miracula, prædicamus eius Deitatem: adspicientes eius passionem, non negamus eius humanitatem: neque miracula absque carne, neque passiones sine Deitate. Et est admirabile, quia ipse erat qui patiebatur, & nõ patiebatur. Patiebatur quidem, eò quod caro eius propria patiebatur: & in ipso qui patiebatur, erat quod non patiebatur: quia cum esset natura deus verbum, impassibilis erat: & ipse quidem incorporeus erat in corpore passibili, caro autè habebat in seipsa impassibile verbum, exterminans ipsius corporis infirmitates. Operatur enim vtraque forma cum alterius cõmunionem hoc, quod proprium habuit, verbo quidem operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Hoc & sanctus Cyrillus in trigesimo secundo libro Thefaurorum docet, Epistolam ad prophanos explanans: Nec enim vnam naturalem operationem dabimus esse Dei & creature, vt neque id quod creatum est, ad diuinam deducamus essentiam, neque id quod est diuinæ naturæ præcipuum, ad locum qui creatis congruit, deponamus. Idem ipse verus sanctus pater, & in his quæ erant ad Theodosium, hæc eadē nos edocet, dicens: Totum quod ex DEO est verbum, toti coadunatum aimus humanitati, quæ in nobis est. Neque enim quod in nobis est melius, id est, animam, nullius rationem dignatus est, soli condonans carni aduentus labores, agebatur verò benè per vtraque dispensationis sacramentum. Vfus est autem tanquam instrumento propria quidem carne ad operam & infirmitates naturales, & quæque à vitio longè sunt, anima verò sua ad humanas & inuituperabiles egrimonias. Esurisse enim dicitur, laboresque sustinuisse ex longis itineribus, pauoresque & timores, ac tristitiam & agoniam, & mortem in cruce. Nullo quippe cogente, ex seipso posuit animam suam pro nobis, vt & mortuorum & viuorum dominetur, carnem scilicet suam pro omnium carne persoluens, verè donum condignum: animam quoque pro omnium anima, vicem redemptionis faciens, quâquam

Iustinian⁹ Imperator

Cyrrillus.

* aimus

* nulla ratione
* illius rationem
* dedignatus

Psal. 15. Act. 2. a

& resurrexerit iterum: vita naturaliter existens, vt Deus. Nec enim fas est dicere, à corruptione vnquam posse teneri carnem quæ verbo vnita est, captamve fuisse à portis inferni illam Diuinam animam, quia nec derelictus est in inferno, sicut ait & sacer Petrus. Nec dixisse asserimus naturam illam, quæ à morte penitus nec compreheditur, nec consumitur, id est, vnitatem vnigeniti, de infernalibus latebris eductam. Nõ enim erat hoc ipsum admiratione dignum, si remansisset in inferno verbum quod ex Deo est, quod Deitatis operatione atque natura admirabiliter & vltra sermonem implet omnia, dum quando & omnibus appropinquet. Dehinc procedente sermone, hæc iterum ait: humana quidem passione mori, operatione autem diuina reuiuiscere demonstrans, quæ per vtraque cognoscuntur, secundum nos scilicet, simul & vltra nos, sicut DEVS. Cernis, quomodo hic venerabilis pater duarum naturarum operationes in vna substantia, siue vna persona Christi DEI nostri tradidit. Et post pauca: Deinde propter nos homo factus, visibilis, palpabilis factus est: & per diuinam atque humanas operationes existere demonstratus in deitate & humanitate, dedit nobis cognoscere, quia in quibus est agnitus, ex his & subsistit. Sic enim & sancti patres vtrasque voces confitendo, id est, quod in Deitate & humanitate, & quod ex Deitate & humanitate, per vtranque earum inconfusam atque indiuisam dispensationem magni DEI saluatoris nostri IESV Christi, tradiderunt. Quæ duo testimonia collata sunt similiter ad librum membranaceum, qui est de bibliotheca venerabilis huius patriarchij. Et constituerunt.

Euphemio⁹ episc. Antioch.

Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Euphemij archiepiscopi Antiochiæ ex satisfactione, quam fecit pro Chalcedonensi concilio, & Tomo sancti Leonis capit. quinquagesimo sexto, cuius initium est, Quoniam non in diminutè cõseruabat caro, continens ita: Dico nobis, ò tu ab omni aduersitate synceram custodiens mentem tuam. Erat aliquandò tempus ab incarnatione, quando incarnatus verbum Deus non habuit perfectam suam animatam carnem, aut quia pedestri ibat super fluctus maris, non cõseruabant pedes proprietatem humanæ naturæ, sed optimè in natura humana vltra naturam operabatur Christus Deus noster, & non perempta vel extincta humana propria sui carne, saltem ipsius operationis effigies suadet tibi constiteri, quod caro in propria natura permansit. Nam ambulare & pedibus super mare, nisi secundum phantasiam fiebat, liquet quod pedum est operatio ipsius nostræ naturæ, & vti quæ ipsa species operationis, exclamat in pristinis mēsuris car-

nem fuisse seruatum, & huiusmodi gressum omnes corporalem ac sensibilem dicunt: ambulare autem super mare, hoc Deitatis erat per humanam carnem operantis. Si igitur nuda carne operationem diceremus fieri, rei gestæ caligaret intelligentia: quæ admodum si etiã soli Deitati hunc ambulantem deputaremus, incessum ascribentes & ambulare profitentes, nunc autem incarnatum DEVM verbum operatum fuisse huiusmodi operationem confitentes, quædam quidem ad naturæ carnem consequenter aimus facta fuisse, quædam verò propter Deitatis præcellam naturam. Ergo & hæc duæ sunt operationes. Neque enim, eò quod habuit quod Deum deceat, annunciante verbo DEO substantialem vnitatem, hæc operatio, ob hoc præsumendum est dicere, quod caro erat diminuta in suis proprietatibus, sed indiminuta & perfecta erat. Hoc idemque est dicere, peior ac deterior, vel quàm si penitus non existens. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ex capitulo sexagesimo quarto, continens ita: Desert ille grammaticus ex sermone incarnationis Dei verbi magnum Athanasium, ex scripturarum approbationibus dicentem ita: Quando dicit, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non mea voluntas fiat, sed tua: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: duas voluntates hic ostendit, hanc vnam quidem humanam, quæ est carnis, hanc autem diuinam. Humana ergo propter infirmitatem carnis recusabat passionem, diuina autem eius prompta. Responde ergo nobis: Suscipis hoc dictum, & acquiescis tanquam certè habens, & (vt ita dicam) ex ipsa voluntate procedens, an velut mendacem quendam & variam auersaris? sed nõ vti que; fateberis mentitum fuisse magnum Athanasium: & quomodo duas voluntates hic sanctum dicentem suscipiens, consequentia rursus tibi ipse dicis, asserens eos qui duas naturas in vna substantia dicunt, diuidere Emmanuel? Manifestum quippe est, quia vbi duæ sunt voluntates, quarum hæc prompta & fortis, illa verò infirma, diuersæ quoque naturæ existunt vnius. Vnã igitur eandemque naturam, promptam & fortem, infirmam quoque dici & esse in vno eodemque tempore, nullus vti quæ dicere aut fingere audebit: cõtraria quippe vnam eandemque naturam habere atque possidere, impossibile est. Colligitur itaque, quod vnus idemque, non secundum eandem naturam, promptus & fortis est atque infirmus: sed secundum alteram quidem, quod fortitudinis erat, apparebat: secundum alteram verò, quod erat infirmitatis, pandebatur: ac per hoc vti quæ & ex his, quæ sanctus Cyrillus asseruit, manifestum sit.

* ambulantem

* aimus

locus obscurus

Athanasio

for. * et cetera

* recenseri

Anastasio episc. Antioch.

Luc. 20. c

Ioan. 2. a

fit, quod duas naturas habeat Dominus Christus, in quibus & est, & cognoscitur. Quae testimonia collata sunt similiter cum libro chartaceo, prolato à parte Apostolicæ sedis antiquæ Romæ. Et cõstitit. Et surgens Theophanes Deo amabilis presbyter & abbas monasterij Baiarum, dixit: Suggesto pietati vestræ, & sanctæ atque vniuersali synodo, quod Euphemius hic, cuius testimonia modò relecta sunt, patriarcha erat Antiochiæ, & recusat in sacris diptychis sanctæ, quæ hic est, magnæ ecclesiæ. Sancta synodus dixit: Veraciter scimus, sanctæ memoriæ Euphemium in sacris diptychis recusari cum sanctis & probabilibus patribus. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium sanctissimi Anastasij archiepiscopi Antiochiæ, ex satisfactione quam fecit pro Tomo sancti Leonis capitulo septimo, cuius initium, Si quis meminit quæ paulo ante nobis, continens ita: Si, per quæ nôsse eum Deum oportuerit, diuine operabatur, ex quibus verò necessarium erat hominẽ cum verè videri, humanè operabatur, altera profectò est diuinæ naturæ operatio, altera verò humanæ: & si est altera & altera, sicuti & est, quam ob causam quisquã accusatur de altera & altera, vtrunque dicens formam? Necessè est quippe (sicut ait Cyrillus) reddere DE O quæ Dei sunt, diuinitati & humanitati quæ ei debentur. Nò autem eadem ipsa existunt vtraque, quoniam opportunè non attribuitur, attamen vni deieritur per omnia vtraque, vnus verò erat & est, quia differenter operatur per differentes eius naturas. Quemadmodum autem non idem est, quod increpauit matrem dicentem, Vinum non habent, & quod mutauit aquam in vinum: ita non idem est Deitati humanitas, neque è diuerso humanitati Deitas: neque quæ ex eis procedunt, eadem ipsa sunt: idem autem ipse facit vtraque, qui deus simul & homo, non ad confusionem immiscens easdem substantias, neque itemque ab eisdem substantijs procedunt operationes. Alterutrum enim impossibile est, & à secta pietatis extraneum. Quemadmodum igitur nutrirì & crescere nò est deitatis, ita suscitare mortuos non est humanitatis. Veruntamè eiusdem vtraque sunt, Deitatem temperantes humanitati condecenter non per transfusionem, verum per vnitionem incõfusam. Ergò duæ quidè operationes, quemadmodum & substantiæ: vnus autem est qui operatur, deus simul & homo ipse. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, prolato à parte Apostolicæ sedis antiquæ Romæ. Basilius DE O amabilis Episcopus ciuitatis Gortynæ insulæ Crete, dixit: Suscipit sancta & vniuersalis vestra synodus hunc sanctum Anastasium, qui fuit Archiepiscopus Antiochiæ, cuius

TOM. 2.

testimonium in presenti relectum est, satisfaciens pro Tomo sancti Leonis? Sancta synodus dixit: Suscipimus sanctum Anastasium, orthodoxè satisfaciens pro Tomo sancti & memorialis papæ Leonis. Theodoros deo amabilis Episcopus Meletinens, dixit: Sanctum vocat tota Oriens hinc sancte memoriæ Anastasium, qui fuit Archiepiscopus Antiochiæ: & qui nò suscipit, Deus cum anathematizet. Et consonanter omnes dixerunt: Amen. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium sanctissimi Ioannis episcopi Scythopoleos ex libro octauo contra Seueri blasphemias, continens ita: Videamus ergò quid iterum denotet sanctissimum papam Leonem. Ait enim: Operatur vtraque forma cum alterius communiõne, quod proprium habuit, verbo operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est: quoniam superuacuum conscripsisti sacram hanc vocem, audisse te estimamus Iulianum Halicarnassense contra respondentem tibi, & taliter tuis detrahentem: Operabatur verbum incorruptionem: operata est caro, secundum tuam blasphemiam, incorruptionem. Dico ergò nobis, ò optime, vtrum credideris Deum verbum essentialiter vnitum carni & animæ. Si vtrique vnitus est, Etiam, inquit. Hunc autem qui super omnes est Deus, eximietate Deitatis comprehendisse cælum & terram & mare, æthera quoque & aërem, angelos & archangelos, principatus & potestates, & (vt compendiosè ac complexiue dicam) illarum existentiam continere, quæ incorporeæ sunt beatitudinis, millium millium & decies millies denum millium sanctarum ministrantium & inuisibilium substantiarum, providereque communiter vniuersis visibilibus omnibus & inuisibilibus, & singularim vniciquæ vtrique (vt opinor) dabis, si quidè nò penitus euetuisti. Huiusmodi itaque providentiam Dei, operationem non vocabis: & ad hoc quoque non cõtradicis: si quidem & nunc non vis palam deitati repugnare, sic quoque dabis dei etiam incarnati continuam operationem. Verum animam intellectualem, quæ ei subsistentialiter vnita est, dicitur es vtrique sentire, an insensibilem esse? Sed si quidem insensibilem, incidisti in Apollinaris patris tui blasphemiam, insensatam aientis vnitam DE O verbo humanitatem. Si autem dicis mentem siue sensum sentire, & non more inanimatorum aut irrationalium insensibilem esse, dabis per omnia (si vtrique consequentes vel nunc volueris sequi sermones) ipsam intelligentiam operationem esse metus, vtrputa sciens quia vnita est Deitati, licet eiusdem naturæ cum hominibus citra peccatum existit. Agnoscens autem quoniam superascendit omnem creaturam, visibilem & inuisibilem, & adoratur à super-

Toan. episc. Scythopolis.

Leo p. 10.

* & vnitus

Themistius hereticus.

* cognoscimus

Anthimus hereticus.

nis virtutibus anima, inseparabiliter vnita Deo omnium conditori. Memor est natiuitatis ex virgine Dei genitrice secundum carnem, cõuersationum terrenarum, salutaris passionis, crucis, sepulcri, resurrectionis, in cælum assumptionis. Cognoscens omnem militiam caelorum circumfusam ei & deseruentem, vtpotè animæ dei. Huiusmodi autem intelligentiam operationum vtrique dicitur es etiam tu (vt opinor) & intelligentiam anime, quæ inseparabiliter vnita est Deitati. Cernis, quia vnus eiusdè Domini nostri Iesu Christi duas videmus operationes Deitatis eius & humanitatis inseparabiliter & incommutabiliter. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui est de bibliotheca huius venerabilis patriarchij. Et cõstitit. Item relecta sunt ex eodem codicillo testimonia prophanorum hæreticorum, vnam voluntatem & vnam operationem dicentium in Domino nostro Iesu Christo: In primis Themistij heretici ex secundo eius contradictorio antirrhético contra Tomum Theodosij, xli. c. Sed non eiusdem duas sciētias, aut duas operationes asserimus. Vna quippe est iuxta veritatem incarnati verbi operatio, & vnus Christi vna sciētia, quãquam quædam Deo decenter scit & operatur per propriam carnem, quædam verò humanè. Nec enim idcirco, quod æther Athanasius duas voluntates ait Christum monstrare tempore passionis, iam & duas voluntates ei reputauimus, & has reluctantes inuicem secundum hos tuos syllogismos: sed * cognouimus piè vnam, sicut vnus voluntatem Emmanuel, quodam quidè humanè moueri, quodam verò Deo deceter. Quod testimonium collatum est similiter cum libro chartaceo, qui est de bibliotheca huius venerabilis patriarchij. Et cõstitit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium Anthimi heretici, ex libro ad Iustinianum pijsimum Imperatorem, cuius initium est, Dei meminisse in omni causa bonum est, continens ita: Nos quippe prædicantes vnam naturam dei verbi incarnatam, & adorandam cum propria eius carne vna adoratiõne, in hac vna natura Dei verbi incarnata, neque Deitatis eius ignorantia, neque animæ eius rationalis & intellectualis, qua animat, quod ex nobis assumptum est, consubstantiali nobis & compassibile corpus, quod secundum substantiam vnitum est DE O verbo, acquiescimus dicere, nec enim fuit. Si enim vna est substantia, & vna natura Dei verbi incarnati, sicuti & est, proculdubio & vna voluntas, & vna operatio, profectò & vna sapientia, & vna scientia vtriusque est. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ex eodem libro, continens ita: Congruentia autem his etiam idè sanctissimus

TOM. 2.

pater edocuit & in quarto Tomo commentarij in euangelio secundum sanctum Ioannem: Idè verò & dum mortuos suscitaret, non verbo tantum, neque deo decentibus præceptis operatus esse saluator inuenitur, sed tanquam cooperatricem quandam ad hoc maximè sanctam carnem suam sumere properabat, vt ostenderet viuificare eam posse, velut vnus factum ad eum. Etenim quando archisynagogi virgunculam suscitabat, dicens: Puella, surge, tenuit manum eius, (sicut dictum est) viuificas quidem vt Deus omnium opifice præcepto, viuificans rursus per tactum manûs, vnam atque cognatam per vtraque ostendens operationem. Cum igitur scimus propriam intellectus Deo decibilis operationem esse, vnam autem & eandem vtriusque, Deo decibilem operationem esse sumus edocti, quomodo non consiteamur, vnam ex hoc eandemque, vniuersorum scientiam existere (sicut prædiximus) vnus Christi, & secundum eius Deitatem, & secundum eius humanitatem? Quæ duo testimonia similiter collata sunt cum libro chartaceo, qui est de bibliotheca venerabilis patriarchij. Et cõstitit.

Matt. 9. c. Marci 5. d. Luc. 8. g.

Item relectum est ex eodè codicillo testimonium Themistij hæretici, ex primo eius antirrhético, id est, cõtrahitorio, contra Tomum Theodosij capit. quinto, continens ita: Sancti quippe patres vnam absolute dixerunt Christi esse operationem, & non secundum istum hanc concludunt in Deo decibili tantummodo, alteram verò humanam insinuant, sed vt ab vno eodemque Christo omnia acta sunt, quæ secundum dispensationem sunt Deo decibilia & humana, vnam semel & absolute, sicut visus sum dixisse, Christi asserunt operationem. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ex antirrhético, id est, cõtrahitorio, capitulo trigesimo quarto, continens ita: Vna itaque scientia in Christo, quæ admodum & operatio: etenim vnus erat qui sciebat, sicut profectò & qui operabatur. Eiusdè ex secundo antirrhético, capitulo quadragesimo secundo: Nos autem in bono sensu persistentes cum Deo, & rectam professionem tenentes, nò duas naturas esse credimus Emmanuel, vel si est ex duabus cõpositus, nec in duabus naturis *διαιγετηδν*, diuisionis enim vtrunque, sed vnam naturam Dei verbi incarnatam, vnam subsistentiam, & personam vnã, consequenter autem vnus personæ, vnam scimus & operationem. Similiter autem & vnam scientiam, sicut sæpius diximus. Quæ tria testimonia similiter collata sunt cum libro chartaceo, qui est de bibliotheca venerabilis huius patriarchij. Et cõstitit. Et relectum est ex eodem codicillo testi-

Seuerus hereticus. Icomenit

MMMM Etiam

Etiā nobis ex deo inspirata scriptura, cōtinens ita: Si igitur transformauit uerbum eam, quam sibi secundum substantiam uenit humanitatem, non in propria natura manet hoc, quod erat, sed in sua gloria atque operatione, quae carnis erant, propria facta sunt uerbi, quomodo utranque formam operari, quae sua sunt, dabimus. Anathematizandi sunt hi, qui in duabus naturis diffiniunt unum Christum, & unamquamque naturam operari quae sua sunt, dicentes: Ea itaque quae agebantur & operabatur ab uno, multum differunt. Quaedam sunt Deo decibilia, quaedam humana: ueluti corporaliter uadere, super terram ire, iter agere, profectio humanum est: crura uero uexatis, & ambulare super terram penitus non ualentibus, sanum gressum donare, Deo decibile est. Sed unus incarnatus uerbum, hoc quoque & illud operatur est: & nequaquam hoc quidem huius, hoc uero huius naturae est: neque eodē diuersa sunt operamenta, ideo duas operatrices naturas atque formas naturales iuste diffiniemus. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo, qui est in bibliotheca huius uenerabilis patriarchij. Et constitit.

Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ex epistola ad Paulum haereticum, cuius initium, Apostolum quidem Paulum, continens ita: Unam igitur substantiam profitentes Emmanuel, consequens est, unam naturam profiteri DEI uerbi incarnatam, & ipsam operantem deo decibilia & humana, & non, secundum Leonis tomum, operantes duas naturas & formas supponere, communicantes ad alterutrum coniunctionem affectualem. Hoc enim sibi uult blasphemia illa, Operatur enim utraque forma cum alterius communionem, quod proprium habuit. Quod testimonium collatum est cum libro membranaceo, prolato à parte Apostolicae sedis antiquae Romae. Et constitit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ex synodicalis literis ad Anthimum haereticum, cuius initium, Quod ad tuam reuerentiam, continens ita: Diuine diuina signa operatus est, & humanas & diuinas uoces effatus est, & quaedam Deo decenter, & quaedam humane operatus est. Et non est diuersitas operationum & uocum, miraculorum quoque & passionum, ne post inenarrabilem unionem in duarum naturarum incidamus diuisionem, & ipsis disperdiamus uoces & passiones & operamenta, eundem scientes & mirifica gerentem qui passus est, & diuine & dispensatiue atque humane haec enarrant, ut in scriptis est explanatum eis, in quibus Christi fides est & confessio. Quod testimonium collatum est cum libro membranaceo, prolato à parte Apostolicae sedis antiquae Romae. Et constitit. Item relectum est ex eodem codicillo

TOM. 2.

testimonium eiusdem ex synodicalis literis ad Anthimum haereticum, cuius initium, Quod ad tuam reuerentiam, continens ita: Diuine diuina signa operatus est, & humanas & diuinas uoces effatus est, & quaedam Deo decenter, & quaedam humane operatus est. Et non est diuersitas operationum & uocum, miraculorum quoque & passionum, ne post inenarrabilem unionem in duarum naturarum incidamus diuisionem, & ipsis disperdiamus uoces & passiones & operamenta, eundem scientes & mirifica gerentem qui passus est, & diuine & dispensatiue atque humane haec enarrant, ut in scriptis est explanatum eis, in quibus Christi fides est & confessio. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, prolato à parte Apostolicae sedis antiquae Romae. Et constitit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ad Theodosium, continens ita: Iste proinde praefatis hominibus reprobis inlitoribus coaptandum est, & anathematizandum *impium* synodum * Chalcedonensem, & blasphemum Tomum Leonis Romanae Ecclesiae antistitis, quem eadem synodus titulum rectae fidei appellauit, contra canones fideique definitiones exponens, & dum diuinam & indiuiduam & inconuertibilem incarnationem post unionem separat, dualitatem naturarum harum cum operatiōibus & proprietatibus (sicut idem tomus legentibus luculenter ostendit) latius interpretans, quidnam sit in duabus naturis dicere agnoscendum. nos autem unum Dominum & Deum Iesum Christum post ineffabilem unionem suscipimus, ac colaudamus rectam confessionem unitatis, & literas quas tranquillissimae recordationis Zenon Imperator edidit. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, prolato à parte Apostolicae sedis antiquae Romae. Et constitit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium Theodosij haereticus, ex libro ad Theodorum Augustam, cuius initium, Mihi quidem uidebatur, continens ita: Ut iam & operatio utriusque DEO decibilis una sit, quia & unius esse eiusdemque asserimus Deo decibilia miracula, & naturales omnes & inuituperabiles passiones, quas passus est sponte pro nobis propria carne. Et post aliqua: Quia & unam operationem confitemur Deo decibilem, sicut iam dictum est. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ex eodem sermone, continens ita: Deo decibili quippe operatione eius una existente, necessesse est & indiuiduam hanc esse, & inseparabilem, & non unam quidem & indigam, & ad meliora conscendere indigentem, secundum humanitatem accipiendum est secundum uos, alteram uero ut summè perfectam confiteri, & indiuiduam

Theodorus haereticus.

tam

tam secundum Deitatem, ne inanem, corruptam & impiam Nestorij pessimam sectam incurramus. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem, continens ita: Ergo & nos unam eandemque Deo decibilem sapientiam, & unam scientiam dicentes Dei uerbi, & rationalis atque intellectualis animae, qua animata est sacrosancta eius caro, maximè quidem sanctorum patrum assequimur doctrinas, sicut manifestè demonstratum est. Manifestiora proinde etiā inconfusa & unionis quae est secundum substantiam, ad probationem efficimus, & dualitatis uicique suspensionem praerampamus. Si igitur non addamus eandem ipsam, comitabitur & nos consequenter (sicut Seuerus prudentissimus ait) duae scientiae, & duae operationes, & duae sapientiae in Christo. Haec autem Theodoretus blasphemia est, & quae ex ea est Iudaicae haereticis soboles, & nequaquam nostra, quae unum eundem Christum praedicamus, & unam eius ad deo decibilem scientiam & operationem confitemur. Quae tria testimonia collata sunt similiter cum libro chartaceo, qui est bibliothecae uenerabilis huius patriarchij. Et constitit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium Pauli ex epistola ad Iacobum, cuius initium, Omnia mihi quae uestrae sanctitatis sunt, continens ita: Et henoticam litteram patris recordationis Zenonis ad peremptionem Chalcedonensis concilij suscipimus, quod occasionem Eutycheus faciens, uesamam Nestorij hominis culturam studiosè ecclesijs introduxit, in duabus naturis Christum esse atque cognosci, ad spernedam fidem orthodoxam praedicans: & naturas quidem consequenter Nestorianae desipientiae in numero dualitatis conseruat, affectum adoptionis ac dignitatis simpliciter copulat, & ita deinceps per eandem malignitatem, unum eundemque Christum filium & Dominum unigenitum inconfuse, indiuisè, inconuertibiliter atque inseparabiliter praedicat, & ad interpretationem manifestam propriae intentionis Leonis amplexum est Tomum, titulum hunc orthodoxae fidei uocans, qui manifestè diuidit Christum per dualitatem post unionem naturarum, & istas formas & operationes, uocesque & indimutatas proprietates, blasphemose condisperit. Quamobrem & tanquam inuicem familia dicere aggredientem, repellimus. Et post pauca: Haec dicunt, non ignorantes, quia in ipsis rebus huiusmodi uocè synodus, quae in illa ciuitate, atque uicinam nunquam congregaretur, posuit consequenter sibi affectis copulam, unam uocitans personam, & ex duabus uocibus tanquam infestam repulit uocem, quae inconfuse & indiuisè unum nobis demonstrat Emmanuel, eundem consubstantialem esse patri & sancto spiritui

TOM. 2.

secundum Deitatem, & eundem consubstantialem nobis hominibus secundum humanitatem, eundem & mirificatam, & passum, diuinè & humane narrantem, & unam eius operationem & scientiam, sicut unius, instruentem. Christus enim uirtus & DEI sapientia, in quo omnes sunt thesauri sapientiae & scientiae, quantum sic dispensatiue dicat se consummationis diem ignorare. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, prolato à parte Apostolicae sedis. Et constitit. Itemque relectum est ex eodem codicillo testimonium Theodori haereticus ex dogmatica epistola ad Paulum haereticum, cuius initium, Cum quidem tempus, continens ita: Et ad haec omnia anathematizamus synodum Chalcedonensem, & Tomum Leonis, & omnes qui dixerunt uel dicunt in uno Christo duas naturas post ineffabilem unionem, aut in duabus eius naturis diffinientes, & non praedicantes unam eius esse personam, & unam substantiam, & unam naturam Dei uerbi incarnatam, & unam eius operationem secundum uerum uerentium patrum nostrorum doctrinam. Insuper & henoticam litteram patris recordationis Zenonis suscipio, ad anathematizandum praedictam Chalcedonensem synodum, & Tomum Leonis. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, prolato à parte Apostolicae sedis. Et constitit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium Pauli haereticus, ex epistola ad praedictum Theodorum, cuius initium, Non nunc primum, sed olim bonorum inuidus, continens ita: Quando igitur incarnationis modum indagamus, duo quae adinuicem non sunt consubstantialia, cernit per omnia sensus noster, sub quo ingressus uero uerae unionis sensus, non iam quidem duo, sed unum compositum decernit saluatorem Christum, eundem consubstantialem esse patri secundum Deitatem, eundemque consubstantialem hominibus nobis secundum humanitatem, eundem mirificantem, & passum, deificè & humane narrantem, & unam eius operationem, sicut unius. Et post pauca: Illud itaque Leonis romum, quem titulum rectae fidei uocant ad fidem, qui hac interpretatione de his quae ei uidebantur, cum dignatur accipere, qui improprioissimè diuidit unum Christum post unionem dualitate naturarum, & formas & uoces, operationes quoque & omnes proprietates pari numero condiuidit. Itaque nec illos uiros accipimus, qui instabiles ei & valde indolitas conquirunt satisfactiones, & tantum his quae in ea posita sunt, indigent, quantum haec ipsa à principio perimunt. Quae duo testimonia similiter collata sunt cum libro chartaceo, prolato à parte Apostolicae sedis antiquae Romae. Et constitit. Theodorus

Theodorus haereticus.

Nota haereticorum impudentia.

Paulus haereticus.

MMMM 2 rus

rus & Georgius Deo amabiles presbyteri, & Ioannes Deo amabilis diaconus, locum agentes Agathonis sanctissimi ac beatissimi papae antiquae Romae, dixerunt: Petimus pietatem vestram, & sanctum ac vniuersale concilium, vt relegatur & gestis inferatur & Apollinarij haeretici testimonium, ex libro de obscuris eius, ex codice huius venerabilis patriarchij, quod non est à nobis positum in relecto nunc codicillo, nõ conueniens testimonijs haeticorum, quae relecta sunt, & consonans ad sensum macarij & Stephani.

Constantinus piissimus Imperator & sanctum concilium dixerunt: Quod postulatum est ab eisdem DE O amabilibus viris, efficiatur.

Et prolatus est huiusmodi liber chartaceus, qui est ex bibliotheca venerabilis huius patriarchij, superscriptus de obscuris Apollinarij, cuius initium, Vita viuentium causam, Continet autem testimonium ita: Deus assumens instrumentum, & Deus est secundum quod operatur, & homo secundum quod instrumentum. Manens autem Deus, non mutatur instrumentum: & quod id mouet, vnam solet perficere operationem. Si autem vna operatio, & vna essentia. Vna ergo essentia facta est verbi & instrumenti.

Constantinus piissimus Imperator & sanctum concilium dixerunt: Superius memoratus Petrus, & Theodorus, & Salomon, & Antonius DE O amabiles episcopi, Georgij quoque & Dionysij, Anastasij & Stephanus Dei cultores diaconi, atque Anastasij & Georgij religiosi monachi, libellos quos polliciti sunt propriae fidei, iurantes offerant, & corporale coram positis sacrosanctis DE I euangelij sacramentum persoluentes. Idem Deo amabiles episcopi, & religiosi clerici atque monachi, obtulerunt vniformes libellos. Et relecti sunt, ita continentes in verbis:

Confessio
fidei quorũ
rũdã episcoporum,
clericorum,
& monachorum.

Sancta & vniuersali synodo, quae per iussionem piissimi & à Deo decreti domini nostri & magni victoris Imperatoris Constantini, nunc conuenit in hac à DEO conseruanda regia vrbe imperiali secretario, quod cognominatur Trullus, libellus satisfactiois compositus & porrectus à me Petro indigno episcopo Nicomediae metropoleos prouinciæ Bithyniae: Quonia quidem exquisiuit vestrum à Deo inspiratum & honorabile concilium, qualiter sententiã super relecta & immaculata nostra Christianorum fide, & de incarnationis dispensatione magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui vnus est de sancta & consubstantiali & viuifica Trinitate, huius rei gratia presentem satisfactioem in scripto componens, offero sancto & vniuersali vestro Concilio, continentem sicut inferius ha-

TOM. 2.

betur: Credo in vnum DEVM patrem omnipotentem, factorem caeli & terrae, visibilibus omnium & inuisibilibus. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium DEI vnigenitum, qui ex patre natus est ante omnia secula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: natum, non factum: per quem omnia facta sunt. Et in spiritum sanctum, Dominum & viuificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadorandum & conglorificandum, Trinitate consubstantialem, vnam Deitatem & essentiam, virtutemque & potestatem & dominationem, Deum vnum, quem cum singulariter contemplantur, sensu diuidente quae diuisa sunt, vnitatem in Trinitate, Trinitatem in vnitatem adoradam: vnitatem quidem secundum essentiam siue Deitatem rationem, Trinitatem verò secundum substantias siue personas. Confiteor quoque vnum eiusdem sanctae & consubstantialis & viuificae Trinitatis Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, qui ex patre natus ante omnia secula, eundem in vltimis diebus propter nos & propter nostram salutem descendisse de caelo, & incarnatum esse ex spiritu sancto & sancta gloriosa Domina nostra DEI genitrice semperque virgine Maria, quam *θεοτόκον*, id est, Dei genitricem proprie & veraciter confiteor, vtpote quae ipsum Dei filium & verbum in nouissimis temporibus secundum carnem generans, consubstantialem Deo & patri secundum Deitatem, & consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia similem nobis absque peccato, passibilem carne, impassibilem Deitate, perfectum in Deitate, & perfectum eundem in humanitate, Deum verum, & hominem verè ex anima rationali & corpore, ex duabus naturis Deitate & humanitate, & in duabus naturis perfectis. Et post ineffabilem & inseparabilem vnitatem inconfusè, inconuertibiliter, atque indiuisè cognoscendum, nusquam naturarum proprietate perempta propter substantialem vnitatem, magis autem saluata proprietate vtriusque naturae, & in vnam personam vnamque substantiam concurrente, non in duabus personis partitum aut diuisum, sed vnum eundemque filium vnigenitum, DEVM verbum, Dominum Iesum Christum confiteor. Nec enim quartae personae sancta Trinitas augmentum suscipit, etiam incarnato vno ex ipsa dei verbo: sed in virginali vtero inuolabilis DEI genitricis semperque virginis Mariae inhabitans incognoscibiliter, ex ea in propria substantia carnem sibi formauit animatam animam rationali & intellectualem. Quapropter & eiusdem duas natiuitates confiteor, tam quae ante secula ex Deo & patre secundum Deitatem, quamque illam, quae ex eadem

sancta

sancta virgine & Dei genitrice Maria secundum carnem & recentem. Manes quippe quod erat, factus est insolubiliter quod non erat: & ita vnam eius subsistentiam compositam adnuncio, neutra conuersa vel confusa propter vnitatem naturarum, neque rursus sectionem admittente hac incognoscibili vnitone. Etenim vnitio, quae secundum compositionem atque secundum subsistentiam est, & confusionem & diuisionem excludit, & seruat quidem vtriusque naturae proprietatem: vna verò personam Dei verbi, etiam cum carne demonstrat. Vnde & duas eiusdem Domini Iesu Christi naturales voluntates, & naturales operationes confiteor, secundum vigorem testimoniorum sanctorum ac probabilium patrum, quae posita sunt in suggestioe missa ad piissimum & à DE O confirmandum nostrum Dominum, & magnum victorem Imperatorem, ab Agathone sanctissimo ac beatissimo papa antiquae Romae: & simpliciter in omnibus cõsentio, & permaneo in cunctis capitulis, quae continentur tam in praedicta suggestioe eiusdem sanctissimi viri, quamque in altera suggestioe Concilij quod circa eum est. Insuper confiteor, eundem Dominum nostrum Iesum Christum, verum Deum vnum, consubstantialem viuifica Trinitati, crucifixum spontè pro nobis sub Pontio Pilato, passum, & sepultum, & resurrexisse tertia die secundum scripturas, & in caelos ascendisse, sedere ad dexteram patris, & iterum venturum cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non est finis: spero resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi. Amen. Suscipio autem & amplector sancta & vniuersalia quae in concilio, id est, quod in Nicea 318. sanctorum ac beatorum patrum, & quod in hac à Deo conseruanda regia vrbe centum quinquaginta sanctorum, & Deo seruientium patrum, & quod in Epheso prius ducentorum sanctorum patrum, & quod in Chalcedona 630. sanctorum patrum, & quod in temporibus Iustiniani pia recordationis iterum conuenit in hac à Deo conseruandam regiam vrbe sanctum quintum concilium. In omnibus autem conseruo & amplector, quae ab eisdem sanctis quinque concilijs definita atque statuta sunt, & quos susceperunt, suscipio: quosque damnauerunt atque anathematizarunt, abijcio & anathematizo. Cum his abijcio & anathematizo etiam omnes, qui vnam voluntatem & vnam operationem praedicauerunt, aut praedicat, vel praedicaturi sunt in incarnationis dispensatione vnus sancta Trinitatis Domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri. Hanc igitur pie & rectè Christianorum fidei satisfactioem composui, scriptam per alium, mense Martio, in dictione octaua. Et subscriptio: Petrus indignus

*nona

TOM. 2.

episcopus Nicomediae metropoleos prouinciæ Bithyniae, consentiens & permanens in omnibus, quae continentur in praesenti satisfactiois libello, & confessus (vt superius continetur) quemadmodum duas naturas, ita & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes, in incarnationis dispensatione vnus de sancta Trinitate Domini nostri Iesu Christi veri DEI: & anathematizans omnes, qui dicunt vnam voluntatem & vnam operationem in Deitate eius & humanitate, manu propria subscripsi, mense Martio, in dictione octaua. *nona

Georgius deo amabilis presbyter monachus, & apocryphus Theodori venerabilis loci seruatoris sedis Hierosolymorum accedens, dixit: Quae pietatem vestram, sanctum quoque & vniuersale Concilium, vt legantur synodica Sophronij venerabilis memoriae archiepiscopi hierosolymorum, quae ab ipso quidem ad Sergium tunc temporis patriarcham existentem huius regie & à Deo conseruandae vrbe, missa sunt, nequaquam autem ab eodem suscepta sunt Sergio: quae praemanibus mihi sunt, quod cognoscatur, vtrum orthodoxa sunt, an non.

Constantinus piissimus Imperator & sanctum Concilium dixit: In sequentibus horum prolatio atque lectio proueniat.

ACTIO XI.

IN nomine Domini & dominatoris Iesu Christi, Dei & Saluatoris nostri, imperantibus à Deo coronatis ac serenissimis dominis Flauijs: Constantino quidem piissimo, & à DE O decreto magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore, anno vigesimo octauo, & post consulatum eius à Deo instructae mansuetudinis, anno decimotertio, Heraclio verò atque Tiberio à Deo conseruandis eius fratribus, anno vigesimo secundo, XX. die mensis Martij, in dictione nona. Praesidente eodem piissimo & Christo amabili magno Imperatore Constantino in secretario sacri palatii, quod cognominatur Trullus, & ex eius iussione à Deo instructae serenitatis, praesentibus & audientibus Niceta gloriosissimo exconsule patricio, & magistro imperialium officiorum, Theodoro gloriosissimo excõsule patricio & comite imperialis obsequij, & substratego exercitus Thraciae, Sergio glorioso exconsule patricio, Paulo gloriosissimo exconsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio, & curatore imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, & loci seruatore comitis imperialis excubiti, Ioane glorioso exconsule patricio, & quaestore, Thoma glorioso excõsule patricio, Paulo glorioso exconsule patricio, MMMM 3 dispo-

dispositore Orietalium prouinciarum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule, & domestico imperialis mensae.

Conueniente autem & sancto ac vniuersali Cōcilio, quod per imperialem sanctionem congregatum est in hac à DEO conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, locum representantibus sanctissimi ac beatissimi papae antiquae Romae Agathonis, & Georgio venerabili atque sanctissimo archiepiscopo huius magnifonae Constantinopoleos nouae Romae, & Petro DEO amabili presbytero monacho, ac apocrifario locum seruante sedis Alexandriae magnae ciuitatis, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrifario Theodori venerabilis seruatoris sedis Hierosolymorum, Ioanne Episcopo Portuensi, Abundantio episcopo ciuitatis Paternensis, Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanae, locum representantibus sancti Concilij centum viginquique venerabilium episcoporum senioris Romae, qui etiam per proprias subscriptiones declarantur in suggestione ab eis facta ad piissimum principem Constantinum, & Theodoro religioso presbytero, & locum gerente DEO amabilis archiepiscopi Rauennensis Theodori, Ioanne episcopo ciuitatis Thessalonicae, Basilio Episcopo ciuitatis Gortynae insulae Cretae, Philalithe episcopo Casareae Cappadociae, Theodoro episcopo Ephesi, Sifinnio Episcopo Heracleae Thraciae, Platone episcopo Ancyrae Galatae, Georgio episcopo Cyzici, Marino episcopo Sardo- rorum, Petro episcopo Nicomediae, Photio Episcopo Niceae, Ioanne Episcopo Chalcedoniae, Ioanne episcopo Sidis, Theodoro episcopo Meletiniae, Iustino Episcopo Tyanorum, Alypio Episcopo Sangrensi, Cypriano episcopo Claudiopolis, Polyeucto episcopo Myrorum Lyciae, Theodoro episcopo Staureopoleos Cariae, Tiberio episcopo Laodiceae Phrygiae, Cosima episcopo Synnadorum, Stephano episcopo Antiochia Pifidiq, Theopempto episcopo Iustinianopoleos, quae & Mostene, Ioanne episcopo Pergis, Isidoro episcopo Rhodi, Sifinnio episcopo Hierapolis Phrygiae, Theodoro episcopo Tarsensi, Macrobio episcopo Seleuciae Isauriae, Georgio episcopo Byziae Thraciae, Zacharia episcopo, Leontopoleos Isauriae, Gregorio episcopo Mitylenensi, Georgio Episcopo Milet, Sergio episcopo Selymbriae, Andrea Episcopo Methymnae, Theognio episcopo Chij, Epiphanio episcopo Euchaitorum, Petro episcopo Mesembriae, Petro episcopo Sozopoleos Thraciae, Ioanne Episcopo Nyssae, Theodoro Episcopo

TOM. 2.

imperialium Thermarum, Georgio episcopo * Camulianorum, Zoito episcopo *Camel- Chryfopoleos Asiae, Patricio episcopo Ma- gnesiae, Antonio Episcopo Hypeporum, Theodoro Episcopo Pergami, Genesio episcopo Anastasopoleos, Platone episcopo Cinnae, Stephano episcopo Vranopolis, Andrea episcopo Minicae, Ioanne episcopo Melitopoleos, Ioanne episcopo Philadelphiae, Theodoro episcopo Priene, Ioanne episcopo Dascylii, Theodoro Episcopo * Iustinianopoleos Gordi, Menna episcopo Carbaliae Pamphyliae, Callinico episcopo Coloniae Armeniae, Theodoro episcopo Verisae, Tiberio episcopo * Amyzon, Sergio episcopo Sinopis, Georgio episcopo * Ionopoleos, Stephano episcopo Heracleae Ponti, Longino episcopo Tiji, nometio episcopo Prusiadae, Georgio episcopo Cratae, Platone episcopo Adriano- poleos, Salomone episcopo Clanei, Georgio episcopo Coeni, Ioanne episcopo * Eressorum, Ioanne episcopo Myndi, Patricio episcopo Eleuforum, Petro episcopo Apyrae, Alexandro episcopo Nacoliae, Dometio episcopo Prymnesiae, Constantino episcopo Barathae, Theodosio episcopo Sibliorum, Paulo Episcopo Sozopoleos Pifidiae, Plufiano episcopo Silui, Theodoro episcopo Nazianzi, Demetrio episcopo * Tinni, Stephano episcopo Parii, Gregorio episcopo * Cantanenti, Ioanne episcopo Lappis, Eulalio episcopo Cynopoleos, Constantino episcopo Dalisandi, Theodoro episcopo Oibis, Theophane presbytero & abbate venerabilis monasterij, quod cognominatur Baiarum, quod est in Sicilia, & Georgio presbytero & monacho monasterij Kenati, positi apud antiquam Romam, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod cognominatur domus Arfitia, similiter siti apud antiquam Romam. Residentibus quoque gloriosissimis patricijs & consulibus, & omnibus venerabilibus & DEO amabilibus episcopis secundum ordinem in eodem secretario Trulli, propositis in medio sacrosanctis CHRISTI DEI nostri euangelij, Constantinus DEO amabilis diaconus huius sanctissimae DEI ecclesiae, & primicerius DEO amabilem notariorum sanctissimi patriarchae huius à DEO conseruandae regiae vrbis Georgij, dixit:

Discernere solens eos, qui recta sentiunt & praedicant dogmata, ab his qui non verè consentunt, quae super dispensatione sunt CHRISTI veri Dei nostri, qui vnus est de sancta Trinitate, tam vestra serenitas, quamque sanctum & vniuersale vestrum Concilium, cognitionem habet, quod de praeterita actione Georgium religiosum presbyterum monachum & apocrifarium Theodo-

*Camel- norum,

*Iustino- polis Gor diu Com

*Eressori

*Thyniae

*Canda- nesi,

Epistola Sophronij patriarchae hierosolymorum

* & multum cerno fluctum coniungi, & fluctui implicari,

* commo- diora,

ri sanctissimi loci Seruatoris sedis Hierosolymorum, supplicans petijt vestram pietatem & sanctum vestrum Concilium, vt synodica Sophronij venerabilis memoriae quodam archiepiscopi Hierosolymorum ciuitatis, proferrentur ad medium, atque legentur, vt eorum scientiam habeatis, & iudicetis si orthodoxa existunt, & suggerimus ad quod placuerit.

Constantinus piissimus Imperator & sanctum Concilium dixerunt: Relegantur quae dudum gesta sunt. Et relecta sunt.

Constantinus piissimus Imperator & sanctum Concilium dixerunt: Georgius presbyter religiosus, monachus & apocrifarius venerabilis loci seruatoris sedis Hierosolymorum, quorum meminit synodicorum Sophronij quondam archiepiscopi Hierosolymorum, secundum eius petitionem, prolationem faciat, eorumque lectio proueniat. Et prolatus est liber, habens synodica eiusdem venerabilis memoriae Sophronij. Quem accipiens Agatho religiosus lector & notarius sanctissimi archiepiscopi huius à Deo conseruandae regiae vrbis, relegit, ita continens in verbis:

DOMINO in omnibus sanctissimo ac beatissimo fratri & co- sacerdoti Sergio, Archiepiscopo & patriarchae Constantinopoleos, & Sophronius inutilis seruus sanctae Christi DEI nostri ciuitatis. Papa beatissime, quam mihi nunc amabilis est, & multo quam pridem amabilior, ex quo de incurioso silentio in causarum turbam decidi, & terrenis quibusdam fluctibus opprimor: Papa DEO honorabilis, quam nunc suauius est mihi pusillitas, & non mediocriter quam pridem suauior, ex quo de stercore & humo, ineffabili nimisque penuria ad folium pontificale ascendi, multumque me cerno fluctibus implicari, & ad secula esse periculum. Non enim ita esse suauius conspiciuntur suauius ante insuauiorum experimentum atque notitiam, sicut post experimentum & incursum apparent tristitiae, sic salus his qui post salutem aegrotant, optabilis: sic tranquillitas his qui post tranquillitatem fluctuantur, gratissima: sic diuitia his qui post diuitias egent, amabiles: & omnia quae quis ita considerauit existere, & ipsa sunt quidem ac permanent naturali atque essentiali qualitate, qualia duntaxat & ante experimentum contrariorum parebant: meliora tamen post horum efficiuntur scientiam ea, quae sustentibus multo preciosiora sunt, necnon & iucundiora, & desiderabiliora sunt. Et hoc nobiscum Iob laudabilis promulgat splendidissimè, vtrunque experimentum accipiens ac definitens, meritoque iudex in his, quae à nobis dicuntur, progreditur, sen-

TOM. 2.

tentiam quoque indecliuem & immuniticam statuit. Quid ergo ait ille decretator indomitus, muniticam passio num adipiscens, & in aestuationem angentium veniens? Quis putas me constituet in mensa diei, quibus me DEVS tuebatur, quandò lucerna eius super caput meum splendebat, quandò lumine eius gradiebar in tenebris, quandò eram in itineribus laetus, quandò dominus inspiciebat tabernaculum meum, quandò eram opulentus nimis, & in comitatu meo pueri mei, quandò affuebant viae meae butyro, montes autem mei fluebant lacte, quandò progrediebar diluculo in ciuitate, & in plateis sedes mea ponebatur? Videntes me iuniores, abscondebantur: seniores verò assurgebant, maiores natum autem silebant: loquentes, digitum ori suo imponebant: audientes verò, beatificabant me. Ergo ego etiam merito, beatissime, cum Iob quinquies victore clamabo: Memoria pristinorum bonorum, quae mihi aderant, prosternatus: tranquilla haec vita fuerat cum silentio, & nullam fluctuationem agnoscens * pauperis. Quis putas me constituet in mensa diei anteriorum, quibus me Deus absque tribulatione seruabat, quandò fulgebat lucerna super caput meum, pacificam vitam degens & in fluctuabilem, quandò lumine eius gradiebar in tenebris, cum vindemia- bam racemos silentij, dum serenitatis honestabar germinibus, dum imperturbationis delectabar palmitibus, dum securitatis floribus conlatabar, dum intrepidationis flosculis conabar, dum in curia * gratus conuefcebam, quandò terrestri fructu pauperie, quandò sulcos impericulosi stercore exarabam, quandò in fluctuose paupertatis mare * transibam, quandò humilis mensa pulchritudinibus congaudebam, quandò arualis victus mellifluis illomanna vescebar, alius quidem Israel & ipse cernendus, deliciasque epularum caelestes atque pacificas, citra murmurationem, malum bonumve propositum? Quoniam igitur haec, & vltra haec, sapientissime, in me ter afflicto necessitate magna video DEO amabilem clericorum, religiosorumque monachorum, & fidelium laicorum horum omnium ciuium huius sanctae CHRISTI Dei nostri ciuitatis, * qui qui violenta manu me compulerunt, & more tyrannico coegerunt, peracta sunt, quae so, sincerissimos vos & exhortor, non solum mundis orationibus ad Dominum me adiuuare vitaliter fluctuantem, pariterque periclitantem, & confortare me pusillanimitatibus nutabundum, sed & à DEO inspiratis institutis introducere ad * operandum inceptum.

Hoc quidem, vt patres & prolatores: hoc MMMM 4 verò,

Iob 29. a

* pauperis

* gratijs

* transme- bam

* qui que

* operan- dorum

verò, sicut fratres & consanguinei. Date ergò vos mihi paternè simul atq; fraternè, quæ postulo, iusta quippe sunt: & ego vestram pedeductionem consequar, & copulam ad vos habere merebor, qua fides consentaneos necit, & spes recta sapientes viuificat, & charitas diuina sentientes addēs, quorum funis triplex, & ex istis tribus diuinis constringitur virtutibus, neque solutionem agnoscit, neq; disruptionem admittit, neq; separationem sustinet, sed est veraciter indissruptus, in vnam congregans pietatem eos, qui copula eius diuina ditati sunt. Quia verò quædam Apostolica atq; prisca traditio in sanctis Dei per totum orbem Ecclesijs tenuit, vt qui ad pontificatū ducuntur, qui pro eis pontificatus regunt, omnia synceriter cōsulant, qualiter sapiāt, & qualiter fidem detineant, quam Paulus eis sapientissimus nimis cautè contradidit, vt non cursus suos in vacuum peragant: (inanis nanque eis omnis cursus existeret, si in quolibet fides violaretur) ille quippe facer, qui DEI voces audiuit, & cælum ipsum habuit magistrum, & paradisi contemplator pro tempore factus est, & verborum, alijs hominibus ineffabilem, fuit auditor, nè torperet (sicut ipse ait) perterebatur, nè fortè cum alijs prædicet Christi salutiferam prædicationem, ipse reprobos efficeretur. Vnde & in Hierosolymis ascendebat Christi cælestis discipulus, & diuinis qui præerant, subijciebatur discipulis, & Euangelicam quam prædicabat, doctrinā innotescibat eis, qui alios putabantur præcedere, & ipsius eos faciebat doctrinæ participes, munimen sibi despondens eis, qui post eum fuerant eius suscepturi doctrinas, quibus formula cunctis probabilis factus est, qui eius sequi vellent vestigia. Huic proinde & nos cōsuetudini seruientes, & legem optimā arbitrati, omne quod oīm decenter effectum est, maximè Apostolico roboratum instructo, qualiter de fide teneatur, scribimus, & à neo instructis vobis ad probandum dirigimus, nè fortè terminos aternos transgredi, quos patres nostri posuerunt, æstimemur, non discernere tantum scientibus * *βελότων* incertis prouida dogmata, sed & redintegrare quæ minis sunt, propter perfectam in Christo charitatem exactè potentibus atque valentibus. Illa igitur dicturus aduenio, quæ ab initio in sancta & Catholica Ecclesia natus & nutritus perdidici, & à mollibus percepti vnguibus sapere, & prædicantibus vobis à Deo inspiratis, hauriui. Credo igitur beate (secundum quod à principio credidi) in vnum Deum patrem omnipotentem, sinè principio penitus & sempiternū, omnium visibilium atq; inuisibilium factorem. Et in vnum Dominum IESVM Christum filium Dei vnigenitum, qui sempiternè &

TOM. 2.

Professio
fidei Sophronij.

Prou. 22. d

Galat. 2. a

1. Cor. 9. d

2. Co. 12. a

intemporaliter ex ipso natus est DEO & patre. Et non aliud principium quàm patrem cognoscētem, sed nec aliundè quàm ex patre ipsam substantiam habet, lumen de lumine consubstantiale, Deum verum de DEO vero, consempiternum. Et in vnum Spiritum sanctum, qui sempiternè à Deo patre procedit, lumen & neum ipsum agnoscendum, verè patri & filio consempiternum, consubstantialem, atque contribulem, eiusdemque essentia atq; naturæ. Similiter & Deitatis Trinitatem consubstantialem, cohonorandamque, ac coassessorem, connaturalem, & cognatam, atque contribulem, in vnam conrecapitulandam Deitatem, atque in vnam copulandam cōmunem dominationem, absque personali confusione, & absque substantiali diuisione, Trinitatem itaque in vnitatem credimus, & in vnitatem Trinitatem glorificamus: Trinitatem quidem pro tribus subsistentijs, vnitatem autem propter singularitatem Deitatis. Seu igitur sancta Trinitas numerabilis personalibus facta est subsistentijs, siue * sancta vnitas extra omnem numerum * est, & hæc quidem in diuisibilem habet diuisionem, & inconfusam gerit coniunctionem. * Cum diuiditur namq; numeralibus subsistentijs, & numeratur personalibus alternitatibus, identitate essentia atq; naturæ coniungitur, & omnimodam partitionem non recipit. Vnitas enim singularis & incomputabilis, omnem refugit secundum essentiam numerum. Vnus enim Deus à nobis enixiūs creditur, quoniam & Deitas vna flagranter prædicatur, licet in Trinitate personarum agnoscitur: & vnus Dominus à nobis adnunciatur: quoniam & dominatio vna firmiter agnoscitur, licet in tribus subsistentijs demonstratur: neq; secundum quod vnus est Deus, & vna est Deitas, est diuisibilis, & in tres deos partibilis, vel in tres Deitates producendus: neque secundum quod vnus est Dominus, vnus dominus distans est, & in tres dominos expandendus est, ac in tres dominationes dilatandus est: (Arrianorū hæc est impietas, quæ in inæquales deos cōcidit Deū, & in dissimiles Deitates vnam partitur Deitatem, & in alterigenas tres dominationes vnam distinguit Dominationem) neq; secundum quod Trinitas vnus Deus est & agnoscitur, & subsistentia tres pronunciantur, & tres obsecrantur personæ, pater, & filius, & Spiritus sanctus, dicitur coarctatus siue compositus vel confusus, & in vnā se ipsum colligens subsistentiā, in vnāque; coarctans non numerandā personam. (Sabellianorum ista est prauitas, in vnā subsistentiam tres cōfundere subsistentias, & in vnā personā easdē tres cōspicere personas) vbi enim est Trinitas, & impijssime, si in vnam personam secundum vos Trinitas ipsa colligitur

* latrant
doctores

TOM. 2.

* impiè

* per sancta

* condiuiditur

* in copulabilis

ligitur, & in vnam concurrat confusibilem substantiam? Vel vbi vnitas, & furiosissime, si in tres essentias ipsa vnitas efferetur, & in tres naturas dilatabitur, & in tres Deitates multiplicabitur? Impium quippe est orthodoxis vtrunque, & à veritate prorsus proiectum est, tam singularitas secundum subsistentiam, quàm ternalitas in naturis. Illud enim statim ad Iudaismum deducit, & à sese dicentem simul abducit: hoc verò ad paganismum deuoluitur, & in sese asserentem conuoluit. Et aut omninò paganus est, qui hoc furiosè cum Arrio perhibet: aut Iudæus est, qui illud * impietatis cum Sabellio suscipit. Et idè benè à Deiloquis sancitum est, vnitatem quidem nos sapere vna & singulari Deitate, & identitate essentialis atque naturalis dominationis, Trinitatem autem tribus inconfusis subsistentijs, & diuersitate numerandæ personalis alternitatis, quatenus nec ipsum vnum Sabellianum remaneat, qui vnum vbiq; conficiens, omnè subsistentialem multitudinem abiecit: neque eadē tria præferat Arrius, si tria intelligantur per omnia, omnem vnitatis vocem repellentia Deitatis essentia atque naturæ. Quemadmodum igitur vnum Deum didicimus sapere, ita & vnam Deitatem cōfiteri percepimus: & sicut subsistentias tres exorare didicimus, ita & tres glorificare personam instrumur, non alium vnum Deum præter tres cognoscentes personas, neque tres consubstantiales personas Trinitatis, quæ sunt, pater & filius & Spiritus sanctus, alteras præter vnum Deum agnoscentes: Et idcirco vnum hæc tria, in quibus est Deitas, prædicamus: & tria vnum, quorum est Deitas, annunciamus, siue (quod est accuratius ac manifestius dicere) quæ DEVS est atque agnoscitur: hoc ipsum quippe & vnum est, & tria creditur, & tria prædicatur, & vnum veraciter adnunciatur: Et neque vnum, quod extra vnum est, tria recipit: neq; tria, secundum quod tria sunt, vnum admittit: quod est mirabile, & omni certè plenum stupore est. Hoc ipsum nanque & numerabile est, & refugit numerum. Numerabile quidem tribus suis subsistentijs, refugit autem numerum singularitate Deitatis. Vnitas quippe eius essentia atque naturæ, numerari penitus non admittit, vt non & differentiam Deitatis introducat, & ex hoc essentia, & naturæ, & deorum multitudinè vnum principium faciat. Omnis itaq; numerus contubernalem habet differentiam, & omnis differentia atque discretio numerum superinducit, vt insitum. Numeretur ergò beata Trinitas non essentijs, nec naturis, nec diuersis Deitatibus, æternisve dominationibus. Absit, sicut insaniunt Arriani, & sicut nouæ tritheia, id est, ter Deitatis * latratores, essentias tres, & na-

turas tres, & tres dominationes, & tres similiter vaniloquentes Deitates: sed subsistentijs & proprietatibus intellectualibus perfectis, semotim subsistentibus, numero diuisibilibus, & non diuidendis Deitate. Diuiditur itaque indiuisè sancta Trinitas, & indiuisè rursus coniungitur. In personis nanque diuisionem habens, indiuisa permanet & inseparabilis per essentiam & naturam. Similiter & Deitas. Et idcirco nequaquam tres deos dicimus, neque tres naturas in sancta Trinitate glorificamus, neque tres essentias in ea prædicamus, neque tres confitemur Deitates, non consubstantiales, non alterius substantia, nō eiusdem originis, neque alterius originis: neq; quæ singulariter in ea prædicantur, in multitudinem deducere permittimus. Nec quæquam eius vnitatem diuidere sinimus, neque tres quosdam deos esse cognoscimus, aut tres quasdam naturas, vel tres quasdam essentias Deitatis nouimus, non vnigenas, aut alienigenas, non eiusdem sapientia, aut alterius sapientia, sed nec penitus deos aut naturas, vel essentias aut Deitates agnouimus, vel cognoscentes scimus: Sed & eum qui recipit vel sapit aut nouit, anathematibus percellimus. Nos enim vnum principium vnus nouimus Deitatis, vnum imperium, vnam potestatem, vnam virtutem, vnam operationem, vnum consilium, vnam voluntatem, vnam dominationem, vnum * modum, tam omnium quæ post eam sunt, creatricem, quamq; prouidam & stabilietem atque conseruatricem, vnam dominationem, vnam sempiternitatem, & quæque sunt talia singularia & incomposita, vnus essentia atque naturæ, in tribus est personalibus subsistentijs: neque subsistentias cōfundentes, & in vnam eas subsistentiam deducentes: neq; vnam eandemque essentiam partientes, & in tres eam essentias discerpentes, & vnam ex hoc diuidentes Deitatem: sed est vnus Deus, vna Deitas in tribus subsistentijs fulgens, & tres subsistentia & personæ in Deitate vna cognoscuntur. Propterea perfectus DEVS est pater, perfectus DEVS est Filius, perfectus DEVS est Spiritus sanctus, idcirco quod vnam eandemque singula quæque persona inseparabilem, in diuinitatem, atque perfectam habet Deitatem. Et iuxta quod DEVS quidem est, * ipsum existit vnum quodque, dum seorsum consideratur, ipsa intelligentia, quod non separabile, separante: vt pater tamen & filius & Spiritus sanctus, aliud & aliud & aliud non dicantur. Et idcirco hæc à Dei capacibus prædicamus, DEVS, & DEVS, & DEVS: sed vnus est hæc tria DEVS. Non enim alius DEVS pater, nec alius DEVS filius, neque alius iterum DEVS Spiritus sanctus: quia nec alia natura

* motum

* idipsum

folam intelligendo cognoscit naturalis atque secundum substantiam conuentio. Hanc quippe cum alterutrum copulatam Deitas & humanitas habuerunt, ut neque conuersionem sustineant, neque diuisionem patiantur. Vnitatis namque ratio, quae naturalis (inquam) est atque secundum substantiam, (neque enim alteram unitio in Christo praeter istam agnosco) non ignorat quidem differentiam, diuisionem autem prorsus expellit. Quae uero ad unitatem concurrerunt, inconuersa conferant, partitionemque unitatum non admittit: & ideo ex Deitate & humanitate, & ex duabus naturis Christum nominantes, & Deum eundem & hominem, & diphyan, quod est, bis genitum, duplicemque secundum naturas predicamus. Similiter autem & in Deitate perfectum, & in humanitate eundem scimus perfectum: idcirco & in duabus eum docemus naturis, & patri consubstantialem, ut Deum, hunc ipsum asserimus, & consubstantialem patri & nobis hunc ipsum hominem asserimus, uisibilem hunc ipsum & inuisibilem, creatum hunc ipsum similiter & increatum, corporeum hunc ipsum & incorporeum, cōtractibile hunc ipsum & incontractibilem, circumscriptum eundem & incircumscriptum, terrenum eundem & caelestem, carnem hunc ipsum, animatum ratione, & Deificatum, recentem hunc ipsum & sempiternum, humile hunc ipsum & sublimissimum, & quaeque duplicis inseparabiliter experiuntur naturae: vel si quaedam semper extitit, & sempiternam habens naturam: quaedam uero propter nos in nouissimis temporibus inconuertibiliter factus est, ut potest humanam assumens naturam. Si igitur inconuertibilis erat & inseparabilis erat unitio, sicut & inconuertibilis est & inseparabilis permanet, & duo immutabiliter differentia significantur, & inseparabiliter alteritate confluent naturae & substantiae, quae & formae consistunt, ex quibus ineffabilis unitio facta est, & in quibus unus idemque; CHRISTVS conspicitur. Vnum namque quod ex ipsis effectum est, non iam dualiter diuisum, sed eorum ex quibus factum est, sine sectione & transuersione demonstrat substantiam. Quae enim extat persona composita, ex inconfuso constans temperamento, partitione conuenientium nescit: sed esse unum, & permanere unum, indiuisum fortitur: & neque duo, iuxta quod unum existit, efficitur: neque confundit, & in singularum redigit unitatem, naturalisque & essentialis identitate ea, ex quibus naturaliter conuenit: sed est unum & duo, hoc ipsum agnoscibile: unum quidem, secundum substantiam atque personam: duo uero, secundum ipsas naturas atque naturales earum proprietates, ex quibus esse unum fortitur natura duplex, & unum per-

*diphya

*inseparabiliter

TOM. 2.

manere seruat. Vnde idem ipse unus manens Christus, & filius, & unigenitus, separatus in utrisque naturis conspicitur, & quae sunt utriusque substantiae, naturaliter operatur, secundum insitam utriusque essentialis qualitatem siue naturalem proprietatem. Quod si naturam haberet singularem & inconiunctam, sicut & substantiam atque personam, non ageret utique unus idemque filius & Christus profecto, quae utriusque erant naturae. Quando enim ueritas expert est corporis, quomodo naturaliter opera corporis operata est? vel quomodo corpus Deitate frustratum, actiones operatum est, quae essentialiter Deitatis esse noscuntur? Veram Emmanuel, dum unus est, & in eo ipse utraque, id est, Deus & homo, quae naturae utriusque sunt naturaliter gessit, secundum aliud quae gesta sunt operans: secundum quod Deus quidem est, idem ipse quae diuina sunt agit, quam quae humana, similiter & dicit & loquitur. Non alius quidem miracula operatus est, alius autem perpetravit humana, passionisque sustinuit, sicut & Nestorius uult: sed unus quidem, idemque & Christus & filius, qui & diuina gessit & humana: secundum aliud uero, & aliud, sicut diuinitus protestatus est Cyrillus, quia & in utrisque habuit potestatem inconfusam, nec non & impartibilem. Secundum quod Deus ergo sempiternus idem ipse existebat, patrabat miracula: secundum quod homo uero idem ipse modernus agnoscebatur, faciebat humilia & humana. Sicut ergo in Christo utraque natura indimute proprietatem suam custodit, ita & operatur utraque forma cum alterius communione, quod proprium habuit, uerbo operante quod uerbi est, cum communione scilicet corporis: & carne exequente quod carnis est, communicante ei uidelicet uerbo in eadem operatione, dum quando haec in una substantia cognoscantur, & in una persona considerantur, & insulsiuam sectionem propellant. Neque enim diuise operabantur propria, ut & diuisionem earum suspicemur. Non exultet pro hoc Nestorius, seipsum seducens & erroneus, idcirco quod utraque forma in uno Christo & filio, cum alterius communione operatur quod proprium habuit. Neque enim ab altera eius diffidens, quod proprium habuit, operatur. Neque enim secundum duos Christos aut filios, qui operantur, glorificamus: unum quidem, secundum naturam filium & Christum, quae mira sunt: secundum uero, secundum gratiam filium & Christum, quae humilia sunt: quamquam duas formas, quae communiter operantur, edoce-

*ueracitas

*ααφάρα-
σοσ

edocemus, unamquamque secundum suam naturalem proprietatem, sed unum eundemque filium & Christum, qui & sublimia & humilia naturaliter operatur, secundum uniuscuiusque duarum eius naturarum naturalem & essentialis qualitatem, asserimus. Naturae namque incommutabiles manentes & inconfusae, & duae manifeste cognoscendae, & non confusibiliter copulae, his penitus non erunt frustratae, vel si in una substantia monstrabantur, non uanè profiliant Eutyches & Dioscorus, & nequaquam non existentis impiae confusionis proloatores: sed unaquaeque natura cum alterius communione agebat quod proprium habuit, & diuisionem refugiens, & conuersionem ignorans, & differentiam ad alteram conseruans, communionemque & compositionem, insolubilem atque indisruptam persaluans. Hinc pie sentientes, & super terminis rectae fidei consistentes, sicut unum eundemque Christum & filium operari utraque dicimus, eod quod Deus idem ipse erat & homo, nullamque ex cogitamus confusionem, ita nec utraque formam cum alterius communione operari propria differentes, eod quod duae formae, in uno eodemque Christo naturaliter propria operantes, existunt, nullam penitus consideramus diuisionem, sicut hic quidem Eutyches, illic uero nobis uult calumniari Nestorius, ediuersò adinueniunt consistentes, & aduersum nos pios impium praesidium partientes: quos pro nihilo reputantes, & utriusque naturae utraque nouimus operationem, essentialis dico, naturalem, & congruam, indiuisè de unaquaque procedentem essentia & natura, iuxta insitam ei naturalem atque essentialis qualitatem, & inseparabilem simulque inconfusam alterutris essentialis unam cooperationem adducēs. Hoc quippe & operationum, quae in Christo sunt, differentiam facit, sicut & naturarum. Non itaque id ipsum est Deitas & humanitas secundum qualitatem uniuscuiusque naturaliter inditam, licet in unam substantiam adinueniunt ineffabiliter concurrunt, & in unam personam sunt inconfusè compositae, & unum eundemque, nobis Christum & filium effecerint, secundum substantiam adinueniunt concurrentes atque compositae. Etenim Deus uerbum est, & non caro, quamquam carnem rationaliter animatam assumpsit, hancque sibi unitio naturali & secundum substantiam adinueniunt. Ipsa uero caro est animata rationaliter, & non uerbum, licet Dei uerbi caro conspicitur. Et ideo neque eandem habent indifferenter operationem adinueniunt post unitioem naturalem ac inconfusam, id est, ueram & secundum substantiam: neque unam solam earum operationem dicimus, siue essentialis & naturalem, penitusque indifferentem, quatenus essentialis unam & unam naturam eas co-

for. *nequ

*συνεωσθη-
γόμενον

TOM. 2.

gnoscamus, quae ab Acephalorum pueris luditur, & ipsis uerbis impudenter proferuntur composita. Quemadmodum igitur utriusque essentialis atque naturae, ex quibus nobis in Christo inconfusa facta est unitas, & unum Christum perfecit, & filium totum Deum, totum eundem ipsum credendum & hominem, utraque naturalem confitemur operationem, ne naturas, quae inconfusè unitae sunt, confundamus. Siquidem & ex operationibus tantum, secundum eos, qui sunt talia callentes, naturae noscuntur, & essentialium semper differentiam ex differentia operationum est insitum comprehendere: ita & omnem uocem & operationem, seu diuina quaedam sit & caelestis, siue humana atque terrena, ex uno eodemque Christo & filio edocemus procedere, ex unaque eius composita & singulari substantia & incarnatum Dei uerbum extabat, qui & utraque inseparabiliter & inconfusè operationem, secundum naturas suas à seipso naturaliter proferebat. Secundum diuinam quidem naturam suam, iuxta quam erat etiam patri consubstantialis, diuinam & inexplanabilem: secundum humanam uero, iuxta quam & hominibus nobis ipse consubstantialis mansit, humanam atque terrenam, uniuscuique naturae amicam & congruam: & non sinens quenquam adspicientium scandalizari, quod non sit idem ipse Deus & homo, qui haec & illa naturaliter operatur. In eo quidem, quod idem ipse unus Christus & filius operatur, utraque Nestorij conuersionem obstruens effluentiam: nec enim duos iuxta eum Christos & filios sic dicimus, qui operatur haec, atque illa obsecrat: in eo uero quod ostendebat, quae utriusque naturae sunt propria, inconfusa post unitioem manentia, & utraque hunc ipsum similiter profertentem operationem, ipsa naturali ratione cognoscendam naturarum, propriamque naturam naturaliter explanantem, ex qua inseparabiliter atque naturaliter emanabat, & essentialiter exundabat, Eutychetis clarepon & conspicebat confusioni socium germen: deinde partu nostro natus, lacte nutritur, & crescit, & corporales aetates discurrit, donec & ad humanae aetatis perfectionem pertingeret, & esuriam nostram, & sitim, & fastidium iuxta nos ex itinere sustinet. Faciebat quippe & incedendi similiter nobis operationem, quae humaniter actitata, secundum humanam substantiam progrediens, humanae eius naturae erat ostensio. Vnde & ex loco, sicut nos, ad locum commigrabat: quia & ueraciter factus est homo, & naturam nostram habuit indimute, & circumscriptionem carnis suscepit, & habitum nobis competentem indutus est. Corporalis enim, id est, corporis & forma ipsius habitus existit, iuxta quam in utero conceptus formabatur, & quam semper seruauit,

*incarnatus
Deus*conspicie-
bat confu-
sionis ortū
germen

NNNN &

*non mirabilis

Luc. 1.6

Luc. 2.2
Matt. 2.2

Ioan. 7.2

& in seculum indiuise conferuabit. Idcirco esuriens cibabatur, ided sitiens potabatur, & vt homo bibebat: ided pueriliter baiulabatur, vlnis virginalibus superuectus, & materno sinu repositus: ided fatigatus fedebat, & somni indigens dormiebat: sed & dum caederetur, dolebat, & verberatus patiebatur, & dolores sustinuit corporis, manus & pedes transfixus. Dabat itaq; cum volebat, humanæ naturæ tempus operari & pati quæ sua sunt, nē fortē phantasia quædam & visio inanis, *nominabilis eius iudicetur in carnatio. Neq; enim inuoluntariē hæc vel necessitate suscipiebat, vel si naturaliter ea & humanē admittebat, & humanis motionibus actitabat atq; operabatur. Absit hæc abominabilis suspicio. Deus nempe erat q̄ hæc pati carnaliter ac quiescebat, vt̄ nos proprijs passionibus saluaret, & per hæc nobis immunitatem impartiret, quandō pati, agereq; & operari humanitūs idē ipse volebat, & considerantibus prodesse decebat: propter quos & homo veraciter factus, naturales motus atq; carnales moueri naturaliter ad operandum volebat, dum insidiatores insidias aucter delectabantur perficere. Corpus enim se passibile & mortale atq; corruptibile induit, & naturalibus nostris atq; irreprehensibilibus subiiciens egrimonijs: & huic, quæ naturæ suæ decenter conueniebant, pati atq; patrare indulgit vsq; ad resurrectionem ex mortuis. Ibidem quippe & passibile nostrum, & mortale atq; corruptibile dissoluit, & horum nobis libertatem donauit. Quæq; igitur humilia atq; humana sunt, ita spontē simul & naturaliter, manens etiā in his Deus, demonstrabat. Erat nanq; ipse sibi *reptus* ac reconditor passionum humanarum & actionum, & non solum reconditor, sed & arbiter, quāquam natura passibilis erat, qua naturaliter incarnatus erat. Et ided erant humana eius vltra hominem, haud quidem, quod natura humana non fuerat, sed quia spontē factus est homo: & homo spontē factus, hæc recipiebat: & non tyrannicē vel necessitate, vt nos plerunque, & inuoluntariē, sed quandō & quantum consulebat, & permitteret ipse, tam eos qui afflictiones ingerebat, quamque ipsas passiones, quæ secundum naturas agebantur, aduebat. Verūm diuina præclaræque & sublimia, & nimirum nostram vilitatem superantia, quæ erāt miracula & prodigia, & admirandorum operum prolatio: quæ erant, infeminata conceptio, Ioannis intra vterum exultatio, partus ipse incorruptibilis, illibata virginitas, quæ ante partum & in partu & post partum est intemerabilis, pastorum cælestis instructio, magorum stelloca conuocatio, munificentia cum hac simul & adoratio, literarum indocilis scientia. Quomodo nanque hic (inquiunt) literas scit, dum non didicerit? partim redar-

TOM. 2.

guens amicorum ignorantia maleuolum desiderium, ex aquis vinalis refectio, infirmorum corroboratio, cæcorum adpectus, *emendatorum erectio, paralyticorū constructio, claudorum rectē currendi motio, leproforum supermicans mundatio, esurientium repentina repletio, persequentium orbitas, ventorū mitigatio, maris tranquilla sedatio, super aquas corporalis incessio immundorum spirituum expulsio, elementorum subita conturbatio, vltra nea sepulcrorum apertio, ex mortuis triduaana resurrectio, corruptionis *mortuorum destructio, mortis indeficiens deictio, custodia signaculi lapidis & sepulcri coercibilis exitus, ianuarum clausurarum indetrectabilis ingressus, in cælum à terra *nimirum admirabilis & corporalis ascensio, & omnia quæ his sunt similia, & sermonis naturam & vocis virtutem transcendentia, & omnem humanum intellectum superantia: quæ omnia vltra naturam & sermonem humanum effecta, diuinæ Dei verbi essentia atque naturæ profectō existebant indicia, etsi per carnem agebantur & corpus, & non sine carne rationaliter animata gerebantur: non tamen propter hæc Deum verbum æstimemus carneum, nec absq; corpore adstruamus, idcirco quod ea patrabat, quæ corpora superexcellunt. Etenim Verbum veraciter caro factum est, & incarnatū, absq; mendacio corporatum est: & vnus filius cognoscebat, qui omnem ex se proferebat operationem, diuinam & humanam, exiguam & immanē, humilem atq; cælestem, carnalem & incorpoream, visibilem & inuisibilem, circumscriptam & incircumsriptam, conuenientem naturarum eius dualitati, & ex se ipsa eam incessabiliter prædicantem, & flagranter annunciantem. Vnus itaq; idemq; dum sit secundum substantiam filius indiuisus, & duarum naturarum idem ipse noscatur, secundum aliam quidē diuina signacula operabatur, secundum aliam verō humilia recipiebat. Et propterea à Deo instructi adseuerant, qui pro Christo Deo præmij coronati sunt, & loqui diuinitus acceperunt, diuinas nobis intelligentias contextentes, sicut cum audieris vnus filij cōtrarias voces, cōuenienter naturis ipsis, quæ dicuntur, partire: si quidem quid magnum & diuinum est, diuinæ naturæ exhibēs: si verō quid paruū est & humanum, humanæ reputans: sic em̄ & dissonantiam vocum effugies, vnaquaq; natura proprietates quæ ei sunt insitæ, receptante, & ipsum filium vnū tam ante omnia secula, quā modernum, secundum sacras scripturas confiteberis. Sed & hoc in vno filio asserunt, omnem quidē operationē nullus ab vno filio sequestrauit. Cuius verō naturæ sit quod geritur, per propriam operationem insinuet. ergo nimis pulcherrimē ab eis est explanatum, vnum quidem confiteri Emma-

Emma-

Emmanuel.

alloquutionis

*noscebat

Esa. 53.
1. pet. 2. d

Emmanuel, (ita quippe vnus omnium incarnatus nuncupatur) & eundem omnia patrare, & non aliū, & alium tam sublimia, quamq; exigua citra villam distantia, per quæ & eius naturarū inconfusa dualitas recognoscitur, & in substantias duas atque personas ipse prorsus non dispertitur, sed est vnus idemq; filius, & Christus inseparabilis in duabus indiuise agnoscentis naturis, & ipsius vnus filij cuncta esse certificamur, & omnes eius & voces & operationes credimus. licet quædam earum sint Deo decibiles, quædam verō ita rursus humanæ, quædam verō mediū quendam ordinem obtinent, tanq; habentes in hoc ipso Deo dignum quid & humanum. Huius verō adserimus esse virtutē etiam illā, quæ dicitur noua & Dei uirilium operatio, non vnā existentē, sed diuersi generis ac differentē, quam, ex Areopago à Paulo egregio diuinitus captus, Deo vocatus, asseruit Dionysius, vt potē Deo decibile in hoc ipso & humanum habentem, perq; alacrem atq; compositam * *καταφύσεως* dictionem, vnus cuiusque substantiæ atq; naturæ, vnā quamq; perfectē significatē operationem. Ante secula igitur esse Deum, verbū gloriificantem, patriq; cōæternum, temporalem sustinuit adnūciamus natiuitatem, qua ex virgine, verē ac propriē Dei genitricæ Mariae incarnatus nascetur. Et idcirco duabus natiuitatibus nasci à pijs meritō creditur: & perfectus idem existens in Deitate, perfectus erat idem in humanitate, nequaquā per differentiam substantiarum diuisus, neq; per identitatem substantiæ atq; personæ, naturas ipsas deducens ad identitatem substantiæ: sed ex quibus secundum substantiā naturis est declaratus, in ipsis inseparabilis mansit, omnia sapienter & verē nostra gerēs opera, & passiones naturales atq; irreprehensibiles, quæ procul à macula atq; pollutiōe sunt, & in quibus cuiuspiam peccati vestigiū non reperitur. Peccatum nanq; nō fecit, nec quilibet dolus in ore eius prorsus inuentus est: & connutritus vnā nobiscum humanē, vt potē qui sciebatur homo perfectus, etiā Deus idemq; indiminutē extabat, miracula que vt decuerat faciens. Perfectus quippe vnus noscebat, quāuis esset humanæ carni intellectualiter animatæ commixtus: ad spontaneam passionē ascendit, & vltra Iudeis est proditus: immō ipse se ipsum illis, ob salutem hominum, spontē prodidit: & ligatur, & colaphis cædit, & inspuatur, & flagellatur, & illuditur, & chlamyde purpurea tanquā rex omnium reinduitur, & arundo tanquā sceptrum regiū regaliter ei contraditur, & Pilato iudicante damnatur, ad extremum patibulo configitur, & manibus atq; pedibus cruentatur, saluti ferē cruci concludatur, & cum latronibus leuatur, & acerum potat, & fel degustat, & magnē vociferans, animam tradidit patri: & latus lancea perforatus,

TOM. 2.

ratus, sanguinem quoq; & aquā salutarem post mortem profudit: & mortuus, de cruce deponitur, & accuratur, & myrrha conditur, & sepultura triduaana sepelitur: & triduanus resurgens, de sepulcro progredit: & vnā secum cunctos mortuos suscitatur ex sepulcro, ex corruptione ad immortalitatem eos perducens per suam resurrectionem ex mortuis: & discipulis, resurgens à mortuis, manifestatur: & cibo ac potu rei fidem accommodat, & tactu manuum Apostolicarū carnis propriæ resurrectionem: & spiritum sanctum eis impertit, tanquā cognatū sibi atq; connaturalem: & eleuatur in cælos, immō vt cælorum dominator ascendit, & dexterā assidet genitoris, solum habēs paternum & regale & sublime. Vndē & iterum veniet, iudicium viuorum & mortuorum facturus, & singulis redditurus secundum opera, quæ vnusquisq; operatus est, siue frugili, quæ bona gessit, seu nequam & vituperabilia operatus est: quem vnā cum patre & spiritu sancto omnino regnare credimus, regnum verō immortale, & finē nequaquam aut terminum suscepturum. Sed & de incarnationis dispensatione, hoc est, de admirabili Dei verbi incarnatione, qualiter dico ac sentio, breuiter demonstraui. Verūm de principio visibilis mundi, & constitutione quæ facta est, & consummatione quam non longē suscipiet, confiteor Deo honorabilis, quod omnia non tantum visibilia, sed & inuisibilia vnus Deus condidit, pater & filius & spiritus sanctus, illa sempiterna natura, quæ nescit exordium, & ex nō existentibus protulit vt existerent, & non existentia repente protulit, & horum multorum millium differentias prudenter produxit. Omnia em̄ per vnigenitum filium pater in spiritu sancto fecit, quæ & sapienti prouidentia continet, vt Deus suis operibus præsidens, principiumq; omnibus temporale constituens, sensibilia quidem fini temporali supposuit, intellectualia verō & inuisibilia hæc meliori dignitate dignatus est: & nullatenus quidem moriuntur neque corrumpunt, iuxta quod sensibilia desuunt atque pertranseunt, non tamen sunt immortalia per naturam, neque in essentiam incorruptibilem transeunt, sed gratiam eis largitus est, à corruptione ea & à morte coercentem. Sic hominū animæ per mortem incorruptæ, sic angeli immortales perseverant, non naturam reuerā (sicut asserui) incorruptam, propriēve immortalem habentes essentiam, sed gratiam à Deo sortiti sunt, quæ immortalitatem largitur, & incorruptionem eis prouidet. Sed non idcirco, quod hominū animæ gratia Dei incorruptionem receperunt, quæ omnibus creaturis naturaliter insidet: ided & ante corpora eas fuisse suspicabimur, vel ante huius visibilis mundi prolationē atq; compaginem in sempiterna quadam vita positas arbitra-

NNNN 2

bimur,

Ioan. 20.
Luc. 24.

Marc. 16.

Act. 1.

Matt. 16. d

De rerum
creatione.

Angeli &
animæ non
sunt ex se
ipsis immor-
tales.

*δμιλος

for. *vñ ad

1. Cor. 15. e

*ἀποκατάστασις

for. *coronatum

for. *immercordes

1. Pet. 2. a

bimur, vitamve habuisse caelestē asseremus, & incarneam seu incorpoream vitam viuentē perpetuam in cælo aliquandō non existenti, sicut Origenes erroneus cōstituit, & huius complices atq; cōsentanei Didymus & Euagrius, & reliqua eorum fabularum excogitatrix sodalitas: qui quidem hoc non solum errando pronunciant paganorū concreti dogmatibus, & Christianorum nobilitatem fordiantes, sed & istorum corporū quibus nūc sumus amicti, imprudēter perimunt resurrectionem, multa callidē balbutientes impijsimīs eorū & fabulosīs figmentis condigna: quibus ad castigationem sufficit, quod à Paulo ad Corinthios dictū est, Quod si mortui nō resurgūt, neq; Christus resurrexit, & reliqua, itā eorum cogitationibus vanescētibus illud adiicitur: Ergō vana est fides vestra, aut non est pars vobis nostræ adorandæ confessionis, & carnis istius resurrectionis. Nam & carnis resurrectionē exquirimur confiteri, ad salutarem baptismū accedentes, iuxta quod quidam sapientium contemplatus est: cunctum nanq; vni geniti præclaræ in lignisq; dispensationis præclarū mysterium erat & negocium, vt imaginem saluet, & carnem immortalem efficiat. Non solum autem in hoc desipientes falluntur, & à recto itinere deuagātur, (est nanq; eorum rāquā in comparatione malorum intolerabilis impietas) sed & alia multa extra apostolicam atq; paternā nostram traditionem asseruerūt, paradisi plantationem projicientes, in carne Adam formatū fuisse nolentes, ex eo Euam formatā fuisse vituperantes, serpentis sonitū refutantes, caelestium officiorum principatus quidē principaliter à Deo adeptas fuisse prohibentes, ex cōdemnatione verō pristina & transgressione eas confinquentes. Sicut in vnitatem autē mentium omnia rationabilia fuisse producta, impiē simul & fabulosē somniantes, supercaelestium aquarum creaturarum pessimātes, sinem esse volentes supplicij, & omnium quidem sensibilibus omnimodam corruptionem subintroducetes. Omnium verō rationabilium, angelorum, hominum, dæmonum * restorationem adfuerunt, & iterum in vanitate fabulosas horum differentias, profundātes, cum & nihil à nobis differre Christum (quē ipsi delirando perdocent, nō quem nos piē predicamus, gloria seu honore, siue regno siue dominatione) dæmoniosē scaturiunt, millia quædā proferentes de diabolico cordis eorum & impio thesauro, non vna seculenta transuersione tantummodō, sed millibus proximis potantes, & animas hominum mortificantes * immiseri, pro quibus redemptione suam diuinum sanguinē fudit, & munus præ omni dignitate diuini suam animam posuit. Nos verō rectē immaculatæq; fidei ac pudicæ lacte potati, ratio-

nale & sine dolo & bonum verbum degustantes, vniuersa eorum tenebrosa dogmata repellentes, & omnibus horum nefandorum vaniloquijs liberi, & paternis nostris superincedentes vestigijs, & præsentis seculi consummationem dicimus, & vitā illam, quæ post præsentem vitam * futurorum est, credimus permanfurā, & immortale habemus supplicium, illam quidē indefinenter exhilarantem laudabilium operū patratōres, istam verō incessabiliter affligentē, nec non & cruciantē eos, qui hīc affectatores malorū effecti sunt, & penitentia agere noluerunt, priusquam hinc euaderēt & exirent: vermis enim eorū non morietur, (inquit Christus iudex & veritas) & ignis eorū non exstinguetur. Hæc sapere atq; credere, sapientissimē ex apostolica & euāgelica, atq; prophetica & legitima, & ex paterna & doctrinali prædicatione percepimus, & manifesta vobis prudentissimis fecimus, nihilq; vobis occultauimus. Consequens cæterum existit & cōpetens, ac pristinae traditioni cōueniens, sacratissima concilia paternorū nostrorū atq; sacratissimorū conuentū manifesta literis facere, quæ tanq; lustrantia nostras animas cōfouemus, & per secula habere nos exoram, quatenus cum eis & beatā vitam participemus, vt eorum filij nobiles ac successores. Quatuor itaq; in diuinis ecclesiæ dogmatibus magna, sacrataq; & vniuersalia cōcilia suscepimus, euāgelicis illustrata fulgoribus, & splendidificata euāgelicorum configurationum speciminum quantitate. His principare dicimus Nicenam trecentorū decem & octo Deum gerentium patrum cōuentum, qui ex diuino nutu cōcitus, Arrianae rabiei deiecit contagia. Post illū verō tempore, nō gloria siue gratia, sed cōgregatur conuentus, qui in regia conuocatus est ciuitatē. Quinquaginta verō & cētum à Deo instituti patres extiterunt, qui & hoc implere concilium diuinitus ducti sunt, quod trifulgore Macedonij, Apollinarisq; & magni impietatem extinxit, & de tam magna atq; difficili inflammatione conuenticula priorū eripuit. Tertiū post hoc tēpore solo concilium glorifico, quod in Epheso prius ex diuina voluntate cōfedit, (Nam secundū, quod Dioscori dicitur illius, reprobē intelligentiē eutychetis cōprehenditur consonum) quod primum conciliū ducentorū quidē sanctorum patrū plenitudo noscebatur, deiecit hominicolam Nestoriū, & omnē eius Christo rebellem impietate. Quartus quoq; post hæc tria tēpore tantum à Deo * instructus cōgregatur conuentus sexcentorū simul & triginta laudabilium patrum, & illustratorū fidei, qui in Chalcedona quidē diuinum diuinitus fecit conuentū, & cōcertantē habuit Euphemiam martyre, quæ & vsq; hæc tēnēs super fidei eorum definitione propugnauit, & pro opinatissimo eorū maximoq; cōuentu verbum

Nota hic de concilijs quinq; vniuersalibus.

*instructus

verbum plurimum & incessabile facit. Perimit verō prophanam dualitatem, Eutychem (inquam) & Dioscorum, & eorum obturat Deo rebellem malitiā, ex Apollinari vndantem, quem fontem defluentē, & replentem omnes impietatis riuulos eicit, cum istorū impijsima heresi per orthodoxorum assertiones, & Nestorij Deo rebellis immundissimam hæresim. Nam & contra hanc, adhuc impudēter respirantem, conuenerat. Vndē & eam interemit, & eā ab ecclesiasticis atrijs expulit. Super his autem magnis & vniuersalibus, veneradis quoq; ac sacratissimis sanctorum beatorumque patrum honore cōquandis quatuor conuentibus, etiā quintum sanctum, præter istos & post istos, aliud concilium vniuersaliter constitutum suscipio, quod in regia vrbe etiā id celebratum est, Iustiniano tunc sceptra Romani imperij dispensante, omnesq; eius præclaras definitiones, quod ad confirmationem quidem nominatissimi Chalcedonenfis cōcilij congregatum est. Perimit autem & in interitum projicit principaliter quidē Origenem insanum, & omnes eius pomposas somnolētiās, & plena multæ impietatis commenta, Euagrii quoq; cum eo & Didymi dogmata, & omnia eorum pagana atq; prodigiosa, nec non & fabulosa deliramenta. Post quos & Mopsuestenum auellit Theodorum, magistrum Deo rebellis Nestorij, & vt immundū zizaniam cum suis blasphemis opusculis ab Apostolica Ecclesia projicit. Scripta quoq; Theodoriti, quæ malē & impiē aduersus Cyrillum propugnatores pietatis effecta sunt, & quæq; tam contra duodecim eiusdē diuini Cyrilli capitula, quamq; sanctum primum Ephesinum concilium, nostræq; fidei rectitudinem accusauit, impio fauendo Nestorio, etiā illa istius condemnationis obnoxia faciens, quæ pro Diodoro & Theodoro satisfaciens scripserat. Cum quibus & epistolam, quæ dicitur Iba, ad Marim Persam scriptam obruncauit, id est, extirpauit, vt potē non tantum rectis infestam dogmatibus, sed & omni impietate refertam. Illa igitur sacra & magna, vniuersaliaque sancta quatuor amplector concilia, & vno sensu confoueo. Super his verō & hanc quintam honoro atq; honorifico & veneror, & cuncta eorū laudanter recipio tam in dogmatibus & diuersis doctrinis, quamq; hæreticorum anathematibus & definitionibus. Vndē & comprobo atq; suscipio, quos susceperunt & probauerunt. Et anathematizo atq; abijcio, quos anathemati submiserūt, & abiectos à sancta nostra catholica ecclesia censuerunt. Has beatas & sanctas quinque synodos adsequens, vnā tantum fidei definitionem agnosco, & mathema vnū noui & symbolū, quod sapientissima atq; beata trecentorū decem & octo Deum gerentium patrum sancta nicena multitudo ex sancto effata est

spiritu, quod in Cōstantinopoli C.L. à Deo inspiratorū patrum congregatio confirmauit, & in Epheso primum ducentorum diuinorum patrum corroborauit concilium, & in Chalcedona sexcentorum xxx. sacratissimorum patrum suscepit & stabiliiuit cōuentio, & incommutabile indisruptumq; & immobile flagranter asseruit conseruari, suscipimus: deindē * eiusdemq; bonis amplectimur cuncta quoq; sacratissimi Cyrilli diuina & à Deo instructa cōscripta, vt potē omni rectitudine plena, & omnem hereticorū impietatem demolientia, præcipuē autem illas ad Nestorium Deo odibilem, & à Deo proiectum, duas synodicas epistolas, secundam quoq; & tertiam, in qua & duodecim conexa sunt capitula, quæ omnē Nestorij malitiam, sanctorum Apostolorū æquinumeris exulsi carbonibus. Cum istis verō suscipio & synodicam epistolā, quæ scripta est ad sanctissimos Orientales episcopos, in qua & voces eorū sacras appellauit, pacemq; cū eis firmavit. Cum quibus & ipsas Orientalium episcoporū literas cōnumerabiles & indissolubiles dicim, vt potē ab ipso diuino Cyrillo susceptas, & ab ipso esse testificates vocibus nō ambigēdis orthodoxas. His similiter sapientissimi Cyrilli sacris inscriptis, tanquam sacra & cohonorandam suscipio, eiusdemq; rectæ fidei propagatricē, & à deo condonatam, atq; à Deo inspiratam epistolam magni atq; præclari Leonis sanctissimi Romanæ Ecclesiæ, immō omnium quæ sub sole erunt, luminarij: quam diuino manifestè permotus spiritu cōtra Eutychem maledictum & Deo odibilem, desipientemq; Nestorium, ad Flavianum laudabilē scripsit regis vrbs episcopum: quam & firmamētum rectæ fidei appello atq; definitio, hos qui itā eam optimē definiērunt, sanctos patres assequens, vt potē omnem quidem rectitudinem fidei nos instruentē, omnem verō prauitatem hæreticam perimentē, & ab à Deo custoditis atrijs nostræ sancte catholice Ecclesiæ effugantem: cum qua diuina syllaba & scriptura, & cunctas eius Epistolas & dogmata, tanquam prolata ex ore Petri principis Apostolorū, amplector & perosculor & veneror, & anima tota cōplector. Hęc, sicut prædixi, sacra & diuina V. beatissimorū patrum concilia suscipiens, omniaq; conscripta, præsertim Cyrilli sapientissimi, quæ contra Nestorij insanā facta sunt, & epistolam Orientalium episcoporū, quæ ad eundē diuinum Cyrillum scripta est, quā & ipse orthodoxam esse testatus est, & quæq; Leo sanctissimæ Romanæ Ecclesiæ sanctissimus dispensator scribit, & maximē quæ contra Eutythianam & Nestorianam prophanationē scripsit: hæc quidē vt Petri, illa verō vt Marci definitiones agnosco: nec non & omnia omnium nostræ catholice Ecclesiæ probabilitium instructorum à Deo instructa dida-

gmata seu in verbis & scriptis, siue in epistolis quibuslibet comprehensum est. Et (vt concinnè dicam) cuncta suscipio & amplector, quæq; sancta catholica nostra Ecclesia suscipit: & cuncta regionè refuto atq; anathematizo, & prophana esse reputo, quotquot & ipsa sapienter abominatur, & proprie pietati æstimat esse cõtraria, non solum codicillos & verba, & Deo repugnantia & priuata dogmata, sed & hæreticas & maledicas, maledicarumq; sectarum doctores personas. Et vt nihil desit ad vestram satisfactionem, ipsas quoque personas exprimo, quas anathematizo, & condemnatas efficio, non lingua tantum & ore, sed corde & spiritu, vtpote quæ sanctæ catholice nostræ fidei in omnibus insidiantes ostensæ sunt. Anathema itaq; in perpetuum, & catathema à sancta & consubstantiali adoranda Trinitate patris & filij & spiritus sancti sint, primum quidem Simon magus, qui primus pessimis hæresibus pessimus principiauit: post quem Cleobius, Menander, Philetus, Hermogenes, Alexander ararius, Dositheus, Corpheus, Saturninus, Masbotheus, Adrianus, Basilides, Isidorus eius filius, & furor superior, Ebion, Carpocrates, Epiphanes, Prodicus, Drinthusq; & Mirinthus, Valentinus, Florinus, Blasius, Arthemion, Secundus, Cassianus, Theodorus, Heraclion, Ptolemaeus, Marcus, Ademis, Colorbasus Carastienis, Theodorus Scytheus, Theodorus alter, Euphrates transmarinus, Mo noimus Arabs, Hermogenes, Tacianus Syrus, Seuerus, Astepliodotus, Bardisanus, Armoncus eius filius & errore confimilis, Hermophilus, Cerdon, Sacerdon, Marcion Ponticus, Apelles Apollinidis, Potitus, Prepon, Python, Seuerus, Theodorus trapezita, Montanus, Priscillaq; & Maximilla huius furiosæ discipula, Nepos, Helcefeus Origenes, alter Origenes, qui & Adamantius, Sabellius Libycus, Nouatus, Paulus Samosatenus, Epigenus, Cleomenes, Noitus Smyrnenis, Manes, cui impij furoris cognomen, Sabatius & Arrius, Meletius, Aetius, Eunomius, Asterius, Eudoxius, Donatus, Macedonius, qui sancto reluctatus est spiritui, & Pneumatomachi appellationem dignam accepit, Apollinaris Laodicensis, & eius filius Apollinarius, Magnus, Polemon, Pelagius, Cælestius, Iulianus, eiusdem impietatis impij productores frutices, Eutyches, Dioscorus Eutychetis defensor & aduocatus, Barsumas, Zoaras, Timotheus qui dicitur Aelurus, Petrus Maggos, id est, Balbus, & Acacius, qui cænonitum, id est, nouitatem Zenonis machinati sunt, Lampadius author nec nominandæ Marcionistarum hæreseos, Didymus & Euagri-

Hæresiarum aliorum catalogus.

*Eufiratus

*Bardazanes

*Magogus

us Origenianæ vanitatis primi secretales fecidissimi. Petrus Fullo, qui ad hymnum trifigij crucem ausus est coaptare. Petrus alter, Ibericum & barbaræ mentis contagiū. Esaias huius Petri collega, qui aliam Acephalorum inter Acephalos hæresim propagauerunt. Cum quibus omnibus, & præ omnibus, & post omnes, & secundum omnes, & super omnes sit & Seuerus anathema, horum leuissimus discipulus, qui præ omnibus * Acephalista tam nouis quam veteribus, demonstratus est crudelissimus tyrannus, & sanctæ Ecclesiæ catholice immanissimus inimicus, sanctissimæq; Antiochenæ ecclesiæ adulter iniquissimus, & corruptor execrabilis. Theodosius quoque Alexandrinus, Anthemius Trapezuntenus, Iacobus Syrus, Iulianus Halicarnassensis, Felicissimus, Gaianus Alexandrinus, à quibus Gaianitarum siue Iulianistarum superinuenta est hæresis. Dorotheus eiusdem impiæ hæresis propugnator, Paulus Fufcus nõ solum appellatione, sed secundum veritatem effectus. Ioannes crãmaticus, cognomento Philoponus, id est, studiosus, immo * Matauponus, id est, irritus laborator, * Matzoponus quoque, & Eugenius: hi tres, tritheias nus (id est, triplicis Deitatis) ter maledicti propugnatores. Themistius, qui fuit ignorantie pater, & genitor atq; seminator nefandissimus, qui Christum verum deum nostrum, diè iudicij nescisse delirabat, nesciens quæ ipse iam à Deo proiectus, assereret, & non recognoscens quæ ignorando loquebatur. Nisi enim ignorasset verborum suorum virtutem, non vti quæ lectiferam ignorantiam peperisset, & ignorantie sceditatem feruenter defenderet, ignorare Christum non secundum id, quod deus erat sempiternus, sed secundum quod veraciter homo factus diem consummationis atq; iudicij ex insipientia mentis eructans, & purum eum efficiens hominem, & hac monstruositate se defamans Acephalum, & naturam vnam eiusdem Christi Saluatoris nostri compositam vaticinans. Sit autè & cum eo Petrus Syrus anathema, & Sergius Armenius tritheie minores doctores, & nec sic adinuicem consonantes, neq; eadem similiter cum alterutro glorificantes. Damianus horum quidem excellentior & aduersarius, nouus autem demonstratus est tẽporibus nostris Sabellius, cum quibus & eorum impietatis successores anathema sint & catathema. Athanasius quoque, Syrus, & Apozigarius Anastasi, & qui eorum inconuenientem conuenientiam inconuenienter & indoctè suscipiunt, & irrationaliter tanquam iumenta ab eis seducuntur. Et cum inuicem quidem quasi amicabiliter cõminiscantur, inuicè verò inimicis anathematibus sauciant. Induatur autè cū eis & amiciatur anathema & catathema, & Benjamin Alexandrinus, & Ioãnes & Sergius, thomasq; & Seuerus Syri, qui adhuc viuunt vitam execrabilem,

* Acephali

* Matzoponus

execrabilem, & crudeliter pietatem expugnat. Participetur itaq; cum eis his anathematibus & * Mænas Alexandrinus, Gaianitarum propugnator atq; defensor hæreseos, & in apto expugnans veritatis prædicationem, & oes cum eis consortes atq; contribules, & impietate consentanei. Submittantur autem eis anathematibus & omnes hæreses, quæ post Christum adoleuerunt, & Christi ecclesiam ausæ sunt expugnare, id est, Nicolaitarum, Euchitarum, Cainorum, Adamianorum, * Barbalitarum, Borbonianorum, * Naasilitinorum, Estratolicorū, Olionitorū, Sethianorum, Sophianorum, Ophitarum, * Antitacitorum, Petracicorum, Hydromarastitarum, Encretorum, Marcionistarum, Phrygarum, Pepudianorum, Artitororum, * Abrodricorum, Tessaradecatitarum, Nazæorum, Melchisedeanorum, Antidomarianitarum, * Spatirianorum, Cyrcianorum, Dulianorum, Anthropomorphitarū, Heraclitarum, Messalianorum, Eutychetarum, Acephalorum, * Verunofitarum, Esaiianorum, * Agnoetarum, Iacobitarum, Tritheitarū, & quæq; alia prauitas extiterit impia & à Deo proiecta hæresis vniuersa. Igitur superius nominatos hæresum principes, & quæ post eos anathematizata sunt impijssimæ hæreses & schismata, anathematizo & catathematizo anima, corde & ore, mente quoque, & verbis atq; sermonibus. Et omnem alium hæresis authorem periturū, & omnem aliam prophaniissimam hæresim, & omnem aliud schisma à DEO deiectum, quotquot nostra sancta catholica Ecclesia anathematizat, Anathematizo autem & catathematizo etiã omnes eorum consentaneos, qui eadẽ cum eis impietates æmulantes, & sine penitidine in eis sunt mortui, & qui qui vsq; nunc in eisdem perseverant, & expugnant catholicam nostræ ecclesiæ prædicationem, & fidem nostram rectam & immaculatam deiciunt. Et anathematizo iterum similiter omnia eorum Deo repugnantia scripta, quæ contra nostram sanctissimam catholicam Ecclesiam composuerunt, & aduersus fidem nostram rectam atq; immaculatam conscripserunt. Anathematizo autem cum eisdem prophanis hæresibus & omnem aliam DEO odibilem & maledicam hæresim, quam sancta nostra catholica Ecclesia anathematizare atq; condemnare consuevit, eorumq; authores & genitores, & eorū profanos atq; foedissimas loquelulas atq; codicillos, sola honorans & tenens, sentiensq; & venerans sancta nostræ ecclesiæ catholice & Apostolicæ dogmata, quæ partim vobis & breuiter edidi, propter synodicarum literarum (vt dixi) compendium. Cum quibus hinc etiã migrare deprecor, quando hoc Deus præceperit. Vnde & vestram quoque paternam sanctitatem, has à mea humili-

for. * Bardesanitarum for. * Narcissinorum for. Anthacitarum for. * Aporianorum

for. * Spheronitarum

* Venustianorum

* Gnoitarum

tate suscipientem iure synodico lteras, paternis oculis conspiciere, & fraternis obtutibus cernere: & si quid per ignorantiam culpatum est, siue per obliuionem prætermisum est, aut per festinationem minus aduersum est, aut per compedium minus expressum est, & nullatenus memoratum, aut per immobilitatem linguæ est tacitum, aut per linguæ grauitatem & vocis nimiam exilitatem, aut per sermonum agrestium infirmitatem, & nobis nolentibus siluit, adiectionibus & deiectionibus adimplere, ex paternis procedentibus plenitudine, & emendationibus corrigere, & robur amicissimū tribuere, fraternis operatā studijs, paternisque irrigatam propostis: vt neq; quod in eis deest, imperfectū semper appareat: neq; quod infirmum est, & per ignorantiam sortassis plerunq; fefellit, inualidum iugiter maneat, & per totam vitã ægroret. Quod cum amicabiliter à vobis fuerit factum, me quidem locupletabit atq; saluificabit, vobis autem beatissimis testificabitur de compassionis charo affectu. Et hoc idem est dicere de filij atq; fraternitatis dilectione. Itã verò ex vobis ego ditatus, & quod defuit, redintegratus, & quod infirmū est, medicatus, & quod claudicabat, correctus, paternis fraternisque diuitijs coronatus, quales vobis gratias referam, vnã cum his gaudium æstimabor siue lætitiã vindemiasse, & delectamentum eximium recognoscar. Sed hoc quidem nouerit solus Deus. Nouerit autè etiã ego ipse deo honorabile, qui huiusmodi compassionem lucrifacio, & aualitudine & pclaro beneficio potior. Noueritis autem reor & vos, & adijciatis, si cordis mei feruorem circa pietatem videritis, & quod plurimum animæ ad charitatem est, oculis animæ cerneritis. Super his igitur amplius vos verbis poscere desinens, (scio enim quòd hæc per omnia complebitis, & ante nostras humilimas supplicatões fraternæ charitatis ardore concremati, affectuq; paterno flammati) illud quæso, & postulans nunquam desinã, quatenus orationibus apud Deum me flagrantissimè soueatis metuentem atque trementem, & onus sufferre mihi iuge impostum nequentè: & nõ hoc solum modò, sed vt hunc quoque Christi gregem mecum pascat, qui mihi quidem ad regendum commissus est, inualidus autem sum, nisi vestris pssidijs adiuuer ad regendum hunc, atq; nutriendum diuinis quibusdam & pfuturis germinibus, ad conferuandum quoque innoxium & illesum: idcirco exoro & deprecor, vt nullam hic grex noxam sustineat per meam imperitiam & inertiam, & opportunè regere non sufficientem impotentiam, & tanquam ego ipse eum læsissimè, in die iudicij iudicet, & furatium latronum, atq; occiditium & furentium perditium preciosissimas oues Christi dei,

horum

immortale tormentum suscipiam. * huius enim salutem & augmentum & pinguedinē pascuis optimis excellentem scio, & aliquando à CHRISTO pastorem principem à me exigendam agnosco: sed si quid deo honorabiles potueritis, Deo ad suffragandum nobis condonante virtutem, concertate, ne & ego ipse & hæc preciosissimæ Christi oves propter meam imbecillitatem à bestiis capiamur. Aequalem autem vobis opulentam postulatiōnem offero, vt instantem ad Deum obsecrationem atq; deprecationē fundatis pro Christo dilectis & tranquillissimis nostris Imperatoribus, qui diuinitus imperij gubernacula meruerunt, quatenus ipse misericordissimus atq; humanissimus Deus, qui etiā virtutem habet & æquiparā voluntatem, vestris Deo acceptabilibus orationibus mitigatus, annorum quidem eis copiosā multitudinem condonet, victoriasque maximas aduersus barbaros impendat & trophæa, & filios filiorum eorum coronet, & pace diuina circundet, & scepra fortia concedat, atq; vigetia barbarorum omnium, maximeque Sarracenorum supercilia confringat, qui ex nostris peccatis ex insperato nunc super nos surrexerūt, omniaq; diripiunt crudeli feraliq; proposito, & impia prophanaque audacia. Vnde plūs quā etiam vos sanctissimos poscimus, instantissimas ad Christum petitiones effundere, vt has propicius à vobis suscipiens, citò deiciat eorum furore plenam iactantiam, & viles eos, sicut & antea, sub scabellum à DEO conseruandis nostris Imperatoribus tribuat: vt & ipsi dierum lætitiā habeāt, qui in terris nostrum habent imperium, à bellicis perturbationibus quiescentes, & cuncta eorum cum eis lætetur respública, & sceptris eorum firmissimis communiti, per eos pacifico statu iocunditatis procreatores racemis vescantur. Iure proinde supplico vestræ fraternæ dilectioni, Leonitium Deo amabilem diacōm sanctæ Christi DEI nostri resurrectionis, & nostri venerabilis secretarij cancellarium, primumq; notariorum, & religiosum fratrem nostrum Polyeuctum, qui huius nostræ synodicæ scripturæ ministri sunt, placido vultu conspiciere, & condecenti condescensione suscipere. Hoc quippe nostrum nimium speciale constat indicium, quod & adspicientes vos admirantur, quod & in sublimitate maxima existitis, & maximam humilitatem estis induti. Sed & cunctis vestris præclaris proprietatibus spiritaliter atq; hilariter cōplectimini, & animæ spiritalia largimini stipendia, & ad nos celeriter remittite alacres atque gaudentes, quod talem sunt meriti conspiciere Byzantinorum antistitem, lætificantes quoq; etiā nostram pusillitatem, dum splendide nobis quæ vestra sunt, differunt à Deo condonata animæ * validi

TOM. 2.

Sarraceni
graſſanturpeurato-
res

tudinem, & à Deo concessam corporis sanitatem, & desiderabilia scripta conferre, quæ rectam nobis fidem illustrent, & habitum animæ candificent, & pastoralem nobis disciplinam instituant, & constantissimos ad regendum hinc Christi regem efficiant, vt discretionis ac scientiæ præsidio muniti, à caulis ouium diuina prouidentia nobis commissarum baculo pastoralis vigilantia furentes ac insidiantes lupos arceamus: populūque nobis commissum, periculi immunem creatori præsentemus, pro laboribus nostris ab æquissimo iudice mercedem munificè recepturi: omnemque quæ cum sacratissimis vobis est, Deo amabilem & iucundam fraternitatem, plurimum in Christo Deo ego humilis & pusillus, & hi qui mecum sunt omnes fratres, salutamus incolumes in Domino. Ora pro me sanctissime frater.

Constantinus piissimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Scientiam nunc relectorum synodicorum sumus edocti. Dicant autem Theodorus & Georgius DEO amabiles presbyteri, & Ioannes diaconus, locum repræsentantes Agathonis sanctissimi papæ Romani, si & iterum nouiter aliquid prosequi cupiunt.

Theodorus & Georgius DEO amabiles presbyteri, & Ioannes Deo amabilis diaconus, vtrique locum repræsentantes sanctissimi Papæ Apostolicæ sedis antiq; Romæ, dixerunt: Nouit tam vestra pietas, quamq; vestrum sanctum concilium, quod per suggestiones quæ missæ sunt ad vestram pietatem ab Agathone sanctissimo papa nostro, omnis virtus orthodoxæ & apostolicæ fidei insinuata est per plurima patrum testimonia, quæ in eis sunt posita, ex abundantia autem & alia testimonia super obtulimus in codicillo, quæ & collata sunt cum libris sanctorum probabilium patrum. Et quāquam alia plurima testimonia super sint nobis sanctorum probabilium patrum, attamen his contenti sumus pro rectæ fidei comprobatione. Adiecit autem & testimonium prophanorum hæreticorum in eodem codicillo, contraria sanctis patribus continetia, id est, vnā voluntatē & vnā operatiōem in dispensatione vnus de sancta Trinitate Dñi nostri Iesu Christi, quæ & collata sunt cum libris eorundem hæreticorum: & omnibus manifesta facta est, quæ sit orthodoxorum patrū piissima fides, & quæ hæreticorū malitiosa impietas. Quia autem cognitum est nobis, quod quædam propria scripta reperta sunt apud Macarium & Stephanum eius discipulum, consonantia scētis prophanorum hæreticorum, quæ ab eis oblata sunt, & sunt in chartophylacio venerabilis patriarchij huius à Deo cōseruandæ regiē vr̄bis, si constat à Deo instructo dño & sancto vniuersaliq; cōcilio, in mediū veniat huiusmodi

di

di opuscula, quatenus quæ in eis virtus iaceat, cognoscatur. Constantinus piissimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Edicat Georgius Deo amabilis deicola diaconus, & chartophylax huius sanctissimæ magnæ ecclesiæ, si secundum quæ dicta sunt à parte sanctissimi papæ Apostolicæ sedis antiq; Romæ Agathonis, opuscula Macarij & Stephani eius discipuli sunt in eius sacro chartophylacio.

Georgius deicola Deo amabilis diaconus & chartophylax, dixit: Etiā domine, iuxta quod docuerūt, qui à parte sunt Apostolicæ sedis antiq; Romæ, sunt in mihi commissio chartophylacio opuscula Macarij & Stephani. Constantinus piissimus Imperator & sancta synodus dixerūt: Hæc ad medium deducatur. Et paululum subegrediens idē deicola Deo amabilis diaconus & chartophylax, confestim reuersus protulit duos chartaceos codices, & chartaceum quaternionem.

Constantinus piissimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Discurrat Georgius Deo amabilis hos codices, quos protulit & quaternionem chartaceum, qui cum eis est, si sunt Macarij opuscula. Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, dixit: Hi codices, dñe, & quaternio chartaceus, qui cum eis est, in domo imperiali q̄ Philippici dicitur, inuenti sunt in vno metato iuris monasterij Christopoleos, vnā cum alijs diuersis codicibus, qui duo libri vnā cum quaternio chartaceo tam ex manibus Stephani mōachi proprietate, quamq; ex superscriptione eorum cognoscuntur Macarij & Stephani.

Constantinus piissimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Horum lectio proueniat. Et accipiens Antiochus religiosus lector & notarius sanctissimi archiepiscopi à Deo cōseruandæ huius regiē vr̄bis chartaceum quaternionem, relegit habentem in superscriptione sic:

Exemplar libelli, quæ porrexit piissimo magno imperatori Constantino Macarius patriarcha theopoleos siue Antiochię Orientalis dioceseos in palatio. Et dum relegeretur, piissimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Virtutem præsentis libelli in antè gestis agnouimus, & superflua est huiusmodi lectio, sed relegatur interim vnus ex duobus libris. Et accipiens idem religiosus Antiochus lector & notarius, relegit habentem in superscriptione:

Sermo acclamatus piissimo & pacifico magno Imperatori Constantino, à Macario episcopo Theopolitano. Et relecta huiusmodi superscriptione, Theophanes Deo amabilis presbyter & abbas monasterij Bazarum, dixit: Piissime domine, extra ordinē fecit Macarius hunc, qui dicitur atque re-

TOM. 2.

legitur quasi prophneticus sermo. A sacerdote quippe, si factus fuerit prophneticus sermo ad Imperatorem, vel historicus, coram senatu offertur atq; relegitur. Prius autem quā hoc faceret, & in Sardiniam & in Romam & in alia loca codices faciens, eundem prophneticum sermonem direxit prædictus Macarius, quod penitus ad ritum sacerdotalem existit incongruum. Constantinus piissimus Imperator dixit: Nos quidem prophneticum sermonem à Macario accepisse nescimus, chartulas autem quasdam obrulit nobis, quæ & sunt quas vsque hæcenus nec relegimus, & has in futuro secretario proferemus, vt debeat vestra sancta synodus notitiam eorum accipere. Cōsequenter verò lectio eius, qui prophneticus dicit, fiat. Et relectus est huiusmodi prophneticus omni prauitate plenus, & hæreticis in omnibus consonans, apertè cōtinens vnā voluntatem & vnā operationem in incarnationis dispensatione vnus de sancta Trinitate Domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri. Constantinus piissimus Imperator & sancta synodus dixerunt: Similiter & alter liber relegatur. Et accipiens idem religiosus lector & notarius huiusmodi librum, relegit habentem in superscriptione ita:

Sermo missus à Macario archiepiscopo Theopoleos, Lucæ presbytero & monacho in Africa, qui scripserat de noua hæresi Maximianorum. Et dum diū lectio eiusdē sermonis fieret, sancta synodus dixit: Relecto iam libello Macarij, qui oblatus est piissimo & tranquillissimo nostro domino atq; magno victori Imperatori, similiter autem relecto & illo quasi prophnetico sermone, qui sicut superscriptus est, ad à DEO cōseruandam eius fortitudinem factus est, & hoc * expleto, insuper autem ad relegendum * extemplo incepto etiā præsentem sermonem ad Lucam quendam monachum Africæ, habetem ordinem oppositionum Aristotelis & syllogismos, & dissonante omnino à sanctis quinq; vniuersalibus concilijs, & sanctis probabilibus patribus, qui nūquam tale aliquid admiserunt, præuidimus interruptionem fieri lectiōnis de huiusmodi sermone ad Lucam, eo quod extranea atque aliena sunt ab ecclesiasticis dogmatibus, quæ in eo continentur, & sibi & veritati omnino contraria. Reliqua verò eiusdem libri relegantur. Et relectus est ex eodē libro liber tertius eiusdem Macarij de eadem re, cuius est initium, Aduersus expugnatores quidem propter pietatem instantiæ. Et diū lectioe proueniente, sancta synodus dixit: Superflua fabulositatis puluerem scriptorum Macarij & Stephani eius discipuli, præsertim que tertij eorum sermonis, qui & in præsentem relegitur, à nobis sanctis excutiētes, & iusto anathemati submittētes, interrūpi puidimur, rum,

rum, animabus noxiam, lectionem. Ex huiusmodi autem scriptis ad parifimilem demonstrationem concordiae ad dudum prolata à parte Apostolicae sedis antiquae Romae haereticorum testimonia, quaeque sunt ex eisdem scriptis manifestè deflorata blasphemiae, & his gestis opportunum est inferi. Constantinus piissimus imperator dixit: Secundum quod praevuidit sancta synodus, fiat. Et deflorata sunt ex supradictis Macarij scriptis, ad conferendum cum testimonijs prophanorum & impiorum haereticorum, diuersae blasphemiae, & insertae sunt, continentes ita:

Macarij haeretici ex libello oblato piissimo magno principi Constantino, cuius est initium, Pacis Dei quae exuperat omnem sensum, capitulum est: Pietas vna & sola diuina voluntate, tanquam non existente in eo & alia voluntate, siue resistente atque contraria diuinae eius & potenti voluntati. impossibile enim est, in vno eodemque Christo DEO nostro duas simul circa idipsum contrarias seu similes subsistere voluntates.

Themistij haeretici ex secundo eius antirhetico, id est, contradictorio, contra tomum Theodosij capitulo quadragesimo primo: Neque enim idcirco, quod sacer Athanasius duas voluntates ait Christum ostendisse in tempore passionis, etiam duas voluntates ei circumponimus, & has repugnantes adinuicem secundum istas tuas collectiones. Sed pie sciamus, tanquam vnus vnam voluntatem Emmanuelis, alicubi quidem humanè moueri, alicubi verò Deo dignè.

Macarij haeretici ex sermone tertio, cuius initium est, Aduersus impugnatores quidem ob pietatem instantia: Vnam enim personam saluatoris Christi vnus de sancta Trinitate praedicamus: & sicut vnus est ipse, vnà ei voluntatem adstruimus, quemadmodum & qui ante nos fuerant, explanarunt.

Eiusdem ex eodem sermone: Sic nos vnam voluntatem Christi, & hanc totam diuinam, secundum doctores praedicamus.

*Apollinarius

*Apollinarij haeretici: Et non memorant, quia voluntas ista propria dicta est, non hominis, qui ex terra est, vt ipsi putant, sed dei qui de caelo descendit.

Macarij haeretici de sermone qui dicitur acclamatorius ad piissimum Imperatorem, cuius est initium, Mirum quid inuictissime domine: Eos qui contraria eis adstruxerunt, sanctos patres nostros condemnauerunt, & anathematizauerunt absolutè omnes, qui vnam voluntatem Domini adstruxerunt, quorum vnus extitit Honorius Romanus, qui vnam voluntatem manifestissimè praedicauit. Adhaec autem & qui vnam operationem dixerunt, non receperunt, sanctis patribus cognitam vnam viuificationem Christi operationem.

Anthimi haeretici ex sermone ad Iustinianum

TOM. 2.

anum Imperatorem, cuius est initium, Dei meminisse in omni causa bonum est: Si ergo vna est substantia, & vna natura DEI verbi incarnata, sicut & est, proculdubio & vna voluntas, & vna reuera est operatio, vnaque sapientia, & vna scientia vtriusque est.

Macarij haeretici ex sermone, qui ab eo missus est ad Lucam presbyterum & monachum Africae, cuius est initium, Quale est his qui in mari periclitantur: Qualis verò natura etiam in his, quae omnimodò seiuncta sunt, (vt & iterum vanitati vestrae cōdescendam) postquam cum alia quadam operatur natura, vnam non perficit operationem. *Apollinarij haeretici de aporis, id est, de difficilibus: Instrumētum & illud, quod hoc mouet, vnam naturaliter perficit operationem. Si ergo vna est operatio, vna est substantia. Vna igitur substantia facta est verbi & instrumenti.

Macarij haeretici ex eodem sermone ad Lucam presbyterum & monachum: Quapropter & ad singula, quae fiebant, vt quandam cooperatricem quodam modo, praefertim autem ad hoc sanctam carnem suam assumere nitentur, vt ostenderet viuificare valentem, & sicut vnam iam factam cum eo, non secundum naturam videlicet, sed secundum dispensationis vnitionem, & virtutem insolubilem vitae, qua ineffabilis humanatio nobis effulsit. Etenim quādò archisynagogi filiam suscitabat, dicens, Puella, surge: tenuit manum eius, viuificans quidem vt Deus omnium opifice praeepto, viuificans autem iterum & per tactum sanctae carnis suae, vnam atque cognatam per vtranque operationem ostendens. Cernis quomodo dicens operari vtranque naturam, praeterea cum alterius communiōne, vnam eius operationem promulgauit. Neque enim ex eo secundum alterum dixit, Viuificans vt Deus, viuificans autem & per tactum: iam secundum istos nouos dogmatistas, duas viuificationes & duas operationes intelligere nos instituit.

Anthimi haeretici ex prophonetico, id est, acclamatorio ad Iustinianum Imperatorem, cuius initium est, Dei meminisse in omni causa: Conuenientia autem his & idē sanctissimus pater edocuit, & in quarto tomo commentariorum euangelij secundum Ioannem, ita dicens: Ideò & cum mortuos suscitaret, non verbo tantum; neque DEO dignis praeeptis reperitur esse saluator: sed quandam cooperatricem & viuificam, praefertim autem ad hoc sanctam suam carnem assumere nitentur, vt ostenderet viuificare valentem, & sicut vnum iam factam cum eo. Etenim quādò archisynagogi filiam suscitabat, dicens: Puella, surge: tenuit manum eius, sicut scriptum est, viuificans quidem mandato vt Deus omnium opifice, viuificans autem & iterum per tactum manū,

vnam

vnam & cognatam per vtranque operationem ostendens. Dum igitur propria intellectu- alis Deo dignae operationis sciamus omnium esse scientiam, vnam autem eandemque, quo vtriusque Deo decibilem operationem esse sumus edocti, quomodo non cōsiteamur ex hoc vnam eandemque omnium esse scientiam (vt diximus) vnus Christi & secundum deitatem eius, & secundum eius humanitatem?

Constantinus piissimus Imperator dixit: Sufficientia sunt etiam, quae hodierna die sunt gesta. Quia verò in Christo amabilis nostrae reipublicae causis occupamur, iubemus Constantinum & Anastasium gloriosissimos patricios, Polyuctum quoque & Petrum gloriosos exconsules, ex persona nostrae pietatis cum sancto & vniuersali vestro concilio in reliquis conuentibus inueniri, postquam praesentis causa plurima & praecipua capitula coram nostra pietate iam peracta sunt.

ACTIO DVODECIMA.

In nomine Domini & dominatoris nostri Iesu Christi, Dei & Saluatoris nostri, imperantibus à Deo coronatis serenissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidem piissimo & à Deo decreto magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore anno vigesimo octauo, & post cōsulatum eius à Deo instructae mansuetudinis anno decimotertio, Heraclio verò atque Tiberio à Deo cōseruandis eius fratribus anno vigesimo secundo, vicesimo die mensis martij, indictioe nona: proposito venerando festu piissimo & Christo amabilis magni Imperatoris Constantini, in secretario sacri palatii quod cognominatur Trullus, & secundum iussuionem eius à Deo instructe serenitatis, ex persona eius presentibus & audientibus gloriosissimo Constantino exconsule patricio, & curatore imperialis domus Hormisdæ, Anastasio exconsule patricio, & loci seruatore comitis Imperialis excubiti, Polyucto glorioso exconsule, Petro glorioso exconsule.

Conueniente quoque, etiam & sancto ac vniuersali concilio, quod per imperialem sanctionem congregatum est in hac à Deo cōseruanda vrbe regia, id est, Theodoro ac Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, locum representantibus sanctissimi ac beatissimi papae antiquae Romae Agathonis, & Georgio venerabili atque sanctissimo archiepiscopo magnifonae Constantinopoleos nouae Romae, & Petro DEO amabili presbytero & loci seruatore sedis Alexandriae magnae ciuitatis, & Georgio DEO amabili presbytero monacho, & apocrifario Theodori venerabilis loci seruatoris sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo ciuitatis Portuensis Abundantio Episcopo ciuitatis Paternae, Ioanne Episcopo

TOM. 2.

ciuitatis Rhegitanæ, locum representantibus sancti concilij centum viginti quinque, venerabilium episcoporum antiquae Romae, qui etiam per subscriptiones suas declarant in suggestionem ab eis facta ad Constantinum piissimum principem, & Theodoro religioso presbytero, & loci seruatore Theodoro DEO amabilis archiepiscopi Rauennae, Ioanne episcopo Thessalonicensi, Basilio episcopo ciuitatis Gortynæ insule Crete, Philalithe episcopo Caesarea Cappadociae, Theodoro episcopo Ephesiorum, Sisinnio episcopo Heracleae Thraciae, Platone episcopo Ancyrae Galatiae, Georgio episcopo Cyziceni, Marino episcopo Sardeorum, Petro episcopo Nicomediae, Photio episcopo Niceae, Ioanne episcopo Chalcedonae, Ioanne episcopo Sideni, Theodoro episcopo Melitenensi, Iustino episcopo Tyanorum, Alypio episcopo Gangrensi, Cypriano episcopo Claudiopoleos, Polyucto episcopo Myrorum Lyciae, Theodoro episcopo Stauraeopoleos Cariae, Tiberio episcopo Laodiceae Phrygiae, Cosma episcopo Synnadorum, Stephano Episcopo Antiochia Pisdiae, Ioanne episcopo Pergei, Theopempto Episcopo Iustinianopoleos, Isidoro Episcopo Rhodi, Sisinnio episcopo Hierapoleos Phrygiae, Theodoro episcopo Tarlenti, Macrobio episcopo Seleuciae Isauriae, Georgio Episcopo Byziae Thraciae, Zacharia episcopo Leontopoleos Isauriae, Gregorio episcopo Mitylenensi, Georgio episcopo Mileti, Sergio episcopo Selymbriae, Andrea episcopo Methymnensi, Theognio episcopo Chien,

Epiphanio Episcopo Euchaitorum, Petro episcopo Mesembriae, Petro episcopo Zozopoleos Thraciae, Ioanne episcopo Nyssae, Theodoro Episcopo imperialium Thermanarum, Georgio episcopo Camulianorum, Zoito episcopo Chrysopoleos Asiae, Patricio episcopo Magnesia, Antonio episcopo Hypeporum, Theodoro Episcopo Pergameno, Genesio episcopo Anastasiopoleos, Platone episcopo Cinoae, Stephano episcopo Vranopolis, Andrea episcopo Miconiae, Ioanne episcopo Miletopoleos, Ioanne episcopo Philadelphiae, Theodoro episcopo Prienae, Ioanne Episcopo Dascylii, Theodoro episcopo Iustinianopoleos Gordi, Menna episcopo Carbaliae Pamphyliae, & Callinico Episcopo Coloniae Armeniae, Theodoro Episcopo Verisae, Theodoro episcopo Amyzon, Sergio Episcopo Sinopis, Georgio episcopo Ionopolis, Stephano episcopo Heracleae Ponti, Longino episcopo Tiji, Domitio Episcopo Prusias, Georgio Episcopo Cratiensi, Platone episcopo Adrianopoleos, Salomone episcopo Claneis, Georgio Episcopo Coeni, Ioanne episcopo Eressorum, Ioanne episcopo Myndi, Patricio episcopo Eleusorum, Petro episcopo Apyrgae, Alexandro episcopo Nacoli, Domitio

metio

* Tinnai
* Candani

metio episc. Prymnesia, Constantino episc. Barathra, Theodosio episcopo Sibliorum, Paulo episc. Sozopoleos Pifidia, Plusiano episc. Silui, Theodoro episcopo Nazianzeno, Demetrio episcopo Thynia, Stephano episc. Paros insule, Gregorio episc. * Cantani, Ioanne episcopo Lappis, Eulalio episc. Cynopoleos, Constantino episc. Dalisandi, Theodoro episc. Olbis, Theophane deo amabili presbytero & abbate monasterij, quod cognominatur Baias, situm in Sicilia, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati, positi in antiqua Roma: Conone ac Stephano presbyteris & monachis monasterij quod cognominatur domus Artisia, adaeque positi in antiqua Roma. Residentibus quoque gloriosissimis patricijs & consulibus, ex latere venerandi fessis pijssimi & Christi amatoris Imperatoris nostri Constantini, omnibusque sanctissimis & deo amabilibus Episcopis similiter in eodem Trulli secretario ex ordine residentibus, propolis in medio sacrosanctis Christi DEI nostri euangelijs, Constantinus Deo amabilis diaconus hic sita sanctae Dei catholice atque apostolice magnae ecclesiae, & primicerius Deo amabilium notariorum Georgij sanctissimi archiepiscopi Constantinopoleos, dixit: Omnia indimute, & ob exactissimam comprehensionem orthodoxae atque immaculae nostrae Christianorum fidei considerans, hoc quidem vestra gloria, hoc & sanctum & vniuersale vestrum concilium nouit, quod in praeterito conuentu, dum relegeretur quasi acclamatorius Macarij ad pijssimum & a Deo coronatum dominum nostrum & magnum Imperatorem factus, interloqui dignata est eius a Deo instructa serenitas, chartas quasdam ei fuisse porrectas a Macario, non autem eas usque; haec tenens relegisse, sed & has subsequenter in sancto praefere concilio, quatenus earum scientiam percipere debeat. Prae uel igitur adstat Ioannes gloriosissimus patricius & quaestor, missus a pijssimo & serenissimo magno Imperatore, chartas quasdam deferens, & suggerimus ad quod uidetur. Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Interim eorum quae dudum gesta sunt, consequenter proueniat lectio. Et relecta sunt. Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Ingrediatu Ioannes gloriosissimus patricius & quaestor, cuius rei gratia ad nos uenit. Ioannes gloriosissimus patricius, & quaestor dixit: Benignissimus & a Deo seruandus Dominus noster & magnus victor Imperator, de chartis in transactione memoratis, quae ei oblatae sunt a Macario, coarctatus amore Dei coronatoris sui, & inquisitionem faciens, chartas quas mecum

* confirmatus

defero atque codices, contradidit mihi, iubens per me haec sancto vestro offerri concilio, quatenus eorum debeat discussioem efficere. Et hoc per me dignum est insinuare uobis, quod nequaquam eas usque; haec tenens legit a Deo munita eius manu etudo, sed nec superscriptionem earum, inuenisse autem eas intra hos codices, una cum huiusmodi chartis, & (sicut conspicitis) misit omnia sigillata.

Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Chartae, quae prolatae sunt atque codices a Ioanne gloriosissimo patricio & quaestore, suscipiantur. Et porrectae sunt chartae, habentes sigillum ex cera exprimens monogamum Constantini domini. Similiter autem & praememorati codices idem sigillum habentes. Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Memoratus patricius & quaestor, debitum iussu imperialibus exhibens, ad propria repetat. Super scriptae autem chartae lectioni submittantur.

* monogamum

Et accipiens Antiochus religiosus lector & notarius sanctissimi patriarchae Constantinopoleos unum ex codicibus, relegit habentem subscriptionem ita:

Sermo acclamatus apud pijssimum & patricium magnum Imperatorem Constantinum a Macario episcopo Theopoleos: Et dum ad modicum lectio fieret, gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Qui quasi acclamatorius dicitur liber, etiam in transactione, praesente pijssimo & a Deo confirmato magno Imperatore, & in altero codice lectus est. Et superfluum existit & hunc denuo legi. Chartula uero, quae cum eodem codicillo inuenta est, relegatur.

Et accipiens idem Antiochus religiosus lector & notarius, relegit continentem ita:

Adnotatio mense Septembrio, die 22, feria quinta, indictione septima. Zacharias episcopus Leontopoleos, & Georgius episcopus Adrafi Isauriae, & Tiberius diaconus & notarius, dixerunt: Misit nos sanctissimus patriarcha noster ad sanctissimum patriarcham Constantinopoleos, deferentes ad relegendum in notis. Et accepit unum nomine Tiberius diaconus & notarius. Et ascendentibus nobis in patriarchium, egressus est chartophylax, & diximus ei: Quia nuncia de nobis. Et dixit: Quae causa est? Et diximus ei: Volumus ingredi salutare uestigia eius.

for. Cratie

Et dum lectio fieret, gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Quoniam & uirtus, quae in praesenti charta continetur, nihil ad praesentem pertinet causam, praequidimus nec huius fieri lectionem. Reliqua uero relegantur.

Et accipiens religiosus Antiochus alterum codicem, relegit habentem exemplar epistolae Sergij quondam patriarchae Constantinopoleos ad Cyrum episc. Phasidis, habentem in uerbis ita:

Apparuit quidem nobis statim & a primo experimento uehementia & sedulitas sensus; Deo amabilitatis uestra, nunc autem multo amplius per haec quae scripsit, solertiam eius atque diligentiam addidimus. Insinuas quippe relegisse diuinam iussionem fortissimi, & a Deo conferuandi nostri imperatoris ad Archadium reuerendum praesule insulae Cypri contra Paulum priorem maligni ceteris Acephalorum, & inuenisse praedictam iussionem, prohibentem duas in Christo deo nostro dicere operationes: interrogauit nos per notionem suam, utrum oporteat duas praedicare operationes, an unam dicere in domino operationem. Unde nos simplici & compendio suo sermone utimur, & quae nostrae sunt scientiae, perhibemus. Afferimus igitur, quod in sanctis quidem magis & uniuersalibus concilijs, nulla de hoc motio facta est, nec inuenire est de huiusmodi quaestione definitionem quamlibet esse prolatam a quodam orthodoxorum conciliorum. Nonnullis uero probabilium patrum scimus, & praecipue sanctissimum Cyrillum Alexandriae archiepiscopum, in quibusdam scriptis suis unam uiuificam operationem Christi ueri Dei nostri dicentes, sed & Mennas sanctae memoriae quondam archiepiscopi a Deo conferuandae huius regiae urbis, sermonem composuit acclamatum ad Vigilium quondam sanctissimum papam antiquae Romae, in quo & ipse simili modo unam uoluntatem & unam magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi operationem adstruxit. Et ut prudentissima uestra diligentia relegendis uigorem, qui in eo continetur, agnoscat, necessarium praefatum sermonem transcribere fecimus, subnectentes testimonia diuersa ad stabiliendam propositam intentionem, & hunc unum cum nostris literis ad eam destinare praecipimus. Quoniam igitur asseruit uestra reuerentia, Leonem sanctissimum papam Romanum in eo, quod dicit, Operatur enim utraque; forma cum alterius communiōe, duas operationes in Christo uero deo nostro tradere atque praedicare, oportet scire, quod multis ex impio schismate malitiosus uis aduersum pietatis dogmata decertantibus, & aduersum praedicti egregij patris epistolam latrantibus, quae communiter, ut est, rectae fidei fundamentum existit, diuersi probabilium catholicorum ecclesiae doctores ad iustam & ueram aduocatiōem praedictae epistolae assurrexerunt, & nullum horum scimus dixisse, quod in praesenti libro duas operationes Leo sanctissimus asseruisset: sed ut non, omnes hos ad medium deducentes, literas extendamus, unius eorum qui plurimum ab omnibus laudem adeptus est, Eulogium dico uenerabilis memoriae quondam Alexandrinorum pastorem, librumque integrum pro praefata scripsit epistola, testi-

Leo papa primus in epist. 10.

monium ad praesentem pertinens textum, superius memorato sermone subnecti post paterna testimonia fecimus. Neque ergo eos, quos scimus pie pro superius dicta epistola propugnasse, neque alium quenkum a deo inspirabilium ecclesiae institutorum usque hodie duas operationes in Christo DEO nostro reperitur adstruxisse. Si quis uero de solertioribus ostendere ualerit, quaequam probabilium & a Deo inspirabilium patrum nostrorum, quorum dogmata catholice adstruunt ecclesiae, duas operationes in Christo dicere tradidisse, opportunum est per omnia sequi. Omnino enim necesse est, non solum secundum sensum sequi sanctorum patrum dogmata, sed & eisdem uocibus uti cum illis, nihilque penitus inuouari. Quae igitur nouimus propositi capituli gratia, haec sunt. Suscipiens autem Deo amabilitas uestra & sequenter ea, quae a nobis missa sunt, relegens quae sunt aedificationis quidem in huiusmodi sermonibus atque opusculis ipsis, scientiarum Deo & patribus ascribat, gratis autem pro nostra exortu humilitate, & horum rescripta uelociter ad nos dirigat.

Et post finem lectionis huius epistolae, idem religiosus Antiochus relegit ex eodem codice sermonem quasi Mennae quondam patriarchae Constantinopoleos ad Vigilium papam Romanum.

Harectici falsarij.

Et dum hic relegeretur, gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Superflua etiam praesens lectio sermonis existit, quia penitus ficta & falsus est, eo quod neque in repositis gestis hic sita uenerabilis patriarchij epistolarum Mennae sanctae memoriae huius regiae urbis antistitis, sermo qui dicitur Mennae ad Vigilium, inuenitur. Sed & in superius posita tertia actione, dum relegeretur primus liber gestorum sancti quinti concilij, inuenti sunt additi tres falsi quaterniones, hunc sermonem adstruentes, reliqua uero eiusdem codicis relegantur.

Item relegit idem religiosissimus Antiochus exemplaria septimae & octauae actionis sancti & uniuersalis quinti concilij transscripta, actis principalibus reiacentibus in uenerabili patriarchio. Dum haec igitur relegerentur, gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Iam dudum & praesentes septima & octaua actiones, dum relegerentur sancti quinti concilij, declaratae sunt nobis: sed & in memoria habemus, quod tunc profecuti sunt ex parte Apostolicae sedis antiquae Romae, falsatam fuisse praedictam septimam actionem, eo quod sunt fallaces duo libelli, qui in ea continentur, quasi porrecti a Vigilio Iustiano & Theodoro patre memoriae: & ergo superflua existit etiam praefatarum duarum actionum lectio.

* non sunt ueraces

Item quoque porrectus est a superscripto religiosissimo Antiocho alter codex, quem

Epist. Sergij ad Honorium

& relegit, continens ita: Exemplar epistolae Sergij Constantinopolitani ad Honorium papam Romanum: Intantum vobis sanctissimis in omnibus vnanimitate spiritus constringimur, ut studeamus omnium consiliorum nostrorum & actionum vos sacratissimos habere presidentes: & nisi plurimum locorum distantia seiungeret, hoc vti quod cotidie gereremus, vestrae honorandae vnanimisque fraternitatis munito, muratoque nosmetipsos circumspicientes consultu: attum quoniam nobis etiam sermo, atque absque labore litera, quod studemus, impartit, confestim ea pro quibus hoc scribimus, enarramus. Ante aliquod certum tempus, cum aduersus Persas a Deo confirmatus dominus noster & magnus victor Imperator promouebat exercitum, propter certamina a Deo sibi creditae Christo amabilis reipub. & ad partes Armeniae prouinciae peruenisset, vnde ex principibus impiae partis Seueri execrabilis, nomine Paulus, in illis locis apparens, ad eius pietatem accessit, sermonem pro sua errabunda haerese proferens, & hoc profectum duntaxat satisfaciendo, in quibus piissima eius ac regalis magnanimitas (cum caeteris enim donis Dei, etiam diuinorum dogmatum locupletari scientia meruit) dum redarguisset atque depompasset prauam eius impietatem, prophans eius astutis sanctae nostrae ecclesiae, ut verus eius propugnator, recta atque immaculata ediuersis protulit dogmata, inter quae & vnus operatiois Christi veri Dei nostri mentionem effecit. Post aliquod verum tempus idem a Deo confirmatus Imperator in prouincia Lazorum adueniens, recordatus est disputationis, quam (sicut diximus) fecerat ad Paulum illum haereticum, cum praesentia Cyri sanctissimi, tunc quidem eiusdem Christi amabilis Lazorum prouinciae metropolitanam sedem tenentis, nunc autem magnam Alexandriam regentis. Praedictus igitur sanctissimus vir, his auditis, eius serenitati respondit nescire subtiliter, vtrum vnam an duas operationes Christi veri Dei nostri adstruere necessum sit. Ergo per iussionem eius pietatis, per literas proprias interrogauit nos praedictus sanctissimus vir, vtrum vnam operationem an duas in saluatore nostro Christo necessum sit dicere: & si quosdam noscimus sanctorum ac beatissimorum patrum, vnam dicentes operationem. Vnde nos, quae nostrae erant scientiae, per nostra rescripta ei significauimus, dirigentes etiam sermonem acclamatorium Mennae sanctissimi quondam patriarchae huius a Deo conseruandae regiae urbis, portum ab eo hic praesenti Vigilio sanctae memoriae praedecessori sanctitatis vestrae, habentem & diuersa testimonia paterna de vna operatione & vna voluntate Saluatoris nostri Christi veri Dei nostri. Nihil tamen proprium penitus in huiusmodi nostris rescri-

nota fraudis haeretici.

ptis pmulgauimus, sicut suppetit nosse vos sacratissimos & vnanimes, relegentes eorum quae missa sunt, exemplaria. Et silentium quidem ex illo tempore huiusmodi suscepit capitulum. Quia igitur ante paruum tempus, cooperante gratia Dei, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, pio zelo fortissimi ac inuictissimi magni Imperatoris excitatus Cyrus sanctissimus Alexandrinus magnae ciuitatis patriarcha, & communis frater noster, & confacerdos Dei, amabiliter & modestè adhortatus est eos, qui in magna ciuitate Alexandrina, quae Eutychetis & Dioscori, Seueri quoque & Iuliani sunt Deo odibilium languentes, ad catholicam ecclesiam accedere. Et post multas disputationes & labores, quos cum nimia prudentia & saluberrima dispensatione in hac causa impedit, hoc quod festinabat, per supernam gratiam ordinauit. Factaque sunt inter vtriusque partes dogmatica quaedam capitula, in quibus omnes (qui antea quidem in diuersas portiones diuisi fuerant, prouosque sibi Dioscorum atque Seuerum haereticos scribentes) coadunati sunt cum sanctissima ac sola catholica Ecclesia, & vnus grex Christi veri Dei nostri, omnis Christo amabilis Alexandriae populus factus est, & penè vniuersa cum eis Aegyptus, & Thebaeis, & Libya, & caeterae Aegyptiacae dispositionis regiones, quas olim considerabant (ut diximus) in innumerabilem copiam haereticorum multitudinem discissas, nunc autem beneplacito dei & studio praedicti sanctissimi Alexandrinorum antistitis vni labium facti sunt omnes, vna vox, & in vnitatem spiritus rectae Ecclesiae dogmata consentunt. Ex his autem, quae dicta sunt atque stabilita, vni existit capitulum de vna operatione Christi magni Dei & saluatoris nostri. His itaque prouenientibus, Sophronius venerabilis monachus, qui (ut ex nunc auditu didicimus) Hierosolymorum praesul est ordinatus (necdum enim haec eius ex more synodica suscepimus) apud Alexandriam tunc temporis positus cum praefato sanctissimo papa, quoad (sicut diximus) admirabilem illam circa eos, qui dudum haeretici fuerant, Dei beneplacito vnitatem componebat, atque cum eo de eiusdem capitulis tractabat, aduersatus est & contradixit ad vnus operationis capitulum, duas omnino operationis capitulum, duas omnino operationis capitulum, duas omnino operationis capitulum, duas omnino operationis capitulum, ad haec quoque & ex abundantia in quiente, quod multoties sancti patres nostri, ut lucraretur plurimam animarum salutem, dum talia emergerent capitula, Deo placitis dispensationibus ac placitis vti fuisse videntur, nihil de subtilitate rectorum Ecclesiae dogmatum

1. Tim. 2, 4

for. * haeretici languerent

* haereticos

Sophroni

exagitantibus & dicentes, quod oporteat vti quod etiam in praesenti, dum tantorum millium populorum salus praemanibus ponitur, nihil de hoc per contentionem altercati, idcirco quod (sicut dictum est) etiam a quibusdam sacris patribus vox huiusmodi dicta est, nihilque de hoc laudatur rectae fidei ratio, memoratus Deo amabilis Sophronius talem dispensationem nullatenus acceptum tulit. Quia igitur pro hoc cum literis eiusdem sanctissimi comministri ad nos coniunxit, de hoc quoque etiam apud nos sermonem mouendo insistens, ut de talibus adimeretur capitulis post factam vnitatem vox vnus operationis, durum nos hoc caritati sumus. Quomodo enim non esset durum & valde onerosum, quando hoc, resoluere euertereque erat futurum quidem omnem illam concordiam atque vnitatem, quae bene fuerat effecta, tam apud Alexandriam magnam ciuitatem, quamque per vniuersas sub eo prouincias, quae nullo tempore usque nunc acquieuerant, nomen saltem simplex diuini atque laudabilis patris nostri Leonis, aut sanctae & magnae atque vniuersalis Chalcedonensis concilij mentionem facere, nunc verum praecleara & magna voce in diuinis Missarum canonicis hoc praedicantes? Multis igitur a nobis de hoc motis sermonibus ad praenominatum venerabilem Sophronium, postremum adhortati eum sumus, testimonia nobis proferre sanctorum ac probabilium patrum, illorum videlicet, quos omnes communiter doctores cohaeremus, & quorum dogmata legem sanctae Dei cognoscunt Ecclesiae, duas nominatum & ipsius verbis operationes in Christo dicendas tradentia, ille autem hoc facere penitus non valuit. Nos verum considerantes, incipientem ex hoc inter quosdam hanc contentionem exardescere, & scientes quod semper ex huiusmodi decertationibus ille haereticum dissensionem effecta sunt, necessarium iudicauimus, omne studium ponere ad sedandum atque amputandum talem superfluum verborum conflictum, & ad sapienter sanctissimum Alexandriae patriarcham scripsimus, ut postquam vnitatem cum his, qui pridem reparabantur, Deo auxiliante composuit, decetero nullum permitteret vnam aut duas proferre operationes in Christo Deo nostro, magis autem (sicut sancta & vniuersalia tradiderunt concilia) vnum eundemque filium vni genitum, dominum nostrum Iesum Christum, verum Deum operatum confiteri, tam diuinam quamque humanam, & omnem Deo decibilem & homine dignam operationem, ex vno eodemque incarnato Deo verbo indiuise procedere, & ad vnum eundemque redigere, eo quod vnus quidem operationis vox, quamque a quibusdam sanctis dicta est patribus, tamen peregrina videretur & perturbare aures quorundam, suspicantium ad peremptionem hanc

Laudat haereticus subdole Leonem & Synodum Chalcedonensem.

proferri inconfuse atque secundum substantiam vnitarum in Christo Deo nostro duarum naturarum, quod non est vnquam, nec fuit. Similiter autem & duarum operationum dictio multos scandalizet, vtpote a nullo sanctorum & probabilium ecclesiae institutorum edita. Insuper & consequens ei est predicare duas voluntates, contrarietates circa inuicem habentes, tanquam Deo quidem verbo salutarem voluntatem adimpleri passionem, humanitate verum eius, obistente eius voluntati & resistente, & perinde duo contraria volentes introduci, quod impium est. Impossibile quippe est, in vno eodemque subiacenti duas simul & erga hoc ipsum contrarias subsistere voluntates, nam salutaris Deum gerentium patrum doctrina opere precium instruit, quod nunquam intellectualiter animata vni caro separatim, & ex appetitu proprio contrario nutui vniti sibi secundum substantiam Dei verbi naturalem motum suum effecit, sed quae, & qualis, & quantam ipse Deus verbum volebat: & (vix plenius dicatur) quemadmodum corpus nostrum regitur & ornatur & disponitur ab intellectuali & rationali anima nostra, ita & in domino Christo tota humana eius conspersio ab ipsius verbi deitate semper in omnibus mota, & inuicibilis erat, secundum Nysenum Gregorium, dicentem contra Eunomium ita: Secundum quod deus erat filius, impassibilis vti quae est & immortalis. Si quae autem passio de eo in euangelio dicitur, per humanitatem profectum, quae suscipiebat passionem, huiusmodi operatus est. Operatur quippe verum deitas per corpus, quod circa ipsum est, omnium salutem, ut sit carnis quidem passio, Dei autem operatio. Hanc igitur (ut dictum est) contentione incipientem accedi videntes, necessariam iudicauimus, attritas potius sanctorum patrum voces, & synodice definitas semper sequi, & neque quae raro a quibusdam patribus dicta sunt, & non circa hanc intentionem habentibus, quasi planam & inambiguam de eis doctrinam exponeret, ad regulam & legem per omnia dogmatica reducere, quale est & quod de vna operatione ab eis dictum est: neque iterum, quae nullatenus dicta sunt a probabilibus patribus, nunc verum a quibusdam patribus proferuntur, duas inquam operationes, tanquam dogma ecclesiasticum proferre. Et ad vltimum stetit ac placuit, quatenus praedictus Sophronius venerabilis nullum sermonem decetero de vna siue duabus operationibus mouere debeat, sed ei sufficiat praefata cautaeque ac trita sanctorum patrum recta traditio atque doctrina. His itaque contentus sepe nominatus venerabilis vir, & haec custodire certificans, petimus nos etiam per epistolam de his ei proberes respondimus, quatenus huiusmodi epistolam (ut ait) ostendat his, qui forsitan interrogare eum de praedicta questione voluerint. Quod & alacriter egimus, & ille quidem in his hinc enauigauit. Nuper autem pi-

* planius

Gregorius Nyssenus,

issimus & à deo coronatus dominus noster apud Edeffenam demorans civitatem, pios ad nos apices fecit, precipientes, vt paterna illa testimonia desloremus, quæ continentur in libro dogmatico (sicut dictum est) facto à sanctæ memoriæ Menna ad sanctissimum Vigilium de vna operatiõe & vna voluntate, & hæc à Deo instructæ eius serenitati dirigere deberemus: quod & ad effectum perduximus. Nos autem quæ dudum mota sunt, memoria retinentes, & tumultum qui ex huiusmodi motione cœpit, scientes, suggestissimus eius pijsimæ serenitati per medicocrem nostram suggestionem, & scripta ad excellentissimum sacellarium imperialem consequenter huius capituli omnem subtilitatem, horumq; quæ à nobis per hoc actitata sunt, & quod nõ oporteat de huiusmodi inquisitione perferuari, sed permanere in attrita patrum doctrina, quam omnes cõsonanter confitentur de huiusmodi questione, & confiteri vnigenitum filium dei, qui veraciter Deus simul & homo est, eundem opari diuinam & humana, & ex vno eodemq; incarnato Deo verbo, sicut quod occurreret iam sumus effecti, inseparabiliter atque indiuisè omnem diuinam atque humanam operationem procedere. Hoc nanque nos Leo instituit, manifestè perhibens: Agit enim vtraq; forma cum alterius cõmuniõe, quod proprium habet. In quibus rescriptum piæ iussiois ab eius manusculis suscepimus fortitudine, quæ à Deo conseruandam eius serenitatem condecet, continentem. His igit omibus à principio ita puenitibus, rationabile simul & necessarium iudicauimus de his, q; partim memorata sunt, cognitione dare vestra fraternæ atq; vnanimi beatitudini per exemplaria q; à nobis directa sunt, & adhormatur vos sacratissimi hæc oia legere, & Deo placitam ac plenissimam charitatem, quæ in vobis est, nunc quoq; sequentes, si quid amplius minúsve inueneritis, hoc per datam vobis à DEO gratiam adimplere, atq; per sanctas syllabas vestras vnacum vestrâ optabili sospitate, quæq; sup his vobis fuerint placita, significare.

Item relectum est ex eodem codice rescriptum epistolæ Honorij papæ Romani ad eundem Sergium, continens ita:

Scripta fraternitatis vestre suscepimus, p q; inuentiões quasdam & nouas vocu questiones cognouimus introductas, p Sophronium quendam tunc monachum, nunc verò ex auditu episcopu Hierosolymitanæ vrbs constitutum aduersus fratrem nostrum Cyrum Alexandriæ antistitem, vnâ operatione dñi nostri Iesu Christi conuersis ex hæresi pdicantem. Qui deniq; ad vestra fraternitatē Sophronius veniens, querelamq; huiusmodi deprensens, multiformiter eruditus, petijt de his, q; à vobis fuerat instructus, paginalibus sibi syllabis referari: quarum literarum ad eun-

TOM. 2.

Mentitur turpiter.

Leo episto. 10.

dem Sophronium directarum suscipientes exemplar, & intuentes fati, puidè circumspecteq; fraternitatē vestra scripsisse, laudamus nouitatē vocabuli auferentē, quod posset scadalū simplicibus generare. Nos enim in quo puenim, oportet ambulare. Enimuerò duce Deo peruenimus vsq; ad mensuram rectæ fidei, quæ apostoli veritatis scripturarum sanctarum funiculo extēderunt, cõfidentes nūm Iesum Christum, mediatorē dei & hoim, operatum diuinam, media humanitate verbo dei naturaliter vnita, eundemq; operatū humana ineffabiliter atq; singulariter adsumptam carne discretè, inconfusè, atq; inconuertibiliter plena diuinitate: & qui conseruauit in carne plena diuinis miraculis, ipse est & carnis effectus vnus atq; idē (sicut scriptum est) crucifixus dñs maiestatis, dum constet diuinitatē nullas posse ppeti humanas passioes, & nõ de celo, sed de sancta est assumpta caro DEI genitricis. Nam per se veritas in euangelio ita inquit: Nullus ascendit in cælum, nisi qui de celo descendit filius hominis, qui est in celo; pfectò nos instrues, q; diuinitati vnita est caro passibilis ineffabiliter atq; singulariter, vt discretè atq; inconfusè, sic indiuisè videretur cõiungi, vt mirarum stupenda mente mirabiliter manentibus vtrarumq; naturam differentijs cognoscant vniri. Cui Apostolus concinens, ad Corinthios ait: Sapientiam loquimur inter pfectos, sapientiam verò nõ huius seculi, neq; principum huius seculi, qui destruant, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quæ pdestinavit Deus ante secula in gloria nostrâ, quæ nemo principu huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunq; dñm maiestatis crucifixissent. Dñi pfectò diuinitas nec crucifigi potuit, nec passioes humanas experiri vel perpeti, sed ppter ineffabile cõiunctionem humanæ diuinæq; nature, idcirco & vbiq; Deus dicitur pati, & humanitas ex celo cum diuinitate descēdisse. Vndè & vnâ voluntatem fatemur dñi nostri IESV Christi, quia pfectò à diuinitate assumpta est nostri natura, nõ culpa, illa pfectò, q; ante peccatum creata est, nõ q; post puaricationem vitiata. Christus enim vnus, in similitudinem carnis peccati veniens, peccatum mundi abstulit, & de plenitudine eius omnes accepimus: & formam serui suscipiens, habitum inuentus est vt homo, quia sine peccato conceptus de spiritu sancto, etiã absq; peccato est partus de sancta & immaculata virgine dei genitrice, nullū experiens contagiū vitiatæ nature. Carnis enim vocabulum, duobus modis sacris euolgijis boni maliq; cognouimus nominari, sicut scriptum est: Nõ permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia

Iohann. 1. b

Iohann. 3. b

1. Cor. 2. b

Philipp. 2. a

Gen. 6. a

quia

quia caro sunt. Et Apostolus: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Et rursum: Mente seruo legi DEI, carne autem legi peccati. Et, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me trahentem in legem peccati, quæ est in membris meis. Et alia multa huiusmodi in malo absolutè solent intelligi, vel vocari. In bono autem ita, Esaias propheta dicente: Veniet omnis caro in Hierusalem, & adorabit in conspectu meo. Et Iob, In carne mea video Deum. Et aliàs, Videbit omnis caro salutem Dei. Et alia diuersa. Non est itaq; assumpta (sicut præfati sumus) à Salvatore vitiata natura, quæ repugnaret legi mentis eius, sed venit quærere & saluare quod perierat, id est, vitiatam humani generis naturam. Nam lex alia in membris, aut voluntas diuersa non fuit, vel contraria Saluatori, quia sup legem natus est humane conditionis. Et siquidē scriptum est: Non veni facere voluntatē meam, sed eius qui misit me, patris: Et, Non quod ego volo, sed quod tu vis pater: & alia huiusmodi, non sunt hæc diuersæ voluntatis, sed dispensationis humanitatis assumptæ. Ista enim propter nos dicta sunt, quibus dedit exemplum, vt assuequamur vestigia eius, pius magister discipulos imbuens, vt nõ suam vnusquisq; nostrum, sed potius dñi in omnibus pferat voluntatem. Via igitur regia incedentes, & dextrorsum vel sinistrorsum venatorum laqueos circumpositos euitantes, ad lapidem pedem nostrum maximè offendam, Idumæis, i. terrenis, atque hæreticis propria relinquentes, nec vestigio quidem pedis sensus nostri terram, id est, prauam eorum doctrinam, omnimodò atterentes, ad id quod tendimus, hoc est, ad fines patrios peruenire possimus, dum nostrorum semita, gradientes, & si forte quædam balbutientes (vt ita dicam) nisi sunt proferentes exponere, formates se in specimen nutritorum, vt possent mentes imbuere auditorum, non oportet ad dogmata hæc ecclesiastica retorquere, quæ neque synodales apices super hoc examinant, neque auctoritates canonicæ: vifq; sunt explanasse, vt vnâ vel duas energias aliquis præsumat Christi Dei prædicare, quas neque euangelicæ vel apostolicæ literæ, neque synodalis examinatio super his habita, vifæ sunt terminasse, nisi fortassis (sicut præfati sumus) quidam aliqua balbutiendo docuerunt, condescendentes ad informandas mentes, atque intelligētias paruulorum, quæ ad ecclesiastica dogmata trahi non debent, quæ vnusquisq; in sensu suo abundans, videtur secundum propriam sententiam explicare. Nam quia dñs IESVS CHRISTUS, filius ac verbum Dei, per quem facta sunt omnia, ipse sit vnus operator diuinitatis atq; humanitatis, plenæ sunt sacræ literæ luculentius demonstrantes. Vtrum au-

*nifa

*eloquijs

Gen. 6. a

TOM. 2.

tem propter opera diuinitatis & humanitatis, geminæ operationes debent deriuatæ dici vel intelligi, ad nos ista pertinere nõ debent, relinquentes ea grammaticis, qui solēt paruulis exquisita deriuando nomina vendicare. Nos enim non vnâ operatione vel duas dñm Iesum Christum, eiusq; sanctum spiritum, sacris literis percepimus, sed multiformiter cognouimus operatum. Scriptum est enim: Si quis spiritum Christi nõ habet, hic eius non est. Et alibi: Nemo potest dicere, Dñs Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministratiõum sunt, idem autem dñs: & diuisiones operatiõum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Si enim diuisiones operationum sunt multæ, & has omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur, quanto magis capiti nostro Christo dño hæc possunt plenissimè coaptari? vt caput & corpus vnum sit perfectum, vt pfectò occurrat (sicut scriptum est) in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Si enim in alijs, id est, in membris suis, spiritus Christi multiformiter operatur, in quo viuunt, mouentur, & sunt: quãto magis per semetipsum mediator Dei & hoim, plenè ac perfectè, multisq; modis & ineffabilibus cõfiteri nos communionem vtriusq; nature cõdecet opatum? Et nos quidem secundum sanctiones diuinorum eloquiorum oportet sapere vel sperare, illa videlicet refutates, quæ quidem nouæ voces noscuntur sanctis Dei ecclesijs scandala generare, nõ aut duarum operationum vocabulo offensi, sectantes Nestorianos, nos vesana sapere arbitrentur: aut certè, si rursus vnâ operatione dñi nostri Iesu Christi fatendam esse censuerimus, stultam Eutychanistarum attonitis auribus dementiam fateri putemur, præcauentes, nõ quorum inania arma combusta sunt, eorum cineres & rediuuos ignes flammium arum denudè renouent questionu, simpliciter atq; veraciter confitentes nomen Iesum Christum vnum operatorem diuinæ atq; humanæ nature, electius arbitantes, vt vani naturarum ponderatores, ociosè negociates, & turgidi aduersus nos infonent vocibus ranarum philosophi, quàm vt simplices & humiles spiritu populi Christiani, possint remanere ieiuni. Nullus enim decipiat per philosophiam & inanem fallaciam discipulos piscatorum. Eorum enim doctrinã sequentes, omnia argumenta scopolosa disputationis callidæ atq; fluctiuaga intra eorum retia sunt collisa. Hæc nobiscum fraternitas vestra pdicet, sicut & nos ea vobiscum vnanimiter pdicamus, hortantes vos, vt vnus vel geminæ nouæ vocis inductum operationis vocabulū aufugientes, vnum nobiscum dñm Iesum Christum filium Dei viuū, Deum verissimū, in duab; naturis operatū diuinitus

Rom. 8. b

1. Cor. 12. a

Ephe. 4. c

Act. 17. d

OOOO 3 atque

atq; humanitas, fide orthodoxa & unitate catholica pdicetis. Et superscriptio: Deus te incolumem custodiat dilectiss. atq; sanctissime frater.

Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Oportet ad nos adferri regeſta, ac dogmatica scripta quae exposita sunt à Sergio quondam patriarcha huius regiae urbis, siue ad Honorium, vel Cyrum, vel Sophronium, aut etiam ad alias personas seu ab honorio ad Sergium facta super presenti dogmatica quaestione, reiaceti in sacro chartophylacio huius venerabilis patriarchij, vt cōferantur cum codicibus, qui pijsſimo Domino nostro principi à Macario oblati sunt, & nunc relecti. Georgius igitur Deo amabilis diaconus & chartophylax huius sanctissimae magnae ecclesiae, cum omni festinantia pergens in chartophylacium venerabilis patriarchij, eadem regeſta, q̄ dicta sunt, deferat, & scripta referat, Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, dixit: Sicut iussit vestra sancta synodus, confestim vado, & quanta inuenire poterō, mecum deferam. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Quae promissa sunt ab eodem Georgio Deo amabili diacono & chartophylace, ad effectum proueniant. Hi autem qui excipiunt, q̄ geruntur in hac geſta sancta nostra synodo, eant vnā cum Ioāne reuerendo episcopo ciuitatis Rhegitanæ, Georgio neo amabili episcopo Cyzici, & Dometio episcopo Prusados ad Macarium, & ostendant ei tam illos duos libros & chartaceum quaternionem, qui cum eis est, & sciscitentur ab eo, si verè hæc opuscula eiusdem existunt Macarij. Similiter autem ostendant ei & tres codices, & illam vnam chartam, q̄ nunc quoq; coram nobis relecta sunt, si hæc vtiq; sunt q̄ ipse obtulit nostro pijsſimo dño, & magno imperatori: & responsum quod eis dederit, statim ad nos perducant. Et paululum recedentes p̄fati reuerendissimi episcopi, vnā cum Paulo & Ioanne magnificis à secretis atque imperialibus secretarijs, & Agathone religioso lectore & notario sanctissimi patriarchae Constantinopolitani, & venientes ad Macarium, atq; paulopost reuertetes, dixerunt: Secundum iussionem vestrae gloriae, sancta vniuersalisq; synodi pergeſtes, ascendimus in venerabile patriarchium, & intrantes vnam cellam, in qua est Macarius, (sicut iussistis) interrogauim⁹ eum, si recognoscit illos duos libros qui in nomine eius superscripti sunt, & vnum, qui cum eis est, chartaceum, & quaternionem, & si opuscula eius existunt. Qui Macarius accipiens ea, & reuoluens ac inspiciens, dixit: Etiam Domine, pro certo mea opuscula sunt, & recognosco ea. Similiter autem & ostensi sunt ei tres codices, & vna charta, quae hodierna die relecta est, & adspiciens ea, dixit: Etiam domine, cognosco ea. Anno enim p̄terito obtuli ea

TOM. 2.

domino, & verè recognosco ea. Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, ingressus in medium sancti concilij, dixit: Iuxta quae mihi iussa sunt vestra gloria, & à sancto & vniuersali concilio, pergens in chartophylacium venerabilis patriarchij, codices siue regeſta q̄ inuenire potui, defero ad quod vobis placuerit.

Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Offerat Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, ad relegendum & conferendum cum codicibus à Macario porrectis pijsſimo nostro principi, codices siue regeſta quae detulit. Et accipiens Antiochus religiosus lector, & notarius Georgij sanctissimi archiepiscopi Constantinopoleos, codicem siue regeſtum diuersarū epistolarū Sergij quondam patriarchae Constantinopoleos, relegit epistolam eiusdem Sergij ad Cyrum quondam episcopum Lazorum. Et collata est cum codice Macarij, qui prolatus est per Ioannem gloriosissimum quaestorem. Et constitit.

Item prolata est alius codex siue regeſtū, relectum similiter per eundem religiosum Antiochum, habens epistolam Sergij quondam patriarchae Constantinopoleos ad Honorium quondam papam Romanum. Et collata est cum codice, qui à Macario datus est pijsſimo principi. Et constitit. Similiter prolata est à Georgio Deo amabili diacono & chartophylace epistola authentica Latina Honorij, quondam papae Romani, ad Sergium quondam patriarcham Constantinopoleos, vnā cum eius interpretatiōe: & collata est eadem latina epistola per Ioannē reuerendissimum episcopum ciuitatis Portuenſis, qui vnus extitit de concilio antiquae Romae. Et constitit. Gloriosissimi iudices dixerunt: Cognitionem accipiens sanctum vestrum & vniuersale conciliū eorū, q̄ nunc relecta atq; collata sunt tam de Sergio quondam patriarcha huius regiae urbis, q̄ de Honorio quondam papa Romano, ad hæc & Sophronio quondam patriarcha Hierosolymorum, quae ei visa fuerint, persequatur.

Sancta synodus dixit: Secundum interlocutionem gloriae vestrae de his, q̄ nobis relecta sunt, tam de regeſtis scriptarum à Sergio epistolarum, q̄ & authentica epistola Honorij Latina, ad hæc etiam & de synodicis Sophronij, quae nobis iam relecta sunt, accuratius de eis pertractantes, futuro secretario vobis gloriosissimis, quae opportuna sunt, dicimus. Gloriosissimi iudices dixerunt: Hoc quidem sancta synodus peragat. Pijsſimus verò atque à DEO confirmandus dominus noster & magnus Imperator, Dei coronatoris sui clementiam in omnibus imitatus, & poenitentiam expectas Macarij, per nos indignos eius famulos vestra sciscitatur semper sanctam & vniuersalem synodum, si forsitan eo poenitente, post deposi-

depositionem à sancta vestra Synodo in eo perpetrata, in propria sede restituendus est. Sancta Synodus dixit: Inueteratū Macarium in impietatis dogmatibus, & nō solū vniuersam Christo amabilem plebem, quae hanc à Deo conseruandam regiam urbem inhabitat, euerſione turbulenta potantem, testimoniatq; sanctorum & probabiliū patrum falsantem, & quaedam quidem abscindentem, quaedam verò addentem, & secundū quod ei videbatur, in deuia mittentē pijsſimum & à DEO coronatum nostrum principem per oblatos ab eo codices, sed & à solis ortu vsq; occasum per literas suas, & per homines quos mittebat, vniuersos perturbantem, & à fide vera segregantem, & iuste atq; regulariter à pōtifficali habitu denudatum, nullatenus diuina regula decetero suscipit in doctoris sede residere, nē ex hoc propriae suae hærefeos multò amplius recrudescere faciat intelligentiam, & hant (iuxta quod scriptum est) nouissima illius * deteriora prioribus: & maximè cum diuersis vicibus in praesentia pijsſimi nostri domini & magni Imperatoris, & cuncti nostri concilij interrogatus sit, si sequitur, & vnā cum omnibus cōntetur in Domino nostro Iesu Christo sicut duas naturas, ita & duas voluntates naturales, & duas operationes naturales: & eo nullatenus accepto serente, sed & confirmante, quae dudum ab eo impiè definita sunt, & ipſis fermonibus adstruente, qui si membratim incidar, & iacter in mare, ego neque duas voluntates, neque duas operationes dico in Domino nostro Iesu Christo, vno sanctae Trinitatis, & ex hoc (vt dictum est) synodicè depositum & anathematizatum, nullo modo hunc Macarium decetero (sicut superius dictum est) hoc sanctum concilium in sacerdotali suscipit sede: sed & execramur, & extra terminos à Deo conseruandae huius regiae urbis hunc fieri, vnā cum ei similia sententibus. Reuerendissimi episcopi ac venerabiles clerici, qui sub sede sunt Antiochia: ciuitatis, accedentes ad gloriosissimos iudices, dixerunt: Petimus vestram gloriam, suggerere pijsſimo & à Deo coronato nostro domino & magno Imperatori, alterum pro Macario, qui fuerat Archiepiscopus noster, ad pontificalem sedem Antiochia: prouenire, vt non sit vidua huiusmodi sedes. Gloriosissimi iudices dixerunt: Secundum ea, quae considerata sunt à sancto & vniuersali vestro concilio, & iuxta petitionem reuerendissimorum episcoporum, religiosorumque clericorum, qui subiure sunt sedis Antiochenae ciuitatis ecclesiae, vestra sancta Synodus in futuro secretario, quae promissa sunt super Sergio, Honorio atque Sophronio, opere adimpleat.

Actio decimatertia.

TOM. 2.

IN nomine Domini & dominatoris Iesu Christi, Dei & Saluatoris nostri, imperantibus à Deo coronatis ac serenissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidem pijsſimo & à Deo coronato magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore, anno vigesimo octavo, & post consulatum eius à DEO instructae mansuetudinis anno decimotertio, Heraclio verò atque Tiberio à Deo conseruandis eius fratribus anno vigesimo secundo, die vicesimo octauo mensis Martij, indictione nona: praeposito venerando Iesu pijsſimi & Christo amabilis nostri Imperatoris Constantini, in secretario sacri palatij quod cognominatur Trullus, & per iussionem eius à Deo instructae serenitatis, ex persona eius, praesentibus & audientibus Constantino gloriosissimo exconsule patricio, & curatore imperialis domus Hormisdæ, Anastasio gloriosissimo exconsule patricio, & loci seruatore comitis imperialis excubiti, Polyeucto gloriosissimo exconsule, Petro gloriosissimo exconsule. Conueniente quoque & sancto ac vniuersali concilio, quod per imperiale decretum congregatum est in hac à Deo conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro atque Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, locum praesentantibus sanctissimi ac beatissimi papae antiquae Romae Agathonis, & Georgio venerabili & sanctissimo archiepiscopo magniferae Constantinopoleos nouae Romae, & Petro Deo amabili presbytero monacho & locum seruante sedis Alexandriae magnae ciuitatis, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrifario Theodori sanctissimi loci seruatoris sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo Portuenſi, Abundantio episcopo ciuitatis Paternae, Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanae, locum representantibus sancti ac vniuersalis concilij, quod circa Romam est 125. episcoporum, qui etiam per suas subscriptiones declarantur in suggestionem, quae ab eis facta est ad Constantinum pijsſimum principem, & Theodoro venerabili presbytero, & vicario Theodori reuerendissimi Archiepiscopi Rauennae, Ioanne episcopo Thessalonicensi, Basilio episcopo ciuitatis Gortynae insulae Cretae, Philalite episcopo Caesareae Cappadociae, Theodoro episcopo Ephesi, Silinnio episcopo Heracleae Thraciae, Platone episcopo Ancyrae Galatae, Georgio episcopo Cyziceo, Marino episcopo Sardeorum, Petro episcopo Nicomediae, Photio episcopo Nicaeae, Ioanne episcopo Chalcedonensi, Ioanne episcopo Sidenſi, Theodoro episcopo Meletinensi, Iustino episcopo Tyrannorum, Alypio Episcopo Gangrorum, Cypriano Episcopo Claudio-poleos, Polyeucto Episcopo Myro-

○○○○ 4 rum

Matth. 12. d
Luc. 11. d
* peiora

rum Lyciæ, Theodoro episcopo Staureo-
 poleos Carie, Tiberio episcopo Laodi-
 ceæ Phrygiæ, Cosma episcopo Synnadori,
 Stephano episcopo Antiochiæ Pifidiæ, Io-
 anne episcopo Pergis, Theopempto episco-
 po * Iustiniapolcos siue Moistenæ, Isidoro
 episcopo Rhodi, Sifinnio episcopo Hiera-
 poleos Phrygiæ, Theodoro episcopo Tar-
 fensi, Macrobio episcopo Seleuciæ Iauriæ,
 Georgio episcopo Byziæ Thraciæ, Zacha-
 ria episcopo Leontopoleos Iauriæ, Gre-
 gorio episcopo Mitylenæ, Georgio episco-
 po Mileti, Sergio episcopo Selymbriæ, An-
 drea episcopo Methymnæ, Theognio epi-
 scopo Chieñ, Epiphano episcopo Euchai-
 torum, Petro episcopo Mesembriæ, Petro
 episcopo Zozopoleos Thraciæ, Ioanne epi-
 scopo Nysseno, Theodoro episcopo imperi-
 alium Thermari, Georgio episcopo * Ca-
 mulianori, Zoito episcopo Chrysopoleos
 Alie, Patricio episcopo Magnesiæ, Antonio
 episcopo hyperorum, Theodoro episcopo
 Pergami, Genesio episcopo Anastasiopo-
 leos, Platone episcopo Cinnæ, Stephano epi-
 scopo Vranopolis, Andrea Episcopo Mini-
 cæ, Ioanne episcopo Miletropoleos, Ioanne
 episcopo Philadelphici, Theodoro episco-
 po Prienæ, Ioanne episcopo Dascylieni, The-
 odoro episcopo * Iustinianopoleos Gordi,
 Menna episcopo Carbalie Pamphylie, Cal-
 linico episcopo Colonæ Armeniæ, Tiberio
 episcopo * Amyssi, Sergio episcopo. Sinopeñ,
 Georgio episcopo * Ionopoleos, Stephano
 episcopo Heracleæ Ponti, Longino episco-
 po Tiensi, Domerio episcopo Cratiæ, Plato-
 ne episcopo. Adrianopoleos, Salomone episcopo.
 * Erefforum, Ioanne episcopo * Claneñ, Io-
 anne episcopo Myndi, Patricio episcopo. Eleu-
 forum, Petro episcopo Apyræ, Alexandro
 episcopo Nacolio, Domerio episcopo Prymne-
 feno, Costantino episcopo Barathis, The-
 odosio episcopo Sibliorum, Paulo episco-
 po Sozopoleos Pifidiæ, Plufiano episcopo
 Siluensi, Theodoro episcopo Nazianzeno,
 Demetrio episcopo * Thynie, Stephano epi-
 scopo Pario, Gregorio episcopo. * Cantanensi,
 Ioanne episcopo Lappis, Eulalio episcopo
 Cynopoleos, Constantino episcopo Dali-
 sandi, Theodoro episcopo Olbis, Theodo-
 ro Verifæ, Theophane religioso presbyte-
 ro, & abbate monasterij quod appellatur
 Baias, in Sicilia constituti, Georgio presby-
 tero, & monacho monasterij Renati, quod
 situm est in antiqua Roma, Conone & Ste-
 phano presbyteris & monachis monasterij,
 quod cognominatur domus Arsitia, quod
 similiter situm est in antiqua Roma. Re-
 sidentibus quoque gloriosissimis patricijs
 & consulibus, & omnibus sanctissimis &
 Deo amabilibus episcopis per ordinem in
 eodem secretario Trullo, propofitis in me-
 dio sacrosanctis Christi Dei nostri euange-
 lijs, Constantinus Deo amabilis diaconus

*Camele-
moram,

*Iustino-
lis Gordiu
come
*Amyzon

*Cleone
*Erezorum

*Tinni,
*Candani,

huius sanctæ Dei Catholice & Apostolicæ
 magnæ Ecclesiæ, & primicerius Deo ar-
 bilium notariorum Georgij sanctissimi pa-
 triarchæ huius à Deo conferuandæ regiæ
 vrbis, dixit: Meminit sanctum & vniuer-
 sale vestrum concilium, quod cum præce-
 denti conuentu interlocutum sit à glorio-
 sissimis iudicibus, quatenus proprium pro-
 mulgaret intentum super Georgio, Hono-
 rio & Sophronio quondam patriarchis, &
 promisit quod in altero hoc perageret, &
 quia posteaquam, quæ considerata sunt, à
 vestro sancto concilio, vt prouenirent, at-
 que confirmarentur super Macario, peti-
 runt reuerendissimi episcopi, qui sedi sub-
 iacebant Antiochenæ ciuitatis, & religiosi
 clerici ad suggerendum pijsimo ac serenif-
 simo nostro domino & magno principi, al-
 terum promoueri in sede Antiochenæ ciui-
 tatis, & suggerimus ad quod placuerit.

Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Relegantur acta præterita. Et relecta sunt. Gloriosissimi iudices dixerunt: Prosequatur sanctum & vniuersale vestrum concilium, quæ in antelatis ab eo promissa sunt. Sanctum concilium dixit: Secundum promissionem quæ à nobis ad vestram gloriam facta est, retractantes dogmaticas epistolas, quæ à Sergio quondam patriarcha huius à Deo conferuandæ regiæ vrbis scriptæ sunt, tam ad Cyrum, qui tunc fuerat episcopus Phafidis, quam ad Honorium quondam papam antiquæ Romæ: similiter autem & epistolam ab illo, id est, Honorio rescriptam ad eundem Sergium, hasque inuenientes omnino alienas existere ab Apostolicis dogmatibus, & à definiti-
 onibus sanctorum conciliorum, & cuncto-
 rum probabilitum patrum, sequi verò falsas doctrinas hereticorum, eas omnimodò abijcimus, & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem (id est, eorundem) impia execramur dogmata, horum & nomina à sancta Dei Ecclesia proijci iudicauimus, id est, Sergij quondam præfulis huius à Deo conferuandæ regiæ vrbis, qui aggressus est de huiusmodi impio dogmate con-
 scribere, Cyri Alexandriæ, Pyrrhi, Petri & Pauli, qui & ipsi præfulatu functi sunt in sede huius à Deo conferuandæ ciuitatis, & similia eis senserunt, ad hæc & Theodori quondam episcopi Pharan, quarum omnium superscriptarum personarum mentionem fecit Agatho sanctissimus ac ter beatissimus papa antiquæ Romæ in suggestione, quam fecit ad pijsimum & à Deo confirmatum dominum nostrum & magnū Imperatorem, eosque abijcit, vt potè contraria recte fidei sentientes, quos anathemati submitti definimus. Cum his verò simul proijci à sancta Dei catholica Ecclesia, simulque anathematizari præuidimus & Honorium, qui fuerat papa antiquæ Romæ, eò quod

Hæreses
damnantur
hoc loco se-
ptem pōiti
ces: Sergius,
Cyrus, Pyrrhus, Petrus,
Paulus, Honorius, Theodorus.

inuenimus per scripta quæ ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus eius mentem secutus est, & impia dogmata confirmavit. Pertrauimus autem & synodica Sophronij venerabilis memoriæ, quondam archiepiscopi sanctæ Dei Hierosolymorum ciuitatis, & hæc reperientes cum vera fide conuenientia, Apostolicisq; & sanctorum atq; probabilitum patrum doctrinis paria, vt potè, quæ sunt orthodoxa, recepimus, & vt salubria sanctæ Catholice & Apostolicæ Ecclesiæ suscepimus, & nomen eius in feri sanctis diptychis sanctorum ecclesiarum iustum esse iudicauimus.

Gloriosissimi iudices dixerunt: Satisfaciens interrogationi sanctum vestrum & vniuersale concilium propter personas, quas ci proposuimus, id est, Sergij & Honorij quondam patriarcharum, necnon & Sophronij venerabilis memoriæ, qui fuit archiepiscopus Hierosolymorum, affectum est & de Pyrrho, Paulo & Petro, & his quondam præfulibus huius à Deo conferuandæ ciuitatis, super his & Cyri, qui fuerat papa Alexandriæ, & Theodori quondam episcopi ciuitatis Pharan, interloquatur ad Georgium deicolam diaconum & chartophylacem huius sanctissimæ magnæ Dei ecclesiæ, quatenus in mediū proferat ad legendum, quæque reiacent in venerabili patriarchio, siue synodica dogmatica opuscula vel epistolæ superscriptarum personarum, vt & nos eorum percipiamus cognitionem. De petitione verò, quæ facta est à reuerendissimis episcopis & religiosissimis clericis subiacentibus sedi Antiochiæ ciuitatis, pro ordinando præfule in sede Antiochenæ ciuitatis, suggestimus à DEO instructis auribus fortissimi & à Deo muniti nostri Imperatoris. Et iussit eius serenitas, decretum secundum solitam consequentiam fieri à reuerendissimis episcopis & clericis superscriptæ sedis, & hoc offerri eius mansuetissimæ fortitudini. Sanctum concilium dixit: Inquirente vestra gloria, vt Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax huius sanctissimæ magnæ ecclesiæ, quatenus ad medium deducat quascunque siue dogmaticas epistolas, seu & alia opuscula, quæ tam à Pyrrho, Petro, & Paulo, quondam patriarchis huius à Deo conferuandæ regiæ vrbis, quam quæ à Cyro quondam papa Alexandriæ, & Theodoro quondam episcopo Pharan, ad retractandum ea, hoc fieri superfluum iudicauimus, eò quod & secta eorum omnibus manifesta est de vna voluntate & vna operatione: De hoc verò & Agatho sanctissimus antiquæ Romæ præful per suggestionem suam eorum reuelauit contrariam intentionem, immò magis etiam declarauit eos, qui similia senserunt cum Sergio, qui exorsus est nouitatem vocis cacodoxam & blasphemam introducere in catholica Ec-

clesiæ doctrina. Vndè etiam hos cum pro-
 prijs eorum scriptis præfatus sanctissimus papa proiecit. Gloriosissimi iudices dixerunt: Quamquam in omnibus orthodoxa sit suggestio sanctissimi ac ter beatissimi Agathonis papæ, & veritati conueniens, atamen omnino necessarium existit, vt prænominatarum personarum scripta ad medium producantur secundum anteriorem interlocutionem, quam fecimus, vt in amplius manifestetur secta earundem personarum. Sanctum concilium dixit: Postquam ob accuratius cognoscendum de Pyrrho, Paulo, & Petro, atque Cyro, qui fuit papa Alexandriæ, & Theodoro quondam episcopo Pharanitano, insitit vestra gloria, Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax huius sanctissimæ magnæ Dei ecclesiæ ad mediū deducat, quæ à supradictis personis dogmaticè scripta sunt, quatenus omnibus satisfiat, quod & ipsi in omnibus Sergij errorem secuti sunt. Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, dixit: Secundum quæ dudum in anteriori actione interlocutum est vestrum sanctum & vniuersale concilium, tunc egressus, perquisiuit quæ iusseratis. Et primum quidem inueni in chartophylacio venerabilis patriarchij super hæc quæ à me prolata sunt, etiam epistolam Cyri episcopi, qui tunc Phafidis fuerat, missam ad Sergium quondam patriarcham huius à Deo conferuandæ regiæ vrbis, ante quinquaginta sex annos per quartamdecimam indictionem præteriti circuli, interrogantis per eandem epistolam prædictum Sergium de quæstione operationum. Similiter & alteram epistolam, directam ab ipso Cyro ad eundem Sergium, postquam ab episcopatu Phafidis translatus est ad sedem Alexandriæ magnæ ciuitatis, insinuante vnitatem factam cum his, qui Theodosiani dicuntur, vnà cum exemplaribus satisfactoris de vnitatem, quæ prouenit inter hos ipsos Theodosianos, & prædictum Cyrum, pariterq; & Theodori quondam Episcopi Pharanitani libros diuersos, prolatos ex bibliotheca venerabilis patriarchij, inter quos & epistolæ eiusdem Theodori ad Sergium episcopum Arsenoitam de vna operatione. Similiter & interpretationes diuersorum paternorum testimoniorum. Excussi verò ex eadem bibliotheca & alios sex libros, habentes scripta Pyrrhi, qui factus est post Sergiū patriarcham huius à Deo conferuandæ regiæ vrbis, plurima horum manu eius scripta sunt de voluntate & operatione & quibusdam alijs. Similiter autem protuli ex chartophylacio memorati venerabilis patriarchij regestum diuersarum epistolarum Pauli, qui fuit post eundem Pyrrhum patriarcha huius regiæ vrbis, in quo iacet epistola scripta ab eodem Paulo ad sanctæ memoriæ Theodorum, qui

doctrinam

qui fuit papa Romanus, de vna voluntate, & tres prosphoneticos, id est, acclamatorios Tomos eiusdem Pauli ad sanctae memoriae quondam Imperatorem nostrum, & patrem pijsissimi nostri domini & magni Imperatoris, de vna voluntate & operatione. Adhuc & Petri, qui factus est patriarcha post eundem Paulum huius regiae urbis. Similiter & regeftum diuerfarum epistolarum, in quo est epistola eiusdem dogmatica, scripta ad Vitalianum sanctae memoriae quondam papam Romanum, & vtraque praemanibus habeo, ad quod vobis placuerit. Sanctum concilium dixit: Libros atque regefta vel chartas, quas praemanibus habet Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax sanctae huius magnae ecclesiae, haec suscipientes hi qui a nobis excipiunt, per ordinem relegant. Et accipies Antiochus religiosus lector & notarius, duas epistolas a Cyro scriptas ad Sergium, vna cum praenominato satisfactionis exemplari, relegit, sic continenti in verbis:

Epistola Cyri ad Sergium

Deo honorabili meo domino benigno, principi pastorum, patri patrum, vniuersali patriarchae Sergio a Cyro humili vestro. Prompto me existente praesentem suggestione porrigere Deo honorabili meo domino, diuersam mihi subibant cogitationes, & in duabus sententiarum animam partiebar. Putasne, inquam, docti consentiam? Altiora te ne quaesieris, & potiora te ne scrutatus fueris, & claustra labijs imponens, filere studeam, aut auscultemne eum, qui dicit: Quarens quare, & apud me mane? Deinde in hoc me ipsum sufficienter examinans, etiam scribendi sumebam fiduti, cum ter beatitudinis vestrae a Deo inspirata doctrinam in mente percipere * satisfactus, quod vnum de duobus, siue etiam vtrunq; ex hoc mihi coquiretur. Aut enim (inquam) suscipiar, aut per omnia emendabor in his quae suggeruntur, si non ita sese habent. Dum dignus fuisset effectus deo honorabilis pijsissimis vestigijs, a Deo confirmati nostri domini, simulq; & Deo imitabilem eius condescensionem indeptus, fidutiam capiebam, diuinam iussione eius serenitatis relegendi, quae ad Archadium sanctissimum archiepiscopum Cypri contra Paulum primatem episcoporum minime Deo decenter constructa est, cuius laudabilis ac Deo amabilis verum est omnis quidem interius, piam immaculatam nostrae fidei rectitudinem allegans, duas autem operationes in Domino nostro Iesu Christo, vt post vnitionem dicatur prohibentem. eam inuenies abnuebam, & proferre tentabam honoratissimam Leonis epistolam, duas operationes cum alterutrum scilicet comunione, quae admodum docet sanctissimus meus dominus, manifestissime proclamantem. Ex hoc ergo deinceps nobis exorto sermone, venerandam suggestionem a Deo inspirabilium vestrorum ad relegendum iubebar suscipere, quae

Leo papa Epistola 10.

TOM. 2.

dicebatur acputabatur praefatae pia iussione esse rescriptum. mentionem enim faciebat illius Pauli, qui & Sauli, sed & iussiones exemplares, & intentum eorum, quae in eo scripta fuerant, admittebat. Opportune ergo nunc silentium gerere, & nequaquam contradicere perstruebar: ad verum a Deo eruditam doctrinam confugere didici, venerabiles eius syllabas postulans promereri, liquidius declarantes, qualiter duas operationes post vnitionem dicere recusantes, in vna, id est, singulari operatione, in omnibus diuinis eloquijs possumus concludere, tam quod passibile, quam quod impassibile est ipsius ineffabilis dispensationis Saluatoris nostri Iesu Christi, quatenus a Deo illustrata eruditione Deo instrutorum vestrorum illuminata imperitia nostra, forsitan vel in hoc imitabitur pinguis simam atque fetilem terram, seminatumq; verbi granum libenter suscipiens, ad fecunditatem saluum perducatur: Deo acceptas denique sui orationes solite ministrare tam meae paruitati, quamq; his qui mecum sunt, benignus meus dominus dignetur. Et subscriptio: Cyri humilis exoras pro honoratissima vita Deo honorabilis mei domini, suggesti. Alia epistola eiusdem Cyri scripta ab Alexandria.

Proprio domino per omnia a Deo honorando, atque ter beatissimo benigno pastorum pastori, patri patrum, vniuersali patriarchae Sergio, Cyrus humilis vester. Fecunditatem & iterum spiritalem fructificationem per Deo acceptabiles orationes beatitudinis Deo amabilis mei domini, quae cooccurrit doctrinis pijsissimorum a Deo conseruandorum & veraciter Christo amabiliu dominorum nostrorum, & nunc promerco ter beatissimo meo domino primitias suggerere. Notum enim facio, quod omnes qui dicuntur dogmatis Theodosianorum circa hanc Alexandrinorum Christo amabilem ciuitatem clerici, vna cum his qui in dignitatibus & militibus clarent, insuper & qui ex plebe sunt in millibus constituti, per tertiam Iunij mensis adunati sancte nostrae catholicae Dei ecclesiae, intemerabilia nobiscum Dei mysteria perceperunt, ad hoc adducti prauiante profecto beneplacito omnipotentis Dei consilio, per collatam mihi doctrinam tam a pijsissimis ac inuictissimis nostris dominis, quamq; a Deo inspirata domini mei sanctitate, vt per hoc stabilitetur secundum quod scriptum est, in confrequentationibus dies festus vsq; ad cornu altaris. Si autem oportet veracius dicere, non in confrequentationibus tantum, neq; vsq; ad cornu altaris, sed & in omnem Alexandrinorum Christo amabilem ciuitatem, eiusq; confinia vsq; ad nubes ipsas, & vltra haec caelestibus officijs in pacem sanctarum ecclesiarum, & in his qui ad eadem conuertuntur, latantibus. Qualiter autem haec adunatio affecta est,

Psal. 117.

*quia fuit

est, subtiliter praesumens suggesti pijsissimis auribus inuictissimorum ac serenissimorum nostrorum dominorum, per confamilium meum Ioannem Deo amabilem diaconum, * qui adfuit in omnibus quae mota sunt: & certus sum quia & in hoc acceptat vltimum suum famulum sanctissimum meus dominus. Quae nancq; ter beatissimum meum dominum, quatenus cognitionem omnium faciens, si quid mihi vitali motione forsitan defuit, aut per ignorantiam de competentibus frustratus sum, emendare exiguum suum famulum dignetur, opus enim hoc Deo honorabiliam vestrorum est, qui omnibus diuinis scripturis decoramini, & desuper perficimini. Subscriptio.

for. Deu p

Cyrus humilis episcopus, orans pro deo honorabilis mei domini vita, suggesti.

EXEMPLAR SATISFACTIOIS factae inter Cyrum quondam papam Alexandriae, & eos qui erant ex parte Theodosianorum.

Cyri Alexandri episcopi fidei satisfactio.

Domino Christo vero Deo nostro. Omnibus praefulgenti, omnesq; ad falluberrimam & veram eius fidem dirigenti, & in vnam eandemq; sanctam suam ecclesiam conuocanti, praesentem satisfactionem facimus pro vnitate sanctarum Dei ecclesiarum, mensis Maii die quarta, in diectione sexta.

Satisfactio facta a Cyro misericordia dei episcopo per diuinam sanctionem benignissimorum atq; triumphatorum dominorum nostrorum, locum exhibente Apostolicae sedis huius Alexandriae episcopo amabilis ciuitatis.

CAPITVLVM I.

Si quis non confitetur patrem & filium & spiritum sanctum, Trinitatem consubstantialem, vnam Deitatem in tribus subsistentijs, anathema sit.

CAPITVLVM II.

Si quis non confitetur vnum sanctae Trinitatis Deum verbum, qui ante secula sine tempore natus est ex patre, & descendisse de caelis, & incarnatum esse ex spiritu sancto, & domina nostra sancta gloriosa Dei genitrice, semperq; virgine Maria, & humanatum, passum esse propria carne, & mortuum, & sepultum, & resurrexisse tertia die secundum scripturas, anathema sit.

CAPITVLVM III.

Si quis non confitetur, vnus eiusdemq; Domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri tam passiones, quamq; miracula, sed alterius & alterius, anathema sit.

CAPITVLVM IIII.

Si quis non confitetur, ex ipsa summa vnitione Deum verbum in vtero sanctae dei genitricis semperque virginis Mariae, constituisse sibi per vnitionem carnem ex ipsa sancta Dei genitrice nobis consubstantia-

TOM. 2.

lem, animatam anima rationali & intellectuali, vnitione naturali atque secundum substantiam, & sic processisse ex ea, vnum existentem, inconfusum atque indiuisum, anathema sit.

CAPITVLVM V.

Si quis non confitetur, sanctam Dominam nostram, semperq; virginem Mariam, proprie & secundum veritatem *θεοτόκον*, id est, Dei genitricem, vtpote quae Deum verbum incarnatum concepit & genuit, anathema sit.

CAPITVLVM VI.

Si quis non confitetur, ex duabus naturis, id est, deitate & humanitate, vnum Christum, vnum filium, vnam dei verbi naturam incarnatam, secundum sanctum Cyrillum inconfuse, inconuertibiliter, immutabiliter, siue vnam substantiam compositam, quod est ipse Dominus noster Iesus Christus, qui vnus est de sancta consubstantiali Trinitate, talis anathema sit.

CAPITVLVM VII.

Si quis vnum Dominum nostrum Iesum Christum in duabus considerari dicens naturis, non eundem vnum de Trinitate confiteatur, sempiternum quidem ex patre genitum Deum verbum, nouissimis autem saeculi temporibus eundem incarnatum, atq; genitum ex sanctissima & intemerata domina nostra, Dei genitrice, semperque virgine Maria, sed alterum hunc noscit & alterum, & non vnum eundemq; secundum sapientissimum Cyrillum, in deitate perfectum, & in humanitate eundem perfectum, ex hocq; solo in duabus contemplandum naturis, eundem passum, & non passum secundum aliud & aliud, sicut idem sanctus Cyrillus ait: & patientem quidem humanitatis carne, secundum quod homo est: permanentem vero impassibilem, vt deum, in passionibus propriae carnis, eundemque vnum Christum & filium, operantem deo decibilia & humana vna Dei virili operatione, secundum sanctum Dionysium, sola contemplatione discernes ea, ex quibus vnitio facta est. Hec intellectu considerans, inconuertibilia & inconfusa post eorum naturalem & secundum substantiam vnitionem manentia, in hisq; indiuisis atq; inseparabiliter vnum eundemque Christum & filium recognoscens, iuxta quod duo adinuicem inconfuse conuenientia, considerat intellectu causatiuam eorum contemplationem, & non phantasiam mendacium, atq; inanibus mentis figmentis, nullatenus vero disungit, quasi perempta iam illa, quae in duo est, sectione propter ineffabilem & inconfusam & inexcogitabilem vnitionem, dicens secundum sanctum Athanasium: Simul enim caro, simul Dei verbi caro: simul caro animata rationalis, simul Dei verbi caro animata rationalis: sed ad diuisionem per partes huiusmodi assumit vocem, anathema sit.

CAPITVLVM VIII.

CAPITVLVM VIII.

Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem hæreticos, Nestorium, Eutychem nec nominabilem, & Cyrum, & Ioannem, & Egeotas, & omnes qui quocunque modo contradixerunt duodecim capitulis sanctissimi Cyrilli, & pœnitentiam non egerunt, sed in hoc errore sunt mortui, & qui qui similia eis fauerunt, aut sapiunt, anathema sit.

CAPITVLVM IX.

Si quis non anathematizat scripta Theodori, quæque sunt contra rectam fidem & sanctum Cyrillum, & epistolam quæ dicitur Ibae, & Theodorum Mopsuestenum, & scripta eius, & si quis non suscipit scripta sancti Cyrilli, & maximè quæ sunt contra Theodorum & Theodorum, Andreamque & Nestorium, & qui qui similia eis, vniúsve eorum senserunt, aut sentiunt, anathema sit.

Theodorus pharanitanus episcopus. Item accipiens idem Antiochus religiosus lector & notarius codicem Theodori, qui fuit Episcopus Pharan, relegit librum eius scriptum ad Sergium quondam episcopum Arsinoitam Aegyptiacæ dioceseos, in quo continebatur ita:

Omne quicquid describitur seu locutus, siue operatus Dominus, per mentem & sensum atque sapientiam, quæ organa dicuntur *ἀσθητήρια*, & dixit, & operatus est, & sic eius tanquam totius & vnicui, vna operatio verbi, mentis, sensibilis & organici corporis cuncta dicantur.

EIVSDEM ex eodem sermone:

Quoniam quidem primordialiter propter quandam diuinam & sapientissimam dispensationem, somnum & fastidium, esuriam & sitim admisit, quando voluit, maximè verò etiã in his motum horum & quietem, ad illam omnipotentissimam ac sapientissimam verbi operationem applicamus, & ex hoc vnus vnus eiusdemque Christi operationem appellamus.

EIVSDEM ex eodem sermone:

Affatim, vt opinor, nobis sermo discutendo monstravit, quia omnia quæcunque scripta sunt esse Domino Christo, siue Dei, seu animæ, siue corporis, seu vtriusque, animæ (inquam) atque corporis, singulariter simul & inseparabiliter agebatur, incipientia quidem & (vt est dicere) affluentia ex verbis, sapientia & benignitate atque virtute, mediante intellectuali anima & corpore procedentia. Et ideo vna est operatio totius, vt potè vnus eiusdemque Saluatoris nostri. Hæc omnia & sunt, & dicta sunt.

EIVSDEM ex eodem sermone:

Habemus vtique ex his manifestum, quæ Dei sunt omnia, quæ de Christo audiimus & credimus, siue diuinæ naturæ congruentia, siue humanæ: & ideo vna operatio ista, tam Deitatis eius, quamque humanitatis, piè nominata sunt.

TOM. 2.

EIVSDEM ex eodem sermone:

Vt sit omnis humanatio à principio vsque ad finem, & quæque eius sunt parua & magna, vna veraciter sublimissima & diuina operatio.

EIVSDEM ex sermone, quem fecit in interpretatione paternorum testimoniorum:

Diuina verò voluntas, quæ est ipsius Christi, ipsius enim voluntas vna est, & hæc humana.

*diuina.

EIVSDEM ex eodem sermone:

Per hæc igitur absque vlla ambiguitate instruimur, quod omnia salutaris dispensationis, seu diuina, siue humana, de Saluatore nostro Iesu Christo descripta sunt, principaliter quidem (vt est dicere) ex diuinitate facultatem originemque accipiebant, mediantem tamen intellectuali atque rationali anima per corpus gerebantur, siue mirificam quandam virtutem dixeris, siue etiã naturalem alteram hominis motionem, vt est cibi appetitus, somnus, fastidium, & dolorum susceptio, tristitia, anxietas, quæ etiã per inuisionem nominum ex consuetudine passionum appellantur, proprie verò naturales sunt motiones per animatum ac sensibile animal: & ipsa verò quæ reuera sunt & dicuntur passionum, crux, mortificatio, plagæ, cicatrix, acclauationes, consputiones, alapsæ, omnia hæc rectè vtique & iuste vocanda sunt, vna eiusdemque Christi operatio.

EIVSDEM ex eodem sermone:

Intelligenda ergo sunt nobis omnino, quæque sunt circa Saluatoris Christi humanationem, diuina & profecto salutaris operatio.

EIVSDEM ex eodem sermone:

Ex his igitur omnibus & his similibus, aperte & satis iuste vna dei operatio, cuncta quæque sunt proprie humanationis, propria credenda atque dicenda sunt.

EIVSDEM ex eodem sermone:

Nostri quidem anima non habet insitum talis esse virtutis, vt & naturales corporis proprietates ab ea & à semet expellat: sed neque dominari intantum apparuit rationalis anima ipsius proprii corporis, vt *etiã id est, molem, fluxumque & colorem contineat, atque circa hoc vnquam constituat. Quæ omnia in dispensatione Christi Saluatoris nostri, & conscripta, & facta sunt in illo diuino & viuifico corpore. Etenim absque mole, & (vt ita dicatur) incorporabiliter absque *direptione de vulua processit, & sepulcro etiã, vt &, tanquam super pauperculum, supra mare ambularet.

*διαισολῶσ

EIVSDEM ex eodem sermone:

Opportunum quidem est, nos ita sentire & dicere, omnia quæque in humanatione de Saluatore Christo esse scribuntur, vnam cognoscere operationem: huius autem optificem & creatorem, ipsum Deum verbum instru-

instrumentum verò, humanitatem. Quæque igitur tanquam Deo, & quæque humanitati congruentia de eo dicta sunt, omnia ipsius Deitatis verbi est operatio.

Pyrrhus Constantinopol.

Item accipiens idem religiosus Antiochus librum, in superscriptione continentem, Pyrrhi humilis episcopi de voluntate & operatione, relegit tomum dogmaticum eiusdem Pyrrhi, in quo continebatur: Vnum autem (vt dictum est) tantum reprehendit capitulum Sophronius Deo amabilis, tanquam qui testimonium Dionysij Deiloqui doctoris dissimulasset per immutationem vnus vocis. Congrua quippe in hoc maximè dicens idem vir, & cautelam habentia, in quibus ait ille, Sed virificati Dei nouam quandam diuinalem operationem nobis morigerans: (vnam enim in veritate noua continebat eadem charta) non malitiosè (quod absit) secundum meum sermonem, sed vt potè quæ non æqualiter noua intelligi valuisse, à Cyro sanctissimo huiusmodi vox est apposta, & per extremitatum quippe negationem, vnam diuinis doctor asserit, affirmatiuam faciens, & hanc singulariter exprimens, quid aliud quam vnâ confiteri operationem tanquam vnus Christi, secundum sermonem aperte & planè contradidit? Item relectum est ex registro diuersarum epistolarum, Exemplar epistolæ Pauli quondam præfulis huius à Deo cõseruandæ regie vrbs, scriptæ ad Theodorum quondam papam Romanum, cuius initium:

Paulus Constantinopol.

Psalm. 132.

Eccè quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum. Habet autem post aliqua eadem epistola ita: Vnius autè eiusdemque Dei verbi incarnati tam miracula prædicamus, quàm passionum agnoscimus, quas carne pro nobis sustinuit. Vnde & Deus dicitur passus, & filius hominis de cælo descendisse, propter illam quæ supra recensita est, inseparabilem & secundum substantiam duarum naturarum vnitionem. Propter eam & vnam voluntatè Domini nostri Iesu Christi intelligimus, nè aduersitatem vel differentiam voluntatum in vna eademque persona Domini nostri Iesu Christi adnectamus, aut eum sibi reluctantè doceamus, aut duos volentes introducamus, nõ pro cõmixtione prorsus vel confusione duarum naturarum, quæ in eo cõsiderantur, huiusmodi vnus voluntatis vocè proferentes, & ob peremptionem alterius solâ alteram esse pronunciantes, sed per huiusmodi vocem insinuantes, quod eius rationaliter ac intellectualiter animata caro ex ipsa principali vnitione ineffabiliter quæque diuina sunt locupletata, eam sibi vniente secundum substantiam verbi, ipsam diuinam possidebat & non differentem voluntatè.

Petrus Constantinopol.

Item relecta est ex altero registro epistola Petri, & ipsius quondam præfulis regie ciuitatis, ad Vitalianum sanctæ memoriæ, qui

fuit papa Romanus, cuius est initium: Spiritalem nobis lætitiã peperit litera vestra vnanimis & sanctæ fraternitatis. Dumque relegeretur eadem epistola, habens diuersa patrum testimonia, hi qui locum gerebant Agathonis sanctissimi papæ [Romani, dixerunt: Innotescimus vestra gloria, quod paterna testimonia quæ continentur in præfenti, quæ nunc relegitur Petri epistola, circuncisa deflorata sunt ab eodem Petro ex hoc, quod ostendere vòluisse suam, super vnam voluntatem & vnam operationem, intentionem. Gloriosissimi iudices dixerunt: Comperimus diligenter, iuxta quæ à vestra reuerentiã dicta sunt, quod talia testimonia quæ continentur in præfenti epistola, detruncatè posita sunt. Et si placet vestro sancto ac vniuersali cõcilio, in ampliis huiusmodi epistolæ lectio non procedat. Sanctum concilium dixit: Ad hæc quæ gloria vestra nupèr locuta est, satis est præfenti epistolæ lectio. Eccè autè secundum quæ iam vestra interlocuta est gloria, siue inquisit, in medium venientibus tam dogmaticis epistolis quàm scriptis, quæ fecerunt Pyrrhus, Paulus & Petrus, quondam patriarche huius regie vrbs, necnon quæ à Theodoro, qui fuit Pharan episcopus, & Cyro, qui fuit papa Alexandrie, & ante nos vestramque gloriam relectis, auditur aperte, vnam operationem & vnâ voluntatè in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri, eos impiè prædicasse. Declarantibus igitur nobis, omnem satisfactionem vestra gloria debet percipere, quod bene atque iuste eos iam abicit Agathon sanctissimus papa antiquæ Romæ, per suggestionem quâ fecit ad piissimum ac triumphatorem magnum nostrum Imperatorem, & nos quoque consonanter cum eo, hos, vt potè aduersa rectæ fidei sentientes, expelli de sacris diptychis, & anathemate percelli censuimus, eorumque scripta, vt impietate repleta, abominamur, & vt exterminio debeat submitti, decernimus. Gloriosissimi iudices dixerunt: Si hi qui post Petrum episcopum fuerunt, huius à Deo cõseruandæ regie vrbs, id est, Thomas, Ioannes, & Constantinus, videntur seu epistolas, siue sermones cõposuisse de nouitate vocum, quæ nupèr impiè in Catholicam Ecclesiam intromissa est, eorum exemplaria siue registra, vel authentica in medium pferat Georgius deo amabilis diaconus & chartophylax, quatenus & eorum cognitionem præcipiens sanctum vestrum cõciliū, quæ æquitati conueniunt, decernat. Similiter & si videntur seu episcopi, siue clerici vel monachi, ceterive quædam libellos exegisse ab his, qui episcopatum gesserunt huius à Deo cõseruandæ regie vrbs, de vna operatione & vna voluntate, etiã hæc præuidimus, vt prædictus Georgius deo amabilis diaconus & chartophylax

Nota fraudem hereticis vtriam.

pppp lax

TOM. 2.

lax ad medium indimmutè deducat, vt & ipsa secundum iudicium sancti vestri concilij, exterminio contradantur. Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, dixit: Polyptychū, domine, siue regeſtum, in quo continentur exemplaria ſynodico- rum, quæ facta ſunt tam à Thoma, Ioanne & Constantino ſanctæ memoriæ quodam patriarchis huius regiæ vr̄bis, hęc mihi præ- ſtō est, cum his & authentica ſynodica bul- lata, quæ facta ſunt à Thoma ſanctæ me- moriæ quodam patriarcha ad Vitalianum ſanctæ memoriæ quondam papā romanū, quæ etiā volens ad eum dirigere, propter impiorum ſaracenorum incurſum aſſidue imminentem, vt noſtis, & obſeſſionē, quæ facta eſt per biennium, quo geſſit epiſco- patum, non valuit dirigere, & hæc ergo ſta- tim vobis iubentibus profero. Perſcruta- tus ſum verò libellos, qui facti ſunt à di- uerſis epiſcopis, ſeu monachis, ſiue clericis aſ- laicis de voluntate & operatione, diligē- ter, & hos protuli, & ſunt in chartophyla- cio, ad id quod vobis placuerit. Glorio- ſiſſimi iudices & ſanctum Concilium di- xerunt: Regeſta ſynodicoꝝ, quæ aſſerit Georgius Deo amabilis diaconus & char- tophylax præ manibus habere, ſcriptorum à Thoma, Ioanne, & Constantino, qui epi- ſcopatū geſſerunt huius à Deo conſeruan- dæ regiæ vr̄bis, nec non & authentica ſyno- dica, quæ dixit ſcripſiſſe Thomam ad Vita- lianum ſanctæ memoriæ quondam papam antiq̄ Romę, ad medium proferat: & hæc ſuſcipientes qui à nobis excipiunt, ob au- ditum noſtrum omnium relegant. Et acci- piens Agatho religioſus lector, & notarius ſanctiſſimi patriarchæ Cōſtantinopoleoſ, ſynodicum authenticum ſanctæ memoriæ Thomæ bullatum, & coram omnibus bul- lam quæ in eo preſſa fuerat, auferens, rele- git, habens in ſuperſcriptione itā: Per oīa ſanctiſſimo ac beatiſſimo fratri & cōſacer- doti domino Vitaliano, Thomas indignus epiſcopus in Dño ſalutem. Cuius initium eſt, Qui cuncta ex nihilo quidem, vt exiſte- rent, protulit. Quod ſynodicum collatum eſt cum regeſto, quod protulit Georgius deo amabilis diaconus & chartophylax. Et conſtitit ab initio vſq; ad finē indimmutè.

Similiter relectum eſt ex eodem regeſto exemplar ſynodicoꝝ Ioānis ſanctæ me- moriæ, qui fuit ſimiliter patriarcha huius regiæ vr̄bis, cōtinens in ſuperſcriptione itā: Per omnia ſanctiſſimo & cōſacerdoti ma- cario, Ioānes indignus epiſcopus, quorum initium eſt, Quis loquetur potentias Dñi?

Pfal. 105. a

Item relecta ſunt ex eodem polyptycho atq; regeſto exemplaria ſynodicoꝝ Con- ſtantini venerabilis quondam patriarchæ huius regiæ vr̄bis, continentia in ſuperſcri- ptione itā: Per omnia venerabili atq; ſan- ctiſſimo cōſacerdoti macario, Cōſtantineſ

TOM. 2.

indignus epiſcopus. Quorum initium eſt, Alij quidē fortiaſe maiore modeſtia ex cō- præhenſione multorū. His ergo ab initio vſq; ad finem indimmutè relectis, ſanctum cōcilium dixit: Auditus accipientes ſyn- odicoꝝ epiſtolarū quę ſcriptę ſunt à Tho- ma, Ioāne, & Cōſtantino, quodam patriar- chis huius regiæ vr̄bis, & nihil inuenientes cōtrarium de orthodoxa fide eos ſenſiſſe ſiue ſcripſiſſe, pr̄quidimus, vt Georgius deo amabilis diaconus & chartophylax huius ſanctæ magnæ Dei Eccleſiæ, in conſpectu noſtro coram poſitis ſacroſanctis Chriſti eloquijs, ſatiſfaciat nobis, q̄ omnibus mo- dis perſcrutatus, nequaquā reperit libellos ſcriptos fuiſſe à quibuſdam, atque oblatos prædictis tribus patriarchis, Thomæ, Ioan- ni, & Cōſtantino, vnam voluntatē & vnam operationem adſtruentes in incarnationis diſpenſatione vnus de S. Trinitate Do- mini noſtri Ieſu Chriſti, veri Dei noſtri. Et tactis propoſitis ſacroſanctis Dei Euange- lijs, Georgius DEO amabilis diaconus & chartophylax iuravit hoc modo: Per hæc ſanctas ſcripturas, & Deum qui per eas lo- cutus eſt, omnia perſcrutatus, non inueni libellos fuiſſe factos à quibuſdam, & obla- tos prædictis tribus ſanctiſſimis patriarchis Thomæ, Ioanni & Cōſtantino, de vna vo- luntate & vna operatione. Sanctum con- cilium dixit: Corporali ſacramento in no- ſtra audientia & glorioſiſſimorum iudicū, qui nobiſcum ſunt, perſoluto à Georgio deo amabili diacono & chartophylace ſan- ctæ huius magnæ Dei eccleſiæ, perfectamq; nobis ſatiſfactionem huiusmodi corporali verbo perhibente, quod nullatenus ſanctę memoriæ Thomæ, Ioānes, atq; Conſtan- tinus, à quibuſdā libellos extorſerunt * de operatione & voluntate: hos ſanctę memo- riæ tres viros, it̄ eſt, Thomam, Ioannem & Conſtantinum, præuidimus in identitate manere, atq; in ſacris diptychis ſanctarum Eccleſiarū recitari, vtpotē qui in omnibus immaculati & irreprehēſibiles inuenti ſunt circa rectam noſtram Chriſtianorum fidē. Libellos verò, quos aſſeruit Georgius deo amabilis diaconus & chartophylax ſe ha- bere, factos à diuerſis perſonis ſub Sergio, Pyrrho, Paulo & Petro, ſtatim ad nos per- ducat, quatenus horum competenter fiat examinatio. Et paululū egreſſus Geor- gius Deo amabilis diaconus & chartophy- lax, & poſt modicum regrediens, chartasq; diuerſas differens, dixit: Secundum quod placuit veſtro ſancto cōcilio, omnes libel- los, profeſſoresq; & ceteras chartas, quę factæ ſunt, ad præſentem dogmaticam notio- nem pertinentes, quæque inuentæ ſunt in chartophylacio venerabilis patriarchij, p- tulit, in quibus & alteram Latinam epiſto- lam Honorij, qui fuit papa Romanus, præ- ter illam epiſtolam eius, quæ iam prolata eſt,

Publicæ ac iudiciali- ter iurandi modus.

for. * de vna

eſt, cum eius interpretatione. Item de- fero & librum membranaceum, habentem exemplaria diuerſarum dogmaticarū epi- ſtolarum, in quo iacet epiſtola dogmatica Pyrrhi, quodam archiepiſcopi huius à Deo conſeruandæ regiæ vr̄bis, quam ſcripſit ad Ioannem ſanctæ memoriæ quondam pa- pam Romanum: & omnia defero, ad quod vobis placuerit. Sanctum concilium di- xit: Libellos & ceteras chartas, quas adſe- ruit Georgius DEO amabilis diaconus & chartophylax ſanctæ huius magnæ Eccle- ſiæ, ad præſentem dogmaticam notionem deducens, in medium proferat, quatenus hæc pertractantes, ſi contraria rectæ fidei inuenerimus, congruenti exterminio ſub- mitti præcipiamus. Epiſtolam verò Lati- nam, quam in præſenti dixit inueniſſe, ac præ manibus habere idem Deo amabilis diaconus & chartophylax Georgius, Ho- norij quondam papæ Romani cum inter- pretatione ſua, pariterq; & librum, in quo continetur epiſtola Pyrrhi ad Ioannem quondam papam Romanum, contradat ad legendum, vt horum ſcientiam accipia- mus. Et prolata eſt huiusmodi Honorij La- tina epiſtola cum interpretatione ſua, ha- bens in ſuperſcriptione itā: Dilectiſſimo fratri Sergio Honorio, cuius initium fuit, Scripta dilectiſſimi filij noſtri * Syrici dia- cono. Habet autem eadem epiſtola poſt pauca hæc: Necnon & Cyro fratri noſtro Alexandrinæ ciuitatis præſuli, quatenus nouæ adinuetionis vnus vel duarum ope- rationum vocabulo reſutato, claro DEI Eccleſiarum præconio nebulofarum con- certationū caligines eſſundi non debeant vel adſpergi, vt profectō vnus vel geminæ operationis vocabulum nouiter introdu- ctum, à prædicatione fidei eximatur. Nam qui hæc dicunt, quid aliud niſi iuxta vnus vel geminæ nature CHRISTI Dei voca- bulum, itā & operationem vnam vel gemi- nam ſuſpicantur? Super quod clara ſunt diuina teſtimonia. Vnius autem operatio- nis vel duarum eſſe vel fuiſſe mediatorum Dei & hominum Dominum Ieſum Chri- ſtum, ſentire & promere, ſatis ineptum eſt.

Honorij papæ epi- ſtola.

Habet autē & circa finem eadem epiſtola ſic: Et hæc quidem, quātūm ad inſtruen- dam notitiā ambigentium, ſanctiſſimæ fra- ternitati veſtræ per eam inſinuandum præ- uidimus. Ceterum quātūm ad dogma Eccleſiaſticum pertinet, quæ tenere vel prædicare debemus propter ſimplicitatem hominum, & amputandas inextricabiles quæſtionum ambages, ſicut ſuperius dixi- mus, nō vnam vel duas operationes in me- diatore DEI & hominum definire, ſed vtraſque naturas in vno Chriſto vnitate naturali copulatas, cum alterius commu- nione operantes atque operatrices confi- teri debemus: & Diuinam quidem, quæ

TOM. 2.

DEI ſunt operantem: & humanam, quæ carnis ſunt exequentem, non diuiſe neque confuſe aut conuertibiliter DEI naturam in hominem, nec humanam in DEVM conuerſam edocentes, ſed naturarum dif- ferentias integras conſtitentes: vnus atque idem, humilis & ſublimis, æqualis patri, & minor patre, ipſe ante tempora, natus in tempore eſt: per quem facta ſunt ſecula, fa- ctus in ſeculo eſt: & qui legem dedit, fa- ctus ſub lege eſt, vt eos qui ſub lege erant, redimeret: ipſe crucifixus, ipſe chirogra- phum, quod erat contra nos, euacuans in cruce, de poteſtatibus & principatibus tri- umphauit. Auferentes ergo (ſicut dixi- mus) ſcandalum nouellæ adinuetionis, non nos oportet vnam vel duas opera- tiones definiētes prædicare, ſed pro vna (quam quidam dicunt) operatione, oportet nos vnum operatorem CHRISTVM Dominum in vtriſque naturis veridicē cō- fiteri: & pro duabus operationibus, ablato geminæ operationis vocabulo, ipſas potiùs duas naturas, id eſt, diuinitatis & carnis aſ- ſumptæ, in vna perſona vnigeniti DEI pa- tris, inconfuſe, indiuiſe, atque inconuer- tibiliter nobiſcum prædicare propria ope- rantes. Et hoc quidem beatiſſimæ frater- nitati veſtræ inſinuandum præuidimus, quatenus vnus confeſſionis propoſitum, vnanimitati veſtræ ſanctitatis monſtrare- mus, vt profectō in vno ſpiritu anhelantes, pari fidei documento inſpiremus. Scri- bentes etiā communibus fratribus Cy- ro & Sophronio antiſtitibus, nē nouæ vo- cis, id eſt, vnus vel geminæ operationis vocabulo inſiſtere vel immorari videan- tur: ſed abraſa huiusmodi nouæ vocis ap- pellatione, vnum Chriſtum nōmum no- biſcum in vtriſque naturis diuina vel hu- mana prædicent operantem: quanquā hos, quos ad nos prædictus frater & co- epiſcopus noſter Sophronius miſit, inſtruxi- mus, nē duarum operationum vocabulum deinceps prædicare inſtantur, quod in- ſtantiffimè promiſerunt prædictum virum eſſe facturum, ſi etiā Cyrus frater & co- epiſcopus noſter ab vnus operationis voca- bulo diſceſſerit. Similiter datus eſt etiā liber, in quo continebatur epiſtola Pyrrhi quondam præſulis huius regiæ vr̄bis, ad Ioannem ſanctæ memoriæ, qui fuit papa Romanus, cuius initium eſt, Dominus & DEVS noſter Chriſtus futurus in cælo aſcendere. Habet autem eadem epiſto- la poſt aliqua, hæc: Nam quis illorum vi- dens ſic nos ex aduerſo poſitos, qui ſacer- dotio fungimur, exprobrationibus ſub- mitti ab eis, qui conſtituti ſunt à rege, non derideat ac deſpiciat noſtrum concilium: & opportunitatem nactus, impietatis pro- priæ inſtabilitatem noſtrā faciat, eō quod nondum de duabus naturis deſtructum ſit

Gal. 4. a

Col. 2. c

Pyrrhus.

PPPP 2 bellum,

bellum, & alteram nobis ipsis turbulenti-
 am introducimus? Similiter prolati &
 lecti sunt libelli, qui superius memoran-
 tur, & cetera charta. Sanctum concilium
 dixit: Cognationem accipiens prolatorum
 nobis a Georgio DEO amabili diacono
 & chartophylace huius sanctae magnae Dei
 Ecclesiae, libellorum atque chartarum siue
 aliorum opusculorum, coperimus in vnam
 eandemque impietatem concurrere. Et
 praeuidimus, haec tanquam prophana & ani-
 ma perniciofa, continuo ob perfectum ex-
 terminium igne concremari. Et combu-
 sta sunt. Gloriosissimi iudices & sanctum
 concilium dixerunt: Satis habet & quae
 hodierna die peracta sunt.

ACTIO DECIMA QVARTA.

IN nomine domini & dominatoris no-
 stri Iesu Christi, Dei & Saluatoris no-
 stri, imperantibus a Deo coronatis ac
 serenissimis nostris dominis Flauijs,
 Constantino quidem pijsimo & a Deo de-
 creto magno principe, perpetuo Augusto
 & Imperatore, anno vigesimo octavo, &
 post consulatum eius a Deo instructa ma-
 gnetudinis anno decimotertio, Heraclio
 vero atque Tiberio a DEO conseruan-
 dis eius fratribus anno vigesimo secundo,
 die secunda mensis Aprilis, indictione no-
 na: praeposito venerando fessu pijsimi &
 CHRISTO amabilis magni Imperato-
 ris Constantini, in secretario sacri palatii
 quod cognominatur Trullus. Et per ius-
 sionem eius a DEO instructa serenitatis
 eius, praesentibus & audientibus Const-
 antino gloriosissimo excelsule patricio, & cu-
 ratore imperialis domus Hormisdas, Ana-
 stasio glorioso exconsule patricio, & loci
 seruatore comitis imperialis excubiti, Po-
 lyeucto glorioso exconsule, Petro glorio-
 so exconsule.

Conueniente quoque & sancto ac vni-
 uersali concilio, quod per imperialem san-
 ctionem congregatum est in hac a DEO
 conseruanda regia vrbe, id est, Theodoro
 & Georgio venerabilibus presbyteris, &
 Ioanne DEO amabili diacono, locum re-
 praesentantibus Agathonis sanctissimi ac
 beatissimi archiepiscopi antiquae Romae, &
 Georgio venerabili atque sanctissimo Ar-
 chiepiscopi huius magnisonae Constanti-
 nopoleos nouae Romae, & Petro DEO
 amabili presbytero monacho, & vicario se-
 dis Alexandrinae magnae ciuitatis, & The-
 odoro venerabili atque sanctissimo archi-
 episcopo Theopoleos Antiochia, & Ge-
 orgio religioso presbytero monacho, &
 apocrifario Theodori venerabilis vicarij
 sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo
 ciuitatis Portuenfis, Abundantio episcopo
 ciuitatis Paternensis, Ioanne episcopo ci-
 uitatis

*Theophaue

uitatis Rhegitanae, locum repraesentanti-
 bus sancti concilij antiquae Romae centum
 viginti quinque Deo amabilium episcopo-
 rum, qui etiam per subscriptiones suas de-
 clarantur in suggestione, ab eis facta ad Co-
 nstantinum pijsimum principem, & Theo-
 doro religioso presbytero, & locum agere
 Theodori venerabilis archiepiscopi Rauē-
 nae, Ioanne episcopo Theffalonicensi, Basilio
 episcopo ciuitatis Gortyna insule Cre-
 tae, Philalithe episc. Caesarea Cappadociae,
 Theodoro episcopo Ephesi, theodoro epi-
 scopo ciuitatis Thremethuntorum, locum
 repraesentante Epiphanijs DEO amabilis
 archiepiscopi Cyprj, Sifinnio episcopo He-
 racleae Thraciae, Platone episcopo Ancyrae
 Galatiae, Georgio episcopo Cyziceno, Ma-
 rino episcopo Sardeorum, Petro episcopo
 Nicomediae, Photio episcopo Nicaeae, Ioan-
 ne episcopo Chalcedonensi, Ioane episco-
 po Sidenli, Theodoro episcopo Meletinē-
 si, Iustino episcopo ryanorum, Alypio epi-
 scopo Sangrorū, Cypriano episcopo Clau-
 diupolis, Polyeucto episcopo Myrorū Ly-
 ciae, Theodoro episcopo Staureopoleos,
 Cariae, Tiberio episcopo Laodiceae Phry-
 giae, Cosma episcopo Synnadorū, Step-
 hano episcopo Antiochijs Pifidiae, Ioanne epi-
 scopo Pergensi, Theopempto episcopo Iu-
 stinianopoleos siue Mostenae, Isidoro epi-
 scopo Rhodi, Sifinnio episcopo Hierapo-
 leos Phrygiae, Theodoro episcopo Tarfen-
 si, Macrobio episcopo Seleucia Isauriae, Ge-
 orgio episcopo Byziae Thraciae, Zacharia
 episcopo Leontopoleos Isauriae, Georgio
 episcopo Mileti, Georgio episcopo Mity-
 lenae, Sergio episcopo Selymbriae, Andrea
 episcopo Methymnae, Theognio episcopo
 Chij, Epiphanio episcopo Euchaitorum,
 Petro episcopo Mesembriae, Petro episco-
 po Sozopoleos Thraciae, Ioanne episco-
 po Nysseno, Theodoro episcopo imperia-
 lium Thermarum, Georgio episcopo Ca-
 mulianorum, Zoito episcopo Chrysopo-
 leos Asiae, Patricio episcopo Magnesia,
 Antonio episcopo Hypeporum, Theodo-
 ro episcopo Pergamensi, Stratonico epi-
 scopo Solorum, & Tychone episcopo Ci-
 tij, vtrisque in * sinu existentibus Christo
 amabilis Cypriorum insule, Genesio epi-
 scopo Anastasiupoleos, Platone episcopo
 Cinnae, Stephano episcopo Vranopolis,
 Andrea episcopo Minicae, Ioanne episco-
 po Melitopoleos, theodoro episcopo Pri-
 enetino, Ioanne episcopo Dascylijs, Theo-
 doro episcopo * Iustinianopoleos Gordi-
 menna episcopo Carbalij Pamphylis, Cal-
 linico episcopo Coloniae Armeniae, Theo-
 doro episcopo Verisae, Tiberio episcopo
 * Amyssi, Sergio episcopo Sinopino, Geo-
 rgio episcopo * Iunopolis, Stephano epi-
 scopo Heracleae Ponti, Longino episco-
 po Ticensi, Dometio episcopo Prusiados, Geor-

*Camelorum,

*synodo

*Iustino-
polis Gor-
diu coma

*Amyzon

Georgio episcopo Cratae, Platone episc. Adrianopoleos, Salomone episc. Clanei, Georgio episc. Coensi, Ioanne episc. Eresforū, Ioane episc. Myndi, Patricio episc. Eleutorum, Petro episcopo Apyrae, Alexandro episcopo Nacolijs, Ioane episcopo Prymnefia, Constantino episcopo Barathis, Theodosio episcopo Sibliorum, Paulo episcopo Sozopoleos Pifidiae, Plufiano episcopo Sylueno, Theodoro episcopo Nazianzeno, Demetrio episcopo * Thyniae, Stephano episcopo Paros, Georgio episcopo Therae, Georgio episcopo * Cantani, Ioanne episcopo Lappis, Eulalio episcopo Cynopolis, Constantino episcopo Dalifandeno, Theodoro episcopo Olbis, Georgio presbytero & monacho monasterij Renati, quod sitū est apud antiquam Romam. Residentibusque gloriosissimis patricijs & consulis, & omnibus venerabilibus & Deo amabilibus episcopis per ordinem in eodem secretario Trulli, propositis in medio sacrosanctis & immaculatis Christi Dei nostri Euangelis, & Constantinus Deo amabilis diaconus huius sanctae magnae Dei Ecclesiae, & primicerius Deum colentium notariorū Georgij sanctissimi patriarchae huius a Deo conseruanda regiae vrbs, dixit: Notionem habet tam vestra gloria, quamque sanctum & vniuersale vestrum concilium, quod per vigesimo octaua diem trāfacti Martij mensis, prolati sunt a Georgio deo amabili diacono & chartophylace huius sanctae magnae Dei ecclesiae diuersi libelli, aliaque opuscula dogmatica chartacea, & libri diuersi, quae & sunt per interlocutionem vestri sancti & vniuersalis concilij in perditum tradita: memor quoque est per omnia tam vestra gloria, quamque sanctum & vniuersale vestrum concilium, quod in antelatis prolati sunt ex venerabili patriarchio huius a Deo conseruanda regiae vrbs duo libri in membranaceis, sancti quondam Cyrilli episcopi, quibus facta est interlocutio ceterorum conciliorum. Et quia in primordijs primi libri tres quaterniones inuenti sunt positi in superscriptione, adstruentes libellum, qui dicitur Mennae ad Vigilium tunc temporis papam antiquae Romae, quem & accusauerunt, qui a parte sunt Agathonis sanctissimi papae, & Apostolicae sedis antiquae Romae, dicentes falsum eum esse, & quod post lectionem huiusmodi libri, dum legeretur etiam secundus liber eiusdem sancti quinti concilij, inuenti sunt duo libelli, qui dicebantur Vigilij ad Iustinianum, quondam diuinae memoriae Imperatorē, & Theodoram quae fuit Augusta. In quibus libellis, qui Apostolicae sedis sunt, opposuerunt, dicentes quod hi libelli falsi existunt, & quod poposcerant eosdem libros opportunē retractari. Vnde suggerimus ad quod placuerit. Gloriosissimi iudices & san-

ctum concilium dixerunt: Interim oppor-
 tunē fiat de antelatis lectio. Et relecta
 sunt. Gloriosissimi iudices & sanctum
 concilium dixerunt: Oportet duos mem-
 branaceos libros sancti quinti concilij, qui
 iam a Georgio DEO amabili diacono &
 chartophylace porrecti sunt, ut iterum ab
 eo ad meditum deducantur, ut in scrupulo-
 sis cognoscamus, si iuxta quae memorauerunt
 locum repraesentantes Agathonis san-
 ctissimi papae antiquae Romae, haec infalsa-
 ta sunt: similiter autem proferri volumen
 chartaceum authenticum septimae actio-
 nis praefati sancti quinti concilij, quatenus
 etiam consideremus, & competenter re-
 tractemus, si immutilatum permanfit. Et
 prolati sunt ijdem duo membranacei li-
 bri, & volumen chartaceum ab eodē Ge-
 orgio DEO amabili chartophylace.

Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Edicat Georgius DEO amabilis diaconus & chartophylax sanctae huius magnae DEI Ecclesiae, si libri duo, qui prolati sunt, & chartaceum volumen, ipsa sunt quae dudum protulerat. Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, dixit: Pro certo, domini, hi sunt duo codices, qui continent acta sancti quinti vniuersalis concilij, & tomum authenticae septimae actionis eiusdem sancti quinti concilij, quemadmodum & iam dudum protulerunt. Subtilius autem in bibliotheca venerabilis patriarchij scrutatus, inueni & alium chartaceum librum eiusdem sancti quinti concilij, quem & defero, & si videtur sancto vestro concilio, iubeat hunc me proferre. Sanctum concilium dixit: Librum chartaceum, quem Georgius DEO amabilis diaconus & chartophylax huius venerabilis patriarchij praemanibus gerere profecutus est sancti quinti concilij, profecit ad conferendum cum duobus membranaceis libris, iam ab eo prolatis. Et prolati sunt. Sanctum concilium dixit: Trāseat in medium Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, tactisque praepositis sacrosanctis Christi Dei nostri Euangelis, satisfaciat nobis, si praesignati hi duo libri, & volumē, quomodo ea inuenit, & in bibliotheca venerabilis patriarchij percepit, ita etiam nunc sunt. Tangens igitur praeposita sacrosancta DEI eloquia idem DEO amabilis diaconus & chartophylax Georgius, dixit: Per istas sanctas virtutes, & Dei qui locutus est per eas, cum veritate hi duo libri membranacei, libri sancti quinti concilij, & volumen septimae actionis eiusdem sancti quinti concilij, iuxta quod iam & excussi sunt, & prolati, ita etiam nunc manifestati sunt, sicut & pridem eos in bibliotheca venerabilis patriarchij inueni atque suscepi: & neque additum est quicquam a me, neque subtractum per me, neque cum

Iuramenti
solemniter
faciendi
modus.

conscientia mea à quoquam omnium, sed & liber chartaceus eiusdem sancti quinti concilij, qui in praesentia mea inuentus est in eadem bibliotheca venerabilis patriarchij, ita est, sicut ibidem inuentus est, depositus. Et surgentes reuerendissimi episcopi eiusdem sancti concilij, assumentesq; in manibus tam praedictos duos libros membranaceos, & volumen chartaceum, accurateque eadem loca inspicientes que accusata sunt, eaque conferentes cum chartaceo libro quem in recenti protulerat Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, necnon & cum alijs antiquis chartaceis libris eiusdem sancti quinti concilij, dixerunt: Hos duos libros in membranis, qui prolati sunt à Georgio DEO amabili diacono & chartophylace huius sanctae magnae regiae urbis Ecclesiae, & volumen chartaceum septimae actionis sancti quinti concilij considerantes, secundum quod poposcerunt locum representantes Agathonis sanctissimi papae Apostolicae sedis antiquae Romae, & haec conferentes tam cum nunc plato modico chartaceo libro, quaeq; cum alijs libris antiquis chartaceis eiusdem sancti quinti concilij, & inuenientes eosdem duos membranaceos libros, & volumen chartaceum septimae actionis sibi met quidem consonantes, adiectiones vero habentes tam librum, qui dicitur Mennae ad Vigilium, & à Vigilio quasi duos libellos ad Iustinianum diuae memoriae quondam Imperatorem, & Theodoram eius coniugem, in quibus libellis ei placuit, ut anathematizaret Theodorum Mopsuestenū episcopum, & epistolam quae dicitur Ibae, & scripta theodoriti dogmatica contra duodecim capitula sanctae memoriae Cyrilli Alexandriae quondam episcopi, quae putauit his sermonibus definire: Anathematizamus autem & Theodorum quondam episcopum mopsuestenum, utpote qui alienus semper ab Ecclesijs extitit, & sanctissimis patribus aduersarius, qui non confitetur incarnatum esse DEI verbum, id est, CHRISTVM esse vnam subsistentiam, & vnam personam, & vnam operationem. Haec cognouimus, quemadmodum & affirmant, qui ab Apostolica sede antiquae Romae sunt, neque facta, neque scripta fuisse in tempore memorati sancti quinti concilij, sed adiectos quidem esse tres quaterniones in primo libro sancti quinti concilij, in quibus videtur libellus, qui dicitur Mennae. Post haec & in secundo libro circa septimam actionem mutatum quidem fuisse quintumdecimum quaternionem, adiectumque esse quadrifolium non superscriptum ante decimum sextum quaternionem, in quo feruntur duo libri Vigilij, qui dicuntur facti fuisse ad Iustinianum & Theodoram diuae memoriae, vtrif-

Nota fraudem hereticam.

que alteram literam habentibus. Hos vero, qui falsauerunt praefatos duos libros & chartaceum volumen, ex illorum vocabulis malitiosè aduersus recta dogmatica haec interiecisse, eò quod neque in nunc prolatis antiquis & immutatis libris, eiusdem sancti quinti concilij, neque in chartaceo libro, qui in recenti inuentus est apud bibliothecam venerabilis patriarchij, reiacent iisdem ipsi libelli, seu Mennae ad Vigilium, siue à Vigilio ad Iustinianum & Theodoram diuae memoriae: sed hos fallaciter inuenientes insertos, utpote qui diabolica operatione per eos, qui haec falsauerunt, sint complices, chartaceum quidem volumen, quod falsatum est, decernimus cassari in locis, in quibus adiectiones sunt factae. Verum libros etiam eos obelis obduci in locis, in quibus deprauati sunt, & cassari eos. Eos autem qui falsauerunt, anathemati submitti. Et nominatum cum eis anathematizare libellum, qui dicitur Mennae ad Vigilium, & duos libellos quasi à Vigilio ad Iustinianum & Theodoram diuae memoriae. Macrobius reuerendissimus episcopus Seleucia Isauriae, dixit: Suggesto vestrae gloriae & huic sancto atque vniuersali concilio, quod peruenit ad me liber sancti quinti Concilij, datus mihi à quodam Philippo magistro militum imperialis obsequij. Quem relegens, inueni eum falsatum esse in septima adiectione. Et interrogans eundem Philippum, quia alicubi dedisti hunc librum, dixit mihi, quia Stephano discipulo Macarij eum dedi. Literae vero, in quibus falsitas libri facta est, propriae manus Georgij monachi & cata Macarium certae sunt. Quia cum esset patriarcha meus ipse Macarius, ingrediebar in domum eius, & adspiciebam eundem Georgium monachum sapientis scribentem, & scio accuratè, quia propriae eius manus sunt. Peto itaque tam vestram gloriam, quamque sanctum Concilium, ut ad medium veniat superscriptus Georgius monachus, & de hoc interrogetur. Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Georgius religiosus monachus, cuius mentio facta est, in medium veniat. Et ingressus est.

secundum

Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: In medio assenti Georgio religioso monacho praesens liber ostendatur, ut cognoscat, si literae propriae eius manus sunt, quae post additamentum in sexto folio scriptae sunt. Georgius religiosus monachus intuens in eundem librum, dixit: hic liber, qui nunc prolatus est à Macrobio sanctissimo metropolitano Seleucia, mihiq; ostensus est, Philippi magistri militum imperialis obsequij erat. Ipse autem Philippus vicinus erat de parte Stephani, qui cecidit & cata Macarium haereticum, Quando ergo

ergo facta est quaestio inter Theodorum, qui fuerat patriarcha à Deo conseruata huius regiae urbis, & praefatum macarium de fide, tulerunt à paribus libellorum, qui dicitur Vigilij, de patriarchio, sicut dixerunt Macarius & Stephanus, & scripsimus in quaternione, & oblati sunt ab eis pijsimo nostro principi. Praesumptio autem accepta, qui erant circa Stephanum & Macarium, utpote qui obtulerant principi eosdem quaterniones, vnicuique ad eos venienti monstrabant. Idem vero Philippus habuit hunc librum, & adduxit eum ad Stephanum haereticum, ut eum consideraret, dicens quia veniens de Occidente, adduxi librum quinti concilij, & vide si bene habet. Nam hic codex non habuit libellos, qui dicuntur Vigilij. Et dixit ei Stephanus haereticus: Ut scias, quia minus habet. Idem ergo Philippus rogauit eum, dicens: Si quid scis quia deest, imple. Et ipse Stephanus dixit mihi, ut scriberem eosdem libellos. Et scripsi de memoratis exemplaribus, & dedi eidem Stephano. Et in veritate haec propriae manus meae sunt, & cognosco ea. Non solum autem in hoc libro addiderunt istos, qui dicitur libelli Vigilij, sed quanticunq; libri quinti concilij ad eos peruenierunt, non habentes libellos qui dicuntur Vigilij, addiderunt iisdem Macarius & Stephanus. Incidit autem eis & alius Latinus codex quinti concilij, quem dixerunt sex solidis se comparasse ab vxore, quae fuit quondam Innocentij patricij. de capitulo autem eiusdem Latini libri certissimè scit Constantinus reuerentissimus presbyter huius sanctae magnae Dei ecclesiae, & Latinus grammaticus. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Edicat praesens Constantinus deo amabilis presbyter & grammaticus Latinus, si verum dicat Georgius religiosus monachus de illo libro Latino, cuius mentionem fecit. Constantinus Deo amabilis presbyter & grammaticus Latinus, dixit: Scio domine, temporibus Pauli quondam patriarchae venisse Photinum, qui fuit episcopus Carthagenensis, & cum Missas acturus esset in sancta magna dei ecclesia, quaesitum est, quomodo sedere debuisset, vtrum ne ante metropolitanos, qui hic morabantur, an post eos. Et requirente eodem Paulo quondam patriarcha in bibliotheca patriarchij librum quinti concilij, ut cognosceret, quomodo sedere debuissent, contigit ut inueniretur & Latinus liber eiusdem concilij. Et exinde instructus idem Paulus, fecit cum ordinabiliter sedere. Protulit vero eundem librum Latinum de bibliotheca, & dixit mihi: Adspice illum, si secundum chartaceum authenticum volumen septimae actionis sancti concilij completum est. Et inueni eundem Latinum librum in septima actione minus habentem, ad illud

patribus

Fortunatum vel Fortunium,

volumen chartaceum. Et dixit mihi idem Paulus patriarcha: Quia assume tecum Sergium diaconum, qui dicitur Antifidius, quia bonus scriptor est, & ostende ei, quomodo debeat literas Latinas scribere, & adde quae minus sunt. Sunt autem, quae addidimus in eodem Latino libro in septima actione, libelli qui dicuntur Vigilij papae Romani, quos & interpretatus sum Latine ex ipso volumine, & (ut dictum est) scripsit ipse Sergius diaconus. Quae vero scripta sunt ab eodem Sergio diacono, qui dicitur Antifidius, & interposui in eodem Latino libro Theodorus librarius, qui habuit stationem ad S. Ioannem Phocan. Haec, domini, in veritate scio facta fuisse. Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Praesens Sergius deo amabilis diaconus inauriens, quae à Constantino DEO amabili presbytero & Latino grammatico dicta sunt, quae scit, cum omni veritate prosequatur. Sergius Deo amabilis diaconus sanctae magnae Dei ecclesiae, dixit: Ante hos multos annos conuocauit me Paulus quondam patriarcha Constantinopolitanus, & dixit mihi: Vide quae interpretatur Domnus Constantinus grammaticus Latinus ex volumine quinti concilij, & scribe in Latinis literis. Et haec audies ab eo, sicut feruus & subiectus obediui, & scripsi, & dedi ea Domino Constantino grammatico & presbytero.

*sumat cum Sergius diacono, *Antipifidius,

*Antipifidius, *interpositus,

Sanctum concilium exclamauit: Anathema libro qui dicitur Mennae ad Vigilium, & qui cum finxerit siue scripserunt, Anathema libellis, qui dicuntur facti fuisse à Vigilio ad Iustinianum & Theodoram diuae memoriae, qui & sunt demostrati: Anathema simul, qui falsauerunt acta sancti & vniuersalis quinti concilij: Anathema, qui docuerunt & exposuerunt, docentibusq; vel postea docturis vnam voluntatem & vnam operationem in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi veri dei nostri, vnius de sancta Trinitate: Sanctorum quatuor conciliorum sempiterna memoria, Sancti quinti concilij sempiterna memoria, Multos annos Imperatori Constantino, magno Imperatori multos annos, Pacifico Imperatori multos annos, Conseruatori rectae fidei multos annos. Fili Dei, da illi vitam: Fili Dei, da victoriam illi. Theodorus deo amabilis episcopus ciuitatis Thremethuntorū insulae Cypri, locum gerens Epiphanijs sanctissimi archiepiscopi eiusdem insulae Cypri, vna cum Stratonico episcopo Solorum, & Thycone episcopo Citij, vtrisque ex synodo existentibus antefata Cypri CHRISTO amabilis insulae, dixerunt: Suggestimus gloriae vestrae ac vniuersali vestro concilio, quod testimonia vniuersa sanctorum probabiliūque patrum deserimus, asserentia duas voluntates naturales, & duas naturales operationes in incarnationis

Polyeucto glorioso exconfulo patricio, & Petro glorioso exconfulo.

Conueniente quoque etiam sancto ac vniuersali concilio, quod ex imperiali sanctione congregatum est in hac à Deo conferuanda regia vrbe, id est, Theodoro & Georgio reuerentissimis presbyteris, & Ioanne reuerentissimo diacono, locum representantibus Agathonis sanctissimi ac beatissimi archiepiscopi antiquae Romae, & Georgio venerabili atque sanctissimo archiepiscopo huius magnae Constantinopoleos nouae Romae, & Petro reuerentissimo presbytero monacho, & vicario pontificalis sedis Alexandrinae magnae ciuitatis, & Theophane venerabili atque sanctissimo archiepiscopo Theopoleos Antiochia, & Georgio religioso presbytero, monacho & apocrifario Theodori venerabilis loci seruatoris sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo Theffalonicae, Theodoro reuerentissimo presbytero, & loci seruatore Theodori reuerentissimi archiepiscopi Rauennatum, Ioanne episcopo ciuitatis Portuenfis, Basilio episcopo ciuitatis Gortynae insulae Cretae, Abundantio episcopo ciuitatis Paternae, & Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanae, locum representantibus centum viginti quinque venerabilium episcoporum sancti concilij antiquae Romae, qui etiam per subscriptiones suas ibidem demonstrantur in suggestione, quae ab eis facta est ad Constantinum piissimum principem, Philalithe episcopo Caesareae Cappadociae, Theodoro episcopo Ephesi, Theodoro episcopo ciuitatis Thremethuntis, locum representante Epiphanijs venerabilis archiepiscopi Constantiae insulae Cypri, Sifinnio episcopo Heracleae Thraciae, Platone episcopo Ancyrae Galatae, Georgio episcopo Cyzici, Marino episcopo Sardeorum, Petro episcopo Nicomediae, Photio episcopo Niceae, Ioanne episcopo Chalcedonae, Ioanne episcopo Sidenfi, Ioanne episcopo Amasiae, Theodoro episcopo Melitenae, Iustino episcopo Tyanorum, Alypio episcopo Gangrorum, Cypriano episcopo Claudiopolitano, Ioanne episcopo Pelfinuntis, Polyeucto episcopo Myrorum Lyciae, Theodoro episcopo Staureopolitano Carijs, Tiberio episcopo Laodiceae Phrygiae, Cosma episcopo Synnadorum, Constantino episcopo Barathrae, locum exhibente Pauli episcopo Iconijs, Stephano episcopo Antiochiae Pifidiae, Ioanne episcopo Pergensi, Theopempto episcopo Iustinianopoleos siue Mostenae, Ildoro episcopo Rhodi, Sifinnio episcopo Hierapolitano Phrygiae, Theodoro episcopo Tarsensi, Stephano episcopo Anazarbensi, Macrobio episcopo Seleucia Iauriae, Georgio episcopo Mileti, Sergio episcopo Selymbriae, Andrea episcopo Methymnenfi, Theognio episcopo Chienfi, Alexandro episcopo Coryaiaorum, Epiphanio episcopo Euchariorum, Ioanne episcopo Heracleopolis,

TOM. 2.

Petro episcopo Mesembriae, Petro episcopo Sozopolitano Thraciae, Ioanne episcopo Stoborum, Ioanne episcopo Athenarum, Ioanne episcopo Argorum, Theodosio episcopo Lacedaemoniae, Ioanne episcopo Nysseno, Theodoro episcopo imperialium Thermarum, Georgio episcopo Camulianorum, Theodoro episcopo Sinenfi, siue Iustinianopolitano magnae Armeniae, Georgio episcopo Daranisenfi, siue Anabilorum, Zoito episcopo Chryfopolitano Asiae, Theodoro episcopo Pergameno, Theodoro episcopo Mastaurorum, Patricio episcopo Magnesia, Antonio episcopo Hypereorum, Ioanne episcopo Amathorum, Sifinnio episcopo Nyssorum Asiae, Stratonico episcopo Soloceni, & Thycone episcopo Citienfi, vtriusque de synodo existentibus Christo dilectae Cypriorum insulae, Ioanne episcopo Lappeno, Gregorio episcopo Cantano, Regino episcopo Panienfi, Martyrio episcopo Iulio-politano Galatae, Michaeli episcopo Asponenfi, Platone episcopo Cinenfi, Genesio episcopo Anastasiopolitano, Stephano episcopo Vranapolitano, Andrea episcopo Miniceo, Georgio episcopo Byziae, Mercurio episcopo Pemanetio, Ioanne episcopo Melitopolitano, Cyrico episcopo Adrianenfi, Ioanne episcopo Philadelphiae, Andrea episcopo Silandi, Ioanne episcopo Sidenfi, Theodoro episcopo Daldeneno, Ioanne episcopo Dascylino, Theodoro episcopo Prienetino, Ioanne episcopo Adrianorum Bithyniae, Georgio episcopo Galli, Sifinnio episcopo Basilinopolitano, Polychronio Theopolitano siue Prufenio, Anastasio episcopo Theodotianorum siue Apolloniadis, Theodoro episcopo Caesareae Bithyniae, Theodoro episcopo Iustinianopoleos Gordi, Menna episcopo Carbaliae Pamphyliae, Cosma episcopo Homonadorum, Niceta episcopo Coracchiano, Theodoro episcopo Verise Armeniae, Calinico episcopo Colong Armeniae, Tiberio episcopo Amysseno, Ioanne episcopo Andraporum, Theodoro episcopo Iborum, Sergio episcopo Sinopheno, Georgio episcopo Arces, Ioanne episcopo Faustianopolitano, Georgio episcopo Iunopolitano, Phoca episcopo Dadibrorum, Platone episcopo Adrianopolitano, Georgio episcopo Cratie, Dometio episcopo Prusiadis, Stephano episcopo Heracleae Ponti, Longino episcopo Tieno, Anastasio episcopo Polemonienfi, Ioanne episcopo Comanorum, Theophylacto episcopo Cerasuntorum, Salomone episcopo Clanci, Theodoro episcopo Amorig, Zimarco episcopo Sidyniorum, Georgio episcopo Oenoandorum, Ioanne episcopo Erezorum, Ioanne episcopo Myndi, Patricio episcopo Eleuforu, Cyrico episcopo Ancyrano Phrygiae, Petro episcopo Apyre, Alexandro episcopo Nacolie, Dometio episcopo Prymnesie, Theodoro episcopo Sibliorum, Paulo episcopo Sozopolitano Pifidiae, Marino episcopo Philomelino, Constantino episcopo Thymbrianorum, Platone episcopo Magidorum, Plusiano episcopo Silueno, Theodoro episcopo nazianzeno, Theodoro

for. * Amathuntorū,

* Candaneasi,

* Pionienfi

* Celadiae

* Iustinopolis Gordi

* Amyzonfi

* Sinopeno

* Cleong

* Eresforū

odoro episcopo Doriorum, Georgio episcopo Coenfi, Georgio episcopo Therenfi, Stephano episcopo Parij, Georgio episcopo Naxi, Demetrio Episcopo Tinnienfi, Eutychio episcopo Melensi, Ioanne episcopo Coryci, Ioanne episcopo Adanorum, Georgio episcopo Flauiadis, Eulatio Episcopo Cynopolitano, Constantino episcopo Dalifandi, Theodoro episcopo Olbis, Georgio religioso presbytero & monacho monasterij Renati, quod sitū est apud antiquam Romā, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod cognominatur domus Arctia, situm similiter apud antiquam Romam. Residentibus quoque gloriosissimis patricijs & consulis, omnibusque venerabilibus & Deo amabilibus episcopis iuxta ordinē in eodem secretario, propositis in medio sanctis atque immaculatis Christi Dei nostri euangelijs, Theodorus amabilis diaconus huius sanctissimae magnae Ecclesiae, & primicerius Deo amabilium notariorum Georgij sanctissimi archiepiscopi huius à Deo conferuandae regiae vrbs, dixit: E docemus vestram gloriam, & sanctum ac vniuersale vestrum concilium, quod Constantinus, qui se dicit esse presbyterum sanctae Dei ecclesiae, quae est in Apamea secundae Syriorum prouinciae, prae velo assistit, rogans ingressum adipisci, quatenus instruat vestrum sanctum concilium quaedam, quae ad praesentē dogmaticam pertinent notionem, & suggerimus iuxta quod placuerit. Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Intret memoratus Constantinus religiosus presbyter. Et ingressus est. Sancta synodus dixit: Constantinus religiosus qui adstat, sui cognitionem edicat, & causam ob quam aduenit. Constantinus religiosus dixit: Constantinus dicor, presbyter sum sanctissimae Dei Apameensis ecclesiae secundae Syriorum prouinciae, ordinatus ab Abraamio episcopo arethusio: veni ad sanctum nutu diuino congregatum vestrum concilium, ut instruat vos, quia si auditis essem hoc anno, non habuissemus perpeti hoc, quod passi sumus in praedio. Volui enim ingredi in synodo, & rogare ut pax fieret, quatenus aliquod hereticum, id est, adunatorium fieret in medio, ut neque illi, neque illi contristarētur, hoc est, qui dicunt vnam voluntatem, & qui dicunt duas voluntates. Et profectus sum ad Theodorum patricium & strategum, & rogavi eum, quatenus ipse pro me loqueretur ad synodum, & fieret charitas & pax, quia pacem & charitatem plus omnibus diligit Deus. Et nunc, si iubetis, ut quod mihi Deus dedit de fide, conscribam Syriacē, & interpretetur Graecē. Sancta synodus dixit: Quemadmodum proprietatis indicia in sinuāsti nobis Graecē, similiter & quae fidei tuae sunt, dic tu. Constantinus presby-

TOM. 2.

ter dixit: Inducias, domini, accipia sex dierum, & scribo apud me fidem meā, & deferō eam ad sanctum vestrum concilium.

Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Iuxta propositionem tuam aduenisti ad nos, ut debeas quae fidei tuae sunt dicere: necessarium ergo existit, ut confestim, quae fidei tuae sunt, edicas nobis & modum hereticum, id est, adunatorij, quod dixisti fieri. Constantinus religiosus presbyter dixit: Ego duas naturas dico, sicut dictū est in Chalcedona, & duas proprietates, & de operationibus contentionem non habeo, sicut proprietates eas dicitis, voluntatem verò vnam dico personae Dei verbi ipsius subsistentiae. Nam si volueritis ediscere veritatem bene, quid sit hypostasis, id est, subsistentia, Graecē nescio: voluntatem verò dico esse personae Dei verbi & post incarnationem: patris quippe, filij, & spiritus sancti, vna est voluntas. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Ipsa vna voluntas, quam dicitis in dispensatione incarnationis Domini nostri Iesu Christi, diuinae eius naturae est, an humanae eius naturae? Constantinus religiosus dixit: Diuinitatis dico esse voluntatem. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Humana natura nominis nostri Iesu Christi habuit voluntatem, an non? Constantinus religiosus dixit: Naturalem etiam habuit. Habuit namque eam ab vtero vsque ad crucem, & proprietatem hanc dico, & proprietatem est. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: quid ergo? Ab ipsa cruce naturam humanam deseruit Christus? Constantinus religiosus dixit: Non mansit cum eo humana voluntas, sed mansit cum sanguine & carne: quia non indiget neque comedere, neque bibere, neque dormire, neque ambulare. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Ante hoc effatus es, quod vnam voluntatem habuit persona Dei verbi, & post hoc dixisti, quia naturalem habuit voluntatem humanitatis eius: vnde secundum sermones tuos vnam habuit personalem voluntatem & vnam naturalem, & quomodo tu vnam voluntatem sentis in Christo? Constantinus religiosus dixit: Christus deseruit & exiit eam in carne & sanguine. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Vbi itaque remansit ipsa caro & sanguis? Constantinus religiosus dixit: Exiit eam. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Quis exiit carne? Constantinus religiosus dixit: Christus. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Et humanam voluntatem simul exiit cum carne? Constantinus religiosus dixit: Etiam, domini, voluntatem illam. Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: macarius, qui fuit patriarcha Antiochie, sic credebatur ut dicitis? Constantinus religiosus dixit: Etiam, domini,

QQQQ

mini,

* substra- tegum, Psalm. 83.

* scribam

mini, sicut ego dico vnam voluntatem, ita & Macarius dicebat. Sic nanque & ex eo audiui. Sancta synodus dixit: Ita sentis, & ita perseveras vsque ad finem in hac secta? Constantinus religiosus dixit: Etiam, Domini, sic sentio, & sic credo, & non est possibile aliter. Sancta synodus exclamavit: Hæc secta Manichæorum est: Hæc est fides Apollinarij, Anathema illi cum dogmatibus suis, Nouo Manichæo anathema, Nouo Apollinario anathema, Foras mittatur Manichæus, omnibusque hereticis anathema. Et postquam expulsus est idem Constantinus, Georgius archiepiscopus huius à Deo conseruandæ regie vrbs, dixit: Ego & quidam parui, qui sub sede mea sunt venerabiles Episcopi, propter dispensationem rogam, vt si possibile est, nominatim anathematizentur personæ in exclamationibus, id est, Sergius, Pyrrhus, Paulus & Petrus. Sancta synodus dixit: Eos qui semel condemnabiles demonstrati sunt, & secundum sententiam nostram iam dudum eiectione de sacris diptychis, opportunum existit, etiam in exclamationibus hos nominatim anathematizare. Georgius sanctissimus archiepiscopus huius regie ciuitatis, dixit: Quoniam multitudinis siue multorum vbiq; concilium obtinet, necessarium est nominatim memoratas personas anathematizari. Et exclamauerunt vniuersi: Multos annos Imperatori, Constantino magno Imperatori multos annos, Orthodoxo Imperatori multos annos, Pacifico Imperatori multos annos, Constantino nouo Theodosio multos annos, Constantino nouo Iulianiano multos annos, Conseruatori recte fidei multos annos, Firmamentum ecclesiarum Domine custodi, Conseruator e fidei domine conserua, Agathonipapæ Romano multos annos, Georgio patriarche Constantinopoleos multos annos, Theophanio patriarche Antiochiæ multos annos, Orthodoxo concilio multos annos, Orthodoxo senatui multos annos, Theodoro hæretico Pharanitano anathema, Sergio hæretico anathema, Cyro hæretico anathema, Honorio hæretico anathema, Pyrrho hæretico anathema, Paulo hæretico anathema, Petro hæretico anathema, Macario hæretico anathema, Stephão hæretico anathema, Polychronio hæretico anathema, Aspergio Pergensi anathema, omnibus hereticis anathema: Omnibus qui suffragantur hæreticis, anathema: Augeatur fides Christianorum, Orthodoxo & vniuersali concilio multos annos. Gloriosissimi iudices dixerunt: Edicat sanctum & vniuersale vestrum concilium, si quicquam de his, quæ ad scrupulosiorem indagacionem pertinent, relictum est super præsentem capitulo, & debeat amplio rem scrutationem &

TOM. 2.

inquisitionem circa id adhibere sanctitas vestra. Sancta synodus dixit: Sufficenter quidem habent, quæque vsq; nunc gesta sunt ac decreta, & ad præsentem dogmaticam inquisitionem intendunt. In sequenti verò, inspiratione sancti & viuifici spiritus, definitionem recte fidei conuenienter synodaliter statuemus.

ACTIO DECIMASEPTIMA.

Definitio orthodoxæ fidei, facta in regia vrbe temporibus pijsissimi ac tranquillissimi Domini nostri Constantini magni victoris Imperatoris.

IN nomine domini & dominatoris Iesu Christi, dei & Saluatoris nostri, Imperantibus à DEO coronatis ac ferentissimis nostris dominis Flauijs, Constantino quidem pijsissimo & à DEO coronato magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore, anno vigesimo octauo, & post consulatum eius à Deo instructæ mansuetudinis anno decimo tertio, Heraclio verò atque Tiberio à Deo cõseruandis eius fratribus anno vigesimo tertio, die vndecimo mensis Septembris, in dicti decima, præposito sacratissimo sessu à Constantino pijsissimo & Christo dilecto magno Imperatore, in secretario diualis palatii, quod appellatur Trullus, & secundum iussione eius à Deo instructæ tranquillitatis, ex persona eius præsentibus atque auscultantibus cõsulibus, Georgio ex consule patricio, & curatore diualis imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso ex consule patricio, & loci seruatore comitis imperialis excubiti, Polyucto glorioso ex consule, & Petro glorioso ex consule. Conueniente quoque sancto atque vniuersali concilio, quod secundum imperiale decretum congregatum est.

Mutilo existente præ vetustate ac paginarum corruptione exemplari, desunt hoc in loco episcoporum nomina, qui huic decimeseptimæ actioni interfuerunt, cum certis alijs adiungi solitis in præmissis.

Residentibus quoque gloriosissimis patricijs & consulibus, omnibusque venerabilibus & Deo amabilibus episcopis iuxta ordinem in eodem secretario, propositis in medio sanctis atque immaculatis Christi Dei nostri Euangelijs, Theodorus Deo amabilis diaconus huius sanctissimæ DEI catholicæ & Apostolicæ magnæ Ecclesiæ, & primicerius Deo amabilem notariorum Georgij sanctissimi atque venerabilis archiepiscopi huius à Deo conseruandæ regie vrbs, dixit: Comperta habet sanctum & venerabile vestrum concilium, quæ dudum gesta sunt in vltima actione, quoniam interlocutum est sufficere quid hæc quæ acta sunt, Pollicitum est verò per diuinam gratiam Christi veri Dei in futuram, de-

finitio.

finitionem recte fidei conuenientem promulgare. Ad memoriam ergò deducimus, quid videtur? Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Ordo lèctionis de his, quæ dudum acta sunt, proueniat. Et relecta sunt. Sanctum concilium dixit: Definitio orthodoxæ fidei, quæ à nobis constituta est, relegatur. Et accipiens Agatho reuerentissimus lector & notarius Georgij venerabilis archiepiscopi à deo custodiendæ huius regie vrbs, relegit eandem definitionem, ita continentem: Sancta magna atque vniuersalis synodus, quæ per gratiam Dei & piam sanctionem Constantini pijsissimi & fidelissimi magni Imperatoris congregata est in hac à Deo conseruanda regia Constantinopoli noua Roma, in secretario diualis palatii, quod cognominatur Trullus, decreuit, quæ habentur in subditis: Vnigenitus Dei patris filius & verbu, qui per omnia similis nobis absque peccato factus est, homo Christus verus DEVS noster, p euangelicas voces flaganter prædicauit: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite. Et iterum: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Ac proinde diuinitus edita pacis doctrina deo instruyente, mansuetissimus noster Imperator institutus, propugnator quidem est recte fidei, expugnator verò prauæ doctrine, hoc sanctum vniuersale nostrum congregans collegium, totius Ecclesiæ adunauit compagem. Vnde hoc sanctum nostrum vniuersale concilium impietatis errorem nunc vsque, qui à quibusdam temporibus factus est, procul abiciens, sanctorum autem ac probabilium patrum inoffensè recto tramite iter consecutum, sanctasque & vniuersales quinque synodos, piè in omnibus eis consonuit: Trecentorum (inquimus) decem & octo sanctorum patrum, qui in Niceam conuenerunt aduersus Arrium furiosum: & qui à C. L. à Deo inspiratis viris post hanc apud Constantinopolim aduersus Macedonium impugnatores spiritus, & Apollinarem impij: similiter & ci, quæ in Epheso prius aduersus Nestorium Iudaicæ intelligentiæ, congregata est ducentorum venerabilium virorum: atque vci, quæ in Chalcedona sexcentorum triginta Deo inspiratorum patrum aduersum Eutychem & Dioscorum Deo odibiles: super has & vltimarum quinte S. synodi, quæ hic congregata est aduersus Theodorum Mopsuestenum, Origenem, Didymum & Euagrium, & scripta Theodoriti aduersum duodecim capitula laudabilis Cyrilli, & epistolâ quæ dicitur Iba, ad Marim Persam scriptâ, immutatas quidem in omnibus pietatis renouans sanctiones, prophanas verò impietatis expellens doctrinas. Et id, quod est à trecentis decem & octo patribus editum,

TOM. 2.

& dehinc à C. L. deo instituyente confirmatum est, quod etiam cætera sanctæ synodi ad extinguendam omnem pestiferam hæresim alacriter susceperunt & confirmauerunt symbolum, & hoc nostrum sanctum & vniuersale à Deo inspiratum consignauit concilium, symbolum Nicenum trecentorum decem & octo: Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, visibilium & inuisibilem factorem, & in vnum Dominum Iesum Christum filium dei, qui natus est ex patre, vnigenitum, hoc est, de essentia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de DEO vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in celo, & quæ in terra: propter nos homines & propter nostram salutem descendente de celo, incarnatumque & humanatum, passum & resurgente tertio die, & ascendente in caelum, & venturum iudicare viuos & mortuos, & in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, quia erat aliquandò, quandò non erat, & antequam nasceretur, non erat, & quia ex nihilo factus est, vel ex altera substantia vel essentia dicentes esse, aut vertibilem filium DEI, hos anathematizat catholica Ecclesia & apostolica. Et C. L. sanctorum patrum Constantinopoli congregatorum.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem celi & terræ, visibilium omnium & inuisibilem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium dei vnigenitum, qui ex patre natus est ante omnia secula, lumen de lumine, Deum verum de deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, propter nos homines & propter nostram salutem descendente de caelis, & incarnatum de Spiritu sancto & Maria virgine. Et humanatum, crucifixumque; pro nobis sub Põtio Pilato, & passum, & sepultum, & resurgente tertio die secundum scripturas, & ascendente in caelos, & sedente ad dexteram patris, & iterum vèturum cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadorandum & cõglorificandum, qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptismum in remissionem peccatorum, speramus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi, amen. Sufficiebat quidem ad perfectam orthodoxæ fidei cognitionem atque confirmationem, pium atque orthodoxum hoc diuinæ gratiæ symbolum. Sed quoniam non destitit ab exordio adiuuentor malitiæ, cooperatorem sibi serpentem inueniens, & per eum venenosam humanæ naturæ deferens mortem, & ita

QQQQ 2 organa

Definitio huius concilij sententia.

Ioan. 8. d

Ioan. 14. d

for. 4 eius quæ à

for. 4 eius

for. 4 eius

Symboli Niceni.

Symboli Constant.

organa ad propriam sui voluntatem apta reperiens, Theodorum dicimus, qui fuerat episcopus Pharan, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui fuerunt huius regiae urbis antistites, insuper & Honorium, qui fuit papa antiquae Romae, & Cyrum, qui Alexandria tenuit episcopatum, Macarium quoque, qui nuper fuerat Antiochiae praesul, & Stephanum eius discipulum, non vacauit per eos plenitudini Ecclesiae erroris scandala fufcitare, vniusve voluntatis, & vnius operationis in duabus naturis vnius de sancta Trinitate, Christi veri dei nostri, orthodoxae plebi vniuersae diffeminando haeresim consentaneam insanam ac malitiosam sectam impiorum * Apollinarii, Seueri, atque Theodotij: & perfectionem humanitatis vnius, eiusdemque Domini Iesu Christi Dei nostri, molita est per quandam dolosam adinventionem perimere, per hoc inuoluntariam & inoperatricem carnem eius, quae intellectualiter animata est, infamiter introducens. Excitauit igitur Christus Deus noster fidelissimum Imperatorem nouum Dauid, virum secundum cor suum inueniens, qui non dedit (iuxta quod scriptum est) somnum oculis suis, & palpebris suis dormitationem, donec per hunc nostrum a Deo congregatum sacrumque conuentum, ipsam rectam fidei reperit perfectam praedicationem, (secundum enim a domino editam vocem, ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum) quae praesens sancta & vniuersalis synodus fideliter suscipiens, & * expansis manibus amplectens, tam suggestionem quae a sanctissimo ac beatissimo Agathone papa antiquae Romae facta est ad Constantinum piissimum atque fidelissimum nostrum Imperatorem, quae nominatum abiecit eos, qui docuerunt vel praedicauerunt (sicut superius dictum est) vnam voluntatem & vnam operationem in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi, veri dei nostri, adaequae amplexa est & alteram synodalem suggestionem, quae missa est a sacro Concilio, quod est sub eodem sanctissimo papa centum viginti quinque Deo amabiliu episcoporum, ad eius a DEO instructam tranquillitatem, utpote consonantem sancto Chalcedonensi Concilio, & Tomo sacerrimi ac beatissimi papae eiusdem antiquae Romae Leonis, qui directus est ad sanctum Flavianum, quem & titulum recte fidei huiusmodi synodus appellauit: ad haec & synodici epistolae, quae scriptae sunt a beato Cyrillo aduersus impium Nestorium, & ad Orientales episcopos. Assequuti quoque sancta quinque vniuersalia Concilia, & sanctos atque probabiles patres, consonanterque confiteri definientes dominum nostrum Iesum Christum, verum * Dominum nostrum, vni de sancta & co-

* Deum

TOM. 2.

substantiali & vitae originem praesentem Trinitate, perfectum in Deitate, & perfectum eundem in humanitate, Deum verum, & hominem verum eundem ex anima rationali & corpore, consubstantialem patri secundum Deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia similem nobis absque peccato, ante saecula quidem ex patre genitum secundum Deitatem, in vltimis diebus autem eundem propter nos & propter nostram salutem de Spiritu sancto & Maria virgine proprie & veraciter Dei genitrice secundum humanitatem, vnum eundemque CHRISTVM filium DEI vnigenitum, in duabus naturis inconfuse, inconvertibiliter, inseparabiliter, & in vna cognoscendum, nunquam extincta harum naturarum differentia propter vnitionem, saluataque magis proprietate vtriusque naturae, & in vnam personam, & in vnam subsistentiam concurrentem, non in duas personas partitum vel diuisum, sed vnum eundemque vnigenitum filium DEVM verbum Dominum IESVM Christum, iuxta quod olim Prophetae de eo, & ipse nos dominus Iesus Christus erudiuit, & sanctorum patrum nobis tradidit symbolum, & duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes indiuisas, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse secundum sanctorum patrum doctrinam adaequae praedicamus, & duas naturales voluntates non contrarias, (absit) iuxta quod impij assererunt haeretici, sed sequentem eius humanam voluntatem, & non resistentem vel reluctantem, sed potius & subiectam diuinae eius atque omnipotentis voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moueri, subiici verum voluntati diuinae, iuxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim eius caro, Dei verbi dicitur & est, ita & naturalis carnis eius voluntas, propria DEI verbi dicitur & est, sicut ipse ait: Quia descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me, patris, suam propriam dicens voluntatem, quae erat carnis eius. Nam & caro propria eius facta est. Quemadmodum enim sanctissima atque immaculata animata eius caro deificata est, non est perempta, sed in proprio sui statu & ratione permansit: ita & humana eius voluntas deificata, non est perempta, saluata est autem magis secundum Deiloquum Gregorium dicentem: Nam illius velle, quod in saluatore intelligitur, non est contrarium Deo: deificatum est totum. Duas verum naturales operationes indiuisas, inconvertibiliter, inconfuse, inseparabiliter in eodem Domino nostro Iesu Christo, vero DEO nostro glorificamus, hoc est, diuinam operationem & humanam operationem, secundum diuinum praedicatorum Leonem, apertissime asserentes. Agit enim vtraque forma

Leo papa primus in epist. 10.

ma

ma cum alterius communionem, quod proprium est, verbo scilicet operate quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Nec enim in quoquam vna dabimus naturalem operationem Dei & creaturam, ut neque quod creatum est, in diuinam educamus essentiam: neque quod eximum est diuinam naturam, ad competentem creaturis locum deiciamus. Vnius enim eiusdemque tam miracula, quamque passiones cognoscimus, secundum aliud & aliud eorum, ex quibus est naturis, & in quibus habet esse, sicut admirabilis inquit Cyrillus. Vnde igitur inconfusum atque indiuisum conseruantes, breui voce cuncta proferimus vnum sanctae Trinitatis, & post incarnationem Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum nostrum esse credentes, asserimus duas eius esse naturas in vna eius radiantibus subsistentia, in qua tam miracula, quamque passiones per omnem sui dispensationem conuersatus, non per phantasmam, sed veraciter haec demonstrauit, ob naturalem differentiam in eadem vna subsistentia cognoscenda, dum cum alterius communionem vtraque operetur: iuxta quam rationem, & duas naturales voluntates & operationes consistemus, ad salutem humani generis conuenienter in eo concurrentes. His igitur cum omni vndique cautela atque diligentia a nobis formatis, definiamus aliam fidem nulli licere proferre aut conscribere, componereve aut sapere, vel etiam aliter docere. Qui vero praesumpserit fidem alteram componere, vel proferre, vel docere, vel tradere, aut symbolum volentibus conuerti ad agnitionem veritatis ex gentilitate, vel Iudaismo, aut ex qualibet haeresi, aut qui nouitatem vocis, vel sermonis adinventionem ad subuersionem eorum, quae nunc a nobis determinata sunt, introducere: hos, si quidem episcopi fuerint aut clerici, alienos esse episcopos quidem ab episcopatu, clericos verum a clero: sin autem monachi fuerint vel laici, etiam anathematizari eos.

ET SVBSCRIPTIONES.

Theodorus humilis presbyter sanctae Romanae ecclesiae, locum gerens, Agathonis ter beatissimi vniuersalis papae vrbis romae, subscripsi. Georgius humilis presbyter, sicut supra. Ioannes humilis diaconus, sicut supra. Georgius misericordia DEI episcopus Constantinopoleos nouae Romae, definiens subscripsi. Petrus misericordia DEI presbyter, & locum seruans Apostolicae sedis Alexandrinae magnae ciuitatis, subscripsi. Theophanes misericordia Dei episcopus Theopoleos, id est, Antiochia, definiens subscripsi. Georgius humilis presbyter, locum gerens Theodori Deo ama-

TOM. 2.

bilis presbyteri, & locum seruatis Apostolicae sedis sanctae Christi Dei nostri Hierosolymorum ciuitatis, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Theffalonicensis ciuitatis, & Apostolicae sedis Romae legatus, definiens subscripsi. Theodorus misericordia DEI episcopus ciuitatis Thremethuntanae insulae Cypri, definiens subscripsi. Theodorus humilis presbyter sanctae Rauennatis ecclesiae, locum gerens Theodori beatissimi archiepiscopi, subscripsi. Ioannes indignus episcopus sanctae Portuensis ecclesiae, legatus totius Concilij sanctae sedis Apostolicae vrbis Romae, definiens subscripsi. Stephanus misericordia Dei episcopus. Corinthi, & legatus Apostolicae sedis antiquae Romae, definiens subscripsi. Basilius misericordia Dei episcopus & metropolita ciuitatis Gortynae insulae Cretae, & legatus totius concilij Apostolice principalis sedis antiquae Romae, definiens subscripsi.

Abundantius humilis episcopus sanctae Ecclesiae ciuitatis * Tempiana, legatus totius Concilij sanctae sedis Apostolicae vrbis Romae, definiens subscripsi. Ioannes indignus episcopus sanctae ecclesiae Rhegitanae, legatus totius concilij sanctae sedis Apostolicae vrbis Romae, definiens subscripsi. Philalithes indignus episcopus Caesareae magnae ciuitatis primae Cappadociae prouinciae, & primatum habens, Ponticae dispensationis, definiens subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus Ephesiorum metropolis Asiana prouinciae, & primatum habens Asiana dispensationis, definiens subscripsi. Sifinnius misericordia DEI episcopus Heracleae metropolis prouinciae Europaeorum, definiens subscripsi. Platon misericordia Dei episcopus Ancyrae metropolis primae Galatiae prouinciae, definiens subscripsi. Georgius misericordia DEI episcopus Cyzici metropoleos prouinciae Helleponti, definiens subscripsi. Marinus indignus episcopus Sardeorum, metropolis prouinciae Lydiae, definiens subscripsi. Petrus indignus episcopus Nicomediae metropolis Bithyniae prouinciae, definiens subscripsi. Photius misericordia Dei episcopus Niceae metropolis Bithyniae prouinciae, definiens subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Chalcedonensis metropoleos Bithyniae prouinciae, definiens subscripsi. Ioannes DEI misericordia episcopus * Sidenis, metropolis Pamphyliae prouinciae, definiens subscripsi. Ioannes misericordia DEI episcopus Amasiae, metropolis * Helenoponti prouinciae, definiens subscripsi. Theodorus misericordia DEI episcopus Melitenensis metropoleos primae Armeniae prouinciae, definiens subscripsi. Iustinus misericordia DEI episcopus Tyanensis, metropolis secundae Cappadociae

* Paterna,

0000 3 cie

ciae provinciae, definiens subscripsi. Alypius Dei misericordia episcopus Gangrensis metropolis Paphlagoniae provinciae, definiens subscripsi. Cyprianus misericordia Dei episcopus Claudiopoleos Honoriadis provinciae, definiens subscripsi. Ioanes misericordia Dei episcopus Pessinuntis, metropolis secundae Galatiae provinciae, definiens subscripsi. Polyuctus misericordia Dei episcopus Myrorum, metropolis Lycaiae provinciae, definiens subsc. Theodorus misericordia dei episcopus Stauropoleos, metropolis Carię provinciae, definiens subsc. Tiberius misericordia dei episcopus Laodiceę metropoleos Phrygiae Pacatianę provinciae, definiens subsc. Cosmas misericordia Dei episc. Synnadorum, metrop. Phrygiae Salutaris provinciae, definiens subsc. Constantinus misericordia Dei episc. Baratheni ciuit. Lycaoniae provincie, & locum gerens Pauli sanctiss. metropolis Iconie, definiens subsc. Stephanus misericor. dei episc. Antiochia, metropolis Pifidia provinc. definiens subsc. Ioannes miseric. Dei episc. Pergae, metropoleos Pamphylie prou. definiens subsc. Theopemptus misericordia dei episc. Iustinianopoleos siue mostenoru, metropoleos secundae Cappadociae, definiens subsc. Ildorus misericordia dei episc. Rhodi, metropolis Cycladiu insularum, definiens subsc. Sifinnius misericordia dei episc. hierapoleos, metrop. Phrygiae Pacatianae, definiens subsc. Theodorus misericordia dei episc. Tarsensis, metropolis prime Cilicie provincie, definiens subsc. Stephanus misericordia Dei episc. Anazarbi, metropolis secundae Cilicie provinciae, definiens subsc. Macrobius miseric. Dei episc. Seleucia metropolis Ifaurie, definiens subsc. Ioannes humilis episc. Atheniensium ciuit. & legatus S. concilij Apostolicae sedis antiquae Romae, definiens subsc. Georgius misericordia Dei episc. Byziae ciuitatis provinciae Thraciae, definiens subsc. Theodorus misericordia Dei episc. Pompeiopleos, metropolis Paphlagoniae provinciae, definiens subsc. Zacharias misericordia dei episc. Leontopoleos Ifauriae provincie, definiens subsc. Georgius misericordia Dei episc. Mitylenae ciuit. Lesborum insulae, definiens subsc. Georgius episc. indignus Miletiorum ciuitatis Cariae provinciae, definiens subsc. Sergius misericordia Dei episcopus Selymbriae ciuitatis Europaeoru provincie Thraciae, definiens subscripsi. Andreas misericordia Dei episcopus Methymnae Lesborum insulae, definiens subscripsi. Theognius misericordia Dei episcopus ciuitatis Chioru Bithyniae provinciae, definiens subscripsi, per manus Georgij diaconi & dispensatoris sanctae ecclesie mee, pro infirmitate qua detineor. Alexander misericordia dei episcopus, ciuitatis Coraiorum Ifauriae provinciae, definiens subscripsi. Epiphanius miseri-

TOM. 2.

cordia Dei episcopus Euchaitorum * Helenoponti provinciae, definiens subscripsi. Ioannes misericordia dei episcopus Heracleopoleos ciuitatis secundae Armeniae provinciae, definiens subscripsi. Petrus misericordia Dei nostri Iesu Christi episcopus. Sozopoleos Thraciae, definiens subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus ciuitatis Stoborum, definiens subscripsi. Stratonicus misericordia Dei episcopus Solorum ciuitatis Cypri insulae, definiens subscripsi. * Tychon misericordia dei episcopus ciuitatis Citij insulae Cypri, definiens subscripsi. Ioannes misericordia Dei episc. Argoru ciuitatis, definiens subscripsi. Theodosius misericordia DEI episcopus Lacedaemoniorum ciuitatis, definiens subscripsi. Ioannes humilis episcopus ciuitatis Lappis Cretae insulae, definiens subscripsi. * Gregorius misericordia dei episcopus Candani ciuitatis insulae Cretae, definiens subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Nyssena ciuitatis primae Cappadociae provincie, definiens subsc. Theodorus misericordia Dei episcopus Thermenae ciuitatis primae Cappadociae, definiens subscripsi. Georgius gratia Dei nostri episcopus ciuitatis * Camulianorum, definiens subscripsi. Theodorus humilis episcopus. Iustinianopoleos Armeniae, definiens subscripsi. Georgius misericordia Dei episc. regionis Daraniteos, hoc est, ciuitatis Analiborum, definiens subscripsi. Zoius misericordia dei episcopus Chrysopeleos siue Diosforu (quod est, Iouis tumulus) Asianae provincie, definiens subscripsi. Theodorus misericordia Dei episc. ciuitatis Pergami Asianae regionis, definiens subsc. Theodorus misericordia DEI episcopus Mastaurorum ciuitatis Asianae provinciae, definiens subscripsi. Antonius misericordia Dei episc. Hypeporum ciuitatis Asianae provinciae, definiens subsc. Patricius misericordia dei episc. Magnesia ciuitatis circa Maandrum Asianae provinciae, definiens subsc. Ioannes episcopus ciuitatis Amathuntoru, definiens subscripsi. Sifinnius misericordia Dei episcopus ciuitatis Nyssae Asianae provinciae, definiens subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus ciuitatis Adramyteorum, subscripsi. Reginus misericordia dei episcopus. Panis ciuitatis provincie Europae, definiens subscripsi. Martyrius episcopus misericordia DEI ciuitatis Iulio-poleos primae Galatiae, definiens subscripsi. Michael misericordia Dei episcopus. Aspontanae ciuitatis primae Galatiae provinciae, definiens subscripsi. Platon misericordia Dei episcopus Cinnorum ciuitatis primae Galatiae provinciae, definiens subscripsi. Genesius humilis episcopus * Anaftasiopolitanae ciuitatis, definiens subsc. Andreas misericordia Dei episcopus ciuitatis Minicae, definiens subsc. Stephanus misericordia Dei episcopus

* Thycon

* Georgi

* Camelianorum

scopus Vranopoleos ciuitatis primae Galatiae provinciae, definiens subscripsi. Cyricus misericordia Dei episcopus Adrianensis Helleponti provinciae, definiens subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus ciuitatis Melitopoleos Helleponti provinciae, definiens subscripsi. Mercurius misericordia Dei episcopus ciuitatis * Poemaninae Helleponti provinciae, definiens subscripsi. Andreas episcopus ciuitatis * Selandi Lydiae provinciae, definiens subscripsi. Ioannes misericordia DEI episcopus ciuitatis Philadelphiae Lydiae provinciae, definiens subscripsi. Ioannes misericordia DEI episcopus ciuitatis Septorum Lydiae provinciae, definiens subscripsi. Theodotus misericordia DEI episcopus ciuitatis Dalde Lydiae provinciae, definiens subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Dascyliensium ciuitatis Bithyniae provinciae, definiens subscripsi. Sifinnius misericordia Dei episcopus Bafilionopoleos Bithyniae provinciae, definiens subscripsi. Georgius misericordia dei episcopus ciuitatis Cadena Bithyniae provinciae, definiens subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus Pricnae ciuitatis Bithyniae provinciae, definiens subscripsi. Polychronius misericordia Dei episcopus Theopoleos Bithyniae provincie, definiens subscripsi per Theodosiu archipresbyterum meum propter senectutem meam. Theodorus misericordia Dei episcopus ciuitatis Caesaree Bithyniae provinciae, definiens subscripsi. Anastasius humilis episcopus Theodotianoru ciuitatis siue Apolloniadis, definiens subscripsi. Theodorus misericordia DEI episcopus * Iustiniapoleos Bithyniae provinciae, definiens subscripsi. Mennas misericordia Dei episc. ciuitatis Carbaliae Pamphyliae provinciae, definiens subscripsi. Cosmas misericordia Dei episcopus ciuitatis Conanensium Pamphyliae provincie, definiens subscripsi. Niceta misericordia DEI eps ciuitatis Coracesij, definiens subscripsi. Theodorus misericordia Dei eps ciuitatis Verise secundae Armeniae provinciae, definiens subsc. Callinicus misericordia DEI eps Colonae ciuitatis magna Armeniorum provincie, definiens subsc. Tiberius gratia Christi eps * Amyfi ciuitatis Helenoponti provinciae, definiens subsc. Ioannes gratia Christi episc. Andrapenorum ciuitatis Helenoponti provinciae, definiens subscripsi. Sergius misericordia Dei episc. Sinopsis ciuitatis, definiens subsc. Theodorus misericordia DEI episc. Iborensis * Helleponti provinciae, definiens subsc. Theodorus misericordia Dei episcopus Trapezuntine ciuitatis, definiens subscripsi. Anastasius misericordia dei episcopus ciuitatis Polemonij, definiens subscripsi. Georgius misericordia Dei episcopus Archis ciuitatis pri-

* Celadig

* Amyzon

Incertum, Helenoponti, an Helleponti.

TOM. 2.

mae Armenie provinciae, definiens subscripsi. Ioannes indignus episcopus Faustino-politanae ciuitatis secundae Cappadociae provinciae, definiens subscripsi. Georgius humilis episcopus ciuitatis Iunopolitanae, definiens subscripsi. Phocas misericordia Dei episcopus ciuitatis * Daedalorum, definiens subscripsi. Plato misericordia Dei episcopus Adrianopoleos ciuitatis Honoriados provinciae, definiens subscripsi. Georgius misericordia Dei episcopus ciuitatis Cratae, definiens subscripsi. Dometius misericordia Dei episcopus Prusiadelis ciuitatis, definiens subscripsi. Stephanus humilis episcopus Heracleae Ponti, definiens subscripsi. Longinus misericordia Dei episcopus ciuitatis Tij, definiens subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus ciuitatis Comang, definiens subscripsi. Theophylactus misericordia Dei episcopus ciuitatis Cerafuntis, definiens subscripsi. Salomon misericordia DEI episcopus ciuitatis Clanei secundae Galatiae provincie, definiens subscripsi. Theodorus misericordia Dei episc. ciuitatis Amurij, definiens subscripsi. Georgius misericordia Dei episcopus ciuitatis Oenandi Lyciae provinciae, definiens subscripsi. * Zymarchus misericordia DEI episcopus ciuitatis * Sydimae Lyciae provincie, definiens subscripsi. Ioannes humilis episcopus ciuitatis Erefforum Cariae provinciae, definiens subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus ciuitatis Carię provinciae, definiens subscripsi. Patricius misericordia Dei episcopus Eleusenae ciuitatis Phrygiae Pacatianae provincie, definiens subscripsi. Cyricus misericordia Dei episcopus ciuitatis Ancyrae Phrygiae Cappadociae provinciae, definiens subscripsi. Petrus misericordia DEI episcopus ciuitatis Apyrae Phrygiae Pacatianae provinciae, definiens subscripsi. Alexander indignus episc. ciuitatis Nacoliae Phrygiae Salutarie provincie, definiens subsc. Paulus humilis eps ciuitatis Sozopolitanae Pifidiae provincie, definiens subsc. Constantinus humilis eps Tymbrianae ciuitatis Pifidiae provinciae, definiens subsc. Marinus humilis eps ciuitatis Philomelij Pifidiae provinciae, definiens subsc. Plato humilis episc. Magidorum ciuitatis Pamphyliae provincie, definiens subsc. Plustanus humilis eps ciuitatis Silui Paphyliae provinciae, definiens subsc. Theodorus misericordia Dei eps Nazianzi ciuitatis, definiens subscripsi. Theodorus misericordia Dei episc. ciuitatis * Doricensis, definiens subscripsi. Georgius misericordia Dei eps insulae Coensium, definiens subscripsi. Georgius misericordia Dei episc. insulae Chiorum, definiens subscripsi. Stephanus humilis episcopus insulae Paros, definiens subscripsi. Sergius misericordia DEI episcopus ciuitatis insulae Naxiae, definiens

* Tabradorum,

* Sedyma

* Doriori

QQQ 4 sub-

*Tinni

subscripti. Demetrius humilis episcopus ciuitatis insulae * Thyniae, definiens subsc. Georgius misericordia Dei episcopus ciuitatis insulae Therae, definiens subscripti. Constantinus misericordia Dei episcopus Dalisandis Iauriae prouinciae, definiens subscripti. Theodoros misericordia Dei episcopus ciuitatis Olbiorum Iauriae prouinciae, definiens subscripti. Ioannes misericordia Dei episcopus Coryci ciuitatis primae Ciliciae prouinciae, definiens subscripti. Ioannes misericordia Dei episcopus ciuitatis Adanae primae prouinciae Ciliciae, definiens subscripti. Eulalius misericordia Dei episcopus Cynopoleos Iauriae prouinciae, definiens subscripti. Georgius misericordia Dei episcopus ciuitatis Flauiadis secundae Ciliciae prouinciae, definiens subscripti. *Hirenachus humilis diaconus amastridis sanctae Dei Ecclesiae, & locum tenens * Comitum sanctissimi mei episcopi eiusdem Amastridis ciuitatis, subscripti. Eutyrius misericordia Dei episcopus ciuitatis insulae meli, definiens subscripti. Cosmas indignus episcopus ciuitatis Cortenorum, definiens subscripti. Dometius misericordia Dei episcopus ciuitatis Prymae prouinciae, definiens subsc. Leontius misericordia DEI episcopus Helenopolitanae ciuitatis, definiens subscripti. Theodosius misericordia Dei episcopus ciuitatis Sibiliorum Lyciae prouinciae, definiens subscripti. Constantinus misericordia Dei episcopus ciuitatis Lampfaci, definiens subsc. Ioannes misericordia Dei episcopus Adrianopoleos Bithyniae prouinciae, definiens subscripti. Theodoros misericordia DEI episcopus Sebastenorum metropolis, definiens subsc. Syllanus misericordia DEI episcopus insulae Lemniorum, definiens subscripti. Ilidoros misericordia Dei episcopus Abydorum ciuitatis, definiens subscripti. Andreas misericordia Dei episcopus Neapolitanae ciuitatis Cariae prouinciae, per Theodoros metropolitanum meum subscripti propter infirmitatem, qua detineor. Ioannes misericordia Dei episcopus insulae Carpathi, definiens subscripti. Dauid misericordia Dei diaconus Bosphoritanae sanctae Dei Ecclesiae, & locum gerens Andree sanctissimi episcopi mei, subscripti. Theodoros indignus episcopus Phasidis Lazigae prouinciae, definiens subscripti. Citonatus indignus episcopus sanctae Ecclesiae Caralitanae insulae Sardiniae, definiens subscripti. Theodoros misericordia Dei episcopus Aureliopoleos Libyae prouinciae, definiens subsc. Sancta synodus exclamauit: Multos annos Imperatori, CHRISTO dilecto Imperatori multos annos, Orthodoxe omnes credimus, Illuminatorem pacis Domine conferua, Martiano nouo Constantino aeterna memoria, Nouo Iustiniano Constantino aeterna memoria. Qui depouit haereticos, Do-

*Comitij

mine conferua. Nestorio haeretico, Eutyrii, atque Seuero anathema. Similia eis sapientibus anathema. Theodoro Pharanitano anathema, Sergio & Honorio anathema, pyrro & Paulo anathema, Cyro & Petro anathema, Macario & Stephano anathema, Polychronio nouo Simoni, & omnibus haereticis, anathema. His qui praedicauerunt, vel praedicant, & sperant docere uiam uoluntatem & uiam orationem in incarnationis dispensatione Christi ueri DEI nostri, anathema.

ACTIO XVIII.

IN nomine Domini & Dominatoris Iesu Christi, Dei & Saluatoris nostri, imperantibus pijsissimis & a Deo coronatis ac serenissimis dominis nostris Flauijs, Constantino quidem mansuetissimo, & a Deo decreto magno principe, perpetuo Augusto & Imperatore, anno uigesimo octauo, & post consulatum eius a Deo instructae serenitatis anno tertio decimo, Heraclio autem & Tiberio a Deo conseruandis eius fratribus anno uigesimo tertio, sextadecima die mensis Septembris, indictione decima. Praesidente eodem pijsissimo, & a Christo dilecto Constantino magno Imperatore in secretario dualis palatii, quod cognominatur Trullus. Et per iussione a DEO instructae tranquillitatis praesentibus & audientibus, Niceta glorioso exconsule patricio, & magistro imperialis officiorum, Theodoro glorioso exconsule patricio, & comite imperiali obsequij, & * substratego Thraciae, Sergio exconsule patricio & militari logotheta, Constantino exconsule patricio & curatore regiae domus Hormisdas, Anastasio exconsule patricio, & loci seruate comitis imperialis excubiti, Ioanne glorioso exconsule patricio & quaestore, Polyucto glorioso exconsule, Thoma glorioso exconsule, Paulo glorioso exconsule, & dispensatore Orientalium regionum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule, & domestico imperiali mensae. Conueniente quoque & sancto uniuersali Concilio, quod per imperialem sanctionem congregatum est in hac regia & a Deo custodienda ciuitate, id est, Theodoro & Georgio uenerabilibus presbyteris, & Ioanne reuerendissimo diacono, locum exhibitibus Agathonis sanctissimi & beatissimi papae Apostolicae sedis antiquae Romae, & Georgio uenerabili sanctissimo archiepiscopo huius magnisae Constantinopolis nouae Romae, & Petro DEO amabili presbytero & monacho, & loci seruate pontificalis magne ciuitatis Alexandrinorum, & Theophane uenerabili atque sanctissimo Archiepiscopo Theopoleos Antiochiae, & Georgio

i. suppre-tore

*Thre-
*Tre-

Georgio DEO amabili presbytero & monacho, & responfali Theodori uenerabilis loci seruatoris sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo Thesalonicensi, Theodoro episcopo * Trimethuntorum, locum exhibente Epiphanijs DEO amabilis Archiepiscopi insulae Cypri, Theodoro Deo amabili presbytero, & locum agente Theodoro Deo amabilis archiepiscopi Rauennae, Ioanne episcopo ciuitatis Portuensis, Stephano episcopo Corinthi, Basilio episcopo ciuitatis Gortyna insulae Cretae, Abundantio episcopo ciuitatis Paternensis, & Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanae, locum exhibitibus uia cum Ioanne DEO amabili episcopo ciuitatis Portuensis uenerabilis Concilij, quod circa antiquam Romanam est. centum uiginti quinque reuerendissimorum episcoporum, qui & per proprias subscriptiones insinuantur in suggestione, quae ab eis facta est ad pijsimum Constantinum Imperatorem, Phililthe episcopo Caesareae Cappadociae, Theodoro episcopo Ephesi, Sifinnio episcopo Heracliae Thraciensis, Platone episcopo Ancyrae Galatae, Georgio episcopo Cyziceno, Marino episcopo Sardorum prouinciae Lydiorum, Petro episcopo Nicomediensi, Phorio episcopo Niceno, Ioanne episcopo Chalcedonensi, Ioanne episcopo Sydae, Ioanne episcopo Amasiae, Theodoro episcopo Meliteno, Iustino episcopo Tyanensi, Alypio episcopo Gangressi, Cypriano episcopo Claudiopolitano prouinciae Honoriadis, Ioanne episcopo Pessinuntorum, Polyucto episcopo Myrorum Lyciae, Theodoro episcopo Stauroopolitano Cariae, Tiberio episcopo Laodiceae Phrygiae, Cosma episcopo Synnadorum, Constantino episcopo * Barathis, locum exhibente Pauli episcopi Iconij, Stephano episcopo Antiochia Pisdiae, Ioanne episcopo Pergeno, Theopempto episcopo Iustinianopolitano seu Mosteno, Ilidoros episcopo Rhodio, Sifinnio episcopo Hierapolitano Phrygiae, Theodoro episcopo Tarfensi, Stephano episcopo Anazarbensi, Macrobio episcopo Seleucia Iauriae, Georgio episcopo Byziae Thraciae, Theodoro episcopo Pompeiopolitano, Zacharia episcopo Leontopolitano Iauriae, Gregorio episcopo Mitylenensi, Georgio episcopo Mileteno, Sergio episcopo Selymbriae, Andrea episcopo Methymnensi, Theognio episcopo Chienti, Alexandro episcopo Coeteianorum Iauriae regionis, Epiphanijs episcopo Euchaitorum, Ioanne episcopo Heraclaeopolitano, Petro episcopo Mefembriae, Petro episcopo Sozopoleos Thraciae, Ioanne episcopo Stoborum, Ioanne episcopo Athenarum, Ioanne episcopo Argorum, Theodosio episcopo Lacedaemoniorum, Ioanne episcopo Lappis,

TOM. 2.

Gregorio episcopo Candani, Stratonico Episcopo Solorum, & Thycone Episcopo Citij, utriusque de synodo existentibus CHRISTO amabilis insulae Cypriorum, Ioanne episcopo Nysseno, Theodoro episcopo Imperialium Thermarum, Georgio episcopo * Camulianorum, Zoito episcopo Chryfopolitano siue * Diofforum, quod est Iouis * sacrum, regionis Asiano. * Diofforum, Theodoro episcopo Pergami, Theodoro episcopo Mastaurorum, Theodoro episcopo Adramytene, Patricio episcopo Magnesia, Antonio episcopo Hypeporum, Ioanne episcopo Amathuntorum, Sifinnio episcopo Nysorum, Rhegino episcopo Panienfi, Martyrio episcopo Iuliano politano Galatae, Michaelis episcopi Asponensi, Platone episcopo Cynnensi, Genesio episcopo Anastasiopolitano, Stephano episcopo Vranopolitano, Andrea episcopo Miniceno, Mercurio episcopo Pemanino, Ioanne episcopo Miletopolitano, Constantino episcopo Lampsaceno, Cyrico episcopo Adrianensi, Ioanne episcopo Philadelphiae, Andrea episcopo Celandino, Ioanne episcopo Septorum, Theodoro episcopo Daldeno, Ioanne episcopo Dascylino, Ioanne episcopo Adanorum, Sifinnio episcopo Basiliopolitano, Theodoro episcopo Prienetino, Leontio episcopo Helenopolitano, Georgio episcopo Gallorum, Theodoro episcopo Caesareae Bithyniae, Polychronio episcopo Theopolitano siue Pruseno, Anastasio episcopo Theodosianorum siue Apolloniadis, Theodoro episcopo * Iustinianopolitano Gordi, Menna episcopo Carbiae Pamphyliae, Cosma episcopo Conanensi, Niceta episcopo Coraceseno, Theodoro episcopo Veriseno, Callinico episcopo Coloniae Armeniae, Theodoro episcopo * Amyfeno, Ioanne episcopo Andrapenorum, Theodoro episcopo Iborum, Sergio episcopo Sinopeno, Georgio episcopo Archensi, Ioanne episcopo Faustopolitano, * Hirenarcho religioso diacono, locum exhibitente * Comitij episcopi Amastridis, Georgio episcopo Iunopolitano, Phoca episcopo * Iabrudorum, Platone episcopo * Daldenopolitano honoriadis, Georgio episcopo Cratae, Dometio episcopo Prusiadis, Stephano episcopo Heraclae Ponti, Longino episcopo Tieno, Anastasio episcopo Polemouensi, Ioanne episcopo Comanorum, Theophylacto episcopo Cerasunthorum, Theodoro episcopo Trapezuntorum, Salomone episcopo * Claneno, Theodoro episcopo Amurino, Zimarcho episcopo * Sedymorum, Georgio episcopo Oenan-dorum, Ioanne episcopo Eressorum, Ioanne episcopo Myndi, Patricio episcopo Eleusorum, Cyrico episcopo Ancyrano, Petro episcopo Apyrae, Alexandro episco-

*Camele-norum
*Dioffor-tumulus

*Iustino-polis Gor-diu come

*Amyffe-no

*Comitij

*Daldenopolitano

*Cleone-no

*Sydimorum

episcopo Nacolia, Dometio episcopo Prymneseno, Theodosio episcopo Sibliorum, Paulo episcopo Sozopolitano Pisidia, Cosma episcopo Cotteno, Marino episc. Philomelij, Constantino episcopo Tymbrionensi, Platone episcopo Magidorum, Plufiano episcopo Siluano, Theodoro episc. Nazianzeno, Theodoro episc. * Doriorum, Georgio episcopo Coens, Georgio episc. Chiorum, Stephano episcopo Pario, Georgio episc. Naxia, Demetrio episcopo * Tinnensi, Georgio episcopo Therensi, Eutychio episcopo Melos, Ioane episc. Coryci, Ioanne episcopo Adrianoru, Georgio episcopo Flauiadis, Eulalio episcopo Cynopolitano, Constantino episc. Dalifandi, Theodoro episcopo Olbis, Georgio religioso presbytero & monacho monasterij Renati, quod situm est apud antiquam Romam, Conone & Stephano presbyteris & monachis monasterij, quod cognominatur domus Arsitia, similiter situm apud antiquam Romam, Leontio religioso diacono & monacho monasterij, quod cognominatur Cellae nouae, pariter situm apud antiquam Romam. Residentibus itaque gloriosissimis patricijs & consulibus, & omnibus metropolitanis episcopis, propositis in medio sanctis & intemeratis CHRISTI Dei nostri Euangelijs, Theodorus Deo amabilis diaconus huius sanctissimae Dei Catholicae & Apostolicae magnae Ecclesiae, & primicerius DEI O amabilium notariorum Georgij venerabilis atque sanctissimi patriarchae Constantinopolitani, dixit: Maxima pietatis existit cognitio, tranquillissime Domine, principaliter, quae ad culturam diuinitatis attinet, praecipuam diligentiam adhibere: dehinc causas, quae CHRISTO amabili Reipublicae competunt, recta consideratione dirigere, quod profecto * benignè peragitis, maifestissimè omnem quidem secularium causarum sollicitudinè reponès, pro diuinis verò curam & studium per Spiritu sancti gratiam assumens. Et hic vester est acceptabilis ornatus, pietatem aduersus diaboli accersire malitiam, & contra impietatis eius cohortem, sacrum aggregare collegium, hoc consultò agimus sanctum & magnum atque vniuersale collegium, quod (sicut congruè fuerat) cum plurima & quata debuit sedulitate ex multis diebus super immaculata nostra Christianorum fide, quod agendum fuerat, gefit, propugnatricem adeptum vestram pietatem: diffensionem verò quae quoquo modo exorta est aduersus rectitudinem fidei, post tergum effecit, innixa quidem veritatis doctrinis, corroborata verò beatissimorum patrum irreprehensibilibus & verè diuinis traditionibus, ex ipsis auctorum scriptis in vnoquoque quae prouenerunt, considerandum est. Definitio-

TOM. 2.

nem autem nunc promulgauit sine mendacio diuinarum scripturarum vigore polentem, sanctorumque patrum doctrina superscriptam, ad confirmationem quidem rectorum veritatis dogmatum, gloriam verò pij vestri Imperij, & hanc praemanibus deferimus vestrae serenitatis proposito recensendam. Constantinus piissimus Imperator dixit: Quae memorata est definitio, relegatur. Et accipiens Agatho religiosus lector & notarius Georgij venerabilis atque sanctissimi Archiepiscopi huius à DEO conseruandae regiae vrbs, eandem definitionem relegit in his verbis: Sanctum & vniuersale magnum concilium, quod per gratiam DEI & piam sanctionè Constantinii piissimi ac fidelissimi magni Imperatoris, congregatum est in hac à DEO conseruanda regia * Constantinorum vrbe noua Roma, in * secreto diualis palatii, quod cognominatur Trullus, definitio quae subter annexa sunt. Et quia iam in superiore actione definitio fidei scripta est, in actione hac non eam scripsi, sed episcoporum subscriptiones & Imperatoris tantum.

Theodorus humilis presbyter sanctae ecclesiae Romanae, & locum gerens Agathonis beatissimi & vniuersalis papae vrbs Romanae, subsc. Georgius humilis presbyter sanctae ecclesiae Romanae, & locum gerens Agathonis beatissimi & vniuersalis papae vrbs Romanae, subsc. Ioannes humilis diaconus sanctae ecclesiae Romanae, & locum gerens Agathonis beatissimi & vniuersalis papae vrbs Romanae, subsc. Georgius miserante DEO episcopus Constantinopoleos nouae Romanae, definiens subscripsi.

Petrus presbyter & locum seruans apostolicae sedis Alexandrinae magne ciuitatis, subscripsi. Theophanes misericordia Dei episcopus Theopoleos seu Antiochie, subscripsi. Georgius presbyter & locum gerens Theodori Deo amabilis presbyteri, & loci seruatoris apostolicae sedis sanctae Christi Dei nostri ciuitatis Hierosolymorum, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Theffalonicèsis, & vicarius apostolicae sedis Romae & legatus, subscripsi.

Theodorus misericordia Dei episcopus ciuitatis * Trimethuntorum insulae Cypri, locum gerens Epiphaniij sanctissimi archiepiscopi, definiens subscripsi. Theodorus humilis presbyter, & locum gerens Theodori beatissimi archiepiscopi ciuitatis Raennae, subscripsi. Ioannes indignus episcopus sanctae ecclesiae Portuentis, & legatus totius concilij sanctae atque Apostolicae Ecclesiae sedis vrbs Romanae, subscripsi.

Stephanus misericordia Dei episcopus Corinthi, & legatus Apostolicae sedis vrbs Romanae, subscripsi. Basilius misericordia Dei episcopus Gortynae metropolis Cretae insulae

* Constantinopoli
* secreta-
rio

insulae, & legatus sancti concilij Apostolicae sedis antiquae Romae, definiens subscripsi.

Abundantius misericordia Dei episcopus Tempfanæ ciuitatis, & responsalis totius concilij sanctae & Apostolicae sedis Romae, subscripsi. Ioannes indignus episcopus Rhegij, & responsalis totius concilij sanctae & Apostolicae sedis Romae, definiens subscripsi. Philalithes misericordia Dei episcopus Caesaree metropolis primae Cappadociae regionis, & primae Poticæ dioceseos, subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus Ephesi metropolis primae Asiae dioceseos, definiens subscripsi.

Sifinnius misericordia Dei eps heracleae metropolis europeiore diocesis, definiens subscripsi. Plato misericordia Dei episc. Ancyrae metropolis primae Galatiae regionis, definiens subscripsi. Georgius misericordia Dei episcopus Cyzici metropolis Helleponti regionis, definiens subscripsi.

Marinus misericordia Dei episc. Sardis metropolis Lydiae regionis, subscripsi.

Petrus indignus episcopus Nicomediae metropolis prouinciæ Bithyniae, subscripsi.

Photius misericordia Dei episcopus Nicæae metropolis Bithyniae regionis, definiens subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Chalcedonae metropolis Bithyniae regionis, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Sidis metropolis Pamphyliae regionis, definiens subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Amasie metropolis Helenoponti, definiens subscripsi.

Theodorus misericordia Dei eps Melitenae metropolis primae Armeniorum regionis, subscripsi. Iulstinus misericordia Dei episcopus Tyanæ metropolis secundae Cappadociae regionis, subscripsi. Alypius misericordia Dei episcopus Gangrae metropolis Paphlagoniae regionis, subscripsi.

Cyprianus misericordia Dei episcopus Claudiopolitanae ciuitatis Honoridis regionis, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Pessinuntis metropolis secundae Galatiae regionis, subscripsi.

Polyeuctus misericordia Dei episcopus Myrorum metropolis Lyciae regionis, subscripsi. Theodorus misericordia DEI episcopus Stauropoleos metropolis Cariae regionis, subscripsi. Tiberius misericordia Dei episcopus Laodiceae metropolis Phrygiae Pacatianae regionis, subscripsi.

Cosmas misericordia Dei episcopus Synnadorum metropoleos Phrygiae Salutariae regionis, subscripsi. Constantinus misericordia Dei episcopus Barathrae ciuitatis Lycaoniae regionis, & locum exhibens Pauli sanctissimi metropolitanitani mei Iconij metropolis, subscripsi. Stephanus misericordia Dei episcopus Antiochiae metropolis Pisidia regionis, subscripsi.

Ioannes misericordia DEI episcopus

TOM. 2.

Pergae Pamphyliae regionis, subscripsi.

Theopemptus misericordia Dei episcopus Iustinianopoleos seu Mostenae, metropolis C H R I S T O amabilis secundae Cappadociae regionis, subscripsi.

Ildorus misericordia DEI episcopus Rhodi metropolis Cycladum insularum, subscripsi. Sifinnius misericordia DEI episcopus Hierapolis metropolis Phrygiae Pacatianae regionis, subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus Tarsi metropolis primae Ciliciae regionis, subscripsi.

Stephanus misericordia Dei episcopus Anazarbi metropolis secundae Ciliciae regionis, subscripsi. Macrobius misericordia DEI episcopus Seleucia metropolis Isauriae regionis, subscripsi. Ioannes misericordia DEI episcopus Athenarum, & legatus sancti concilij Apostolicae sedis praefectus Romae, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Stoborum ciuitatis, definiens subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus ciuitatis Lacedaemoniorum, subscripsi. Gregorius misericordia Dei episcopus Candani Cretae insulae, definiens subscripsi. Georgius misericordia Dei episcopus Byzantiae ciuitatis Thraciae regionis, subscripsi.

Theodorus misericordia Dei episcopus Pöpeiopoleos Paphlagoniae regionis, subscripsi. Zacharias misericordia Dei episcopus Leontopoleos Isauriae regionis, subscripsi. Gregorius misericordia Dei episcopus Mitylenae ciuitatis Lesbos insulae, subscripsi. Georgius misericordia Dei episcopus Mileti ciuitatis Cariae regionis, subscripsi. Sergius misericordia DEI episcopus Selymbriae ciuitatis Europae regionis Thraciae prouinciæ, subscripsi.

Andreas misericordia Dei episcopus ciuitatis Methymnae Lesbos insulae, subscripsi. Theognius misericordia DEI episcopus ciuitatis Chij Bithyniae regionis, subscripsi. Alexander misericordia Dei episcopus Cotaiaorum Isauriae regionis, subscripsi. Epiphanius misericordia Dei episcopus Euchaitorum ciuitatis Helenoponti regionis, subscripsi. Stratonicus misericordia DEI episcopus Solorum ciuitatis Cypri insulae, subscripsi.

* Tychon misericordia Dei episcopus ciuitatis Citij Cypri insulae, subscripsi.

Ioannes misericordia DEI episcopus Nyssa ciuitatis primae Cappadociae regionis, subscripsi. Theodorus misericordia DEI episcopus Thermis ciuitatis primae Cappadociae regionis, subscripsi.

Georgius misericordia DEI episcopus * Camulianae ciuitatis primae Cappadociae regionis, subscripsi. Theodorus humilis episcopus Iustinianopoleos ciuitatis territorij de Zinis, subscripsi. Georgius misericordia Dei eps territorij Daranyensis seu

Analiblae

* Camela-
nae

Anatolia magna Armeniorum regionis, subscripsi. Ioannes misericordia DEI episcopus Lappi Cretae insulae, subscripsi. Zoitus misericordia Dei episcopus Chrysopoleos siue * Diosfori (quod est, Iouis tumulus) Asianae regionis, subscripsi.

Theodorus misericordia Dei episcopus Pergami ciuitatis Asianae regionis, subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus Mastaurorum ciuitatis Asianae regionis, subscripsi. Theodorus misericordia DEI episcopus Adramytteorum ciuitatis Asianae regionis, subscripsi. Patricius misericordia Dei episcopus Magnesia circa Maeandrum ciuitatis Asianae regionis, subscripsi. Antonius misericordia Dei episcopus Hypeporum ciuitatis Asianae regionis, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Amathuntorum Asianae regionis, subscripsi. Sisinnius misericordia Dei episcopus Nyforum ciuitatis Asianae regionis, subscripsi. Reginus misericordia Dei episcopus Panis Thraciae prouinciae, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Heracleopolitanae ciuitatis secundae Armeniae regionis, subscripsi.

Martyrius misericordia Dei episcopus Iuliopoleos ciuitatis primae Galatiae regionis, subscripsi. Michael misericordia Dei episcopus Asponitanae ciuitatis primae Galatiae regionis, subscripsi. Platon humilis episcopus Cinnae ciuitatis primae Galatiae regionis, subscripsi. Andreas misericordia Dei episcopus ciuitatis Minicae primae Galatiae regionis, subscripsi. Genesius humilis episcopus Anastasiopolitanae ciuitatis primae Galatiae regionis, subscripsi.

Stephanus misericordia Dei episcopus Vranopolitanae ciuitatis primae Galatiae regionis, subscripsi. Ioannes misericordia DEI episcopus Miletopolitanae ciuitatis Hellepontis regionis, subscripsi.

Mercurius misericordia Dei episcopus Paemanctinus Hellepontis regionis, subscripsi. Dometius misericordia Dei episcopus ciuitatis Prymnesiae, subscripsi.

Theodorus misericordia Dei episcopus Iborum, subscripsi. Cyricus misericordia DEI episcopus ciuitatis Adrianensis, subscripsi. Andreas misericordia DEI episcopus ciuitatis Celandinae Lydiae regionis, subscripsi. Ioannes humilis episcopus ciuitatis Philadelphiae Lydiae regionis, subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus Daldis Lydiae regionis, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus ciuitatis Septenorum Lydiae regionis, subscripsi. Ioannes misericordia DEI episcopus Dascylii Bithyniae regionis, subscripsi. Theodorus misericordia DEI episcopus ciuitatis Prienae, subscripsi.

Ioannes humilis episcopus Adrianopoleos Bithyniae regionis, subscripsi.

TOM. 2.

Georgius misericordia DEI episcopus ciuitatis Cadorum, subscripsi. Theodorus misericordia DEI episcopus Caesareae ciuitatis Bithyniae regionis, subscripsi.

Anastasius misericordia DEI episcopus Theodosianorum, subscripsi. Theodorus misericordia DEI episcopus ciuitatis Iustinianopoleos Gordi, subscripsi. Mennas misericordia Dei episcopus ciuitatis Carbaliae Pamphylii, subscripsi. Cosmas misericordia Dei episcopus ciuitatis Conanensis Pamphylii regionis, subscripsi.

Nicetas misericordia Dei episcopus ciuitatis Coracesii, subscripsi. Theodorus misericordia DEI episcopus Verisae, subscripsi. Callinicus misericordia Dei episcopus ciuitatis Colone Armeniae, subscripsi. Tiberius gratia Dei episcopus ciuitatis Amyzon Helenoponti regionis, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus Andrapena ciuitatis, subscripsi.

Sergius misericordia Dei episcopus ciuitatis Sinopis, subscripsi. Gregorius misericordia Dei episcopus ciuitatis Archis primae Armeniae regionis, subscripsi.

Ioannes misericordia Dei episcopus ciuitatis Faustino poleos, subscripsi. Hirenarchus misericordia Dei diaconus sanctae Amasrinae Ecclesiae, locum exhibens * Comitibus sanctissimi episcopi mei, subscripsi.

Georgius misericordia Dei episcopus Iunopoleos subscripsi. Phocas misericordia Dei episcopus ciuitatis * Iabrudorum, subscripsi. Platon misericordia Dei episcopus Adrianopoleos Honoriadis, subscripsi. Georgius misericordia Dei episcopus ciuitatis Cratae, subscripsi. Dometius misericordia Dei episcopus * Prusiadis ciuitatis, subscripsi. Stephanus misericordia Dei episcopus Heracleae Ponti, subscripsi. Longinus misericordia Dei episcopus ciuitatis Tii, subscripsi. Anastasius misericordia DEI episcopus Pemonij, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus ciuitatis Comae, subscripsi.

Theophylactus misericordia Dei episcopus ciuitatis Cerasuntis, subscripsi. Salomon misericordia Dei episcopus ciuitatis * Clanei, subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus ciuitatis Amurij, subscripsi. Zimarchus misericordia Dei episcopus ciuitatis * Sidymorum, subscripsi. Georgius misericordia Dei episcopus ciuitatis Oenandori, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus ciuitatis * Eresenorum, subscripsi. Ioannes misericordia DEI episcopus ciuitatis Myndi, sub. Patricius misericordia Dei episcopus ciuitatis Eleusori, sub.

Petrus misericordia Dei episcopus ciuitatis Apyrae, sub. Alexander misericordia Dei episcopus ciuitatis Nacolig, sub. Cyricus misericordia Dei episcopus ciuitatis Ancyrae Phrygiae, sub. Paulus misericordia Dei episcopus ciuitatis Sozopoleos Pisidiiae, sub.

Mari.

Marinus humilis episcopus ciuitatis Philomelij, subscripsi. Constantinus humilis episcopus ciuitatis Thymbrianorum, sub. Platon misericordia Dei episcopus Magidorum, sub. Theodorus misericordia Dei episcopus ciuitatis Nazianzi, sub. Theodorus misericordia Dei episcopus ciuitatis Doriorum, sub. Plutianus episcopus ciuitatis Siluenis, sub. Demetrius humilis episcopus ciuitatis insulae * Thyniae, sub. Stephanus humilis episcopus insulae Parrii, sub. Eutychieus humilis episcopus insulae Meli, subscripsi. Georgius humilis episcopus insulae Therae, subscripsi. Ioannes misericordia Dei episcopus ciuitatis Adanorum, sub. Georgius humilis episcopus ciuitatis Flauiadis, sub. Ioannes humilis episcopus ciuitatis Coryci, sub. Eulalius misericordia Dei episcopus Cynopoleos Isauriae, sub. Constantinus misericordia Dei episcopus ciuitatis Dalisandii, subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus ciuitatis Olbiorum, sub. Georgius misericordia Dei episcopus insulae Coensium, subscripsi. Georgius misericordia Dei episcopus Chii, subscripsi. Georgius humilis episcopus insulae Naxiae, subscripsi. Constantinus humilis episcopus Lampaci, subscripsi. Theodorus humilis episcopus Sibliorum Lycaoniae regionis, subscripsi.

Cosmas indignus episcopus ciuitatis Cotena, subscripsi. Polychronius misericordia Dei episcopus Theopolitanae ciuitatis Bithyniae regionis, subscripsi, per Theodosium religiosum presbyterum sanctissimae magnae ecclesiae mae. Petrus gratia Christi Dei nostri episcopus ciuitatis Mesembriorum Hemi montis regionis, subscripsi. Petrus indignus episcopus Sozopoleos Hemi montis regionis, subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus ciuitatis Trapezuntiorum, subscripsi. Leontius misericordia Dei episcopus Helenopolitanae ciuitatis, subscripsi. Theodosius misericordia Dei episcopus Sebastiae metropolis secundae Armeniae regionis, subscripsi. Syluanus misericordia Dei episcopus Lemnos insulae, sub. Ildorus misericordia Dei episcopus Abydi ciuitatis, subscripsi. Andreas misericordia Dei episcopus ciuitatis Neapolitanae Cariae regionis, definiens subscripsi, per Theodorum metropolitanum meum, propter infirmitatem qua detineor. Ioannes misericordia Dei episcopus Carpathi insulae, subscripsi. Daud misericordia Dei diaconus sanctissimae ecclesiae, quae est in Bosphoro, & locum exhibens Andreae venerabilis episcopi mei, subscripsi. Citonatus misericordia Dei episcopus sanctae ecclesiae Caralitanae insulae Sardiniae, subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus Aureliopoleos, subscripsi.

Et subscriptio piissimi & Christo dilecti Constantini Imperatoris: Legimus, & consensimus.

TOM. 2.

Constantinus piissimus Imperator dixit: Edicat sanctum & vniuersale concilium, si cum consensu omnium episcoporum promulgata est definitio, quae ad praesens relecta est. Sanctum concilium exclamauit: Omnes ita credimus, Vna fides, Omnes id ipsum sentimus, Omnes consentientes & amplectentes subscripsimus, Orthodoxe omnes credimus, Haec est fides Apostolorum, haec est fides Patrum, haec est fides orthodoxorum, Multos annos Imperatori, Integritates duarum naturarum Christi dei nostri tu declarasti, Luminarium pacis Domine conserua; Martino nouo Constantino aeterna memoria, Nouo Iustiniano Constantino aeterna memoria, Omnes haereticos tu effugasti, Deiectorem haereticorum Domine conserua, Diuidentes & confundentes tu persequutus es. Absit inuidia a vestro imperio, Deus custodiat fortitudinem vestram, Deus regnum vestrum & imperium vestrum pacificet: Vestra vita, orthodoxorum vita est. Caestis rex terrestrem conserua. Per te vniuersales Ecclesiae pacificatee sunt. Nestorio & Eutychie & Seuro anathema. Consentaneis eorum anathema, Theodoro Pharanite anathema, Sergio & Honorio anathema, Pyrrho & Paulo anathema, Cyro & Petro anathema, macario & Stephano anathema, Omnibus haereticis anathema: Qui praedicaerunt & praedicant, & docent ac docturi sunt vnam voluntatem & vnam operationem in dispensatione Domini nostri Iesu Christi Dei nostri, anathema. Constantinus piissimus Imperator dixit: Deum testem proferimus sancto & vniuersali vestro Concilio, quod absque quolibet fauore & inuidia, principale desiderium & zelus extitit nobis, irreprehensibilem esse immaculatam nostram orthodoxam Christianorum fidem, & cum stabilitate nos eam conseruare in nomine Dei, secundum doctrinam atque traditionem, quae tradita est nobis tam per Euangelium, quamque per sanctos Apostolos, & per statuta sanctorum quinque vniuersalium conciliorum, sanctorumque probabilium patrum: & non mediocriter nos pro hoc desiderium coarctabat, ex quo (iubente Deo nostro) auctoriter accepimus solium imperij nostri.

Cum ergo Deo complacuit tempus concedere, inuitauimus fieri collectionem vestram, ad considerandum vobis sanctas Dei scripturas, omnemque vocis siue assertiohis nouitatem, quae adiecta est ad intermeratam nostram Christianorum fidem in his vicinis temporibus, a quibusdam prauis sentientibus expellendam, mundissimamque nobis hanc contradendam, (sicut praedictum est) quatenus secundum sancta & vniuersalia quinque concilia, & statuta sanctorum venerabilium patrum, ita eam & nos custodiamus usque in mortem. Ibi ergo iudicet. R.R.R.R. dice-

*Apollinaris

for. *si sic aut *si se

*mirabilia

dispensationis est capax, denegemus, & Deitatem passioni applicemus. Hoc nanq; conabantur, qui nuper in eo vnus voluntatis & vnus operationis execrabilem nouitatem introduxerunt, Arrij & * Apollinaris, Eutychetis atq; Seueri malignam sectam restaurantes. Si enim absque voluntate & absq; operatione humanam Dei naturam dicere cessaremus, vbi perfectum in humanitate saluatum est? Nihil enim aliud constituit humanam substantiam integritatem, nisi essentialis voluntas, per quam liberi arbitrij vigor in nobis designatur, * sic se habeat vt substantialis operatio. Quomodo enim dicimus eum in humanitate perfectum, si nihil humanum passus est aut operatus? Quem admodum enim duarum naturarum concursus, vnam nobis inconfusam atq; indiuisam conseruauit substantiam: ita & vna substantia in duabus coruscans naturis, quae vtriq; conueniunt, proprie demonstrabat. Duas igitur in eo naturales voluntates, & duas naturales operationes, communiter atq; indiuisè, pcedentes, praedicamus: superfluas autem vocum nouitates, & harum adinuentores, procul ab ecclesiasticis septis abijcimus, & anathemati merito subiicimus: id est, Theodorum Pharanitanum, Sergium & Paulum, Pyrrhū simul & Petrum, qui Constantinopoleos praesulatum tenuerunt, insuper & Cyrum, qui Alexandrinorum sacerdotium gessit, & cum eis Honorium, qui fuit Romae praesul, vtpote qui eos in his secutus est, super his praecipua ratione anathematizans, deponentes Macarium, qui fuerat Antiochenis episcopus, & Stephanum huius discipulum, & potius dicamus magistrum, qui praedecepsorum suorum impietate defendere conati sunt, & vt verbo dicatur, totum orbem terrarum concitauerunt: & oēs quidem vbiq; pestiferis literis, fraudulentis vero institutionibus vnumquenq; multorum in simplicitate vastauerunt. Similiter autem & Polychronium, infantilis intelligentiae delirum tenem, qui mortuos suscitare pollicitus, dum non suscitaret, derisus est: & oēs, qui constituerunt vel constituunt, constitueret praesumpserint vnam voluntatem & vnam operationem in dispensatione humanitatis CHRISTI. Et ne forte quidam reprehendant seu sanctissimi papae diuinam aemulationem, siue praesentem angelicam, conuentum illius & ante nos, & nobiscum ille Apostolicas & paternas traditiones sumus secuti, & nihil dissonum aut discrepans ab eorum informatione adinuenimus: insuper & contra insurgentes nobis restitimus, sed non anticipauimus: & neq; nos cogressionem adsumpsimus, praecipientibus vero ediuersò sumus armati. Quis igitur adspexit talia miracula? Spirituale nunc proponebatur studium, & propugnator falsae scientiae iam ante exuebatur: ignorabat au-

tem quod non adipisceretur coronam victoriae, sed & exueretur coronam sacerdotij. Summus autem nobiscum cocertabat apostolorum princeps: illius enim imitatorum, & sedis successorem habuimus fautorem, & diuini sacramenti mysterium illustrantem per literas. confessionem tibi a deo inscriptam, illa Romana antiqua ciuitas obtulit, & dogmatum diem a vespertinis partibus extulit. charta & atramentum videbatur, & per Agathonē Petrus loquebatur, & cum omnipotenti conregnatore pius Imperator simul decernebas tu qui a Deo decoratus es. Et Simon quidem resupinus voluntatis corruerat, & stat ruing eius statua. Fides vero resurgit, plebisq; concordia in proprium restituitur decus. Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo, ait propheta. In lumine leuatus est sol, id est, mens vestra ad iustitiae solem ascendit purissimum, puram respicere reconciliationem, quae nobis ex hoc apportauit. Et luna stetit in ordine suo, id est, ecclesia & sponsa Christi suo decore amicta est, & pietatem tamquam virginis stolam induit: & orthodoxae fidei pulchritudine plenius facta, perpetua pace mundum illustrat. Audite haec omnes, qui terrenum hoc tabernaculum vos exiistis, & qui postea nascituri estis: praesentibus enim non auditis, sed visus est satisfactio: & soli sapienti & potentī Deo, gratiarum laudes enixius offeramus, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, decantantes, dum Christo omnipotenti complacuit suscitare principem Deo dilectum, qui vnitatis ecclesiarum mediator effectus est. Sed, o benignissime Domine & amator iustitiae, ei qui tibi potentiam largitus est, hanc gratiam recompenfa: & his quae a nobis gesta sunt, signaculum tribue. vestram inscribito imperialem rati habitationem, & per edicta diuina atq; per pijs constitutiones ex more eorum omnium firmitatem, quatenus nullus his quae gesta sunt, aut contradicat, nouamve quaestionem machinetur. Scito enim serenissime Imperator, quod nihil horum, quae in synodis vniuersalibus & a probabilibus patribus constituta sunt, falsauimus, verum potius confirmauimus. Etenim oēs vnanimiter atq; consonanter acclamamus: Domine, saluum fac regem nostrum, qui post te corroborauit fidei fundamentum: benedicto vitam eius, dirige gressus cogitationum eius. Conterat virtutē inimicorum suorum, & resistentes ei continuo corruant, quia fecit iudicium & iustitiam sempiternam, & periclitanti veritati manus porrexit, populumq; tuum saluauit, ad eadē sapere eos conciliās. Gaude ciuitas noua Roma Constantinopolis, glorificata nomine principali. Ecce rex tuus fidelis sedet fortissimus, & accipiet armaturam aemulatricem eius virtutem, induentus est loriceam iustitiae & sanctitatis, circumposuit sibi galeam prudentiam, quae est specula

Luc. 2. b

psal. 19.

*obstantibus

Edictū Constantini Pogonati.

1. Pet. 5.

Gene. 1.

cula virtutum, & scutum assumpsit in expugnabile in Deum pietatem. His armatum eum adspiciant barbari, & speramus in Deum eos obtemperare dominantem. Laetare ciuitas Sion, cacumen orbis terrarum atq; imperium: Constantinus te purpura praerornauit, & per fidem coronauit, & Constantinus vtriusq; supercoronauit. Portaque inferi aduersum tuum orthodoxum imperium non prauelebunt. Gaude & fiducialiter age, Imperator speciosissime, Dominus deus tuus in te potens, praecingens te virtute, saluabit te: adducet super te iocunditatem & exultationem, ampliabiturq; imperium tuum, & exaltabitur brachium tuum, & dominabitur cunctis aduersis, Deumq; non agnoscentibus, atq; antestantibus: & laetabitur quidem hostilitas, gaudebit autem obedientia: quia ego potens sum, dicit Dominus omnipotens.

IN nomine Domini & dominatoris Iesu Christi Saluatoris nostri, Imperator pijsissimus, pacificus, Flauius Constantinus fidelis in Iesu Christo Deo Imperator, Christo dilecto omni populo habitanti in occiduis partibus. Firmamentum ac fundamentum super no nutu creditae nobis Christianissimae existit Reipublicae fides in Deo inflexibilis & inconcusibilis, in qua Christus Deus noster tanquam propriam domum suam construxit Ecclesiam, & sicut rex omnium, imperij nostri sedem constituit, principatusq; nobis sceptrum commisit. Sicut enim quadam petram excelsum & sublimem, & vt cali terraeq; in consortio constitutam mysticam confessionem, quae in eum cum patre & spiritu est, Saluator nobis ostendit, vt per eam tanquam per mediam scalam ad caelestem conuersationem reducamur, diuinioreq; regni potentia coronemur. Super hanc petram cogitationis nostrae gressus infiximus, super quam firmiter stare praecipimur, quamque cautiùs tenere subiectos praecipimus: ne quisquam, vt minus attentus, exagitetur a maligno & instabili spiritu: expulsusque atq; praecipitatus, in impietatis voraginem delabatur. Etenim desiderabile est daemone, qui generi humano semper infestus est, separare hominem a Deo qui factus est ad imaginem Dei, & multimodis deceptionibus fallere. Sed nihil est ei sic studiosum atque officiosum, quam pietatem oppugnare, & ecclesiasticae pacis statum perturbare. quod & nuper elapsis temporibus demonstrauit, atq; aduersus inuicem ecclesias praemia sumere peruasit per instrumenta, quae ad hoc, vt vna secum confligerent, adinuenit, sub sacerdotali scilicet habitu & indumento dolosam intentionem obcelantia, Christi vero amatoribus populis laetalem institutionem eructantia. Vnus quippe voluntatis & vnus operationis, in incarnatione saluatoris atq;

in duabus eius naturis, diuina dicimus & humana, nouitatem sanxerunt: quatenus & vnam ex hoc in Christo naturam ex improviso excogitantes introducere, anti qua illius & corruptibilis confusionis haesim reconcilarent, cum qua Apollinaris quidem disperijt, Themistius vero nefandus anathematizatus est, Eutyches & Dioscorus cum sua pessima secta simul deiectione sunt: & omnes hi, & qui vestigia eorum secuti, e regione veritatis ierunt, synodalibus simul & paternis condemnati sunt sententijs. Huiusmodi denique contagione ecclesias contaminauerunt etiam hi, qui ante nostra tempora sacrilegi sacerdotes ecclesias peruersè gubernarant. Sunt autem hi: Theodorus, qui fuit Pharan episcopus: Sergius, qui fuit nostrae a Deo conseruandae regiae urbis antistes: ad Pontifices haec & Honorius, qui fuit antiquae Romae aliquot haeretici. papa, huiusmodi haereseos confirmator, qui etiam sui exitit oppugnator: Cyrus quoq; & Alexandrinorum quidem praesulatum fortitus est, infringere autem orthodoxa dogmata studuit. Similiter & Pyrrhus & Paulus & Petrus, huius regiae nostrae ciuitatis patriarchae, sedis alterutrum successores, qui peruersionis vitium vicissim transmiserunt. Quorum omnium cultores & opulatores maleuolorum superinfluxerunt Macarius, qui fuit Antiochenorum antistes, & Stephanus eius discipulus, & praeruaricationis instructor Polychronius, qui multo tempore haereticae vetustati consenuit: qui intantum quos secuti sunt, aemulati sunt, & impietatisq; furia suam animam cremauerunt, vt etiam discerpere atque dissecare inuicem membra Christi Christo dilectos persuaderent, vt nec barbari tantum, quantum Christiani Christianos oppugnarent, sanctarum ecclesiarum ad inuicem perturbationem atque dissidium, emolumentum atq; laetitiam pro lucro reputantes. Verum nos * eis qui ab origine pie atque vniuerso nomine ante nos regnauerunt, exaequari cupientes, zeloq; recte & intemeratae fidei conflagrantes, atq; sanctas Dei ecclesias in pacis ordine perseverare, temporibus nostri imperij principale opus statuantes, porro protelari huiusmodi laesionem miserrimum aestimauimus, vnde & hoc sacratissimum & vniuersale conuocantes sextum concilium, vtpote parile praecedentium sanctorum quinque vniuersalium conciliorum, in medium deducere falsorum dogmatum, hoc est, nouitatu propositiones decreuimus. Quod sanctum concilium singula quaeq; perpendens atq; discernens, eos quidem, qui orthodoxae fidei praedicatione concusserunt, & Christi gregem scandalizauerunt, a sacerdotali ouili eliminauit: definitione vero a Deo institutam, & sanctas Dei ecclesias in vnitatem congregantem, constituit, euangelicas quidem & Apostolicas consequentem sanctio-

nes, memoratis autē sanctis & vniuersalibus quinque; cōcilijs consonantē. Idcirco & nos, quæ ab eis definita sunt, corroborare atque firmare cupientes, præfens pium edictū edidimus, veræ circa diuinitatē fidei secundum ecclesiastica statuta adnunciāns confessio-nem: Credimus in patre & filiū & spiritum sanctum, trinitatē in vnitatē, & vnitatem in trinitate, vnam substantiam in tribus subsistentijs: vnitatem quidem, propter naturale vnionem ac dominationem: trinitatem verò, propter subsistentiarum perfectionem, & diuinitas superexistētis bonitatis. Vnitas quippe verè est Trinitas, quia vnita est Deitati: & Trinitas verè est vnitas, diuisa proprietatibus, & non dispersita eternitate. Ipsa etenim sibi consempiterna est, & essentia æqualis honoris est: nec enim extitit seculū, quādo cum patre non erat & filius. Cuius vtique vocabitur pater, si non simul cum eo erat sinè principio filius? Nec erat, quādo non erat cum vtrisque; spiritus sanctus. Vnus igitur hæc tria Deus, quæ inuicem cum sola singularitatis differentia, in communitate essentia insepabiliter discernente vnam-quantq; personam, intelliguntur. Solus proinde pater, pater est: solus filius, filius: solus spiritus sanctus, spiritus sanctus. His etenim differentijs non conuertuntur adinuicem, sed in his quidem insepabiliter diuiduntur, communicant autem essentia vnitatē: Trinitas simplex, & impertita, atq; incomposita, ex tribus perfectis, ex seipsa perfecta & superperfecta, vna natura atque Deitate, & vna voluntas, vnaque operatione, glorificanda. Quorum igitur vna natura est, horum & voluntas & operatio vna est, sicut nos docuit cultor Basilius. Constatemur deinde vnum sanctæ Trinitatis Dominū nostrum Iesum Christum, vnigenitum filium Dei, & Deum nostrum, qui est cum patre & sancto spiritu sinè principio consubstantialis, eundem ipsum in vltimis præstitutisq; temporibus, propter humani generis salutem atque reformationem, descendisse de cælis, hoc est, per spontaneam se exinanisse humilitatem, & in vulua illibata virginis Dei que genitricis Mariæ habitasse, & animam & corpus per spiritum & ex sancta & immaculata carne eius in propria substantia carnem sumpsisse nobis consubstantialem, & hanc sibi mediante anima rationali & intellectu compaginasse atq; formasse: natum quoque ex eadem virgine matre super omnem intelligentiam, & super omnem mentis considerationem: sinè femine quippe, & super naturam existente conceptu, ineffabilis atque inenarrabilis est eius & natiuitas. Processit itaque secundum nos, qui super nos est & Christus & Dominus, omnia ferens in seipso naturaliter quæ nostra sunt, præter solum peccatum: totus homo factus, & totus permanens deus: idem ipse terrenus

for. * Dīm

Locus ob-scurus.

T O M. 2.

& cælestis, inuisibilis & visibilis, mortalis & immortalis. Duæ nanque naturæ concurrentes ad insepabilem vnitatem, vnum quidem Emmanuel nobis perfererunt, saluantem in se indimutē naturarum, ex quibus extitit, proprietates. Cum enim simplex sit verbum, secundum diuinam, paternamq; & sempiternam natiuitatē: duplex processit, secundum maternam, temporale & corporalem natiuitatem. Vnde & duas Christi Dei nostri natiuitates glorificamus, vnam eius venerantes subsistentiā, in duabus perfectis naturis existentem. Vnus quippe sanctæ Trinitatis permanit, etiā dum verbū caro fieret, perfectus in Deitate, & perfectus idem ipse in humanitate, consubstantialis Deo patri secundum Deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse secundum humanitatem, passibilis quidem carne, impassibilis autem Deitate. Nec enim alteri miracula, & alteri passiones sequestramus: sed vni eidemque Domino nostro IESU CHRISTO * vtrarumque indicia deputamus, secundum aliud quidem miracula operari, secundum aliud verò pati. Etenim secundum diuinam eius naturam, signorum proferebat virtutem: & secundum humanam formam, quæ naturæ congruebat, irrefutabiles passiones assuebat: quatenus ipse transfigaret ipsum passibile nostrum in impassibilitatem, secundum Apostolum, dicentē: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Neque enim dedignatus est amator hominum, humanis & irrefutabilibus passionibus condescendere, qui cum deus esset immortalis, mediante anima, morti corporaliter congressus est, animam autē dicimus in omnibus perfectam & solidam, cui in nihilo deerat humana perfectio. Humanæ autem perfectionis indicium, mens est: per quā & volumus, & cogitamus, & ab irrationabilibus animantibus fecerimur. Nihil quippe est sinè mente voluntarium: omne autem voluntarium intellectuale est. Vbi igitur mens est, ibi modis omnibus & voluntas. Si itaq; perfectus homo factus est saluator, in perfectione permanens Deitatis: neq; amens, neq; inuoluntarius extitit. Igitur hi, qui humanæ Domini animæ, quæ secundum naturam est, extinguere voluntatem pertentant: amentem quidē eam, vt verè dementes assignāt. Ad impassibilem autē naturam, & easdem passiones ad mortē reducant: nos autem adstruunt non perfectē saluari, hæc qui prædicant, quia imperfectē digunt, verbum nostram naturam assumpsit. Si igitur totus, toti humanæ naturæ non vnitus est, nec totus homo saluatus est. Quod em̄ non assumptum est, nec saluatum est. Quod verò vnitū est Deo, hoc & saluatur secundum Deiloquū agnomento Gregoriū. Sed hi quidē cū proprijs estimatiōibus & phantasijs

for. * vtro- runque

1. Cor. 15.

for. * eiusdē passioēs ac mortem re- digunt,

tasijs circumerrēt: nos autem, qui veræ dispensationis mysterium non illudimus, non solum intellectualem & voluntariam sacrosanctam saluatoris animā esse credimus, sed & omnibus eam verè naturalibus virtutibus perfectam, & similibus nobis absq; peccato voluntariè acquiruisse passionibus, dū verbum eam permitteret querere & velle, quæ sua sunt. Sic & naturalem cibum secundum rationem appetebat quoq; & turbabatur, ac tristabatur. Cum enim Saluator ad crucis passionem propria voluntate veniret, cepit tritari & anxari. Hæc enim animæ rationalis & voluntariæ proprietates existunt, vt persuadet nobis præclarus pater noster Epiphanius, in sermone aduersus Arriomanitas, ita profectus: A carne enim, inquit, diuinitati vnita, absq; anima & mente non fiet agonia. Vnde & idem Dominus dicebat: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Deinde orat transire calicem. Vt enim homo, recusabat mortem. Nam habebat & non velle mori, sicut asserit laudabilis Cyrillus, eo quod recusatet caro eius naturaliter mortem: sicut autem Deus, idem ipse promptè veniebat ad passionem. Et testis horum irreprensibilis athleta atq; DEI cultor, pater noster Athanasius: in sermone quippe de Trinitate & in carnatiōe, ita ait: Et cum dicit: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: verū-tamen non mea fiat voluntas, sed tua: duas voluntates in his ostēdit, vnam quidem humanam, quæ est carnis, alteram verò diuinā. Et humana quidem propter infirmitatē carnis recusat passionem, diuina autem eius prompta. Vnus enim cum sit idem ipse in vtraque natura, loquitur interdum quidem congruentem humanitati, interdum verò diuinitati congruentem exprimit vocem. Habuit enim (iuxta quod ait opinatissimus Cyrillus) in vtrisque potestatem. Dum ergo dicit, Non mea voluntas fiat: non mea, hoc est, humanæ naturæ dixit, Et ego enim nunc, sicut homo, loquor. Dum verò dicit, tua, illam quæ communis est (inquit) mihi verbo & tibi patri. Patris igitur & filij, secundum quod verbum est, vna est voluntas, propter vnitatem essentia, secundum sanctum Nyssenem Gregorium, in sermone aduersus Apollinarianum sic inuenientem: Loquitur enim tanquam ex homine, quod infirmitati naturæ competit, ille qui nostras passiones proprias fecit. Adiungit deinde secundam vocem excellam, & Deo dignam voluntatem ratam magis fieri, quàm hominis, pro hominum salute volens. Qui enim dixit, Non mea, humanam hoc sermone significauit: adiungens autem, Tua, ostendit coniunctionem suæ ad patrem Deitatis, cuius nulla est voluntatis differentia propter communitatem naturæ. Si ergo sequitur (secundum quod patres inquirunt)

Epiphanius
* Arriomanitas

Matt 26. d

Cyrillus

Athanasius

Cyrillus

Greg. Ny-
senus.

T O M. 2.

naturam voluntas, duæ verò sunt naturæ in Christo, duas per omnia illis & naturales voluntates dabimus. Idem ipse enim (sicut asseruimus) secundum vtrāq; formam volens, voluit quidē vt Deus, voluit verò & vt homo, secundum naturarū diuersitatē, etiā duarum voluntatum demōstrans differentiam. Et neq; contrarias voluntates, aut adinuicem oppositas, introducimus. Saluatoris enim humana voluntas, non erat cōtraria diuinæ eius voluntati, sed sequebatur in omnibus assuetis & deificatis verbi voluntatē, q̄ deificata, est assumptæ humanitatis humana voluntas. Ergo quod ait neiloquus Gregorius, Illius enim velle (qui secundum saluatorem proculdubio intelligitur hominis) nec contrarium est Deo, deificatum totum. Et de voluntatibus quidem in breui talis est ratio. Afferit verò (vt etiā de operationibus rationem breuiter comprehendamus, similibus vsi denuò probationibus) duas operatiōes in Christo Deo nostro naturales demonstrantes. Qui enim vnam solummodò in Christo operatiōem adnunciant, vel diuidunt naturas, aut permiscēt & confundunt. Nestorius nanque hominicola, & qui illius dementia deprimūtur, duas dicentes naturas, simul diuidunt cum eis & personas, pari numero cum eis & subsistentias introducunt, vnam autem earum affectiuam decernunt operatiōem. Affectus nanque duarum per omnia, aut etiā plurium rerum dispersitarum, atq; separatim subsistentiū est connexio. Qui ergo (vt dictum est) in duos Christos vnum Christū concidunt, vnam affectiuā (vt diximus) dogmatizant operatiōem. Apollinarius verò, Themistius, & Eutyches, & Severus, & qui partis eorum stultitia insigniti sunt, duas naturas quæ in Christo sunt, confundētes atque conglutinantes, vnam quidem eius confusam & phantasticam naturam prædicant, vnamq; eius portentat, operatiōem, hæc quidem illi. Nos autē altrinsecus positā voraginē, diuisionisq; & cōfusiōis declinatētes piculum, & tanq̄ iter regale pergentes, duas Christi naturas, & harū pari numero naturales operationes confitemur, in vnam indiuiduam concurrentes subsistentiam, & quæ suæ sunt * alterutra, in commune proprietatis conferentem. Nec enim persona aliquid est, quàm ipsæ naturæ, sed in verbi subsistentia totius humanitatis formata natura, quæ sua sunt, indimutē operatur cum eo, cui vnita est substantialiter, verbo, absque solo peccato, sicut & verbum perfectè operatur quæ eius sunt propria, cum humana natura quam assumpsit. Itā ergo piè nobis credentibus, seruabitur secundum beatum Leōem: Operatur enim vtraq; natura cum alterius communionē, quod proprium habuit, verbo operante

locus ob-scurus.

RRRR 4 quod

quod verbi est, & carne exequente quæ carnis sunt. Quæ enim habuit sicut consubstantialis patri, hæc operabatur diuinitus, per formam tamen humanã: quæ autem assumpsit ex nobis, vt consubstantialis nobis, hæc operabatur humanè, sed non vt purus homo, sed vt humanatus Deus. Ait nanque in thesauris sacratissim⁹ Cyrillus: Est agnoscere in hoc ipso vtraq; in eo. Deus enim verus in carne, & caro vera in Deo. Ex quibus etiam oportuit cognoscere eum Dominum, hæc diuinitus operatur: ex quibus necessariũ erat hominem verum eum videre, hæc facit & dicit, dispensans mysterio veritatem. Nam ambulare corporalibus pedibus, & cum labore iter facere, & per linguã loqui, humanæ naturæ opus extiterat: membra verò paralytici verbo saluare, & muti ad articulatè loquendum linguam aptare, & laborantib⁹ atque oneratis multitudine peccatorum & ægritudinum remissionem concedere, opera sunt diuinæ virtutis: sed non alterum ab altero factum est. Et ad medium producendus est sanctissimus Leo, in epistola ad Leonem imperatorem hæc asserens: In tantam vnitatem ab ipso conceptu virginis peccitate & humanitate conferta, vt nec sine homine diuina, nec sine Deo agerentur humana. En manifestè hic pater asseruit, quia in personæ vnitatem communitè & nunc disiunctè neque confusè vtraque natura operata est, quod naturale eius erat & proprium, vt Deus esse credatur, & dispensationem credibilem faciat. Vnus ergo existens Dñs noster Iesus Christus, perfectus in Deitate, & perfectus idem ipse in humanitate, operatur vt Deus: operatur verò vt homo, dualitate naturarum etiam duas naturales operationes explens. Quæ enim alterius generis, alteriusq; naturæ sunt, secundum sapientissimum Cyrillum, eandem operationem habere nullus sapiens dabit: sed sicut dissociatam habent naturarum siue æqualitatem rationem, ita & differentem reddunt operationem, sicut & magnus Basilius collegit in libro aduersus Eunomium, quoniam diuersarum naturarum non vna est operatio. Duas igitur naturales voluntates, & duas naturales operationes in dispensatione incarnationis vnus sanctæ Trinitatis Domini nostri Iesu Christi, veri dei nostri, rectè sentientes prædicamus, & ita omnibus amatoribus Christi sapere per præsens nostrũ edictum pium adnunciamus: suscipimus quæ & amplectimur sanctas & vniuersales quinque synodos, quæ in Nicea CCCXVIII. patrum, qui aduersus Arrianam confederũt in saniam: qui, cooperante trina & conglorificanda deitate, sacrum fidei symbolum terminauerunt: & quæ in hac à DEO cõseruanda regia ciuitate, in qua C. L. qui aduersum Macedonianam rebellem spiritus intelligè-

tiam simul & linguam, & Magnum nomine Apollinaristam, congregati sunt patres: qui inspiratione sancti spiritus prædictum venerabile interpretati sunt symbolum, de spiritu sancto quod d. Deus est, confirmantes per ea quæ manifestius referarunt. Et quæ prius in Epheso congregata est, cuius auctores fuerũt Cælestinus & Cyrillus, qui Christo nomino atq; inseparabili DEO nostro, diuiforem Nestorium cum sua prophana & maligna secta condemnarunt. Cum eis quoque amplector harum omnium signaculum, firmamentum quæ ac confirmationem, sanctum Chalcedonense concilium sexcentorum super triginta, & numero pariter & multitudine honorabilium patrum quorum pietatis flagello Dioscorus & Eutyches cruciati sunt, & cum impietatis vertice de sacerdotio abscissi sunt. Suscipimus quoque & quæ in temporibus Iustiniani diuæ memoria, in prædicta à Deo cõseruanda nostra felicissima ciuitate complota est synodus contra Dei impugnatores Origenem, Didymum & Euagrium, & obsecratione Theodori Mopsuesteni & Iudaica scripta, & refutationem opusculorum Theodoriti aduersum duodecim capitula famosissimi Cyrilli, cum abolitioe epistolæ, quæ dicitur Ibae, ad Marim Persam scriptæ. Hæc itaque vniuersalia, & à DEO cõsita concilia, sicut quandam hæreditatem cælestem in cordis conclaui reponentes tanquam intellectuales margaritas, ab eis thesaurizamus dogmata: & quos anathematizarunt atque refutarunt, anathematizamus atque refutamus: quosq; susceperunt, suscipimus, patresque nostros scribimus. Anathematizamus autem omnem hæresim, quæ à Simone vsque nunc in Dei ecclesiis introducta est ad discindendam pacem atque vnitatem credentium. Super hæc omnia anathematizamus atq; refutamus & eos, qui superuacuorum & nouorum dogmatum hæreticos auctores atque fautores secuti sunt. Dicimus autem Theodorum, qui fuit Pharanitanus episcopus: & Sergium, qui fuit huius à DEO cõseruandæ nostræ regie vrbis antistes, huic consentaneum & moribus, atque impietate parilem: ad hæc & Honorium, qui fuit antiquæ Romæ papa, horum hæreseos in omnibus fauorem, concurrentem, atque confirmatorem: & Cyrillum, qui fuit Alexandrinorum episcopus, similiter Pyrrhum, Petrum & Paulum, huius regie nostræ ciuitatis præfules, & vnã cum eis Macarium, qui fuit Antiochenorum episcopus, & Stephanum eius discipulum, atq; Polychronium demætem, & omnes qui sapuerunt & sapiunt, vel futuri sunt sapere vnam voluntatem & vnam operationem in dispensatione Saluatoris nostri Iesu Christi. his oibus ita à sancto hoc & vniuersa-

Cyrillus

Leo epist. 97.

Cyrillus

Basilius epist.

*noxiarum

*noxiarum

fali sexto concilio constitutis, & per subscriptionem nostræ fortitudinis confirmatis, sancimus, vt nullus quoque omnino aliud quicquam de fide fatagat, vel noui dogmatis adinventionem machinetur, aut penitus de vna voluntate & vna operatione docendi iudicium vel sermõem commoueat. Nos enim sanctos & probabiles patres nostros sequentes, naturarum voluntates adnunciamus: & sicut duas naturas in Christo credimus, ita & duas naturales volũtates, & duas operationes prædicamus. Hæc sunt veræ in Deum confessionis dogmata, hæc sunt veræ euangelicarum atque apostolicarum vocũ prædicationes, hæc sunt sanctorum conciliorum & probabilium patrum linguarum didagmata: hæc Petrus, qui & petra fidei & princeps apostolorum, intemerata seruauit. In hac fide & viuimus, & regnamus, & conregnati nobis Deo, conregnare denuò speramus. Hanc comitem, hanc recedentes, habere depreciamur, & cum hac ante Christi tribunal assistere. Ad hanc confessionem omnes hortamur, & deseruire Deo nobiscũ inuitamus, ac super montem excelsum imperij stãtes, prædicamus, atq; ecclesiasticam pacem totius populi solennitatem adnunciamus. Nam illa quondam Christo dilectorum dissensio, nunc in cõcordiam versa est. hæreticorum contra sunt scandala, propriamq; dignitatem hæc fides adepta est, ipso Christo suis ecclesijs medete. Ipse est igitur pax nostra, qui soluit medium maceræ parietem: & quæ per tempora dissidebant, in vnanimitatem conciliauit. Vnus dominus, vna fides, vnus baptisma, vna in Deum nũc est Ecclesiæ vnitatis. Si quis igitur Christi amator est, & metuit Dominum, optatamq; salutem desiderat, hanc fidem orthodoxã teneat. Nec enim erit per aliam fidem saluari. Si quis verò hominum personis gratiam exhibet, charitatis autem in Deum æmulatorẽ se non demonstrat, præsentemq; nostrã piã constitutionem, non recipit, si quidem episcopus est vel clericus, aut monachico circumdatus est habitu, deportationis pœnam exoluet: Si verò in ordine dignitatum insertus est, supplicio proserptionis multatur, eiq; cingulum adimitur. Si autem idioticæ sortis est, ex hac regia, omniq; penitus ciuitate extorris addicitur: & super hæc oia, etiam terribilis atq; inexplabilis iudicij nõ effugiet cruciatum.

EXEMPLAR DIVINAE
iussione domini Constantini, directæ ad
synodum Apostolicæ sedis antiquæ Romæ.

IN nomine Domini & dominatoris Iesu Christi, Dei atq; Saluatoris nostri, Imperator piissimus Flavius Constantinus fidelis in Iesu Christo Imperator, omnibus sanctissimis vniuersalis synodi

Apostolicæ sedis concilium representantibus. Clarus & speciosus sacratissim⁹ vester cœtus extitit, quem pro Ecclesia congregauit spiritus sanct⁹, & pietatis armauit sermonibus, in quibus debellati sunt insidiatores fidei, doctoribus sacerdotalis ordinis pontifici, verum etiam & vniuersali patri auxiliantibus, cum quo & pacificare didicistis, & cõpugnare erudit estis. Tempus est enim omni rei, sicut Salomoni videtur. Vnde bonum quidem est pacem habere ad omnes, quæ concordiam erga pietatem habent: melius est autem pugnare, quando actio pacis, cõsensum in malum operatur. Nam Dominus inquit: Non veni mittere pacem in terram, sed gladium. Gladio enim bis acuto fidei verbum similitur, diuides & discernes credulum & incredulum: & cognitionem quidem vel consensum quæ ad impietate declinauerunt eas, separans, Deo autem accõmodans, seu connectens per pacem & dilectionem erga ipsum, & positas. Nihil enim pius ad ipsum pertingit dilectione, quæ per fidem est erga ipsum. Nam nec pater, nec mater, quæ cum filijs dolores comperit, nec fratres necessitate naturæ alligati, sed voluntatibus dissoluti, nec ex lege coniunctionis crassa & non impassibilis connexio, alteri solutione affectionem dissolvens, nulli ex his diuinæ naturæ participes efficit: sed sola circa Deum fides & dilectio, quorum complexione regenerati & reformati sumus, & commendatiõe erga creatorem digni sumus. Ipse enim dicebat Saluator: Qui amat patrem aut matrem plus quæ me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Qui ergo euangelicam semitam inuestigare proposuerunt, & Apostolicæ dignitatis pontificatum sortiti, omnia contemnunt, & patiuntur ad extremam (si contigerit propter Dei amicitiam) condemnari mortem, & durissima quæq; pati & agere didicerunt, cum fidem vident depopulari, per quam erga Deum amicitia acquisita est, cum Ecclesiam hæreticis inuasiõibus oppugnatam speculantur, quãdõ veritatem proiectã mendacio sentiunt putãne quod d. offendere postponentes, reconciliabuntur hostib⁹ & euangelicum obliu mandatum, noxios finent impunitos? Nullatenus, sed fumentes armaturam DEI, his qui aduersus eos pugnare conati sunt, resistere certant. Hoc verò & vestrum sacerdotale collegium exhibuit, & pro pietate pugnavit, in quibus comœnuni parti auxiliatum est: & hæreticorum quidem deuia acies, sed memoria eorum quæ dicenda fuerint, corripitur, sermoque amplius egredi premitur. Lugubris enim tragœdia, sequentiũ est explanatio. Hæresum enim inuentores, facti sunt pontifices: & pro pace contem-

Eph. 2. c

Eph. 4. a

Eccles. 3. a

Math. 10. d

for. *corũ, qui ad impietate declinauerũt, separans, for. *positos.

Locus obsecutus.

Matt. 10. d

*exhortatio.

tionem populo adnunciauerunt, pro frumento zizania fulcis ecclesiae seminauerunt: vinum miscuerunt aquae, & proximo portum dederunt, euerionem turbidam: & taquam lupus agnos simulabant mendacium, & veritas vt mendacium refutabatur. Conturbabantur res totae ecclesiae, cum quod nocere queat, non erat qui discerneret. Et quoniam haec quidem sic disponebantur, & pietatem impietas deposebat, profecti sumus illuc, quod nos decebat dirigere gressum: & soli sapietiam, eorumque cognitori deo, mentis nostrae extendimus oculos: & deinceps, eorum quae interpretando dubium ingerunt, solutionem continuis orationibus dari nobis postulauimus. propter quod nuntiu eius illustrata Ecclesia, oculos, id est, sacerdotes, ad contemplandam veritatem concitari dinoscimus. Tantum enim amplius profide certamus, atque pietati attendimus, & in primis de Ecclesiastico statu procuramus, quantum & ciuilibus circumdanti sollicitudinibus, bellicisque consilijs retracti, summum sacerdotalem hunc cœtum non destitimus congregare, vt ecclesiarum distantia procul expulsa, pacis coniunctio coaptetur. In pace namque fidei, pariter compactam à Christo dilectam Romanam rempublicam nostram confidimus, & nunc congregatum venerabile vestrum concilium. Interfuisitis namque & vos cum vniuersali principe pastorum, simul cum ipso diuinitus loquentes tam in spiritu, quamque litera. Suscepimus enim non tantum ex beatitudine eius, verum etiam à sanctitudine vestra directas nobis literas, quae prolatae, lectae sunt, & veritatis verum styllum declarauerunt, orthodoxamque fidem depinxerunt. Totam enim conuenienter, & non differenter, positae sunt ad imitationem: & tam synodice, quam & paternis, doctrinis consentiunt. Neque enim negleximus, sed diligentius eas comparauimus: idcirco & omnes consonanter mente & lingua concredimus, & similiter confessi sumus: & tanquam ipsius diuini Petri vocem, Agathonis relationem supermirati sumus. nemo enim discrepauit, nisi vnus. Namque nemo ab omnibus perijt, nisi filius interitus, pater contumaciae: & hic vnà cum proprijs discipulis sponte assumptus est ab angelo sibi decibili, & suo execrabili choro. Quem cum propheta conlugere, opportunum est, eò quod condolemus: Qualiter cecidisti ex caelo sacerdotij culminis, o Lucifer, qui mane oriebaris? Luce certissimae scientiae fidelium animas lustrare ordinatus es, & in nubibus ponere, arrogantiae sedem vanis dogmatibus elatus es. Quomodo fugi lapsus es, vitato agmine tantorum sacerdotum? An superbiae alis ad altam ruinam eleuatus, à mystica mensa remetipsum alienasti, amulator factus Iudaicae discessionis? Quomodo non suscepisti collationem fratrum, imperialem & apostolicam celebrantium solennitatem? Quomodo recalcitrasti, qui dilectus es diligentibus te, & ad patientiam te inuitantibus? Nunquid qui cadit, non refurgit? aut ita vertens, non conuertitur? Quare auertis auersionem improbam, & tentus es in heretico proposito? Noluisti vtique conuerti ad pietatem: confusus es, in quibus malè docebas. O demetiam simul & obcaecationem. Idem enim esse vtrunque videtur. Harum namque alia vestigia corporis, alia autem gressus animae seducit. Desipiens, malè docere non erubescibat, & benè docere erubescibat, hic quidem, qui Antiochenum factus est praesul Macarius, quem non oportet dicere Macarium, & qui cum ipso de ordine Christi discesserunt, cuius vniuersalis conuentionis communi sententia de sacerdotali dignitate repulsi sunt, & probationi sanctissimi papae traditi sunt.

Diffinitionem autem adorandum venerabile sanctissimum concilium decreuit, tam sanctissimis concilijs, quam & probabilibus patribus conuenientem & subsequenter: in qua & imperium nostrum subscripsit, & per pia dicta nostra comprobauit eam, per quam orationibus vestris cuncta Ecclesiae plenitudo pacificatur. Sicubi sunt, qui scandalum contritae conditionis fabricauerunt: sicubi sunt, qui simulatam reuerentiam ad argumentum falsae doctrinae mouebantur: Detracta sunt personarum velamina, conuictae sunt decipientium falsitates, pellem lupus abiecit, & nudus lupus publicatur: & hoc manet, dum apparet, quod tegebatur, cum non apparebat. Simulatio damnabatur, veritas fiducialiter agit: falsitas exterminabatur, & eius qui seminavit zizania, dogmata abscinduntur. Triticum, quod est CHRISTO dilectus populus, in vnum horreum mittitur, scilicet in Ecclesiam CHRISTI. Lux orthodoxae fidei orta est, erroris tenebrae demerguntur. Tristitia transfiguratur, & luctus in laetitiam, & contristatio in gaudium, omnia ad meliora transgrediuntur. Propter quod & nos Ecclesijs DEI, quae dudum pacis gratiam acceperunt, congratulantes, Apostolica traditione alloquimur vos: Gaudete, gaudete, iterum dico, gaudete, ternum enim gaudium Trinitas nobis concessit. Benè valete, sacratissimi auxiliatores pietatis, orantes pro nostro imperio. Et manus diuinae Legimus. Data decimo Calendas Ianuarias Constantinopoli, imperiali domo, pijsimo perpetuo Augusto Constantino Imperatore, anno vigesimo nono. Et post consulationem eiusdem anno decimotertio, indictione decima.

Toan. 17.

Esa. 14. c

Macarij heretiarum & Luciferi collatio.

TOM. 2.

trum, imperialem & apostolicam celebrantium solennitatem? Quomodo recalcitrasti, qui dilectus es diligentibus te, & ad patientiam te inuitantibus? Nunquid qui cadit, non refurgit? aut ita vertens, non conuertitur? Quare auertis auersionem improbam, & tentus es in heretico proposito? Noluisti vtique conuerti ad pietatem: confusus es, in quibus malè docebas. O demetiam simul & obcaecationem. Idem enim esse vtrunque videtur. Harum namque alia vestigia corporis, alia autem gressus animae seducit. Desipiens, malè docere non erubescibat, & benè docere erubescibat, hic quidem, qui Antiochenum factus est praesul Macarius, quem non oportet dicere Macarium, & qui cum ipso de ordine Christi discesserunt, cuius vniuersalis conuentionis communi sententia de sacerdotali dignitate repulsi sunt, & probationi sanctissimi papae traditi sunt.

Diffinitionem autem adorandum venerabile sanctissimum concilium decreuit, tam sanctissimis concilijs, quam & probabilibus patribus conuenientem & subsequenter: in qua & imperium nostrum subscripsit, & per pia dicta nostra comprobauit eam, per quam orationibus vestris cuncta Ecclesiae plenitudo pacificatur. Sicubi sunt, qui scandalum contritae conditionis fabricauerunt: sicubi sunt, qui simulatam reuerentiam ad argumentum falsae doctrinae mouebantur: Detracta sunt personarum velamina, conuictae sunt decipientium falsitates, pellem lupus abiecit, & nudus lupus publicatur: & hoc manet, dum apparet, quod tegebatur, cum non apparebat. Simulatio damnabatur, veritas fiducialiter agit: falsitas exterminabatur, & eius qui seminavit zizania, dogmata abscinduntur. Triticum, quod est CHRISTO dilectus populus, in vnum horreum mittitur, scilicet in Ecclesiam CHRISTI. Lux orthodoxae fidei orta est, erroris tenebrae demerguntur. Tristitia transfiguratur, & luctus in laetitiam, & contristatio in gaudium, omnia ad meliora transgrediuntur. Propter quod & nos Ecclesijs DEI, quae dudum pacis gratiam acceperunt, congratulantes, Apostolica traditione alloquimur vos: Gaudete, gaudete, iterum dico, gaudete, ternum enim gaudium Trinitas nobis concessit. Benè valete, sacratissimi auxiliatores pietatis, orantes pro nostro imperio. Et manus diuinae Legimus. Data decimo Calendas Ianuarias Constantinopoli, imperiali domo, pijsimo perpetuo Augusto Constantino Imperatore, anno vigesimo nono. Et post consulationem eiusdem anno decimotertio, indictione decima.

Philipp. 4. c

SCRI-

SCRIPTA LEONIS PAPAE II. ad Constantinum pijsimum Augustum.

Regi regum, in cuius potestate sunt regna mundi, pusilli, cui magnas gratias agimus, qui ita in vobis terrenum contulit regnum, vt caelestia vos magis ambire concederet. Plus est enim, quod in DEO defixam mente confiditis, quam quod de collato vobis diuinitus honore regnatis. Illud enim vobis, hoc proficit omnino subiectis. Nam triumphalem paterni diadematis gloriam, nascendo superna miseratione obtinetis. pietas enim vestra, fructus misericordiae est: potestas autem, cultos est disciplinae. Per illa igitur regia mens Deo iungitur, per istam verò celsura subditis adhibetur. Illius opes, inopes adiuuant: huius autem sagacitas, a vero tramite deuians emendat. Non enim minor regnantium cura est, praua corrigere, quae de aduersarijs triumphare: quia ei nimirum potestatem suam seruando subijciunt, cuius profectò munere & protectione imperare noscuntur. Vnde diuinitus ordinata vestra Christianissima pietas, & habitaculum dignissimum sanctispiritus in sui cordis arcano praeparans, quando caput ecclesiae Dominum Iesum Christum, verae pietatis regulam amplectendo, concessi sibi ab eo regni demonstrat authorem, sanctum venerabile corpus eius, quae est sancta mater Ecclesia, vt syncerus & principalis filius, largiendo atque fouendo inconcussa facit soliditate gaudere. Scriptum est igitur de vobis, clementissime principum, & de eadem sancta Ecclesia toto terrarum orbe diffusa: Erunt (inquit) reges nutritij tui, pariterque scriptum est, Honor regis iudicium diligit: quia dum diuina rebus humanis praeronis, & orthodoxam fidem curis secularibus incomparabiliter antefertis, quid aliud, quam iudicium rectum Dei cultui mancipatis, & sacrificium purissimum atque holocaustum diuinae suauitatis odore flagras, in ara vestri pectoris eius inuisibili maiestati maestatis? Haec de pijsimi animi vestri proposito Christianissime Augustorum efficaciter dici (Dei gratia operante) confidimus, qua sola & error omnis euictus est, & recitudo euangelicae atque apostolicae fidei cum sincera charitatis copula apud cunctos ecclesiarum Christi praesules obtinetur. Ibi enim Christianae fidei veritas lucet, vbi gemina, Dei videlicet & proximi, charitas feruet. Proinde nisi hoc vtrunque rex regum, omnipotens Deus suis sacerdotibus condonare disponeret, nunquam se regia generositas ad infirmos famulos inclinaret, & paululum regali fastigio seposito, vnum se de collegio sacerdotum pro zelo Dei adnumerari concupisceret. O quam gloriosa & praecelsa, veraque humilitas, quae pro amore diuino se inclinare dignata est. Quid igitur

Esa. 49. f. Psal. 98.

vsfragans

TOM. 2.

restat Auguste, regie & sublimissime princeps, nisi vt Deus, qui in cremetum dat, haec in cor regium dignanter inspiret, augeat, & impleat in vobis iucem catholici dogmatis, qua fugentur haereticae nebulae prauitatis? Denique legatos huius Apostolicae sedis matris vestrae Romanae ecclesiae, pietatis vestrae famulos, id est, Theodorum & Georgium presbyteros, & Ioannem diaconum filios nostrorum, atque Constantinum subdiaconum regionarium sanctae nostrae Ecclesiae, vnà cum personis, quae cum eis profectae fuerant, quae à praedecessore meo Apostolicae memoriae Agathone papa per octauam indictionem pro causa fidei (vestra pietate iubente) illuc directae fuerant, per nuper elapsam decimam indictionem mense Iulio, cum diuilibus clementiae vestrae apicibus & synodalibus gestis, cum magno iocunditatis gaudio in domino exultantes, suscepimus: & quasi de quodam mœoris fluctu optatae tranquillitatis portum ingressi, receptis viribus, cum gratiarum actionibus exclamare cepimus: Domine, saluum fac Christianissimum regem nostrum, & exaudi eum in die, in qua inuocauerit te, per cuius à Deo inspiratum studium, per totum orbem terrarum Apostolicae Traditionis pietas flagrat, dum tetra caligo haereticae prauitatis euauit. Merito igitur cum propheta canendum est ac dicendum: Domine, in virtute tua, exaltabitur rex, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animae eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Rex enim qui sedet in solio, sicut sapientissimus quidam ait, intuitu suo dissipat omne malum. Etenim dissipatum est, Domino eo operante, vestrae pietatis laboribus malum, quod diaboli nequicia deceptione induxerat: & bonum Christianae fidei, quod Christus ad salutem hominum contulit, obtinet. Igitur gestorum synodali seriem recensentes, curiosaque diligentia singula, quaeque gesta sunt, flagitantes, eadem quae Apostolicae sedis legati narrauerant, scriptis consonantibus conuenire reperimus. Cognouimus enim, quod sancta & vniuersalis & magna sexta synodus, quae per Dei gratiam imperiali decreto in regia vrbe nuper congregata est, eademque & vniuersum concilium alludens huic sanctae sedi Apostolicae, cuius ministerio fungimur, senserit atque decreuerit sub orthodoxae fidei integritate, regulisque Maiorum, atque concorditer nobiscum cõfessa est, vnum esse de sancta & inseparabili Trinitate Dominum nostrum IESUM CHRISTUM, ex duabus & in duabus naturis inconfuse, inseparabiliter, indiuisè consistentem, vt verè Deum perfectum, & hominem perfectum eundem ipsum, saluaque proprietate vniuscuiusque in eo conuenientia naturarum, eundem ipsum diuina operatū vt

Psalm. 119.

Psalm. 20.

exultabitur

Pro. 20. b

De-

Deum, & humana inseparabiliter operatū vt hominem, absq; solo peccato: & duas idcirco naturales volūtates, duasq; naturales operationes eum habere veraciter prædicauit, & per quæ principaliter & naturalium eius veritas demonstratur, vsque ad cognoscendam profectō differentiam quarū sunt naturarum, ex quibus & in quibus vnū idemq; Dominus noster Iesus Christus consistit, per quæ reuerā probauimus, hanc sanctam & laudabilem atque prædicabilem sextam synodum, per misericordiam Dei, q; Christianæ fidei veritatem suis fidelibus referat, apostolicam prædicationem inoffenso pede fuisse secutam, sanctorumq; & vniuersalium quinque conciliorum definitionibus in omnibus consentientem, & horum regulas amplectentem, nihil super statuta orthodoxæ fidei augmentem aut minuētē, sed regiam & euangelicam semitam rectissimè gradiētē, & in his atq; per eos sacrorum dogmatum lima, & probabiliū catholicæ Christi Ecclesiæ patrum doctrina seruata est, & regulari lima ad omnium ædificationem prolata. Sed & hoc verè dignum, Deoq; gratissimum existit, quod apostolicæ prædicationis veritas, quæ imperialē exornat potentiam, & principalem clementiā seruat, per augustissimā pietatis edictum in toto orbe terrarum percubuit, & sicut solis radius omnium hominum corda lustrauit, vt inde rursus doctrinam pietatis spiritaliter perceperint, vndè iustæ dispensationis gubernacula benignè sibi pberi cognoscunt. Synodali igitur sententia, & imperiali edicti censura, tāquā ancipiti spiritūs gladio, cum priscis hæresibus etiā nouæ prauitatis error expunctus est: & qui authores falsitatis extiterūt, cum suæ blasphemiae labe prostrati sunt, qui ore sacrilego tentauerunt asserere, vnam voluntatem & vnam operationem in duabus subsistēcialiter vnitatis naturis Domini nostri Iesu Christi, ex quibus & in quibus indiuisibiliter & inconfusè consistit. Hanc igitur rectæ atq; apostolicæ traditionis normam prædecessor meus Agatho, apostolicæ memorie papa, cum sua synodo prædicauit hanc scriptis percurrētibus in suæ suggestionis pagina vestre pietati per suos legatos emisit, approbans & confirmans testimonijs sanctorum ac probabiliū Ecclesiæ Doctōrum, quam sancta nunc & magna synodus, Domini & vestro fauore celebrata, suscepit, & in omnibus nobiscum amplexa est, vt potè beati Petri apostolorum principis synceram doctrinam in ea agnoscens, & immutata pietatis in hac signa contrectans. Sancta igitur vniuersalis & magna sexta synodus, quam nutu Dei vestra clementia & sedulè conuocauit, & cui pro Dei ministerio præfuit, apostolicam in omnibus regulam, & probabiliū patrum doctrinam secuta est: & quia definitionem

rectæ fidei (vt dictum est) plenissimè prædicauit, quam & Apostolica sedes beati Petri Apostoli (cuius licet impares ministerio fungimur) veneratè suscipit, idcirco & nos, & per nostrum officium hæc veneranda sedes Apostolica concorditer ac vnanimiter his quæ definita sunt ab ea, consentit, & beati Petri autoritate confirmat, sicut supra solidatam petram, qui Christus est, ab ipso Domino adeptus firmitatē. Propterea sicut suscepimus atq; firmiter prædicamus sancta quinque vniuersalia concilia, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinū primū, Chalcedonense, & Constantinopolitanum, quæ & omnis Christi Ecclesiā approbat & sequitur: ita & quod nupèr in regia vrbe pio vestre serenitatis adnū celebratum est sanctum sextum concilium, vt eorum pedifsequi interpretes, pari veneratione atq; censura suscipimus, & hoc cum eis dignè connumerari, tanquā vna & æquali Dei gratia congregatum, decernimus: & qui in eo fideliter conuenerunt Christi Ecclesiæ sacerdotes, inter sanctos Ecclesiæ patres atq; doctores ascribēdos, æquè censemus. Nam & istis, sicut & illis, idem Dei spiritus salutē animarum operatus est: & huius immarcescibilis fructus imperiali pietati vestre à domino reputabitur, cuius & per secula prædicando labore (mirabiliter DEI gratia cooperante) perfectum est. Anathematizamus præterea proinde, atque execramur omnes hæreses, omnesque earum authores atque fautores, qui aduersus apostolicam & orthodoxam fidem diabolicis decepti fallacijs, falsitatis errores in Ecclesiam conati sunt introducere, id est, Arium, Sabellium, Macedonium, Apollinarem, Eunomium, Nestorium, Eutychem, Dioscorum, Timotheum, Seuerum, Themistium, Origenem, qui & Adamantius, Didymus & Euagriū, similiter scripta Theodoriti aduersus duodecim sancti Cyrilli capitula, cum epistola, quæ dicitur Ibae, missa ad Marim Persam, & vnā cum eis Iacobum, Theodosium, Gaianum, Anthimum, Zoaram, Donatum, Nouatum, Priscillianum, Paulum, Photinum, Pelagium, Cælestium, Iulianum, Faustum, Maximinum, quos sancta catholica atque apostolica Ecclesiā de catalogo fidelium patrum, vt potè zizania de area dominicæ Ecclesiæ, gehennæ supplicio abdicanda, per ventilabrum diuinæ discretionis abiecit. Pariterq; anathematizamus noui erroris inuentores, id est, Theodorum Pharanitanū episcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergiū, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Constantinopolitanæ ecclesiæ successores magis q; præfules, necnon & Honorium, qui hanc Apostolicam Ecclesiam non apostolicæ traditionis doctrina lustrauit, sed prophana proditiōe immaculatā fidem subuertere conatus est. Et omnes, qui in suo errore defuncti sunt.

Papa synodum vi. cōfirmat.

Matt. 16.

Hæresiar. chæ aliquot diuersi.

Hæresiar. chæ de vna voluntate & operatione Christi.

similiter anathematizamus, & abominamur imitatores eorum & complices, qui dudum fuerunt, vel nunc vsq; sunt, id est, Macarium quōdam fallacissimum Antiochiæ ecclesiæ deceptorē, cum sui erroris discipulo, immō magistro Stephano: & cum eis Polychronium nouum (vt verè dictum est) Simonē, qui hæreticæ prauitatis delusus phātasmatē, mortuos fuscitare pollicitus, dum vanā eius præsumptionem effectus nō sequitur, fallax & in hoc omnibus comprobatus est: & qui similia eorum sapuerunt, vel sapiunt, qui vnam videlicet voluntatem & vnam operationem dicere præsumpserunt, vel presumunt in duabus naturis Domini nostri Iesu Christi, quos & sancta vniuersalis suprà memorata sexta synodus abdicauit: & Macarium quidem de præfulari dignitate deiecit, discipulumque eius Stephanum, & Polychronium senem vanissimum, sacerdotij honore frustrauit, eorumque participes atq; socios, qui noluerunt intelligere vt benè agerent, & iniquitatem meditati sunt in cubilibus suis, qui suos, & præsertim Macarius, errores huc illucq; disseminare conati sunt. Et dum sub ouili regimine latens lupus appareret, & p pastore fur & latro cōpertus est, à vero pastore ouium Christi, vt pestifer ac deuastator abiectus est: idcirco dignè anathematis stylo percussi sunt, & æternis vinculis colligati, pœnitere nolendo, insolubiliter tenentur obstricti: nē rursus in effrenatæ præsumptionis audaciam concitati, suæ pestiferæ doctrinæ contagio quenquam de simplicibus scædarent, qui etiā nunc vsque in sua obstinatione peruicaciter perseuerare maluerunt, quā ad veritatis cognitionem, vt saluarentur, pœnitendo conuerti. obdurauit enim cor eorum diuturna malitia, & omnibus claruerunt conscientie magis quā ignorantie labe prostrati, vt spontè rebelles apostolicæ veritati, & suam magis quā Dei gloriā inquirentes, cum Deus moneat, ad pœnitentiæ correctionem delinquentes exhortans: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertat, & viuat. Nam q; p diuina scripta vestra pietas nostram exiguitatem cōmonere dignata est, vt salutari doctrina & orthodoxæ fidei dogmatibus imbuerentur, quatenus ad sanæ fidei scientiam peruenirent, vt ægrotis & naufragantibus circa fidem, sedulo eis manum spiritalis doctrinæ porreximus, vt ad portum veritatis pertingerent, & medicinalia monita ad cognoscendam sanæ scientiæ rectitudinem indefinenter contulimus: & quod ad nostrum ministerium congruit, admonitionis remedia non obmittimus cupietibus exhibere. Licet autem scripturæ stylus, pro statu apostolicæ & euangelicæ fidei admiranda certamina vestre clementiæ & vigilantia singularè narrare non sufficit, non tamen ideò p̄mittenda sunt

Psalm. 35.

etelo

*clade

Ezech. 18. g

fortitudinis insignia, dum vbiq; orbis vniuersus eius canit p̄conia. O sancta mater ecclesia, exurge, depone pallium mœroris, & induere stolam iocunditatis tuæ. Ecce filius tuus constantissimus principum, defensor tuus, adiutor tuus, nē commouearis, accinctus est gladium verbum Dei, quo diuidit incredulos à fidelibus, induit se lorica fidei, & galeā spem salutis. En propugnator tuus (confide, nē metuas) nouus Dauid, nō ille rex vnius gentis Iudaicæ, sed hic tuus Christianæ plebis piissimus princeps, Nazarenus sanguine corporatus, deiecit Goliath magniloquum hostem tuū, & cunctū agmē eius huc illucque dispersit: percussit frontē eius iactu lapidis, vbi non inerat signaculū pietatis: amputatum est caput eius, & in mēbris eius nullus vigor relictus est. En vbiq; triumphus portatur in pilo. Congregamini pariter & venite o religiosissimæ Christi ecclesiæ, cum sacerdotibus plebes toto orbe diffusæ, canite magna voce, & dicite: Vicit nouus Dauid constantissimus Augustorum non in millibus solum, (nec enim generalem Euangelicæ prædicationis victoriam, numerorum vinculis quifquam poterit comprehendere) sed & ipsum principem, & hostem, & ducem, ac in centorem omnium malorum & errorum diabolus, cum suis legionibus atq; fautoribus, per arma veræ atque orthodoxæ & apostolicæ traditiōis & confessionis extinxit. Exulta nunc securā sancta mater Ecclesia, de libertate tua sepius impugnata, sed non derelicta. Sufficit rex tuus inuictissimus Christianorum principem propugnatorem tuum, benefactorem tuum atque opulentissimum largitorem, cuius studio orthodoxa fides recollecto splendore toto orbe irradiat, fideles omnes gratiam referentes exultant, infideles mœror atq; deiectio comprimit & confundit, ecclesiæ Christi de cunctis oppressionibus liberatæ respirant, donis imperialibus confouentur, principali præsidio muniuntur, quibus & domesticis verbis augusta vestra benignitas Christū imitando pollicetur: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad cō-

Reg. 17.

Matth. 28. d

um gentium colla subternat. Data Nonis Maijs, indictione decima.

Imperator iste, fuit eius nominis II. sionis *Iustiniani Augusti, directa ad Ioannem papam vrbis Romae, in confirmacionem sextae synodi Constantinopolitanae.

In nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, Imperator Caesar Flavius Iustinianus, fidelis in Iesu Christo, pacificus, pius, perpetuus Augustus, *vito Ioanni *vero sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo antiquae aemae vrbis Romae atq; vniuersali papae. Magnum studium, magna sollicitudinem nos habentes pro stabilitate immaculatae Christianorum fidei, dehinc nanq; clementissimum nostrum Deum adiutorem, & susceptorem nostrae serenitatis esse confidimus, aduersus omnem inimicum Christo dilectae nostrae reipublicae, dum cognitum est nobis, quia synodalia gesta, eorumque definitionem, quam & instituire noscitur sanctum sextum concilium, quod congregatum est in tempore sanctae memoriae nostri patris, in hanc a Deo conseruandam regiam vrbem, apud quosdam nostros iudices remiserunt. Neq; enim omnino prauidimus alterum aliquem apud se detinere ea, sine nostra pijsima serenitate, eod quod nos *copiosos misericordia noster deus custodes constituit eiusdem immaculatae Christianorum fidei: sed mox adduximus nostros patres sanctissimos ac beatissimos patriarchas cum vestrae beatitudinis apocryphario, & sacratissimo senatu, verum etiam deo amabiles metropolitans & episcopos, qui hinc in regia vrbe commoratur, & deinceps militantes incolas sancti palatii, necnon & ex collegijs popularibus & ab excubitoribus, insuper etiam quosdam de Christo dilectis exercitibus, tam ab a Deo conseruando imperiali obsequio, quamq; ab Orientali Thraciano, similiter & ab Armeniano, etiam ab exercitu Italiae, deinde ex Cabaritanis & Septensianis, seu de Sardinia atq; de Africano exercitu, qui ad nostram pietate ingressi sunt, & iussimus praefatas synodalia gestorum chartas in medium adduci, & coram supradictis omnibus lectionem eorum fieri: omnesque diligenter audientes signare ipsas fecimus: quorum auditorum vniuersitas in nostris manibus caspuit chartas, vt debeamus nos tenendo inuiolatas conseruare ipsas, vt non licentia fuerit in quolibet tempore his, qui timorem Dei nolunt habere, aliquid corrumpere aut submutare ab his, quae inserta sunt in praedominatis synodalis gestis, quas totas chartas bene definitas in temporibus sanctae memoriae nostri patris, ex probabilibus sanctis patribus, qui propriae linguae & manuum fidem apud dominum nostrum Iesum Christum, verumq;

TOM. 2.

Deum existentem, confirmasse dinoscitur, & confitentes eam docuisse, nos speramus clementissimum nostrum Deum: quia usq; dum noster spiritus statutus est ex Deo esse, in nobis ipsas chartas & incommutabiles semper conseruabimus. Ad insinuandum ita que vestrae paternae beatitudinis huiusmodi capituli motiones, prauidimus & earum scientiam notam fecisse beatitudini vestrae. Et manu diuina. Diuinitas te seruet per multos annos, sanctissime ac beatissime pater. Data decimotertio Calendas Martias, Constantinopoli imperiali domo, pijsimoque perpetuo Augusto Iustiniano imperatore, anno secundo: & post consulatum eius anno secundo, indictione decimaquinta.

GLORIA IN EXCELSIS DEO, ET IN TERRA PAX HOMINIBUS BONAE VOLUNTATIS.


GLORIA INDIVIDVAE TRINITATI. SCRIPTVS EST HIC CODEX temporibus D. Sergij sanctissimi ac beatissimi papae I. & in patriarchio ecclesiae Romanae receditus.

Candido Lectori F. Laurentius Surius. Hi nonem sequentes Canones falso adscribuntur Sextae Synodo: sed quia pijs cum primis esse videntur, volumus cuiusvis Lectore eorum cognitione fraudare. itaq; suo illos loco reliquimus. Vale.

DECRETA CONCILII CONSTANTINOPOLITANI SEXTI.

Ex vetusto codice monasterij sancti Bnonis vrbis Gandaei Flandriae. Erat autem codex ille, ad instar decreti Gratiani, distinctus quinq; partialibus libris, quorum singuli tractabant singulas materias. Itaque capitula quae subiunguntur, desumpta sunt ex eiusdem libro quarto, capite quinquagesimo sexto.

TITVLVS DE CANONIBVS apostolorum & de synodis principalibus.



Postolorum canones, qui per Clemetem Romanum Pontificem, sicut quidam asserunt & c. sexta in Constantinopoli C. L. patrum contra macarium Antiochenum episcopum & socios eius, qui vnam voluntatem & operationem in Christo falsa suspicione adstruebant, temporibus Constantini principis, Agathonis papae Romani, Georgij Constantinopolitani, qui, condemnata haeresi praefata, scripserunt nouem capitula inferius annexa.

Caput primum.

Si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico vel laico munera dare, aut dedisse, vt ecclesiam alterius presbyteri subripiat, sciat se pro hac rapina & sua cupiditate aut gradum amissurum, aut in carceris aruna longo tempore, poenitentiam agendo, detinendum.

Caput

Caput secundum.

Si paruulus egrotans, ad quemlibet presbyterum baptismi gratia de cuiuslibet parochia allatus fuerit, ei baptismi sacramentum nullo modo denegetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectauerit, & ille paruulus absq; baptismi gratia mortuus fuerit, noverit se ille, qui eum non baptizauit, pro eius anima ratione redditurum.

Caput tertium.

Nullus sacerdos aut clericus siue laicus, praesumat calicem, aut patenam, aut quolibet vasa sacra & diuino cultui mancipata, ad alios vsus retorquere. Nam quicumque de calice sacro, quo sanguis Christi accipitur, aliud bibit praeter Christi sanguinem: & patenam ad aliud officium habet, q; ad altaris ministerium, deterendus est exemplo Balthasar, qui dum vasa Domini in vsus communes assumpsit, vitam pariter cum regno amisit.

Dan. 5.

Caput quartum.

Si quis ex presbyteris voluerit nepotem suum aut aliquem consanguineum ad scholas mittere in ecclesijs sanctorum, aut in cenobijs, quae nobis ad regendum commissa sunt, licentiam id faciendi concedimus.

Caput quintum.

Presbyteri per villas & vicus scholas habeant. Et si quilibet fidelium suos paruulos ad discendas literas eis commendare vult, eos non renuat suscipere & docere, sed cum summa charitate eos doceant, attendentes illud quod scriptum est: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates. Cum ergo eos docent, nihil ab eis precij exigant, nec aliquid ab eis accipiant, excepto, quod eis parentes eorum charitatis studio sua voluntate obtulerint.

Dan. 12. b

De instructione bonorum operum. Cap. 6. Ex Gandaei rubeo lib. 2. numero 135. (dicitur esse ex concilio Voormaticensi.)

Cum ergo omnium scripturarum sanctarum pagina, instrumentis bonorum operum referta sint, & sanctarum scripturarum campis possint inueniri arma, quibus vitia comprimantur, & virtutes nutriantur, libuit nobis, huic nostro capitulari inserere sententiam cuiusdam patris de instrumentis bonorum operum, in qua, magna breuitate, quid agi, quid vitari debeat, continetur: in primis nominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, deniq; proximum tanq; seipsum: Deinde non occidere, non aduulterari, non facere furtum, non concupiscere, non falsum testimonium dicere, honorare omnes homines: Et quod sibi aliquis fieri non vult, alij non faciat. abnegare semetipsum sibi, vt sequatur Christum, Corpus castigare, delicias spernere, iustitiam amplecti, ieiunium amare, pauperes recreare, nu-

Hois verè Chřiani ac pijs scopum seu meram hic delineatam videre licet.

TOM. 2.

dum vestire, infirmum visitare, mortuum sepelire, in tribulatione subuenire, dolentem consolari, a seculi actibus se facere alienum, nihil amori Christi praepone, iram non perficere, iracundiae tempus non reseruare, dolium corde non tenere, pacem falsam non dare, charitatem non derelinquere: non iurare, ne forte periures: veritatem ex corde & ore proferre, malum pro malo non reddere, iniuriam non facere, sed & sibi factam patienter ferre: inimicos propter Deum diligere, maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere, persecutionem propter iustitiam sustinere: Non esse superbum, non vinolentum, non multum edacem, non somnolentum, non pigrum, in non murmurosum, non detractorem: Bonum aliquid in se cum viderit, Deo applicet, non sibi. spem suam DEO committere, malum semper a se factum sciat, & sibi reputet. diem iudicij temere, gehennam expauescere, vitam aeternam omni concupiscentia spiritali desiderare, mortem quotidie ante oculos suspectam habere, actus vitae omni hora custodire, in omni loco Deum se respicere pro certo sci: cogitationes malas, cordi suo aduenientes, mox ad petram Christum allidere, & seniori spiritali patefacere: os suum a malo vel prauo eloquio custodire. Multum etiam loqui non amare, verba vana non loqui: risum multum aut excessum non amare, lectiones vero sanctas libenter audire, orationi frequenter incumbere, mala sua praeterita & praesentia cum lachrymis & gemitu quotidie Deo in oratione confiteri, de ipsis malis decetero se emendare, desideria carnis non perficere, voluntatem propriam odire, praecceptis sacerdotis & praecceptoris Dei in omnibus obedire, etiam si ipse aliter (quod absit) agat, memores illius Dominici praeccepti: Quae dicunt, facite: quae autem faciunt, nolite facere. Non velle dici sanctum anteq; sit, sed prius esse quod verius dicatur. Praecpta vero nomina adimplere, castitatem amare, nullum odire, zelum *per inuidiam non habere, contentionem non amare, elationem fugere, & seniores venerari, iuniores diligere in Christi amore, pro inimicis orare, cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de Dei misericordia nunq; desperare. Ecce haec sunt instrumenta artis spiritalis, quae cum fuerint a nobis die noctuque incessabiliter adimpleta, in hoc praesenti seculo tranquillam faciunt ducere vitam, & in diem iudicij reassignata illa merces nobis a Domino recompensabiliter retribuetur, quam ipse promisit, dicens: Quod oculi non viderit, nec auris audiuit, nec in corde hominis ascendit, quae praeparauit Deus his qui diligunt illum.

Matt. 23. a

*Dei quod tunc *de

1. Cor. 2. g

Caput septimum.

Commonendi sunt fideles omnes a minimo vsque ad maximum, vt orationem non

SSSS 2 mi.

minicam & symbolum dicant:& dicendum est eis,quod his duabus sententijs omne fidei Christianae fundamentum incumbit.Et nisi quis has duas sententias & memoriter tenuerit, & ex toto corde crediderit, & in oratione sapissimè frequentauerit, catholici esse non poterit. Constitutum nanque est à sanctis patribus, vt nullus christinetur, neq; baptizetur, neq; à lauacro fontis alium suscipiat, neq; coram episcopo ad confirmandum quemlibet teneat, nisi symbolum & orationem Dominicam memoriter tenuerit, exceptis his, quos ad loquendum aras minimè perduxit. dicendum est illis, vt singulis diebus, qui amplius nō potest, saltem duabus vicibus oret, manè scilicet & vespere, dicens symbolum siue orationem Dñicam: siue, Qui plasmasti me, miserere mei: vel etiā, Deus, propicius esto mihi peccatori. & Deo gratias agat pro quotidianę vitę comitatibus, & quia se ad imaginem suam creare dignatus sit, & à peccatoribus segregare. His actis, & solo Deo creatore suo adorato, inuocet sanctos, vt pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur. Hęc faciāt, quibus basilicę locus est in basilica: qui verò in itinere, aut pro qualibet occasione in syluis aut agris est, vbicunq; eum ipsa hora matutina vel vespertina inuenerit, sic faciat, sciens Deum vbiquè presentem esse, dicente Psalmista: In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino. Et, Si ascendero in cælum, tu illic es, &c.

Luc. 18.

Phil. 102.

Phil. 138.

Psalm. dicit privilegia.

Caput octauum.

Dici verò Dominici (quia in eo Deus lucem condidit, in comanna in eremo pluit, in eo nasci dignatus sit, in eo stella Magis refulsit, in eo de quinque panibus & duobus piscibus quinque millia hominum pauit, in eo baptismum in Iordane à Ioanne suscepit, in eo ipse pius redemptor humani

generis spontè pro salute nostra à mortuis resurrexit, in eo spiritum sanctum super discipulos infudit) tanta debet esse obseruantia, vt præter orationes & Missarum solennia, & ea quæ ad vescendum pertinent, nihil aliud fiat. Nam etsi necessitas fuerit nauigandi siue itineradi, licentia datur, ita duntaxat, vt huius occasione, Missæ & orationes non prætermittantur. Conueniendum est sabbato die cum luminaribus cuiuslibet Christiano ad ecclesiam, conueniendum est ad vigilias siue ad officium matutinum. Concurrentium etiā est cum oblationibus ad Missarum solennia: & dum ad ecclesiam conuenitur, nulla causa dici debet vel audiri, nulla iurgia sine habenda, sed tantummodò vacandum est orationi & celebrationi elemosynarum, & in Deo laudibus cum amicis & proximis & peregrinis spiritualiter epulandum.

Caput nonum.

Admonendi sunt omnes, vt hospitalitatem diligant, & nulli hospitium præbere detrectent. Et si cui fortè hospitium præstiterint, nullam ab eo mercedem accipiant, nisi fortè illi qui recipiuntur, sponte sua aliquid dent. Dicendum quoque est illis, qualiter multi per hospitalitatis officium deo placuerunt, dicente Apostolo: Per hanc enim placuerunt quidam Deo, angelis & spiritibus susceptis. Et iterum: Hospitales sine murmuratione. Et ipse Dominus ad iudicium veniens, diciturus est: Hospes eram, & collegistis me. Sciant quicunq; hospitalitatem amant, Christum se in hospitibus recipere. Nam ille modus hospitalitatis non solum in humanus, sed etiā crudelis est, quo nunquam in domum hospes antè recipitur, nisi prius dandi hospitij merces compensetur: & quod Dominus agere iussit pro perceptione regni cælestis, pro acquisitione terrenarum rerum agatur.

Heb. 13 a

1. Pet. 4. c

Matt. 25, d

DE CANONIBVS QVI SE

XTAE SYNODI DICVNTVR, BREVIS AD LECTOREM ADMONITIO F. Laurentij Suriij Carthusiani.



Sub Constantino Pogonato habita est Constantinopoli vj. Synodus 171. Patrum, qui Monothelitas hæreticos cōdemnarunt: porro canones nullos ediderunt, quemadmodum nec illi Patres, qui ad V. œcumenicā Synodum conuenerant. Postea verò sub Iustiniano, filio Constantini Pogonati, qui ab amputato naso dictus est *συνωτιμπος*, rursus Constantinopoli collecti sunt Episcopi 227. ijq; ad constitutionem ecclesiasticam Canones CII. ediderunt, vt id sarcirent, quod à Quintæ & Sextæ Synodi patribus erat prætermisum. Vnde fit, vt hæc Synodus nō propriè sextæ numeretur, sed *σενθὲν*, id est, Quinifexta: quāquam scio esse viros doctissimos, qui hos Canones nolint tribui Synodo œcumenicæ, sed alicui fortassis minori, qui

tamen publicam mereantur auctoritatem, postquam ab sede Apostolica in primo septimi Concilij canone approbati videntur, demptis tamen quibusdam, qui putantur suppositi, vel Græcorū temeritate deprauati. Verū hic summo perē cauedum est, ne quicquam cuiusquam priuato iudicio temerè statuatur. Facile autem periculum omne euitabimus, si Catholicæ Ecclesiæ vt in cæteris omnibus, ita & hac in re lubentibus animis sententiam amplectemur. Certè Adrianus Papa eius nominis I., honorificè citat canonē LXXXII. in scripto illo, quo cōfutat opus Carolo magno ab hæreticis nostræ ætatis falsissimè attributū, editū cōtra Nicenā ij. Synodum: quod quidem Adriani scriptum in hac demum Conciliorum editione prodit in lucem. Meminit porrò horum Canonū duobus locis etiā Synodus septima, meminuit & Nicolaus eius nominis primus pōtifex maximus in epistola ad Michaelem Imperatorem, meminuit quoq; Synodus Florentina, ad quā etiā Græci frequentes aduenerunt, meminere deniquè & alij pleriq;. Quo verò tempore sancti sint, inter authores non satis conuenit: porrò id omnium diligentissimè & verissimè notasse Theophanem Græcum authorem, vir doctiss. Franciscus Turrensis affirmat. Is verò Theophanes, vt idem ait, Tharastij Cōstantinopolitani syncellus fuit, & à temporibus Diocletiani Imperatoris vsq; ad Michaele Leonis filii anales rectos & simplices fidelissimè perduxit. Deindè adfert idē Turrensis Theophanis eius verba abs se Latine hunc in modū cōuersa: Illud oportet non ignorare, cassum & nugatoriū esse, quod quidā dicitāt, eos qui sexti esse cōcilij canones apud ipsos falsò feruntur, post quatuor annos editos fuisse. Vt enim in cæteris omnibus falsitatis coarguantur, ita in hac re quoq; mentiuntur. sic enim est vera temporum notatio. Habitum est vj. conciliū maximū contra Monothelitas xij. anno Imperij Cōstantini, qui fuit Heraclij nepos, à mundo cōdito 6172. Imperauit autē postea idē Cōstantinus alijs quinq; annis. Eo verò defuncto vita, imperauit eius filius Iustinianus annis x. Quo eiecto, Leontius tenuit imperiū triennio: Leontio successit Tiberius, qui Absimarus etiā est nominatus, fuitq; is in imperio annis septē. Deindè Iustinianus is, qui fuerat expulsus, in imperiū reductus est, imperauitque rursus sex annis, vt iam secūdo anno huius posterioris imperij Iustiniani descriptos fuisse canones, vel ex ipso tertio canone euidenter sit, in quo ita cantum est. Decernimus de concilij sententia, vt qui bis vxorē duxerint, & ante hunc diem, qui xv. mēsis Ianuarij numeratur iij. Indictiōis anni 6199, in hac culpa fuerint, neq; eā maculā eluere voluerint, vt gradu moueantur, &c. Hactenus Theophanes, qui viginti septem annos à concilio habito ad descriptos canones numerat. Sunt alij qui putent hos Canones promulgatos esse in illo altero sexto prophano Concilio, quod i. anno imperij Philippici habitum est: sed cū id annis v. posterius sit eo Patrū cōuentu, in quo hi canōes cōditi sunt, vanitatis isthæc opinio facile cōuincitur. Verū vt cunq; sit, vt iam antè dixi, nō poterimus vlli affines esse vel periculo vel errori, quod ad hosce canōes attinet, si eatenus eos probauerimus, quatenus Christi eos probat catholica ecclesia. Hæretici reijciunt omnia, quæ illorū impijs dogmatibus aduersantur: sed illorū iudiciū prorsus est contēnendū. Hubertus cardinalis doctiss. ante L. annos scribit quodā loco, vj. Synodū ad destruendam hæresim Monothelitarū, nō autē ad tradendū Romanis nouas cōstitutiones cōgregatā. Quod idcirco cōmemorare volui, quod pauci quidā canones in his 102. matrem ecclesiarū omniū Romanā Ecclesiā, æquo acerbius perstringant: Sed propter eiusmodi paucos quosdam nēuos non sunt ilico reliqui canones omnes reijciendi. Verū hęc hactenus breuiter admonuisse satis sit.

SSSS ij SAN

to Imperialis Palatii Constantinopoli conuenerunt, ad Iustinianum imprimis Pium Imperatorem allocutoria Oratio, interprete Gentiano Herueto, qui etiam eos qui sequuntur, 102. Canones conuertit.



Imprimis pio & CHRISTI amantissimo Imperatori Iustiniano, sancta & vniuersalis synodus, diuino pia vestrae potentiae nutu & decreto congregata in hac Deo custodita & regia ciuitate. Cum ineffabilis ac diuina redemptoris & seruatoris nostri IESV Christi gratia omnem terrarum orbem comprahenderit, & viuificum veritatis praeconium sit omnium aurius disseminatum, populus quidem sedens in tenebris vidit magnam cognitionis lucem, & ab erroris vinculis liberatus est, cum regno caelorum antiqua seruitute permutata: quia autem a primi splendoris pulchritudine propter elationem extrusus est, primus draco, spiritus, magnus Assyrius, a primis capitibus capitur, & fit in carnati verbi potentia ab omni fortitudine alienus, quemadmodum scriptum est, quod inimici romphae defecerunt in finem.

Vbi que enim diuini verbi cultus & adoratio lege sancitur, totus perfectus offertur, Deus que cui sacrificatur, & qui participatur ac communicatur ad corporum simul & animarum acquisitionem, eos qui sunt eius participes, neificat. Quamobrem & demones fugantur, & facer hominum qui congregatur coetus, in ecclesijs mystice sanctificatur, & deliciarum paradysus omnibus apertus est, & tandem fiunt noua omnia. Sed quoniam homicida diabolus, qui ex aduerso praepotentis Dei praecipitatus est, & parturijt & peperit laborem defectionis, non ferens videre nos a transgressionis lapsu excitatos, ad caelum euolare per primitias nostras, hoc est, Christum, qui se dedit pro nobis redemptionis precium, non delitit improbitatis tela torquere, & animi perurbationibus fideles fauciare, vt a data illis spiritus operatione, honore que ac gratia separarentur. Nec verò qui certaminum nobis praemia proposuit, & est salutis nostrae dux ac princeps Deus, auxiliij nos expertes dimisit, in vnaquaque generatione excitans, qui in huius vitae studio, eius cultus ac religionis armis instructi, aduersus eum in acie starent, & manus cum eo confererent, qui stricto spiritus gladio, quod est verbum Dei, & sic cum malo congressi, qua in nos exercebat tyrannidem, dissoluerunt, gregum duces effecti, & vias Domini populis sternentes ac praeparantes, ne in iniquitatis praecipitia propter eius, quod est, melius, ignorantiam detrudantur ac prolabantur. Oportebat enim eum, qui vt esse-

TOM. 2.

mus, nobis largitus est, & tanta depressiois humilitatis que magnitudine nostrum sibi genus vendicauit, & ad se euocauit, & reduxit, nobis quoque semitam vt bene esse mus, ostendere per ecclesiae luminaria ac doctores, qui nostros secundum Deum gressus illuminantes dirigunt, & ad euangelium incitant, quorum etiam conuersatio in caelis est, vt ait diuinus Apostolus. Vnde etiam nobis vitam nunc negligentius agentibus, & ratiocinationis considerationis que ocio indormientibus, cum nobis incautus via insidiator inimicus se iniecerit, & virtutem paulatim suffuratus, nobis, eius locovirium supposuerit, qui magnam hanc praesentis mundi nauem clauo assidens regit Christus Dominus noster, te sapientem nobis gubernatorem, pium Imperatorem vere praesidem excitauit, dispensantem sermones in iudicio, in seculum veritatem seruantem, facientem iudicium & iustitiam in medio terrae, & in via ab omni culpa ac reprehensione aliena procedentem. quem cum sapientia concepisset, eique obstetricis officium praestitisset, pulchre virtutibus educatum & ornatum, diuino que spiritu repletum, orbis terrarum oculum effecit, qui mentis puritate & splendore subiectos aperere illuminans, cui suam Ecclesiam adhibuit, & legem eius noctu diuque meditari docuit, ad populorum qui sunt sub eius manibus, perfectionem & edificatorem, qui tuo in Deum desiderij ardore Phineas zelum superas, & pietatis ac prudentiae robore confosso peccato, gregem quoque a vitio & exitio subtrahere voluisti. Oportebat enim eum qui post supernum momentum humani generis gubernaculum suscepisset, non solum id quod ad se pertinet, considerare, & quomodo sua a se vita dirigatur, sed & omnes quibus imperat, ex maximis fluctibus seruare, & a multa prolapsionum errorum que confusione, vndique obruentibus improbitatis fluctibus, & humilitatis nostrae corpus perturbantibus eripere. Quoniam autem sanctae & vniuersales duae synodi, in hac imperante & Dei obseruatrice ciuitate congregatae, vna quidem temporibus diuinae recordationis Iustiniani, altera verò sub pia memoriae Imperatoris Constantino, tuque mansuetudinis patre, ad paternam declarandum fidei mysterium sacros canones nequaquam descriperunt, sicut reliqua sanctae quatuor vniuersales synodi, per quos populi quidem a deteriore & abiectiore viuendi ratione recedant, ad meliorem autem & altiorum vitam se traducant. Et ex hoc gens sancta,

Philip. 3.

1. Pet. 2. regale sacerdotium, pro quo Christus mortuus est, a multis propter immodestiam ac insolentiam perturbationibus animi distractum ac diuulsum, & a diuino stabulo propemodum abruptum & abscissum, & propter ignorantiam ac obliuionem a bonis & ex virtute factis prolapsum, & Dei filio, vt Apostolicè loquar, conculcato, sanguinem quoque testamenti, in quo est sanctificatum, commune arbitratum, spiritus gratiam cõtumelia affectit. Hanc, vt potè peculiarem populam, reducere instar Christi, qui errantem in montibus ouem quaerit, & suo stabulo restituere, & mandata diuina que praecpta, per quae a mortuis operibus recedentes viuificamur, seruare persuadere valde cupiens, omni que salutis provisione ac pensione cogitata, Deoque quaesito, vt vult id quod dicit, Quarentes Dominum inuenient cognitionem cum iustitia: qui autem ipsum rectè quaerunt, inuenient pacem: & sanctam hanc & diuinitus electam vniuersalem Synodum congregari decreuisti, vt multorum simul congressione vnanimique consensione, id quod magno studio contenditur, a te rectè & ordine efficiatur. Sed & si que Iudaea vel gentilis improbitatis reliquiae maturo veritatis frumento immixtae sint, radicibus tanquam lolium euellatur, & pura pietatis seges ostendatur. Vbi enim sunt duo vel tres in nomine meo congregati, illic sum in medio illorum, inquit Dominus. Et rursum per Hieremiam nobis exclamauit: Quarite me in toto corde vestro, & apparebo vobis. Propterea ergo tuae pietatis iussu in hac Dei obseruatrice & imperante vrbe congressi, sacros canones scripsimus. Quamobrem tuam pietatem rogamus, eas quae prius in hac Dei obseruatrice ciuitate a congregatis sub bonae memoriae Imperatore nostro patribus editae sunt, voces tibi adducentes, vt quemadmodum Ecclesiae scriptis Ecclesiam honorasti, sic eorum, quae per viros pios & synceros decreta sunt, finem obseques. Dominus autem imperium tuum stabiliat ac confirmet in pace ac iustitia, & generationum generationibus transmittat, & terrenae quoque potentiae adijciat, vt etiam caelesti regno fruaris.

Canon I.

Ordo est optimus ei, qui omnem orationem & rem incipit, & a Deo incipere, & in DEVM desinere, vt dicit Theologus. Quocirca cum & pietas a nobis clare praedicetur, & Ecclesia, in qua CHRISTVS est fundamentum, assidue augetur ac promoueat, vt ea supra cedros Libani extollatur: & nunc a sacris incipientes, statuimus fidem a verbi ministris, quique ipsum suis oculis viderunt, & a DEO electi sunt, Apostolis traditam, citra vllam in nouationem immutabiliter que

TOM. 2.

ac inuolabiliter esse seruandam. Praeterea autem & trecentorum decem & octo sanctorum Patrum diuinitus inspiratorum, qui Niceae conuenerunt sub Constantino, qui fuit noster Imperator, aduersus impium Arrium, & gentilem ab eo decretam Deitatis diuersitatem, vel deorum potius, vt aptius dicam, multitudinem, qui vnanimi fidei agnitione eandem omnino substantiam, quod consubstantialitatem appellant, in tribus diuinae naturae consistentibus personis, & reuelarunt, & declararunt, hanc sub ignorantiae modio absconditam esse non sinentes, sed Patrem & Filium & Spiritum sanctum vna adoratione fideles adorare aperte docentes, & inaequalium diuinitatis graduum opinionem detrahentes ac diuellentes, & ab haereticis ex arena constructa aduersus rectam opinionem puerilia ludibria deijcientes & subuertentes. Similiter & eam, quae sub Theodosio, qui fuit noster Imperator, a 150. sanctis patribus, qui in hac vrbe imperante conuenerunt, praedicata est, fidem confirmamus, de Spiritu sancto voces quae eum Deum esse statuunt, amplectentes, & prophanum Macedonium vna cum prioribus veritatis inimicis expellentes, vt qui eum qui dominatur, seruum esse decernere ausus sit, & insectile vnitate fecare praedonis more voluerit, vt non esset perfectum fidei nostrae mysterium: vna etiam cum isto odio ac detestabili, quique aduersus veritatem fuit rabie percitus, etiam Apollinarem eiusdem iniquitatis mystam vna condemnantes: qui Dominum corpus mente seu intelligentia non praeditum sumpsisse impiè eructauit, hinc quoque imperfectam nobis fieri salutem ratiocinans. Iam verò & quae in Ephesiorum ciuitate a ducentis diuinis Patribus sub Theodosio Archadij filio Imperatore nostro expositae sunt, doctrinas tanquam infractum pietatis robur obsequamus, vnum Christum filium Dei & incarnatum praedicantes, & quae ipsum sine semine peperit, im pollutam semper virginem, proprie & verè Deiparam decernentes, & ineptam Nestorij diuisionem, tanquam a diuina sorte semotam persequentes, hominem separatim & DEVM separatim vnum Christum decernentis, & impietatem Iudaicam renouantis. Quin etiam eam, quae in Chalcedonensium metropoli sub Martino, qui fuit & ipse Imperator noster, a 630. descripta est Patribus, fidem orthodoxè confirmamus: quae vnum Christum filium DEI, ex duabus naturis compositum, & in duabus eiusdem naturis creditum, magna ac sublimi voce terrarum finibus tradidit, & stultè ac ineptè sentientem Eutychem, qui magnam oeconomiae mysterium existimatione solum perfectum esse putabat, tanquam auertendum aliquod portum

SSSS 4 tentum

tentum tetramque pestem, ex sacris Ecclesiae ambitibus exturbavit. Vna autem cum eo etiam Nestorium & Dioscorum, quorum ille quidem diuisionis, hic vero confusionis defensor erat & propugnator. Qui quidem ex impietatis diametro ad vnum perditionis & impietatis barathrum deciderant. Sed & centum sexagintaquinque diuinorum Patrum in hac ciuitate Imper. congregatorum sub Iustiano pia memoria, qui fuit Imperator noster, pijs voces ut à spiritu editas cognoscimus, & posteros nostros docemus, qui Theodoru Mopsuestia, Nestorij magistrum, & Origenē, & Didymum, & Euagrium, qui Græcas fabulas rursus fectas retulerunt, & corporum quorundam & animarum circuitiones & immutationes seu transmigrations deintegrò ruminauerunt, suis quibusdam mentis delirijs ac somnijs, & in mortuorum resurrectionem impiè ac contumeliosè insultarunt. Et quæ à Theodorito scripta sunt aduersus rectam fidem & duodecim beati Cyrilli capita, & eam quæ dicitur Ibe epistolam, Synodicè anathematizârunt & execrati sunt. Porro sextæ quoque Synodi, quæ in hac ciuitate Imperiali sub diuâ memoriâ Imperatore nostro Constantino pridem congregata fuerat, fidem, quæ maiorem ex eo firmitatem accepit, quod pius Imperator noster eius derisiones suo signaculo munijt ad futuram in omnia secula securitatem, non amplius mouendam nec agendam, nos seruare profitemur, quæ duas naturales voluntates, duasque naturales operationes in incarnata Domini nostri Iesu Christi veri dei œconomia nos piè opinari debere aperit docuit, ijs qui apertum veritatis decretum adulterauerant, & vnam voluntatem ac operationem vnam in vno Domino nostro IESV Christo populos docuerant, pia sententia condemnatis, Theodoro (inquimus) Pharan, Cyro Alexandria, Honorio Romæ, Sergio, Pyrrho, Petro, Paulo, qui in hac religiosa Dei que obseruatrice ciuitate præfederunt, Macario, qui fuit Antiochenus Episcopus, Stephano eius discipulo, & insipiente Polychronio, hac ratione intacto & illibato communi corpore Domini nostri Iesu Christi ab eis seruato. Atque, ut semel dicam, omnium qui in DEI Ecclesia decora ornamentaque fuerunt, & luminaria in mundo, vitæ rationem obtinentia, firmam fidem valere, & vsque ad seculi consummationem incõcussam ac illabefactatâ permanere sancimus, eorumque scripta ac decreta diuinitus tradita: reijcientes omnes & anathematizârunt, ut veritatis inimicos, & qui aduersus Deum inaniter fremuerunt, & iniustitiam in altum meditati sunt. Si quis autem ex omnibus prædicta pietatis decreta

TOM. 2.

non tenet & amplectitur, sicque opinatur & prædicat, sed ijs contrâ aduersari conatur, sit anathema, & secundum prius declaratorum sanctorum & beatorum Patrum decretum, à Christiano quoque catalogo ut alienus extrudatur & excidat. Nos enim his prius definitis neque aliquid adijcere, neque quicquâ adimere omninò statuimus, vel vilo modo potuimus.

Hoc quoque huic sanctæ Synodo pulcherrimè & honestissimè placuit, ut ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam & perturbationum curationem firmi stabilesque mancant, qui à sanctis Patribus qui nos præcesserunt, suscepti ac confirmati sunt, atque eadem nobis etiâ traditi sunt, sanctorum & gloriosorum Apostolorum nomine octogintaquinque Canones. Quoniam autem in his nobis canonibus præceptum est, ut eorundem sanctorum Apostolorum per Clementem ordinationes susciperemus, quibus iam olim ab ijs qui à fide aliena sentiunt, adulterina quadam & à pietate aliena introducta sunt, quæ diuinorum nobis decretorum elegantem ac decoram speciem obscurârunt, has constitutiones ad Christianissimi gregis edificationem ac securitatem conducibiliter reiecit, hæreticæ falsitatis fetus nequaquam immiscentes, & germanæ ac integræ Apostolorum doctrinæ inserentes. Oblignamus etiâ reliquos omnes canones, qui à sanctis & beatis nostris Patribus expositi sunt, id est, à trecentis decem & octo sanctis ac diuinis Patribus, qui Nicæ conuenerunt, ijsque qui Ancyra, & ijs etiâ qui Neocæsareæ, similiter & qui Gangris, præterea & ijs qui in Antiochia Syria, atque ijs etiâ in Laodicea Phrygiæ. Præterea autem & centum quinquaginta Patribus, qui in hac DEI cultrice & Imperiali ciuitate conuenerunt, & ducentis, qui in Ephesiorum metropoli prius coacti sunt, & sexcentis triginta sanctis & beatis patribus, qui Chalcedone: similiter & ijs qui Sardicæ, & qui Carthagine, & qui rursus in hac DEI cultrice & Imper. vrbe conuenerunt sub Nestario, qui imperanti huic ciuitati præsidebat, & Theophilo qui fuit Alexandria archiepiscopus. Quin etiâ canones Dionysij, qui fuit archiepiscopus magnæ Alexandrinorum ciuitatis: & Petri, qui fuit Alexandria archiepiscopus & martyr: Gregorij Neocæsareæ episcopi, qui θαυματουργός, id est, mirabilium operum effector dictus est: Athanasij Alexandrini archiepiscopi, Basilij archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, Gregorij episcopi Nyssæ, Gregorij Theologi, Amphilochoij Iconij, Timothei archiepiscopi Alexandrini, Cyrilli eiusdem Alexandria archiepiscopi, & Gennadij, qui fuit patriarcha huius Dei cultricis & imperantis ciuitatis. Præ-

Can. 2.

†ερεσδδ. Vide hinc Tomi primi pagina 37.

ulcanò nõ nisi de certis quibusdam hereticis accipiens est: alio qui nõ recipitur.

Can. 3.

* τὸν τῆσ ἀρχιεπιστο κανόνα

terea verò & à Cypriano, qui Aphrorum regionis fuit Archiepiscopus & martyr, & Synodo, quæ sub ipso fuit, emissum canonem, qui in prædictorum præsulum locis & solùm, secundum traditam eis consuetudinem seruatus est. Et nulli licere prius declaratos canones adulterare, vel abolere, vel alios præter prius hæc propositos canones admittere, à quibusdam falsa adiecta inscriptione compositos, qui veritatem cautionari conati sunt. Si quis autem, quod prædictorum canonum aliquem innouare vel subuertere conetur, conuictus fuerit, reus erit secundum eum canonem, ut ipse pronunciat canon, pœnam luens, & per ipsum in eo in quo offendit, medelam suscipiens.

Quoniam pius Christi que amator Imperator noster, hanc sanctam & vniuersalem Synodum allocutus est, ut qui in clerum relati sunt, & alijs diuina transmittunt, ut puros & à culpa ac repræhensione alienos ministros efficiant, & quod intelligentia percipitur, magni Dei, qui est & sacrificium & Pontifex, sacrificio dignos, & quæ ex nefarijs nuptijs ijs inusta sunt probra ac dedecora repurgēt, & præterea alij quidem sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ exactissimum canonem seruandum proponant: alij verò sub hoc Dei obseruatricis & imperantis vrbis throno, quod fuit humanitatis & misericordiæ, vtrisque paternè simul & religiosè mixtis, ut neque quod est mite ac mansuetum, dissolutum: neque quod est auferum, in solens relinquamus, & maximè cum ex ignorantia lapsus in non exiguam hominem multitudinem peruadat, omnes simul decernimus, ut qui duobus quidem matrimonijs implicati fuere, & vsque ad decimum quintum præteriti mensis Ianuarij præteritæ quartæ indictionis, anni millesimi centesimi nonagesiminoni, peccato seruierunt, & non ab eo rescipiscere voluerunt, depositioni canonicæ subijcere: eos autem, qui tali quidem bigamiæ probro ac dedecori implicati fuere, ante nostrum autem decretum id quod vtile est agnouerunt, & malum à se absciderunt, & hanc adulterinâ & alienâ congressionem procul abegerunt, vel eos etiâ, quorum vxores in secundis nuptijs iam mortuæ sunt, vel ipsi etiâ ad conuersionem respexerunt, & continentiam didicerunt, & priorum suarum iniquitatum obliui sunt, siue sint presbyteri, siue diaconi, eos ab omni quidem sacerdotali ministerio siue exercitio iam cessare, præstito aliquo tempore punitos, honorem autem in cathedra & statione participare, prima sede contentos, & cum fletu à Domino postulantes, ut eis condonetur peccatum ignorantie. Neque enim conuenit, ut is alteri benedicat, qui debet propria curare

TOM. 2.

vulnera. Eos verò, qui vni quidem vxori copulati sunt, si vidua erat, quæ accepta est: similiter & eos, qui post ordinationem vni matrimonio se applicârunt, hoc est, presbyteros, diaconos & hypodiatonos, breui aliquo tempore à sacro ministerio prohibitos, & punitos, rursus proprijs gradibus restitui, ad alium gradum nequaquam promouendos, eis nefario videlicet dissoluto coniugio. Hæc autem in ijs qui depræhensi sunt vsque ad 15. ut dictum est, mensis Ianuarij 4. indictionis, in prius declaratis delictis, & solùm sacerdotibus statuimus, ab hinc deficientes & renouantes canonem, qui dicit eum qui duobus matrimonijs post baptismum implicatus fuerit, vel concubinam habuerit, non posse esse Episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel omninò ex sacerdotali catalogo. Similiter & qui viduam accepit vel dimissam, non posse esse episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel omninò ex sacerdotali catalogo.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel lector, vel cantor, vel ostiarius, cum muliere Deo dicata coierit, deponatur, ut qui Christi sponsæ vitium attulerit. Sin autem laicus, segregetur.

Nullus eorum, qui in sacerdotali catalogo recensentur, extra eas quæ in canone inferuntur, à suspicione alienas personas degens, mulierem possideat vel ancillam, se nulli repræhensionis affinem ex hoc seruâs. Si quis autem quæ nobis definita sunt transierit, deponatur. Hoc ipsum autem etiâ eunuchi seruent, ut à vituperatione alieni sint, prouidentes. Qui autem transgrediuntur, si sint quidem clerici, deponantur: si vero laici, segregentur.

Quoniam in Apostolicis canonibus dictum est, eorum qui non ducta vxore in clerum promouentur, solos lectores & cantores vxorem posse ducere: & nos hoc seruantes decernimus, ut deinceps nulli penitus hypodiatono, vel diacono, vel presbytero post suam ordinationem contrahere liceat. Si autem fuerit hoc ausus facere, deponatur. Si quis autem eorum, qui in clerum recedunt, velit lege matrimonij mulieri coniungi, antequam hypodiatonus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, hoc faciat.

Quoniam in nonnullis ecclesijs diaconos officia ecclesiastica habere didicimus, & ex hoc nonnullos eorum arrogantia & licentia fretos ante presbyteros sedere: statuimus ut diaconus, etiam si in dignitate, id est, in quouis sit officio ecclesiastico, ante presbyterum nõ sedeat, præterquam si proprij patriarchæ vel metropolitani vicem gerens, ad sit in alia ciuitate super aliquo capite. Tunc enim ut locum illius implens honorabitur. Si quis autem tyranni-

Can. Apost. 17. & 18. dist. 34. Si quis vidua

Can. 4. Ex 25. cap. Apost. & 27. q. 1. Si quis

Can. 5.

Can. 6. Dist. 32. Si quis eorū

Can. 7. Dist. 93. Præcipim⁹

Luc. 14.

Can. 8.

Can. 9.

Can. Apost. 54. & 44. dist. ca. Nul. li

Can. 10.

Nic. cōc. ca. 18. Apo. 44.

Can. 11. 28. q. 1. Nul. lus.

tyrannica adductus audacia, tale quid effi-
cere ausus fuerit, is ex proprio gradu deie-
ctus, sit omnium ultimus eius ordinis, in
cuius est catalogo in sua ecclesia, Domino
nostro præcipiente, nè primis sedibus dele-
ctemur, secundum eam, quæ in sancto Eu-
angelista Luca, vt ex Domino nostro & deo
profecta, posita est, doctrinam: Ijs enim qui
vocati erant, dicebat hanc parabolâ: Quan-
dò ab aliquo ad nuptias inuitatus fueris, nè
in primo loco accubueris, nè fortè quispiâ
te honoratior ab eo inuitatus fuerit, isque
qui te & ipsum inuitauit, veniat & dicat,
Da ei locum: & tunc incipies cum pudore
ultimum locum tenere. Sed quandò inui-
tatus fueris, in vltimo loco accumbe, vt
quandò venerit qui te inuitauit, dicat tibi:
Amice, ascende altius: tunc erit tibi gloria
coram ijs qui tecum accumbunt. Nam quis-
quis se extollit, humiliabitur. Hoc ipsum
autem etiâ seruabitur in reliquis sacris or-
dinibus, quandoquidem secularibus seu
mundanis dignitatibus spirituales præstan-
tiores esse scimus.

In omnibus ea, quæ à nostris sanctis
Patribus decreta sunt, nos quoquè rata ac
firma esse volentes, canonem quoquè reno-
uamus, qui iubet vnusquisque provincie
episcoporum synodos fieri, vbi metropo-
litanus episcopus fatuus esse duxerit. Quo-
niam autem propter aliquas barbarorum
incurfiones, & quasdam alias incidentes
causas, non possunt qui ecclesijs præfident
Synodos bis in anno facere, visum est vt
omninò semel in anno propter ecclesiasti-
cas quæstiones, vt consentaneum est, emer-
gentes, fiat prædictorum episcoporum syn-
odus à sancto Paschæ festo, & vsque ad
Octobris mensis complementum, singulis
annis in loco, quem, vt prædictum est, me-
tropolitani episcopi aptiorem iudicauerit.
Ij autem qui non conueniunt episcopi,
cùm in suis metropolibus agant, & sani sint,
& ab omni inuitabili & necessario nego-
cio liberi, fraternè corripiantur.

Nulli licere clerico cauponariam ha-
bere tabernam. Si ei enim in cauponam in-
gredi non est permiffum, multo magis &
alij in ea ministrare, & in ijs, quæ nè aggre-
di quidem licet. Si quid autem tale fecerit,
vel cesset, vel deponatur.

Episcopus, presbyter vel diaconus, qui
vifuras, vel quæ dicuntur centesimas accipit;
vel cesset, vel deponatur.

Nemo eorum, qui in sacerdotali ordi-
ne enumerantur, vel laicus, Iudæorum azy-
ma comedat, vel vllam cum eis familiarita-
tem ineat, vel in morbis accersat, vel ab eis
medicinas accipiat, vel vnà cum eis in bal-
neis lauetur. Si quis autem hoc facere ag-
gressus fuerit, si sit quidem clericus, depo-
natur: si autem laicus, segregetur.

TOM. 2.

Porro hoc quoquè ad nostram cogni-
tionem peruenit, quòd in Aphrica & Libya
& alijs locis quidam ex ijs, qui illic sunt, re-
ligiosissimi præfules cum proprijs vxori-
bus, etiâ postquam ad eos processit ordi-
natio, vnà habitare non reculant, ex eo po-
pulis offendiculum & scandalum afferen-
tes. Cùm itaque studium nostrum in eo ma-
gnoperè labore, vt omnia ad gregis in ma-
nus nostras traditi nobisque commiffi vti-
litate fiant, nobis visum est, vt nihil eius-
modi deinceps vllo modo fiat. Hoc autem
dicimus, non ad ea abolenda & euertenda,
quæ Apostolicè antea constituta sunt, sed
populorum salutis & ad meliora progressi-
onis curam gerentes, & nè status ecclesiasti-
cus vllo probro afficiatur. Dicit enim di-
uinus Apostolus: Omnia ad DEI gloriam
facite: sinè offendiculo estote & Iudæis, &
Græcis, & Dei Ecclesiæ, quemadmodum &
ego omnibus in omnibus placeo, non quæ-
rens meam vtilitatem, sed multorum, vt fer-
uentur. Imitatores mei estote, sicut & ego
Christi. Si quis autem tale quid agere de-
prehensus fuerit, deponatur.

Quoniam Romanæ Ecclesiæ pro
none traditum esse cognouimus, vt diaconi
vel presbyteri, qui digni qui ordinentur ex-
istimandi sunt, profiteantur se non ampliùs
suis vxoribus cõiungendos, nos antiquum
canonem Apostolicæ perfectionis ordi-
nisque seruantes, hominum qui sunt in sa-
cris, coniugia deinceps ex hoc temporis
momento firma & stabilia esse volumus, ne-
quaquam eorum cum vxoribus coniuncti-
onem dissoluentis, vel eos mutua tempore
conuenienti consuetudine priuantes. Quã-
obrem si quis dignus inuentus fuerit, qui
hypodiaconus, vel diaconus, vel presbyter
ordinetur, is ad talem gradum assumi ne-
quaquam prohibeatur, si cum legitima vxore
cohabitet. Sed neque ordinationis tempore
ab eo postuletur, vt profiteatur se à le-
gitima cum vxore consuetudine abstenturum:
nè ex eo à Deo constitutas & sua præ-
sentia benedictas nuptias iniuria afficere
cogamur, Euâgelica voce exclamante, Quæ
Deus coniunxit, homo non separet: & Apo-
stolo docente, Honorabiles nuptias & to-
rum immaculatum. &, Alligatus es vxori?
nè quære solutionem. Scimus autem, sicut
& qui Carthagine conuenerunt, & mini-
strorum grauitatis honestatisque curam ge-
rentes dixerunt, vt subdiaconi, qui sacra
mysteria contrectant, & diaconi, & presby-
teri proprijs terminis à consortibus absti-
neant: vt & quod per Apostolos traditum
est, & ab ipsa vsque antiquitate seruatum,
nos quoquè similiter seruemus, tempus in
omni re scientes, & maximè in ieiunio &
oratione. Oportet enim eos, qui diuino al-
tari assident, in sanctorum tractandorum

tempo-

tempore esse omninò continentes, vt pos-
sint id quod à Deo simpliciter petunt, ob-
tinere. Si quis ergò præter Apostolicos ca-
nones incitatus sit aliquem eorum, qui sunt
in sacris, presbyterorum, in quibus, vel dia-
conorum, vel hypodiaconorum, coniun-
ctione cum legitima vxore & consuetudine
priuare, deponatur. Similiter & si quis pre-
sbyter vel diaconus suam vxorem pietatis
prætextu eiecerit, segregetur: & si perseue-
ret, deponatur.

Carca hunc Canonem 13. ad Lectorem admonitio.

Canon 12. prohibuit Episcopos cum pro-
prijs vxoribus post ordinationem ha-
bitare: hic autem canon de diaconis & sacer-
dotibus subdistinguit, veluti corrigens quod
ea de re fit in Ecclesia Romana. Sed tu Le-
ctor intellige: Si iuste prohibentur in Oriente
sacris iniuncti, cum proprijs vxoribus manere
vicis suæ tempore, vbi sacerdotes & reliqui nõ
præfinitis vicis hebdomadibus, sed perpetuo
sacrificant, vt fit in Occidente, nonne æqua-
erit ea constitutio? Vide Epistolam Innocen-
tij tertium ad Exuperium, Ambrosium quo-
què in Epistolam priorum ad Timotheum, &
multos alios sanctissimos Patres. Excipit au-
tem ab hac constitutione sacerdotes, qui sunt
in Barbaricis ecclesijs, canon 30. huius ipsius
Synodi.

Can. 14.

Can. 15.

Can. 16.

Act. 6. Neocæs. cõcil. can. 15.

Sanctorum diuinorumque Patrum no-
strorum canon in his quoquè valeat, vt pre-
sbyter ante triginta annos non ordinetur,
etiâ si sit homo valdè dignus, sed refer-
uetur. Dominus enim Iesus Christus trice-
simo anno baptizatus est & cœpit docere.
Similiter nec diaconus ante 25. annos, nec
diaconissa ante 40. annos ordinetur.

Subdiaconus nè minor 20. annis or-
dinetur. Si quis autem eorum, qui sunt in
statu sacerdotali, præter præfinita tempora
ordinatus fuerit, deponatur.

Quoniam Actuum liber septem dia-
conos ab Apostolis constitutos esse tra-
dit, Neocæsarensis autem synodus sic in à
se editis canonibus apertè disseruit, Quòd
septem debent esse diaconi ex canone, eti-
am si sit magna ciuitas, ex libro autem Actuum
persuadeberis: nos cùm dicto Apostoli-
co patrum mentem adaptassemus, inueni-
mus eos esse locutos non de viris, qui mini-
strant mysterijs, sed de ministerio quod in
vfu mēsarum adhibebatur, cùm liber Actuum
sic habeat: In diebus illis cùm discipulo-
rum multitudo cresceret, fuit Græcorum
murmur aduersus Hebræos, quòd despi-
ciebantur eorum viduæ in ministerio quo-
tidiano. Duodecim ergò accersita discipu-
lorum multitudo, dixerunt: Nò placet, vt
verbo Dei relicto, mensis seruiamus. Proui-

TOM. 2.

dete ergò fratres viros ex vobis, de quibus
bonum sit testimonium, septem, spiritu san-
cto & sapientia plenos, quos in hoc vfu cõ-
stituemus: nos autem in oratione & verbi
ministerio fortiter perseueremus. Et placuit
fermo coram omni multitudine, & elege-
runt Stephanum virum plenum fide & spi-
ritu sancto, Philippum & Procorum, & Ni-
canorem, & Timonem, & Parmenam, & Ni-
colaum profelytum Antiochenum, quos
statuerunt coram Apostolis. Hæc interpre-
tans Ecclesiæ doctor Iohannes Chryso-
stomus, sic prosequitur: Est operæ precium ad-
mirari, quomodò non est scissa multitudo
in virorù electione, quomodò non sunt ab
ipsis reiecti ac reprobati Apostoli. Quam-
nam autem habebant hi authoritatem, &
quam acceperunt ordinationem, scire est
necessarium. Nunquid diaconorum? Atqui
hoc non est in ecclesijs. Sed est presbytera-
rum dispensatio? Atqui nullus adhuc erat
episcopus, sed soli Apostoli. Vndè nec dia-
conorum, nec presbyterorum nomen exi-
stimo apertum esse ac manifestum. Post hæc
ergò nos quoque prædicamus, vt prædicti se-
ptem diaconi non de ijs accipiantur, qui mi-
nisterijs seruiunt, vt est prius exposita do-
ctrina: sed eos esse, quibus fuit concedita
ac tradita dispensatio eorum, quæ tunc col-
lecta fuerant. Qui nobis in hoc quoque for-
ma fuere humanitatis & studij in eos, qui
indigent.

Quoniam diuersarum ecclesiarum cle-
rici proprijs, in quibus ordinati sunt, reli-
ctis ecclesijs, ad alios episcopos se contule-
runt, & sinè proprij episcopi sententia in alie-
nis ecclesijs constituti sunt, & ex eo ipsos
reddi insolentes ac inobedientes euenit:
statuimus, vt à mense Ianuario præteritè in-
dictionis, nullus omninò clericus, in quo-
cunq; sit gradu, potestatem habeat sinè pro-
prii episcopi scripta dimissoria, in alienæ ec-
clesiæ catalogum referri. Qui hoc enim à
præsenti nunc tempore nõ seruat, sed quòd
in se est, eum qui illi manus imposuit, dede-
core afficit, deponatur & ipse, & qui cum
præter rationem suscepit.

Eos qui barbaricæ incurfionis præte-
xtu, vel aliquo alio modo propter aliquam
circumstantiam emigrarunt, clericos, post-
quam modus ille ac circumstantia cessarit,
vel barbaricè incurfiones, propter quas re-
cesserant, rursus in suas iubemus ecclesias re-
uertì, nec eas diù absque vlla occasione re-
linquere. Si quis autem, non vt præsens vult
canon, abfuerit, segregetur, donè ad præ-
sentem ecclesiam redeat. Hoc ipsum autem
etiâ in eo fiat episcopo, qui illū detinet.

Quòd oportet eos, qui præsunt eccle-
sijs, in omnibus quidem diebus, sed præci-
puè Dominicis, omnè clerum & populum
docere pietatis & rectæ religionis eloquiâ,

ex

ex diuina scriptura colligentes intelligentias & iudicia veritatis, & non transgredientes iam positos terminos, vel diuinorum patrum traditionem. Sed & si ad scripturam pertinens controuersia aliqua excitata fuerit, nē eam aliter interpretentur, quā quomodo Ecclesiae luminaria & doctores suis scriptis exposuerunt: & maiorem ex ijs laudem assequantur, quā si quae à se dicuntur componāt, nē dum quādoquē ad id hæsitant, ab eo quod conuenit, excidant. Per prædictorum enim Patrum doctrinam, populi ad eorum quae sunt bona & expetenda, & inutilia ac reiicienda, cognitionem venientes, vitam in melius componūt, nec ignorantiae vitij conuincuntur, sed doctrinae mentem adhibentes, seipsos ad id, nē mali quid eis accidat, excitant, & imminenti-um suppliciorum metu sibi salutem procurant.

Can. 20. Nē liceat Episcopo in alia, quae ad se non pertinet, ciuitate publicè docere. Si quis autem hoc facere depræhensus fuerit, ab episcopatu desinat, presbyteri autem munere fungatur.

Can. 21. Qui canonicorum quidem criminum rei facti, & propterea perfectæ ac perpetuae depositioni subiecti, in laicorum locum detrusi sunt, si quidem ad conuersionem sua sponte respicientes, peccatum desint, propter quod à gratia exciderunt, & ab eo se penitus alienos efficiunt, clerici habitu tondeantur. Sin autem non sua sponte hoc elegerint, comam sicut laici nutriant, ut potest qui mundanam seu secularem conuersionem vitæ caelesti præposuerint.

Can. 22. Eos qui pecunijs ordinantur, siue episcopos, siue qualescunque clericos, & non ex examinatione ac vitæ electione, deponi iubemus, sed & eos etiā, qui ordinauerunt.

Can. 23. 1. q. 1. Nullus eps, Ut nullus siue episcopus, siue presbyter, siue diaconus, immaculatam præbens communionē, ab eo qui communicat, eius participationis gratia obolos vel quauis aliam speciem exigat. Non est enim venalis gratia, nec pro pecunijs spiritus sanctificationem impartitur: sed ea ijs qui digni sunt, absque vlla est calliditate communicanda. Si quis autem eorum, qui sunt in cleri catalogo, ab eo cui immaculatam impertit communionem, vllam speciem exigere visus fuerit, deponatur ut Simoniaci erroris & maleficij æmulator.

Can. 24. Nē cui liceat eorum, qui in sacerdotali ordine enumerantur, vel monachorum, in equorum curriculis subsistere, vel scenicos ludos sustinere. Sed & si quis clericus ad nuptias vocetur, quādo ad deceptionem comparata ludicra ingressa fuerint, surgat & discedat, Patrum nostrorum sic iubente doctrina. Si quis autem eius rei con-

uictus fuerit, vel cesset, vel deponatur.

Præterea renouamus etiā canonem, qui dicit, agrestes, & que sunt in regione parochias inconcusas & illabefactas manere apud episcopos, qui eas possident, & maxime, si triginta annorum spatio eas sine vi possidentes administauerint. Si autem intra triginta annos fuit vel fuerit aliqua de ijs controuersia, licet ijs, qui se iniuria affectos dicunt, de eo actionem mouere apud Synodum prouinciae.

Presbyterum, qui per ignorantiam illicitis nuptijs est implicatus, esse quidem cathedræ participem, secundum ea quae sunt nobis à sacro canone decreta: à reliquis autem operationibus abstinere. Ei enim, qui est talis, satis est si venia detur. Ut is autem benedicat, qui debet propria curare vulnera, non est cōsentaneum. Benedictio enim, est sanctificationis impertitio. Qui autem id non habet propter delictum ex ignorantia, quomodo alteri impertiet? Nec ergo publicè, nec priuatim benedicat, nec Christi corpus alijs distribuatur, nec aliquid aliud ministerium obeat, sed prima sede contentus, Domino desinat, ut illi ex ignorantia peccatum remittatur. Manifestum enim est, quod nefarium coniugium dissoluitur, nec vir cum ea vllō modo consuetudinem habebit, per quam sacra operatione priuatus est.

Nullus eorum, qui in cleri catalogum relati sunt, vestem sibi non conuenientem induat, neque in ciuitate degens, neque iter ingrediens: sed vtatur vestibus, quae ijs, qui in clerum relati sunt, attributæ fuerint. Si quis autem tale quid fecerit, vna septimana segregetur.

Quoniam in diuersis ecclesijs intelleximus, vna ad altare allata, ex quadam quae inualuit cōsuetudine, ministros postquam hanc incruento oblationis sacrificio coniunxerint, vtraque simul populo distribuere: simul etiā esse decernendum perspeximus, vt nullus sacerdos hoc amplius faciat: sed ad viuificationem & peccatorum remissionem solam oblationem populo impertiat: tanquam primitias autem vnae allationem existimantes, sacerdotes eam seorsum benedicentes, petentibus impertire ad fructum datoris gratiarum actionem, per quos corpora nostra diuina dispositione augentur & aluntur. Si quis autem clericus præter hæc decreta fecerit, deponatur.

Carthaginensis Synodi canon dicit, vt sancta altaris non nisi à sobrijs hominibus peragatur, excepto vno die in anno, in quo cœna Domini peragitur, tunc fortasse propter aliquas in ijs locis occasiones Ecclesiae vtilis patribus hac dispensatione vsis. Cùm nihil ergo nos inducat, vt accuratam diligentiam relinquamus, statuimus Apostoli-

Can. 26. Dist. 28. Presbyteri.

Can. 27.

Can. 28. De cōf. dif. 2. Didicim.

Can. 29. Carthag. 3. cap. 29. Vide can. 50. syno. Laod.

cas ac paternas traditiones sequentes, non oportere in Quadragesimæ postrema septimana quinta feria ieiunium soluere, & totam Quadragesimam iniuria afficere.

Can. 30. Ad Ecclesiae ædificationem omnia facere volentes, etiā sacerdotes, qui sunt in barbaricis ecclesijs, dispensare constituimus. Quare si Apostolicum canonem de vxore non eiicienda, pietatis ac religionis prætextu se transgredi debere existimant, & vltra ea quae sunt constituta, facere: & ideò communi cum suis consortibus conuentione & consensu inito, à mutua consuetudine abstinent, statuimus eos non amplius cum illis vllō modo cohabitare debere, vt ex eo nobis perfectam sui promissi demonstrationem præbeant. Hoc autem illis non propter aliud, quā propter eorum pusillanimitatem, externosque ac non satis firmos mores concessimus.

Can. 31. De cōf. dif. 1. Clericos, Clericos, qui in oratorijs, quae sunt intra domos, ministrant vel baptizant, hoc illius loci episcopi sententia facere debere decernimus. Quare si quis clericus, hoc non sic seruauerit, deponatur.

Can. 32. Quoniam ad nostram cognitionem peruenit, quod in Armeniorum regione vinum tantum in sacra mensa offerunt, aquam illi non miscentes, qui incruentum sacrificium peragunt, adducentes Ecclesiae doctorem Iohannem Chrysostrum, hæc dicentem in interpretatione Euangelij secundum Matthæum: Quamobrem non aquam bibit cū surrexit, sed vinum, improbam aliam hæresim radicatus extirpans. Quoniam enim nonnulli aqua in mysterijs vsi sunt, ostendens quod & quādo mysteria tradidit, & quādo postquam resurrexisset, absque mysterijs solam ac nudam mensam apposuit, vsus est, inquit, vino ex genimine vitis: vitis autem vinum, non aquam, generat: & ex eo aqua in sacro sacrificio adiunctionem doctorem subuertere existimant: vt non ab hoc tempore in posterum ignorantia teneantur, patris sententiam orthodoxe aperimus. Cùm enim improba Hydroparastatarum, hoc est, eorum qui aquae defensionem suscipiebant, antiqua esset hæresis, qui pro vino sola aqua in proprio sacrificio vsi sunt, refellens hic vir diuinus iniquam eiusmodi hæresim successionem, & ostendens quod directè Apostolicæ traditioni aduersatur, id quod iam dictum est, confirmauit. Quoniam autem & suæ ecclesiae, vbi est illi pastoralis administratio tradita, aquam vino miscendam tradidit, quādo incruentum peragi sacrificium oportet, ex precioso ac

TOM. 2.

honorando nostri redemptoris latere ex sanguine & aqua contemperationem ostendens, quae in totius mundi viuificationem effusa est, & peccatorum redemptionem, & in omni etiā Ecclesia, vbi spiritalia luminaria refulserunt, hic ordo diuinitus traditus seruatur. Nam & Iacobus CHRIS TI Dec. 5. dist. Domini nostri secundum carnem frater, Iacobus, cui Hierosolymitanæ ecclesiae thronus primū est creditus: & Basilius Cæsarensium ecclesiae Archiepiscopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruasit, mystico nobis in scriptis tradito sacrificio, ita tradendum in sacro ministerio ex aqua & vino sacrum calicem ediderunt. Et qui Carthagine conuenerunt sancti Patres, ad eò apertè & præcisè mentionem fecere, vt in sanctis nihil plus, quā corpus & sanguis Domini offeratur, vt ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aqua mixtum. Si quis ergo Episcopus vel presbyter non secundum traditum ab Apostolis ordinem facit, & aquam vino miscens, sic immaculatum offert sacrificium, deponatur, vt imperfectè ac simpliciter mysterium enuncians, & quae tradita sunt, innouans.

Quoniam cognouimus in Armeniorum regione eos solum in cleri ordinem referri, qui sunt ex genere sacerdotali, ijs qui hoc facere aggrediuntur, mores Iudaeos sequentibus, nonnullos autem eorum, etiā non tonsos, sacros cantores & diuini templi lectores constitui: decernimus, vt deinceps non liceat ijs, qui volunt aliquos ad clerum adducere, ad eius cui manus imponitur, genus respicere: sed examinant an digni sint, expositis in sacris canonibus decretis, eos in cleri catalogum referre & ecclesiasticè promouere, siue sint ex Maioribus suis sacerdotibus, siue non. Sed etiā, vt nulli ex omnibus liceat eorum, qui sunt in clericorum ordinem relati, populo in suggestu diuinas scripturas explicare, nisi is sacerdotali tonsura vsus fuerit, & benedictionem à suo pastore canonicè susceperit. Si quis autem presbyter hæc facere depræhensus fuerit, deponatur.

Porrò autem cū & hoc canon sacerdotalis apertè edicat, quod coniurationis vel sodalitates crimen etiā ab externis legibus est vetitum: multò autem magis hoc fieri in Ecclesia prohibere oportet: nos quoque obseruare studemus, vt si qui clerici aut monachi inuenti sint vel coniurantes, vel sodalitates ineuntes, vel aduersus episcopos vel conclericos aliquid struentes, à proprio gradu excidant.

TTTT Nulli

Can. 35.

Nulli omnium metropolitanorum liceat, mortuo Episcopo, qui eius throno subest, res eius, vel ipsius ecclesiae auferre, vel sibi vendicare; sed sint sub custodia cleri ecclesiae, cui defunctus praefuit, usque ad alterius episcopi promotionem, praeterquam si in eadem ecclesia non relicti sint clerici. Tunc enim metropolitanus ea non diminuta seruabit, ordinando episcopo omnia reddens.

Can. 36.

Cōsule epistolas Leonis papae 1.

Renouantes quae a sanctis 150. Patribus in hac Dei obseruatrice & regia vrbe conueniunt, & sexcentorum triginta qui Chalcedone conuenere, constituta sunt, decernimus vt thronus Constantinopolitanus aequalia priuilegia cum antiqua Romana throno obtineat, & in ecclesiasticis vt illa magnifiat, vt qui sit secundus post illum. Post quem magnae Alexandrinorum ciuitatis numeratur thronus: deinde Antiochia, & post eum Hierosolymitanæ ciuitatis.

Can. 37.

Quoniam diuersis temporibus barbaricæ incursiones fuere, & ex eo plurimæ ciuitates ab iniquis & exlegibus subiugatae fuere, vt ideo non possit eius ciuitatis praefulus postquam ordinatus fuerit, suum thronum apprehendere, & in eo in sacerdotali constitutione collocari, & sic pro ea quae inualuit consuetudine ordinationes & omnia, quae ad Episcopum pertinent, agere & tractare: nos honorem ac venerationem sacerdotio seruantes, & gentilem iniuriam nequaquam ad Ecclesiasticorum iurium perniciem posse quicquam agere volentes, eis qui sic ordinati sunt, & propter praedictam causam in suis thronis non sunt constituti, vt absque vilo. ex ea re prauidicio conferentur, decreuimus, vt & diuersorum clericorum ordinationes canonicè faciant, & pontificatus autoritate in proprio termino vtantur, & sit firma ac legitima, quaecunque sub eo procedit administratio. Non enim a tempore necessitatis exacta iuris obseruatione circumscribatur, dispensationis terminus circumscribetur.

Can. 38.

Cōc. Chalca. 12.

Canonem qui a Patribus factus est, nos quoque obseruamus, qui sic edicit: Si qua ciuitas ab Imperiali potestate innouata est, vel rursus innouata fuerit, ciuiles ac publicos typos, Ecclesiasticarum quoque rerum ordo consequatur.

Can. 39.

Cum frater & comminister noster Iohannes insulae Cypri praefulus, vna cum suo populo in Helleponticam prouinciam & propter barbaricas incursiones, & vt a gentiliu seruitute liberarentur, & Christianif-

TOM. 2.

simae potentiae sceptris pure subijcerentur, a praedicta insula emigraverit, clementis Dei prouidentia, & pij Dei que amantis Imperatoris nostri labore, constitutum, vt citra vllam innouationem seruentur, quae a diuinis Patribus, qui Ephesi conuenerunt, praedicti viri throno priuilegia concessa sunt, vt noua Iustinianopolis Constantinopolis ius habeat, & qui in ea constituitur, in primis pius ac religiosissimus Episcopus, praesit omnibus Hellepontiorum prouinciae Episcopis, & a suis Episcopis eligatur ex antiqua consuetudine. Mores enim, qui sunt in vnaquaque ecclesia, diuini etiam nostri Patres seruandos censuerunt, Cyzicenorum ciuitatis Episcopo praedicti Iustiniani ciuitatis subiecto existente, ad imitationem reliquorum omnium episcoporum, qui subsunt praedicto DEI amantissimo praesuli Iohanni, a quo cum vsus postulauerit, etiam ipsius Cyzicenorum ciuitatis Episcopus ordinabitur.

Quoniam DEO hærere per secessum

Can. 40.

ex vitæ strepitu ac perturbatione, valde est salutare, oportet nos non sine examinatione, eos qui vitam monasticam eligunt, non in tempestiue admittere, sed nobis a Patribus traditum decretum in eis quoque seruare, vt vitæ secundum Deum professionem vt iam firmam, & a scientia ac iudicio factam tunc admittamus, post rationis complementum. Qui ergo monachicum iugum est subiturus, ne sit inior quam decem annos natus, eius quoque rei examinatione in praesulis arbitrio sita, an augeri tempus con-

Vide Basilii Magni In-

terrogatioe

15. in regulis

fusioribus.

1. Tim. 5.

tes,

tes, vel potius etiam ad boni electionem & constitutionem incitantes.

Can. 41.

Eos qui in vrbibus vel vicis, in claustris volunt secedere, & sibi ipsi separatim seu in solitudine mentem adhibere, prius quidem in monasterium ingredi oportet, & anachoreticam, hoc est, ab alijs separatam ac semotam viuendi rationem exercere, & spatio triennij ei, qui mansioni praesit, in DEI timore parere, & obedientiam in omnibus, vt aequum est, implere, & ita huius vitæ eligendae institutum profitentes, & quod eam ex toto corde sua sponte amplectuntur, ab eius loci praesule examinari: deinde sic alio anno extra claustrum fortiter segerere, vt scopus eorum euadat manifestior. Tunc enim plenè ac perfecte significatur, quod non inanem gloriam captantes, sed propter ipsum re vera pulchrum ac honestum, hoc silentium persequuntur. Post tanti autem temporis complementum, si in eodem eligendae vitæ instituto permaneant, includi ipsos, & eis non amplius licere, quoad etiam voluerint, ex tali mansione egredi, praeterquam si propter communem vtilitatem, vel aliam necessitatem ad mortem vrgentem, ad id trahantur, & ita cum benedictione eius loci Episcopi. Qui autem sine his iam dictis causis ex suis habitaculis exire aggrediuntur, primò quidem vel inuitos dicta claustra coërceri, deinde ieiunijs & alijs afflictionibus ipsos curare, scientes quemadmodum scriptum est, quod nemo qui manum aratro immisit, & retrò conuersus est, est aptus regno caelorum.

Luc. 9.

Can. 42.

Eos qui dicuntur Eremitæ, qui quidem nigris vestibus induti, & capite comati vrbes obeunt, & cum viris ac mulieribus versantur, & propriae professioni faciunt iniuriam, statuimus si elegerint quidem totis comis reliquorum monachorum amictum suscipere, eos in monasterio constitui, & inter fratres referri. Quod si hoc non elegerint, eos omninò ex vrbibus expelli, & solitudines, quae eremi dicuntur, habitare, ex quibus sibi etiam denominationes confinxere.

Can. 43.

Licet omni Christiano vitam exercitricem eligere, & rerum ad vitam pertinentium deposita tempestate, monasterium ingredi, atque instar monachi tonderi, in quacunque prolapsione depræhensus fuerit. Seruator enim noster DEVS inquit: Eum qui venit ad me, non eijciam foras. Tanquam ergo monachali vitæ agendae instituto in penitentia nobis vitam describente, ei qui ad illud germanè ac syncerè

TOM. 2.

accedit, acquiescimus ac fauimus: nec vlli ei mores impedimentum afferent, quò minus proprium scopum adimpleat.

Monachus fornicationis conuictus, Can. 44. vel qui ad matrimonij communionem vitæque societatem vxorem duxit, fornicatorum poenis secundum canones subijciatur.

Quoniam intelleximus in nonnullis mulierum monasterijs mulieres, quae sacro illo amictu dignae habentur, prius sericis & omnis generis vestibus, praetera autem & mundis (κόσμοι) auro & gemmis variatis ab ijs, qui illas ducunt, exornari, & sic ad altare accedentes, exui tanto opum apparatu, & statim in illis fieri habitus benedictionem, illasque nigro amictu indui, statuimus ne hoc deinceps fiat. Neque enim fas est, vt quae iam propria voluntate omnem vitæ iucunditatem deposuit, & eam quae est secundum Deum, vitæ agendae rationem amplexa est, firmisque ac stabilibus rationibus eam confirmauit, & ita ad monasterium accessit, per eum, qui interit ac fluit, mundum, & quorum iam obliuata erat, memoriam reuocet, & ex eo anceps reddatur, & eius anima perturbetur instar exundantium fluctuum, hucque & illuc versantium, vt nec reliquam non nunquam lachrymam emittens, cordis per corpus compunctionem ostendat, sed & si exigua aliqua, vt est consentaneum, lachryma exilièrit, non magis propter affectionem quam habent propter exercitatorium certamen, quam propterea quod mundum & mundana seu secularia relinquant, ea à videntibus profluxisse putetur.

Quae vitam exercitatoriam eligunt, &

Can. 46.

in monasterijs sunt constitutae, ne omninò progrediantur. Si qua autem inexorabilis necessitas ad hoc trahit, cum benedictione & permissione eius, quae praesit, hoc agant. tuncque non sola per se, sed cum aliquibus vetulis, & quae in monasterio primae sint, cum mandato eius quae praesita est. Eis autem omninò extrà cubare non licet. Sed & viri, qui vitam monasticam persequuntur, vrgente necessitate & ipsi cum benedictione eius, cui regimen creditum est, procedat. Quamobrem qui transgrediuntur id, quod est nunc a nobis decretum, siue sint viri, siue mulieres, conuenientibus poenis subijciantur.

Neque mulier in virorum monasterio, neque vir in mulierum dormiat. Extra ostendiculum enim & scandalum fideles esse oportet, & ad id quod est decorum ac honestum, Deo que gratum, vitam suam componere. Si quis autem hoc fecerit, siue sit clericus, siue laicus, segregetur.

TTTT 2

Vxor

Can. 48.

Vxor eius, qui ad episcopalem dignitatem promotus est, communi sui viri consensu prius separata, postquam in Episcopum ordinatus est ac consecratus, monasterium ingrediatur procul ab episcopi habitatione extructum, & episcopi prouidentia fruatur. Sin autem digna uisa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem prouehetur.

eiusmodi. Si qui autem * per presentem canonem hoc facere depræhensi fuerint, ij quidem primò ab hoc illicito & iniusto matrimonio desistant, deinde & fornicatorum pœnis subijciantur.

for. * post

Can. 49.

Hunc sacrum etiam canonem renouantes decernimus, ut quæ Episcopali uoluntate semel consecrata fuerint monasteria, semper monasteria maneant, & res quæ ad ipsa pertinent, monasterio seruentur, & ea non possint esse amplius secularia habitacula, nec ab ullo ex omnibus secularibus tradi hominibus. Sed etiã si hoc hucusq; factum est, hoc nequaquam seruandum decernimus: eos autem, qui in præsentia & deinceps hoc facere aggrediuntur, canonum quoque pœnis subijci.

Cùm diuina scriptura nos aperte doceat, Non ingredieris ad omnem consanguineam carnis tuæ ad reueladam eius turpitudinem, diuinus Basilius nonnullas prohibitas nuptias in suis canonibus enumerauit, multis silentio præteritis, & his utriusque nobis utilitatem attulit. Turpium enim nominum multitudine euitata, nè uerbis orationem pollueret, generalibus nominibus impuritates complexus est, per quas legibus uetitas nuptias nobis in summa ostendit. Quoniam autem propter eiusmodi silentium, & quòd non discerni posset illicitarum nuptiarum prohibitio, seipsam natura confudit: nobis uisum est ea paulò apertius exponere, ab hoc deinceps tempore decernentes, ut qui cum fratris sui filia matrimonij societatem coièrit, uel pater & filius, qui cum matre & sorore, uel cum duabus puellis sororibus pater & filius, uel cum duobus fratribus mater & filia, in septennij canonem incidant, ijs publicè separatis à nefario contubernio.

Can. 54. Leuit. 18.

Can. 50.

Nullum omnium, siue clericum, siue laicum, ab hoc deinceps tempore alea ludere. Si quis autem hoc deinceps facere ab hoc tempore aggressus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: si laicus, segregetur.

Quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate, in sanctis Quadragesimæ ieiunijs, in eius Sabbatis ieiunare, præter ecclesiasticam traditam consequentiam: sanctæ Synodo uisum est, ut in Romanorum quoque Ecclesia inconcussè vires habeat canon qui dicit: Si quis clericus inuentus fuerit in sancto Dominico uel Sabbato ieiunans, præter unum & solum, deponatur: sin autem laicus, segregetur.

Can. 55.

Can. 51.

Omninò prohibet hæc sancta & uniuersalis Synodus eos, qui dicuntur mimos, & eorum spectacula, deinde uenationum quoque spectationes, easque quæ fiunt in scena, saltationes perfici. Si quis autem præsentem canonem contempserit, & se alicui eorum quæ sunt uetita, dederit, si sit quidem clericus, deponatur: si uero laicus, segregetur.

Hic quoque canon 55. qui matrem ecclesiarum omnium Romanam ecclesiam repræhedit, non recipitur. Nam tametsi hic citatur canon Apostolicus 65. at tamen certum est, quemadmodum Epiphanius quoque dicit, posse sancto proposito omnibus diebus ieiunari. Est autem uerisimile, Apostolicum canonem pertinere ad Marcionistas, qui, ut idem Epiphanius testis est, eo die ieiunabant in inuidiam Dei Iudeorum, qui Sabbatho ab omni suo opere quiescissent.

Can. Apost. 65.

Can. 52.

In omnibus sanctæ Quadragesimæ ieiunij diebus, præterquam Sabbato, & Dominica, & sancto Annunciationis die, fiat sacrum præsanctificationum ministerium.

Hunc canonem 52. non obseruat Ecclesia Occidentalis, nisi in sola Parasceue, quando in Missa non conficitur Eucharistia, sed sumitur pridie eius diei cõsecrata. Habent Græci suos quosdam peculiare ritus, & plerosque neutiquam probandos. Multa de his scribit Humbertus Cardinalis doctissimus, qui ante annos quingentos floruit sub Leone eius nominis nono sanctissimo Pontifice.

Similiter accepimus & in Armeniorum regione, & in alijs locis, in Sabbatis & Dominicis sanctæ quadragesimæ quosdam oua & caseum comedere. Uisum est ergò & hoc, ut omnis DEI Ecclesia, quæ est in uniuerso

Can. 56.

Can. 53.

Quoniam spiritalis necessitudo seu affinitas, corporum coniunctione maior est, in nonnullis autem locis cognouimus quosdam, qui ex sancto & salutari baptisate infantes suscipiunt, postea quoque cum matribus illorum uiduis matrimonium contrahere, statuimus ut in posterum nihil fiat

uniuerso terrarum orbe, unum ordinem sequens, ieiunium perficiat, & abstineat sicut ab omni maculabili, sic ab ouis & caseo, quæ quidem sunt fructus & fœtus eorum à quibus abstinemus. Si autem hoc non seruauerint, si sint quidem clerici, deponantur: sin autem laici, segregetur.

tuntur & aufugiunt, Ecclesia omninò exturbandos decernimus, sicut & sacri canones dicunt. Quæ enim est luci cum tenebris communicatio, ut ait Apostolus? uel quæ templo Dei cum idolis consensio, uel quæ fidei cum infideli pars est? Quæ autem Christo est cum Belial concordia ac conuentio?

Can. 61.

Can. 57.

Quòd ad altare mel & lac offerre non oportet.

Calendas quæ dicuntur, & vota brumalia quæ uocantur, & qui in primo Martij mensis die fit, conuentum ex fidelium ciuitate omninò tolli uolumus: sed & publicas mulierum saltationes multam noxam exitiumque afferentes: quin etiam eas, quæ nomine eorum, qui falsò apud Græcos diuini nominati sunt, uel nomine uirorum ac mulierum fiunt saltationes ac mytheria more antiquo & à uita Christianorum alieno, amandamus & expellimus, statuentes ut nullus uir deinceps muliebri veste induatur, uel mulier veste uiro conueniente. Sed neque comicas, uel satyricas, uel tragicas personas induat, neque execrandi Bacchi nomen, uam in torcularibus exprimentes, inuocent, neque uinum in dolijs effundentes, risum moueant, ignorantia uel uanitate ea, quæ à dæmonis impostura procedunt, exercentes. Eos ergò qui deinceps aliquid eorum, quæ scripta sunt, aggredientur, ubi ad horum cognitionem peruenerint, si sint quidem clerici, deponi iubemus: si uero laici, segregari.

Can. 58.

Nemo eorum, qui sunt in ordine laicorum, diuina sibi mytheria impertiat, præsentè Episcopo, uel presbytero, uel diacono. Quis autem tale quid ausus fuerit, ut præter ea quæ sunt constituta faciens, una septimana segregetur, & ex eo doceatur nõ amplius sapere, quam sapere oportet.

Can. 59.

In æde oratoria, quæ est intra domum, baptisus nequaquam peragatur: sed qui ab omnibus sordibus aliena illuminatione digni habendi sunt, ad catholicas ecclesias accedant, & hoc illic munere perfruantur. Si quis autem quæ à nobis constituta sunt, non seruare conuictus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: si autem laicus, segregetur.

Deut. 22. Quæ à ueritatis hostibus falsò confictæ sunt martyrum historiae, ut Dei martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri essent, ad infidelitatem deduceret, in ecclesia non publicari iubemus, sed eas igni tradi. Qui eas autem admittunt, uel tanquam ueris ijs mentem adhibent, anathematizamus.

Can. 63.

Can. 60. 1. Cor. 6.

Cùm clamet Apostolus, quòd Domino adhæret, vnus est spiritus, clarum est, quòd qui etiam cum contrario in familiaritatem ac consuetudinem, cum illo coniunctione vnus sit. Eos ergò, qui se dæmone correptos esse simulant, & morum improbitate eorum figuram & habitum simulatè præ se ferunt, uisum est omni modo puniri, & eiusmodi afflictionibus laboribusque subijci oportere, quibus ij qui uerè à dæmone correpti sunt, ut à dæmonis operatione liberentur, iure subijciuntur.

Quòd non oportet laicum publicè disputare uel docere, docendi auctoritatem ex eo sibi uendicantem, sed ordinem à Domino tradito cedere, & aures ijs, qui docendi gratiam acceperunt, aperire, & diuina ab eis doceri. In una enim Ecclesia diuersa membra fecit DEVS, ut est uox Apostoli, Quam apertè interpretans Gregorius Theologus, eum qui in ijs est, ordinem commendat, dicens: Hunc ordinem reueramur fratres, hunc seruemus. Hic quidem sit auris, ille uero lingua: hic autem manus, hic uero aliquid aliud: hic quidem doceat, ille uero discat. Et paulò post: Et discens in docilitate, & suppeditans in hilaritate, & opem ferens ac subministrans in alacritate. Nè simus omnes lingua, quòd est promptius: nè omnes Apostoli, nè omnes prophetae, nè omnes interpretemur: & post quædam: Curte ouium pastorem facite.

Can. 64.

Can. 61.

Qui uatibus seipsos tradiderunt, uel ijs qui hecatontarchæ seu centuriones dicuntur, uel alijs eiusmodi, ut ab illis discant, si quid sibi reuelari uelint, conuenienter ijs, quæ de ipsis à Patribus constituta sunt, sexennij canoni subijciuntur. Et ipsi autem eos quoque subijci oportet, qui uersas, uel eiusmodi animalia ad ludum & simpliciorum noxam circumferunt, & fortunam, ac fatum, & genealogiam, & quorundam eiusmodi uerborum multitudinem ex fallaciæ imposturæque nugis proferunt: eosque qui uerè ad idem, id est, nubium persecutores, & uoluptarios, hoc est, imprecatores, & uoluptarios, id est, remedium amuletorumque præbitores, & uates appellantur. Eos autem, qui in ijs persistunt, & non ab eiusmodi perniciosis gentilibusque studijs auerantur.

Legi sexennij subijci, est, sexennio excommunicari.

1. Cor. 12. Eph. 4. 5.

Prou. 23. *cis? cur caput efficeris, cum sis pes? cur Imperator esse conaris, cum relatus sis in numerum militum? Et alibi iubet sapientia, nè sis velox in sermonibus, nè cum sis pauper, vnà cum diuite extendaris, nec quaras sapientibus esse sapientior. Si quis autem præsentem canonem labefactans depræhensus fuerit, quadraginta diebus segregetur.*

Can. 65. *Qui in nouilunijs à quibusdam ante suas officinas & domos accenduntur rogos, supra quos etiã antiqua quadam consuetudine salire ineptè ac delirè solent, iubemus deinceps cessare. Quisquis ergò tale quid fecerit, si sit quidem clericus, deponatur: si autem laicus, segregetur. In quarto enim libro Regum scriptum est: Et ædificauit Manasses altare vniuersæ militiæ cæli in duobus atrijs domûs Dei, & filios suos traduxit per ignem, fordibusque & augurijs auspicijsque vsus est. & fecit ventriloquos seu phytones, & diuinatores multiplicauit, & ambulauit in eo vt faceret malum coram D O M I N O, vt eum ad iram prouocaret.*

Can. 66. *A sancta CHRISTI DEI nostri resurrectionis die, vsque ad nouum Dominicum, tota septimana in Ecclesijs vacare fideles iugiter oportet psalmis, & hymnis, & spiritalibus canticis, in CHRISTO gaudentes, festumque celebrantes, & diuinarum scripturarum lectioni mentem adhibentes, & sanctis mysterijs iucundè & laudè fruantes. Sic enim cum Christo exaltabimur, & vnà resurgemus. Nequaquam ergò prædictis diebus equorum cursus vel aliud publicum fiat spectaculum.*

Can. 67. *Diuina nobis scriptura mandauit, à sanguine, & suffocato, & fornicatione abstinere. Eos ergò, qui propter lautum & delictatum ventrem, cuiuscunque animalis sanguinem arte aliqua esculentum condiunt ac instruunt, vt par est, incusamus ac punimus. Si quis ergò deinceps animalis sanguinem quouis modo comedere aggrediatur, si sit quidem clericus, deponatur: si autem laicus, segregetur.*

Can. 68. *Nulli ex omnibus licere veteris & noui Testamenti librum, nec sanctorum nostrorum præconum ac doctorum corruptum, vel conscindere, vel libròrum cauponatoribus, vel ijs qui dicuntur vnguentarij, vel alicui alij ex omnibus ad eum delendum tradere: nisi vtique vel à tineis, vel ab aqua, vel aliquo alio modo redditus fuerit inutilis. Qui autem tale quid facere deinceps depræhensus fuerit, anno vno segregetur.*

T O M . 2 .

getur. Similiter & qui libros emit, si eos quidem ipse non ad suam vtilitatem retineat, nec alteri ad eius beneficium & vt ij permancant vendat, sed eos corrumpere aggressus fuerit, segregetur.

Can. 69. *Nulli omnium liceat, qui quidem sit in laicorum numero, intra sacrum altare ingredi, ab eo tamen nequaquam prohibita potestate & autoritate Imper. quandò quidem voluerit creatori dona offerre ex antiquissima traditione.*

Can. 70. *Nè liceat mulieribus in diuini ministerij seu celebrationis tempore loqui, sed vt vox est Apostoli Pauli, sileant. Non enim eis loqui permiffum est, sed subijci, sicut dicit lex. Si quid autem volunt discere, domi proprios maritos interrogent.*

Can. 71. *Eos, qui docentur leges ciuiles, Græcis moribus vt non oportere, & neque in theatrum induci, neque eas quæ dicuntur cylistras peragere, vel præter vsum communem sibi vestes induere, nec quo tempore disciplinam aggrediuntur, vel ad finem eius perueniunt, vel (vt in summa dicam) in eius doctrinã dimidio. Si quis autem deinceps hoc facere ausus fuerit, segregetur.*

Can. 72. *Non licere virum orthodoxum cum muliere hæretica coniungi, neque verò orthodoxam cum viro hæretico copulari. Sed & si quid eiusmodi ab vilo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias existimare, & nefarium coniugium dissolui. Neque enim ea quæ non sunt miscenda, misceri, nec ouem cum lupo, nec peccatorum sortem cum CHRISTI parte coniungi oportet. Si quis autem ea, quæ à nobis decreta sunt, transgressus fuerit, segregetur: si autem aliqui qui adhuc sunt infideles, & in orthodoxorum gregem nondum relati sunt, sunt inter se legitimo matrimonio coniuncti, deinde hic quidem eo quod est honestum electo, ad lucem veritatis accurrerit, ille verò erroris vinculo detentus fuerit, nolens diuinos radios fixis oculis intueri, fidei placeat cum infideli cohabitare, nè à se inuicem separentur. Ex diuini enim Pauli sententia, sanctificatus est vir infidelis in muliere, & sanctificata est mulier infidelis in viro.*

Can. 73. *Cum crux nobis viuifica salutare ostenderit, nos omnem diligentiam adhibere oportet, vt ei per quam ab antiquo lapsu saluati sumus, eum quem par est, honorem habeamus. Quamobrem & mète, & sermone, & sensu adorationè ei tribuentes, crucis*

crucis figuras, quæ à nonnullis in solo ac pavimento fiunt, omninò deleri iubemus, nè incendium conculcatione victoriæ nobis trophæum iniuria afficiatur. Eos itaq; qui deinceps crucis signum in solo construunt, segregari decernimus.

Can. 74. *Quòd non oportet in dominicis locis vel ecclesijs eas, quæ dicuntur, agapas, id est, charitates facere, & intus in æde comedere, & accubitus sternere. Qui autem hoc ausi fuerint, vel cessent, vel segregentur.*

Can. 75. *Eos qui in ecclesijs ad psallendum accedunt, volumus nec inordinatis vociferationibus vt, & naturam ad clamorem vrgere, nec aliquid eorum, quæ ecclesiæ non conueniunt, & apta non sunt, adsciscere, sed cum magna attentione & compunctione psalmodias Deo, qui est occultorum inspector, offerre. Pios enim & sanctos fore filios Israël sacrum docuit oraculum.*

Can. 76. *Quòd non oportet intra sanctos ambitus cauponatoriam officinam, vel quæ sunt per aromata species proponere, vel alias venditiones facere, suam venerationem ecclesijs seruantes. Seruator enim noster & DEVS, per suam in carne vitæ agendæ rationem nos instituens, non facere domum patris sui domum negotiationis iussit, qui etiã humulariorum mensas (ἐπιμα) effudit, & eos qui sacrum commune faciunt, eiecit. Si quis ergò in prædicto delicto depræhensus fuerit, segregetur.*

Can. 77. *Quòd non oportet sacros initiatos, vel clericos, vel ascetas, id est, exercitatores seu monachos, lauari cum mulieribus, nec omnem Christianum laicum. Hæc est enim prima condemnatio apud gentes. Si quis autem hac in re depræhensus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: si autem laicus, segregetur.*

Can. 78. *Quòd oportet eos qui illuminantur, fidem discere, & quinta septimanæ feria episcopo & presbyteris renunciare.*

Can. 79. *Absque vllis secundinis ex virgine partum esse confitentes, vt qui sine semine constitutus sit, idque toti gregi annunciantes, eos qui propter ignorantiam aliquid faciunt quod non decet, correctioni subijcimus. Quare quoniam aliqui post sanctæ CHRISTI DEI nostri natiuitatis diem, simillam coquere ostenduntur, & eam sibi inuicem impertiri, honoris scilicet prætextu secundinarum impolluta virginis matris, statuimus vt deinceps nihil tale fiat à fidelibus. Neque enim hoc honor est*

T O M . 2 .

virginis, quæ supra mentem & sermonem, quod comprehendere non potest, verbum peperit ex carne, ex communibus & ijs quæ in nobis fiunt, inenarrabilem eius partum definire, metiri ac describere. Si quis ergò deinceps hoc facere aggressus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel eorum qui in clero enumerantur, vel laicus nullam grauiorem habet necessitatem, vel negocium difficile, vt à sua ecclesia ablit diutissimè: sed in ciuitate agens, tribus diebus dominicis in tribus septimanis vnà non conueniat, si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur.

Quoniam in nonnullis locis didicimus in sanctissimo hymno additamenti loco dici post illud, Sanctus immortalis, hoc, Qui crucifixus es pro nobis, misere-re nostri. Id autem ab antiquis sanctis patribus, vt à pietate alienum, ex hoc hymno eiectum cum scelerato hæretico, qui hanc vocem innouauit: nos quoque confirmantes ea, quæ à sanctis nostris patribus prius piè constituta sunt, anathematizamus eos, qui post præsens decretum eiusmodi vocem admittunt, vel aliquo alio modo sanctissimo hymno adiungunt. Et si est quidem sacerdotalis ordinis qui transgressus est, eum sacerdotali dignitate priuari iubemus: si autem laicus vel monachus, segregari.

Inter nonnullas venerabilium imaginum picturas, agnus qui digito præcursoris monstratur, depingitur, qui ad gratiæ figuram assumptus est, verum nobis per legem CHRISTVM DEVM nostrum præmonstrans. Antiquas ergò figuras & vmbas, vt veritatis signa & characteres Ecclesiæ traditos, amplectentes, gratiam & veritatem præponamus, eam vt legis implementum suscipientes. Vt ergò quod perfectum est, vel colorum expressio omnium oculis subijciatur, eius qui tollit peccata mundi, CHRISTI DEI nostri instar hominis characterem etiã in imaginibus deinceps pro veteri agno statui (ἀναμνησθαι) iubemus, vt per ipsum verbi DEI humiliationem mente comprehendentes, ad memoriam quoque eius in carne conuersationis, eiusque passionis & salutaris mortis deducamur, eiusque quæ ex eo facta est munda redemptionis.

Can. 83. *Nemo mortuorū corporib; Euchariisti*

S S S S 4 e o m .

Matt. 26.

communicet. Scriptum est enim: Accipite & comedite. Mortuorum autē corpora nō possunt accipere, nec comedere.

Can. 84.

Canonicos patrum ritus sequentes, de infantibus quoque decernimus, quoties non inueniuntur firmi testes, qui eos absque vlla dubitatione baptizatos esse dicant, nec ipsi propter aetatem de sibi tradito mysterio apte respondere possint, debere absque vlla offensione baptizari: nē fortē eiusmodi dubitatio eos eiusmodi purificationis sanctificatione priuet.

Can. 85.

Deut. 17.

In duobus vel tribus testibus confirmari omne verbum, ex scriptura accepimus. Seruos ergo, qui à suis dominis manumittuntur, sub tribus eo testibus frui honore decernimus, qui praesentes libertati vires & firmitatem adferent, & ut ijs, quae ipsis facta sunt, fides habeatur, efficiant.

Can. 86.

Eos qui ad animarum lapsus meretrices cogunt & alunt, si sint quidem clerici, deponi: si verò laici, segregari.

Can. 87.

Hier. 3.

Quae maritum reliquit, est adultera, si venerit ad alium, ut vult sacer & diuinus Ba filius, qui ex Hieremia propheta hoc optime collegit: Quod si alij viro vxor fuerit, ad maritum suum non conuertetur, sed polluta polluetur. & rursus: Qui autem detinet adulteram, est & insipiens & impius. Si ita praeter rationem à marito recessisse visa sit, ille quidem venia dignus est, haec verò poena. Illi autem venia dabitur, ut Ecclesiae communicet. Sed is qui legitime sibi datam vxorem relinquit, & aliam ducit, & Domini sententia est adulterij iudicio obnoxius.

Pro. 18.

Matt. 5.

Can. 57. Ba.

filij Magni.

A patribus enim nostris statutum est, ut qui filij Magni sunt eiusmodi, annum desceant, biennio audiant, tertio anno subternantur, & septimo cum fidelibus consistant, & sic oblatione digni habeantur, si cum lachrymis penitentiam egerint.

Can. 88.

Nemo intra aedem sacram quoduis iumentum introducat, nisi fortē viator quispiam, maxima urgente necessitate, domunculam vel diuersorij indigens, in id templum diuerterit. Nisi enim iumentum introductum fuerit, ipsum quidem nonnuncquam peribit, hic verò propter iumentum amissionem, & facultatis ad iter peragendum ex eo profectam inopiam, mortis periculo tradetur. Sabbatum enim propter hominem factum esse docemur: quam obrem & per omnia praefendam esse existimare hominis salutem & incolumitatem. Quocirca si quis deprehensus fuerit sine necessitate iumentum in templum introducens,

TOM. 2.

si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur.

Diei salutiferæ passionis in ieiunio & Can. 89.

oratione & cordis compunctione peragentes fideles, vsque ad mediam magni sabbati noctem ieiunare oportet, cum diuini Euangelistae Matthaeus & Lucas, ille quidem per vespere sabbati, hic verò per id, summo mane, noctis nobis tarditatem describant.

Dominicis genu non flectere, à diuinis nostris patribus, CHRISTI resurrectionem honorantibus, canonicè accepimus. Nē ergo huius obseruationis euidentiam ignoremus, fidelibus manifestum facimus, quod post vespertinum sacerdotum ad altare sabbato ingressum, ex consuetudine quae seruatur, nemo genu flectit, vsque ad sequentem vesperam in die dominico, in qua post ingressum in vespertino seu completorio, genua rursus flectentes, Domino preces sic offerimus. Seruatoris enim nostri resurrectionis veluti praecursorem noctem, quae fuit ante sabbatum, accipientes, hymnos ab ea spiritaliter incipimus, festum ex tenebris in lucem finientes, ut in perfecto & integro die ac nocte nos resurrectionem celebremus.

Eas quae dant abortionem, cetera medicamenta, & quae foetus necantia venena accipiunt, homicidae poenis subijcimus.

Eos qui nomine matrimonij mulieres rapiunt, vel qui opera opeque sua raptores adiuuant, statuit sancta synodus, si sint quidem clerici, proprio gradu excidere: si verò laici, anathemate percuti.

Vxor viri qui cessit & non apparet, antequam de eius morte certior facta sit, alteri cohabitans adulteratur. Similiter & militum vxores, quae non apparentibus maritis nupserunt, in eandem rationem incidunt, quemadmodum & quae propter mariti peregrinationem reditum non expectant. Sed res haec quidem aliquam veniam habeat, quod sit maior eius mortis suspicio. Ea autem, quae illi quae ad tempus erat ab vxore relictus, nupsit per ignorantiam, deinde dimissa est, quod prior ad ipsum redierit, est quidem fornicata, sed per ignorantiam. A matrimonio ergo non arcebitur. rectius autem, si sic manserit. Sin autem miles aliquanto post tempore redierit, cuius vxor propter longam illius absentiam alteri viro coniuncta est, is, si velit, propria vxorem recipiat, ipsi venia propter ignorantiam data, ei que qui illam in secundis nuptijs domum duxit.

Eos

Can. 94.

Eos qui gentiliū sacramenta iurāt, canon poenis subijcit: & nos ijs quoque segregationem decernimus.

Can. 95.

Eos qui recta de fide sententia accedunt, & parti eorum qui ex haereticis seruantur, subiecta consequentia & consuetudine recipientes, Arrianos quidem & Macedonianos, & Nouatianos, qui se καθεποισ, id est, puros appellant, & Tessaeres decatitas seu Terraditas, & Apollinaristas recipimus dantes libellos, & omnem haereseim anathematizantes, quae non sentit ut sentit sancta Dei vniuersalis & Apostolica Ecclesia, sancto primum chrismate & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures imprimentes, dicimus: Signaculum doni spiritus sancti. De ijs autem, qui Pauliani sectam secuti sunt, deinde ad catholicam ecclesiam confugerunt, statutum est ut ijs omnino rebaptizetur. Eunomianos quoque, qui in vna demersionem baptizant, & Montanistas, qui hic dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui filium idem esse cum patre existimant, & alia quaedam grauia faciunt, & omnes alias haereses, quoniam multi hic sunt, & maxime qui ex Galatarum regione profecti sunt, omnes ex ijs qui ad rectam de fide sententiam volunt accedere, ut Graecos recipimus. & primo quidem die eos Christianos facimus, secundo autem catechumenos, deinde tertio adiuramus, simul etiam ter in faciem & aures inspirantes, & sic initiamus, & diu in ecclesia versari & scripturas audire facimus, & tunc ipsos baptizamus. Quinetiam Manichaeos, & Valentinus, & Marcionistas, & similes haereticos. Nestorianos autem oportet libellos facere, & haereseim suam anathematizare, & Nestorium, & Eutychen, & Dioscorum, & Seuerum, & reliquos talium haereseon principes, & qui eadem quae illi sentiunt, & omnes praedictas haereses: & sic esse sanctae comunione participantes.

Can. 96.

Qui CHRISTVM per baptismum induerunt, eius in carne vitae agendae rationem imitari professi sunt. Eos ergo, qui capillos ad videntium detrimentum, scitè excogitatis nexibus adornant & componunt, & infirmis animis escam ea ratione obijciunt, conuenienti supplicio paternè curam, ipsos instituentes & temperanter viuere docentes, ut relicta fraude & vanitate, quae ex materia oritur, ad exitio carentem beatamque vitam mentem assidue traducant, & in timore puram & sanctam conuersationem habeant, & DEO, quoad eius fieri potest, appropinquent per vitam puritatem, & internum magis quam externum hominem virtutibus & bonis

TOM. 2.

inculpatisque moribus exornent, ut nullas in se ferant reliquias peruerfitatis vsque adeo repugnantis. Si quis autem praeter hunc canonem versatus sit, excommunicetur.

Eos qui vel cum vxore cohabitāt, vel alioqui indiscriminatim sacra loca communia faciunt: & contemptim in ea afficiuntur, & sic in eis permanent, etiam ex ijs, quae sunt in venerabilibus templis, catechumenorum mansionibus extrudi iubemus. Si quis autem haec non seruauerit, si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur.

Qui alteri desponsam mulierem eo adhuc viuo, cui desponsa est, in nupiarum ducit societate, adulterij crimini subijciat.

Porro hoc quoque in Armeniorum regione fieri didicimus, quod quidam intus in sacris altaribus carniū membra coquētes: frustra offerūt, sacerdotibus Iudaicè distribuentes. Quocirca ecclesiam immaculatam seruantes, statnimus nulli licere sacerdoti separata carniū membra ab offerentibus accipere, sed ijs sint contenti, quae offerenti visa fuerint, eiusmodi oblatione facta extra ecclesiam. Si quis autem hoc nō fecerit, segregetur.

Oculi tui recta adspiciant, & omnia custodia serua cor tuum, iubet Sapiētia. Cor poris enim sensus sua facile in animam effundunt. Picturas ergo quae oculis praestringunt, & mentem corrumpunt, & ad turpium voluptatum mouent incendia, nullo modo deinceps imprimi iubemus. Si quis autem hoc facere aggressus fuerit, deponat.

Corpus Christi & templum, hominem ad imaginem Dei creatum, diuinus magna voce appellat Apostolus. Omne ergo sensibilem creaturam superans, is qui salutari passione caelestem dignitatem est assecutus, Christum bibens vel comedens, aeternae vitae adaptatur, animam & corpus diuinæ gratiae participatione sanctificas. Quare si quis immaculati corporis in synaxis tempore esse particeps voluerit, etiam antequam eius fiat comunio, manus in crucis formam figurās sic accedat, & gratiae comunione accipiat. Eos enim qui ex auro, vel ex alia materia quaedam loco manus receptacula efficiūt ad diuini muneris susceptionem, & per ipsa immaculatam comunione recipiunt, minime admittimus, ut qui inanimata subiectamque materiam Dei imagini praeferrant. Si quis autem deprehensus fuerit immaculatam comunione ijs impertiens, qui eiusmodi receptacula afferunt, & ipse segregetur, & is qui offert.

Opor.

Oportet autem eos, qui soluendi &
 Can. 102. ligandi potestatem à Deo accepere, peccati
 qualitatem considerare, & eius qui pecca-
 uit, ad eam conuersationem promptum stu-
 dium, & sic morbo conuenientem afferre
 Vide cap. 7. Concilij Vormatici.
 medicinam: nè si in vitroque immoderati-
 one utatur, ab eius qui laborat, salute exci-
 dat. Non enim simplex est morbus peccati,
 sed varius & multiformis, & multas incom-
 modi propagines germinans: ex quibus ma-
 lum multum diffunditur, & ulterius pro-
 greditur, donèc viribus medentis resistat.
 Quare qui medicinæ scientiam in spiritu
 profitetur, oportet eum primùm eius qui
 peccauit, affectionem considerare, & siue
 vergit ad sanitatem, siue cõtra, proprijs mo-
 ribus prouocare, vt per se morbum adspici-
 at, & quomodò eius quæ intercedit, vitæ ra-
 tionis conuersionisque curam gerat. & si ar-
 tifici non reluctatur, & vlcus animæ auget
 per impostorum medicamentorum adie-

tionem, sic quoquè misericordiam, proue-
 dignus est, impertiri. Omnem enim ratio-
 nem inuit Deus, isque cui pastoralis traditus
 est principatus, vt errantem ouem reducat,
 & ei, quod est à serpente vulneratum, me-
 deatur, & neque per desperationis præcipi-
 tia impellat, nec ad vitæ dissolutionem &
 contemptum frena relaxet: sed vna quidem
 omninò ratione, siue per acriora & adstrin-
 gentia, siue per molliora & leniora medica-
 menta affectioni resistat, & nè vlcus cicatri-
 cem obducat, obnitatur, fructus pœniten-
 tiæ examinans, & sapienter dispensans &
 gubernans hominem, qui ad superiorem il-
 luminationem vocatur. Nos enim vtraque
 scire oportet, & quæ sunt summi iuris, &
 quæ sunt consuetudinis: in ijs autem,
 qui extrema non admittant, sequi
 locum traditum, quemadmo-
 dum sanctus nos docet
 Basilius.

CANONVM SEXTAE SYNODI CONSTANTINO-
 POLITANAE,

ITEMQUE TOMI CONCILIORVM SECVNDI,
 FINIS.